14. 24. Q. 10

HOMILIAE SIVE CONCIONES

PRAESTANTISSIMORVM ECCLESIAE CATHOLICAE DOCTORVM, PRIMVM AB ALCVINO LEVITA IVSSV Imp. CAROLI MAGNI in hunc ordinem redactæ, & nunc demùm præter omnes omnium hactenus acceſsiones locupletatæ homeliis doctiſsimis, cum primiſque neceſſariis D. Euſebii Emiſſeni, ſuis quibuſq; locis collocatis.

DOCTORVM, EX QVIBVS HAE CONCIONES depromptæ catalogus.

Gregorius,
Hieronymus,
Auguſtinus,
Ambroſius,
Origenes,
Hilarius,
Chryſoſtomus,
Seuerianus,
Maximus,
Leo,
Fulgentius,
Iſidorus,
Alcuinus,
Audbertus,
Beda,
Haymo,
Ericus,
Euſebius Emiſſenus, &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Huic item æditioni acceſsit iam rerum & ſententiarum Index nouus ac copioſiſsimus, quo hactenus opus hoc non ſine magno lectoris incommodo caruit.

COLONIAE
Apud Maternum Cholinum, Anno
M.D.LVII.

PIETATIS, ERVDITIONIS, HVMANITATISQVE PRAECLARAE VIRO, D. GODEFRIDO HAVST ab Vlmen, Paſtori Andernacenſi fidelisſimo, Domino atq; amico ſuo cum primis obſeruando Maternus Cholinus Bibliopola S.P.D.

QVum nuper, uir piißime, ueterum hoc Patrum Homeliarum opus proſtare deſiiſſet, auideq́; id à me ab omnibus ſubinde expeteretur, duplici ratione ſum affectus. Hinc enim ſumma futuri operis utilitate ad ædendum incitabar, illinc autem impendendorum ſumptuum magnitudine deterrebar, ab æditioneq́; reuocabar. Tandem autem uicit utilitas, quam Eccleſiæ inde acceſſurã non obſcurè præuideram, concepta non dubia ſpe, pio conatui meo liberalẽ ſumptuum compenſationẽ reſponſurã. Atqui, ne pij quiq; præclari huiuſce operis, piißimi Imperatoris Caroli Magni ſtudio et mãdato confecti, fruitione diutius deſtituerentur, inſeruiremq́; hac in parte pro mea tenuitate Eccleſiæ Catholicæ, Compatri meo Gennepæo, quum ipſe nec typos nec propria præla haberem, ſuis quidẽ typis, meis autẽ ſumptibus excudendũ tradidi. Feci id certè pio in Eccleſiam affectu, eiusq; ſaluberrimæ doctrinæ promouendæ, et retinendæ propenſo ſtudio, in cuius nimirũ própagationem nihil non conãdum eſſe exiſtimarim. Faxit Chriſtus Ieſus, ut quantam opto omnibus utilitatem, tanta inde in omnes redundet, conatumq́; meum atq; ſtudium, ſi ut ſpero, pij quiq; ſic amplexi fuerint, ut in neotericorum quorundam Poſtillarum locum Homelias haſce Catholicas, ex ſanctißimorum Patrum penetralibus depromptas, ſubſtituerint, non malè ſumptus tantos collocaſſe uidebor. De impenſa in æditionem hanc diligentia & cura, malo pium Lectorem ferre iudicium, quàm eam mea prædicatione diſcere, quòd mea nolim gloriabundus extollere. Quàm neceſſarium autem ſit opus hoc, omnibus tum uerbi Dei præconibus, tum reliquis etiã Eccleſiaſtici ordinis hominibus, atq; adeo ſtudioſis quibuſcunque abundè ſatis conſtat, ita, ut commendatione mea ampliori non egeat, nec opus ſit meis encomijs id illuſtrare magis. At, ut quid in hac æditione præſtitum ſit, non ignores prorſus, libuit paucis id hic ſubindicare tibi. Præter alias æditiones omnes aucta eſt hæc noſtra hortatu & conſilio excellentißimæ eruditionis uiri, acceßione Homeliarum doctiſſimarum D. Euſebij Emiſſeni, Patris cùm uetuſtate, tum doctrina & pietate præclarißimi, quas ſuis quibuſque locis inſerendas curaui, atq; ordine quamq; ſuo collocaui. Acceßit porrò rerum & ſententiarum index et locuples & ſummè neceſſarius, quo hactenus non abſq; inſigni Lectoris incommodo & tædio caruêre Homeliæ iſtæ. Primam autem meam hanc operis huiuſce æditionem placuit ſub tuo potißimũ nomine, mi D. Paſtor, prodire, cùm propter paſtoralis dignitatis tuæ functionem, quam non ſine tuorum applauſu quàm fidelißimè adminiſtras, tum etiam, quò uel hoc ipſo meæ in te obſeruantiæ certißimum extaret argumentum, eſſetq́;, unde haud obſcurè intelligeres, quàm ego gratum mé pro tua in me beneuolentia declarare cupiam. Et quum beneuolentiæ etiam uicißitudine quadã obſtringar D. Doctori Ioanni à Via, Eccleſiaſtæ Catholico Vuormatienſi in æde primaria, uiro cùm propter affinitatis coniunctionẽ, tum etiam eruditionem tuam ſingularem cum pietate coniunctã tibi addictißimo, arbitratus ſum animi mei in te atteſtatione hac nõ leuiter ipſi etiã me gratificaturum. Benè & fœliciter uale, uir candidißime, Paſtorumq́; decus, in meiq́; cœpto amore conſtanter perſiſtito.

Coloniæ ex taberna noſtra libraria, Calendis Martij, Anno 1557.

CAROLVS DEI FRETVS AVXILIO, REX FRANCORVM ET LONGOBARDORVM, AC PATRITIVS ROMANORVM,

Religioſis Lectoribus noſtræ ditioni ſubiectis.

CVM nos diuina ſemper domi foriſq; clemẽtia, ſiue in bellorũ euentibus, ſiue pacis tranquillitate cuſtodiat: etſi repẽdere quicquã eius beneficiis tenuitas humana nõ pręualet, quia eſt inæſtimabilis miſericordia Deus noſter, deuotas ſuæ ſeruituti benignè approbat volũtates. Igitur quia curæ nobis eſt, vt noſtrarum eccleſiarum ad meliora ſemper proficiat ſtatus, obliteratam penè maiorum noſtrorum deſidia reparare vigilanti ſtudio literarum ſatagimus officinã, & ad pernoſcenda ſtudia liberaliũ artium, noſtro etiam, quos poſſumus, inuitamus exemplo. Inter quæ iam pridẽ vniuerſos veteris ac noui inſtrumenti libros, librariorum imperitia deprauatos, deo nos in omnibus adiuuante, examuſſim correximus. Accẽſi præterea memoriæ venerandæ Pippini genitoris noſtri exemplis, qui totas Galliarum eccleſias Romanæ traditionis, ſuo ſtudio, cantibus decorauit: nos nihilo minùs ſolerti eaſdem curamus intuitu, præcipuarũ inſignire ſerie lectionum. Deniq; qui ad nocturnale officium copulatas quorundam caſſo labore, licet recto intuitu, minùs tamen idoneo, repperimus lectiones, quippe quæ & ſine autorum ſuorum vocabulis eſſent poſitæ, & infinitis vitiorum anfractibus ſcaterent: nõ ſumus paſſi noſtris in diebus, in diuinis lectionibus, inter ſacra officia, inconſonantes perſtrepere ſolœciſmos, atq; earundem lectionum in melius reformare tramitem, mentem intendimus, idq; opus Paulo Diacono familiari clientulo noſtro elimandum iniunximus: ſcilicet, vt ſtudioſe catholicorum patrum dicta percurrens, veluti è latiſſimis eorum pratis, certos quoſq; floſculos legeret, & in vnum, quęq; eſſent vtilia, quaſi ſertum aptaret. Qui noſtrę celſitudini deuotè parere deſiderans, tractatus atq; ſermones diuerſorum catholicorum patrum perlegens, & optima quæq; decerpens, in duobus voluminibus, per totius anni circulum, congruentes cuiq; feſtiuitati, diſtinctè & abſq; vitiis, nobis obtulit lectiones. Quarum omnium textum noſtra ſagacitate perpendentes, noſtra eadẽ volumina autoritate conſtabilimus, veſtræq; religioni in Chriſti eccleſiis tradimus ad legendum.

PAVLVS DIACONVS.

Vtere fœlix Carole Princeps,
Munere Chriſti Atque togate
Pluribus annis Arbiter orbis,
Luxque decuſque Dardanidæque
Magne tuorum Gloria gentis.

HOMELIARVM DE TEMPORE

INDEX.

Dominica Aduentus prima folio 2
Dominica Aduentus ſecunda 9
Dominica Aduentus tertia 12
Feria quarta quatuor temporum 15
Feria ſexta quatuor temporum 19
Sabbato quatuor temporum 24
Dominica quarta Aduentus, ſeu 29
Dominica ante natalem Chriſti 33
In uigilia natiuitatis Chriſti 35
In nocte natiuitatis Chriſti 38
In aurora natiuitatis Chriſti 42
In die ſancto natiuitatis Chriſti 45
De ſancto Stephano 55
De ſancto Iohanne apoſtolo & euangeliſta 64
De innocentibus 71
Dominica intra octauam natalis Chriſti 77
In circunciſione Domini 80
In uigilia Epiphaniæ 85
In Epiphania domini 86
Intra octauam Epiphaniæ 91
In octaua Epiphaniæ 92
Dominica prima poſt Epiphaniam 95
Dominica ſecunda poſt Epiphaniam 98
Dominica tertia poſt Epiphaniam 102
Dominica quarta poſt Epiphaniam 107
In purificatione ſanctæ Mariæ 111
Dominica quinta poſt Epiphaniam 120
Dominica in Septuageſima 123
Dominica in Sexageſima 127
Dominica in Quinquageſima 135
In die Cinerum 141
Feria quinta poſt Cinerum 143
Feria ſexta poſt Cinerum 144
Sabbato poſt Cinerum 148
Dominica prima in Quadrageſima 150
Feria ſecunda poſt Inuocauit 154
Feria tertia 157
Feria quarta 159
Feria quinta 163
Feria ſexta 167
Sabbato 169
Dominica ſecunda Quadrageſimæ 172
Feria ſecunda poſt Reminiſcere 178
Feria tertia 181
Feria quarta 183
Feria quinta 184
Feria ſexta 186
Sabbato 189
Dominica tertia Quadrageſimæ 193
Feria ſecunda poſt Oculi 198
Feria tertia 200
Feria quarta 202
Feria quinta & ſexta 206
Sabbato 211
In dominica Lætare 213
Feria ſecunda poſt Lætare 218
Feria tertia 220
Feria quarta 223
Feria quinta 227
Feria ſexta 228
Sabbato 233
Dominica in paßione 236
Feria ſecunda poſt Iudica 240
Feria tertia 241
Feria quarta 244
Feria quinta 246
Feria ſexta 248
In uigilia Palmarum 249
In dominica Palmarum 253
Feria ſecunda poſt Palmarum 259
Feria tertia 261
Feria quarta 264
In cœna domini 266
Feria ſexta paraſceues 269
In uigilia Paſchæ 272
In die ſancto Paſchæ 276
Feria ſecunda Paſchæ 280
Feria tertia Paſchæ 286
Feria quarta Paſchæ 287
Feria quinta Paſchæ 292
Feria ſexta 295
Sabbato 298
In octaua Paſchæ 301
Dominica ſecunda poſt Paſcha 307
Dominica tertia poſt Paſcha 309
Dominica quarta 312
Dominica quinta 316
In Litania minori 319
In uigilia Aſcenſionis 326
In die Aſcenſionis 329
Dominica poſt Aſcenſionem 333
In uigilia Pentecoſtes 338
In die ſancto Pentecoſtes 341
Feria ſecunda Pentecoſtes 347
Feria tertia Pentecoſtes 348
Feria quarta Pentecoſtes 351
Feria quinta 353
Feria ſexta 356
Sabbato poſt Pentecoſten 359
In octaua Pentecoſtes 362
De Sanctißima trinitate 365
Dominica ſecunda poſt Pentecoſten 386
Dominica tertia 391
Dominica quarta 394
Dominica quinta 401
Dominica ſexta 405

Dominica

Dominica ſeptima 407
Dominica octaua 410
Dominica nona 412
Dominica decima 414
Dominica undecima 417
Dominica duodecima 421
Dominica decimatertia 425
Dominica decimaquarta 427
Dominica decimaquinta 434
Dominica decimaſexta 439
Dominica decimaſeptima 446
Dnminica decimaoctaua 450
Feria quarta quatuor temporum 453
Feria ſexta quatuor temporum 457
Sabbato quatuor temporum 459
Dominica decimanona poſt Pentecoſten 460
Dominica uigeſima 463
Dominica uigeſimaprima 467
Dominica uigeſimaſecunda 473
Dominica uigeſimatertia 477
Dominica uigeſimaquarta 483
Dominica uigeſimaquinta 487
Dominica uigeſimaſexta 490
In dedicatione Eccleſiæ uel altaris 469 701

HOMELIARVM DE SANCTIS

INDEX.

IN uigilia ſancti Andreæ 506
In die ſancti Andreæ 510
In octaua ſancti Andreæ 513
De ſancto Nicolao 514
De conceptione beatæ Mariæ ibidem
De ſancto Thoma 302 514
De ſancto Antonio 514
In natali ſanctæ Agnetis ibidem
In conuerſione ſancti Pauli 515
In purificatione ſanctæ Mariæ 517
In cathedra ſancti Petri 519
In annunciatione beatæ Mariæ 522
In feſto ſanctorum Philippi & Iacobi 323 528
In feſto inuentionis ſanctæ crucis 324 532
De Sanctis infra Paſcha & Pentecoſten 537
In uigilia beati Ioannis Baptiſtæ 538
In natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ 542
In uigilia Apoſtolorum Petri & Pauli 547
In feſto Sanctorum Petri & Pauli 549
In commemoratione ſancti Pauli 555
In octaua ſanctorum Petri & Pauli 562
In natali ſanctæ Felicitatis ibidem
In natali beatæ Magdalenæ 564
In natali ſancti Iacobi Apoſtoli 570
In uinculis ſancti Petri 573
De ſancto Laurentio 575
In uigilia aſſumptionis 579
In aſſumptione ſanctæ Mariæ 582
In feſto ſancti Bartholomæi 591
In decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ 592
In natiuitate ſanctæ Mariæ 598
In uigilia ſancti Matthæi Apoſtoli 602
In feſto ſancti Matthæi Apoſtoli 603
In feſto ſancti Michaëlis 607
In dedicatione eccleſiæ eiuſdem 325 606
In natali ſancti Lucæ 610
In feſto undecim millium uirginum 616
In feſto ſancti Seuerini ibidem
De feſto ſanctorum Simonis & Iudæ ibidem
In uigilia omnium Sanctorum ibidem
In die omnium Sanctorum ibidem
In die animarum 622
In feſto ſancti Martini ibidem
De ſancta Catharina ibidem
De Apoſtolis 629
De uno Martyre 643
De Martyribus 655
De Confeſſoribus 671
De Virginibus 689
Homelia de pœnitentia Niniuitarum 703

AD LECTOREM.

NEminem latere poteſt, quantas moleſtias tædioſa illa longáq; locorum obſcuriorum, & rerum memoria dignarum inueſtigatio lectori pariat. Cùm itaq;, Chriſtiane lector, omnem hunc laborem Index, ut omni, præſertim maiori, uolumini ſummè neceſſarius, tollat, libuit & hic, ne quid in hoc præclaro opere deſiderares, ſed ut omnia tibi obuia eſſent, nouum & compendioſum cùm uerborum, tum rerum & ſententiarum inſigniorum Indicem adiicere. Cuius numerus ſaciem paginæ, A litera cuiuſq; paginæ primam columnam, B uero ſecundam demonſtrabit.

INDEX IN HOMELIAS DOCTORVM, NEC NON in librum de Trinitate copioſiſsimus.

A

Aron primus in lege pontifex 538.b
Aaron mons fortitudinis interpretatur 569.b
Abel in uirginitate, ſacerdotio & martyrio Chriſti typum geſſit 57.a
Abel omnes martyres ante Chriſti paſsionem ſignificat ibid.a b
Abel interpretatur luctus 57.b
Abia, à quo Zacharias ortus, quis 538.b
Abies Eccleſiæ promiſſa quid 27.a
Abies cur in Eccleſia ponatur 27.b
Abnegare ſeculũ, ſeipſum, & Chriſtum ſequi quid 602.b 650.a
Abraham quomodo & quando Dominum uiderit 429.b 237.b
Abraham propter obedientiam à Deo benedicitur 99 b
Abraham interpretatur pater multarum gentium 83.a
Abraham etiam abram, id eſt, pater excelſus ante circumciſionem uocatus eſt ibidem
Abrahæ laus & fides oſtenditur 238 a
Abſolutio uera & efficax quæ 302.b
Abſoluendi qui ſint 231.b 302.b
Abſtinentia peccatorum optimum ieiunium 125.b
Abundantia panum mercenariorum quid ſit 289.b 192.a
Accedere ad nuptias quid ſit 450 b
Acceptio perſonarum apud Deum nulla 473.a
Accumbere in primo loca in nuptijs quid 450.b 453.a
Accuſatio ſui in confeſsione Dei eſt laudatio 220.b
acetum in cruce cur Chriſtus guſtauerit, & non biberit 259 b
acrior in quibuſdam Antichriſti perſecutio prædicitur 72 a
actiua uita in bonis operibus, contemplatiua in fide futurorum bonorum conſiſtit 69.a
actus & dicta beatæ Mariæ mera ſunt pietatis ac caſtitatis exempla. 22.b
Adam peccans in latrones incidit 428.a 433.b
Adam ſi non peccaſſet, immortalis permanſiſſet 431 b
adhortatio ad exemplum Petri imitandum 522.b
admonitio pietatis plena 137.b 695 b
ad montes fugere quid 493.b
ad nuptias quando Chriſtus cum Diſcipulis uocetur 201.a
ad pedes Chriſti cadere quid 487.b
ad pedes & caput Chriſti ſedere quid 590.b
ad quid Sanctarum authoritas homini conducat 370.b
ad ſalutem quæ requirantur 521.b
aduentus Chriſti duo 234.a
aduentus Chriſti ad extremum iudicium forma oſtenditur 303.b
aduentus ſecundus Domini quibus terrori, & quibus gaudio futurus ſit 681.a
aduerſarium uincendi uia oſtenditur 660 b
adulteri qui ſint 423.a
adulterij reprehenſio, eiuſq. pœna 595.b 598.a 601.a
adulationis malum 596 b
aduocatus noſter unus eſt Chriſtus 353.b
ædificantes lapidem, quem, &c. qui 188.b
Aegyptus tenebras ſignificat 677 b
Aegyptũ ingrediẽte Chriſto omnia ſimulachra conciderunt 76.a
Aemilianæ hiſtoria atq. pietas 471.a b
æqualitas patris & filij 52.b
æqualis & idem finis tam ueteris quàm legis nouæ 77.b
æternitas nec initium nec habet finem 286.a
æuo tertio Chriſtus ſaluator in carne apparuit 98.b
ager figuli terra eſt uiuentium 238.b
ager in ſacra ſcriptura quid ſignificet 492.a
agni carnes crudas comedere quid 300.a
agni carnes aqua coquere quis dicatur ibidem
agnus & hœdus quo diſcrimine dicatur Chriſtus 282.b
agricolæ, quibus Dominus locauit uineam, quid 286.a 255.a
alabaſtrũ unguenti, quod peccatrix ad Chriſtũ attulit, quid 247 a
à laboribus ad quietẽ uocamur, cùm Chriſti iugũ ſuſcipimus 122 a
alæ quatuor in Beſtia tertia Danieli uiſa, quid 12 a
albæ ueſtes quid deſigneat 331 a
Alexander quintus à beato Petro Romanæ ſedis antiſtes 575.a
aliæ terreſtres pugnæ, aliæ cœleſtes uictoriæ 74 a
aliud eſt uidere per ſpeciem, aliud per fidem 420.b
allegoriæ de diuite & Lazaro expoſitio 386.a 387.b
allegoria de decem uirginibus exponitur 656.b
allegoriæ aliquot ueteris teſtamenti exponuntur 599 a
alleluia cur tempore quadrageſimæ intermittatur 335 b
altare, ad quod occiſus eſt Zacharias, typus fuit dñicæ crucis 37.b
altare holocauſti ad oſtium tabernaculi quid ſit 187.a
altare quid ſignificet 409.a
altilia mactata, &c. loci expoſitio 208.b 472.b
altitudo diuini conſilij in Chriſti paſsione omnem humanum ſenſum exceſſit 264.a
amanda quæ Deus promittit, timenda quæ minatur 273 a
ambitio diſcipulorum non inuidiæ, ſed humanæ fuit fragilitatis folio 608.a
ambitionis reprehenſio 570 b 607.b 650 a
ambulare in nocte quid 231.b
amen amen dico tibi, cùm eſſes iunior, cingebas te, &c. exponitur folio 547.b 548.b
amici de uia quando ad nos ueniant 322.a
amici Dei qui ſint 637.a 638 b
amici & uicini ad ouem inuentam uocati qui ſint 394.a
amici & parentes quatenus honorandi, ijsq. obtemperandum folio 668.b 610 a 646 a
amicis de uia ad nos uenientibus quis cibus ſit proponendus 322.a
amictu & uictu Chriſtianus contentus eſſe debet 73 a
amor Chriſti erga Lazarum 229.b
amor Dei uerus quis 614.b 638.b
amor proximi quatenus ſe extendere debeat 614.b 638.b
amor ſui quatenus ſe extendere debeat 577.b 614.b
amor pecuniæ 276 b 576.a 272.b 594.b 642.b 130 a 75 a
amor in hominibus humori in herbis comparatur 534.b
amore noſtri mortuus eſt, & reſurrexit Chriſtus 273.a
amphora maſſa plumbea tecta quid ſit 109 b 210.a
Amos propheta tranſmiſſo per tempora uecte mortuus eſt 57.b
à multitudine compreſſus Chriſtus, ab unica tactus, quid folio 487.b 488.a
Anachoretarum uel Eremitarum uerorum magna laus 621.a
Ananias interpretatur ouis 516.a
Andreas nominis interpretatio 507.b 512.b 514.a
Andreas apoſtolus Achaiam ad Chriſti fidem conuertit 616.a

angeli

angeli duo in ſepulchro alter ad caput, alter ad pedes Chriſti, quid ſignificent 292.b
angeli cur in aſcenſione domini albis ueſtibus uiſi 331.b
angeli tenebrarum latrones unde dicantur 428.a 431 b
angeli Chriſti incarnationem mirantur 112.a
angeli ſpiritus ſunt miniſtratorij 117.a 274.a 607.a 610.a
angeli fidelium ſunt cuſtodes 610.a
angeli orationes noſtras & uota Deo nunciant 414 b
angeli ſeptem tubis canentes quid 33.a
angeli paſtoribus uiſi quid 38.b
angeli in ſiniſtra & dextra ſepulchri parte ſedentes quid oſtendāt myſterij 276.b
angelorum ab angelis locis differentia 546.a
angelorum officia quæ habeant nomina 397.b
angelorum ordines nouem 619.a 397 a
angelorum munera deſcribuntur 619.b
angelos Sanctorum ſepulturis & exequijs obſequium præſtitiſſe folio 586.b
angelus nuncius dicitur 292.b
angelus ſtola candida coopertus quid ſignet 277.a 279.b
angelus cur lapidem à monumento reuoluerit 274.a
angelus teſtis reſurrectionis cur ſedens, aduentus Chriſti nuncius cur ſtans apparuerit 274.a
angelus & non propheta quiſpiam cur ad Mariam concepturam miſſus 585.a
anguſtia præſepis, in quo poſitus fuit Chriſtus, quid ſit 40.b
anima non generatur, ſed à Deo creatur 558.a
anima in ſacra ſcriptura quid ſignificet 442.b
animæ rationales partes quæ 475.a
anima quomodo in patientia poſſidenda ſit 669.b
anima hominis ad omnia bona opera ſine diuino auxilio impotens eſt 189.a
anima Chriſti cur inſtante paſſione ſit turbata 252 a
anima Deum magnificans quæ ſit 21.a
anima hominis cibus Domini, condimentum Sacerdos 615.b
animalia munda & immunda & non ruminātia, quid 45.a 495 a
animalium quatuor figuris quatuor Euangeliſtarum uirtutes à propheta Ezechiele expreſſæ 605 a
animæ lepra infectæ, id eſt, hæretici, ſunt uitandi 435 a
animam peccatricem multis modis uiſitat Deus 416.b
animam ſuam amare & odiſſe quid ſit 578.b 646.a
animarum piorum mortuorum ſors 500.b
animalis quis ſit 324.b
animi noſtri quomodo ſpiritui ſancto ſint præparandi 314.b
animus, intellectus, ſpiritus contribulares amici noſtri Domino obuiam mittendi 107.a
Anna gratia Dei interpretatur 115 a
Annæ propheteſſæ uirginitas, uiduitas, ſenium myſticè exponuntur 115.b
Anna propheteſſa omnibus mulieribus proponitur imitādum exemplum 79.a
annus quinquageſimus cur iubilæus uocatus ſit 315.b
annulus datus in manus filij prodigi quid 190.a 192.b
ante aduentum Chriſti nemo cœlum eſt ingreſſus 82 b
ante circumciſionem etiam per fidem hominibus ſalutem contigiſſe ibid.
Antichriſtus q̃ diu ſit regnaturus, oſtenditur 22.a 312.b 491.b
apex & iota quid 408.a
Apoſtoli mundum Euangelio imbuendum diſtribuerunt 549.a
Apoſtoli cur filij Phariſæorum dicantur 197 a
Apoſtoli prædicatores ne quem in uia ſalutarent, quid ſit 613.a
Apoſtoli plurima Chriſti geſta ex Maria didicerunt 45 a
Apoſtoli & uerbi diuini præcones quomodo parere dicantur 311.b
Apoſtoli non ſoli duodecim, ſed omnes credentes in Chriſtum appellantur 354 a
Apoſtoli ſedes ſunt Dei 557.a
Apoſtolorum magna laus 610.a
Apoſtolus interpretatur miſſus 268.b 560 a
Appodonia Eccleſia S. Michaelis archangeli 606.b
aqua quando in uinum uertatur 98.b 99 a 101.a
aqua, ad quam Iacob oues ad aquandum egebat, quid ſignif. 656.b
aquæ uiuæ flumina de uentre fluent, loci expoſitio 240.b
aquam in peluim cur & quando Chriſtus miſerit 266 a
arbitrium liberum homini eſſe aſſeritur 58.a 631.a 633.b & 649 a 696 b 186.a b 203.b
arbitrium liberum in Adam uitiatum 633.b 402.a 372.b
arboribus humana uita comparatur 672.a
arbor primis parentibus interdicta hæreticos ſignificat 578.b
arbor Sycomorus quid allegoricè ſignificet 702.a
arbor in ſacra ſcriptura quid 411.b 26.a 413.a
arbor fici, in qua non eſt inuentus fructus, quid ſit 459.a
arcana dominicæ incarnationis Abrahamo manifeſtè ſunt prædicta 22.a
arca Noë Eccleſiam deſignat 99.b 101.b
arca Domini per uaccas ad Iſraëlitas relata quid ſit 646.b
Arcadius imperator Theodoſij magni filius 574 a
arca de lignis Zethim quid 635 a
Archelaus in exilio apud Menam Galliæ urbem uitam finiuit folio 85 b
Archelaus uincens leo interpretatur ibid.
Archelaus Antichriſtum ſignificat 85.b 72.a
Archelaus perpetuo ab Auguſto condemnatus exilio 595 b
Archiſynagogus quos ſignificet 487.a 488.a 489.a
architriclinus & nuptiarum miniſtri qui 100.a 101.a
arcum intendere Pſalmi locus exponitur 269 b
Aretha rex Arabum 595.b
arguet mundum de iuſticia & iudicio quid ſit 313.a 315.a
arma Chriſtianæ militiæ quæ 23 a
armilla diuina nos complectens eſt miſericordia 294.a
armilla Leuiathan maxillam perforans quid ſit ibidem
aromata, quibus ungendus Chriſtus, quæ eſſe debeant 279.a
aromatibus ad Chriſti ſepulchrum uenire quid ſit 276.b 279.a
Arrij error quis 504 a 194 b 53 a
Arrij, Sabellij, Photini hæreſes refelluntur 45. b358 a 615.b & 245.b 194.b
arrogantiæ uituperium 424 a
arundo uento agitata quid 13.a
arundo crucifixo Chriſto data quid ſignificet 259.b
aſcendere ad patrem quomodo dicatur Chriſtus 295.a
aſcendere in montem quid ſit 297.b
aſina & pullus, quibus Dominus Hieroſolymam eſt ingreſſus, quid ſignificet 251 b 253.a
aſinus, de quo propheta: Aſinus cognouit, &c. quid ſignificet 40.b
aſpera in uias planas mutari quid 25.a
aſſumptio humanitatis in Chriſto non meritum humanæ conditionis, ſed diuinæ pietatis donum extitit 22.a
aſſumptionis Mariæ ſolennitas quomodo dignè celebrari debeat folio 586 a 584.b
auaritia idolorum ſeruitus 442.a
auaritia, hypocriſis & luxuria multos à regno Dei ſeparāt 390.a
auaritia quomodo uincatur 23 a
auaritiæ & hydropiſeos comparatio 75.a
Auduru fundus eſt, in quo reliquiæ S. Stephani conſeruātur 62.a
Auguſtus menſis unde nomen ſortitus 573.b
auis allegoricè quid ſignificet 472.b
aurum oblatio pro Ieſu quid myſticè ſignificet 112.a b
aurum obſcuratum quid 615.b
aurum, thus, myrrham quando Deo offeramus 87.b 88 a
aurum, argentū, æs quid in ſacra ſcriptura ſignificent 90.b 355.b
Auſter, Aquilo uocabula quid ſignificent 111.a
authores hæreſeon ab Eccleſia ſunt arcendi 436.b

B.

BAbylon habitatio facta eſt Dæmonum 110.a
Bardocopertæ qui dicantur 855.a
Baculos tenentes in manibus quid 300.b
Baiuli filij uiduæ defuncti cadauer ferētes quid ſint 228.a 443.a
Baptiſari cur Chriſtus uoluerit 93.a 38.a 541.a
Baptiſmatis uis & effectus 93.b 324.b
Baptiſatum amphoram aquæ portare quod dicitur, quid ſit 265.b
Baptiſandis olim pœnitentia iniungebatur 85.a

† 4 Baptiſma

Baptiſma ſacrum ſubiens, Dombii iumentu imponitur, ac ſtabulo inducitur 432.b
Baptiſmatis modus, & quid ſignificet, oſtenditur 324.b 550.a
Baptiſmus in locum circumciſionis ſucceſsit 82.b
Baptiſmus triduanam Chriſti mortem imitatur 264.b 324.b
Baptiſmus Chriſti melior baptiſmo Ioannis 304.b
Baptiſmus ad ſalutem neceſſarius 362.b 324.b
Baptiſmus inuiſibiliter peragitur 365.a
Baptiſmus Ioannis cur peccata non relaxauerit 24.b 30.a 33.b
Baptiſmus Ioannis quid ſignificarit ibid.
Baptiſmum non eſſe iterandum 268.a 563.a
Baptiſmus oleo ſanctificatur 400.a
Bar Iona uocis interpretatio, & ad Petrum apoſtolum applicatio 520.b 553.b
Barachia interpretatur benedictus Domini 55.b. 57.a
Barnabas filius magiſtri eorum interpretatur 259.a
Baſii cuiuſdam Syri filia mortua apitulatione reliquiarum S. Stephani ad uitam reuocatur 62.a
Beati uerè qui ſint 21.b
Beatitudines octo exponuntur 617.a
Beatitudo perfecta quæ 622.b
Beatitudines octo in quo monte Chriſtus docuerit 446.b
Behemoth filium Dei incarnatum nouerat, ſed ordinem humanæ redemptionis neſciebat 279.a
Bella atq. id genus perſecutionũ cur Chriſtus ſuis diſcipulis prædixerit 334.b
Benedictionem Iacob filij ſui Beniamin in Paulo adimpletam eſſe folio 515.b
Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia uiſitauit, &c. exponitur folio 544.b 546.a
Benedicere pro maledicere ſubinde in ſacris literis uſurpatur folio 257.a
Beneficia Dæmonũ ac impiorum uulneribus ſunt nocẽtiora 265.a
Beneficium incarnationis Chriſti ſemper nobis recolendum 44.a
Beneficia & beneuolentiæ Dei ſemper cum gratiarum actione admiranda 209.a
Benè operari non eſt humanæ uirtutis, ſed muneris diuini 73.a
Benoni filius doloris interpretatur 311.b
Beſtiæ quatuor à Daniele uiſæ quid ſignificent 11.b 12.a
Bethania domus obedientiæ interpretatur 261.a 269.a
Bethania caſtellum proximum eſt Hieroſolymis 625.a 261.a
Bethzabee interpretatur puteus ſeptimus 601.a
Bethlehem interpretatur domus panis 43.a 86.a 89.b
Bethſamis interpretatur domus ſolis 646.b
Bis à Chriſto diſcipuli ſunt iuſsi rete ad piſcandum mittere, ante paſsionem, & poſt reſurrectionem 288.a
Bis ſpiritus ſanctus a Chriſto datus eſt 301.b
Blandiri ſibi de innocentia neminem poſſe, nec debere 320.a
Bona opera claues regni cœlorum 496.b
Bonæ arboris fructus qui ſint 498.a
Bona uoluntas quæ ſit 510.b
Bona uoluntas quid 71.b
Boniſacius quartus à beato Gregorio extitit Epiſcopus 619.a
Boniſacius templum idolorum Pantheon Romæ omnibus Sanctis dedicauit 619.a
Boni in cœlo, mali in terra quomodo ſcribantur 663.a
Boni etiam malorum fœlicitates obtinent 686.b
Bonos malorum commercio coinquinari 495.a
Bonus ſolus eſt Deus non accidentaliter, ſed eſſentialiter 321.b
& 307.a
Bos & aſinus, de quibus in Euangelio: Cuius ueſtrum bos, &c. quid 452.b
Bos, de quo propheta: Cognouit bos poſſeſſorem, &c. quid 70.b
Boues in templo uenditi quid ſignificent 218.b
Boues in templis uendentes qui Ibidem
Brachium Domini quid ſignificet 21.b 24.a
Buxus Eccleſiæ per Eſaiam promiſſus quid 27.b
Buxus cur in templis ponatur ibidem

C

Cadere ſuper collum filij quid ſit 190.a
Cæcus a Chriſto illuminatus quid 224.a 226.b
Caius Iulius Cæſar unde ſic appellatus 484.a
Cæſaræa Philippi à quo condita, ubi ſita, & unde nomen acceperit 510.a 550.a
Cæſar uocabulum quid ſignificet 425.a
calciamenta, quæ Chriſtus Apoſtolis prædicaturis interdixit, quid 613.a
calciamẽta in pedes filij prodigi data quid ſignificent 190.a 192.b
Caluariæ locus unde dictus ſit 259.a
candelabrũ de auro puro in ueteri teſtamẽto quid ſignificet 54.b
canes Lazari ulcera lingentes quid ſint 185.b
Capharnaum quomodo Chriſti ciuitas dicitur 357.b
capita leuare quid ſit 9.a
capita Diaboli ſeptem quæ ſint 312.a
capita quatuor in tertia beſtia Danieli uiſa quid ſignificent 12.a
caput Chriſti à peccatrice oleo inunctum quid ſignificet 247.b
caput Chriſti Deus eſt 259.a 500.a 569.a
caput Chriſti quis arundine percutiat ibidem
caput agni cum pedibus, inteſtinis uarare quid ſit 283.a 300.a
carbunculi natura, & quid myſtici ſignificet, oſtenditur 583.b
carcer quid ſignificet 407.b
carnes cum lactucis agreſtibus comedere quid ſit 283.a
caro & ſanguis quid ſignificent in ſacra ſcriptura 520.b 552.a
caſtellum quod ingreſſus eſt Ieſus, quid prætendat 438.b 569.a
caſtitas coniugalis laudatur 98.a
caſtitas in turture, charitas in columba commendatur 112.b 117.b
caſtitas Sacerdotibus præcipitur 680.a
caſtitatis commendatio 564.b
caſtitatis gradus qui 534.a
caſtrorum filiorum Iſraël circa tabernaculum locationis modus & typus 354.b
cathedra uendentium columbas quando euertatur 614.b
catulus leonis Iuda ad prædam aſcendens Chriſtus eſt 285.b
cedrus quid allegorice ſignificet 27.a
cedrus ad quid in Eccleſia ponatur ibidem.b
centum quinquaginta piſces à Diſcipulis capti, quid ſignif. 291.b
Cephas uocabulum interpretatur 508.a 509.b
cereorum uſus in templis quid ſignificet 211.a
ceruix ſancti Pauli decollati lacte fluxit 559.b
Chaos magnum inter nos & uos firmatum eſt, loci expoſitio 185.a
charitas homines Deo reddit proximos 554.a
charitas quid 555.a 402.a
charitas & dilectio Chriſtianũ præcipitur 59 b 321.a 674.b
charitas in arguendo & iudicando ſeruanda eſt 401.b
charitas perfecta quæ ſit 309.a 324.a 521.a 534.a 633.a
& 656.a b 546.b
charitatis fratrum ſororumq; cum mariti & uxoris charitate collatio 334.b
charitatis præcepta tantum duo 612.b 653.b
Cherinthianorum ſtulta hæreſis conuincitur 285.b
Cherubim plenitudo ſcientiæ dicitur 292.b 642.a 397.b
Cherubim duo ſuper arcam teſtamenti ſe mutuò reſpicientes, quid folio 642.a
Chriſtiani templa ſunt Dei 496 b 503.a
Chriſtianus tam proxima quàm ſibi natus eſt 414.a
Chriſti tam diuinitas quàm humanitas unde clarè eluceat 152.a
& 267 b 384.a 151.a 152 a 318.a
Chriſti natiuitas ſecundum carnem è Maria 97.b
Chriſto naſcente lux orta eſt Iudæis, moriente, tenebræ 149.b
Chriſtum in Galilæa uidere quid ſit 180.a
Chriſtũ non eſſe conceptũ de humano ſemine 78.a 80.a 82.b 111.b
Chriſtum ad conſummationem ſæculi apud nos manere, quomodo intelligatur 296.a
Chriſtum qui uerè tangant 150.b 486.b
Chriſtus cur ſe, cùm Iudæi eum caperent, non defendit 257.b
Chriſtus à principe Iudæorum interrogatus cur tacuerit 252.a
Chriſtus triginta argenteis cur uendi uoluerit ibidem b
Chriſtus quando primùm Eccleſiam ingreſſus ſit 438.b
Chriſtus non prius eſt genitus quàm glorificatus 265.b
Chriſtus quàm diu in terra conuerſatus ſit 37.b
Chriſtus cur, cùm Iudæi eum occidere quærebant, latuerit 210.b
& 238.a 252.b

Chriſtus

Chriſtus Deus & homo 747.b 19.a 219.a
Chriſtus de ſtirpe Abrahæ proceſsit 22.a
Chriſtus cur Cæſari cenſum dederit 40.a
Chriſtus finis eſt legis 260.b
Chriſtus quare à Iudæis ſepulchrum ſuū cuſtodiri voluerit 259.b
Chriſtus ut clauſum uirginis uterum intrare, ita clauſo ſepulchro egredi potuit 274.a
Chriſtū, ut reſurrexit, primùm ſanctam Mariam matrem ſuam adijſſe 279.b
Chriſtus cur non in templo nec ciuitate, ſed foris ſit crucifixus folio 271.b
Chriſtus baptiſmate non indiguit 83.a
Chriſtus quatenus nobis ſimilis extiterit 91.a
Chriſtus quomodo creuiſſe & confortatus dicatur 79.b 80.a
Chriſtus quibus in ruinam, & quibus in reſurrectionem uenerit folio 78.b 79.b
Chriſtus ſolus ex innocentibus mortem euadens quid oſtendat 71.a
Chriſtus ſæuitiam Herodis cur euitauerit 72.a
Chriſtus cur de deſponſato uirgine & concipi & naſci voluerit folio 16.a 525.a 526.a
Chriſtus cur & quando in naui dormiat 108.a 109.a 108.b 110.b
Chriſtus quomodo & quare nuptias celebrauerit 98.a b
Chriſtus quando in ulnas ſuſcipiatur 113.a
Chriſtus e Maria natus uirginitatem eius non læſit 112.b
Chriſtus lapis abſciſſus de monte ſine manibus 522.a
Chriſtus mons magnus ibidem
Chriſtus Iudæis promiſſus 523.a
Chriſtus ſuper mare deambulans, cur ſuos tanquam alienos præterierit 149.a
Chriſtus cur tentari uoluerit 151.b 153.a
Chriſtus nobis occiſus eſt 44.a 153.a
Chriſtus cur in præſentia trium Diſcipulorum, Moſe & Heliæ ſit transfiguratus 170.a
Chriſtus cur primis Cananææ mulieris precibus non annuerit folio 173.b 175.b 176.a b
Chriſtus cur ſe ſæpiùs filiū hominis quàm dei uocet 183.a 520.a 550.b
Chriſtus cur toties ſuam paſsionem Diſcipulis prædixerit ibidem
Chriſtus à quot, quibus ſit traditus ibidem
Chriſtus à ſpiritu ſancto cur ductus in deſertum 151.b
Chriſtus omnia ſua commiſit Apoſtolis 70.b
Chriſtus uerus Samaritanus 428.a 432.a 473.a
Chriſtus per aſſumptam carnem humanam nobis factus eſt proximus 430.b 433.a
Chriſtus uerè carnem aſſumpſit humanam 432.a
Chriſtus ſe gallinæ comparat 57.b
Chriſtus filius Barachiæ unde dicatur 64.a
Chriſtus ſecundum humanitatem ex nobili genere ortus 686.a
Chriſtus cur ante lotionem ſuorum Diſcipulorum pedum ueſtimenta poſuerit, ſeq; cinxerit, ac poſt eadem reſumpſerit folio 267.b 268.a
Chriſtus quō ſemper apud patrem & apud nos ſit 314.b 296.b
Chriſtus cur ſuis Diſcipulis pedes lauerit 268.b
Chriſtus cur carnem aſſumpſerit 36.b 40.a
Chriſtus cur Lazari poſitum ex alijs ſciſcitetur 232.a 233.a
Chriſtus ubi & quomodo quærendus & inueniendus 241.a & 249.b 97.b 503.b 362.a
Chriſtus matrem agnoſcere diſsimulans quid 563.a
Chriſtus & Petrus quo diſcrimine uterq; dicatur petra 575.b
Chriſtus cur eſurierit, ſitierit, ab Angelo paſci uoluerit 588.a
Chriſtus cur Publicanis & Pharizæis familiarius conuixerit folio 605.b
Chriſtus tres tantum mortuos reſuſcitauit 625.a 449.b
Chriſtus cur ſit baptiſatus aqua 44.a
Chriſtus cur à Sathana tentari uoluerit in eremo 44.a
Chriſtus quando ad nos intret, & manum teneat 490.a
Chriſtus quo potiſsimùm noſtro ſtudio delectetur 507.a
Chriſtus cur retrò tangatur 486.b 487.b 489.b
Chriſtus cum Diſcipulis latrum ſequens quid 489.b
Chriſti interrogationes quid ſignificent 490.b 491.a
Chriſtus angelus & propheta, cùm horum ſit Dominus, unde dicatur 491.b
Chriſtus quòd dicit ſibi diem extremum ignotum, quomodo intelligatur 373.b 492.a
Chriſtus cur primùm, quid homines, deinde quid ipſi Diſcipuli de ſe ſentiant, quærat 520.a 550.b 551.a 553.a
Chriſti diuinitatis cultus & ueneratio qua mercede remuneretur folio 520.b
Chriſtus filius Dei uiui per naturam ante tempora 521.b
Chriſtus & pater quomodo ſint unum 322.a
Chriſtus primùm cognoſcendus filius, antequàm quis ad patris cognitionem uenire poſſet 323.b
Chriſtus quibus potiſsimum argumentis ſe Dei filium declararit folio 324.a 385.a b
Chriſtus quos maximè eligat 505.b
Chriſtus cur à Ioanne Baptiſta agnus Dei uocetur 506.b
Chriſti qui ſint dicti 507.b
Chriſtus cur modò diuinitatem ſuam in loquendo, modò humanitatem oſtendat 317.b
Chriſtus cur dicat ſe pro Diſcipulis non rogaturum patrem ibidem
Chriſtus non dicitur filius ſpiritus ſancti 378.a
Chriſtus in omnibus ſuis & factis & dictis noſtram ſpectauit ſalutem 381.a
Chriſtus primus & nouiſsimus quid 526.b
Chriſtus omnibus, nemo Chriſto neceſſarius 531.a
Chriſtus quo ſit unctus 507.b
Chriſtus cur ſe non tantum uitem, ſed uitē ueram appellet 536.b
Chriſtus quō ſit genitus, nec quærere nec ſcire licet 54.a 51.b
Chriſtus ut ſequendus ſit 602.b 603.a
Chriſtus quomodo patre minor æqualiſq; dicatur 52.b 53.a
Chriſtus quomodo in domum recipiendus 583.a
Chryſolitus lapis diuini uerbi præcones ſignificat 583.a
cibus Chriſti quis ſit, & quid operetur 209.a 210.a 211.a 497.b
circuncifio duplex eſt 54.b
circuncifio cur ſit inſtituta 82.b 84.a 221.b
circuncifio quibus inſtrumentis ſit peracta 221.b
circuncifio ſpiritualis & uera quæ ſit 80.b 81.a 84.b 545.b
circunciſione carnali neque Chriſtus, neq; Ioannes Baptiſta indiguit 545.b
circuncifio plenaria quando futura, & quæ ſit 83.b
circunciſionis dies dominicæ reſurrectionis typum præfert 544.b
ciuitas, in quam abijt mulier Samaritana ob prædicandum Chriſtum, quæ ſit 211.a
ciuitas Dei quæ ſit 467.a
ciuitas uaſtra quæ ſit 39.b
ciuis, cui filius prodigus adhæſit, quid ſpecialiter deſignet 192.a & 189.a
clamor cordis cœlos penetrat 439.a
clementia Dei quæ, & quomodo petenda 318.b
claues regni cœlorum quid 558.a 560.b 521.a 552.b
claues regni cur, quā Petro ſint datæ 560.b 521.a 552.b 553.a 554.a
Clericos quales eſſe deceat 607.a
coccus bis tinctus quid allegoricè 614.b
Cœli in ſacra ſcriptura quid appellentur 335.b
Cœlum eſt duplex 330.b
cœnaculum magnum ſtratum fides eſt uirtutibus ornata 265.b
cœna ultima, in qua cum Diſcipulis ſuis diſcubuit Ieſus, quid ſignificet 267.b
cogitationis malæ modus triplex 316.a
columba felle caret 94.b 119.a
columbarum ſeptem uirtutes 94.b
columba à Noe emiſſa rediens, ramumq; uirentis oliuæ adferens, quid 95.a 99.b
columbas in templo uendere quid 614.b 632.b 417.b 218.b 420.b
collocutio Abrahæ cum diuite quomodo ſit facta 185.a
comminatio Domini eſt diuini imperij uirtus 456.a
communio ſacra impudicis interdicitur 680.a
Concionatoris boni officium deſcribitur 671.a b 100.b & 106.a 59.a 296.a 547.b 426.b 418.b 432.b
condemnatorum ſors in extremo iudicio deſcribitur 695.a b
confeſsionis & pœnitentiæ fructus qui ſint 79.a 564.a
confeſſores ueri qui, eorumq; magna laus 620.b
confeſsionis ſacramentū ab ipſo confirmatur Chriſto 302.b 129.b

confiteri

confiteri peccata iuſti & chriſtiani eſt hominis 79.a 320.a
conſcientia pura & fœlix quæ 547.a
conſerui noſtri qui ſint 481.a 481 a
conſilium de liberatione hominis per crucem ante æterna ſæcula erat apud patrem & filium initum 261.b
conſilium iuſticiæ & miſericordiæ Dei non ſuit primis Sanctis incognitum 260 a
conſonantia ſcripturarum de incarnatione Chriſti 30.a
conſortes Chriſti qui 507.b
conſortium impiorum 396.b
conſtantia Ioannis Apoſtoli 13.a
contemptus mundi comparatione ficulneæ nobis oſtenditur 9.b
conuerſio ſubita & admiranda 472.a
conuerſio tam ſubita Reguli eiusq́; familiæ quid innuat 475.b
conuiuia cur, quomodo celebranda 603 a 451.b
conuiuium, ad quod à Matthæo uocatus eſt Chriſtus, quid myſticè ſignificet 605 b
conuiuium quando Chriſto præparetur ibidem
conuiuium ultimum cum ſeptem tantum Diſcipulis Chriſtus peregit, & quid ſignificet 289.a
conuiuium Dei quare cœna & non prandiũ uocetur 391.a 289 a
cophini duodecim ab Apoſtolis fragmentis impleti quid ſignificent 210.b
cophinus ſtercoris, qui circa ficulneam mitti debebat, quid ſignificet 459.b
cor bonorum omnium atq; malorum ſecretarium 424.b 669.b & 670.a
corda ſanctorum citharis & phialis aureis comparantur 547.a
cornua decem in quarta beſtia Danieli uiſa, quid 12 a 312.a
cornu unum inter decem exortum quid 12.a
corona ſpinea Chriſti capiti impoſita quid ſignificet 259.a
corpus nutritur pane, anima uero uerbo Dei 153.b
corpus Chriſti à Ioſeph ſindone inuolutum, nouoq́; ſepulchro reconditum, quid deſignet 259 b
corpus & ſanguinẽ Chriſti in pane & uino uerè conſiſtere 256.a
corrigiam Chriſti calciamenti ſoluere quid 25.a 33.b 35.b
coruus à Noe emiſſus non reuertens quos denotet 95.a
Creaturæ ad creaturam mirabilis coniunctio 373.a
credere cur ea difficilius poſſumus, quæ magno deſiderio expectamus 333.a
credere in Chriſtum humana non poteſt poſsibilitas 555 b
creuiſſe Chriſtum, non tamen ad ſenium perueniſſe quid ſit 317.b
crucem baiulare quid 647.a
crucis & paſsionis Chriſti maxima præconia 271.b 272.a 574.b
crux Chriſti quot modis à nobis baiuletur 646.b 650.b
crux à cruciatu dicta 646.b
crux Chriſti cœlo & terræ profuit 81.b
crux Chriſti inimicitias inter Euangelium & legem ſuſtulit 82.a
crux Chriſti impijs ludibriũ, fidelibus eſt myſterium 271.a 264.a
cultores uineæ qui 494.b
cultor uineæ dominicæ quis primus extiterit 459.a
curam corporis non eſſe abijciendam 485.a
cur ante paſsionis ſolennitatem ieiunemus 305.a
curatio, qua Dñs paralyticum curauit, quid ſignifi. 466.a 357.b & 358.a 467.a
cur ſpiritus ſanctus bis à Chriſto ſit datus 376.a
cur ſolus pater miſſus non legatur 378.a
cyathi in tabernaculo facti quid 13.b

D.

DAemones cur Chriſtus ſilere iubeat 361.a 361.b
Dæmoniacus in ſynagoga quis 360.a
Dæmonia etiam reprobis eſſe ſubiecta 667.a
Dæmonia quando eijciantur 412.a
Dæmonia Chriſtum ſaluatorem confitentia quid ſignificẽt 361.b
Dæmoniacus à Domino curatus quid deſignet 455.b
Damnationẽ temerariã eſſe uitandã 212.a 400.b 407.a
Dauid cur in ſerie generationis Chriſti Abraham præponatur ſolio 600.b
Dauid interpretatur manu fortis & deſiderabilis 601.
Dauid Chriſtum ſignificat ibidem
Dauid ſubtilius aliquid quàm reliqui Patriarchæ de Chriſti maieſtate cognouit 419.b
Dauid cur deſiderabilis dicatur ibidem
Dauid templum Deo conditurus, quo omnia præparauerit 318.b
debitores duo fœneratori obſtricti qui ſint 457.b
decalogus dilectione Dei & proximi conſtat 410 a
decem & octo anni quid 495.b
Decies uiſum eſſe Chriſtum poſt reſurrectionem ſuam tradunt Euangeliſtæ 296.b
decimæ quomodo Deo ſint dandæ 152.b
dedicatio templi Hieroſolymitani à quibus, quo tempore, quoties ſit facta, & quid ſignificent, oſtenditur 501.a b 304.b
de diuerſitate eorum, quæ ſunt 372 b
Dei conſtitutio naturam uincit 334 b
deliciæ & luxuriæ Chriſtiano fugiendæ 108.a
delicias ſpirituales homo quando amiſerit 391.a
deliciæ noſtræ quæ ſint 251.a
delinquentẽ & delinquenti conſentientẽ eadẽ pœna manet 546.b
denarij duo quid 428.b 432.b
denario numero reliqui numeri continentur 312.a
denarium diurnum qui poſt murmurationem accipiant 124.a
denarius quando Regi noſtro ſoluatur 39 b
denarius diurnus quid 326.b
denarius numerus legem ſignificat 290.b
de nouiſsimis ſæculi temporibus 382.a
Deo magis quam hominibus ſemper eſt obtemperandum 273.a
deſcriptio orbis à Cæſare Auguſto edicta, quid ſignificet 38 b
deſertum, de quo Eſaias: Ponam deſertum in ſtagna, &c. quid ſit ſolio 27.a
deſertum quid ſit 153.b 395.a
deſtructio ciuitatis Hieroſolymitanæ quid ſignificet 420.b
deſtructionem mundi qui lugeant 9.b
Deus cur electos affligat 356.b 301.b 572.b. 265.a b 358.b
Deum omnium rerum eſſe cauſam 370.b 54.a 371.a b
Deum incommutabilem eſſe 372.a
Deus cur in cœlis habitare dicatur 372.a
Deus aliter Sanctis, aliter peccatoribus præeſt 372.b
Deus neminem ad peccandum cogit 257.a 431.a
Deus eos peccare permittit, qui peccare deſiderant ibidem
Deus quomodo dignè colatur, laudetur, & magnificetur 130.b & 386.a 109.b 580.a 24.a
Deus cur quoſdam indurari ſinat 321.b
Deus quare miſericors dicatur 402.b
Deus ſemper eſt inuocandus, tam in ſecundis quàm aduerſis 563.a
Deus cur maſculum & fœminam ex uno crearet 534.b
Deus ſubſtantia inuiſibilis, & natura incomprehenſibilis 374.b
Dextera & ſiniſtra Dei quid 257.a
Diabolus malarum cogitationum nõ eſt autor, ſed adiutor 204.a
Diabolus in quibus requiem inueniat, & quæ loca petat 162.b
Diabolus cur tantoperè hominis ſaluti inuideat 153.b 441.b
Diabolus cur rufus dicatur 312.a
Diabolus amatorum mundi princeps 442.a
Diabolus Chriſtum Deum eſſe neſciebat 88.b
dictio, magnus, de Chriſto & Ioã. Baptiſta ut diſtinguẽda 516.a b
didrachma à Domino ſoluta quid 406.a
dies, de quo dicitur: in illo die non rogabitis, &c. quid ſign. 319.a
dies octaua circumciſionis quid deſignet 69.b.
dies Dominica uniuerſalem reſurrectionem ſignificat 63.a
dies iudicij quare à Domino prolongetur 88.a
dies tres, in quibus turba Dominum ſequebatur, quid 410.b 409.b
dies redemptionis noſtræ quo ſpiritualiter ſit celebrandus 272.a
dies iudicij quaſi dies Dominica receptio corporum immortalium eſt celebranda 273.b
dies cur tempore paſsionis in noctis tenebras conuerſus 266.b
dies certi quibus ieiunare non licet 305.b
diffamatio, qua uillicus diffamatus eſt, quid ſignificet 414.b
diffidentiæ exempla 575.b
digitos cur Chriſtus in ſurdi auriculas miſerit 425.a
digitus Dei quid in ſacris literis ſignificet 425.a 197.a
digitus, quo Dominus in terra ſcribebat, cũ mulier adultera adducta eſſet, quid ſignificet 212.a 213.a

dignitas

Dignitas imperialis à Deo eſt ordinata 365.a b
dilectio prima Deo, ſecunda proximo debetur 38.a 321.a
diligere cum Deo nobis commune 554.a
diſcalciatus quis ſit 496.b
Diſcipuli duo iumenta adducturi miſsi, quid ſignificent 253.b
Diſcipuli uerè Chriſti qui ſint 655.a 403.b
Diſcipuli & Apoſtoli quid differant 354.a
Diſcipulorum duorū tantum ad prædicandum miſsio quid 642.a
diſcumbere ſuper terram quid ſit 410.a
diſſenſio Chriſtianorum triumphus eſt Sathanæ 306.a
diſtributio ſacræ ſcripturæ eſt triplex 245.b
diuerſo modo homines fœlicitatem metiri 366.b
diuerſo modo, ſed dono uno martyres in ſanguine ſuo baptiſantur 73.a
diues quare guttam aquæ de digito Lazari petierit 185.a
diues, ad cuius ianuam Lazarus leproſus iacebat, quid myſticè deſignet ibidem b
diuiti auaro ipſa eſt impietas & egeſtas 75.a 190.b 110.a
& 607.b
diues pro morte, impius pro ſepultura datus quid 283.b
diuinitas hominem, quem aſſumpſit, nunquam dimiſit 380.b
diui Petri feſtum cur cathedra ſit uocatum 519.b
diuites quibus infernus aperitur, qui ſint 185.a
diuites quomodo ſuis diuitijs uti debeant 131.b 132.a b 233.a
& 445.a
diuitiæ donum ſunt Dei 74.b
diuitiæ miſeriarum fons 185.a 24.a
diuitiæ ueræ & falſæ quæ 75.a 127.b 445.a
diuitijs inſeruire quid ſit 445.a
doctores & pij principes alæ ſunt Eccleſiæ 56.a
doctrina de fide cur doctoribus neceſſaria 366.b
doctrina ſacramenta diſtribuendi & catechizandi ſoli Eccleſiæ commiſſa eſt 435.a
Dominicum uerum corpus fuit, non phantaſticum, ut quidam ſentiunt, quod clauſis ianuis ad Diſcipulos introijt 801.b
Dominus plebem ſuam quomodo uiſitet 449.a
Dominus in nauim Petri cur aſcendit 405.b
Dominus Chriſtus cur ſecundò in terra aſcripſerit 212.b
Dominus cur in patria ſigna multa non fecerit 298.b
Dominus quomodo oſtium pulſet 604.a
Dominus Ieſus cur in porticu Salomonis deambulauerit 246.a
Dominus Chriſtus cur deſcenderit, ac aſcenderit 825.a
Dominus cur in uilla Gethſemani orare uoluerit 256.b
Domitianus Ioannem Euangeliſtam in dolium feruentis olei miſit 68.b 573.a
Domitianus ſanctum Ioannem in Pathmum inſulam exulem relegauit 69.a 573.a
domum, patrem, matrem relinquere, allegoricè exponitur 597.b
domus Petri, in quam ingreditur Chriſtus, quid myſticè ſignificet 801.b 206.a
domus leproſi in Bethania quid interpretetur 456.b
domus à muliere drachma amiſſa euerſa quid ſignificet 395.a
dona quæ, quomodo Deus hominibus elargiatur 331.b 376.a
& 207.a 210.a
dormire cur mortui dicantur 612.b 626.a
drachmæ decem, quæ in Euangelica ſunt parabola, quid ſignificent 395.a
drachma una perdita atq; recepta quid denotet ibidem
drachmæ nouem, quæ remanſerant, quid oſtendant 384.a
draco magnus & ruſus quis ſit 912.a
duas creaturas rationales à Deo eſſe conditas 376.b
duo gladij, id eſt, duo teſtamenta ad opus prædicationis perficiendum ſufficiunt 266.b
duo Diſcipuli, à Chriſto ad parandum paſcha miſsi, duo ſunt teſtamenta 265.a
duo Angeli in ſepulchro Chriſti duo ſignificant teſtamenta folio 295.a
duo Diſcipuli nempe Ioannes & Petrus, currentes ad ſepulchrum, quid ſignificent 298.a 300.b
duo Diſcipuli Chriſtum decima hora ſequentes, & apud illum eo die manentes, quid 507.a
duo in agro, alter aſſumptus, alter relictus, quid ſit 492.a
dupliciter Chriſtus credentium tectum intrat 104.b
durum eſt, qui ſuæ uitæ moderamina tenere neſcit, iudicem alterius fieri 802.a

E

EBrietatis mala 598.a 134.a b 115.b
Eccleſia quòd amicta ſole & lunam ſub pedibus dicitur habere, quid deſignet 311.b
Eccleſia coronam duodecim ſtellarum in capite geſtans, quid folio 312.a
Eccleſia in utero habere & parere quomodo dicatur ibidem
Eccleſia ſolos maſculos parit 311.b
Eccleſia, quæ Apoſtoli corporaliter, ſpiritualiter facit 830.b
Eccleſia turturi & columbæ comparatur 812.b
Eccleſia electorum filia dicitur Prophetarum & Patriarcharum folio 815.a
Eccleſia uetus nouæ per incarnationem Chriſti unita 815.b
Eccleſia templum eſt Dei 260.a
Eccleſia Chriſti morte & reſurrectione eſt dilatata 278.b
Eccleſia cur ſuper petram ædificata dicatur 528.a 66.b
Eccleſia non infirmatur, ſed confirmatur perſecutionibus 549.b
& 288.a 645.b
Eccleſia una quæ ſit 555.b
Eccleſiæ cum coniugio collatio 536.a
Eccleſiæ Chriſti multæ 555.b
Eccleſia Sanctorum in autoris ſui pace requieſcens, nullis diſſenſionibus poteſt dilaniari 288.a 257.a
Eccleſia tam malos quàm bonos complectitur 289.b 562.a
Eccleſia regnum cœlorum uocatur 290.a 126.a
Eccleſia catholica uidua eſt, & quare 448.a
Eccleſia oleo conſecratur 400.a
Eccleſia deſcribitur 644.b
Eccleſia caſtellum dicitur 590.b
Eccleſiæ rectores quales eſſe debeant 592.a
Eccleſia Michaëlis Archangeli oſtenditur & deſcribitur folio 606.a 607.a
Eccleſia quomodo mater credentium uocetur 497.a
Eccleſia quibus & quot hominum generibus conſtet 14.a 56.a
& 800.b 82.a
Eccleſia ſtabulum dicitur 432.b 434.b
Eccleſia quibus modis impugnetur 499.b
Eccleſia quantæ curæ ſit Deo 644.b
Eccleſia quando promiſſa, & quibus præfigurata 497.a
effeta quid ſignificet 425.a b 426.b
eiectio filij patrisfamilias extra uineam quid 187.a 188.a
elatio animi Chriſtianis prohibetur 444.a
Eleazar Aaronis filius ſecundus in ueteri lege pontifex 538.b
Electi Dei qui uerè ſint 637.a
electi qui ſint, homini incognitum eſt 471.a
electi quomodo filij ſpiritus ſancti dicantur 520.b
electi Dei aliter ad patrem eunt, quàm filius Chriſtus 315.b
electorum in extremo iudicio ſors deſcribitur 695.a.b
electorum conſolatio in quibus conſiſtat 810.a
electus cur Deus aliquando peccare ſinat 28.a 437.b
elementa Chriſtum patientem luxerunt 286.b
eleemoſynæ Chriſtianis præcipiuntur 806.a 356.a 609.a
& 622.a 636.b 648.b 146.b
eleemoſynæ quæ meritum non habeant 142.a
eleemoſynæ quid proſint 29.a 403.a 672.a
eleemoſynæ quando ſint dandæ 506.a
eleuatio oculorum Chriſti quid deſignet 657.a
Eleuſini uiri tribunitij filius mortuus ad memoriā ſancti Stephani uitæ redditur 62.a
Eliſabeth uox, benedicta tu, quid oſtendat 200.a
Eliſabeth unde ſcire potuerit nomen Ioannis 545.b
Eliſæi ad ſepulchrum mortuus ſuſcitatur 635.a
Emanuel interpretatur nobiſcum Deus 587.a 517.b
ementes in templo qui ſint 418.b
Emor interpretatur aſinus, ac Hæreticos deſignat 701.a
Encænia feſtum Iudæorum quale ſit 244.a 246.a 503.a

Enoch

Enoch in cœlum raptus 331.a
Enoch & Heliæ differentia ibidem
Epiſcopi officia deſcribuntur 671.b 302.a 107.a
Epiſcoporum quorundam reprehenſio 615.a
Epiſcopi munus periculoſum 302.a
Epiſcopus mercenarius quis ſit 309.a
epiſtolarum ſancti Pauli magna laus 559.b
error eorum, qui mille annos poſt reſurrectionem Chriſtianos in terra victuros aſſerunt, confutatur 516.b
error Sabellij confutatur 245.a
error hæreticorum de fratribus Domini confutatur 242.a
error quorundam de reſurrectione mortuorum malè ſentientium refellitur 623.b
Eſaias lignea ſerra medius diſſectus eſt 57.b
eſtote prudentes ut ſerpentes, &c. loci expoſitio 640.a
eſurientes uerè qui 22.a 24.a
Ethnicus quis ſit 200.b
Euæ infœlicitas & maledictio propter peccatum 524.a
Euangelium cur Iudæis ereptum, & ad gentes tranſlatum folio 523.a
Euangelia plura quàm quatuor ſcripta 611.b
Euangelium quid ſit ibidem
Euangeliſtæ cur quædam in ſuis Euangelijs omiſerint 79.b
euchariſtia quando ſumenda 496.b 497.a
euchariſtiæ ſacramenti magna præconia 353.b
Eucharius presbyter Hiſpanus calculo liberatur ad memoriam ſancti Stephani martyris 61.b
Eucharius presbyter beneficio ſancti Stephani à mortuis ſuſcitatur ibidem
Eudoxiæ Reginæ Arcadij imperatoris uxoris mira laus 574.a
Eudoxia Regina Hieroſolymam adit ibidem
Eudoxia Regina magnis muneribus à Iudæis excipitur ibidem
Eudoxia Petri Apoſtoli cathenis, quibus in uinculis conſtrictus fuit, à Iudæo donatur ibidem
Euſtochij uirginis laus 588.a
Eutychetis error de operationibus Chriſti 410.b
exactio Cæſaris, qua cenſum exigit, quid ſignificet 484.b
exaduerſa aſcendere quid ſit 307.b
excellentia ſeipſum in homine munus eſt diuinum 189.a
excuſſio pulueris de pedibus quid ſit 356.b
exequiæ quid proſint 623.a
exhortatio ad omne opus bonum 137.b 618.b 645.b
exhortatio ad pauperes recipiendos 568.b 609.a 648.b
exhortatio ad Sanctos inuocandos 652.a
exhortatio ad obſequium & timorem Dei 125.b
exempla bonorum paſtorum in Iacob, Moyſe, Dauid nobis oſtenduntur 308.b
exemplum humilitatis & hoſpitalitatis in quodam 280.b
exemplum perfecti diuini amoris in Maria Magdalena folio 292.a
exemplum elegans de impij cuiuſdam conuerſione refertur 124.b
expiationis annuæ per Pontificem ritus quid oſtendat 539.b
expuendo muti linguam ſanans Chriſtus quid innuat 415.a
extra Eccleſiam nemo ſaluatur 101.b. 287.b
extremi iudicij forma oſtenditur 695.b
extremum iudicium, mors ſollicitè meditanda 696.a
exultatio Ioannis in utero materno quid ſignificet 20.ab

F

FAcies Dei qui uocentur 115.a
Facta Chriſti mera ſunt præcepta 613.b
Faculis & laternis Chriſtum quæſierunt Iudæi, noctem tamen infidelitatis non euaſere 270.b
Factores legis non auditores iuſtificabuntur 412.a
fames in longinqua regione, ubi filius prodigus omnia dilapidarat, quid ſit 189.a 191.a
familia Dei Angeli & homines 162.b
fauum mellis & piſcem aſſum Chriſto offerre quid ſit 287.b
febris, qua laborabat ſocrus Symonis, quid 206.a 360.a 361.a
Felicitas fœmina cum ſeptem filijs martyrium pro fide Chriſti ſubit 563.b
feneſtras claudere quid ſit 306.a
feneſtræ, per quas mors ingreditur, quæ ſint 306.b
feria ſexta quare ſit Chriſtus crucifixus 267.a 273.b
feſtinantes agnum comedere quid ſit 300.b
feſtorum & ſolennitatum, quas in templis agimus, præcipuus finis 303.b
feſtiuitas Paſchæ quid olim ſignificauerit 255.a
feſtuca quid ſignificet 401.b 404.a
feſtuca cordis oculum turbat 401.b
feſtum purificationis unde nomen traxerit 118.b
ficus quid denotet 599.a
ficus folia, quibus partes obſcæniores texerunt parentes noſtri, quid 432.b
fidei operationes quæ 439.b
fidei fundamenta tota intentione diſcenda 521.b
fidei magna laus 128.a
fidelibus quando perſecutiones fugere liceat 91.b 667.a
fidelis ſeruus non adulterat Dei uerbum 677.a
fides uera, & requies eſt noſtra, Trinitatem in unitate agnoſcere 288.b
fides meritum non habet, cui humana ratio præbet experimentum folio 301.b
fides quid ſit 302.a 366.b
fides ſine operibus mortua eſt 303.a 314.b
fides aliena quid poſſit 358.a 465.a
fides ad ſalutem neceſſaria eſt 366.b 439.b
fides recta in orationibus manet 29.a
fides non ficta ſalubriter petita meretur 455.b
fides una omnium temporum ſanctos iuſtificat 260.a 580.a
fiducia de miſericordia Dei habenda 400.a
figura leonū, boū, Cherubim in baſibus templi expreſſa, quid 614.b
figulus Chriſtus 258.b
filia Cananææ quid ſignificet 231.b
filia Archiſynagogi intra domum reſuſcitata, quid 231.b 449.b
filiam Archiſynagogæ duodecim annorum mori, & mulierem hæmorrhouſam prius ſanari, quid ſignif. 486.b 487.b 489.a b
filij Abrahæ qui 506.a
filij ſerui debitoris quot ſignificent 482.a
filij prodigi hiſtoria myſticè exponitur 189.b 190.b 191.a & 192.a 193.a
filij connubio parentibus apud Perſas ſociabantur 645.b
filiorum in parētes inobedientia quā grauiter à Deo puniatur 62.b
filius quomodo patri dicatur æqualis 293.b 297.b
filius, uerbum, uirtus, imago Dei & ſapientia, idem ſunt 54.a
filius Ioannis quis nam dicatur 546.b
filius minor hominis iſtius, de quo Lucæ 15. parabola loquitur, quis ſit 189.b 191.b
filius ſenior hominis iſtius quis ſit 189.a 91.b
filius uiduæ defunctus quid ſignificet ſpiritualiter 447.a 228.a
filius uiduæ reſuſcitatus quid præfiguret 449.b
filius procedit à patre 316.a
filius cur dicatur genitus 369.b
fimbriam ueſtimenti Chriſti tangere quid ſit 149.b 456.b 488.a
fletus & ſtridor dentium impiorum quid ſit 473.a
fodere circa ficulneam infructuoſam quid ſit 495.a
fodere, quemadmodū dixit uillicus: fodere nō ualeo, quid ſit 414.b
fœminæ duæ Chriſti ſepulchrum uiſentes, fideles tam ex gentibus quàm Iudæis deſignant 274.a
fœminæ piæ teſtimonium tam ualet quàm uiri 8.a
fœminæ duæ molentes quid 492.b
fœminarum bonarum magna laus, earundemq́; exempla 594.a
fons, ad quem Dñs in Samaria mulierem inuenit, quid 209.b
fons aquæ uiuæ, qui fluet de uentre credentis, quid ſit 240.b
formam orandi nobis Ieſus in monte orans, oſtendit 352.b
fortitudinis exempla 567.a
fortis, de quo dicit Dñs: cū fortis cuſtodit atriū, &c. quis ſit 195.a
fœnum, in quo turba requieuit, quid deſignet 216.a 491.a
Fotini & Manichæi hæreſis quæ 92.b
fractio panis quid deſignet 212.b
fragmenta à Diſcipulis collecta quid deſignēt 216.a 420.a 491.a
frangere panes quid ſit 410.a

fratres

fratres quot modis in ſacra ſcriptura dici ſoleant 242.a
fratres Chriſti qui ſint 243.a
fratres quinq; diuitis quid ſignificent 185.b
fratres fide imbecillioris ferendos eſſe ac inſtituendos 96.b
fratres primos Diſcipulos ac piſcatores, & à mari uocatos quid ſignificet 512.b 513.a 514.a
fratri demortuo ſine ſemine, ei ſemen ex eius uxore excitandum, quid ſignificet 496.ab
fratrum duorum hiſtoria iucundiſsima 471.b 472.a
fratrum concordia commendatur 558.a
frequens corporalis Chriſti poſt ſuam reſurrectionem manifeſtatio quid oſtendat 297.a
fructus ueri concionatoris, qui 642.b 693.a
fructus dignus pœnitentiæ quis 26.a
fructus dignus pœnitentiæ quid requirat in homine 26.b
fugere lupum uenientem quid 307.b
fundamentum & fundamenta in ſacra ſcriptura quid differant folio 500.a
fundamentum domus quid ſignificet 412.b
funiculus, ex quo Dominus flagellum feciſſe legitur, quid denotet folio 218.b
futura minus diligimus, quia non uidemus 67.b

G

GAbriel Archangelus mitti quando dicatur 397.a
Gabrielis Archangeli interpretatio 397.a
Galaad aceruus teſtimonij interpretatur 667.a
Galilea transmigratio facta & reuelatio interpretatur 72.a & 98.b 275.a 277.a 295.b
Galilea Eccleſiam ſignificat 297.b
Galileæ cur ſe uidendum exhibuerit ſuis Diſcipulis Chriſtus folio 274.b 295.b
gaudium Chriſti in quibus ſit 635.a
gaudium Diſcipulorum de reſurrectione Chriſti 284.a
gaudium electorum in quibus conſiſtat 310.b 414.a
gaudium uerum & falſum quod 414.a 617.a 633.a
gaudium electorum quomodo non tollatur ab eis 310.b
Gaza ciuitas Philiſtæorum, quam ingreſſus eſt Sampſon, quid typicè 278.a
gazophylacium Chriſti manus eſt pauperis 235.a 356.a
gazophylacium quid ſit 235.a 270.b
Gedeonis pugna myſticè exponitur 63.b
Gedeonis pugna cum ſtephani martyrio comparatur ibidem
gehenna duplex 665.a
gemina Moſæ percuſsio ſuper petram quid innuat 353.a
genera martyrij duo 659.b 660.a
genera perſecutorum duo 663.b
gens quæ iniquior, Chriſtum occidere debuit 257.a
gentes ad regnum Dei hora undecima uocatæ 113.a
gentes cur lapidum nomine in Euangelio ſignificatæ ſunt 26.a
gentilitas per Aegyptum ſignificatur 71.b
gentilium pietas oſtenditur 46.b
genus humanum ab initio in peius procliue 425.a
genus humanum qua peſte perierit 19.b
gladium non pacem ueni mittere, loci expoſitio 649.a 241.a
gladium emere, & uendere tunicam, locus exponitur 266.a
gladius quæcunq; pœnam in ſacris literis ſignificat 257.b
gladius etiam uerbum Dei ſignificat 654.a
gladius animam Mariæ tranſiturus quid 79.a 80.a 115.a
gloria unigeniti quæ ſit 47.a
gloriæ inanis cupiditas reprehenditur 73.b 106.a 536.a
Gordianæ hiſtoria, atq; reprobatio 471.ab
gradus in peccatis & reatu 403.b
granum frumenti quid ſit 251.b
granum ſynapi & fermentum myſticè quid 491.b 492.a
gratia ſpiritus ſancti maior fuit in Maria, quàm in Prophetis & Sanctis 585.b
gratiæ & legis differentia 602.b
gratiæ ſpiritus ſancti ſeptem 197.b
gratia ſpiritus ſancti non ad præmium, ſed gratis danda eſt 219.a
gratiæ diuinæ commendatio 537.b
gratiæ diuinæ expers nihil boni agere poteſt ibidem
gratiam donorum in ſpiritu ſancto eſſe 376.a
gratia quanta per Chriſtum natum homini ſit data 377.a
Gratiæ nobis in omnibus aduerſis Deo agendæ, & quare 465.a

H

HEbdomas in ſacra ſcriptura quid 493.ab
Hebionitarum hæreſis confutatur 78.b
Hebraiſmi proprietas 52.a
hæreditas filij patrisfamilias quæ 186.b
Hæreſiarchæ ſeptem ſunt capita Diaboli 312.a
hæretici, qui Chriſtum non natura, ſed gratia Deum dicebant, refutantur 229.a
hæretici, Chriſti corpus ſine pondere & phantaſticum fuiſſe aſſerentes, refutantur 150.a
hæretici, ut uera dicere credant, uera falſis miſcent 436.b
hæretici alios omnes præ ſe contemnunt 565.b
hæretici, qui plerunq; paucitate ſe commendant, cauendi 413.a
hæreticorum quorundam, ut Memnonis Symonis noſtri æui error de duabus in Chriſto naturis confutatur 387.a
hæreticorum multorum uariæ hæreſes conuincuntur 45.b 78.b & 79.a
hæreticorum quorundam de Deo error refellitur 87.b
hæreticos ſpiritum ſanctum poſſe dare, canones ſacri negant folio 287.b
hæreticorum fructus qui ſint 578.a
Helenæ Reginæ magna laus 574.a
Helena Regina Conſtantini Imperatoris mater crucem Chriſti prima inuenit ibidem
Heliam & Enoch ante finem ſæculi uenturos 362.a
Helias igneo curru in cœlum raptus 395.b
Helias à Ieſabel perſecutionem paſſus ibidem
Helias Propheta à coruo paſtus 588.a
Helias Propheta cur famis tempore ad uiduam Sareptanã miſſus fit 198.b 588.a
Heluidij impius error de primogenito conuincitur 42.a
heptatrochum quid 409.b
Herodias uxor Philippi Regis Arethæ fuit filia 595.b
Herodes maior, ſub quo natus eſt Chriſtus, quatuor filios habuit folio 550.a
Herodis obitus quid ſignificet 71.b 85.a
Herodis impietas ac tyrannis in innocentes pueros oſtenditur folia 72.b 74.a
Heſperus ſeu Veſper & Lucifer ſtellæ quantum differant 275.b
Hiæna cadaueribus mortuorum uiuit 56.a
Hieremias in Aegypto lapidatus eſt 57.b
Hiericho ciuitatis excidij uera interpretatio 428.a
Hiericho ciuitas fuit munitiſsima 427.b
Hiericho in campeſtribus, Hieroſalem in montoſis fuit ſita folio 430.b
Hiericho interpretatur luna 136.b 139.b 311.b & 431.a 433.b
Hieruſalem ſanctæ ciuitatis de cœlo deſcendentis portæ tres ab unaquaq; cœli plaga, quid ſignificent 354.b
Hieruſalem Eccleſiam ſignificat 97.a 112.a
Hieruſalem uiſio pacis interpretatur 67.a 112.a 433.b
Hieruſalem ſuperna mater eſt omnium noſtrum 72.a
hinnulus ceruorum Chriſtus dicitur 569.b
Hipponenſis Colonia caſtello Synicenſi uicina 61.b
Hirenæi cuiuſdam collectarij filius mortuus ad memoriam ſancti Stephani uitæ reſtituitur 61.a
hiſtoria de æneo ſerpente à Moyſe erecto exponitur 364.a & 333.a
hiſtoria ſtephani cuiuſdam, qui patientiæ uirtute præcelluit folio 660.a
hiſtoria de presbytero quodam & Caſsio Narnienſi Epiſcopo folio 648.a
hiſtoria de quodam Romæ nomine ſeruulo paralytico 128.b
Hodie natus & non cras cur dicatur Chriſtus 41.a
hœdi à multitudine immolatio cuius rei typum geſſerit 282.b
hœdus in ſacris literis quid ſignificet. 191.a

hœdus qui à Iudæis quotannis in feſto paſchali immolari ſolebat, quidnam ſignificauerit 255.a 288.b
homicidæ ſui quàm grauiter Deum offendant 577.b
homines, qui ob mulieris ſamaritanæ dictum de Chriſto è ciuitatem ad Ieſum conceſſerunt, quid ſignificent 211.a
homini cur Deus morbos immittat 168.a
hominibus malis cur aliquando ſpiritus prophetæ ſit à Deo datus folio 629.a
hominũ peccatorum genera tria, et uniuſcuiuſq; explicatio 449.b
homo peregrè proficiſcens, quomodo intelligendum 673.b
& 675.a 676.b
homo cur ad imaginem Dei conditus ſit 28.a
homo, qui duos filios, ut Lucæ 15. in parabola dicitur, habuit, quid deſignet 189.a 197.b
homo ſimilem Angelis formam accepit 82.a
homo ante lapſum morti non fuit obnoxius 383.a
homo mortalis diuinitatem Chriſti uidere non poteſt 303.a
Homo nihil aliud quàm uermis, poſt uermem puluis futurus folio 303.b
homo curuus quis 495.a
honorandos eſſe ſanctos 639.b
honor quantus Deo ab homine exhiberi debeat 23.a 96.b
hora cœnæ, qua miſsi ſunt ſerui dicere inuitatis, ut uenirent, quid ſit 391.a
horæ duodecim, de quibus Chriſtus: Nunquid horæ diei duodecim, &c. quid 229.a 232.b 626.a 639.b
horam mortis cur Deus uoluit homini eſſe incognitam 679.b
& 681.b
hora nona cur Chriſtus paſsionis ſuæ agonem conſummauerit folio 273.b
hora ſeptima, in qua febris filium Reguli reliquit, quid ſignificet 476.b 475.a
hora ſexta, qua Dominus ad puteum uenit, quid deſignet 207.b
& 210.a
hortulanus exiſtimatur à Maria Chriſtus, & uerè 293.a
hoſpitalitas Chriſtianis præcipitur 280.b 579.a 588.a
& 594.a
hoſpitalitatis magna præconia 280.b 590.a
hoſpitalitatis remuneratio quæ ſit futura 595.a
hoſtis Diabolus quibus tentationibus primos parentes uicerit folio 152.a
humana ceſſant, dum diuina tractantur 73.b
humanitas & diuinitas Chriſti 520.a
humanum iudicium cur fallat 499.a
humanum genus omne leproſum 106.a
humiles à Deo exaltati, de quibus beata Maria locuta eſt, qui ſint folio 24.a
humiliatio Chriſti in latione pedum ſuorum Diſcipulorum magni myſterij ſignificatiua 269.a 267.b
humilitas beatæ Mariæ 19.b 23.b
humilitas Dei admiranda 465.a
humilitas Ioannis Baptiſtæ in reuerentia Chriſto exhibenda folio 30.a
humilitatis utilitas 22.a
humilitatis commendatio 30.b 92.b 139.b 424.b 414.b
& 450.a 453.a 570.a 572.b 584.b 597.b 608.b
& 609.a 581.b 589.b 607.a 621.b 633.a 325.b
& 326.b 267.b
Hur interpretatur ignis 569.b
hydriæ ſex quid ſint 99.ab 100.a 101.a
hydria, quam mulier ſamaritana ad hauriendam aquam attulit, figuraliter quid expreſſerit 208.b
hydropicus à Domino qua de cauſa in præſentia ſcribarum & pharisæorum ſanatus ſit 452.a
hydropicus carnalibus uoluptatibus diuitijsq; aſsimilatur 450.a
hyems, in qua encænia apud Iudæos celebrabantur, quid ſignificet 244.a 246.a
hymnus beatæ Mariæ cur ad ueſperas canatur 22.b
hypocriſeos reprehenſio 249.b 146.a 650.b 87.a
hypocritæ nomen unde deſumptum 404.a
hypocritæ qui ſint 87.a 404.a 484.a
hypocritæ diligenter obſeruandi 404.a
hypocritarum malitia 483.a

I

IAcobus quid 514.a
Iacob autem paſtor quid ſignificet 656.b
Iacobus martyrij ſocium ſuum hoſtem Chriſtum confeſſum habuit 573.a
Iacobus frater Ioannis Apoſtoli gladio ab Herode percutitur folio 573.a
Iacobus & Ioannes quomodo calicem Domini biberint 184.a
Iacobus qua ratione frater Domini dictus ſit 242.a
Iairus quid 487.a 489.b
iam uos mundi eſtis propter ſermonem, &c. locus exponitur 536.b
ianuis clauſis ſedere quid ſit 306.b
Iaſpis lapis coloris uiridis fidei conſtantiam ſignificat 581.a
ictus ſerpentum, quibus percuſsi Iſraelitæ, quid 364.a
Iechonias interpretatur præparatio Dei 601.b
ieiunandum quomodo 304.b 305.a 140.b 141.b
ieiunare cur tot diebus uoluerit Dominus 154.a 159.a
& 305.a 579.a 142.a
ieiunia uera & falſa quæ ſint 18.a 193.b 305.b
ieiunia cur poſt Pentecoſten repetantur 336.b
ieiuniorum utilitas quæ ſit 18.a 29.a
ieiunium duplex in nobis bonum efficit, nempe animæ humiliationem, mentis epulas 305.a
ieiunium cur à maioribus inſtitutum ſit 173.a 193.b
Iephte Iſraëlitæ magna laus 701.a
Iephte filiam ſuam Deo obtulit ibidem
Ieſu docente in domo tot conuenerunt, ut non caperet, etiam ad ianuam, quid ſit 306.b
Ieſus fatigatus cur ſuper puteum quieuerit 210.a
Ieſus ibat in uirtute ſpiritus, locus exponitur 109.a
Ieſus cur, quando dormiat 110.b
Ieſus quomodo Angelis ſit minor 15.a
Ieſus ſacerdos magnus populum Iſraël ex Babylone reduxit 99.b
& 102.b
illuminatio cæci, de quo Ioannis 9. legitur, quid ſignificet folio 224.a
illuminati qui ſint 252.b
imago Dei Chriſtus eſt 580.a
imbecillitas humana non patitur Deum colere 570.b
impietas Iudæorum crudelis in ſuos liberos 681.b
impietas horrenda, ſacramenta Chriſti humanis argutijs excutere 683.a
impij cur à Deo affligantur 358.b
impij quomodo uincantur 71.b
impijs omne rectum & caſtum eſt inimicum 265.a
impij pios ulterius affligere nequeunt, quàm diuina permittit iuſticia 265.a
in agro eſſe qui intelligantur 493.b
incarnatio Chriſti magnis lachrymis & deſiderijs à patribus eſt expectata 98.a 429.b
in Chriſto naturæ, non perſonæ diſcrimen reſpicitur 380.a
incantationibus, augurijs, diuinationibus poteſtatem tribuentes reprehenduntur 462.b
incircuncisi qui ſint 84.a
inclinatio Domini ad terram, cùm à ſcribis & phariſæis adultera adducta eſſet, quid ſignificet 222.a
incredulitas Iudæis à natura inſita 474.b
in Deo æqualitatem magis, quàm ſimilitudinem conuenire folio 571.a
in Deo nihil ſecundum accidens dicitur 368.b
indignatio fratris filij prodigi quid deſignet 191.a
in domo patris mei manſiones multæ ſunt, &c. locus exponitur folio 527.b
infantes Deum laudarunt 73.a
inferni, qui & abyſsi nouiſsimum dicitur, occulta mens humana inueſtigare nequit 278.b
infernus qualis ſit locus 385.a
infernus in Iob & Eſaia Propheta profundum maris dicitur folio 278

infirmus

infirmis quid faciendum 370.b
infirmitati humanæ aſſcribendum, quòd humano more de Deo loquamur 372.a
inimicos iuuandos eſſe 144.b
inimicitia manifeſta melior quàm amicitia ficta 482.b
inimici uirtutis qui fiat 666.b
iniqui cur Chriſtum & membra eius odio habeant 243.b
in medio duorum cognoſceris animalium, exponitur 522.b
in monte poſt reſurrectionem cur apparuerit Chriſtus 295.b
innocentia ſimulata duplex eſt noxia 270.b
innocentium cædes per Herodem perpetrata quid ſignificet 71.a
innocentes ab Herode cæſi triumpharunt, anteq̃ uixerunt 73.b
in nomine Chriſti petere quid ſit 316.b 530.a
inopum auxilium non differendum 595.a
in prælio Chriſti moriendo uincitur, cadendo reſurgitur, uictoria per interitum comparatur 74.a
in piorum perſecutione gaudendum eſt, non dolendum 597.a
in præſepi Chriſtum poſitum quid 517.b
in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis, &c. exponitur 557.a
in ſancta Trinitate perſonarum, non naturæ diſcrimen reſpici folio 380.a
in Sanctis ſuis quomodo paſcatur, diligatur, & honoretur Chriſtus 264.b 560.a
inſtrumenta muſica, quibus Dauid cantare ſolebat, quidnam ſignificabant 33.a
inſufflaſſe quòd Chriſtum legimus in faciem Diſcipulorum, quid deſignet 306.b
intenſio noſtra à Deo, non illud quod à uobis dicitur, conſideratur 424.b
in tecto eſſe quis dicatur ibidem
intelligentia ſuperſtitioſa prudenti lectori fugienda 665.a
intrare in tentationem quid ſit 257.a
intrare cum Petro monumentum quid 301.a
in uiam gentium ne abieritis, & : ite in uniuerſum mundum, loci quomodo conciliandi ſint 631.b
inuidia uirtutibus ſemper comes 465.a
inuidiæ malum 584.b 602.b 604.a 121.a
inuidia quo zelo confingatur 23.a
inuiſibiles inimici inuiſibiliter ſunt expugnandi 120.b
inuocatio Sanctorum multis miraculis confirmatur 61.b 62.ab
Ioannem præuenire Petrum ad ſepulchrum comitantem, Petrum uerò primùm intrare, quid myſterij habeat 300.b
Ioannes Baptiſta cur uocis nomen ſortitus ſit 24.b
Ioannis conceptio & natiuitas ſtupenda 542.b 543.a
Ioannis natiuitas die decreſcente, Domini creſcente facta, myſterium connacat 544.a
Ioannis natiuitas ſimilitudinem habet aduentus Domini & gratiæ prædicandæ ibidem
Ioannes Baptiſta Angelus qua ratione dictus ſit 34.a
Ioannes Baptiſta ſtans Chriſtum agnum Dei appellans, quid myſticè 506.b
Ioannes Baptiſta in caſtello Arabiæ, quod Machæruntã uocãt, decollatus eſt 597.a
Ioannes B. unde plus quàm propheta dictus 538.a
Ioannes B. quibus, qualibus, & quare ijs parentibus ortus 538.a
Ioannes B. præconium non ſacerdotij prætulit paterno pontificatui 538.b
Ioannis B. parentes coram Deo & hominibus iuſti 539.a
Ioannem B. & alios in ueteri teſtamento complures, cur Deus parẽtibus ſterilibus & prouectioris ætatis naſci uoluerit ibidem
Ioannis natiuitas cur ab Angelo nunciata ſolemni Iudæorum die folio 539.b 545.b
Ioannes nomen quid ſignificet, & cur id ipſi inditum 540.a 544.a & 545.b 546.b 507.b 509.b 514.a
Ioannis B. magnitudo 540.ab 345.a 543.b
Ioannis B. cum Helia collatio 15.b 29.b 540.b
Ioannis B. natalis quare potius celebretur, quàm cuiuslibet Apoſtoli, uel Prophetæ, uel Patriarchæ 342.a 543.b
Ioannes Baptiſta cur non inter Diſcipulos Domini, ſed potius Diſcipulos cum Domino habuiſſe inueniatur 541.b
Ioannis B. commendatio à gratia diuina 541.b
Ioannis B. humilitas 341.b
Ioannis B. collatio cum martyribus 542.b
Ioannes Baptiſta ab Herode occiditur 595.a
Ioannis Baptiſtæ magna laus 597.b 610.a
Ioannes Baptiſta cur ſe indignum ad ſoluendum corrigiam calciamenti Ieſu dixerit 30.a
Ioannis Baptiſtæ corpus Sebaſtæ in ciuitate Samarica eſt humatum 597.a
Ioannis Baptiſtæ caput Hieroſolymis eſt humatum ibidem
Ioannes Euangeliſta apud Epheſum eſt ſepultus 65.a
Ioannes E. non eſt martyrio affectus 68.b
Ioannes E. in defoſſum ſuæ ſepulturæ locum deſcendens quieuit folio 68.b 70.b
Ioannes Euangeliſta ſexaginta quinq. annis Euangelium prædicauit 69.b
Ioannes Euangeliſta ex exilio mortuo Domitiano Epheſum redijt 69.b
Ioannes Euangeliſta non citra myſterium ſuper pectus Chriſti recubuit 67.b 68.b
Ioannes Euangeliſta profundius, quàm reliqui Apoſtoli, de diuinitate Chriſti ſcripſit 68.b 70.a
Ioannes Euangeliſta cur aquilæ comparatus 45.a
Ioannis Euangeliſtæ uirginitas oſtenditur 68.a
Ioannes Euangeliſta in Pathmo exul ſuum ſcripſit Euangelium folio 69.a
Ioannis Euangeliſtæ ſepulchrum Manna ſcaturit 581.a
Ioannis fratris Iacobi Apoſtoli mors deſcribitur 573.a
Ioannes Euangeliſta Aſiam ad fidem conuertit 616.a
Iob patientiæ maximum exemplum 442.a
Ilias urbs à quo condita, & ubi ſita fuerit 550.b
illuminare his qui in tenebris, &c. exponitur 545.a
Iordanis baptiſatorum multitudinem ſignificat 303.a
Ioſeph cur occultè uoluerit Mariam dimittere 36.ab
Ioſeph pater Ieſu unde ſit appellatus 77.a 78.a 79.b
Ioſeph Chriſtum præfigurauit 65.a
Ioſeph genealogiam & non Mariæ cur Matthæus contexuerit folio 602.a
ira iuſta & iniuſta 614.b 404.a 306.a
ira Dei quomodo placetur 456.a
ira quare ſupprimatur 23.a
ire poſt Chriſtum quid ſit 512.b
Iſaac oculis caligans Iudæorum cæcitatem ſignificauit 87.a
Iſraël quid interpretetur 22.a
Iſaac magna laus 138.ab
Iſaac Chriſti typum geſſit 139.a
Iudæa præcipua quæ ſit 474.b
Iudæi ſæpius Chriſtum tenere uolentes cur non potuerint folio 188.b
Iudæi Chriſtum cur Pilato tradiderint 258.a
Iudæi Chriſti propria dicuntur 55.a
Iudæi, ob quorum metum intus ſe continebant Diſcipuli, qui ſint folio 306.a
Iudæorum in credendo reprehenditur inconſtantia 553.a
Iudæos in finem mundi etiam ad fidem redemptoris colligendos folio 56.a 58.a 72.a 85.a 298.b
Iudas impulſu Diaboli & Chriſtum tradidit, & ſeipſum occidit folio 258.b 262.a
Iudas inter Apoſtolos electus, ſed non cum eis ad uitam prædeſtinatus 263.a
iudicare ſecundum faciem quid ſit 221.b 223.a
iudices ueri falſiq; qui ſint 223.a 302.b 301.b 131.b
iuga boum quinq; quid ſint 390.b 391.b
iuga boum quinq; quis emat ibidem
iurare Chriſtiano quando liceat, & quando non 596.a 398.a
iuramentum quando uiolari poſſit 596.a
iuſtis præmia conſtituta, impijs uerò pœnam 382.b
iuſticiam Dei quis quærat 444.b
iuſticia ſine timore Dei difficilè ſeruatur 117.b 408.a
iuſticia uera falſaq; quæ ſit 408.a 604.a
iuxta uiam ſedere quid 136.b

L

LAban interpretatur candidus 667.a
Labrum æneum, in quo lauabantur Sacerdotes ueteris teſtamenti, quid 614.a
lachrimæ peccata lugentium beatæ 669.b
lachrimæ, gemitus & fremitus Chriſti quid myſterij habeant folio 73.b 230.b 233.a 237.a 425.ab 417.a & 616.b 615.a
lamina aurea in fronte pontificis quid 635.a
Lampades extinctæ & ſine oleo quid 701.a
languentes in porticibus piſcinæ iacentes, quid 166.b 168.b
lapidein cultris cur circuncifionem fieri Deus iuſſerit 34.a 85.a
lapides, de quibus Chriſtus: Si tacuerint iſti, lapides, &c. quid ſignificent 420.a
lapides precioſi & magni in fundamentu templi Salomonis, quid denotent 500.a 615.b 642.b
lapides, de quibus Chriſtus: Potens eſt Deus de lapidibus iſtis, &c. quid ſint 500.a
lapides molares duo quid 10.b
lapis molaris, de quo in Euangelio, quid 608.a 609.b
lapis ſuper ſepulchrum Lazari poſitus ac remotus, quid 233.a & 237.a 628.b
latro undecima hora ad fidem uenit 123.b
Laurentij martyris magna laus 576.a
Laurentij mors deſcribitur ibidem
Laurentius Rumæ patitur ibidem b
Lazari ueri qui ſint 261.a 389.a 185.b 261.a
Lazaro cur inſidiati ſint Iudæi 269.a
Lazaro dictum, ueni foras, quid innuat 307.b
Lazari quatriduani reſuſcitatio quid myſterij oſtendat 219.b & 302.b 449.b 616.b
lectum tollere, & in domum ire, quid ſit 359.a
lectus, in quo paralyticus decubuit, quid deſignet 466.b 467.a
legi cur Chriſtus & Maria in omnibus obtemperauerint 83.a & 95.b 116.b 518.a
legi diuinæ ſemper eſſe parendum 436.a
leo de tribu Iuda Chriſtus eſt 305.b
leo quo diſcrimine dicatur tam Chriſtus quàm Diabolus ibidem
lepra quae habeat ſignificationum differentias 437.a
lepra animæ Chriſtiano ſummoperè eſt uitanda 103.b 106.a
leproſi hæreticus ſignificant 436.ab
leproſi & corpore & animo qui ſint 434.b
leproſi decem quos deſignent 438.b
leproſi cur ad ſacerdotes ablegati ſint 436.a 437.a 439.a
leproſi mundati, antequam ad ſacerdotes peruenerunt, quid ſibi uelint 437.a
leproſos nouem ad Chriſtum non rediiſſe, gratiaſq; egiſſe, quid ſit 439.a
leproſus unus Deo gratias agens, quorum figurã prætendat 437.a & 438.b 439.a
Leui interpretatur additus uel aſſumptus 603.a
Leuiathan interpretatur additamentum eorum 294.a
Leuiathan Diabolum ſignificat ibidem
lex cur turtures & columbas in purificatione offerri iubebat folio 518.b 519.b
lex in ſabbatu quid fieri prohibeat 495.b
lex Moyſæ de ſucceſſionibus quæ ſit 602.a
lex neminem iuſtificat 75.a
lex Romanorum crucifigendum prius flagellari iubet 259.a
lex ueteris teſtamenti de contrahendis matrimonijs in ſua tribu & cognatione quæ fuerit, oſtenditur 602.a
libido modum neſcit 534.b
libido reprehenditur 117.a
libri ueteris ac noui teſtamenti ad cognitionem Dei ac ſalutis neceſſarij & ſufficientes ſunt 183.b 409.b
ligatio & abſolutio peccatorum, quibus modis fiat 306.b
ligna duo, quæ uidua, ad quam Helias famis tempore miſſus fuit, colligebat, quid 199.a
lignum crucis Chriſti quid myſticè 271.a
lingua ueracium Deumq; laudantium ſaliua Chriſti perfuſa eſt folio 427.a
linguam eſſe cohibendam 425.b
latrones unde ſint dicti 431.a
linteamina & ſudarium in Chriſti ſepulchro inuenta, quid myſterij oſtendant 295.b 301.a
literæ diuinæ non ſunt ſibi contrariæ 401.a
literis ſacris quando ſtudium noſtrum dignè impendamus 395.a
littus maris finem ſæculi deſignat 289.b
loca arida & inaquoſa, per quæ Diabolus exiens homine ambulat, quæ nam ſint 297.b
loca pœnarum pro peccatorum uarietate uaria 22.b
locorum quorundam pugnantium ſacræ ſcripturæ conciliatio folio 646.a
loculus, in quo defunctus filius uiduæ baiulabatur, quid ſignificet folio 448.a
locus: Ex hoc non manducabo illud, donec impleatur, &c. exponitur 265.b
locus campeſtris, in quem Dominus de monte deſcendit, quid denotet 656.a
locus hic: Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & uiuificabant, quæ non uiuunt, quomodo intelligendus 302.b
locus, in quo Chriſtus natus eſt, cur domus panis dictus ſit 40.a
locus in Iob: Abſorbebit fluuium, & non mirabitur, &c. quomodo intelligendus 303.a
locuſtæ, quibus Ioannes Baptiſta in deſerto ueſcebatur, quid ſignificent 35.a
locutiones prædicamentorum de Deo, quomodo ſint intelligendæ folio 369.b
loquentibus, agentibus diuina ſua ſemper præſentia Deum adeſſe folio 280.b 284.b 286.b
lotione ſuorum Diſcipulorum pedum, quid Chriſtus oſtenderit folio 267.b.168.a
Lucæ reliquiæ Conſtantino regnante Conſtantinopolim allatæ. folio 612.a
Lucas Euangeliſta natione Syrus Antiochenſis & medicus fuit. folio 610.b
Lucas Euangeliſta Apoſtolorum acta conſcripſit ibi.
Lucas interpretatur conſurgens, ſiue eleuans 611.a
Lucas Euangelium Attico ſermone ſcripſit ibidem
Lucas uitulo comparatur ibidem
Lucas uxorem non habuit 611.a
Lucas putatur unus ex duobus diſcipulis, quibus euntibus in Emaus dominus apparuit 612.a
Lucas ſeptuagenarius in Bithynia obijt 612.a
lucerna corporis oculus eſt loci expoſitio 141.a
lucernam ſub modio ponere quid 683.a.b
Lucilius epiſcopus geſtans reliquias, S. Stephani fiſtula curatur folio 61.b
lucrum iniuſtum in arca damnum eſt in conſcientia 74.b
luctus pius & impius quis 622.a.661.a
lugentes uerè qui ſint 305.a
lugentes eſſe conſolandos 77.a
lumbos præcingere, lucernamq; accendere, quid ſit. 672.b 673.a & 678.b
luna mundum eiuſq; inſtabilitatem ſignificat 911 b
lupi in ſacris literis qui ſint 307.b
lupi quando rapiant & diſpergant oues 307.b
lutum, quod de terra & ſputo fecit Chriſtus in curatione cæci, quid ſit 224.b 226.b 227.a
luxuria mala & unde oriatur 153.b 598.a
lux Chriſtus & ſancti quo diſcrimine dicti ſint 46.a

M

MAgdalum caſtellum, unde nata Maria Magdalena, deſcribitur 569.b
magiſtratui tributa & obſequia alia ſoluenda eſſe folio 605.b
magiſtros & patres quomodo homines uocare prohibeamur folio 181.b 182.b
magi primitiæ credentium à gentibus 89.b
magi uirtutem ſtellæ non ex aſtrologia, ſed ſpiritus ſancti illuminatione cognouerunt ibi.

mago-

magorum fides oſtenditur 86.b 88.b
malchus interpretatur regnaturus 257.b
mali aliquando ſpiritu prophetiæ futura prænuntiant 248.b
mandata omnia pene noui Teſtamenti Dominus docuit in monte Thabor 446.b
mandibula aſini in manu Sampſonis quid ſit 640.b
mane prima ſabbati, quæ nunc dies dominica uocatur, cur reſurrexerit Chriſtus 273.b
Manna umbra ſacramenti Eucharistiæ 353.a
Marcionis hereſis detegitur 78.b
Marcion, Cherinthus, Hebion heretici refelluntur 69.b
mare uocabulum quot modis in ſacris literis accipiatur 194.a
& 216.a 466.a 287.405.a
mare æneum, fuſile & duodecim boues in templo Salomonis, quid ſignificent 354.a
mare rubrum & traiectus filiorum iſrael quid ſignificent folio 530.b
Maria Iacobi, quæ Chriſti fuit matertera, Iudaicam figurauit plebem 279.b
Maria Salome, quæ interpretatur pacifica, totam ex utroque populo multitudinem credentium ſignificat ibidem
Maria mater domini cur cum tribus alijs Marijs ad ſepulchrum non uenerit 279.b
Maria Magdalena typus eccleſiæ 568.b 279.b
Mariæ filij omnes, quos diuina gratia Chriſto conſociat 113.a
Maria legi purificationis non fuit ſubiecta 116.b 118.b
Maria & Ioſeph eiuſdem tribus fuere 602.a
Maria ſtella maris interpretatur 90.a
Mariæ erga Chriſtum exercitium quale fuerit 44.a
Mariæ uirginis magna præconia 599.a 620.b 579.b 585.a
& 19.b 80.a 524.b 526.a
Maria uirgo in medio uallis Ioſaphat eſt ſepulta 580.b
Mariæ corporalis aſſumptio incerta 581.a 582.a
Mariæ perpetua uirginitas 581.a 599.a 380.a
Maria uirgo omnibus uirginibus exemplar imitandum proponitur 581.b 586.a
Maria quòd Chriſtum peperit non meriti eius aut naturæ priuilegium fuit, ſed gratiæ 586.a
Maria cur Ioſeph fuerit deſponſata 35.b & 37.b
Mariæ petenti de uino in nuptijs cur Chriſtus negauerit 89.a
Maria Magdalena confitentibus & pœnitentibus exemplum proponitur 566.b
Maria & Martha duæ ſorores duplicem Chriſtianorum uitam deſignant 590.a.b
Maria optimam partem elegit locus exponitur 569.a
Maria uirgo diuinitatem & humanitatem Chriſti penitius, quã omnes ſancti contemplata eſt 583.a
Maria cur domum Zachariæ poſt uiſionem Angeli petierit folio 20.a
Maria unde porta clauſa dicatur 587.b
Maria cur gratia plena ſalutata ſit ab angelo 526.a
Maria cæli & terræ domina ac regina à domino conſtituta eſt folio 24.a
Martialis quidam beneficio reliquiarum s. Stephani ad fidem Chriſti conuertitur 61.b
Martyres alijq; ſancti non reſurgent cicatrices habentes, ut Chriſtus 287.a 306.b
martyrij laus & corona 620.a 564.a 576.a
martyrij hiſtoria eiusq; miſericordia 419.b
martyrium non per meritum ſed per gratiam contingit 73.a
martyrum, prophetarum, patriarcharum & confeſſorum ut celebranda memoriæ 560.a 576.b 619.b 621.a
& 644.a 655.a
maſſagetarum & Berbicum in parentes ſuos ſenes impietas atrociaq; oſtenditur 645.b
maſculi & fœminæ partus, tempusq; purificationis myſticè exponuntur 117.a & 119.a
Mathæi electio fidem gentium ſignificat 602.b
Matthæus interpretatur donatus 603.a
Mater defuncti unici filij, quem Dominus in Naym ſuſcitauit, quid deſignet 448.a
Mathematicorum de natiuitatibus opiniones confutantur folio 87.b
mathias Apoſtolus in locum Iudæ proditoris electus 642.b
Matrimonij ſolutio quatenus Chriſtiano conceſſa 535.b
Matthæus cur in ſcribendo ſuo Euangelio à genealogia Chriſti initium ſumpſerit 601.b
Matthæus Euangeliſta dyonomos 602.b 603.a
Matthæus Aethyopes ad fidem conuertit 605.a
Matthæus Euangelium ſuum Hebræo ſcripſit idiomate ibidem
Matthæus Euangeliſta Chriſti generationem ab exordio promiſſionis auſpicatus eſt 600.b 601.b
Matthæus in genealogia Chriſti cur non ſanctarum ſed peccatricum mulierum mentionem faciat 600.b
Matthæus noctem Dominicæ reſurrectionis deſcribens, cur dicat: Veſpere ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati 274.a
medici fœminam hæmorrhouſam magis affligentes, quàm curantes, qui 487.b 489.b
mel, quod Ioannes in deſerto edit, quid ſignificet 35.a
memoria ſalutis ingeritur 47.b
menſura bona & conferta quid ſit 103.b
mercenarius & impius paſtor deſcribitur 189.b 190.a
& 197.a 307.a
meliorem neminem reddi, niſi Chriſtum diligat 67.a
meretrices, cum quibus bona ſua deuoraſſe dicitur filius prodigus, quænam ſint 197.a
Michael Archangelus mitti quando dicatur 397.a
Michael Archangelus quid interpretetur 397.a
Michaël Archangelus Epiſcopo Sepontino apparet 606.b
Michaelis Archangeli Eccleſia in Apulia montis Gargani cacumine ibidem
Michaelis Archangeli Eccleſia ut inuenta ibidem
milites terreni Regis qui ſint 13.a
miluus auium rapaciſſimus rectè comparatur auaro 210.a
miniſterium Prophetæ quod ſit 13.b
miniſtrare Chriſto quid ſit 577.b 579.a
miniſtri Domini qui ſint 252.a
miniſtris ſanctæ Eccleſiæ poteſtas dimittendi peccata data folio 231.b
miracula à Chriſto ædita quid ſignificent 409.b
miraculi à Michaele Archangelo patrati deſcriptio 606.b
miraculum de ſaxo ad tactum ueſtis Chriſti liquato 199.b
miraculum de nobili fœmina Petronia 62.a
miraculum de decem fratribus in Cæſaræa Cappadociæ omnium membrorum tremore percuſſis ibidem
miſeriæ ex lapſu primorum parentum oſtenduntur 129.a
miſeria in iuſtum non cadit, multo minus in Deum 402.b
miſericordia Domini ſuper turba quid ſignificet 410.b
miſericordiæ commendatio 28.a 400.a
& 402.a 507.b
miſericordiam uolo, & non ſacrificium, loci expoſitio 604.a
miſſum à patre filium, à filio ſpiritum ſanctum, quomodo intelligendum 301.b
modus pariendi in maria quis 19.a
mola in ſacra ſcriptura quid 492.b
monachis uiuendi norma proponitur 69.a
moneta Diaboli quæ ſit 480.a
mons dictio quot modis in ſacris literis uſurpetur 25.a 354.a
& 409.b 656.a 661.a
mons Oliueti quid deſignet 211.b 213.a
& 253.b
mons Pharan, qui interpretatur frugifer, Euangelia ſignificat folio 322.a
morbos cur Deus hominibus immittat 224.a 358.b
mori ſine liberis quis dicatur 496.a
moriturus Chriſtus cur matrem ſuam Ioanni Diſcipulo commiſerit 68.a
mors intrat per feneſtras noſtras, quid ſit 306.a
mors quid ſit 492.b
mors martyrum duplex bonum parit 257.a
mors quo authore primò in mundum irruperit 19.b
mors duplex animæ & corporis 143.b

mortem Chriſti qui uerè recolant 246.b
mortes piorum non eſſe lugendas 72.a
mortem pro fratribus in neceſsitatis articulo ſubeundam 268.b
mortem ſempiternam qui metuit, præſentem facilè contempſerit folio 273.a
mortis genera tria 228.a 232.a
mortis conditio in Chriſti paſsibili natura non potuit manere, quòd eam impaſsibilis eſſentia receperat 264.b
mortui abſorpti in Pſalmo qui dicantur 266.a
mortui, ad quos Iudæorum ſacerdotes accedere Deus interdixit, quid ſint 238.b
mortui tres, quos Chriſtum ſuſcitaſſe legimus, quid ſignificent folio 228.a 232.a 468.b
mortui quomodo lugendi 623.a
mortuos quomodo mortui ſepeliunt 448.a
mortuum quartum non reſuſcitatum à Chriſto, quid myſterij contineat 449.b
mos antiquorum in ſepeliendis nobilium cadaueribus 255.b
mos olim fuit in feſto Paſchæ baptiſare 425.a
motus aquæ ab Angelo factus quid ſit 166.b
Moyſes & Samuel cur orata magis obtinuerint, quàm reliqui patres 637.b
Moyſes in multis Chriſtum præfigurauit 76.a
Moyſes Prophetarum maximus 282.b
Moyſes infans ludendo deijciens de capite Pharaonis coronam, quid 76.b
Moyſes ſolus montem Synai aſcendens ad Deum, quid ſit 354.a
mulier adultera Chriſto oblata quid ſignificet 213.a
mulier cæca uiſum recuperat ad ſancti Stephani memoriam 61.b
mulier incuruata ſanata à Chriſto quid 459.b
mulier in ſolitudinem fugiens quid 312.b
mulier pariens Eccleſiam diſignat 310.a 321.b
mulieres primæ cur Chriſti reſurrectionem annunciare debuerint folio 274.b
mulier, quæ in ædibus Phariſæi Chriſti pedes unxit, quid ſignificet 247.a
mulier Samaritana, quam Dominus ad puteum inuenit, quid ſignificet 207.b 210.a
mulieres & pueri cur in turbæ multitudine non annumerentur folio 410.a
mulierum coniugatarum & parientium mutua officia commendantur 579.a
mulierum malarum deſcriptiones & exempla 592.b 593.a & 598.a 536.a
mundus per ignem conſumetur 74.b
mundus dictio quot modis in ſacris literis accipiatur 46.b & 310.a 609.b. 633.a
munera fugienda iudici 132.b
munus Prophetarum quod ſit 15.a
murmurationis aduerſum Deũ reprehenſio ac pœna 353.a 127.b
murum pro domo Iſrael opponere quid 307.b
muti quando homines efficiantur 425.a 426.b
mutum curaturus Chriſtus cur à turba ſegregarit 425.b
mutus & ſurdus à Chriſto curatus quid ſignificet 425.a 426.b
myrrha mortuorum corpora condiri ſolent 90.b
myrtus ſanctæ Eccleſiæ promiſſa quid deſignet 27.a
myrtus ad quid in Eccleſia collocetur 27.b
myſteria Chriſti capere non eſt hominis 520.a 525.a
myſterium deſcriptionis orbis 39.b
myſterium incarnationis Chriſti feſtiuè narratur 48.a

N

NAaman, qui à lepra ſub Heliſæo Propheta in Iſraël mundatus fuit, quid ſignificet 199.a 200.a
Naſcendo uitam hanc intramus, uiuendo percurrimus, moriendo eximus 75.b
natales aut natalitia cur dies illi dicantur, quibus Sancti aut martyres ex hac uita migrant 310.b 560.a
natiuitates hominis ſunt duæ 55.a 362.b 531.b
natales ſuos quomodo Chriſtiani celebrare debeant 596.b
natiuitas hominum peccato originali obnoxia eſt 66.a 224.a
natiuitatem Chriſti nunciãte Angelo cur fulgor diuinæ claritatis paſtores circumfulſerit 41.a
natiuitas Chriſti quomodo à nobis ſuſcipienda & colenda 31.a b & 32.a 41.b 42.b
natura deitatis Chriſti mortis aculeum recipere non potuit 272.a
natura animæ triplex, iraſcibilis, concupiſcibilis, rationabilis folio 475.a
natura ſpiritus ſancti eſt inuiſibilis 363.a
naues duæ quid ſignificant 404.b
nauicula Petri quid ſit ibidem
Naym ciuitas, ubi Dominus uiduæ filium reſuſcitauit, quid ſpiritualiter ſignificet 447.a
Nazareth ciuitas Domini, & quid nobis deſignet 198.a 466.a
Nazareth Galilææ, quòd Chriſtum transferat, quid ſignif. 72.a
Nazareth flos aut uirgultum interpretatur 72.a 85.b
neceſſe eſt, ut ſcandala ueniant, quomodo intelligendum 609.b
negligentia ſacerdotum reprehenditur 613.b 642.a
negotiationis cura quid ſit 468.b
neminem ſalutem conſequi niſi per Chriſtum 379.b 366.b 375.a
nemo aſcendit in cœlum, niſi qui, &c. locus exponitur 363.b 533.a
nemo mortalium excuſatur, quòd Deum non cognouerit 634.b & 326.b
neque patrem, neque ſpiritum, ſed ſolum filium eſſe incarnatum folio 376.a
Neronis furor & crudelitas in Chriſtianos 549.a
Neſtorius cur expulſus ab Eccleſia 353.b
Nicodemo quorſum obijciatur: Tu es magiſter? &c. 532.b
Nicodemo cur dicatur: Niſi quis renatus fuerit, &c. 530.b 532.a
Nicodemo ſimiles eſſe omnes catechumenos 530.b
Nicodemum ueniſſe noctu ad Dominũ, quid ad rem 530.b 362.b
Nicodemus ad Chriſtum ueniens carnem non ſpiritum ſapiebat folio 531.a
Nicodemus credidiſſe in Chriſtum oſtenditur 530.b
nihil temporale intelligendum de ſpiritu ſancto, dum dicitur donum Dei 375.b
nocte media ſurgere quid 322.a
nocte per myſterium reſurrectionis Chriſti ordo temporum mutatus eſt 274.a
noctis, qua Chriſtus reſurrexit, magna præconia 274.a
nocturna piſcatio Diſcipulorum quid ſignificet 291.a
nominum quorundam diuerſa ſignificatio 589.a
non cognatio ſed miſericordia facit proximum 428.b 433.a b
non de ſolo patre intelligendum, quod dicitur: Qui facit mirabilia magna ſolus 375.a
non habent, quod manducent, quid ſit 410.b
non noſtra uirtute ſed Dei omnes uincimus tribulationes 72.a
non eſt laborioſa, ſed amabilis ſeruitus, perpetuò Dei laudibus aſſiſtere 73.b
non eſſe deſperandum 28.a 126.b 258.a 603.a 625.a
nouenarius numerus eſt imperfectus 435.b
nouiſsimi quomodo fiant primi, & contrà 127.a
nox uocabulum, quid in ſacra ſcriptura ſignificet 43.a
nox quatuor habet uigilias 681.a 149.b
nox, de qua Dominus: Veniet nox, in qua, &c. quid ſit 224.b
nox diem ſequuta eſt, quando Adam præceptum Dei præuaricatus eſt 274.a
nauicula, quam ingreditur Chriſtus, quid allegoricè ſit 210.a & 250.b 466.a
nuditas in Adamo ante lapſum quid ſignificat 607.b
numerus ſeptenarius uniuerſitatem complectitur 566.b 475.a & 336.b 290.b
numerus ultra decem non progreditur 312.a
numerus duodecimus eorum, quos Chriſtus ad docendum Euangelium ſelegit, quid myſticè deſignet 354.a
numerus ternarius & quaternarius, ex quibus ſeptenarius cõſtat, quid deſignet 457.a b 475.a
nummularij, quos Dominus è templo expulit, qui ſint 218.b
nundinæ fiunt quotidie in Eccleſia 686.a
nuptiæ à Rege filio ſuæ factæ quid ſignificent 472.b 450.b & 453.a
nuptiarum legitimarum Deum eſſe authorem 88.b 116.b

Nuptijs

…ptijs, quibus interfuit Chriſtus, quomodo ſalubriter utendum folio 100.b
…tricantes & prægnantes qui dicantur 493.b 491.a

O

Obedientiæ commendatio 605.b 138.b
Obedientiæ filiorum in parẽtes exemplum 138.b 701.a
Obedientia uera quæ 331.a
obiectio quorundam de reſurrectione corporum ſatis inepta refutatur 285.a
oblationis mundati à lepra myſticus ſenſus oſtenditur 106.b
oblatio quæ Deo placeat 585.a 638.a
oblationis ueræ mirum exemplum 647.b
obſeruantiam & honorem Deo debitum, proximo exhibendum etiam eſſe 376.a
obſeruatorum quadrageſimæ magis delicatorum, quàm religioſorum digna reprehenſio 305.b
obſtinatio Iudæorum damnatur 46.b
obtrectatio & maledicentia reprehenditur 437.a
occaſus ſolis mortem Chriſti, exortus reſurrectionem ſignificat folio 362.a
occulta in nouiſsimo die manifeſtabuntur 74.b
occurſus patriarcharum, prophetarum omniumq́; ſanctorum Chriſto deſcendenti ad infernum 280.a
octaua die mundus cœpit, Chriſtus reſurrexit, in hac & uniuerſale iudicium fiet 117.a
oculus dictio in ſacris literis quid 404.a
odij & homicidij differentia nulla 404.a
odium & ira quid differant 406.b
officium prophetarum proprium quid ſit 33.a
Oleum de firma petra & mel de petra ſugere quid ſit 202.a
Oleum & uinum quando uulneribus noſtris Chriſtus infundat folio 432.b
oliua eccleſiæ per prophetam promiſſa quid 27.a
Oliua ad quid in eccleſia conſtituatur 27.b
omnes ad laborem uocantur 291.a
omnia per Chriſtum facta eſſe, ipſum tamen natum non factum eſſe 374.a
omnia mihi tradita ſunt à patre loci interpretatio 437.b
omnia in primitiua eccleſia fuerunt communia 335.b
omnia quæ Chriſtus geſsit in terris, uera ſunt ſacramenta & myſteria 590.b
omnia Chriſtus in pondere, numero & menſura fecit 309.a
omnia, quæ lex habet, de circumciſione, de immolatione, Chriſtum ſunt teſtificata 360.b
omnipotentia filij Dei ſolo ſuæ uoluntatis imperio genus humanũ liberare potuit 259.b
omnium martyrum mors in innocentibus eſt deſignata 71.a
omnium prophetarum occulta myſteria paſsione Chriſti ſunt reuelata 60.a
onychis natura ſignificatioq́; deſcribitur 583.a
opera bona ſoli diuinæ gratiæ attribuenda eſſe 605.a 320.a & 426.a 427.a 30.b 618.b
opera bona Chriſtiano neceſſaria 578.b 419.b
opera Dei patris ob quæ filius uenerat quæ ſint 224.a
operarij in uineam domini conducti qui ſint 123.a 336.a
opera noſtra quando Deo placeant 143.a
opera miſericordiæ duo 477.a
operationes in Chriſto duæ 410.b
opera hominum manifeſtant 411.b
opera pietatis tria & quæ 29.a
opera ſecreta quæ 318.a
operatio Spiritus ſancti citatur 20.b
operatio omnis noſtra decem & ſeptem plenè comprehenditur folio 288.b
operis boni nulla eſt excuſatio, ubi ſola uoluntas tota eſt facultas folio 306.a
orare in nomine Chriſti quid 657.a
orare in monte quid 357.a
orare coram hominibus quid 320.a
orationibus & eleemoſynis uiuorum defunctos iuuari 633.a
orationibus noſtris quæ à Deo petenda ſint, quæ non 316.b & 572.a 631.a 637.a 137.a 19.a 319.a
oratio noſtra quando uertatur in peccatum 316.b 353.b & 572.a 637.b
orationis ueræ uis & effectus oſtenditur 558.b 137.a & 140.a 435.a
oratio res eſt ſpiritualis 304.b
oratio quæ Deo accepta 304.b 117.a 322.b
oraturus in montem quis uerè aſcendat 353.b
ordines ſacri quomodo rectè conferantur 632.b
ordines duo tentantium Chriſtum de dando cenſo Cæſari, quid oſtendant 484.b
ordines tres dentium in ſecunda beſtia Danieli uiſa, quid 32.a
ordo naturæ ſequitur ordinationem Dei 514.b
ordo prædicandi quis à prædicatoribus obſeruari debeat 296.a
originis humanæ dignitas oſtenditur 225.a
ornamenta Diaboli quæ ſint 197.b
oſculandi ueterum modus eiusq́; ſignificatio oſtenditur 247.b
oſculari & ungere pedes Chriſti quid ſit 569.a
oſſa, pellem, & reliquas reliquias agni paſchalis igni comburere, quid ſit 500.a
oſtium clauſum amici quid ſit 319.b
oues quando ad aquandum, ut de Iacob patriarcha Gen. 30. legimus, ducantur 656.b
oues Chriſti quæ ſint 244.b 309.a
oues quomodo paſtoris uocem cognoſcunt 307.b
oues aliæ ad ouile ducendæ, gentium redemptionem ſignificant folio 308.a
oues, quæ in templo uendebantur, quid deſignent 218.b
oues in templo qui nam uendant 218.b
oues centum, de quibus Dominus, quid ſignificent 395.a
ouile unum ex utroq; populo Eccleſiam ſignificat 308.a
oui petitione quid Dominus oſtendere noluerit 320.a 323.a
ouis deperdita ex centum quid 395.a

P

Pacem cur tam ſæpe Diſcipulis Chriſtus commendet 306.b & 284.b
pacis commendatio 41.b
palma in ſcripturis quid ſignificet 251.a
Paneas ciuitas quæ ſit 550.a
panes ſeptem, quibus ingens hominum multitudo ſatiata, quid folio 409.a 411.a
panis cur uerbo Dei comparetur in Euangelio 169.b
panes ſine fermento edere quid 299.b
panes quinq;, quibus magnam hominum turbam Chriſtus cibauit, quid 215.b 217.a 491.a 411.a
panis ſpiritualis & animæ Chriſtus eſt 284.a
paradyſus Eccleſiam ſignificat 378.b
paracletus non ueniet, ſi non abiero, quomodo intelligendum folio 313.a 315.a
parabola quid 492.a
parentes Ieſum quærentes amiſſum, ſynagogam ſignificabant folio 97.a b
parentum in corrigendis liberis officium 592.a
parentum in liberos delinquentes non animaduertentium pœna folio 502.a
participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quid in nobis efficiat folio 261.a
paruuli coram Deo qui ſint 427.b 517.b
paſcha Chriſtianorum melior eſt Iudæorum agni immolatione folio 304.b
paſcha Iudæorum in Chriſto eſſe impletum 264.a 269.a
paſcha à tranſeundo nomen eſt ſortitum 267.a 589.a & 255.a
paſcere porcos, ut de filio prodigo dictum eſt, quid ſit 189.a b & 192.a
paſcere oues quid 547.b
paſcua electorum quæ ſint 308.a 245.a
paſsio Chriſti uitæ huius perpetuam nobis tentationem commendat 305.b

paſsio

paſsio Chriſti non omnibus ſalutifera 184.b
paſsio Chriſti & Eccleſiæ perſecutio uno tẽpore cœperunt 252.a
paſsio Chriſti ad finem mundi perducetur 264.b
paſsionis Chriſti modus quid myſticè deſignet 597.a
paſtor bonus ſolus Chriſtus eſt 307.a
paſtores per Angelum natiuitatis Chriſti certiores facti, primiq́; ad Chriſtum uenientes, qui ſint 40.b 42.b
paſtoribus cur primò natiuitas Chriſti nunciata 42.b
paſtoris ueri deſcribitur officium 302.b 307.a 547.b
paſtor mercenarius quis ſit 309.a
pater & filius perſonæ trinitatis in ſubſtantia non ſunt diuerſi folio 368.b
paterfamilias quando paſtoris & epiſcopi munere fungatur folio 43.b 578.a
paterfamilias, qui uineam plantauit, quid allegoricè ſignificet folio 186.a 188.a
pater filij dicitur pater, & filius patris filius, ſpiritus patris, & filij ſpiritus, ſed pater non dicitur ſpiritus pater, nec filius ſpiritus filius 316.a
pater perſona trinitatis quomodo uideatur 524.a
pater trinitatis perſona à nullo procedit 316.a
patientia quid ſit 659.a
patientiæ commendatio 126.b 607.b 669.b
patientiæ diuinæ magnitudo oſtenditur 442.a
patientia quot modis exerceatur 660.a b
patrem perſonam Trinitatis nunquam ſine filio fuiſſe 54.a
patrem neminem uiuificare ſine filio, nec filium ſine patre 375.b
patres noſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt, quomodo intelligendum 353.a
patriarcharum mira laus 619.b
patrisfamilias officium deſcribitur 104.b 578.a
Paulæ uirginis laus 588.a
Pauli Petriq́; collatio 549.b 550.a
Pauli labores & agones pro Chriſto, eiusq́; uitibus 548.a 554.a b
Pauli ſcripta quæ doceant 548.a
Paulus gladio percuſſus 559.b
Paulus & Petrus omnibus peccatoribus pœnitentibus exempla ſunt propoſita 559.a
Paulus pro ſtimulo carnis rogans, cur non exauditus, & unde id ſciuerit 323.a 637.a
Paulus non ex propoſito malitiæ Chriſtianos eſt perſecutus 561.a
pauperes ueri falſiq́; qui ſint 616.b 621.b 657.b 661.a 669.a
pauperes ueros tanquam interceſſores eſſe colendos 389.a
paupertas uera ſemper eſt diues 293.b
paupertatis ſummaria diuiſio 657.b
paupertatis uoluntariæ ueræq́; commendatio 185.a 657.a
[illegible] 579.a
pax eſt Eccleſiæ electorũ, dum impijs eſt tribulatio & bellum 71.b
pax uera falſaq́; quæ ſit 622.b 633.a
peccantem uerbis adulantibus palpans, peccati fomitem ſubminiſtrat 401.b
peccata proximo non ſolum remittenda, ſed etiam beneficia impendenda eſſe. 403.a
peccata criminalia quæ ſint 480.a
peccata quomodo abluantur 407.a
peccatum in ſpiritum ſanctum nunquam remittitur 315.b
peccatum in ſpiritum ſanctum quid ſit 315.b
peccatum in nobis eſſe, & peccatum in nobis regnare ſunt diuerſa folio 270.a
peccatum ad mortem, de quo loquitur Ioannes, quale intelligendum 449.b
pecunia data ad uſuram, ſed defoſſa quid 677.b 678.a
[illegible] 685.b 686.b
pedes Chriſti rigare, capillisq́; tergere, quid 568.b
pedes Chriſti prædicatores ſunt Euangelij 247.b 566.b
pedes alterius lauare quid 269.b
Pelagiani refutantur 289.b
Pentapolis & Decapolis ciuitates unde nomina ſortitæ 426.b
pera prohibita Diſcipulis à Chriſto ad prædicationem Euangelij miſsis, quid ſit 613.a 355.a
peregrinus quomodo recipiendi 283.b
perſecutionem in nomine Chriſti pati quid 634.a
perſeuerantia in bono 592.a
petitiones Sanctorum à Domino exaudiri 655.a
petitores & oratores qui à Deo non exaudiantur 316.b 695.b
Petri paſsionis martyrijq́; modus deſcribitur 68.a 70.a
Petri & Pauli laus 556.b 560.a 573.a
Petri Pauliq́; feſtiuitas cur Romæ præcipuè ueneranda 548.b
Petri conſtantia & ardens in Chriſtum amor 548.a 549.a
Petro cur nominatim Chriſtus ſuam reſurrectionem nunciari uoluerit 277.a
Petronia quædam diuturno morbo ad memoriam ſancti Stephani liberatur 61.a
Petro peculiariter cura Eccleſiæ à Chriſto commiſſa eſt 288.a
Petri modeſtia 546.b
Petri trina negatio quid oſtendat 277.a
Petrum ter Chriſtum negaſſe non caret myſterio 68.a
Petrus & Paulus quare peculiari prærogatiua reliquos Apoſtolos antecedant 558.b
Petrus cur à Chriſto interrogatus ſit, an ſe diligeret præ cæteris folio 548.b
Petrus ſuper aquas ambulans cur mergatur 560.b
Petrus Iudæam ad fidem Chriſti conuertit 615.b
Petrus & Ioannes duplicis ſunt uitæ Chriſtianorum typus 67.b & 69.a 07.b
Petrus rete ad terram trahens, quid myſticè deſignet 288.a
Petrus typus eſt unicæ Eccleſiæ 561.b 200.b 551.b 553.b
Petrus cur hoc nomine à Domino donatus ſit, qui ante Simon uocabatur 521.a 552.a
Petrus cur Simon Iohannis à Domino appelletur 546.a
Petrus Malcho auriculam amputans, quid myſticè 257.b
Petrus quas urbes & regiones prædicando adierit 549.b
Phanuel interpretatur facies Dei 115.a
phariſæi qui 412.b 460.b 424.a
phariſæi cur conſilium collegerint 243.a
phariſæus, cum quo Chriſtus cibum ſumpſit, quid deſignet 247.a
phialæ in tabernaculo factæ quid 13.b
philantiæ uituperium 565.b 426.a 427.a
Philippus quid 509.b
Phinees filius Eleazar tertius pontifex 538.b
Photini error quis 504.a
pij cur ab impijs maximè occidantur 257.a
Pilatus manus cur lauerit 259.a
piſcatio Chriſti duplex eſt, & quid ſit 289.a
piſcatorum, piſcationis, & piſcium captorum allegoriæ exponuntur 215.b 217.a 291.a b 404.b 406.a 409.b 420.a & 431.a 491.a
piſcina Siloë, in qua cæcus lauare ſeſe iubebatur à Domino, quid ſignificet 224.b
piſcis aſſus quid ſignificet 288.b
piſcis primus quid ſignificet 406.a
piſces, pruna, panis quid ſignificent 291.b
Plato cur duas corporis partes, caput & pedes uelari uoluerit folio 355.b
plenitudo donorum ſpiritus in ſolo Chriſto 376.a
podagrici tres ad memoriam ſancti Stephani curantur 61.b
pœnitentiæ uerus modus proponitur 129.b 285.a 602.
pœnitentiam cur Chriſtus & Ioannes prædicationi ſuæ præmiſerint 512.b
pontificatus à ſingulis adminiſtratus 538.b
pontificis ſolius ingreſſus in ſanctuarium, omnibus extra tabernaculum & templum orantibus, quid deſignet 539.b
pontificum miniſterium 238.b
pontificum Iudæorum ordo ibidem
populus ſine ſacerdotibus eſſe non poteſt 461.a
porta ciuitatis, per quam efferebatur filius uiduæ defunctus, quid ſit 447.a
portæ cœleſtis Hieruſalem duodecim quid 639.b
portæ cœli quæ ſint 553.b
portæ inferi quid 519.b 521.a 552.b 553.b 645.b
portæ mortis quæ 552.b
portatores funeris noſtri qui ſint 446.b

portarum

portarũ inferi inſidias multiplices & ſubtiles cauendas eſſe omni uigilantia 521.b
portas inferi eſſe multas 553.b
portas inferi nullas præualere Eccleſiæ ibidem
poſt Chriſtum uenire quid 507.a.b
potentes, de quibus cecinit Maria: Depoſuit potentes de ſede, qui ſint 21.b
potentia à Deo in brachio ſuo, quemadmodum cecinit Maria, facta, quæ ſit 24.a
poteſtas & ſapientia confertur electis à Deo 365.a b
poteſtas ligandi & ſoluendi quatenus exercenda 521.a 552.b & 554.a
poteſtas ſignorum Apoſtolis à Chriſto, ante prædicationem Euangelij collata, quomodo hodie in Eccleſia exerceatur 354.b
poteſtatem ligandi & ſoluendi non Petro ſolùm, ſed & cæteris Apoſtolis, imò & nunc Epiſcopis ac presbyteris commiſſam eſſe 521.a 552.b 554.a
præcepta omnia in una charitate complentur 636.a
præcepta ueteris teſtamenti moralia non reprobata, ſed Euangelio aucta 260.b
præceptum eſt, ut pœnitenti ignoſcamus, pauperi demus, inimicos diligamus 306.a
prædicationem Euangelij cur ſigna præcedere oportuerit 632.a & 642.b
prædicatores ſuos quomodo Dominus ſequatur 612.b
prædicatoris ueri munus oſtenditur 43.b 614.a 646.b & 688.a b
præmij eſt conſors paſsionum ſocius 73.a
presbyteratus quis uam uocetur 538.b
præſepe, in quo Dominus poſitus fuit, myſticè quid deſignet 42.b & 45.a 50.a
praua quomodo directa fiant, ut dicitur in Euangelio: Et erunt praua in directa 25.b
primogenitus ſiue relatiuè dicitur 42.a
primordia Euangeliſtarum quæ 34.a
princeps ſacerdotũ, quòd ueſtimenta ſciderit, quid deſignet 258.a
Priſcillianiſtarum errores qui fuerint, oſtenditur 87.a
priuilegium beatitudinis in Maria ſingulare 21.b
prodigum unde nomen traxerit 474.b
progenies & progenies, de quibus dixit Maria: Miſericordia eius à progenie in progenies, quæ ſint 21.b
profectio filij iunioris, ut Lucæ 15. legitur, quid ſignificet 189.a
profectio patrisfamilias, dicitur enim, & peregrè profectus eſt, quomodo ſit accipienda 166.a 168.a
prophetæ falſi ex fructibus cognoſcuntur 411.b
prophetæ & patriarchæ myſterij incarnationis Chriſti conſcij ſolis 587.b
prophetæ unde uidentes dicti ſint 429.b
prophetæ auguſtius quippiam contemplantes, cur in faciem ceciderint 78.b
prophetarum magna præconia 619.b
proximi noſtri qui ſint 28.b 462.a
publicani qui ſint, & unde ſic dicti 200.b 422.b 423.b & 424.b 603.b
pueri in lucem non æditi an reſurgent 255.b
pueri 40. ab Eliſæo propheta maledicti, urſisq; duobus occiſi, quid præfigurent 420.b
puer rota curru ubteritus ac mortuus ad memoriam ſancti Stephani uitæ reſtituitur 62.a
puer, qui quinque panes & duos piſces habuit, quid ſignificet 215.b & 217.a
puer centurionis paralyticus quid 106.b 107.a
pullus aſini, ſuper quem Dominus ſedit, quid ſignificet 251.b
puteus, ad quem Dominus in Samaria uenit, quid ſit 207.b

Q

QVadrageſimale ieiunium cur & quando ſit inſtitutum ſolis 304.b 335.b 336.a
Quadraginta diebus ieiunauit Moyſes 304.b
Quadraginta diebus ieiunauit Helias ibidem
Quadraginta diebus ieiunauit Chriſtus ibidem
Quadraginta dies poſt ſuam reſurrectionem apparuit in terrã Chriſtus 311.a
quadrifariam Iudæi & gentes diuiduntur 80.b
quadriga, cuius Zacharias meminit, quid ſignificet 611.b
quædam opera ſanctæ trinitatis quibuſdam perſonis propriè conueniunt 369 a
quædam ſubſtantialiter, quædam relatiuè de Deo dici 367.a
quæ nobis fieri cupimus, alijs ſunt facienda 430.a
quæ ſint unicuiq; perſonæ in ſancta trinitate propria 368.b
quando obmuteſcat homo ad audiendum uerbum cœleſte 425.a
quando nos Chriſtus in iumentum ſuum imponat, & in ſtabulum ducat 418.a b 432.b 434.a
quanta beneficia Deus homini contulerit 125.a b 129.a
qua ratione diuerſe accipiatur uita in patre quàm in filio 374.b
quare Chriſtus corporaliter ad feſtiuitates Iudæorum uenerit ſolis 220.a
quare ſpiritus nuſquam patre minor legatur 378.b
quatuor flumina e paradiſo fluentia quid deſignent 611.b
quatuor uiri paralyticum portantes quid 357.b 466.b 467.a
quid cuiq; naturæ in Chriſto conueniat 380 b
quid fuga Ieſu in Aegyptum, quid mora, quidq; reditus ſignificent, oſtenditur 71.b
quid per oleum, centum cados, debitorem Domino debentem intelligendum 415.a
quid tempore pacis ſit agendum 365.a b
quid de ſancta trinitate ſentiendum 383 b
qui in regni Dei exercitu connumerentur 19.a
qui in unam trinitatis perſonam peccat, in totam admittit 316.a
qui me uidet, uidet & patrem, exponitur 529.a
qui minus digni ſunt per ſe exaudiri, interceſsione Deo acceptorũ adiuuantur 465.a
quinquagenarij numeri figura tempus futuri gaudij ſignificat ſolis 304.b
quinquageſimus dies cur Chriſtianorum ieiunium perficiat
quinque cortinæ in uno pariete uno quid ſit 309.b
quinquies ea die, qua reſurrexit, Chriſtus uiſus eſt hominibus ſolio 284.a 296.b
quinquageſimæ diebus quid agendum 335.a b
quis domum ſuper petram, & quis ſuper arenam ædificaſſe ſtatuendus 321.a 552.b
quis me tetigit, loci expoſitio 144.a
quòd alius Euangeliſta ſexta hora, alius tertia Chriſtum crucifixũ ſcribant, quomodo intelligendum 267.a
quòd Chriſtus, poſtquam in mari dormiuit, regionem Gerazenorum adijt, atq; inde reuertens, in patriam ſuam remeauit, quid ſignificet 466.a
quòd Deus quædam opera faciat per filium ſibi coæternum in forma Dei, quædam per eundem filium in forma ſerui filium hominis 381.b
quòd Diſcipuli quinq; panes & piſces prius à Chriſto benedictos fractosq; turbæ diſtribuerint, quid moneat 216.a
quòd Dominus de monte deſcendens, ſtetit in loco campeſtri, quid nos doceat 656.a
quòd Dominus ad diem feſtum occultè aſcenderit, quid ſig. 241.b
quòd Dominus relictis Iudæis, abijt in regionem iuxta deſertum, quid ſit 249.a
quòd Dominus pullum aſinæ ad uineam ligauit, quid ſignif. 251.b
quòd filio ad menſuram ſpiritus non ſit datus, ſed hominibus ſolummodò ad menſuram detur 373.b
quòd unum ſit opus patris & filij 374.a
quòd Maria poſt uiſum Angelum montana conſcendiſſe dicitur, quid ſit 20.a 23.b
quòd pater, filius & ſpiritus ſanctus unus ſit Deus 366.b
quòd ſpiritus ſanctus communis eſt patris & filij ſpiritus 367.a
quòd non de patre & filio illud de illo dici poſsint 367.b
quòd neceſſariò diſcernendum, quid de Deo ſubſtantialiter, quid relatiuè dicatur 368 a
quòd non ſit maius aliquid pater & filius & ſpiritus ſanctus ſimul dicti, quàm unaquælibet 368.b
quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco, locus exponitur 527.a

quomodo intelligenda ſit miſsio filij à patre 378.a
quomodo miſsio ſancti ſpiritus ſit intelligenda ibidem
quomodo filius nunc æqualis nunc minor patre dicatur ibidem b
quoniam exaudita eſt deprecatio tua, &c. quem intellectum habeat 540.a

R

RAab interpretatur latitudo, uel fames, uel impetus folio 600.a
Racha dictio quid ſit 407.a 408.b
Rachel interpretatur ouis, aut uidens Deum 71.a 76.b
Rachel Eccleſiam deſignat 71.a 79.b
Rachel iuxta Bethlehem ſepulta 71.b
Rachel pariendo moriens, quid ſignificet 311.b
Rama interpretatur excelſa 76.b
Raphaël Archangelus quando mittatur 397.a
Raphael Archangelus quid interpretetur 397.a
raptores qui ſint 423.a
rationem quando Dominus ponat cum ſeruis ſuis 479.a
rami palmarum quid deſignent 231.a 234.a
recedere de agro, & domui appropinquare, quid ſit 190.b & 192.b
rectores Eccleſiæ ad exemplum Chriſti de fama ſui nominis apud ſubiectos inquirent 550.b
recumbere ſuper fœnum quid ſignificet 422.a
recumbere ſuper terram, quid ſignificet 477.a
Redemptæ uirginis hiſtoria pietatiq. deſcribitur 389.ab
redemptio populi Iudaici ex Aegypto noſtræ redemptionis typum geſsit 275.a
redemptio noſtra gratiæ diuinæ tribuenda, non meritis noſtris folia 21.a
redemptor noſter rex & pontifex factus 538.a
redemptor noſter cur ſacerdos eſſe dicatur ſecundum ordinẽ Melchiſedech 538.b
regeneratio baptiſmi cur inſtituta 66.a
regeneratio ſpiritualis, ſicut generatio carnalis, una eſt 532.a
regeneratio quid præſtitit 328.b
Reginæ Sabæ profectio ad Salomonem Regem quid 497.ab & 498.a
regnum Dei quærere quid 330.b
regnum Dei quibus promittatur 319.b
regnum Dei uel cœlorum quot modis in ſacris literis uſurpetur folia 28.a 187.b 356.b 479.b 444.b 9.b 390.a 356.a
religionis ueræ fidei perfectio in pace & dilectione conſiſtit folio 306.b
reliquiæ aſſi piſcis & faui mellis, quas Chriſtus poſt reſurrectionem diſcipulis dedit, quid ſignificent 287.a
remiſsio peccatorum omnis in baptiſmate Chriſti tribuitur 24.b
remiſsio peccatorum quibus medijs à curatoribus animarum conferatur 306.b
renes accingere, calceamenta in pedibus, baculos in manibus, hæc quid deſignent 283.a 300.a
reprehenduntur grauiter ſacerdotes, qui non dignè in ſuo munere uerſantur 612.b
reproborum caſus qualis ſit 437.b
repudij libellus quare à Moyſe Iudæis conceſſus 535.a
repudium homini Chriſtiano illicitum 534.ab
reſpicere & uidere quid in ſacris ſignificent 603.a 628.a
res temporales in uſu, æternæ deſiderio erunt 393.b
reſurrectio Chriſti & paſsio à Moyſe longè ante prædicta 285.b
reſurrectio Chriſti cur à Iudæis uſq; hodie non ſuſcipiatur 185.b
reſurrectio multorum ſanctorum, qui dormierant in Chriſti morte & reſurrectione, quid oſtendat 277.a
reſurrectio mortuorum uniuerſalis, qualis futura ſit, oſtenditur folio 623.b 660.a
reſurrectio Chriſti cur à mulieribus annunciari debuit 293.b
reſurrectio & animæ & corporum multis & euidentibus argumentis aſtruitur 303.b 623.b
reſurrectio uniuerſalis corporum & animæ à multis negatur folio 303.b
reſurrectio Chriſti præſtantior Iudæorum circunciſione 304.b
reſurrectionem tam impiorum quàm piorum eſſe futuram 695.a
reſurrectionem Chriſti qui uerè recolant 264.b 275.a
reſurrectionis Chriſti cauſa & utilitas 28.a 295.b 296.a
reſurrectio ultima quando fiet 545.b 562.a
rete uox quid in ſacris literis ſignificet 405.a 406.a & 513.ab 514.a 291.a
rete ad piſcandum in dextram & ſiniſtram mittere, quid differat 288.a 289.a
rete rumpitur, quando Eccleſia hæreſibus ſcinditur 288.b & 289.b 405.a
retia lauare quid ſit 404.b
ritus gentiles arguuntur 49.b
Romæ Petrus & Paulus uno die martyres facti, & quare Romæ pati debuerint 558.b 561.a
ruentes in fide non eſſe reijciendos 124.a
ruina mundi regni Dei appropinquationem oſtendit 9.a
Roth quid interpretetur 601.a

S

SAbbata Iudæorum tria, & horum tempora 405.b
ſabbato cur Chriſtus opus ſanationis ſit auſpicatus 359.b
ſabbato cur Chriſtus in ſepulchro quieuerit 273.b
ſabbato nec uendere nec emere Iudæis licebat 299.a
ſabbatum qui rectè celebrent 225.a 227.a
Sabellij error quis 304.b
ſacculus & pera, quæ Chriſtus diſcipulos tollere iuſsit, quid ſignificent 265.b
ſacculus, qui à Chriſto diſcipulis interdicitur, quid 613.a
ſacerdos & Leuita ſaucium in uia prætereuntes, qui 431.b
ſacerdos non ſuo merito, ſed gratia ſpiritus ſancti peccata poteſt remittere 566.a
ſacerdotes cur baptiſandorum aures & nares ſaliua oris ſui tangant 425.a 426.b
ſacerdotes quomodo ſe in Eccleſia Chriſti gerere debeant 355.b
ſacerdotes terrenis curis debent eſſe liberi 617.a
ſacerdotes honeſtos colendos eſſe 613.b
ſacerdotium Iudæorum futuri ſacerdotij fuit typus 435.a 436.a
ſacerdotium noui teſtamenti dignius eſt ueteris legis ſacerdotio folio 436.a
ſacerdotum officia oſtenduntur 106.a
ſacerdotum auaritia reprehenditur 613.b 642.ab
ſacerdotum adulatio taxatur 615.b
ſacramenta ea Chriſtus ſuſcepit, quibus uenturus prænunciatus erat 304.b
ſacramenta Chriſti impijs luſus & nugæ uidentur 363.a
ſacramentum aliud, aliud uirtus ſacramenti 353.a
ſacramentum Euchariſtiæ quomodo dignè & indignè ſumatur folia 283.a 353.a
ſacramentum quoddam in eo ſit, quod ex Abraham, Iſaac, & Iacob liberæ & ancillæ pepererint 521.b
ſacrificiorum altariumq. rerum ſtudia, cur à Moyſe ſint permiſſa Iudæis 535.a
ſacrificium altaris, quod nunc in Eccleſia peragitur, in ueteri teſtamento eſt præfiguratum 182.b
ſaga cilicina undecim cur in templo Dei aut tabernaculo facta fuerint 201.a
Salomonis magna laus 286.a
ſaltatio leuis & Chriſtianis illicita 596.a
ſaltus Domini qui & quales 331.b
Samaritani populi qui ſint 431.b
Samaritanus interpretatur cuſtos 428.a 432.a 434.a
Samſon in multis Chriſti typum geſsit 277.b 640.b
Samſonis magna laus 593.b
ſanctæ trinitatis unam eandemq; eſſe uoluntatem & operationem folio 520.b 552.a
ſanctimonialis quædam beneficio reliquiarum ſancti Stephani uitæ reſtituitur 83.a
ſancti mortui quantum apud Deum ualeant 621.b
ſancti quando tribulationes omnes uincant 600.b
ſancti quomodo honorandi 525.b
ſanctorum merces & gloria quæ ſit 618.a
ſanctos patres Deum tantum per figuras uidiſſe 429.b

ſanctæ

ſancta trinitas non eſt ſeparabilis natura, nec in perſonis dicenda 369.a
ſandalia, quibus Diſcipulos ſuas Euangelium prædicaturos calceari uoluit Chriſtus, quid 355.a
ſanguine utrunq; poſtem inficere quid ſit 282.b 299.b
ſapphyrus mentis tranquillitatem ſignificat 583.a
ſapientia & conſilium humanum contra Dei uoluntatem nihil agit .433.a b
Sara interpretatur princeps, mater eſt omnium fœminarum fidelium 83.a
ſardius lapis ſanguinari coloris martyrij typum refert 583.a
ſcænopegia quid ſit 242.a 243.a
ſcandala quàm noxia ſint 325.b 609.a
ſcorpionis datione quid Deus ſignificarit 321.b
ſecedere in deſertum cum Chriſto quid 357.a 362.a
ſeceſſio Chriſti in Galilæam poſt captum Ioannem quid denotet folio 512.a
ſecundum familias Iudæi tributa ſoluebant 90.b
ſecurim ad radicem arboris poſitam eſſe quid ſit 26.a
ſedere ad dextram & ſiniſtram Dei quid 572.a
ſedere & ſtare Chriſtum quid 331.a 322.a 274.a
ſedere in telonio quid 603.a
ſedes Chriſti dicuntur omnes, in quibus habitat Chriſtus 557.a
& 641.b
Seir quid 322.a
ſeparata ſacrificia nemo comedebat, præter ſolum Aaron, quomodo intelligendum 301.a
ſepes uineæ à patreſamilias circundata, myſticè quid ſignificet folio 186.a 188.a
Sepontus ciuitas Apuliæ, inter ſinum Adriaticũ & montem Garganum ſita 606.a
ſeptem lucernæ candelabri in templo Salomonis 54.b
ſeptima die poſt omnium creationem cur Deus quieuerit 290.b
Seraphim quis rectè dicatur 502.a
ſeraphim, quid ſit, interpretatur 397.b
ſerpentis uocabulo quid ſacra ſcriptura ſignificet 321.b 313.a
& 640.a 666.b
ſerui ab agricolis lapidati & occiſi, qui ſint 186.b
ſeruus Dei & fidelis quis 492.b 554.b
ſeueritatis diuinæ ultionis magnitudo oſtenditur 26.a
Sichem interpretatur humerus, & hæreticas ſignificat 701.a
ſigilla ſeptem, quibus liber ſignatus, quid 612.a
ſigna Eccleſiæ & hodie non deeſſe 333.b
ſigna cur Eccleſiæ nunc neutiquam neceſſaria ibidem
ſignorum poteſtatem cur prædicationem Euangelij præcedere uoluerit Chriſtus
Siliquæ, quibus filius prodigus uentrem ſuum cum porcis implere cupiebat, quid deſignent. 189.b 192.a
ſiliqua cur in Euangelio ſæculari ſcientiæ comparetur 189.b
Simeonem & Annam homines prouectioris ætatis Chriſtum deuotis confeſſionum officijs excipere quid ſit 518.b 519.a
Simeonis prophetiæ de Chriſto enarratio 519.a
ſimilitudines allegoricæ de miſſione, occurſu, uocationeq; ſeruorum ad reddendam rationem pulchrè exponuntur 186.a
& 188.a 190.a 472.b 479.b
ſimonia quid ſit 614.b 632.a 642.b
ſimoniacam hæreſin ſacri Canones damnant ibidem
ſimoniaci qui ſint 219.a 632.a
Simon Cyrenæus, quòd Chriſtum in ferenda cruce iuuit, gentium fidem præſignabat 271.b
Simon interpretatur obediens 259.b 507.b 509.b 512.b
Simon magus magicis præſtigijs uolans, Petri oratione praſternitur 558.b
ſinus Abrahæ quid ſit 185.a
ſitus Chriſtianorum qualis eſſe debeat 246.b
ſitis Domini, qua tenebatur, cùm ad puteum à muliere Samaritana aquam petebat, quid ſit 207.a 210.a
Sixti papæ martyrium adeuntis ad ſanctum Laurentiũ uox 576.b
ſmaragdus uiridis Mariæ uirginis uirginitatem deſignat folio 583.b
ſocrus Petri quæ ſit 206.a 361.b
ſolennitas aſſumptionis Mariæ omnium omnes ſanctorum ſolennitates antecellit 586.b
ſolennitas ſcænopegiæ quo tempore celebrari ſoleat, & quare folia 240.a 243.a
ſolennitas noctis noſtræ redemptionis in antiquo Dei populo myſticè deſignata eſt 275.a
ſolennitas Iudæorum 539.a b
ſolennitas reſurrectionis reliquas omnes ſolennitates antecellit folio 299.a
ſolennitates martyrum quæ nam ſint 655.a
ſol & luna planetæ extremo die ab quid lumen amiſſuri 494.a b
ſolicitudo Chriſtianorum quæ eſſe debeat 441.a 442.b
& 591.a 647.a
ſolis eleus⁻¹o quid 331.b
ſol obſcuratus cùm miles lancea latus Chriſti foderet, quid 286.b
ſomnus Diſcipulorum exiſtentium cum Chriſto ante paſſionem orante, quid 257.a
ſorores mortuæ, ad quas ſacerdotes Iudæorum ire prohibiti, quid ſignificent 238.b
ſpecies, quibus timor arrogantium deprehenditur, quatuor folia 422.b
ſpes futurorum bonorum Chriſtianis neceſſaria 66.a
ſpes uera quo exprimatur & eius effecta 321.a b
ſpina ſanctæ Eccleſiæ promiſſa à Deo, quid ſignificet 87.a
ſpina ad quid in Eccleſia ponatur ibidem b
ſpiritualiter ſe diligentium animæ, quaſi una anima 535.a
ſpiritus ſanctus quid 336.b 324.b 327.a
ſpiritus ſanctus relatiuè accipitur ad patrem & filium 307.b
ſpiritus ſanctus qua ratione genitus & ingenitus dicatur folia 369.b
ſpiritus ſanctus quid in nobis efficiat 92.b 289.a 313.a
ſpiritus ſanctus coæqualis patri & filio, non tamen incarnatus folio 301.b
ſpiritus ſanctus quòd prius in terra, poſt de cœlo diſcipulis datur, quid ſignifi:et 302.a
ſpiritus ſanctus cur paracletus dicatur 313.a
ſpiritus ſanctus non loquitur à ſeipſo 314.a
ſpiritus ſanctus à patre & filio procedit 314.a
ſpiritus ſanctus quomodo Chriſtum clarificet 316.a
ſpiritus, quæcunq; audiet, loquetur, quomodo ſit intelligendum folio 316.a
ſpiritus ſanctus eſſe ſuum, ueracem ſapientem eſſe à patre & filio habet 316.a
ſpiritus ſanctus cur non dicatur natus, genitus, aut ingenitus, ſed procedens 384.b
ſpiritus in Deo exultans quis 21.a
ſpiritus ſeptem, quos Diabolus domum ſuam ingreſſurus aſſumit, qui ſint 197.b
ſpiritus ſanctus cur in ſpecie columbæ apparuerit 91.b 93.b
ſpiritus ſanctus, ubi uult, & quæ uult, operatur 92.a
ſpiritus ſanctus, tametſi Deus, donum etiam Dei rectiſſimè dicitur 375.b
ſpiritus ſanctus omni timore uacuum reddit hominem 284.a
ſpiritus ſcientiæ & fortitudinis quis 334.a
ſpiritus uirtutum qui ſint 397.b
ſpiritus poteſtatum qui 397.b
ſpiritus principatuum qui 397.b
ſpiritus dominationum qui 397.b
ſpiritus, ubi uult ſpirat, quomodo intelligendum 363.a
ſpiritus ſancti uis & energia 603.b
ſpiritus ſanctus cur tam à patre quàm à filio procedit 306.b
ſponſus ſanctæ Eccleſiæ Chriſtus 30.a
ſportæ ſeptem quid ſint 420.a
ſputum & ſaliua Chriſti quid 427.a 224.b 226.b 425.a b
ſtabularius, ad quem deducitur uulneratus, quis ſit 429.b 432.b
ſtabulum, in quo Chriſtus poſitus erat, myſticè quid ſignificet folio 42.b
ſtare in littore Chriſtum, quid ſignificet 287.b
ſtatua à lapide, ut in Daniele legimus, comminuta quid ſignificet folio 188.b
Stephani martyris memoria in caſtello Synicenſi poſita 61.b

Stephanus protomartyr noui teſtamenti, eiuſq; magna laus 58.a
& 59.a
ſtereus in ſacra ſcriptura quid 495.a
ſterilitas corporis & mentis quid 545.b
ſtola prima, qua pater filium prodigum iam receptum indui iubebat, quid nam ſit 190.a 192.b
ſubſtantia inter fratres diuiſa, ut habet parabola Luc. 15. quid ſit folio 189.a 191.b
ſubuerſio menſarum, nummulariorum à Domino facta, quid ſignificet 219.a
ſudarium, quo Chriſti caput in ſepulchro tectum fuit, quid ſit folio 301.a
ſudarium & linteamina ſeiuncta in ſepulchro inuenta, quid myſterij habeat 301.a
ſudor & guttæ, quæ de corpore Chriſti patietis defluxerint, quid oſtendant 266.a
ſummus ſacerdos 588.a
ſuperbia uituperatur, eiuſq; pœna oſtenditur 21.b 29.b 124.a
& 424.b 558.b 589.b 567.a 607.b 613.a
ſuper Chriſti pectus qui recumbant 70.b
ſuper hanc petram ædificabo, &c. locus exponitur 645.a
ſuperna & cœleſtia non temere eſſe diſcutienda 221.b
ſurdi ad uitæ uerbum accipiendum quando reddantur homines folio 425.a 426.b 427.a
ſurge & uade, locus exponitur 438.a
ſurgere de lecto quid ſit 359.a
ſuſpicere in cœlum & ingemiſcere Chriſtum, quid 425.a b 427.a

T

TAbernaculum Moyſæ & templum cur duæ domus & quid præfigurauerint 498.a b
tactus Chriſti quid myſterij oſtendant 448.a 456.a
talenta accepta quomodo ſint eroganda 674.b 676.a b
talenti nomine quid ſacra ſcriptura uelit 480.a 481.b
& 477.b 684.a 673.b 674.a 675.a
talentum in ſudario reponere quid ſignificet 686.b
tangi à Maria cur Chriſtus poſt ſuam reſurrectionem noluerit folio 293.b 295.a
tanto tẽpore uobiſcũ ſum, & me non cognouiſtis, exponitur 519.a
Tarſillæ hiſtoria atq; uirtus deſcribitur 471.a b
Tatiani & Martiani de matrimonio malè ſentientium hæreſis refellitur 98.a
tauri occiſi ad nuptias quid ſignificent 468.b 472.b
tectum domus, in qua docet Chriſtus, aſcendere quid 357.b
temeritas reprehenditur, eiuſq; pœna oſtenditur 572.a
templi Salomonis deſcriptio, & quid ſingula prætenderint, enarratio 500.a b 501.a
temporis uelocitas 679.b
temporis rationem eſſe habendam ibidem
tempus diluculi, quo prædicaturus Hieroſolymã Chriſtus de monte Oliueti redibat, quid ſignificet 212.a
tempus fructuum appropinquaſſe, ut in Euangelio dicitur, quid ſignificet 186.a
tenebræ interiores & exteriores quæ ſint 470.b 107.b
tenebræ & lux in ſacris literis quid 46.a 121.b
tenebroſa oſtia, porta mortis in Iob aduerſæ poteſtates uocantur folio 276.b
tentari & in tentationem intrare ſunt diuerſa 257.a
tentatio duplex 413.b
tentationes grauiores ieiunijs & orationibus ſuperandæ 456.a
& 257.a
tentat uos Dominus Deus ueſter, Deut. 13. & Deus neminem tentat, Iacob. 1. locorum conciliatio 355.b
termini Euangeliſtarum qui ſint 34.a
terra contra poſſeſſorem clamans, quid 618.b
terra uiuia apud Eſaiam quid 27.a
terra, quam Chriſtus mitibus poſſidendam promittit, quid 621.b
terræmotus factus moriente & reſurgente Chriſto, quid myſterij deſignet 274.a
teſtes in reſuſcitatione filiæ Archiſynagogi cur paucos Chriſtus eſſe noluerit 488.a
teſtimonia prophetarum & patrum de Chriſto recitantur 522.a b
teſtimonium Ioannis de Chriſto 523.a
teſtimonium gentium de Chriſto 523.a
teſtimonium Virgilij de Chriſto, ægloga 4. 523.a
teſtimonium Nabuchodonoſor de Chriſto 523.a
teſtimonium Sybillæ de Chriſto 523.b
teſtimonium Sybillæ de paſſione Chriſti ibidem
Thamar interpretatur palma 600.b
Thamar ex Iuda concipiens quid ibidem
Theophanij hiſtoria eiuſq; integritas 894.a
theſaurus cordis quid 495.a
theſaurus noſter quò reponendus 672.b
Thomæ cur Chriſtus poſt ſuam reſurrectionem ſe palpandum exhibuerit 303.a
Thomæ dubitatio multorũ fidem confirmauit 303.a 306.b 329.b
Thomas Apoſtolus Indiam ad fidem Chriſti conuertit 616.a
throni Angelorum quid ſint 397.b
thronus Dei ſapphyri ſpeciem habet 583.a
tibicines & eorum expulſio quid deſignet 485.b
timendi non ſunt, qui corpus, ſed qui & corpus & animam poteſt occidere 271.a
tintinabula aurea, quæ de ueſte Aaronis dependebant, quid ſignificarint 88.a
topazius lapis ætherei & aurei coloris diuinitatis contemplationem ſignificat 588.a
torculare quod paterfamilias in uinea fodit, allegoricè quid ſignificet 186.a 188.a
tormentorum, quibus martyres affecti ſunt, diuerſa genera deſcribuntur 620.a 643.b
tortores, quibus ſeruus iniquus traditus eſt, qui ſint 482.a
trahere rete piſcium ducentis cubitis quid ſit 292.b
tranſeunt cuncta, quæ temporaliter feſtiua celebrantur 308.a
tranſitus ſpirituum malorum quid ſit 460.a
trabi quid in ſacra ſcriptura ſignificet 401.b 404.a
tres anni, quibus Dominus fructus requiſiuit, quid 494.b
tria eſſe ſilentia, & quæ ſint, oſtruditur 75.a
tria munera Chriſto oblata trinitatem oſtendunt 86.b
tribus Iuda habet originem à Lya 71.b
tribus Beniamin de Rachel eſt orta ibidem
trinitas declaratur 190.b 222.b 223.b 228.a
trinitatis uera diſtinctio 526.b 53.a b
trinitas unus eſt Deus 19.a 588.b 668.b
triſticia & pœnitudo inutilis 596.b
tritici uocabulum & menſura in ſacris literis quid ſit 415.a
& 672.b 673.a
tunicæ duæ prædicaturis Diſcipulis à Chriſto interdictæ, quid ſignificent 355.a
turba dictio quid ſignificet in ſacra ſcriptura 140.a
& 254.a 410.b 426.b
turba multitudo eſt turbata 588.b
turris à patrefamilias in uinea ædificata, allegoricè quid deſignet folio 186.a 188.a
turris Stratonis ciuitas ab Herode condita 550.b
turtur contemplatiuam, columba actiuam uitam deſignat 117.b
tympanum Dauid quid 677.a

V

VAcca rufa, quæ ſine macula fuiſſe deſcribitur, quid ſignificet 238.b
uadit ad patrem quomodo Chriſtus 313.a
uallis, de qua dicitur: Omnis uallis implebitur, quid ſignifi. 25.a
uallis Ioſaphat inter montem Syon & montem Oliueti eſt poſita folio 580.b
uelum templi ſciſſum, cùm Chriſtus moreretur, quid innuat 80.a
& 271.b 252.a
uendentes in templo qui ſint 418.b
uenti uocabulum quot modis ſacræ literæ uſurpent 110.b 412.b
uentos placare, & rabiem undarum ſedare, quid ſignificent folio 149.a
uerba diuina in ſua ueritatis ſtabilitate ſemper manebunt 22.b
uerba, quæ ego loquor uobis, &c. exponitur 529.a

uere

uerè credit, qui exercet operando, quod credit 303.a
uerbum ocioſum quod ſit 13.b
uerbum incarnatum æternitatem non amiſiſſe 380.a
uerbum caro factum eſt, quomodo ſit intelligendum 379.a 380.a
uerbum Dei aliter in Sanctis, aliter in Deo ipſo accipi 397.a
uerbum Dei cur in paucis fructum faciat 612.b 615.b
ueritas et miſericordia pacis oſculo ſibi obuiauerunt, quum diuinitas & humanitas in unam perſonam conuenerunt 599.a
ueſpere cur ægroti ad Chriſtum ducti legantur 361.b
ueſtem nuptialem quis non habeat 473.a
ueſtes pelliceæ, quibus ſe primi parentes poſt lapſum texerunt, quid ſint 431.b
ueſtigia Chriſti nobis ſequenda proponuntur 95.b
ueſtigia martyrum quomodo ſequi debeamus 72.a
ueſtimenta Diſcipulorum, quæ ſuper aſinam & pullum poſuerunt, quid deſignent 254.a
ueſtimentum Chriſti quod 459.b
ueſtis purpurea Chriſto induta, uerum eum Regem demonſtrat folio 259.a
ueſtitus populi Iſraëlitici typus 617.b
ueſtitus nuptialis uerus quis 450.b 406.b 469.b
ueſtium luxus & ſtudium reprehenditur 13.a 444.a
uia dictio quot modis in ſacra ſcriptura uſurpetur 29.a 33.a & 407.b 409.b 413.a
uicinitas Chriſtianorum qualis eſſe debeat 282.b
Victorini uel Aemiliani hiſtoria atq. pœnitentia narratur 399.a & 400.a
Videre Chriſti quid ſit 231.a 331.a 503.b 505.b
uidua, ad quam Helias Propheta famis tempore miſſus fuit in Sarepta, quid præfiguret 198.b 200.a
uidualis continentia laudatur 98.b
uidua, quam multa turba filium mortuum ad ſepulturam deferens ſequebatur, quid ſignificet 227.b
uigiles & cuſtodes ciuitatis in Canticis ſunt Apoſtoli, Prophetæ, & prædicatores 292.a
uigiliæ prima, ſecunda, tertia quid 679.a 681.a
uillam emere & uiſere quis dicatur 390.a 391.b
uillæ Iudæorum quid ſint 472.b
uilla quot modis in ſacra ſcriptura accipiatur 189.a
uillici, uillicationis allegoriæ quid ſignificent, exponitur 414.b
uineæ cuſtodes ſacerdotes & epiſcopi ſunt 615.a
uineæ eiuſq; palmites qui ſint, exponitur 123.a 126.b 186.a & 468.b 494.b
uipera concipiens maſculum enecat, ipſa pariens à fœtu interimitur, myſticè exponitur 63.a
uirga Diſcipulis à Chriſto prohibita ad prædicationem miſsis, quid ſit 355.a 643.a
uirgam, quòd Chriſtus alibi ut tollerent, ut Marcus, alibi interdixerit Diſcipulis, ut Lucas & Matthæus ſcribunt, quomodo intelligendum 355.b
uirga poteſtatem ſignificat diuinam 356.a
uirgæ populeæ decorticatæ à Iacob Patriarcha in canalibus tempore adaquationis poſitæ quid deſignent 656.b
uirgines & puellas quæ deceant 579.a
uirgines ueræ quæ ſint 606.b
uirginitas à uiriditate dicta eſt 583.b
uirginitatis laus 98.b 583.b 585.a 589.b
uiri quinq;, quos habuerat mulier Samaritana, quid ſignificent folio 207.b 210.b
uir mulieris Samaritanæ, de quo Dominus ad illam inquit, uir quem nunc habes, non eſt tuus, quis ſit 208.a 210.b
uirtutes cœlorum quæ uocentur 9.a 11.b 494.b
uirtutes & miracula quæ arte Antichriſtus operabitur 12.a
uirtutes cardinales quatuor & quæ 357.b
uirtus Dei altiſsimi quo beatæ Dñi genitrici obūbrauerit 17.a
uirtutes donorum ſpiritualium ſeptem ſunt, & quæ 475.a
uiſiones ſemper ueteribus apparuiſſe per angelicas adminiſtrationes 374.a
uita æterna quæ ſit 313.b 321.a 572.a 592.b 618.a 646.a
uitam Chriſtianorum duplicem eſſe 66.b 278.a 330.a
uita contemplatiua actiua melior 591.a
uitam contemplatiuam quatenus quis ſequi poſſet 357.a
uitæ humanæ curſus quis 75.b
uitæ noſtræ unus præcipuus finis 588.a
uita noſtra præſens non amanda per ſe, ſed propter alteram toleranda 278.a
uita præſens item & futura quo numero aptè exprimatur 336.a
uita ſolitaria 591.a
uitia corporis, quæ ſacris initiari in ueteri lege prohibebant, enumerantur 680.a
uitulus ab Abrahamo tribus Angelis hoſpitio receptis appoſitus, quid præfigurauerit 190.a
uitulus ſaginatus, qui iuſſus eſt filio prodigo reuerſo mactari, quid ſignificet 190.b 191.b
uini abſorpti qui dicantur in Pſalmo 366.a
uiuunt, qui pro Chriſto merentur occidi 73.a
Vlmus, quæ per Prophetam Eccleſiæ à Domino promittitur, quid ſignificet 27.a
Vlmus ad quid in Eccleſia ponatur 27.b
Vnctionem infirmorum ab ipſo Chriſto & Apoſtolis eſſe inſtitutam 356.b
ungere caput, & faciem lauare, quid ſit 140.b 141.b
unum opus eſt, dicti Chriſti interpretatio 588.b
uoluntatis bonæ homines qui 41.b
uoluntas hominis debet gratiam diuinam præcedere 536.b
uos ſedebitis ſuper duodecim thronos, quo intelligendum 557.a
uota eſſe reddenda 701.a
uox Iudæorum horrenda: ſanguis eius ſuper nos & filios noſtros folio 270.a 281.b
Vrias interpretatur lux mea Dei 601.a
Vrias Diabolum deſignat ibidem
urſi & leones qui ſint 308.b
urſi duo, qui quadraginta duos ex pueris in Bethel Eliſæum Prophetam ridentes occiderunt, quid præfigurent 420.b
utrū anima Chriſti plenā habeat diuinitatis ſuæ cognitionē 373.a
uulnera ſua & cicatrices cur Chriſtus à reſurrectione ſibi reſeruarit, oſtenderitq; 285.a 287.a 306.b
uxorem cum filijs uenundari quid ſit 480.a 481.b
uxorem diligenti præcepta de ſoluendo matrimonio non ſunt neceſſaria 534.a
uxores ducere, eoq; nomine ad cœnam uocatos non uenire qui dicantur 390.a b
uxor mala, Dei iræ indicium, & iniquitatum eſt merces 594.a
uxor malè morata tribus modis caſtiganda 535.b
uxor Petri quæ ſit 206.a
uxor quaſi iocunda poſſeſsio caſtitatis 534.a
uxorum in maritos perfidarum exempla 593.b
Vzali ad memoriam ſancti Stephani multa miracula facta 62.a
Vzali memoria S. Stephani ab Euodio Epiſcopo conſtituta 62.a
Vzalum Vticæ uicinum ibidem

X

XEnia noua obtulit Chriſtus patri, quando infans infantes ad cœlum tranſmiſit 74.a

Z

ZAchæus arborem Sycomorum aſcendens quid 702.a
Zachæus interpretatur mœrens, iuſtus 505.a
Zachæus, Petrus, Maria, latro exempla ueræ ſunt pœnitentiæ 294.b 702.b
Zachariæ cur uox & loquela adempta ſit 546.a
Zachariæ oranti ad altare Angelus apparens quid 540.a
Zachariæ reſtitutio loquelæ quid deſignet 544.b
Zacharias ex ſpiritu ſancto prophetans, quid myſticè ibidem
Zacharias interpretatur memoria Domini 57.b 64.a 544.a
Zacharias ſummus ſacerdos 639.a
Zacharias typus martyrum à Chriſti paſsione 57.a b
Zebedæus interpretatur donatus, dotatus 513.b
Zelotipia Ioſeph circa Mariam oſtenditur 38.a
Zelus quid ſit 219.a
Zelus prædicantium qualis eſſe debeat 613.a
Zona pellicea, qua Ioannes & Helias accincti fuere, quid 35.a

FINIS.

AD LECTOREM.

CVm in indice colligendo multa menda occurrerent, quæ partim, nobis etiam ſedulis, in corrigendo ſubrepſerunt, partim etiam exemplar, quod in imprimendo ſumus imitati, habebat, libuit illa, candide Lector, ne in re vlla te tuis cōmodis defraudare videremur, in hoc elencho ſubijcere: cuius primus quidem numerus paginam, ſecundus verſum cuiuſq; columnæ: a litera primam columnam, b verò ſecundam demonſtrabit.

ERRATORVM ELENCHVS.

PAgina 35. a linea à fine 7. morticina pro morticinia. Pag. 36. a lin. à fine 7. ōnis habetur pro ominis. pag. 40. a lin. à fine 14. lios pro alios. pag. 23. a lin. 3. oræſto pro præſto. pag. 185. b lin. 24. nolebat pro uolebat legendum uidetur. pag. 185. b lin. 38. ficto pro ficut. pag. 186. b lin. à fine 16. hæreditatem pro hæreditatem. pag. 193. a lin. à fine 11. quræ pro quæ. pag. 194. b lin. à fine 11. ſe pro de. pag. 195. b lin. 29. uſia pro ostia. pag. 196. a li. à fine 36. ſalutor pro ſaluator. pag. 199. b li. 47. hoc pro hic. pag. 201. b lin. 6. coſtra pra noſtra. pag. 204. a lin. à fine 5. noſtri pro noſti. pag. 209 a lin. 60. Iacob pro Iacab. pa. 211. a lin. 39. lauare pro leuare. pag. 212. a linea à fine penultima, perſeuerauerent pro perſeuerarent. pag. 380. a linea 34. reuertenter pro reuerterentur. pag. 384. b lin. 41. triaus pro trinus. pag. 9. a lin. 51. diſtrictus pro diſtrictius. pag. 13. b li. 10. agnelum pro angelum pag. 17. a li. 38. tua pro ſua. pag. 17 a lin. 38. qauſi pra quaſi. pag. 18 b. lio. 30. melior pro meliorem legendum uidetur. pag. 18. a lin. 37. benedictū pro benedicta. pag 19. a lin. 22. ad pro ab. pag. 20. b lin. à fine 19. eq pro ea. pag. 22. a lin. 32. obentemq; pro obedientemq;. pag. 24 a lin. 44. mentes pro mente. pag. 26. a li. 8 fructu pro fructum. pag. 30. a lin. à fine 9. morticinum pra morticorum. pag. 214. a lin. 45 & 46. terrena pro terrenæ. pag. 217. b lin. à fine 8. quod pro quot. pag 221. b lin. 24. acramentum pra ſacramentum. pagina 214. b lin. 57. iniunctum pro inunctum, iæcus pro cæcus. pag. 225. a lin. 1. medicus pro mendicus. pag. 225 b lin. à fine 5. cæcus pro cæcos, udeer pro uidere. pag. 227. a lio à fine 3 uellem pro uelle. pag. 228. a lin. 15. portionem pro portationem. pa. 230. b lin. 36. acerba pro acerbo. pag. 231. a lin. 25. peccatores pro peccati. pag 231. a lio 30. dominis pro dominus. pag. 231. a lin. 33. & 34. triduanum pro quatriduanus. pa. 232. li. à fine 16. perditione pro perditioni. pag. 234. a lin. 1. acies pro facies. pag. 135. b linea à fine 6 & 5. teſtamento dum pro teſtamentorum. pag. 246. a lin. 28. per omiſſum eſt. pag. 152. b linea 19. alij pro illi legendum uidetur. pag. 254 a lin. 21. ubi pro ibi legendum uidetur. pag. 484. b lin. 37. conditas pro conditus. pag 426. b linea 41. ſolunt pra ſoluant. pag. 433. b lin. 34. mercede pro mercedem. pag 436. b lin. 21. uirtus pro uirus. pagina 436. a linea 58. diſcerneda pro diſcernenda. pagina 53. a linea 15. Apha pro Alpha. pagina 54. b linea 40. ee pro eſt. pag. 54 b lin. 1. uia pro uita. pagina 55. a linea 23. pro filij. Dei ſi, lege, filij Dei ſi. pagina 55. a linea 27. oolupeante pro uolumtate. pagina 55. a linea 28. ſecundum pro ſecundam. pagina 57. a linea 6. fit pro ſit. pagina 57. a linea 48. perentibus pro perennibus. pagina 59. a linea 66. cecedit pro cecidit. pagina 68. a linea 47. fine pro ſioe. pagina 60. b linea 6. ſeruiti adurisſima pro ſeruitia duriſſima. pagi. 64. a linea 4. omnem pro omnium. pagina 64. a lin. 5. ſanguis pro ſanguinem. pagina 64. linea 24. diuo pro dio. pagina 66. a linea 36. demonſtrationom pro demonſtrationem. pagina 67. a linea 64. liberndis pro liberandis. pagina 68. a linea 18. eiectione pro ciectione. pagina 69. a linea 56. liberi rem pro liberiorem. pagina 520 a linea 48 uirum pro uiuum. pagina 520. b linea 29. uiui pro oiui. pagina 520. b linea 53. ſanguinis pro ſanguis. pagina 524. b lin. 24. cueloque pro cœloq;. pagina 527 b linea 36. credere pro credite. pagina 526. a linea 34. meruerat pro meruerat. pagina 528. a linea 68 fide pra fides. pagina 528. a linea 14. ſcitis pro ſitis. pagina 528. b linea 28. utrunq; pro utrunq;. pagina 529. b linea 12. illa pro ille. pagina 531. b linea 6. domo pro deouō. pagina 531. b linea 8 uouerat pro nouerat. pagina 532. b linea 46. ditur pro dicitur. pagina 533. a linea 5. creditis pro credetis. pagina 533. a linea 24. iincoeum pro in cœlū. pagina 534 b linea 41. connentiæ pro continentiæ. pagina 535. b linea 50. fiues pro fioes. pagina 536. a lin. 22. ſi pro ſe. pag 537. a lin. 1. per redundat. pagina 538. a linea 52. certæ pro certè. pagina 538. b linea 12. ſegem pro legem. pagina 538. b linea 13. ipſi pro ipſe. pagina 545. a lin. 7. languorum pro languorem. pagina 545. b linea 29. circuncisſio pro circuncisſis. pagina 546. b linea 2. amore pro amo te. pagina 547. a lin. 53. philiarum pro phialarum. pagina 549. a lin. 36 pœne pra penè pagina 552. b linea 68. accenti pro accipienti. pagina 357. a li. 10. ſedebat pro ſecedebat. pagina 357. a lin. 16. quiete pro quietam. pagina 360. b linea 45. mediatur pro medicatur. pagina 361. a linea 30. reuelationis pro relenationis. pagina 308. b linea 32. geret pro fugeret. pagina 810. a linea 7. quadrata pro quadragiota. pagioa 62. b linea 18. placeretur pro placaretur. pagina 62. a linea 38. charisſima pro clarisſima. pagina 581. b linea 66. columbæ pro columnæ. pagina 588 b linea 60. eſciunt pro oeſciunt. pagina 583. b linea 8. partipibus pro participibus. pagina 603. b lin. 25. oeni pro uenit. pagina 607. a linea 28 gratus pro gradus. pagina 613. a lin. 43. petram pro peram. pagina 613. b linea 64. defluent pro deflent. pagina 98. b linea 16. pro perpetratæ, eadem nuptiæ factæ perhibentur, lege, perpetratæ eadem nuptiæ perhibentur. pagina 98. b linea 20. pro de terrenis ad terrena, lege, de terrenis ad æterna. pagina 619. b linea 60. parcendo pro precando. pagina 620. a linea 54. laſſencentibus pro laſſeſcentibus. pagina 627. b linea 14. At pro Ait. pagina 628. b linea 1. ſuſtetur pro ſuſcitaretur. pagina 629. b linea 68. atatus pro aptatus. pagina 639. b linea 6. erat pro erant. pagina 642. a linea 64. quod redundat. pagina 642. a linea 60. pro. Non mirum ſi reges & principes, tyrannos & poteſtates Chriſti uincere potuerunt, lege. Non mirum, ſi Reges & Principes, tyrannos & potentes Chriſti Diſcipuli uincere potuerunt. pagina 394. a linea 33. exiui pro exui. pagina 395. a linea 38. nouam pro nouem. pagina 397. b linea 6. & 7. uirtes pro uirtutes. pagina 400. b linea à fine 12. eius pro eu. pagina 413. a linea à fine 3. audiebea pro audiebant. pagina 414. b linea 45. potenis pro poteris. pagina 415. a linea 1. medicatio pra mendicatio. pagina 415. a linea 36. medicamus pro mendicamus. pagina 415. a linea 45. quid pro qui, debent pro debet. pagina 416. a linea 10. iniuria pro iniuriam. pagina 464. a linea 15. procula pra pocula. pagina 481. b linea 1. ualnerato pro uulneratam. pagina 416. a linea 48. diſsipaſti pro diſſipaſtis. pagina 422. b linea 41. accumbulabant pro accumulabant. pagina 423. a linea à fioe 15. aijli pro alijs. pagina 466. a uerſo 2. & 3. dina pro diuina. pagina 466. a linea ultima, ſubmniſtrens pro ſubminiſtrent. pagina 467. a linea 29. inoentus pra iuuentus. pagina 468. a linea 5. ſic pro ſit, pagina 472. b linea 24. illi pro illa. pagina 471. b linea 48. diuinæ pro diuina. pagina 473. b linea 27. & 28. Domino pra domine. pagina 475. b linea à fine 4. ſepſum pro ſeipſum. pagina 476. a linea 23. refrenarijs pro refrenans. pagina 477. a linea 24. an audiuimus pro audiuimus. pagina 478. a linea 48. libet pro liber. pagina 479. a linea à fine 15. pro fells legendum uidetur fel. pagin. 479. b line. 38. mateis pro matris. pagina 480. b lin. 54. fueroie pra furore. pag. 481. a linea à fine 5. animus pro animat. pagina 484. a linea 5. aurem pro autem. pagina 410. b linea. 8. oo pro unam. pagina 410. b linea 22. quomo pro quomodo. pagina 412. a linea 42. anima pro animam. pagina 413. a linea 45. infideli pro infidelis. pagina 437. linea 30. aditum pro additum.

ERRATA.

Pagina 441.b linea 5.à fine, dominum pro dominium. pagina 441.b linea à fine 2. notandum pro notanda. pagina 444. a lin. 41. decicunt pro decidunt. pagina 447.a linea 6.mortas pro mortuas. pagina 448.b linea 6.continanet pro contineant. pagi.449.a linea 23.regnum pro regum. pagina 449.b linea 29.diutius pro diutius. pagina 450.linea 20.eam pro eum. pagina 451.b li.10. uocatis pro uocatus. pagina 454.a linea 1.quia pro qui. pag.456.b linea ultima, uenire pro uenisse. pagina 457.a linea.35.ulis pro uilis. pagina 457.b linea 3.à fine, dare pro dari. pagina 459.a linea 29.uiſintado pro uiſitando. pagina 460.a linea 18. complationem pro contemplationem. pagina 450.a linea 44.repempti pro redempti. pagina 389.a linea 35. ſupplio pro ſupplicio. pagina 389.a linea 50.quis pro qui, ſit pro ſint. pagina 389.a linea 8. Ramula pro Romula. pagina 390. b uerſu à fine 3. noluerunt pro noluerunt. pagina 391. a linea 2. Luca pro Lucæ. pagina 391. a linea 14. faſtidioſis pro faſtidioſi. pagina 641.a linea 64. quod redundat. pagina 116.b linea 54.pro fœmimina fœmina. pagina 116.b linea 55.pro greſſu ingreſſu. pagina 645.a lin. 16. indicium pro indicum. pagina 651.b linea 9.uocantur pro uocatur. pagina 651.linea 35.perciens pro percipiens. pagina 651 b. linea 65.communitationem pro commutationem. pag. 654. a linea 5. pro, proprium habet ex Deo, lege, proprium donum habet ex Deo. pagina 652.a linea 5.præſtinabimus pro præſtabimus. pagina 43.b linea 18.ſignauit pro ſignificauit. pagina 44.b linea 37.unum pro uno. pagina 45.b linea 15.alterum erat redundat. pagina 125 b linea 9. hubert aes pro hubertates. pagina 130 a. linea 16. inter pro interim. pagina 137.a linea 48. ſedentes pro ſedens. 138.a linea 4. quiulgebitis pro quia lugebitis. pagin.135 b li.9. ilant pro illam. pagina 42.a linea 21. parte pro pace. pagina 42. b linea 47. pro, meliora hodie innonantur, lege, memoria hodie innouatur. pagina 50.b linea 41.magus pro magi. pagina 72.b linea 14. antDq; pro.Dantq;. pagina 80.a linea 36. diſcedeba det pro diſcedebat de. pagina 80.b linea 20.uulnſam ancTum, uulnam, ſanctum. pag.83.b linea 28. Abraham pro Abram. pagina 87. a linea 63. cum pro cuius. pagina 92.a lin.25.myſterior pro myſterio. pagina 94.a linea 14. intimtaur pro intimatur. pagina 94. a linea 57. intetentam pro intentam. pagina 94. b linea 44. abſentia pro abſentiam. pagina 100.a linea 65. mæ pro uitæ. pag.106.b lin.12. mundum pro mundi. pagina 180.a linea 53.ſpernat pro ſpernas. pagina 108.a linea 66.condemnetur pro condemnabitur. pagina 108.b linea 31.primpatus pro principatus. pagina 109. b linea 29. pro legabat legebat. pagina 110.b linea 6. Ent pro &, laboratibus pro laborantibus. pagina 110 b linea 36.fedat pro ſedat. pagina 111.a linea 68.tunerunt pro tulerunt. pagina 111.b linea 24. fine pro fine. pagina 116.b linea 8.commerdatur pro commendatur. pagina 118.b linea 24. initum pro initium. pagina 119. a linea 5. circumdatur pro circuncidatur, pagina 119.b linea 47.ſecundum pro ſecundum. pagina 123.b linea 24.inde crepita pro in decrepita. pagina 123. b linea 48. ẽ pro eſt. pagina 685.b linea 45.Dſis pro Dominus. pagina 683.b linea 27. lucerna Ampoſtolus pro lucernam Apoſtolus. pagina 676. a linea 34. quem uenerit pro quem cùm uenerit. pagina 675. b linea 68. conſtruam pro conſtituam. pagina 674.b linea 14.pro charitatem non habet, lege, charitatem habet. pagina 674.b linea 36. Alicuius pro Alius. pagina 674.b linea 38.talen pro talenti. pagina 673. linea 12. feriendum pro ſerniendum eſſe. pagina 673. b linea 15. patitur pro partitur. pagina 672.b linea 68.decl ate à le, pro declinate à malo. pagina 672. a linea 36.ſi pro ſit. pagina 670. a linea 16. e cognoſcam pro ego cognoſcam. pagina 669.a linea 49.pro, omnes diuites pauperes beati, lege omnes pauperes beati,

SERIES TERNIONVM.

† ¶ a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes ſunt terniones præter ¶ b duerniones, & Nn quaternionem.

DOMINICA PRIMA
Aduentus Domini.
Matth. xxi.

¶ In illo tempore: Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymam, & ueniſſet Betphage ad montem Oliueti, tunc miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum quod contra uos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea. Et reliq. Homilia B. Ioan. Epiſcopi, alias Chryſoſtomi.



PVto res ipſa exigit ut q̃ramus: Frequẽter q̃dem Ieſus uenit in Hieruſalẽ, ſicut Ioãnes teſtat, nũquam tamen ſibi adhibuit miniſteria iumentorũ, nec ramorũ uirẽtia circa ſe ornamẽta conſtituit, nec ad terribilẽ laudem ſuæ diuinitatis animos populi excitauit, niſi modo, quando ut pateretur, aſcẽdit. Ideo ergo cũ tanta gloria ingreſſus eſt, ut amplius illorũ aduerſum ſe excitaret inuidiã, quia iã tẽpus paſsionis eius inſtabat, & nõ mors eum urgebat, ſed ipſe magis aduerſum ſe cõpellebat mortẽ. Quoties enim de manu ſacerdotũ elapſus euaſit, cũ eſſet inuiſibilis factus? Quando Iudæi Chriſtũ uoluerũt occidere, tangere eũ non potuerunt. Qñ autẽ Chriſtus ſecutus eſt mortẽ, parcere ei Iudæi nõ potuerunt. Ergo ſi Chriſtus eos ꝓuocauit, an forte de morte ſua fecit eos innoxios? Abſit. Nõ excitauit eos, ut facerent, quod ante noluerant, ſed ut poſſent facere, quod prius uolebant, facultas eis data eſt, non mutata uoluntas. ¶ *Tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens: Ite in caſtellum, quod contra uos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea. ſoluite & adducite mihi.* Aſina & pullus eius, Iudæi ſunt & gentes. Iudæa enim ſecundum deum mater eſt gentium. Sic enim dicit ad illam deus per Iſaiam prophetam: Et conſtituam principes tuos ſicut antea, & cõ-
Iſai. 1. ſiliarios tuos, ſicut ab initio, & tunc uocaberis ciuitas iuſtitię, & mater ciuitatum, id eſt, eccleſiarum, fidelis Sion. Propter quaſdam enim ſimilitudines animalibus his aſsimilati ſunt homines, deum uel dei filium non cognoſcentes. Eſt enim animal hoc immundũ, & præ cæteris pene iumentis magis irrationabile & ſtultum, infirmum & ignobile, & oneriferum magis. Sic & homines fuerunt ante Chriſtum idololatrijs & paſsionibus diuerſis immundi, & irrationabiles, uerbi ratione carentes, & quantum ad deum, ſtulti. Quid autem ſtultius, quam factorem contemnere quaſi facturam, & opus manuũ ſuarum adorare quaſi factorem? Erant infirmi ſecundum animam, & ignobiles, non ualentes reſiſtere paſsionibus ſuis, & obliti generationem ſuam cœleſtem, facti fuerant ſerui paſsionũ ſuarum & dæmonum, quibus reſiſtere non ualebant. Et quicunq; dæmonum uel philoſophorum cuiuſq; erroris uel dogmatis alicuius ſarcinã eis uoluiſſet imponere, ſufferebant, & omnia non bona patientia ſupportabant, nec reſiſtebant. Propter quæ omnia & Apoſtolus ad Corinthios dicit: Videte uocationẽ ue-
ſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi fortes, non multi nobiles, ſed quæ 1 Cor. 1.
ſtulta ſunt mundi, elegit deus, ut confundat ſapientes: & infirma mũdi elegit deus, ut confundat fortia: & ignobilia & contẽptibilia mũdi elegit deus, & quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret. At ubi Chriſtus ſuper eos aſcendit, & induxit in templũ, loti ꝑ baptiſmum, facti ſunt de immũdis animalibus homines ſancti. Percepta enim uerbi ratione, & ſapiẽtia Dei, facti ſunt homines rationabiles & prudentes, & inuenta eſt irrationabilitas eorum eſſe ſimplicitas, & ſtultitia eorum manſuetudo. Nam ſimplicitas ſine ratione uerbi, hominis irrationabilitas eſt: & manſuetudo, ſi non ſit propter deum, ſtultitia eſt. Adhuc autem accepta gratia & recognita generatiõe ſua cœleſti, facti ſunt de infirmis & ignobilibus fortes & nobiles: & quæ uidebatur infirmitas, innocentia inuenta eſt in eis: ignobilitas autem humilitas. Nam innocentia ſine deo, infirmitas æſtimatur: & humilitas non propter deum, ignobilitas iudicatur. Item rejicientes à ſe onera dæmonum, & ſuſcipientes ſuper ſe iugum Chriſti ſuaue, & onus eius leue, & ipſum ſeſſorem in cordibus ſuis ſuſcipientes, facti ſunt patientes. Nam patientia irrationabilis, onerifera æſtimatur: ligata, id eſt, diabo-
lici erroris uinculo impedita, ut non haberet liberta- Liberũ arbitriũ.
tem ire quo uellet. Nam omnes homines antequam peccemus, liberum quidem habemus arbitrium, ſi uolumus ſequi uoluntatem diaboli an non. Quod ſi ſemel peccantes, obligauerimus nos operibus eius, iam noſtra uirtute euadere non poſſumus, ſed ſicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, ubi tempeſtas uoluerit, ſic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito ꝑ peccatum, non quod uult agit, ſed quod diabolus uult. Et niſi deus ualida manu miſericordiæ ſuæ ſoluerit illum, uſq; ad mortem in peccatorum ſuorum uinculis permanebit. Ergo noſtra quidem uoluntate & negligentia alligamur, ſed per dei miſericordiam abſoluimur. Sicut enim uidemus in iſtis mundialibus regnis, quomodo in primis quidem nemo poteſt facere ſeipſum regem, ſed populus creat ſibi regem quem eligit: ſed cum ille rex fuerit factus, & confirmatus in regno, iam habet poteſtatem in hominibus, & nõ poteſt populus iugum eius de ceruice ſua repellere. Nã primum quidẽ in poteſtate populi eſt, facere ſibi regem quem uult: factum autem, de regno iam repellere non eſt in poteſtate eius: & ſicut populi uoluntas poſtea in neceſsitatem conuertitur, ſic & homo priuſquam peccet, liberum habet arbitrium, utrum uelit ſub regno eſſe diaboli, an non. Cum autem ſe peccando tradiderit ſub regnum ipſius, iam non poteſt de poteſtate eius exire, & ſic prima uoluntas eius in neceſsitatem conuertitur. Et hoc eſt, quod homines ſeculares & peccatores dicere ſolent: Nũquid nolumus eſſe ſancti? &, quis non uult eſſe iuſtus? Sed non poſſumus. Verum quidem eſt quod dicunt, ſed non habent excuſationem, quia primum potuerunt non eſſe ſub poteſtate diaboli, ſi uoluiſſent: poſtquam uero poſuerunt thronum diaboli in cordibus ſuis, iam nemo poteſt eos eripere de poteſtate diaboli, niſi ſolus deus. ¶ *Soluite, inquit.* Quomodo? Per doctrinã ueſtram, & per miracula ueſtra, quia omnes Iudæi &

gentes

genteſ per apoſtolos liberati ſunt. ¶ *Adducite mi-*
hi, ad miniſterium, id eſt, ad gloriam corrigite illos.
Duos autem miſit apoſtolos, quia per duo generalia
mandata omne genus humanum de peccato abſolui-
Matt.22. tur. Qualia? Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum. In his
duobus omne peccatum expellitur, & omnis iuſtitia
Thob.4. conſummatur. Aut certe alia duo: Quod tibi non uis
fieri, alteri ne feceris. Et iterum: Quod uultis ut faci-
Matth.7. ant uobis homines, facite & uos illis ſimiliter. Quidā
autem duos iſtos, Petrum & Philippū apoſtolos ex-
ponit intelligi oportere, quoniam hi primum tranſ-
gredientes Iudaicos fines, gentes adduxerūt ad Chri
ſtum. Philippus quidem Samariam, quam ipſam Sa-
mariam aſinam eſſe interpretatur. Petrus autem gen
tes, accipiens Cornelium ex gentibus, quaſi Samariæ
pullum. ¶ *Et ſi quis uobis dixerit aliquid, dicite: Do-*
minus operam eorum deſiderat. Nec dicatis, dominus
tuus, neq; dominus noſter, neq; dominus iumentorū:
ut intelligant omnes, quia ego ſolus ſum dominus,
non ſolum animalium, neque ſolum eorum, qui mihi
ſubditi ſunt, ſed omnium hominum, etiam qui mihi
contrarij ſunt. Nam & peccatores conditione qui-
dem mei ſunt, uoluntate autem ſua diaboli. Meus eſt
Pſal.49. enim orbis terræ, & plenitudo eius. Dominus operā
eorum deſiderat. Iuſtum eſt ut aliquādo creatura ſer
uiat ſuo factori. Gentes enim deus in poteſtate diabo
li pro tempore reliquit, ut tentet: non in æternum con
tempſit, ut perdat. Neceſſe eſt autem ut fiat quod ſcri
Pſalm.35. ptum eſt. Homines & iumenta ſaluabis dn̄e. ¶ *Con-*
feſtim autem remittet eos. Animal quidem poſtquā *
ingreſſum eſt in Hieruſalē Iudææ, ad dominum ſuum
remiſſum eſt. Animalis autem prophetia in Iudæa re
manſit. Nam de animali illo non hoc, quod uideba-
tur, neceſſarium erat Chriſto, ſed id quod intellige-
batur, id eſt, non caro, ſed ratio: ideoq; caro remiſſa
eſt, ratio autem retenta. Aut ita: Non dixit, & iterū
remittet eos ad te, ſed tantum remittet eos, ne mi-
niſterium præcederet rationem. Nam puto in primis
homines non ſermone nudo uocauit apoſtolorū, ſed
per uirtutem ſpiritusſancti ſoluit pariter & adduxit.
Poſtq̄ autē adduxit, iterum dimiſit eos in arbitrio, ut
labore ſuo comitante gratia iuſtificentur. Nam quod
uocati ſumus, dei eſt: quod autem digne uocatione ui
uimus, noſtrū pariter & dei eſt. Hoc eſt quod ait, Ite-
rum remittet eos, non ad diabolum qui prius tenebat
eos, ſed in arbitrio ſuo, in quo ante fuerunt, adiuuan-
te ſcilicet dono gratiæ. ¶ *Hoc autem totum factum*
eſt, ut impleretur quod dictum eſt per prophetam dicen-
tem: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi manſue-
tus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium iumenti. Do-
minus enim aſcendens ad mortem in Hieroſolymā,
magnam gratiam pacis & concordiæ mundo uniuer
ſo quaſi in teſtamento reliquit. In myſterium enim
gentium futurarum ſedens ſuper aſinam & pullum
eius, intrauit in templum, & ſic gentes Iudæis coniun-
xit. Sciens autem propheta malitiam Iudæorum, qui
contradicturi fuerant Chriſto aſcendenti in templū,
ideo ante præmonuit, ut per hoc ſignum cognoſcerēt
regem ſuum Iudæi, dicens: Ecce rex tuus uenit tibi
manſuetus &c. Ecce, oſtendentis eſt uerbum, id eſt,
uidete, non carnali aſpectu, ſed ſpirituali intellectu
opera uirtutū eius aſpicere, non ſchema uiſionis eius.
Si enim ſchema tantū eius aſpexeritis, decipiendi eſtis
in natura humana. Si autem opus eius conſideraueri-
tis, ſaluandi eſtis in uirtute diuina. Ante tempora au-
tem multa conſtitutus propheta, uidens eum ſpiritua
li aſpectu, qui noodum fuerat natus, ideo dicebat:

Ecce, ut oſtenderet, quia ille, de quo loquebatur, an-
tequam naſceretur, iam erat. Cum ergo uideritis eū
in templo o Iudæi, nolite ſuperbe agere contra eum,
dicentes: In qua poteſtate facis hæc? Matt.21. Quia
ecce rex tuus uenit tibi manſuetus, ſedens ſuper
aſinam. Nolite conſiderare, in qua poteſtate fa-
cit, ſed conſiderate tantum, ſi facere poteſt, quoni-
am hoc credere eſt, illud autem tentare. Ecce rex
tuus uenit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam. No-
lite dicere: Nos non habemus regem, niſi tantummo-
do Cæſarem. Ioann 19 Ecce rex tuus uenit tibi
manſuetus ſedens ſuper aſinam. Si intellexeris, ueni-
et tibi: ſi non intellexeris, ueniet contra te: id eſt, ſi in-
tellexeris, ueniet ut ſaluet te, & ſub pedibus tuis ſub-
iuget gentes, ut gaudens per prophetam dicas: Quo- Pſal.46
niam dominus excelſus, terribilis & rex magnus ſup
omnem terram: ſubiecit populos nobis, & gentes ſub
pedibus noſtris: elegit nos hæreditatem ſibi, ſpeciem
Iacob quem dilexit. Si autem non intellexeris, ueniet
ut perdat te, & de templo ſanctitatis expellat, & ali-
am ſponſam de gentibus caſtiorem ducat in cubiculū
ſanctitatis, ut tu proiecta & in tenebris conſtituta, di
cas per Salomonem: Ne aſpexeritis me, quoniā ego Cant.1.
ſum denigrata, quoniā decolorauit me ſol. Vis cogno
ſcere manſuetudinem uenientis, conſidera ſpeciē ad-
uentus eius: non ſedet in curru aureo, precioſa purpu
ra fulgens, neq; aſcendit ſuper equum feruidum, ama
torem diſcordiæ & litis, qui iactantia gloriæ pectus
habet repletū, qui de longinquo odoratur bellum, &
gaudet ad uocem tubæ, & cum uiderit ſanguineam
pugnam, dicit in corde ſuo benefactum, ſed ſedet ſu-
per aſinam tranquillitatis & pacis amicam. Non aūt
uides in circuitu eius ſplendentes gladios, aut cætera
ornamenta armorum terribilium. Sed quid? Ramos
frondentes, teſtimonia pietatis. Venit ergo manſue-
tus, ut non propter potentiam timeretur, ſed ut pro-
pter manſuetudinem amaretur. ¶ *Sedens ſuper aſi-*
nam & pullum eius. Eſto. Super matrem ſedebat, num-
quid & ſuper pullum ſedebat? Tametſi corporaliter
fieri non poterat, ut ſuper animal utrumq; ſederet, ſpi
ritualiter tamen poterat, cū eſſet deus, ut & in Iudæis
ſederet, & in gentibus ſimul. Sedere aūt ſuper iumen
ta, eſt in præcordijs eorū habitare, ut dicat illis Chri-
Matt.11. ſtus: Tollite onus meum ſuper uos, & uidete, quia mi
tis ſum & humilis corde. Manſueti enim manſuetum
debent portare, quia uocauit eos ſeſſor: non ut puniat
eos propter peccata eorum, ſed ut ipſe requieſcat in
eis propter manſuetudinem eorū. Nam ſicut hoc ge-
nus iumenti ſi quid errat, in ſimplicitate errat, & non
in aſperitate: ita & homines qui crediderunt in Chri-
ſtum, ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentibus, non in malitia,
ſed in ignorātia peccauerunt, ideo ſedere debent, nō
puniri ſub graui ſeſſore. Nam ſicut peccatores equi
ſunt diaboli, ita & ſancti equi ſunt Chriſti: quia diabo
lus in peccatoribus ſedens, inſtigat eos per deſerta fa-
cinorum, id eſt, per fornicationes & auaritias: Chri-
ſtus autem ſedens in ſanctis, dirigit eos per plana iu-
ſtitiæ, id eſt, in caſtitate, in humilitate. Ergo equita-
tus diaboli, perditio eſt: equitatus aūt Chriſti, ſalus,
ſicut Abacuc dicit in Canticis ſuis ad ipſum: Qui aſcē Abac.3.
dis ſup equos tuos, & equitatus tuus ſanitas eſt. Ergo
induxit populum in templū, ut gentes Iudæis coniun
gat, ut impleatur, quod Iacob bn̄dicens filium ſuū Iu-
dam, prophetauit: Alligans, inquit, ad uitem pullum
ſuum. Quæ eſt illa uitis? Iudæa, quæ de Aegypto Gene.49.
tranſlata eſt, & in oriente plantata. Et ſicut prophe-
Gene.9. tauit Noe de filijs ſuis, dicens: Benedictus filius meus
Sem. Dilatet deus Iaphet, & inhabitet in tabernacu-
lis

lis Sem. Sem enim erat pater Iudæorum, Iaphet autem pater gentium, quæ per Chriſtum ingreſſæ ſunt in tabernacula Iudæorum. ¶ *Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præceperat illis Ieſus, & adduxerũt aſinam & pullum*. Quod euntes apoſtoli ſoluerunt aſinam alienam, miniſterium quidem fuit illorum, uirtus autem & authoritas Chriſti. Nec enim potuiſſent tollere iumentum alienum ab illo domino, qui non eos agnoſcebat qui eſſent, niſi præueniens eos ſpiritus Chriſti, cor domini eius pręparaſſet ad dandum. Sic quod apoſtoli ſoluerunt Iudæos uel gentes de uinculo inimici, in prima quidem facie, eorum uidebatur opus, reuera autem uirtus fuit & gratia Chriſti. Nec enim a Chriſto duodecim conſtituti, totum mundum ligatum ſub poteſtate diaboli ſoluere potuiſſent, niſi gratia Chriſti confregiſſet uirtutem inimici. ¶ *Et impoſuerunt ſuper eos ueſtimẽta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt*. Veſtimenta ſunt præcepta diuina, & gratia ſpiritualis. Sicut enim nuditatis turpitudo ueſtimento tegitur, ſic naturalia mala carnis noſtræ, pręceptis & gratia diuina teguntur. Omnis enim homo
Ephe. 2. naturaliter non ſolum peccator eſt, ſed etiam totus peccatum, dicente Apoſtolo: Eramus natura filij irę, ſicut & cæteri. Vnde & Adam ideo ſe uidit nudum, id eſt, peccatorem, & ideo folijs fici, id eſt, mandatis aſperę legis cooperuit nuditatem ſuam. Et alibi promittens deus ſe iuſtitias ſuas & gratias ablaturũ de gente Iudæa, ſic dicit per Oſee prophetam: Et auferam ueſtimenta mea & linteamina, & oſtendam gentibus turpitudinem eius. Ergo impoſuerunt ueſtimenta ſua ſuper eos, id eſt, mandata & gratias quas ipſi acceperunt à Chriſto, ſuper Iudęos & gentiles impoſuerunt, id eſt, tradiderunt. Nec enim requieſcere in eis potuiſſet Chriſtus, niſi eius mandata fuiſſent in eis.

¶ *Plurima autẽ turba ueſtimenta ſua ſternebãt in uiá, alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in uia*, uidelicet ut ueniente calcarentur iumento. Veſtimenta ſunt mandata, ut diximus: frondes autem ſpeciem tenent pietatis. Quoniam ergo omnia mandata legis & ſpecies Iudaicæ religionis, à Chriſtianis fuerant conculcanda in uia, id eſt, in Chriſto, ideo iã tunc illa ſub pedibus iumenti ſternebãt in uia. Et uide quoniam ſuper iumentum quidem apoſtoli poſuerunt ueſtimenta ſua, ſub pedibus iumenti cętera turba Iudaica, quoniam mandatis quidem apoſtolorum ſternuntur Chriſtiani & adornantur, legis autem mandata ipſi conculcant. Quotienſcunq; enim circumciſionem ſpernimus, ſacrificia Iudæorum ꝓ nihilo æſtimamus, & cæteras conſuetudines Iudaicas reprobamus, ueſtimenta Iudæorum, quibus ipſi induebantur, nos qui ſumus ex gentibus, ſub pedibus noſtris calcamus. Alius autem ſic: Qui ueſtimenta (inquit) depoſuerunt ſuper aſinam, apoſtoli ſunt, cæteriq; doctores: ueſtimenta autem ſunt decus & ſchemata gloriæ. Gloriã ergo quam Chriſtus accepit à patre, dedit diſcipulis ſuis. Diſcipuli autem accipientes eam à Chriſto, dederunt gentibus, ut delectabiliter Chriſtus ſederet in
Ioan. 17. eis, ſicut ipſe dicit: Et ego gloriam quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unũ ſumus. Turba autem quæ ueſtimenta ſua ſternebat in uia, credentes erant ex circũciſione, qui gloriam quam habebant ex lege, uidentes Chriſtum, deiecerunt in terram, ſemetipſos humiliantes, & cum Apoſt. paulo dicentes: Secundum iuſtitiam quæ ex lege eſt, cõuerſatus ſum
Phil. 3. ſine querela, ſed quæ mihi fuerũt lucra, hæc æſtimaui propter Chriſtum detrimenta, & arbitror ſtercora eſſe, ut Chriſtum lucrifaciam. Quid eſt enim aliud, iuſtitiam legis terræ coęquare, ante ſublimem & glorioſam? Qui autem ramos de arboribus præcidebãt frondentes, & ipſi erant credentes, & eruditi doctores, qui ex prophetis accipientes exempla uiua de Chriſto, quaſi de arboribus ſemp uirentibus, & nunquam folia uerborum ſuorum deijcientibus. Ramos ergo frondentes ante pedes ſubiugalis, hoc eſt, gentilis populi ponebant uel ſternebant, ut per ea exempla quaſi per ramos uirentes ſine offendiculo ambularẽt per uiam uitę iſtius, donec introirent in ſanctuarium dei. ¶ *Turbæ autem quæ præcedebant & ſequebantur, clamabant, O ſanna &c.* Memores populi mirabilium eius quæ oſtendit eiis, & ſanitatum quas pręſtitit eis, exultantes cordibus ſuis ante & retro, clamabant: O ſanna filio Dauid. Qui præcedebant, ſeniores erant, ſcilicet patriarchæ, prophetæ, cæteriq; ſancti, qui ante aduentum Chriſti de aduentu eius & ꝑ dixerunt & cognouerunt: ſequentes autem iuniores, ſcilicet apoſtoli, martyres, cæteriq; doctores, qui poſt aſcenſum Chriſti de reſurrectione eius & de aſcenſu uel de operibus prædicauerunt uel prędicant. Et diuerſis quidem temporibus fuerunt, tamen in omnibus unus exultationis ſpiritus fuit. Et illi quidem prophetantes de Chriſto uenturo, clamauerunt: Benedictus qui uenit in nomine domini. Iſti autem laudantes, clamabant de aduentu Chriſti iam adimpleto. Oſanna autem quidam interpretantur gloriam, alij uero redemptionem, alij ſaluifica, ſiue ſaluum fac. Nam & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, qui nos oẽs redemit, & precioſi ſui ſanguinis effuſione ſaluauit. Qui cum deo patre & ſpirituſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM DOMINICA SERmo Beati Maximi Epiſcopi.

IGitur, quoniam poſt tempus ſpiritualibus epulis reficere nos debemus, uideamus quid euangelica lectio proſequatur. Ait enim Dominus, ſicut audiuimus, de aduentus ſui tempore: Sicut fulgur coruſcans de ſub cœlo, in ea quæ ſub Lucæ 17.
cœlo ſunt, fulget, ita erit aduentus filij hominis. Et addidit in conſequentibus: In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus aſſumetur, & unus relinquetur. Duæ molentes in piſtrino, una aſſumetur, & una relinquetur. Mouet uos fortaſſe fratres, cur Dominus Aduentum ſuum indicans, noctis tempore oſtenderit Aduentum, cum utiq; eius aduentus magna cum claritate diei, magno cum nitore & timore ſuſcipi deberet à cunctis. Frequenter audiuimus ſacris literis prædicatum, priuſquam dominus Chriſtus aduenIat, Antichriſtum regnaturum, qui ita tenebras humano generi ſuæ prauitatis infundet, ut lucem ueritatis nemo pene reſpiciat, & caligine propria operiens mentes hominum, cæcitatem quandam ſpiritualibus oculis exhibebit. Nec mirum, ſi diabolus emittat iniquitatis tenebras, cum ipſe nox ſit omnium peccatorum. Ad huius igitur tetram caliginem depellendam uelut fulgur quoddam Chriſtus aduenit: & ſicut luceſcente die nox ſubuertitur, ita coruſcante ſaluatore Antichriſtus effugatur, nec ulterius poterit diſſeminare iniquitatis ſuæ tenebras, cum lumen ueritatis effulſerit. Quod autem ait, illa nocte erunt duo in lecto uno, unus aſſumetur, & unus relinquetur, hic iam reſurrectionis meritum demonſtratur, quod pro qualitate uiuendi ſit gratia reſurgendi, ac tantam in ſingulis quibuſq; reſurrectionis eſſe diſtantiam, ut duobus etiam pariter dormientibus, & una ſede quieſcentibus, ęqualis non poſſit eſſe aſſumptio.

Quan-

Quanuis enim eodem conſortij lectulo teneantur,
pro meritis tamen alter eorum rapietur ad cœlum,
alter relinquetur in terris. Lectus enim quidam no-
ſter communis eſt terrę huius ampliſsimum ſolum,
in quo corpora noſtra depoſita, tutiſsima ſede re-
quieſcunt. In hoc autem lectulo ille mollius dor-
mit, quiſquis durius in uita ſe geſſerit. Poſſumus
enim ipſa membra noſtra lectulos noſtros pro-
prios nuncupare, in quibus animæ noſtræ ueluti
in quodam ſtratu ſuauiſsimæ demorantur. Quod
quidem ſanctum prophetam ſenſiſſe arbitror, cum
dicit: Vniuerſum ſtratum eius uerſaſti in infirmita-
Pſal. 40. te eius. Beatus eſt enim ille, cuius ſtratum domi-
nus in ipſius infirmitate conuertit, ut qui fuerat pau
lo ante iracundus, adulter & petulans, & cuncto-
rum ſcelerum infirmitatibus plenus, aſſuetum cor-
pus eius malo uerſans dominus, fiat caſtus, humilis
& modeſtus. De quo ſtratu ſpiritualiter ad paraly
ticum dictum eſt a domino: Surge, tolle grabatum
Ioan. 5. tuum, & ambula. Non enim in eo tam admiratio-
nis aliquid erat, ut confracti lectuli ligneam cra-
tem portaret paralyticus, quam ut reſoluti corpo-
ris membra & debilitate confracti, uelut animæ
ſuæ neceſſarium lectulũ paralyticus ipſe geſtaret,
& coram poſitis Iudæis, proprijs abiret pedibus,
qui manibus allatus fuerat alienis: in hoc plane, ſi-
cut dixi, completa eſt prophetica illa ſententia. Ver
Marc. 2. ſaſti ſtratum eius in infirmitate eius, ut uerſa uice
portaret lectum, in quo fuerat paulo ante porta-
tus: & anima illius quæ prius uaſculo corporis fe-
rebatur, poſtea corpus ſuum ipſa ultius circumfer-
ret. Poteſt etiam ſic accipi quod ait, Erunt duo in le
cto uno, unus aſſumetur, Chriſtianorum plebs: &
alter relinquetur, populus Iudæorum. Qui uelut
uno lectulo, hoc eſt, una mandatorum lege tenen-
tur, & uelut ſimili reſurrectionis ſpecie gloriantur.
Tunc igitur Chriſtianorum beatus populus aſſume
tur in gloriam: Iudæorum autem execrabilis con-
uentus relinquetur in terra.

DOMINICA PRIMA Aduentus.

CVm appropinquaſſet Ieſus Hieroſo
lymis, & ueniſſet Betphage, ad mon
tem Oliueti, tunc miſit duos diſcipulos,
dicens eis. Ite in caſtellum quod contra
uos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alliga
tam, & pullum cum ea, ſoluite & adduci-
te mihi. Et reliqua, Matth. xxi.

DVOS diſcipulos ſuos Dominus
ante ſe mittit, per quos duo teſta
menta intelligimus. Hos autem
diſcipulos ipſe docuit. Hæc duo
teſtamenta ipſe ædidit, omniſq;
ſapientiæ & ſcientię plenitudine
ea repleuit. Sapientes ſunt iſti
diſcipuli & a ſapientiſsimo Magiſtro inſtructi, ſine
quorum doctrina nemo ſapiens inuenitur. Hos an-
te ſe Dominus mandat, iſti pullum & aſinum ſol-
uunt, eoſq; ſolutos ad eum ducunt. Sed quid per aſi
nam, niſi Synagoga: quid per pullum, niſi Gentilis
populus figuratur? Illa enim à prophetis domita,
& legis pondere onerata erat, hic autem laſciuus
erat & indomitus, ſupra quem nullus unquam ho-
minum ſederat. Vterque autem ligatus erat, uterq;
ſolutione indigebat. Non poterant ſolui ab uno, ſol
uuntur à duobus. Nemo enim niſi utriuſque teſtamẽ-
ti fide & doctrina à peccatorum uinculis liberatur:
Sequitur. ¶ *Et ſi quis uobis aliquid dixerit, dicite quia
Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos.* Do-
minus, inquit, his opus habet: non qualiſcunque Do-
minus, ſed horum quoque & omniũ Dominus. Vnde
& ſine adiectiõe dicitur Dominus. In eo enim quod
Dominus dicitur, & non additur cuius, omnium Do
minus eſſe oſtenditur, Quis igitur tenere audeat,
quos omnium Dominus ſoluere iubet? ¶ *Hoc factum
eſt ut adimpleretur quod ſcriptum eſt per prophetam,
dicentem: Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus uenit tibi man
ſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis.*
Expoſuit euangeliſta cur Dominus omnia hæc age-
re uoluerit, ne forte inconueniens & indecens hoc a-
lieui eſſe uideretur, ut in illo tam paruo itineris ſpa-
cio quaſi fatigatus, ſuper aſinam Dominus ſederet.
Alij enim euangeliſtæ, non ſuper aſinam, & pullum
ſed ſuper pullum ſolum Chriſtum Dominum ſediſſe
narrant. Matthæus autem ſuo more, non rem ipſam,
ſed ſignificationem ſequẽs, ſimul cum propheta eum
ſuper utrunque ſediſſe dicit. Corporaliter enim ſu-
per pullum, ſpiritualiter autem ſuper utrunque Do-
minus ſedit. Qui enim intelligit quid uterq; ſignifi-
cet, intelligit etiam quomodo in utroque Dominus
ſedeat: Anima enim iuſti, ſedes eſt ſapientiæ. ¶ *Euñ-
tes autem diſcipuli, fecerunt ſicut illis præcepit Ieſus. Et
adduxerunt aſinam & pullum: & impoſuerunt ſuper eos
ueſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.* Si enim
(ut ſuperius dictum eſt) duo iſti diſcipuli duo teſta-
menta intelliguntur, quę erunt eorum ueſtimenta, ni
ſi ſingulæ ſententiæ quibus ornantur & ueſtiuntur?
Si igitur Chriſtum portare, & eius aſinus eſſe uelis,
neceſſe eſt ut his ſententijs ueſtiaris, & hac doctrina
& fide orneris. His enim ueſtibus induitur anima, his
ornatur & decoratur. Nuda enim & paupercula eſt,
quæ his induta & ornata non eſt. ¶ *Plurima autem
turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia.* Teſtamenta qui
dem duo ſunt, teſtamentorum uero libri plures ſunt.
Plurima igitur turba, id eſt omnis patriarcharum &
prophetarum multitudo, ueſtimenta ſua ſtrauerunt
in uia, uiam Domino parauerunt, & fidem ſuam alios
docuerunt. *Alij autem cædebant ramos de arboribus, &
ſternebant in uia.* Iſti enim alij, apoſtoli ſunt & docto-
res. Iſti de ſingulis prophetarũ libris quaſi de quibuſ-
dam arboribus ramos cædunt, ſententias exponũt, &
uiam parant, & ſternunt, per quam Chriſti animalia
incedere debeãt. Et bene iſti ramos de arboribus cæ
dere dicũtur, quia non ſuã, ſed aliorum fidẽ & doctri
nam exponũt & prædicant. ¶ *Turbæ autẽ quæ præce
debant & quæ ſequebantur, clamabant dicentes: Oſanna
filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine Domini.* O-
ſanna in altiſsimis. Turbæ enim præcedentes, utriuſ-
que populi ſunt. Ambæ igitur clamant, quia uterq;
populus Chriſtum prędicat & benedicit. Quid enim
aliud ſignificat, Oſanna filio Dauid, niſi gloria, laus, et
honor filio Dauid? ſiue etiam, ſalus ſit nobis a filio
Dauid. Quanuis enim hæc uox certam ſignificatio-
nem non habeat, laudem tamen potius ſignificare ui
detur, quæ in ore totius populi ad Chriſti laudem &
gloriam perſonabat.

DOMINICA SECVNDA ADVENtus. Luc xxi.

¶ In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſu
is: Erũt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in
terris preſſura gentiũ. Et reliq. Ho. B. Gre
gorij papæ. habita in Baſilica S. Petri.

Domi-

Dominus ac redẽptor noſter paratos nos inuenire deſiderans, ſeneſcentem mundum q̃ mala ſequant̃ denunciat, ut nos ab eius amore compeſcat. Appropinquantem enim eius terminum quãtæ * perſecutiones præueniãt, Innoteſcit, ut ſi deum metuere in tranquillitate nolumus, uicinum eius iudicium uel * perſecutionibus attriti timeamus. Huic etenim lectioni ſancti euangelij, quam modo ueſtra fraternitas audiuit, paulo ſuperius dominus præmiſit, dicens: Exurget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum, & erunt terræmotus magni per loca, & peſtilentiæ & fames. Et quibuſdam interpoſitis, hoc quod modo audiuiſtis, adiunxit. ¶ *Erunt ſigna in ſole & luna, etc.* Ex quibus profecto omnibus alia iam facta cernimus, alia in proximo uentura formidamus. nam gentẽ cõtra gentẽ exurgere, earũq; preſſurã terris inſiſtere, plus iam in noſtris tribulationibus cernimus, quàm in codicibus legimus. Quod terræmotus urbes innumeras ſubruat, ex alijs mundi partibus ſcitis quàm frequenter audiuimus. Peſtilentias ſine ceſſatione patimur. Signa uero in ſole & luna & ſtellis, adhuc aperte minime uidimus, ſed quia & hęc non longe ſiot, ex ipſa iam aeris immutatione colligimus, quamuis prius quam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies uidimus, ipſumq; qui poſtea fuſus eſt, humani generis ſanguinem coruſcantem. Confuſio autem maris & fluctuũ, necdum nuua exorta eſt. Sed cum multa prænunciata iam completa ſint, dubiũ non eſt quin ſequantur etiam pauca quæ reſtant: quia ſequentium rerum certitudo, eſt pręteritarum exhibitio. Hæc nos fratres chariſſimi idcirco dicimus, ot ad cautelæ ſtudium ueſtræ mentes euigilent, ne ſecuritate torpeant, ne ignorantia langueſcant, ſed ſemper eas & timor ſolicitet, & in bono opere ſollicitudo confirmet, penſantes hoc quod redemptoris noſtri uoce ſubiungitur. ¶ *Areſcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient uniuerſo orbi. nam uirtutes cœlorum mouebuntur.* Quid enim dñs uirtutes cœlorum, niſi angelos, archangelos, thronos & dominationes, principatus & poteſtates appellat, quę in aduentu diſtricti iudicis, noſtris tũc oculis uiſibiliter apparebũt, ut diſtricte tũc à nobis exigant hoc quod nos modo inuiſibilis conditor ęquanimiter portat? ubi & ſubditur. ¶ *Et tunc uidebunt filium hominis uenientẽ in nubibus cum poteſtate magna & maieſtate.* Ac ſi aperte diceretur: In poteſtate magna ac maieſtate uiſuri ſunt, quẽ in humilitate poſitũ audire noluerunt, ut uirtutẽ eius tãto tunc diſtrictius ſentiãt, quanto nunc ceruicẽ cordis ad eius patiẽtiã non inclinãt. Sed quia hæc cõtra reprobos dicta ſunt: mox ad electorum conſolationem uerba uertuntur. nam & ſubditur. ¶ *His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita ueſtra, quoniam appropinquat redẽptio ueſtra.* Ac ſi aperte ueritas electos ſuos admoneat, dicens: Cum plagæ mundi crebreſcunt, cũ terror iudicij uirtutibus cõmotis oſtẽditur, leuate uos capita ueſtra, id eſt, exhilarate corda, quia dũ finitur mũdus cuius amici non eſtis, ꝓpe ſit redẽptio quã quæſiſtis. In ſcriptura etenim ſacra ſæpe caput ꝓ mente ponitur, quia ſicut capite reguntur mẽbra, ita & cogitationes mẽte diſponunt̃. Leuare itaque capita, ẽ mẽtes noſtras ad gaudia patrię cæleſtis erigere. qui ergo deũ diligũt, ex mũdi fine gaudere atq; hilareſcere iubẽtur: quia uidelicet eum quem amant, mox inueniũt, dum tranſit is quem nõ amauerunt. Abſit enim ut fidelis quiſq; qui deum uidere deſiderat, de mũdi * perſecutiõibus lugeat, quẽ finire eiſdem ſuis perſecutionibus nõ ignorat. Scriptum nanq; eſt: Quicunq; uoluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus dei cõſtituitur. Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet, amicum ſe illius eſſe teſtat̃, atq; per hoc inimicus dei eſſe cõuincitur. Sed abſit hoc à fideliũ cordibus, abſit ab his qui & eſſe aliam uitam per fidem credunt, & eam per operationem diligunt. Ex mundi enim deſtructione lugere eorum eſt, qui radices cordis in eius amore plantauerunt, qui ſequentẽ uitam non quęrunt, qui illam neq; eſſe ſuſpicantur. Nos autem q cæleſtis patrię gaudia ęterna cognouimus, feſtinare ad eam quãtocyus debemus. Optandum nobis eſt citius pergere, atq; ad illam uia breuiori peruenire. Quibus enim malis mundus nõ urgetur? quæ nos triſtitia, quæ aduerſitas non anguſtat? Quid ẽ uita mortalis niſi uia? Et q̃le ſit fratres chariſſimi perpendite, in labore uiæ laſſeſcere, & * tamẽ eãdem uiam nolle finire. Quod autem calcari mundus ac deſpici debeat, redẽptor noſter ꝓuida comparatiõe manifeſtat, cum protinus adiungit. ¶ *Videte ficulneam & omnes arbores. Cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. Ita & uos cum uideritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnũ dei.* Ac ſi aperte dicat, quia ſicut ex fructu arborum uicina æſtas agnoſcitur, ita ex ruina mundi prope eſſe cognoſcitur regnum dei. Quibus profecto uerbis oſtenditur, quia fructus mũdi ruina eſt. Ad hoc eñ creſcit, ut cadat: ad hoc cadit, ut germinet: ad hoc germinat, ut quęque germinauerit, cladibus conſumat: Bene autem regnum æſtati comparatur, quia tunc mœroris noſtri nubila tranſeũt, cũ uitæ dies æterni ſolis claritate fulgeſcũt, quę omnia ſub magna certitudine cõfirmantur, cum ſubiungitur ſententia qua dicitur. ¶ *Amen dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt.* Nihil enim in rerum corporalium natura cœlo & terra durabilius, & nihil in rerum natura tã ueelociter quam ſermo tranſit. Verba enim quouſque imperfecta ſunt, uerba non ſunt: cum uero perfecta fuerint, omnino iam non ſunt, quia nec perfici niſi tranſeũdo poſſunt. Ait ergo: cęlũ & terra trãſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Ac ſi aperte dicat: Omne quod apud uos durabile eſt, & ſine mutatiõe, durabile ad æternitatem non eſt: & omne quod apud me trãſire cernitur, fixum & ſine trãſitu tenetur, quia ſine mutabilitate manentes ſentẽtias exprimit meus ſermo qui tranſit. Ecce fratres mei iam cernimus quod audiebamus. Nouis quotidie & creſcentibus malis mundus urgetur, ex illa plebe innumerabili q̃ti remãſeritis aſpicitis, & tamen adhuc quotidie flagella urgẽt, repentini caſus opprimunt, nouæ nos & improuiſę clades affligunt q̃tidie. Sicut enĩ in iuuentute uiget corpus, forte & incolume manet pectus, toroſa ceruix, plena ſunt brachia: in añis aũt ſenilibus ſtatura curuatur, ceruix exiccata deponit̃, frequẽtibus ſuſpirijs pectus urget̃, uirtus deficit, loquentis uerba anhelitus intercidit (nam etſi languor deſit, plerunque ſenibus ipſa ſua ſalus, ægritudo eſt) ita mundus in annis prioribus uelut in iuuentute uiguit, ad propagãdam humani gñis ꝓlem robuſtus fuit, ſalute corporũ uiridis, opulẽtia rerũ pinguis. At nũc ipſa ſua ſenectute deprimitur, & quaſi ad uicinam mortem moleſtijs * creſcẽtibus urget̃. Nolite ergo fra-

Marginal notes: percuſſionis. Percuſſionibus. Percuſſionibus. Iac. 4. tandem. crebreſcẽtibus. crebrius

tres mei diligere, quem uidetis diu ſtare non poſ-
ſe. Præcepta apoſtolica in animo ponite, quibus nos
s. Ioha. 2 admunet, dicens: Nolite mundum diligere, neq; ea
quæ in mundo ſunt: quia ſi quis diligit mundum,
nõ eſt charitas patris in eo. Nudiuſtertius fratres
agnouiſtis, quod ſubito turbine annoſa arbuſta e-
ruta, deſtructæ domus, atq; eccleſiæ à fundamen-
tis ſunt euerſæ. Quanti ad ueſperum ſani atq; inco
lumes, acturos ſe in craſtinum aliquid putabant,
& tamen nocte eadem repentina morte defuncti
ſunt, in laqueo ruinæ depræhenſi? Sed conſideran-
dum nobis eſt dilectiſſimi, quod adhæc agenda in-
uiſibilis iudex uenti tenuiſſimi ſpiritum mouit, u-
nius procellam nubis excitauit, & terram ſubruit,
caſura tot ædificiorũ fundamenta concuſſit. Quid
ergo iudex ipſe facturus eſt, cum per ſemetipſum
uenerit, & in ultionem peccatorum ira eius exar-
ſerit, ſi portari non poteſt, cum nos per tenuiſſimã
nubem ferit? In iræ eius præſentia quæ caro ſubſi-
ſtet, ſi uentum mouit, & terram ſubruit? concita-
uit aera, & tot ædificia ſtrauit? Hãc diſtrictionem
Heb. 10 uenturi iudicis conſiderans Paulus ait: Horrẽdum
eſt incidere in manus dei uiuentis. Hanc Pſalmiſta
Pſal. 49 exprimit, dicens: Deus manifeſte ueniet, deus no-
ſter, & non ſilebit. Ignis in cõſpectu eius ardebit,
& in circuitu eius tempeſtas ualida. Diſtrictio-
nem quippe tanti iudicis tempeſtas ignisq; comi-
tabuntur, quia tempeſtas examinat quos ignis ex
urit. Illum quidem diem fratres chariſſimi, illum
ante oculos mentis ponite, & quicquid modo gra-
Soph. 1 ue eſſe creditur, in eius comparatiõe leuiatur. De
illo etiam die per prophetam dicitur: Iuxta eſt di-
Agge. 2 es domini magnus, iuxta eſt & uelox nimis. Vox
diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies i-
ræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies ca-
lamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis,
dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clãgoris. De
hac die Dominus iterum per prophetã dicit: Ad-
huc ſemel, & ego mouebo non ſolum terram, ſed
etiam cœlum. Ecce (ut prædiximus) uentem mo-
uit, & terra non ſuſtinuit. Quis ergo ferat, cum cœ
lum mouerit? Quid autẽ terrores quos cernimus,
niſi ſequentis iræ præcones dixerimus? Vnde & cõ
ſiderare neceſſe eſt, quia ab illa tribulatione ulti-
ma tantum ſunt tribulationes iſtæ diſſimiles, quan
tum à potentia iudicis perſona præconis diſtat. Il
lum ergo diem fratres chariſſimi tota intentione
cogitate, uitam corrigite, mores mutate, mala
tentami-
na. * tentantia reſiſtendo uincite, perpetrata autem
fletibus punite. Aduẽtum namq; æterni iudicis tanto
ſecuriores quandoq; uidebitis, quanto nunc diſtri-
ctionem eius timendo præuenitis. Tu autem.

DE EADEM DOMINICA, SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI.

SVperiore dominica capitulũ euangelicum
diſſerentes, partem quandam ex illo per-
ſtrinximus, supereſt ut ſequentia decurra-
mus. Deſcripſimus enim quid eſſet quod
Luc. 17 ait dominus: In illa nocte erunt duo in le-
cto uno, &c. Nunc ergo uideamus quid reliquum
eſt. Dicit enĩ eadẽ ſentẽtia diuina: Erũt duæ molẽ
tes in piſtrino, una aſſumetur, & una relinquetur.
Primum igitur conſiderandum eſt, quomodo con-
ſtet molentis officium: deinde, quæ ſint duæ quæ
molere dicuntur: tertio, quid piſtrinum ſit, qui ue
molitionis effectus. Nulli dubium eſt, quod mole-
re non aliter conſtat, niſi duobus lapidibus appa-
ratis & conuenientibus ſibi, ut alteri ex his magni-
tudo alterius imponatur: & illũ quidem lapidem
qui prior ſolo ſternitur, eſſe pigrum & tardum, &
pene (ut ita dixerim) ocioſum: ac niſi ſuperioris par-
ticipatione lapidis ornaretur, forſitan neceſſarius
nõ uideretur, ita dum ille operatur, etiam iſte uti-
lis inuenitur. Ille autem, id eſt, ſuperior lapis, tan-
ta uelocitate operis circumfertur, ut fallens oculos
in ipſa celeritate ſtare credatur, & putetur immobi-
lis eſſe dum currat. Qui quãto uiolẽtius actus fue
rit, tanto opus perfectius cõſummat. Ita ergo pri-
or lapis ſtat, iacet, & pene nihil pdeſt: Ille uero al
ter quæ inferuntur cuncta ſuſcipit, quę ueniũt uni-
uerſa cõplectitur, & per cauernulas quaſdã utera-
que quod operetur acquirit. Qui molit autẽ, hoc ha
bere uidetur officij, ut peruigili cura granorũ aſpe
ritate confracta, ex intimis eorũ occultisq; uiſceri-
bus ſimilaginem medullamq; pducat, & ſurdiũ le-
uitate diſcuſſa, in apertum profert omne quod pu-
rum eſt, ex quo mundiſſimum panem conficiens,
gratiã dñi cõſequatur. Hos igitur duos molares la-
pides duo eſſe arbitror teſtamenta, hoc eſt, legem
Moyſi, & euangelium domini, quæ ita ſunt diſpoſi Matt. 5
ta uel apparata, ut ſibi teſtamentum utrunq; cõue
niat, ſicut ait ſaluator: Non ueni ſoluere legẽ, ſed
adimplere. Eſt ad uicẽ molarũ aliud prius ſolo po-
ſitũ, aliud deſup collocatum, hoc eſt, legem primũ
huibus conſtitutam * deinde ad perfectum euan- ac dei
gelij. Quæ lex uelut inferioris molæ ſaxũ, ita erat
tarda, pigra, & penitus ocioſa, ut quicquid operan
do acceperat, id omne pdiderit, dicente de Iudęis
ppheta: Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti Pſal. 13
ſunt. Nõ eſt q faciat bonum, nõ eſt uſq; ad unum.
Ergo euangelium, niſi ſuperpoſitum fuiſſet, adhuc
lex uelut tarda & grauis iaceret in terra Iudaica,
& omnius prouinciæ cooperiret anguſtijs, niſi euan
gelium inquam datum eſſet, lex neceſſaria omnino
non eſſet. Hoc autem lex operabatur ſine euangelio,
quod in uno ſaxo fieri poteſt. Cõfringere poterat,
non prodeſſe, ſicut ait beatus Apoſtulus: Lex autẽ
iram operatur, gratiã uero nõ præſtat. Stãte ergo Roman. 4
lege euangelium datum eſt, quod ueteri ſuperpoſi
tum teſtamento, utrunq; condecorat, ac tãta uelo-
citate operis circumfertur, ut uolubilitate ſui ſecu
lum omne circũeat: hoc eſt, inferna uiſitet, cœleſtia
penetret, terrena colluſtret. Quod euãgeliũ tanq̃
ſuperior mola cũctos credẽtes ſuſcipit: omnes ad-
uenientes accipit, & ueluti per quaſdam cauernu-
las pceptorum ad interiora tranſmittit, ut ibi hinc
inde duorũ teſtamẽtorũ ſalutaribus mãdatis, gen-
tilitatis aſperitate mollita, pducat omne quod pu
rum eſt. Quam ſimilitudinem teſtamentorũ Eze-
chielem ppheta arbitror pſtrinxiſſe, cũ dicit ro Eze. 1
tam in medio rotæ eſſe cõnexam. Harum igitur mo-
larum operatiõe, id eſt, noui ac ueteris teſtamẽti,
hoc agit ſancta eccleſia cura peruigili, ut pcẽorum
aſpiritate diſcuſſa, ex occultis cogitatiõibus medul
lam mũdi cordis eliciat, & cœleſtibus mãdatis mũ
data, ex intimis ſpũalia alimẽta producat. De qui- 1. Cor. 3
bus alimẽtis Paulus Apoſtolus ait: Lac uobis potũ Hebr. 5
dedi, non eſcã. Et iterum: Perfectorũ eſt autẽ ſoli-
da eſca, q pp̃ter * conſuetudinem ſenſus exercita- habitum
tos habẽt. Ac ſpũm noſtrum omni humanitate pu-
rificans, uelut ſimilaginem deo offerre contendit,
ſicut Dauid ſanctus ait: Sacrificiũ deo ſpiritus con- Pſalm. 5
tribulatus. Tanta autem uelocitate circumfertur
euangelium, ut non niſi ſapientes curſum eius intel
ligant. Quem beatus Paulus intelligens, ait: Vt ſer 2. Tim. 3
mo dei currat & clarificetur in nobis.

DE EADEM DOMINICA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

QVibuſdam interrogantibus Dominum, & ſaluatorem noſtrum, quando ueniet regnũ dei, & quod ſignum aduentus eius, reſpondit, q̃d prius ſurget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum, & terræmotus erũt magni per loca, & peſtilentiæ & fames, terroresq; de cœlo, & ſigna magna erunt. Vnde & Apoſtolus quibuſdã idipſum timentibus & ſcire cupientibus ait: Rogamus uos per aduentum Dñi noſtri Ieſu Chriſti & noſtræ congregationis in idipſum, ut non cito moueamini à ueſtro ſenſu, neq; terreamini, neq; per ſpiritum, neq; per ſermonem, neq; per epiſtolam tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini. Quia niſi uenerit diſceſſio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat oſtẽdens ſe tãquam ſit Deus. Hæc igitur erunt prima ſigna aduentus Chriſti, deinde ſequentur & illa de quibus modo dixit: *Erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis.* Sicut enim Chriſti natiuitatem pax & exultatio præceſſit, cantantibus angelis Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et ecce annuncio uobis gaudium magnũ quod erit omni populo, quia natus eſt uobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Ita & hunc perditionis filium, lites, contentiones, diſſentiones, terræmotus, peſtilentiæ & fames, & alia his ſimilia terroris ſigna præcedent. Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio ſeculi uſq; nunc, neq; fiet. Et niſi Dominus abbreuiaſſet dies illos, non eſſet ſalua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi, ut non tantum uiuat, quantum ſe uiuere ſperabit. Regnabit enim per tempus & tempora & dimidiũ temporis, quem Dominus interficiet ſpiritu oris ſui, & illuſtratione aduentus ſui. Sed fortaſſe dicet aliquis ea non eſſe ſigna quę frequenter euenire ſolent, quoniam ſignum dici non ſolet, niſi nouum aliquid & inuiſitatum, quo illa prælia, illos terrores more inſolito, multoq; tũc uiolentius fieri credere oportet. Vnde non immerito illa tribulatio talis fore dicitur, qualis nulla alia aliquando fuerit. Et propter hæc omnia ad cumulũ totius mali ſurgent pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt alia ſigna & prodigia multa: ita ut in errorẽ inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. De ſolis autem & lunæ & ſtellarum ſignis, alius euangeliſta dicit, quia Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent. His autem conuenire uidentur quædam, quæ in annalibus Iudæorũ ſcripta referuntur. In quibus mare ſuper omnes montes quindecim cubitos altius exaltari narratur, ſtãtibus aquis, & in nullam partẽ fluctibus. Et deinde tantũ in abyſſum demergetur, ut uix ab inſpicientibus uideri ualeat. Poſtmodum uero reuerteſur in locum ſuum, & tũc fortaſſe illa confuſio ſonitus maris & fluctuum fiet, de qua hic modo loquitur. Neq; enim tanta maris fluctuũq; commotio ſine magna confuſione & ſonitu fieri poterit. Terra quoq; ſua ſigna dabit, quia terræmotus tã magni fient, ut pene omnia manufacta ruant, omneſq; lapides, etiam parui conſcindantur. Et feræ de montibus deſcendentes inter homines manebunt, nulliq; nocebunt: ipſi quoq; homines quaſi amẽtes, & præ timore areſcentes, huc illuc diſcurrentes, tabeſcent: & his quidem euãgelij uerba cõuenire uidentur, quibus Dominus ait: Areſcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſupueniẽt uniuerſo orbi. Horũ aũt ſignorũ & aliorũ, q̃ hic non dicunt, unũquodq; uno die & nõ amplius fieri narratur. Nos tamen his quidem authoritatem non damus, quod ideo certe ſcripſimus, quod euangelij uerbis conuenire uidentur. Sequitur: *Nam uirtutes cœlorum mouebuntur.* Virtutes cœlorum, angelorum exercitus intelligimus, quæ ad iudicium uenientem Saluatorẽ noſtrum comitabũtur. Vnde & ſubditur: *Et tunc uidebunt filium hominis uenientem, in nube cum poteſtate magna & maieſtate.* Sic enim deſcendet dominus quemadmodum aſcendit, ſicut ſcriptum eſt: Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à uobis in cœlũ, ſic ueniet quemadmodũ uidiſtis eũ euntẽ in cœlum. Quis aũt dicere & cogitare ualeat quæ tunc lætitia bonis, & quæ tunc erit triſtitia malis? Hinc eſt cũ quod Daniel ait: Aſpiciebã in uiſione noctis, & ecce in nubibus cœli filius hominis ueniebat, & uſq; ad antiquũ dierũ peruenit. Dixerat enim ſe uidiſſe quatuor beſtias grãdes & inter ſe diſſimiles. Quarũ prima erat quaſi leæna, & habebat alas ut aquila: quã cum aſpiceret, euulſæ ſunt alæ eius, & ipſa interijt. Poſtea uero ſtetit ſuper pedes eius quaſi homo, & cor eius datum eſt ei. Alia autem erat ſimilis urſæ, erantque tres ordines dentium in ore, & in diebus eius dictum eſt ei: Surge, comede carnes plurimas. Tertia uero erat quaſi pardus, & habebat alas quatuor ſuper ſe, & quatuor capita in ea erant, & poteſtas data eſt ei. Quarta uero erat diſſimilis cęteris, terribilis & admirabilis & fortis ualde, dentes ferreos habens, comedens, comminuens, & reliqua pedibus ſuis cõculcans. Habebat autem cornua decẽ, quæ cum Daniel aſpiceret, aliud cornu eſt inter illa ortum, à cuius facie tria de ſuperioribus cornibus euulſa ſunt. Erant aũt in cornu oculi quaſi hominis, & os loquẽs ingentia. Faciebat uero præliũ contra ſanctos, & pręualebat eis, & putabat quod poſſet mutare tempora & leges. Et regnum ſãctorum traditum eſt in manu eius, uſque ad tempus & tempora, & dimidium temporis, donec antiquus dierum ſedit, & throni poſiti ſunt. Hæc aũt uiderat Daniel, quæ cum intelligere non poſſet, unum de aſſiſtentibus rogauit, ut ei exponeret q̃d iſta ſignificarent, dictũq; eſt ei: Quatuor beſtiæ q̃s tuor regna cõſurgent de terra: ſuſcipient autẽ regnum Dei altiſſimi, & obtinebunt illud uſque in ſeculum ſeculorũ. Et de quarta quidem beſtia plenius in ſequentibus dicetur. De tribus uero, quoniam angelus nihil amplius expoſuit, quid dederit Dominus modo dicemus. Primæ igitur beſtiæ regnum Græcorũ eſt, cuius initiũ Alexãder Magnus fuit, qui quaſi leo rugiens tam paruo tempore circunquaque terras occupauit, ut magis uolaſſe quã pugnaſſe uideatur. Vnde non immerito leonis ſpeciem & aquilæ alas habuiſſe deſcribitur. Sed quoniam paruo tempore regnauit, ideo alas eius euulſas dixit. Stetit autem ſuper pedes quaſi homo, quia tandem ſe mortalem intellexit: & cor proprium recepit, ut magis de morte quàm de honoribus cogitaret. Hoc autẽ regnum quantum Dei populum afflixerat, Machabæorum libri oſtendunt. Secunda uero beſtia regnum Romanorum intelligitur, quod quidem non cum tanta fortitudine, ut Græcorum cœpit, ſed ad maiorem poten-

tiam uenit, quoniam & leo urſo fortior eſt. Tres autem ordines in ore & dentibus ſenatum populumq́; & ipſos imperatores uel cōſules ſignificāt: his enim tribus ordinibus regnū Romanorum omnes gentes deuorauit, & ſuo imperio ſubiugauit. Vnde & hic dicitur ei: Surge, comede carnes pluſrimas. Et hoc quidem uſq; ad tempora Conſtantini Dei populum affligere non ceſſauit. Per tertiam uero beſtiam regnum hæreticorum intelligimus, à tempore uidelicet Arrij & Conſtantij hæretici & crudeliſſimi imperatoris. Maiorem enim perſecutionem tunc Dei populus paſſus eſt, quàm illa iam ſuperius dicta regna ei mouiſſent. Malus eſt enim in corpore & anima quàm in ſolo corpore perſecutionem pati. Hæc autem beſtia pardo ſimilis, & quatuor alas habuiſſe deſcribitur: quoniam hæreticorum prædicatio uelociter & paruo tempore totum mundum uolando repleuit. Quatuor enī ſunt mūdi partes, quę p q̄tuor alas & q̄tuor capita figurant̄. Quatuor enim capita habuit hæc beſtia, & in quatuor mūdi partibus ſuos p̄dicatores hæretici habuerunt. Quanta autem poteſtas Arrianis data fuerit, Arimineuſe cōcilium manifeſtat. Nunc autem quid de quarta beſtia, angelus Danieli reſpondit, audiamus: Beſtia, inquit, quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis. Et deuorabit uniuerſam terram, & conculcabit & comminuet eam. Porro cornua decē, decē ipſius regni reges erūt. Et alius cōſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit, & ſermones cōtra excelſum loquetur, & ſanctos altiſſimi conteret, & putabit quod poſſit mutare tempora & leges, & tradētur in manus eius uſq; ad tempus & tempora & dimidium temporis. Hoc autem quartū regnum de quo nunc angelo exponente audiuimus, circa finē ſeculi expectamus. Erit enim tunc, ut iam diximus, tribulatio talis, qualis non fuit ab initio ſeculi uſq; nūc, neq; fiet. Vnde & quarta beſtia diſſimilis cæteris, magiſq; terribilis fortiſq; deſcribitur. Per decem uero cornua omnes mundi reges intelligere poſſumus: frequenter enim in diuina pagina omnes per decem ſignificant̄. Illud uero unum cornu, in cuius ortu tria cornua euulſa ſunt quod habebat oculos & os loquens ingentia, Antichriſtus erit, alijs regibus fortior & potentior. Qui poſt q̄ tres illos reges ſuperabit, & illorum regna ſubiugabit, in tantam ſuperbiā eleuabit̄, ut contra Altiſſimum loqui, & ore neſario Deum ſe dicere non timeat. Plenus nanq; ſpū Satanæ uirtutes multas & miracula arte diabolica opabitur. Et alios quidem ſignis, alios uero gladijs ad ſuam uoluntatem conuertet. Præliabit̄ autem contra ſanctos. quia uenient tūc Enoch & Helias, quos quia ratione ſuperare non poterit, gladijs interimi faciet. Putabit autem q̊d poſſit mutare tempora & leges, quia nouum teſtamentum ad ueteris conſuetudinem transferre conabitur. Regnabit autem per tempus & tempora & dimidium temporis, per quod tres annos & dimidium intelligimus, quem Dominus interficiet ſpū oris ſui, & auferet illuſtratione aduentus ſui. Et tunc quidem ſicut in Euangelio audiuimus, uidebunt filium hominis uenientem in nubibus & poteſtate multa & maieſtate. Perueniet autem uſque ad antiquum dierum quia patri ſe æqualem eiuſdemque antiquitatis ſe eſſe oſtendet. *His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita ueſtra, quoniā appropiaquat redemptio ueſtra.* Audiſtis, inquit, certiſſima ſigna futuri iudicij, quę poſtquam fieri incipient, reſpicite & mentis oculos aperite, credite, & dubitare nolite. Leuate capita ueſtra, & à terrenis ad cœleſtia erigite mentem ueſtram, quoniam appropinquauit redemptio ueſtra. Quanuis enim diem illum nemo ſciat, proxime tamen eſſe dubitari non poterit, poſtquam hæc talia & tanta ſigna fieri incipient. Cuius rei gratia hanc ualde competentem ſimilitudinem ſubdidit, dicens: *Videte ficulneam & omnes arbores cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quia prope eſt æſtas: ita & uos cum uideritis fieri hæc, ſcitote quoniam prope eſt regnum dei.* Sicut enim fructus, & folia nouiter in arboribus naſcentia, æſtatis aduentum denunciant: ita & ſigna ſuperius dicta, ſtatim ut apparuerint, regnū Dei prope eſſe certiſſime nunciabunt. *Amen dico uobis quia nō præteribit generatio hæc, donec omnia fiāt.* Niſi hæc ſigna prius apparuerint, hominum generatio finiri, & dies ultima uenire non poterit. Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt, ſed in ſuę ueritatis ſtabilitate ſemp manebunt: tranſirent enim ſi id q̄ fieri affirmant, non fieri poſſet, & id quod fieri negāt, fieri cōtigiſſet.

DOMINICA TERTIA

Matthæi. 11.

¶In illo tempore: Cum audiſſet Iohannes in uinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis ait illi: Tu es qui uēturus es? Et reliqua. Homilia beati Gregorij Papæ, habita in Baſilica ſanctorum Marcelli & Petri.

Quærendum eſt nobis fratres chariſſimi, Iohannes propheta, & plusq̄ propheta. Iohan. 1.
q neuiētem ad Iordanis baptiſma dn̄m oſtendit, dicēs: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi, q & humilitatem ſuā, & diuinitatis eius potētiā cōſiderans, dicit: Qui de terra eſt, de terra loq̄tur: q aūt de cœlo uenit, ſuper oēs eſt, cur in carcere poſitꝰ, mittēs diſcipulos req̄rit, ¶ *Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?* Tanquā ſi ignoraret quem oſtēderat, & an ipſe ſit neſciat, Iohan. 3.
quē ipſum eſſe prophetādo, baptizando, oſtendo clamauerat. Sed hæc citius quæſtio ſoluit̄ ſi geſtæ rei tempus & ordo pēſetur. Ad Iordanis enim fluenta poſitus, quia ipſe redemptor mundi eſſet aſſeruit: miſſus uero in carcerem, an ipſe ueniat requirit, non q̄a ipſum redemptorem eſſe mundi dubitet, ſed quærit ut ſciat ſi is qui per ſe in mundū uenerat, per ſe etiam ad inferni clauſtra deſcendat. Quem enim præcurrēs mundo nunciauerat, hunc moriēdo ad inferos præcurrebat. Ait ergo: Tu es q uenturus es? &c. Ac ſi aperte dicat, Sicut pro hoībus naſci dignatus es, an etiā pro hominibus ad inferos deſcēdere digneris, inſinua, ut qui natiuitatis tuæ pręcurſor extiti, deſcenſionis etiam pręcurſor fiam, & uenturum inferno te nunciem, quem iam ueniſſe mundo nunciaui. Vnde & inquiſitus dominus enumeratis potentię ſuæ miraculis, de mortis ſuæ protinus humilitate reſpondit, dicens: ¶ *Cæci uident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Viſis tot ſignis, tantisque uirtutibus non ſcandalizari quiſq; potuit, ſed admirari. Sed infidelium mens graue in illo ſcandalum pertulit, cum eum & poſt tot miracula moriētem uidit. Vn̄ & Paulus dicit: Nos autem prędicamus Chriſtum crucifixum, Iudęis quiſ-

dem

dem ſcandalum,gentibus autem ſtultitiam.Stultũ
1.Cor.1 quippe hominibus uiſum eſt,ut pro hominibus au
tor uitæ moreretur:& inde contra eum homo ſcã
dalum ſumpſit,unde ei amplius debitor fieri debu
it,ut honoraretur. Nam tanto Deus ab homini-
bus dignius honorandus eſt, quanto pro homini-
bus & indigna ſuſcepit. Quid eſt ergo,dicere, Bea
tus qui non fuerit ſcandalizatus in me, niſi aperta
uoce abiectionem mortis ſuæ & humilitatem ſi-
gnare? Ac ſi patenter dicat: Mira quædam facio,
ſed abiecta perpeti non dedignor: Quia ergo mo-
riendo te ſubſequor,cauẽdum ualde eſt hominibus
ne in me mortẽ deſpiciãt qui ſigna uenerãtur. Sed
dimiſſis Iohannis diſcipulis,quid de eodem Iohan
ne turbis dicat, audiamus? ¶ *Quid exiſtis uidere in
deſerto? arundinem uento agitatam?* Quod uidelicet
non aſſerendo,ſed negando intulit. Arũdinem qp
pe mox ut aura contigerit,in partem alteram in-
flectit. Et quid per arundinem, niſi carnalis ani-
mus deſignatur? qui mox ut fauore uel detractio-
one tangitur,in partem quamlibet inclinatur. Si
enim ab humano ore aura fauoris flauerit, hilare-
ſcit & extollitur,totumq; ſe quaſi ad gratiam in-
flectit,ſed ſi inde uentus detractionis eruperit un
de aura laudis ueniebat, mox hunc quaſi in partẽ
alteram ad uim furoris inclinat. Sed arundo agi-
tata uento Iohannes non erat,qa hunc nec blandũ
gratia,nec cuiuſlibet detractio in ira aſperũ facie-
bat,nec ꝓſpera hunc erigere,nec aduerſa nouerãt
inclinare. Arundo ergo uento agitata nõ erat,quẽ
ab ſtatus ſui rectitudine nulla rerum uarietas inflẽ
ctebat. Diſcamus ergo fratres chariſſimi arũdo uẽ
to agitata non eſſe,ſolidemus animum inter auras
linguarum,poſitus ſtet inflexibilis ſtatus mentis.
Nulla nos detractio ad iram prouocet,atq; ad re-
miſſionem inutilis gratię nullus fauor inclinet,nõ
nos proſpera eleuent,non aduerſa perturbent, ut
qui in ſoliditate fidei figimur, nequaquam rerum
tranſeuntium mutabilitate moueamur. Adhuc au
tem de eius * ſanctitate ſubiungitur: ¶ *Sed quid*
expreſſio-ne *exiſtis uidere in deſerto? hoĩem mollibus ueſtitum? Ecce
qui mollibus ueſtiuntur,in domibus regum ſunt.* Came-
lorum enim pilis,ut ſcitis,ueſtitus Iohannes fuiſſe
deſcribitur. Et quid eſt dicere: Ecce qui mollibus
ueſtiunt̃,in domibus regum ſunt? niſi apta ſentẽtia
demõſtrare,qa nõ cęleſti,ſed terreno regi militãt
hi,q pro deo perpeti aſpera fugiunt,& ſolis exteri
oribus dediti,præſentis uitæ mollitiẽ & delectati
onem quærũt? Nemo ergo exiſtimet in luxu atq;
ſtudio pręcioſarum ueſtium peccatum deeſſe, quia
ſi hoc culpa non eſſet,nullo modo Iohannem Do-
minus de ueſtimẽti ſui aſperitate laudaſſet. Si hoc
culpa non eſſet,nequaquam Petrus apoſtolus per
epiſtolam fœminas à precioſarum ueſtium appeti
1.Pet 3 tu compeſceret,dicens: Non in ueſte precioſa. Pen
ſate ergo quæ culpa ſit,hoc etiã uiros appetere à
quo curauit paſtor eccleſiæ & fœminas prohibe-
re. Quamuis hoc quod Iohannes non eſſe ueſtitus
mollibus dicitur,per ſignificationẽ intelligi & ali-
ter poteſt. Mollibus enim ueſtitus non fuit,quia ui
ta peccantium non blandimentis fouit,ſed uigore
aſperæ inuectionis increpauit,dicẽs: Genimina ui-
perarum,quis uobis demonſtrauit fugere à uentu-
ra ira? Vnde & p Salomonem dicitur: Verba ſapiẽ
Matt. 3 tium quaſi ſtimuli,& quaſi claui in altũ defixi. Cla
Luc.12 ui ſ qppe atq; ſtimulis ſapiẽtium uerba comparan-
tur,qa culpas delinquentium neſciunt palpare,ſed
pungere. ¶ *Sed quid exiſtis uidere in deſerto? prophe-*

tam? Etiam dico uobis,& plusquam prophetam. Prophe
tæ quippe miniſterium eſt uentura prædicere, nõ
etiam demonſtrare. Iohãnes ergo plusquam pro-
pheta eſt,q eum quem præcurrendo prophetaue-
rat,etiam oſtendendo monſtrabat. Sed quia arun
do uento agitata eſſe denegatur,quia non eſſe ue-
ſtitus mollibus dicitur,quia prophetę nomen huic
impar eſſe perhibetur,iam qd digne dici poſſit au
diamus. Sequitur: ¶ *Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt:
Ecce ego mitto angelum meum ante faciẽ tuam,qui præ
parabit uiam tuam ante te.* Quod enim Græce ange-
lus,hoc latine nuncius dicitur. Recte ergo qui nũ-
ciare ſupernum iudicem mittitur, angelus uoca-
tur,ut dignitatem ſeruet in nomine, quam explet
in operatione. Altum quidem nomen eſt, * ſi uita ſed
nomine inferior non eſt. Vtinam fratres chariſſi-
mi non ad iudicium noſtrum dicamus, qa omnes
q ſacerdotis nomine cenſentur,angeli uocantur, ꝓ
pheta atteſtãte qui ait: Labia ſacerdotis cuſtodiũt Mala.2
ſcientiam,& legem requirent ex ore eius,quia ange
lus domini exercituum eſt. Sed huius altitudinem
nominis,etiam uos,ſi uultis,poteſtis mereri. Nam
unuſquiſq; ueſtrum inquantum ſufficit, inquãtum
gratiã ſupernæ aſpirationis accepit, ſi à prauitate
proximum reuocat,ſi exhortari ad bñ operãdum
curat,ſi ęternum regnum uel ſupplicium errãti de-
nunciat,cum ſanctæ denunciationis uerba impen-
dit,profecto angelus exiſtit. Et nemo dicat, mone
re non ſufficio,exhortari idoneus non ſum. Quan-
tum enim potes exhibe,ne male ſeruatum talẽtum
q̃d accepas,in tormẽtis pẽdere exigaris. Neq; enĩ
plusquam unum talentum acceperat q hoc abſcon
dere magis ſtuduit quàm erogare. Et ſcimus quod
in dei tabernaculo non ſolũ phialæ,ſed præcipien
te domino,etiam cyathi facti ſunt. Per phialas qp
pe doctrina exuberans,p cyathos uero parua at-
que anguſta ſcientia deſignatur. Alius doctrina ue
ritatis plenus,audiẽtium mẽtes inebriat. Per hoc
ergo quod dicit,profecto phialam porrigit. Alius
explere quod ſentit non ualet,ſed quia hoc utcun-
que denunciat, profecto per cyathum guſtum præ
bet. In dei ergo tabernaculo,id eſt,in ſancta eccle
ſia poſiti,ſi p doctrinam ſapientiæ miniſtrare phia
las minime poteſtis, inquantum p diuinam largi-
tatẽ ſufficitis, ꝓximis ueſtris boni uerbi cyathos,
date. Inquantum uos ꝓfeciſſe penſatis,etiã uobiſ-
cũ alios trahite,in uia dei ſocius habere deſidera-
te. Si quis ueſtrum fratres ad forum aut fortaſſe ad
balneum pgit,quem ocioſum eſſe conſiderat,ut ſe-
cũ ueniat inuitat. Ipſa ergo terrena actio ueſtra uos
conueniat: & ſi ad deum tenditis, curate ne ad eũ
ſoli ueniatis. Hinc etenĩ ſcriptum eſt: Qui audit, di Apoc.22
cat ueni,ut q iam in corde uocem ſupni amoris ac-
cepit,foras etiam ꝓximis uocẽ exhortationis red
dat. & fortaſſe panem ut indigẽti eleemoſynã por
rigat,non habet,ſed maius eſt quod tribuere uale-
at,q linguam habet. Plus enim eſt uerbi pabulo ui
cturã in perpetuum mentẽ reficere,quàm uẽtrem
morituręcarnis terreno pane ſatiare. Nolite ergo
fratres proximis ueſtris eleemoſynã uerbi ſubtra-
here. Mecum uos admoneo,ut ab ocioſo ſermone
parcamus,inutiliter loqui declinemus,inquantum
reniti linguæ ꝓualemus,in uẽtum uerba non deflu
ant,cum iudex dicat: Omne uerbũ ocioſum quod Matt.12
locuti fuerint homines,reddent rationẽ de eo in
die iudicij. Ocioſum quippe uerbum eſt,quod aut
utilitate rectitudinis,aut ratiõe iuſtæ neceſsitatis
caret. Ocioſa ergo colloquia,ad ædificationis ſtu-

 dium

diū uertite: quam celerrime huius uitæ tēpora fu-
giant cōſiderate: q̄ diſtrictus iudex ueniat attēdi-
te. Hunc añ oculos cordis ueſtri ponite, hunc pro-
ximorū ueſtrorum mentibus intimate, ut inquātū
uires ſuppetunt, ſi annunciare eum nō negligitis,
uocari ab eo angeli cum Iohanne ualeatis.

DE EADEM DOMINICA, SERmo Beati Maximi epiſcopi.

QVI ſunt in illa nocte duo in lecto, & duæ
molentes in unum, & duo in agro, de quibus
Matt. 24 omnibus binis ſinguli aſſumentur, & ſinguli
Luc. 17 relinquentur? Tria genera hominum hic uidētur
ſignificari. Vnū eorū qui ociū & quietē eligūt, neq;
negocijs ſecularibus, neq; negotijs eccleſiaſticis
occupati, quæ illorum quies, lecti nomine ſignifi-
cata eſt: alterū eorum qui in plebibus cōſtituti, re-
guntur à doctoribus, agentes ea quę ſunt huius ſe-
culi, quos & fœminarum nomine ſignificauit, quia
conſilijs (ut dixi) peritorū regi eos expedit: & mo
lentes dixit propter temporalium negociorū or-
bem atq; circuitum, quas tamen in unum molen
tes dixit, inquantum de ipſis rebus & negotijs ſu-
is præbent uſibus eccleſię. Tertium eorum qui ope
rantur in eccleſiæ miniſterio tanquā in agro dei,
de qua agricultura Apoſtolus loquitur, dicēs: Dei
1. Cor. 3 agricultura eſtis, dei ædificatio eſtis. In his ergo
tribus gñibus, bina ſunt rurſus gña hominū in ſin-
gulis, & pro robore ſuarum uirium decernuntur.
Cum enim omnes ad eccleſiæ mēbra pertinere ui-
deantur, adueniente tamē tētatione tribulatiōis,
& ex illis qui ſunt in ocio, & ex illis qui ſunt in ne-
gocijs ſeculi, & ex illis qui deo miniſtrant in eccle
ſia, aliqui permanent, aliqui cadūt. Qui permanēt,
aſſumuntur: qui cadunt, relinquuntur. Ergo unus
aſſumetur, & unus relinquetur: nō quaſi de duobus
hoībus dictum, ſed de duobus gñibus affectionū
profeſſionum in ſingulis generibus trium *poſſeſſionum. In illa
ergo nocte dixit, in illa tribulatione. Ad ipſa tria
gña quæ aſſumūtur, arbitror pertinere etiā tria il
la nomina uirorum ſanctorum, quos ſolos liberan
Eze. 14 dos Ezechiel propheta denunciat, Noe, Daniel, &
Iob. Videtur em̄ Noe ptinere ad eos, p quos eccle-
ſia regitur, ſicut p illū in aquis arca gubernata ē,
quæ figuram geſtabat eccleſiæ. Daniel autem, q̄a
elegit cœlibem uitam, id eſt, nuptias terrenas con
1. Cor. 7 tēpſit, ut ſicut dicit Apoſtolus, ſine ſolicitudine ui-
ueret, cogitans quæ ſunt dei, genus eorū q ſunt in
ocio ſignificat, ſed tamen fortiſſimi in tentationi-
bus, ut poſſint aſſumi. Iob autem quia & uxorē ha
buit & filios, & amplas terrenarum rerū copias,
ad illud genus ptinet, cui molēdinū deputatū eſt,
ſed tamen, ut ſint fortiſſimi in tentationibus, ſicut
ille fuit, non enim aliter aſſumi poterunt. Nec pu-
to eſſe alia genera hominum, quibus cōſtat eccle-
ſia, quàm iſta tria, habentia binas differentias, p-
pter aſſūptionē & relictionē, q̄uis in ſingulis mul
tæ ſtudiorum uoluntatūq; diuerſitates, ad concor-
diam tñ unitatemq; concurrētes, poſſint inueniri.

DE EADEM DOMINICA, HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

IOānes Baptiſta in uinculis & in carcere poſitus,
cum audiſſet miracula quæ dñs operabatur, in-
telligens iam ſibi diē mortis imminere, uoluit eū
quaſi magiſtrum interrogare de his quæ ſibi ad-
huc incerta uidebantur. Miſit igitur ad eum duos
de diſcipulis ſuis, qui eius uerba Chriſto referrēt.
Hi autem quid dixerint audiamus. Ioannes, inqui-
unt, Baptiſta miſit nos ad te, dicens: *Tu es qui uentu
rus eſt, an alium expectamus?* Ego quidem non puto
Ioannis diſcipulos intellexiſſe, quid hac illorum
interrogatione magiſtri ſignificaretur. Sicut neq;
in Chriſti reſponſione quæſtionem intellexerunt
eſſe ſolutam. Tu es, inquit, qui uenturus eſt? Ego
quidem uado, ego ad Patriarchas, & Prophetas
in infernum deſcendo. Sed nunquid tu quoque eo
uenturus es? Debeo te illuc uenturū illis annuncia
re, ſicut te iam ueniſſe mundo annunciaui? Deſcen
des illuc per te, an alium expectamus à te? Timeo
enim hoc credere de te, niſi hoc certum mihi fiat à
te. Valde quidem te humiliaſti, an fortaſſe plus te
humiliabis? Quid dicam illis? Quid nunciabo? *Et
reſpondens Ieſus, ait illis: Cœci uident, claudi ambulant,
leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pau
peres euangelizantur, & beatus qui non fuerit ſcandali-
zatus in me.* Quid enim aliud Dñs in hac ſua reſpō
ſione ſignificabat, niſi quia & hoc prophetarum o-
raculum per ſe complere nō abhorreret, ſicuti nec
alia quæ de eo prophetæ prædixerant. Ite inquit,
dicite Ioanni quę audiſtis & uidiſtis. Ipſa enim ho
ra, ipſiſq; uidentibus, ut Lucas teſtatur, fecit Dñs
multas uirtutes. Et tale erat ac ſi diceret: In mun
dum ueni, carnem aſſumpſi, baptizari uolui: nunc
aūt prædico, nunc pauperes ad fidem conuerto, cę
cos illumino, mortuos reſuſcito, & cætera facio, q̄
me facturum eſſe prophetæ nunciarunt. Qui igiť
in alijs omnibus & prophetarum teſtimonia con-
firmo & cōpleo, abſit ut in hoc uno faciam eos eſſe
mendaces. Beatus enim qui non fuerit ſcandaliza-
tus in me. Beatus qui fideliter firmiterq; credide-
rit quæcunque ſcripta & prophetata ſunt de me.
Qui enim non horrui uirginis uterum, non utique
horreo ad inferna deſcēdere. Cloaca mundi eſt in-
fernus, lux tamē ſtercore non inquinatur. Mundus
tranſeo per immundum, mundus totum compleo
mundum. Deſcende igitur ſecure, præcurſor mihi
es. Vade & præcurre, nūcia gaudiū fidelibus meis:
cito ſequar, & liberabo eos. Conſidera modo quā-
ta lætitia locus ille tenebrarū, locus ille mœroris
& doloris, conſidera, inq̄ q̄ta lętitia q̄toq; gaudio
exultauerit, q̄do ibi beatus Ioannes hęc uerba nar-
rare cœpit. *Illis aūt abeūtibus, cœpit Ieſus dicere ad tur
bas de Ioanne.* Bene aūt illis abeuntibus: ſi em̄ illis p̄
ſentibus de Ioanne talia loqueretur, poterat for-
taſſe adulatiōe notari ab his qui non deum, ſed ho-
minē eū eſſe credebāt. *Quid exiſtis in deſertū uidere,
arudinē uēto agitatā?* Nō eſt arūdo Ioannes, colūna
eſt, nō mouetť uēto, nō quatiť timore, nō flectiť a-
dulatiōe, uno eodēq; uultu reſpicit & illos q eū lau
dant, & eos q eum uituperāt. Sic inimicos, ut ami-
cos diligit: ſic potētes, ut ī potētes arguit. Vide igiť
q̄ caute ſaluator noſter & Ioānis iuſtitiā cōmēdat,
& ſeip̄ſum ab adulatiōis uitio defendit: dū eū quem
laudat, laude nō delectari dicit. *Sed quid exiſtis uide
re, hoīem mollibus ueſtitū?* Ioānes em̄ ſicut legiť pilis
camelorū ueſtitus erat: q̄ in re aptiſſime oſtēderat
q̄a & mūdū iſtū eiusq; cōcupiſcētias, p nihilo duce
bat. Inſup & q̄a pœnitētiā p̄dicabat, ut bonus magi
ſter pœnitentibus in ſeip̄o pœnitētię ſimile exem-
plum & regulā dabat. Vnde nō immerito q̄dā ait:
Si uis me flere, dolendū eſt prius ipſi tibi. *Ecce qui
mollibus ueſtiūtur in domibus regū ſunt.* Qui em̄ molli-
bus ueſtiuntur, conuētus hominum regrit & uide-
ri appetit, ideoq; non in deſerto, non in loco ſoli-
tario, ſed in domo regia inueniuntur. Vana quippe
gloria premitur, qui propter hoc mollibus ueſti-
tur. Sed q̄d exiſtis uidere? *Prophetā? etiā dico & plus
quam*

quam Prophetã. *Hic eſt enim de quo ſcriptũ eſt: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te.* Sic igitur angelus Ioannes, & plus quàm propheta Ioannes. Prius enim quàm naſceretur prophetauit, & non ſicut cæteri Prophetæ. Poſt multum temporis Chriſtum uenturum eſſe prædixerunt, ſed ante faciem eius manens, & eum baptizans & tangens, reuelante Spiritu ſancto dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hoc enim non dixiſſet niſi Propheta fuiſſet. Erat aũt & plus quàm propheta, quia ipſum, quem prophetauit, digito demonſtrabat. Et in eo quidem in quo dicitur pluſquàm Propheta, poteſt dici & non Propheta: faciens enim pluſquàm Prophetam, oſtendit ſe alium etiam quàm Prophetã. Prophetarum enim eſt futura prædicere, non prophetarum uero præſentia demonſtrare. Vnde idẽ Ioannes interrogatus an eſſet Propheta, reſpõdit ſe non eſſe Prophetã. Sequitur: ¶ *Amen dico uobis, inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* Aequales enim & pares habuit Ioannes, maiores uero non habuit. Pares enim fuerunt ei & Moyſes & Iob, & Elias, & multi alij, maiores tamen nõ fuerunt, excepto illo qui minor eſt in regno cœlorum. De quo & ſubditur: Qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. Quis eſt enim iſte qui Ioanne maior eſt, & in regno cœlorum minor eſt: Minuiſti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Hoc autem Apoſtolus exponens ait, cum autem qui modico quàm angeli minoratus eſt, uidemus Ieſum propter paſſionem mortis. Minor eſt enim angelis Ieſus, ſecundum hoc quod mortalis & paſſibilis factus eſt: qui tamen omnibus maior eſt, ſecundum quod Deus & creator omnium eſt. A diebus autem Ioannis uſq; nunc, regnum cœlorum patitur uim, & uiolenti diripiunt illud. Ex quo enim Ioannes Baptiſta cœpit prędicare & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum: Ex eo ipſo regnum Dei, quod eſt eccleſia, multis undiq; confluentibus, creſcere cœpit. Et quia uiolenter à uiolentis diripitur: non immerito uim pati dicit̃. Bona uiolentia, qua acquiritur regnum Dei. Hãc enim uiolentiam habebat ille, cui, cum amicus eius tres panes accommodare nollet, propter neceſſarios. Vis igitur intrare in regnum cœlorum? uis aſcribi in exercitu & in militia ſanctorum? Eſto uiolentus & improbus. Audi quid dominus dicat: Petite & dabitur uobis: Quærite & inuenietis: Pulſate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Hæc eſt igitur uiolentia qua diripitur regnum cœlorum. Omnes enim prophetæ & lex uſque ad Ioannem prophetauerunt. Eſt igitur Ioannes finis legis, quemadmodum & Chriſtus. Ioannes enim ueteris teſtamẽti & prophetarũ omniũ ultimus, eum quẽ cæteri ꝓphetauerunt, uerbi digito oſtendit. Sic igit̃ uſq; ad eũ ꝓphetiæ uenictes in eo tandẽ cõpletę ſunt, dum ipſe mõſtrauit eas eſſe cõpletas. Oĩs enim ꝓphetia ibi finit̃, ubi id q̃d propheta uerat adimplet̃. Nato etenĩ Chr̃o cõpleta eſt ꝓphetia, q̃ dicebat: Ecce uirgo concipiet & pariet filiũ. Cõpletę ſunt aũt prophetiæ aliter, q̃a iam non ad literã, ſed ſp̃ualiter intelligunt̃. Lex igit̃ uſq; ad Ioannem ꝓphetauit, quia in nube & caligine loquebatur: dein̄ uero prophetauit Chriſtus, q̃niã eandẽ legem ſp̃ualiter intelligere docuit: ꝓpheta enim dicit̃, eo quod prophetat & ꝓphetias exponit: eo enim tẽpore pœnitentiæ & miæ excluſit ſacrificium, & baptiſma circuncíſionẽ. Venerat enim dñs, non ut legẽ ſolueret, ſed adimpleret. Sequitur: *Et ſi uultis ſcire, Ioannes ipſe eſt Elias qui uenturus eſt.* Interrogatus enĩ Ioannes an eſſet Elias, reſpondit non ſum. Quid eſt igit̃ q̃d dñs eum dixit eſſe Eliã, qui ſeipſum negat eſſe Eliam? Ioannes enim in perſona Elias nõ erat, in ſpũ tñ & uirtute Elias erat. ſic enim de ipſo p̃dixerat angelus: Ipſe præibit ante eum in ſpiritu & uirtute Eliæ. Sic itaq; Ioannes erat Elias, & non erat Elias. Vnde & ſubditur: *Qui habet aures audiendi audiat.* Ille enim audiendĩ aures non habet, qui hoc ad literam intelligens, Ioannem fuiſſe Eliam arbitratur.

FERIA QVARTA QVAtuor temporum. Lucæ 1.

¶ In illo tẽpore: Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomẽ Nazareth ad uirginẽ deſponſatã uiro, cui nomẽ erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomẽ uirginis Maria. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.



EXordiũ noſtræ redemptionis fratres chariſſimi, hodierna nobis ſancti euãgelij lectio commemorat, quę angelũ à deo de cœlis miſſum narrat ad uirginẽ, & nouam in carne natiuitatẽ filij dei p̃dicaret, per quam nos abiecta uetuſtate noxia, renouari, atq; inter filios dei computari poſſimus. Vt ergo ad promiſſæ ſalutis mereamur dona ꝑtingere, primordia eius intenta curemus aure ꝑcipere. ¶ *Miſſus eſt enim, inquit, angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem deſponſatam uiro, cui nomen erat Ioſeph.* Aptum profecto humanæ reſtaurationis principium, ut angelus à deo mitteretur ad uirginem partu cõſecrandam diuinę, q̃a prima ꝑditionis humanæ fuit cauſa, cum ſerpens à diabolo mittebatur ad mulierem ſpũ ſupbiæ decipiẽdã. Imo ipſe in ſerpente diabolus ueniebat, q genus humanũ, deceptis parẽtibus primis, immortalitatis gloria nudaret. Quia ergo mors intrauit p fœminam, apte redit & uita p fœminã. Illa à diabolo ſeducta, p ſerpentẽ uiro guſtũ necis obtulit: hæc à deo edocta p angelũ, mũdo autorẽ ſalutis edidit. Miſſus ẽ ergo angelus Gabriel à deo. Raro autẽ legimus, q̃a apparẽtes hoĩbus angeli deſignant ex noĩe. Verũ q̃tieſcunq; fit, ideo utiq; fit, ut etiã noĩe ipſo q̃d miniſtraturi ueniant inſinuẽt. Gabriel nãq; fortitudo dei dicit̃. Et merito tali noĩe p̃fulget q naſcituro in carne dño teſtimoniũ phibet. De q̃ ꝓpheta in Pſalmo: Dñs, inquit, fortis & potẽs, dñs potens in p̃lio. Illo nimirũ p̃lio q̃ poteſtates aereas debellare, & ab earũ tyãnnide mũdũ ueniebat eripere. ¶ *Ad uirginem deſponſatam uiro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen uirginis Maria.* Quod dicitur de domo Dauid, non tantum ad Ioſeph, ſed etiam pertinet ad Mariã. Legis nãq; erat p̃ceptũ, ut de ſua quiſq; tribu ac familia duceret uxorẽ. Apoſtolo q̃q; atteſtãte, q ad Timotheũ ſcribẽs, ait: Memor eſto igit̃ dñm Ieſum Chr̃m reſurrexiſſe à mortuis

Pſalm. 23

2 Tim. 2

tuis, ex ſemine Dauid ſecundũ euangelium meum. Ideo eñ ueraciter ex ſemine Dauid ortus eſt Chriſtus, quia incorrupta eius genitrix, uerã de ſtirpe Dauid originẽ duxit. Cur aũt ipſe non de ſimplici uirgine, ſed de deſpõſata uiro concipi & naſci uoluerit, plurimę à patribus rõnabiles cauſę ꝓferũť, e qbus ꝑmaxima eſt, ne uelut ſtupri rea damnareť, ſi uirũ non habens, filium procrearet. Deinde ut in his etiã q̃ domeſtica cura naturaliter exigebat, puerpa ſolatio ſuſtentareť uirili. Oportebat aũt beatã Mariam habere uirũ q & teſtis integritatis eius certiſſimus, & nati ex ea dñi ac ſaluatoris noſtri eſſet nutricius fideliſſimus, quiq; & pro eo paruulo ſecundum legem hoſtias ad tẽplum deferret, & cum inſtante ꝑſecutionis articulo in Aegyptum cum matre ferret, ac referret, aliaq; illi ꝑplura quę aſſumptæ humanitatis fragilitas poſcebat, neceſſaria miniſtraret. Nec multum obfuit, ſi qs illum ad tempus eius filium credidit, cum p̃dicantibus apoſtolis poſt aſcenſionem eius, cunctis palã credentibus q̃d de uirgine natus eſſet, patuerit. Nec prætereundũ eſt, q̃d beata dei genitrix meritis præcipuis etiã nomine teſtimonium reddit: interp̃tatur enim ſtella maris. Et ipſa q̃ſi ſidus eximium inter fluctus ſeculi labẽtis gratia priuilegij ſpecialis refulſit. ¶ *Et ingreſſus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Quæ ſalutatio quantum humanæ conſuetudini inaudita, tantũ eſt beatæ Mariæ dignitati congrua. Vere etenim gratia erat plena, cui diuino munere collatum eſt, ut prima inter fœminas, glorioſiſſimum deo uirginitatis munus offerret. Vñ iure angelico aſpectu ſimul & affatu meruit ꝑfrui, quę angelicam ſtudebat uitam imitari. Vere & ipſa gratia plena, cui ipſum per quem gratia & ueritas facta eſt, IESVM CHRISTVM gñare donatũ eſt. Et ideo uere dominus cum illa erat, quã & prius nouo caſtitatis amore à terrenis ad cœleſtia deſideranda ſuſtulit, & poſtmodum mediãte humana natura, omni plenitudine diuinitatis cõſecrauit. Vere q̃q; bñdicta inter mulieres, quæ ſine exẽplo muliebris conditionis, cum decore uirginitatis gauiſa eſt honore parẽtis, quodq; uirginem matrẽ decebat, deum filium procreauit. Quæ poſtquam more humanæ fragilitatis, & uiſione angelica & inſolita eſt ſalutatiõe turbata, mox idẽ angelus eam repetito ſermone ne timeat hortať, quodq; maxime timorem pellere conſueuit, quaſi bene cognitã ac domeſticam proprio eã noĩe uocat, & q̃re gratia plenam diceret, diligẽter edocet. *Ne timeas* (inquit) *Maria, inueniſti gratiã apud deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum. hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur.* Notandus ſolerter ordo uerborum, & tanto arctius eſt cordi inferendus, quãto manifeſte patet, quia in his tota redemptionis noſtræ ſumma conſiſtit. Nam manifeſtiſſime dñm Ieſum, id eſt, ſaluatorem noſtrum, & uerum Dei patris & uerum hoĩs matris filium prædicant. Ecce, inq̃t, concipies in utero, & paries filium. Agnoſce uerum hunc hominem, ueram de carne uirginis aſſumpſiſſe ſubſtantiam carnis. ¶ *Hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur.* Confitere eundem etiam deum uerum de deo uero, & æterno patri filium ſemper eſſe coæternum. Quod autem futuro tempore dicitur, hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabiť, nemo ita intelligendum putet, quod dominus Chriſtus ante partum uirginis non fuerit: ſed ita hoc potius dictum intelligamus quia potentiam diuinæ maieſtatis quam dei filius æternaliter habuit, hanc idem homo natus ex tẽpore acceperit, ut una in duabus naturis perſona eſſet mediatoris ac redẽptoris noſtri. ¶ *Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius.* Sedem Dauid regnum dicit Iſraeliticæ plebis, quod ſuo tempore Dauid iubente pariter & iuuante domino, fideli deuotione gubernauit. Dedit ergo dominus redemptori noſtro ſedem Dauid patris eius, qñ hũc de genere Dauid incarnari diſpoſuit, ut populum quem Dauid temporali rexit imperio, ipſe gratia ſpũali ad æternum proueheret regnũ. De quo Apoſtolus ait: qui eruit nos de poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. Colloſ. 1 Hinc eſt quod idem Apoſtolus diuino admonitus inſtinctu, cum paſſurus ille Hieroſolymam properaret, in eius laudem gaudens decantabat: Benedictus qui uenit in nomine domini rex Iſrael. Ioh. 12 Et iuxta alium euãgeliſtam: Benedictum quod uenit regnũ patris noſtri Dauid. Mar. 11 Aderat enim tempus quo redempto per eius ſanguinem mũdo, rex agnoſceretur, non ſolum domus Dauid, ſed & totius eccleſiæ, immo omnium conditor & rector ſeculorum. Vnde recte angelus poſtquam dixit, Et dabit illi dominus ſedem Dauid patris eius, continuo ſubiũxit. ¶ *Et regnabit in domo Iacob in æternum.* Domũ nanq; Iacob eccleſiam dicit uniuerſalẽ, quæ ꝑ fidẽ & confeſſionẽ Chriſti ad patriarcharũ ꝑtinet ſortem, ſiue in his qui de patriarcharum ſtirpe carnis originem duxerunt, ſeu in illis qui de alijs natiõibus carnaliter editi, ſpirituali lauacro ſunt in Chriſto renati. In qua uidelicet domo regnabit in æternum, & regni eius nõ erit finis. Regnat quippe in ea in præſenti uita, cum electorum corda ꝑ fidem & dilectionem ſuam inhabitans regit, atq; ad percipienda ſupernæ retributionis dona, continua ꝓtectione gubernat. Regnabit in futuro, cum eoſdẽ finito ſtatu tẽporalis exilij, ad habitationẽ patrię cœleſtis introducet, in qua p̃ſenti eius uiſione ſemper admoniti, nihil aliud agere, quam eius uacare laudibus gaudent. ¶ *Dixit autem Maria ad angelũ: Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco?* Quomodo, inquit, fieri poteſt ut concipiam pariamq; filium, quæ in caſtimonia uirginitatis uitã conſummare diſpoſui? Non autem quaſi incredula uerbis angeli, quomodo hæc impleri ualeant, inq̃rit, ſed certa quia oporteret impleri, quod & tunc ab angelo audiebat, & prius à propheta dictum legerat: ſed quo ordine complendum ſit interrogat, q̃a uidelicet propheta qui hoc futurum p̃dixit, q̃modo fieri poſſet non dixit, ſed angelo dicendum reſeruauit. ¶ *Reſpondens ergo angelus, dixit ei: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi: Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius Dei.* Superueniens in uirginem ſpiritusſanctus duobus modis in ea diuinæ ſuæ potentiæ efficaciam oſtendit, quia & mẽtem illius adeo quantũ humana fragilitas patitur, ab omni uitiorum ſorde caſtificauit, ut cœleſti digna eſſet partu, & in utero illius ſanctum ac uenerabile redemptoris noſtri corpus ſola ſui operatiõe creauit, id eſt, nullo interueniente uirili tactu, carnem de carne uirginis, ſacroſanctam de intemerata formauit. Quẽ enim prius apte ſpiritumſanctum dixit, hunc ipſum denuo uirtutem altiſſimi nominauit, iuxta hoc q̃d cum dominus eiuſdem ſpiritus aduentum diſcipulis promitteret, ait: Et ego mittam promiſſum patris mei in uos, uos autem ſedete in ciuitate, quoadusq; Luc. 24

aduſq;

aduſq; induamini uirtute ex alto. Obumbrauit au
rem beatæ Dei genitrici uirtus altiſſimi, quia ſpi
ritusſanctus cor illius cum impleuit, ab omni æſtu
concupiſcentiæ carnalis temperauit, emundauit à
deſiderijs temporalibus, ac donis cœleſtibus men
rem ſimul illius conſecrauit & corpus. Ideoque &
quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei,
quia de ſanctificatione ſpiritus concipies, ſanctum
erit quod gignitur. Congruit conceptioni natiui-
tas, ut quæ contra humanæ conditionis morē uir-
go concipis, ſupra humanæ conſuetudinis modū,
dei filium generes. Omnes quippe homines in ini
quitatibus concipimur, & in delictis naſcimur. Qt
quot autem, donante Deo, ad uitam præordinati
ſumus æternam, ex aqua & ſpiritu renaſcimur. So
lus uero redemptor noſter pro nobis incarnari di
gnatus, mox ſanctus natus eſt, quia ſine iniquitate
conceptus eſt. Poſſumus ſane in eo quod dicitur,
Et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, altius quiddā
de ſacramēto dñicę incarnationis intelligere. Ob-
umbrari enī nobis dicimus, cū feruente meridiano
ſole, uel arborem mediam, uel aliud quodlibet ob-
umbraculi genus inter nos & ſolem opponimus, q̄
ardorem eius uel lucē nobis tolerabiliorem redda
mus. Redemptor ergo noſter non immerito ſolis
luce uel ardore deſignatur, qui nos ueritatis ſcien
tia illuſtrat, & amore inflammat. Vnde ipſe per ꝓ
Malac.4 pheram dicit: Vobis timentibus nomen meum ori-
eť ſol iuſtitię. Cuius ſcilicet ſolis radios beata uir-
go ſuſcepit, quando dominum concepit. Sed idem
ſol, id eſt, diuinitas redēptoris noſtri, tegmine ſe
humanæ naturæ quaſi obumbraculo quodam ob-
texit, quo mediante, uirginis eū uiſcera ferre ſuffi
cerent. Sicq; uirtus altiſſimi obumbrauit ei, dū di-
uina Chriſti potentia & eam præſentialiter imple
uit, & ut capi ab illa poſſet, ſubſtantia ſe noſtrę fra
gilitatis obnubilauit. ¶ *Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute tua.* Non qauſi
incredulam exemplis hortatur ad fidem, ſed ut be
ne iam credenti quæ audierat, ampliora ſupernæ
diſpenſationis miracula replicat, ut quæ dominum
uirgo erat paritura, præcurſorem quoque domini
de anu ac diu ſterili parēte cognoſceret eſſe naſci-
turū. Nec mirandum iuxta hiſtoriam quod Eliza-
beth cognata dicatur Mariæ, cum ſuperius hæc de
domo Dauid, illa de filiabus Aaron orta eſſe narra
tur. Legimus nanq; quod ipſe Aaron de tribu Iu-
da, de qua Dauid ortus eſt, uxorem acceperit, ſcili
cet Elizabeth filiam Aminadab, ſororem Naaſon,
qui fuit dux tribus Iudæ in deſerto cum egrederē-
tur de Aegypto. Rurſusq; in regnātibus Dauid po
ſteris, legimus q̄d Ioiada pōtifex maximus uxorē
aeque habuit de tribu regali, hoc eſt, Ioſabeth filiā regis
Iorā: Ipſe eſt Ioiada, cuius filiū Zachariā uirū ✱ ꝓ-
phetā atq; ſanctiſſimum lapidauerūt inter tēplum
& altare, ſicut etiam ipſe Dñs beatorum martyrū
mentionem faciens in euangelio teſtatur. Vñ tri-
bus utraq;, hoc ē, regia & ſacerdotalis, cognatiōe
ſemper adinuicem probatur eſſe cōiuncta. Potuit
autem huiuſmodi coniunctio etiam recentiori tē-
pore fieri, datis nuptū fœminis de tribu in tribū,
ut manifeſte beatam dei genitricem, quæ de tribu
regia deſcēdit, cū tribu ſacerdotali cognationem
generis habuiſſe conſtaret, quod myſterijs cœleſti
bus aptiſsime congruit. Oportebat nanq; ut appa
rens in mundo mediator dei & hominū, de utraq;
tribu carnis originem haberet, quia nimirum ipſe
in humanitate aſſumpta utranq; habiturus erat p

ſonam, ſacerdotis ſcilicet & regis. Siqdē de regia
eius poteſtate, qua electis ſuis regnū pēne tribuit, Pſal. 109
& præſens ſcil. euāgelij lectio teſtať. Quia regna-
bit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit
finis. Porro pōtificali eius dignitate, in qua ꝓ no-
ſtra redēptiōe hoſtiam ſuæ carnis offerre digna-
tus eſt, teſtatur propheta qui ait: Tu es ſacerdos in
æternum ſecundum ordinē Melchiſedech. Accepta
aūt tanta gratia uideamus B. Maria in quanta hu-
militatis arce perſiſtat. ¶ *Ecce, inquit, ancilla domini, fiat mihi, &c.* Magnam quippe humilitatis conſtā
tiam tenet, quæ ſe ancillam ſui conditoris dum ma
ter eligitur appellat. Beata in mulieribus angeli-
co oraculo prędicať, incognita adhuc cæteris mor
talibus arcana noſtræ redemptionis edocetur, nec
ſe tamen de ſingularitate meriti excellentioris ſin
gulariter extollit, ſed potius ſuę cōditiōis ac diui-
næ dignationis in omnibus memor, famularum ſe
Chriſti conſortio humiliter adiungit, famulatum
Chriſto deuota quod iubetur impendit. ¶ *Ecce ancilla domini, fiat (inquit) mihi ſecūdum uerbum tuum.*
Fiat ut ſpiritusſanctus adueniēs me cœleſtibus di-
gnam myſterijs reddat, fiat ut in meo utero filius
dei humanæ ſubſtantiæ habitū induat, atq; ad re-
demptionem mundi tanquam ſponſus ſuo ꝓcedat
de thalamo. Cuius uocē mētēq; nos, o fratres cha
riſſimi, ꝓ modulo noſtro ſequentes, famulos nos
eſſe Chrī in cunctis actionibus noſtris motibusq;
recolamus, eius ſemper obſequijs oīa corporis uo
ſtri mēbra mācipemus, ad eius implendam uolūta
tem totum mentis noſtrę dirigamus intuitum, ſic-
que perceptis eius muneribus, gratias recte uiuen
do reddamus, ut ad maiora ꝑcipienda digni exiſte
re mereamur. Precemur ſeduli cum B. dei genitri
ce, ut fiat nobis ſcd'm uerbum eius, ſ. illud uerbū, q̄
rōnem ſuæ incarnatiōis ipſe exponens, ait: Sic enī Iohann.3
dilexit deus mundū, ut unigenitū filiū ſuū daret, ut
oīs q credit in ipſum, nō pēat, ſed habeat uitā æter-
nā. Nec dubitandū qn nos de ꝓfundis ad ſe clamā-
tes citius exaudire dignabiť, ꝓpter q̄s necdū ſe co
gnoſcentes ipſe ad profundā hanc conuallē lachry
marū deſcendere dignatus eſt, Ieſus Chriſtus dñs
noſter, q uiuit & regnat cum patre in unitate ſpūs
ſancti deus, p omnia ſecula ſeculorum. Tu autem.

DE EADEM FERIA, SERMO Leonis Papæ.

CVm de aduētu regni dei, & de fine tem
porum mundi, diſcipulos ſuos ſaluator Luc.21
inſtrueret, totamq; eccleſiā ſuā in apo-
ſtolis erudiret: Cauete, inquit, ne forte
grauenť corda ueſtra in crapula & ebri
etate, & ſecularibus cogitationibus. Quod utiq; p̄
ceptū dilectiſſimi ad nos ſpecialius ptinere cogno
ſcimus, quibus denunciatus dies, etiamſi eſt occul-
tus, non dubitatur eſſe uicinus. Ad cuius aduētum
omnem hominem cōuenit præparari, ne quenquā
aut uētri deditū, aut curis ſecularibus inueniat im
plicatum. Quotidiano enim dilectiſſimi experimē
to probatur, ſatietate carnis aciē mentis obtundi,
& ciborum nimietate uigorem cordis hebetari, ita
ut delectatio edendi, corporis cōtraria ſit ſaluti, ni
ſi ratio temperantiæ obſiſtat illecebræ: & quod fu
turum eſt oneri, ſubtrahat uoluntati. Quanuis enī
nihil ſine aīa caro deſideret, & inde accipiat ſen-
ſus unde ſumat & motus, eiuſdem tamen animæ ē,
quædam ſubditæ ſibi negare ſubſtantiæ, & interio
ri iudicio ab incōuenientibus exteriora frenare, ne
à corporeis cupiditatibus ſępius libera, in aula mē

tis poſſit diuinæ uacare ſapientiæ, ubi omni ſtrepi
tu terrenarū ſilēte curarum, in meditatiōibus ſan-
ctis & in delicijs lætetur æternis. Quod etſi in hac
uita difficile eſt continuari, poteſt tamen frequen
ter aſſumi, ut ſæpius ac diutius ſpiritualibus q̄ car
nalibus occupemur. Et cum melioribus curis ma-
iores impēdimus moras, ad incorruptibiles diuitiis
as, etiā tēporales tranſeūt actiōes. Huius obſeruā-
tiæ utilitas dilectiſſimi in eccleſiaſticis pręcipue ē
conſtituta ieiunijs, quæ doctrina ſanctiſpūs ita p
totius anni circulum diſtributa ſunt, ut lex abſtinē
tiæ oībus ſit aſſcripta temporibus. Siquidem ieiu-
Septēbri. nium uernum in quadrageſima, æſtiuum in Pentes
coſte, autūuale in menſe Iulio, hyemale aūt in hoc
q̄ eſt decimus, celebremus, intelligētes diuinis ni-
hil uacuum eſſe pręceptis, & uerbo dei ad eruditi-
onem noſtram oīa elementa ſeruire, dum p ipſius
mundi cardines quaſi per quatuor euangelia inceſ
ſabili tuba diſcimus, quod & pdicemus & agamus.
Pſalm.18 Dicente enim propheta: Cœli enarrāt gloriā dei,
& opera manuum eius annunciat firmamentum,
Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat ſci
entiam. Quid eſt quod nobis ueritas non loquit̄?
Ipſius uoces in die, ipſius audiūtur in nocte. Et pul
chritudo rerum unius dei opificio conditarum nō
deſinit cordis auribus magiſtram inſinuare ratio-
nem, ut inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intelle
ctu cōſpiciantur, & non creaturis, ſed creatori o-
mnium ſeruiatur. Cum ergo uniuerſa uitia per cō-
tinentiam deſtruantur, & quicqd auaritia ſitit, qc-
quid ſuperbia ambit, quicquid luxuria cōcupiſcit,
huius uirtutis ſoliditate ſuperetur, quis nō intelli-
gat quantum nobis præſidij per ieiunia confera-
tur? In quibus diſcitur, ut non ſolum à cibis, ſed eti
am ab omnibus carnalibus deſiderijs temprretur.
Alioquin ſuperfluum eſt ſuſcipere eſuriem, & ini
quam non deponere uoluntatem: reciſo affligi ci-
bo, & à concepto non reſilire peccato. Carnale eſt
non ſpirituale ieiunium, ubi ſoli corpori non parci
tur, & in his quæ omnibus delicijs nocentiora ſunt
permanetur. Quid prodeſt animæ foris agere qua-
ſi dominam & intus ſeruire captiuam? membris im
perare, & ius ꝓpriæ libertatis amittere? Et meri-
to plerunq; patitur ſamulam rebellantem, quæ nō
reddit domino debitam ſeruitutem. Leuians ergo
corpus ab eſcis, mens ieiunet à uitijs: & curās cupi
ditates terrenas, regis ſui lege dijudicet. Memine-
rit primā dilectiōem deo, ſecundam debere proxi
mo, omesq; affectus ſuos hac regula dirigēdos, ut
nec à cultu recedat dn̄i, nec ab utilitate conſerui.
Quomodo autem deus colitur, niſi quod ipſi pla-
cet, placeat & nobis, nec ab eius imperio noſter
unq̄ reſultet affectus? Quoniam ſi hoc quod ille
uult uolumus, ab illo ſumat infirmitas noſtra uirtu
Phil.2 tem, à quo ipſam accepimus uoluntatem. Deus em̄
eſt, ſicut Apoſtolus ait, qui operat̄ in nobis & uel-
le & perficere pro bona uolūtate. Nec ſuperbia ita
que homo inflabit̄, nec deſperatiōe frāgetur, ſi bo-
nis diuinitus datis in gloriam dantis utatur, & ab
his deſideria ſua reuocet, quæ ſibi nocitura cogno
ſcit. Abſtinens enim ab inuidię malignitate, à luxu
riæ diſſolutione, à perturbatione iracundię, à cupi
ditate uindictæ, purificabit̄ ueri ſanctificatione ie
iunij, & incorruptibiliū deliciarū uoluptate paſce-
tur, ut per uſum ſpiritualem etiam terrenas copias
in cœleſtem nouerit transferre ſubſtantiam, nō ſi-
bi condēdo quæ acceperit, ſed magis magisq; mul
tiplicando quod dederit. Vnde paternę charitatis
affectu dilectiōem ueſtram monemus, ut ieiunium
menſis decimi, fructuoſum uobis eleemoſynarum
largitate faciatis, gaudentes quod per uos Dn̄s
paupes ſuos paſcit & ueſtit, qbus utiq; poſſet eas
quas uobis contulit tribuere facultates, niſi per in-
effabilem miſericordiam ſuā, & illos iuſtificare uel
let de patiētia laboris, & uos de opere charitatis.
Quarta igit̄ & ſexta feria ieiunemus, ſabbato au-
tem apud beatiſſimum Petrum apoſtolum uigilias
celebremus, qui & orationes, & ieiunia, & eleemo
ſynas noſtras precibus ſuis dignabitur adiuuare, p
dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum pa-
tre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſecu-
lorum. Amen.

DE EADEM QVARTA FERIA
Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

Miſſus eſt, inquit, angelus Gabriel, qui Dei for
titudo interpretatur, ut dei ulrtutem, & dei
ſapientiam carnem ſuſcipere nunciaret. Sed
ubi miſſus eſt? In Nazareth ciuitatē Galilææ. Ad
quàm? Ad uirginem deſponſatam uiro cui nomen
erat Ioſeph de domo Dauid, de familia regali, de
ſtirpe nobili, & præ cæteris religioſa. Vbi enim ca
ſtitatis & munditiæ mater, niſi in Nazareth habi-
tare debuerat, quæ flos uel munditia interpretat̄?
Et nomen uirginis Maria. Dicitur enim Maria ſtella
maris, huius utique maris, de quo ſcriptū eſt: Hoc
mare magnum & ſpacioſum, illic reptilia quorum
non eſt numerus. Plures ſtellas habet cœlum, mare
unā, quæ præ illis omnibus clarior & meliorē. De
hac enim una ortus eſt ſol iuſtitię, cuius fulgore o-
mnia illuſtrantur. Quem, qui ſequitur, non ambu-
lat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Cuius igi-
tur fulgoris illam ſtellam eſſe putamus, quæ hunc
tantum talemq; ſolem pepererit mundo? *Et ingreſ
ſus angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus te-
cum, benedicta tu in mulieribus.* Non enim in plateis
erat, non in publico morabatur, intus erat, in pene
tralibus ſola ſedebat, nec tamen ſola tanto uirtutū
exercitu circunſcripta. *Aue*, Inquit angelus, *gratia
plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Non
fuit ſufficiens aue dixiſſe, addidit *Dominus tecum*, &
deinde eam benedixit, quaſi tribus uicibus ſub una
uoce eam ſalutans. Qua in re diligens obſequium
charitatis affectus & reuerentia declarantur. Sed
quis unquam tantam gratiam habuit quantam uir
go Maria? Alijs enim ad menſuram gratiæ dātur.
Hæc autem gratia plena dicitur. Conſidera modo
quantæ ante eam, quantæ poſt eā mulieres & uir-
gines fuerunt, hæc tamen ſola mater Domini fieri
meruit. Magna enim & ineffabilis gratia eſt, ut u-
na ex tantis millibus eligatur. Quæ cum gratia ple
na ſit, priuſquam & concipiat, poſt conceptionē,
quanta dei abundauit gratia quis cogitare poſſit?
Hæc autem ſola inter oēs mulieres benedicitur,
quę adhuc ſub antiquę prąuaricationis maledicti-
one tenebantur, ex quo primæ mulieri à Deo di-
ctum fuerat: Multiplicabo ærumnas tuas, & in do
lore paries filios Hac enim lege non tenetur uirgo
Maria, quę uirgo concepit, uirgo peperit, & ſine
dolore pariens, uirginitatis gloriam non amiſit.
Merito igitur in mulieribus benedicitur, per quā
mulieribus benedictio datur, & mundus à maledi-
ctionibus liberatur. *Quæ cum audiſſet turbata eſt in
ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.*
Turbata eſt, inquit, nō in uultu eius, ſed in ſermo-
ne eius. Non enim angelum, ſed uerbum angeli at-
tendebat, & quid illa tam officioſa ſalutatio ſibi p-
tenderet,

tenderet, cogitabat. Hoc autem angelus ſentiens, ait: *Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dominum.* Si uis audire quam gratiam: *Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum.* Hæc cauſa illius ſalutationis, hoc miſſus ſum nunciare tibi. Accedat timor, ceſſet cogitatio, eſto ſecura, nulla ſollicitudine mouearis: Hæc enim uerba non ſunt timoris, ſed gaudij. *Paries enim filium.* Nō utiq; aliū niſi oīm rerum creatorem & dominū. Creator tuus erit filius tuus, qui fecit te, naſcetur ex te. *Et uocabis nomen eius Ieſum.* Hoc enim nomen quicunque inuocauerit, ſaluus erit. In hoc nomine oē genu flectetur, cœleſtiū, terreſtrium & infernorum. De hoc ipſe dñs ait: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. hoc igitur in oībus orationibus uti debemus. In hoc nomine non petit ille, qui contra Dei diſpoſitionem, & contra ſuam uel aliorum ſalutem, petit. Imo uero qui aliter petit, contra hoc nomē petere non dubium eſt. Seqtur. *Hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur.* Ipſe enim qui ſecundum ſe ſemper magnus eſt, tunc apud homines magnus factus eſt, quādo ad hominibus eſt cognitus, quem Petrus Apoſtolus in perſona totius Eccleſiæ altiſſimi filium uocauit, dicens: Tu es filius Dei uiui. *Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Recipit enim Dominus à domino ſedem Dauid, ſecundum hoc quod filius Dauid. Regnat autem non ſolum in domo Dauid, id eſt, in tribu Iuda, uerum & in domo Iacob, id eſt in toto populo Iſrael. Per quod intelligitur, quod in eius regni exercitu omnes illi connumerantur, quicunq; Dauid & Iacob fidem & iuſtitiā imitantur. Hoc enim regnum æternū eſt. Hoc imperiū nō deficiet, q̄a regnabit dominus in æternū, & in ſeculum ſeculi. *Dixit aūt Maria ad angelū: Quomodo fiet iſtud, quoniā uirū nō cognoſco?* Non dubitat fieri, q̄d angelus promittit. Interrogat tantum q̄modo fiat, quoniam quamuis uirginem aliquando parituram audierat, quomodo tamen pareret, nō audierat. Dicit enim Eſaias: Ecce uirgo cōcipiet & pariet filium, quomodo tamen pariet non dicit. Quia igitur uirgo eſt, & uirum non cognoſcit, q̄modo pariat, & uirgo maneat, interrogat: quia nulli adhuc reuelatū erat. *Et reſpondens angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Hic eſt modus pariendi. ita cōcipies, ita paries, iam nihil eſt quod te ulterius interrogare oporteat. Spiritus enim ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi, quæ obumbrabit tibi & amplexabitur te, totamque intus & extra muniet te. Quod autem ait, *Spiritusſanctus ſuperueniet in te*, hoc expoſuit dicens, *& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Hęc enim uirtus communis eſt totius trinitatis. Tota enim trinitas unus Deus, & ipſe altiſſimus. Natus eſt igitur Chriſtus de Spiritu ſancto & Maria uirgine, id eſt, uirtute ſpiritusſancti, quę una communis eſt, patris & filij & ſpiritusſancti. Filius autem ſolius patris filius, & pater ſolius filij pater eſt. Hæc itaq; uirtus ſuperueniens obumbrauit Mariam, & ex duabus naturis Chriſtum dominum operata eſt. Sicut enim anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus. Quantum igitur ad humanitatem ſpectat, non ſolum à patre & ſpiritusſancto, uerum & à ſeipſo factus & creatus eſt filius. Quantum uero ad diuinitatem, nec factus, nec creatus eſt, ſed à patre ſolummodo genitus. *Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua.* Non ſolum inquit, in te uirtutis ſuæ miracula his temporibus operabitur Deus, uerum & in Elizabeth cognata tua, quam noſti. *Et hic menſis eſt ſextus illi quæ uocatur ſterilis, ut ſciat omnis, quia non erit impoſſibile apud Deum omne uerbum.* Quid ad hæc increduli Iudæi dicerent: Negant uirginem peperiſſe, neq; Euāgelio credere uolunt. Elizabeth tamen iam anum & ſterilem peperiſſe negare nō poſſunt. Vtrumq; mirabile eſt, utrumq; contra naturam factum, neutrum fieri poſſet, niſi ille mutaſſet naturam, cui nihil impoſſibile ē. Multa enī cōtra naturā fecit deus q̄ negare nō audet Iudæus. Virgā in ſerpentē, ſerpētē in uirgā mutauit: aquas in ſanguinē & ſanguinē in aquas cōuertit: mare aperitur, Manna pluit, aſinus loquit̄, petra fundit aquas, & Iordanis cōuertitur retrorſum. Sed quid dicam de uirga Aaron quę cum ſicca eſſet, ſub una nocte & frondes & flores & fructus germinauit? Virga ſicca nuces dare potuit, & uirgo parere non potuit? Vbique Deus operatur quicquid uult, & in matre tantummodo amiſit poteſtatem? *Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum uerbum tuum.* Auditis rationibus acquieuit, & acquieſcendo concepit. Ancilla, inquit, Domini ſum: non meæ, ſed illius ſum poteſtatis, fiat mihi ſecundum uerbum tuum, *& diſceſſit angelus ab ea.*

FERIA SEXTA QVATVOR temporum. Lucæ 1.

¶ In illo tempore, Exurgens Maria, abijt in montana cū feſtinatione in ciuitatem Iud, a & intrauit domū Zacharię, & ſalutauit Elizabeth. Et reliq. Homilia uenerabilis Bedę presbyteri.

Lectio ſancti euāgelij quam audiuimus, & redemptionis noſtrę nobis ſemper ueneranda primordia prędicat, & ſalutaria ſemper imitandæ humilitatis remedia cōmendat. Nam quia peſte ſuperbiæ attactum genus humanū perierat, decebat, ut medicamētū humilitatis q̄ ſanaret, prima mox incipiētis ſalutis tēpora prætenderent. Et quia per temeritatem ſeductæ mulieris mors in mundum introierat, congruū fuerat ut ad indiciū uitæ reuertentis, mulieres ſe deuotę humilitatis inuicem ac pietatis præuenirent obſequijs. Prior ergo nobis beata dei genitrix ad ſublimitatē patriæ cœleſtis iter oſdit humilitatis, nō minus religionis q̄ caſtitatis exēplo uenerabilis. Sigdē gloria uirginei & intemerati corporis, q̄lis ſit uita ſupnę ciuitatis, ad q̄ ſuſpiramus, inſinuat: ubi neq; nubent, neq; nubent̄, ſed ſunt ſicut angeli dei in cœlis. At uirtute mētis eximia q̄ ad hāc ptingere debeamus indicat. Nanq; ſicut pcedente ſancti euangelij lectione cognouimus, poſtquam angelica uiſiõe & allocutiõe meruit ſublimari, poſtquam ſe cœleſti onuſtandam partu didicit, nequaquam ſe de donis cœleſtibus quaſi à ſe eſſent extulit, ſed ut magis magisq; donis eſſet apta diuinis, in cuſtodia humilitatis greſſum mētis fixit, ita eius angelizanti ſibi archangelo reſpõdens: Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Vt ue- Matt. 22

ro ex hodierna lectiooe audiuimus, eandem quam
angelo exhibueras homilitatē, hominibus quoque
curauit exhibere, & (quod maioris eſt uirtutis) ſe.
etiam minoribus. Quis enim neſciat uirgioem deo
cōſecratam, muliere deo dedita gradū habere po
tiorem? Quis dubitat matrē regis æterni, iure ma
tri militis prēferendam? Attamen ipſa memor ſcri
Eccle. 3 pturæ pcipientis, Quāto magnus es, te io omnibus
humilia: mox ut aogelus q loquebatur ei, ad cœle-
ſtia rediit, ſurgit, ac montana conſcēdit: geſtansq;
in utero deum, ſeruorū dei habitacula petit, ac re-
quirit alloquia. Et apte poſt uiſionē angeli io mō-
tana ſubiit, quæ guſtata ſuauitate ſupernorum ciui
um, humilitatis greſſibus ad uirtutum alta ſe trāſ-
tulit. Intrat ergo domū Zachariæ, atq; Elizabeth
(quam ſeruum ac præcurſorem domini parituram
nouerat) ſalutat. noo quaſi dubia de oraculo quod
acceperat, ſed ut congratulatura de dono quod cō
ſeruam accepiſſe didicerat. Noo ut uerbum angeli
molleris atteſtatione psobaret, ſed ut mulieri pro
uectæ ætatis, uirgo iuuenculæ miniſterium ſedula
impenderes. ¶ *Vt autem audiuit ſalutationem Ma-*
Primitiæ præconij ſancti Iohannis. *riæ Elizabeth, exultauit infans in utero eius, & repleta*
eſt ſpirituſancto Elizabeth. Aperiente os ad ſalutan-
dum Beata Maria, repleta eſt mox ſpirituſancto
Elizabeth: eepletus eſt & Iohannes: atque uno e-
odemq; ſpiritu ambo edocti: illa ſalutantem quæ
eſſet agoouit, & ot matrem domini ſui debita cum
benedictione uenerata eſt: ille ipſum Dominum
eſſe q in utero uirglnis porsaret, intellexit: & qa
lingua necdum ualuit, animo exultante ſalutauit:
officiumq; ſuæ præcurſionis q̄ deuote, quàm liben
ter iuuenis eſſet impleturus: & antequā oaſceret,
adueniente dño quibus ualebat iodiciis intimauit.
Aderat nāq; tempus quo impleretur angeli ſermo
Luc. 1 quē dixerat, quia ſpirituſancto replebitur adhuc
ex utero matris ſuæ. ¶ *Repleta eſt ergo ſpirituſan-*
cto Elizabeth, & exclamauit uoce magna. Recte uoce
magoa, quia magna dei dona cognouit. Recte uo-
ce magna, quia illum quem ubiq; præſentem noue
rat, etiam corporaliter adeſſe ſentiebat. Magna e-
senim uoce, noo sam clamoſa q̄ deuota intelligen-
dum eſt. Neq; enim modicę uocis deuotione domi
num laudare ualebat, quæ ſpiritoſancto plena fla-
grabat: quæ & illum in utero geſtabat, quo in na-
tis mulierom maior nemo eſt: & eū aduenisse gau-
debat, q conceptus ex caroe matris uirgiois, filius
altiſſimi uocaretur & eſſet. ¶ *Exclamauit autem &*
Luc. 1 *dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus*
uentris tui. Benedicta tu ioter mulieres. Noo ſolū
benedicta inter mulieres, ſed inter mulieres bene-
dictas, maiori benedictione ſpecialiter ioſignis.
Benedictus fructus uētris tui. Nec ipſe gñrali ſan-
ctorum more benedictus, ſed ſicut Apoſtolus ait:
Rom. 9 Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecūdū car-
nem, qui eſt ſuper oīa deus benedictus in ſecula.
Pſal. 84 De huius orto fructus, pſalmiſta myſtico ſermone
teſtatur, dicēs: Eteni dominus dabit benignitatē,
& terra noſtra dabit fructū ſuū. Dedit quippe do-
minus benignitatem: quia genus humanom à rea-
tu præuaricationis per uoigenitum ſuum liberare
diſpoſuit. Dedit benigoitatem: quia eius ingreſſui
uirginalis uteri templū ſpūſanctī gratia conſecra
uit. Et terra noſtra dedit fructum ſuum, quia eadē
uirgo q̄ de terra corpus habuerat, filiū geouit, di-
uinitate quidē deo patri coæqualē, ſed ſibi carnis
Iſai. 4 ueritate cōſubſtātialem. De hoc & Iſaias humaoæ
redemptionis tēpus intuēs, ait: In die illa erit ger-
men dñi in magoificētia & gloria, & fructus terrę
ſublimis. Germeo nanq; dñi fuit in magnificētia & Vaticiniū Iſaiæ enarratur.
gloria, cum ſempiternus dei filios io carne tempo-
raliter apparens, magnitudine uirtutū cœleſtiom
mūdo clarus effulſit. Fructus quoq; terrę ſublimis
effectus eſt, quaodo carnem quam de noſtra natu-
ra mortalē ſuſceperat deus, uirtutis reſurrectiōis
immortalem iam redditā ad cœlos ſubleuauit. Re-
cte ergo dicitur: Bñdicta tu ioter mulieres, & be-
nedictus fructus uentris tui. Bñdicta eſt enī incō-
parabiliter, quę & diuioi germinis ſuſcepit gloriā,
& coronam integritatis ſeruauit. Benedicta inter
mulieres, p cuius partum uirgineū à natis mulierū
maledictio primæ matris excluſa eſt. Benedictus
fructus uētris illius, per quem & ſemen incorru-
ptioois & ſuperoæ hęreditatis, quā perdidimus in
Adam, fructum recepimus. Et uere ac ſiogulariter
benedictus, qui non noſtro more poſtq̄ natus eſt,
gratiā à dño benedictiōis percepit, ſed ipſe ad ſal
uandum mundum benedictus uenit in oomine do-
mini. ¶ *Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei*
ad me? O quanta in prophetiſſæ mente humilitas: Iſaī. ult.
q̄ oerus ſermo domini quem dixis, Super quem re-
quieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quie-
tum, & trementem uerba mea? Matrem quidē dñi
quę ad ſe uenerat, mox ot uidit, eſſe cognouis: ſed
nihilio ſe talis meriti reperiēs, q̄ digna fieret à tā-
ta hoſpite uiſitari. Vnde hoc mihi, inquit, ut mater
dōi mei ueniat ad me? Quia oimirū ipſe ſpūs, qui ei
pphetię donū cōtulit, munus pariter humilitatis
pſtitit. Prophetico repleta ſpū, genitricē ad ſe ad-
uentaſſe ſaluatoris intellexit: ſed humilitatis ſpiri-
to circunſpecta, minus dignam ſe eius aduentu de-
preheodit. ¶ *Ecce enim ut facta eſt uox ſalutationis*
tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero
meo. Intellexit Elizabeth eodem q̄ impleta erat ſpi-
ritu reuelante, qd illa exultatio ſui ſignificaret in-
fantis, hoc eſt, illius ueoiſſe matrem, cuius ipſe prę-
curſor ac demōſtrator eſſet futurus. En q̄ mirāda,
q̄ cita ſanctiſpiritus operatio. Nulla quippe in di-
ſcendo mora eſt, ubi ſpūſanctus doctor adeſt. Et
uno eodemq; momento cū uoce ſalutātis, gaudiū
naſcitur ioſantis: quia dum oox ad aures ueoit cor-
porales, uirtus ſpūalis cor intrauit audiētis: oec ſo-
lum genitricem, ſed & ſobolem amore dei aduenie-
entis accendit. Vnde mox eadem pcurſoris dñi ge
nitrix, ea q̄ in occulto cogoouerat, his q ſimol ade-
raot & audiebāt, palam euangelizare curauit. Nā
ſubdit: ¶ *Et beata quæ credidit, quoniā perficiētur in*
eā quæ dicta ſunt ei à domino. Nā & hoc q̄q; p ſpūm
didicit Elizabeth, quæ angelus ad Mariā uerba p-
tulerit: q̄d illa mox euangelizanti crediderit: q̄d
hæc diuina opāote poteotia abſq; ulla eſſent dubi-
etate cōplenda. Mirūq; in modū idē ſpūs eam cum
repleuis, pſentiū, ſimul præteritorum & futurorū
ſcientia inſtruxit. De præſeotibus nanq; ſe edoctā
mōſtrauit, cum beatā Mariam matrem dñi ſui uo-
cans, qui redemptorē humani generis in otero ge-
ſtaret indicauit. Vnde etiam fructum uentris eius
ſingulariter bñdictum eſſe profeſſa eſt. Præterito-
rum ſe notitiam accepiſſe ſignificauit, quæ & uer
ba angeli ad Mariam, & cooſenſum Mariæ creden-
tis ſibi inootuiſſe prodidit. Sed & futurorū ſciētiā
ſibi noo negatam intimauit, cum pficienda à dōo.
quę ei dicta eſſent, apuit. Quis aūt fratres mei dice
re, quis æſtimare ſufficiat, quę tunc grā ſancti ſpūs
dei genitricē repleuerit, cū tanta io matre pcurſo
ris lux dooi cœleſtis emicuit? Verū audiamus uer-
ba

6

ba ꝙ dixit,ſi forte ex his ualeamus aliquantulũ di-
gnoſcere quid intus habuerit. Audita ergo reſpõ
ſione Elizabeth,qua eam beatam inter mulieres p̃
dicauit matrem dñi ſui cognouit,fide fortem lau-
dauit,ad cuius ingreſſum ſeipſam cum filio ſpiri-
tuſancto repletam eſſe ſignificauit,nõ amplius ta
cere potuit, dona quæ perceperat,ſed quæ ſemp̃
animo gerebat,ubi aptum tempus inuenit, etiam
deuota oris ꝓfeſſione patefecit. Nanq; ut uirgina
lem decebat pudorẽ,acceptũ diuinitus oraculum,
aliquandiu ſilentio tegebat:arcanum myſterij cœ-
leſtis in ſui pectoris abdito uenerabatur occultũ:
expectabat reuerenter donec ipſe donorum diſtri
butor,qd ſibi doni ſpecialis tribuiſſet, quid ſecreti
reuelaſſet,quãdocunq; uellet oſtenderet. At poſtꝙ
ea quæ ſibi erãt chariſmata præſtita, ꝑ alius ſpiri
tu reuelãte eſſe patefacta cernebat, mox ipſa etiã
Cantici uirginei expoſitio thesaurũ cœli,quẽ in corde ſeruabat aperuit. Ait
ergo: ¶ *Magnificat anima mea dominum, & exulta-*
uit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Quibus profecto
uerbis primo dona ſibi ſpecialiter conceſſa confi-
tetur. deinde generalia dei beneficia,quibus gene-
ri humano in æternum conſulere non deſinit,enu-
merat. Eius autem anima dominum magnificat, q
omĩs interioris hominis ſui affectus diuinis laudi-
bus ac ſeruitijs mãcipat:qui obſeruantia pręcepto-
rum dei,ſemper eius potentiam maieſtatis ſe cogi
tare demonſtrat. Eius ſpũs in deo ſalutari ſuo ex-
ultat, quem nihil in terrenis libet, nulla caducarũ
rerum affluentia emollit,nulla aduerſitas frangit,
ſed ſola illius à quo ſalus ſperatur æterna, ſui cõdi
toris memoria delectat. Quæ cum omnibus perfe
ctis uerba conueniant,maxime tamen ea beatã dei
genitricẽ proferre decebat,quæ meriti priuilegio
ſingularis,ſpirituali ipſius dilectiõe flagrabat, cui
us corporali conceptione gaudebat. Quæ iure in
ſalutari Ieſu,id eſt,in * ſaluatore ſuo ſpeciali p̃ cæteris ſan
ctis gaudio potuit exultare:quia quem perpetuũ
ſalutis autorem nouerat,hunc ipſum & temporali
ortu de carne ſua naſciturũ eſſe ſciebat, quatenus
in una eademq; pſona ueraciter & ſuus filius eſſet
& dominus. Quæ ſequentibus quoq; uerbis ꝙ uilia
de ſeipſa ſenſerit edocet,& quod om̃e qcquid bo-
ni meriti habuit,hoc ſuperna gratia largiente pce
perit, dicens: ¶ *Quia reſpexit humilitatem ancillæ*
ſuæ:ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generati-
ones. Humilem quippe Chriſti ancillã ſuo iudicio
ſe fuiſſe demonſtrat: ſed reſpectu gratiæ cœleſtis
repente ſublimatam pronunciat, atq; intantũ glo
rificatã,ut ſua beatitudo præcipua,merito cũcta-
rum gentium uoce miretur. Addidit etiam adhuc
diuinæ pietatis munera,quæ mirabiliter accepit,
digna gratiarum actione collaudans. ¶ *Quia fecit*
mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Ni-
hil ergo ſuis meritis tribuit,quæ totam ſuam ma-
gnitudinẽ ad illius donum refert, qui eſſentialiter
potẽs & magn9 exiſtẽs,fideles ſuos de paruis atq;
Deus ꝑ motor humilium infirmis,fortes facere conſueuit & magnos. Bene
autem addidit,& ſanctum nomẽ eius,ut admone-
ret audientes,imo omnes ad quos eius uerba per-
uenirent,inſtrueret ad fidem & inuocationẽ eiuſ-
dem nominis aduolare,quatenus & ipſi ſanctitatis
æternę & ſalutis uerę poſſent eſſe participes,iuxta
Iohel.2 illud propheticum: Et erit,omnis quicunq; inuo-
cauerit nomen dñi,ſaluus erit. Ipſum eſt enim no-
mẽ de quo ſupra ait,Et exultauit ſpiritus meus in
deo ſalutari meo. Vnde adhuc aptius addidit: ¶ *Et*
miſericordia eius a progenie in progenies timentibus e-
um. Progenies autem & progenies,uel utriuſq; po
puli,Iudęi uidelicet & gentilis appellat, uel certe
oĩm per orbem nationum quas in Chriſtũ credi-
turas eſſe p̃uidebat,quia ſicut Petrus ait,Nõ eſt ꝑ- Acto.10
ſonarum acceptor deus,ſed in omni gente q timet
eum,& operatur iuſtitiam,acceptus eſt illi. Conci
nit aũt his beatæ Marię uerbis,ipſius dñi ſermo,ꝙ
non tantum matrẽ quæ ſe corporaliter meruit ge
nerare,ſed & omnes qui ſua præcepta ſeruarẽt,ꝓ-
nunciauit eſſe beatos. Cum enim docente illo po-
pulum quodam loco,& miracula faciẽte,oẽs ſapi-
entiam eius ac uirtutes mirarẽtur,extollens uocẽ
quædam mulier de turba,dixit illi: Beatus uẽter q Luc.11
te portauit,& ubera quæ ſuxiſti. At ille ueritati
teſtimoniũ prolatum libenter accipiens,continuo
reſpondit: Beati qui audiunt uerbum dei,& cuſto- Ibidem.
diunt illud. ut ipſa quoq; mulier, imo uniuerſi qui
audiebant,ſe beatos fore cõſiderent,ſi diuinis uel-
lent obtẽperare mãdatis. Ac ſi aperte dicat, Quã- Preconium uteri uirginei.
uis ſingulare priuilegiũ beatitudinis habeat, quæ
filiũ dei incarnatũ uirgo in utero geſtare, parere,
ac nutrire digna facta eſt, præcipuum tñ in eadẽ
uita perpetuæ beatitudinis locum & ipſi ſunt habi
turi,qui eius fidem ac dilectionem caſto in corde
cõcipiunt, qui ſedula in mente præceptorum eius
memoriam portant,qui hanc & in mẽte proximo-
rum ſolerti exhortatione nutrire ſatagũt. Verum
qa uenerabilis dei genitrix miſericordiã eius om-
nibus ꝑ orbẽ qui eũ timerẽt,affuturã eſſe perdocu
it,reſtat ut etiam ſuperbi & contemnentes moni-
ta ueritatis,quid mereantur inſinuet. ¶ *Fecit in-*
quit,potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos men-
te cordis ſui. In brachio ſuo,in ditione propriæ uir-
tutis ſignificat. Non enĩ alieno ad operandũ indi-
get auxilio,cui,ſicut ſcriptũ eſt, ſubeſt cũ uoluerit
poſſe. Quod ad diſtinctionẽ noſtræ bonæ operati-
onis dicit,qui non in noſtræ uiribus libertatis,ſed
in deo facimus uirtutem. & ſicut aliàs ſcriptum ẽ.
Et brachiũ eorũ non ſaluabit eos,ſed dextera tua Pſal.43
& brachium tuũ, & illuminatio uultus tui. Diſper
ſit aũt ſuperbos mente cordis ſui,quia initium oĩs
peccati ſuperbia,ob cuius meritũ dñs genus huma
num à ſtabili habitatione patrię cœleſtis eijciens,
in huius peregrinationem exilij lõge lateq; diſpu-
lit. ſed & his qui in peccatis perdurare non timẽt,
grauiorem futuræ depoſitionis uindictam reſer-
uauit. ¶ *Depoſuit potentes de ſede.* Eoſdem poten-
tes appellat,quos ante dixerat ſuperbos. Qui ideo
nimirum ſuperbi uocantur,quia ſupra menſurã ſe
ſuæ conditionis extollunt. Potentes autem, nõ qa
uere potẽtes ſunt,ſed quia cõfidẽtes in uirtute ſua,
conditoris auxilium quęrere detrectãt. Illi aũt ue
re potentes ſunt,qui dicere cum Apoſtolo norunt:
Omnia poſſumus in eo qui nos confortat,dño Ieſu Philip.4
Chriſto. De qualibus ſcriptũ eſt,Deus potẽtes nõ Iob.36
abijcit,cũ & ipſe ſit potens. ¶ *Depoſuit ergo poten-*
tes de ſede, & exaltauit humiles. Quia omnis qui ſe e-
xaltat,humiliabitur,& qui ſe humiliat, exaltabit. Luc.18
Quanuis etiam ita recte poſſit intelligi, quod nõ-
nunꝙ illi ipſi qui merito ſuæ elationis à dño fuerãt
deiecti,denuo miſerãte illo ad humilitatis gratiã
redeant,ſicq; merito deuotæ humilitatis erigãtur
ad gloriam. Deniq; Saulus ob ſuperbiã de ſede do
ctrinę legalis depoſitus eſt,ſed mox ob humilitatis
ſubiectionem ad euangelizandum Chriſti fidẽ le-
uatus. ¶ *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit*
inanes. Quia æterna bona perfecte nunc eſuriunt,
atq; ad hæc appetẽda infatigabili operũ iuſtorum

 inſtan-

deteriora procliui. Corrumperetur carnali deſiderio, niſi ſpirituali muniretur auxilio: quia ſicut illi nunquam deeſt unde certet, ita ſemp oreſto eſt
1.Cor.10 unde ſubſiſtat, dicente Apoſtolo: Fidelis dñs q nō patief uos tētari ſup id qđ poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentū, ut poſſitis ſuſtinere. Quāuis ergo dñs ꝓtegat bellatores & milites ſuos, ille q potēs eſt in ꝓlio, & cohortef & dicat: Noli
Iohan.16 te timere, quia ego uici mundū: ſciendum tamen eſt dilectiſſimi, hoc incitamento formidinem ſublatam eſſe, non pugnam, & retuſo aculeo timoris, cauſam manere certaminis, quod ab hoſte uerſuto terribiliter quidē furore pſecutiõnis mouetur, ſed innocentibus ſpes pacis infertur. Vbi enim inaptio ſunt pugnæ, in manifeſto ſunt & coronæ: & hoc ipſum alit atq; accendit patientiæ fortitudinē, qđ ſicut ꝓxima ē tribulatio, ita eſt & uicina ꝓmiſſio. Ceſſantibus uero publicis impugnationibus impiorum, & à cædibus ſe ac ſupplicijs fidelium diabolo continente, ne pertinacia crudelitatē, multiplicatio noſtrorū fieret triūphorū, fremens aduerſarius cruentas inimicitias ad quietas conuertit inſidias, ut quos uincere fame & gelu ferro, flāmiſq; non poterat, ocio tepeſaceret, cupiditatibus irri-
Pugna ſpiritalis apparatus. taret, ambitione inflāmaret, uoluptate corrūperet. Sed his atq; alijs omnibus deſtruendis habet Chriſtiana acies potētes munitiões, & arma uictricia, dum inſtruere milites ſuos ſpiritu ueritatis, manſuetudo iram, largitas auaritiam, benignitas extinguit inuidiam. Commutante ergo dextera excelſi corda multorum, tedꝫ in nouitatem uetuſtas, de famulis iniquitatis miniſtri prodiere iuſtitię. Subegit luxuriam continentia, humilitas arrogātiam propulſauit. Et qui impudicitia ſorduerant, caſtitate nituerunt. His autem cõuerſionibus dilectiſſimi per prouidentiam gratiæ dei addita ſunt ſancta ieiunia, quæ in quibuſdam diebus ab uniuerſa eccleſia deuotionem obſeruantiæ generaliter exigerent. Quamuis enim pulchrum ſit atq; laudabile, ut ſingula quæq; membra corporis Chriſti, proprijs ornentur officijs, excellentioris tamē eſt actionis, ſacratioriſq; uirtutis, cum in unum propoſitū piæ plebis corda concurrunt, ut ille cui ſanctificatio noſtra ſupplicium eſt, non ſolum à parte, ſed etiam à ſoliditate ſuperetur. Cui nūc operi dilectiſſimi decimus menſis offertur, admonēs quod amodo pro qualitate temporis ſui, ne quiſquam frigore inſidelitatis obtorpeat, ſed potius charitatis ſpiritu cõualeſcat: quoniam & per ipſa elementa mūdi, tam quam per publicas paginas, ſignificationem diuinæ uolūtatis accipimus: nec unquam ceſſat ſuperna eruditio, quando etiam de his quæ nobis famulantur, imbuimur. Præter illam nanq; apoſtolicā ſententiam qua homines fructu pietatis carentes, ua cuis arboribus comparantur, etiam illa ficus nobis
Matt.21 canenda eſt de ſuæ infœcūditatis exemplo, quam dominus Ieſus, ſicut in euangelio refertur, nihil habentē quod eſuriens ſumeret, ꝑpetua ſterilitate damnauit: ut intelligeremus, quoniam qui eſuriētem non reſouet, illi denegat cibum, qui quod pauperi
Matt.25 eſt datū, ſibi dixit impenſum. Et huius maledictionis arbores erūt, quibus à iudicāte dicetur: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, quem parauit pať meus diabolo & angelis eius. Eſuriui enī & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere. Quæ ideo ſingula recolunur, ut animaduertamus nō futurum extra miſericordiā qui uel partem horum operū fuerit executus. Anima enim neminem iuuans, erit arbor non habens poma, cum totius pietatis inurnitur aliena. Decimi ergo menſis ieiunium, quod hyemalis eſt temporis, ad agriculturā nos myſticā uocat, qua ſegetum & palmitum atq; arborum uires, quibus humana ſuſtentatur infirmitas, ſpiritualibus ſtudijs excolātur, ut dominicus ager ſuis ditetur diuitijs, & quem nunquam expedit eſſe ſine fructu, de propria fiat hubertate fœcundior. Quod utiq; intelligit ſanctitas ueſtra ad totius eccleſię pſectos eſſe referendum, quorum in fide germen eſt, in ſpe incrementū, in charitate maturitas, quia caſtigatio corporis, & inſtantia orationis, tūc ueram obtinēt Luc.11
puritatem cum eleemoſynarum ſanctificatione niituntur, dicente domino: Date eleemoſynam, & ecce omnia mūda ſunt uobis. Quarta igitur & ſexta ſabbati ieiunemus. Sabbato autē apud beatiſſimū Petrum apoſtolum uigilias celebremus, per Chriſtum dñm noſtrum Amen.

DE EADEM FERIA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

Virgo Deo plena ad montana conſcēdit, ſuperiora petit, iam non in terris, ſed in cœlis mente habitat & ſpiritu conuerſať. Feſtinat, properat, nihil negligenter agit, domū religioſam ingreditur, iuſtam copulam & ſine q̄rela incedentem uidere deſiderat, ſuæque humilitatis & manſuetudinis ſigna manifeſtat. Maria ad Elizabeth, Chriſtus ad Iohannem: domina ad ancillam, ad ſeruum Dominus uenire non dedignatur. Hoc enim quid aliud eſt, quam humilitatis exemplū? *Et factum eſt ut audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultauit in gaudio infans in utero eius.* Dic infans, dic ꝓphetarum omnium maxime, qui digne ſatis non propheta, ſed pluſquam propheta uocaberis, unde tibi hæc exultatio? Nondum natus es, & ꝓphetas: matrem Domini in uoce cognoſcis: quam, quia rec ſalutare non potes, exultando agis qđ potes. Quã lętus ei occurreres, ſi iam natus eam uideres, cuius uoce audita exultando obuiā exire conaris. *Et repleta eſt ſpiritu ſancto Elizabeth, & exclamauit uoce magna & dixit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uētris tui.* Prius filius, deinde mater per filium repletur ſpiritu ſancto: filius intus latens docet quid mater exterius agere debeat. Quaſi enim magna ui Elizabeth interius cõmota, non ſolū uirginem reſalutauit, uerū & uoce magna clamauit, dicens: *Benedicta tu inter mulieres.* Ad ipſam enī eadē uerba & angelus ait: ab omnibus benedicitur, qui omni benedictione digna habetur. *Et benedictus fructus uentris tui.* Benedicta arbor, bñdictus & arboris fructus. Benedicta de radice Ieſſe, bene dictus & flos, qui de tali radice aſcendit. Bñdicta talis mater, benedictus filius talis. *Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me?* Neque ſanctitas, neque religio, neque nobilitas aliqua hoc mihi præſtitit, ut tanto honore, tantaque beatitudine digna fierē. Ego potius debui ire ad te, ſed tua, tuique filij humilitas te coegit uenire ad me. *Ecce enim ut facta eſt uox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo.* In aduentu, inq̄t, tuo, non ſolū ego, ſed & filius meus gratulať, in tua ſalutatiõe lętatur, & q̄ uoce non poteſt, gaudio fatur. *Et beata quæ credidiſti, quoniā perficientur ea quæ dicta ſunt tibi a Domino.* Quę ſunt enim q̄ dicta ſunt ei à Dño, niſi illa q̄ ſuperius angelus ait:

Ecce concipies et paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum. Et paulo poſt: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et ait Maria: magnificat aīa mea dominū.* Aīa, inqt, mea, mens mea, uirtus mea, oīsq; intelligentia & conſcientia mea, magnificat Dominum, laudat, benedicit & prædicat. Dominum enim magnificat, qui Domini magnificentiam prædicat. Magnificat autem & ille Dominum, in cuius bonitate magnificatᷣ & laudatᷣ dn̄s. Sic enī in diſcipulis magiſtri, ſic in opibus ſuis ſinguli artifices laudātᷣ & magnificātur. *Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo.* Modo, inquit, anima mea Dn̄m magnificat, modo eius magnificentiam, (de qua ſcriptum eſt, exaltata eſt magnificentia tua ſuper cœlos Deus) cūctis gētibus manifeſtat, in quo ſemper exultauit, in quo ſemper delectata eſt, quem ſemper dilexit, cunctisque uiribus adhæſit, & cuius ſeruituti ſe per omnia ſubiugauit. Et hoc merito. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Adquem enim reſpicit Deus, niſi ſuper humilem & quietum & trementē ſermones eius? *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Vera eſt prophetia quam ueritatis mater de ſeipſa prophetauit. Nulla enim ex eo tempore generatio fuit, quæ eius beatitudinē nō prædicauit. Semper eius beatitudinem eccleſia concinit, in qua ſimul omnes generationes continentur. *Quia fecit mihi magna qui potens eſt,* imo q omnipotens eſt. Vere utiq; magna, & tam magna, quàm magna nulli, inquā, alij & fecit, & facturus eſt. Ex ea carnem ſuſcepit, & cœli terræq; dominā & reginam eam cōſtituit. Magna enim fecit hæc: *Et ſanctum nomen eius.* Quia nulli in uanum ſuſcipere licet in quo baptizamur & cōſignamur, in quo ſanctificamur, & Chriſtiani uocamur. *Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.* Eius enim miſericordia non in una progenie eſt, non in Iudæo tantū Deus, ſed à progenie in progenies dilatatur, creſcit, cūctis ſubueniens timentibus eum. *Fecit potentiam in brachio ſuo.* præterito pro futuro utitur. Fecit enim potentiā Dn̄s in brachio ſuo, id eſt in uirtute & fortitudine ſua, quia diabolum uicit, infernū expoliauit, & ſanctorum animas ſecū ad cœleſtia uexit. *Diſperſit ſuperbos mētes cordis ſui,* mēte nāq; cordis ſui i. ſcd'm uoluntatē ſuam, ſuperbos Iudæos ubiq; terrarū dn̄s diſpſit, & cūctis nationibus ſubiugauit. Vnde Pſalmiſta: Diſperge illos, inquit, in uirtute tua, & deſtrue eos ꝓtector meus domine. De quibus adhuc ſubditur: *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles,* in gloriā ſcilicet promiſſam exaltans gentiles. Hoc enim Dominus ſemper agit. Omnis enim qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitᷣ. *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.* Eſurientes erant gentiles, qui cœleſtium mandatorum dulcedinem non guſtauerāt, diuites Iudæi, qui legis & prophetarum diuitijs abundabant. illos autem ſpiritualibus bonis impleuit, hos uero inanes & ſpiritualis intelligentiæ uacuos abire permiſit. Huic autem & illa conueniunt quæ alibi Dominus ait: Beati q eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Et uæ uobis diuites, qui habetis conſolationem ueſtram. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros,* id eſt, Abrahā & ſemini eius locutus fuerat. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum.* Suſcepit enim, recōciliauit, tenuit, & in patriam & promiſſam hæreditatem induxit. Puerum utique Iſrael, non autem ſedem Iſrael. i. nō ueteris, ſed noui teſtamēti ſectatores. *Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam.* Decebat enim ut ſimul manerent, quatenus in illo paruo tēporis ſpacio, & Elizabeth à Maria, & Ioannes à Chriſto doceretur. Libet nunc intueri quantas tunc Zacharias & quantas Elizabeth lachrymas fuderint, quando uirgo Maria receſſit inde, quando in gaudium & ſtella maris in domum ſuam reuerſa eſt. Ioannes quoq; quamuis adhuc in matris utero clauſus, in eius diſceſſu non parum doluit, qui in illius aduentu tanto gaudio exultauit.

SABBATO. Luc. iij.

¶ Anno xv. Imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilatio Iudæam, tetrarcha aūt Galilææ Herode, Philippo aūt fratre eius tetrarcha Iturex & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha, factum eſt uerbum Dn̄i ſuper Iohannē̄m Zachariæ filiū in deſerto. Et reliqua. Homilia Beati Gregorij pāpæ.

REdemptoris præcurſor quo tempore prædicationis officium acceperit, memorato Romanæ reipublicæ principe, & Iudææ regibus, deſignatur, cum dicitur: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autē Galilææ Herode, Philippo aūt fratre eius Tetrarcha Itureæ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub prīcipibus ſacerdotū Anna & Caipha, factū ē uerbū dn̄i ſup Iohānem Zachariæ filiū in deſerto. Quia eīn illum prædicare ueniebat, qui ex Iudæa quoſdam, & multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentiū & principes Iudæorum, prædicationis eius tempora deſignantur. Quia autem gētilitas colligenda erat, & Iudæa pro culpa perfidiæ diſpergenda, ipſa quoq; deſcriptio terreni principatus oſtēdit, qm̄ & in Romana republica unus præfuiſſe deſcribitur, & in Iudææ regno per quartā partem plurimi principabantur. Voce etenim noſtri redemptoris dicitur: Omne regnū in ſeipſum diuiſum, deſolabitur. Luc. xi Liquet ergo q̄d ad finem regni Iudæa peruenerat q̄ tot regibus diuiſa ſubiacebat. Apte quoq; nō ſolū quibus ſub regibus, ſed etiam quibus ſacerdotibus actum ſit demonſtratur, ut quia illum Iohānes baptiſta prædicaret, qui ſimul rex & ſacerdos exiſteret, Lucas euangeliſta prædicationis eius tempora per regnum & ſacerdotium deſignauit. ¶ *Et uenit in omnem regionem Iordanis prædicans, baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Cunctis legentibus liquet, quia Iohannes baptiſmum pœnitentiæ non ſolum prædicauit, uerumetiam quibuſdam dedit, ſed tamen baptiſmum ſuum in remiſſionem peccatorum dare non potuit. Remiſſio enim peccatorum, in ſolo nobis baptiſmate Chriſti tribuitur. Notandum itaq; quod dicitur, Prædicans baptiſmum pœnitētiæ in remiſſionem peccatorum, q̄niā baptiſmū quod peccata ſolueret, (quia dare nō poterat) prædicabat: ut ſicut incarnatum uerbū patris ꝑcurrebat uerbo ꝑdicationis, ita baptiſmū pœnitentiæ, quo peccata ſoluūtur, præcurreret ſuo baptiſmate, quo peccata ſolui non poſſunt, ut quia ſermo eius præcurrebat præſentiam redēptoris, ipſum quoq; eius baptiſma ꝑcedēdo, fieret umbra ueritatis. Sequitur: ¶ *Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonum*

Iſa. 40 *monum Iſaiæ prophetæ: Vox clamantis in deſerto, para-*
te uiam Domini, rectas facite ſemitas eius. Idem uero
Iohannes baptiſta requiſitus quis eſſet, reſpondit,
dicẽs: Ego uox clamantis in deſerto. Qui ſicut an-
te nos dictum eſt, ideo uox à propheta uocatus ẽ,
quia uerbum præibat. Quid autem clamaret, ape-
ritur cum ſubditur, Parate uiam domini, rectas fa-
cite ſemitas eius. Omnis qui fidem rectam & bo-
na opera prædicat, quid aliud quàm uenienti do-
mino ad corda audientium uiam parat? ut hæc uis
gratiæ penetret, lumẽ ueritatis illuſtret, ut rectas
domino ſemitas faciat, dum mundas in animo co-
gitationes per ſermonem bonæ prędicationis for-
mat. ¶ *Omnis uallis implebitur, & omnis mons & col-*
lis humiliabitur. Quid hoc loco uallium nomine, ni-
ſi humiles: quid montium & collium, niſi ſuperbi
homines deſignantur? In aduentu ergo redempto-
ris ualles impletæ, montes uero & colles humilia-
Luc. 3 ti ſunt, quia iuxta eius uocem, Omnis qui ſe exal-
tat, humiliabitur: & q ſe humiliat, exaltabitur. Val-
lis etenim impleta creſcit, mons autem & collis hu-
miliatus decreſcit: quia nimirum in fide mediato-
ris dei & hominum hominis Ieſu Chriſti, & genti-
litas plenitudinem gratiæ accepit, & Iudæa p er-
rorem perfidiæ hoc unde tumebat perdidit. Omis
Pſal. 103 enim uallis implebitur, quia corda humilium ſacrę
doctrinæ eloquio uirtutum gratia replebuntur,
Pſal. 64 iuxta hoc quod ſcriptum eſt: Qui emittit fontes
in conuallibus. Et inde rurſum dicitur. Et conual-
les abundant frumento. A montibus nanque aqua
delabitur, quia ſuperbas mẽtes ueritatis doctrina
deſerit. Sed fontes in conuallibus ſurgunt, quia
mentes humilium uerbum prædicationis accipi-
unt. Iam uidemus, iam conualles frumento abun-
dare conſpicimus, quia illorum ora pabulo ueri-
tatis impleta ſunt, qui mites & ſimplices huic mũdo
deſpicabiles eſſe uidebantur. Ipſum quoq Iohan-
nem baptiſtam, quia mira ſanctitate præditum po-
pulus uiderat illũ, hunc eſſe ſingulariter celſum ac
Mich. 3 ſolidum montem credebat, de quo ſcriptum eſt: In
nouiſſimis diebus erit mons domus domini prępa-
ratus in uertice montium. Nam hũc eſſe Chriſtum
putabat, ſicut per euangelium dicitur: Exiſtimãte
autem populo, & cogitantibus omnibus in cordi-
bus ſuis de Iohãne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus, quẽ
Iohan. 1 & requirebant, dicentes: Nunquid Chriſtus es tu?
Sed niſi idem Iohannes apud ſe uallis eſſet, reple-
tus gratię ſpiritu non fuiſſet. Qui ut hoc quod erat
Ibidem. oſtenderet dixit: Venit fortior me poſt me, cuius
non ſum dignus ſoluere corrigiã calceamẽti eius.
Iohan. 3 Et rurſus ait: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Ami-
cus autem ſpõſi qui ſtat & audit eum, gaudio gau-
det propter uocem ſponſi. Hoc autem gaudium
meum impletum eſt. Illum oportet creſcere, me
aũt minui. Ecce cum pro mira operatione uirtutũ
talis eſſet, ut Chriſtus eſſe crederetur, nõ ſolũ Chri-
ſtum nõ ſe eſſe reſpondit, ſed etiam corrigiam cal-
ceamenti eius ſoluere, id eſt, incarnatiõis eius my-
ſterium perſcrutari non ſe dignum eſſe perhibuit.
Eius eſſe ſponſam eccleſiam credebãt, qui hunc qa
Chriſtus eſſet putabant. Sed ait, qui habet ſpon-
ſam, ſpõſus eſt. Ac ſi diceret: Ego ſponſus nõ ſum,
ſed amicus ſponſi ſum. Nec propter uocem ſuam,
ſed in uoce ſponſi gaudere ſe perhibebat, quia non
ideo lætabatur in corde, quoniam à populis humi-
liter audiebatur loquens, ſed quia ipſe uocem ue-
ritatis audiebat intus, ut loqueret foras. Quod be-
ne gaudium impletũ dicit, quia quiſquis de ſua uo-
ce gaudet, plenum gaudium non habet. A quo & Secretum Euãgelii aperitur.
ſubditur: Illum oportet creſcere, me autem mi-
nui. Qua in re quærendum eſt, in quo creuit Chri-
ſtus, in quo minutus eſt Iohannes, niſi quod popu-
lus Iohannis abſtinentiam uidens, remotum nunc
ab hominibus eſſe conſpiciens, eum Chriſtum eſſe
putabat. Chriſtum uero cum publicanis comeden-
tem, inter peccatores ambulantem intuens, eum
non Chriſtum, ſed prophetam eſſe credebat. Sed cum
* quia per acceſſum temporis & Chriſtus qui pro-
pheta eſſe putabatur, Chriſtus eſt agnitus: & Io-
hannes qui Chriſtus eſſe putabatur, propheta eſ-
ſe innotuit, impletum eſt quod Chriſto ſuus præ-
curſor prędixit: Illum oportet creſcere, me autem
minui. In æſtimatione quippe populi & Chriſtus
creuit, quia agnitus eſt quod erat: & Iohãnes de-
creuit, quia ceſſauit dici quod non erat. Igitur quo-
niam & idem Iohannes in ſanctitate perſtitit, quia
in cordis humilitate perdurauit, & multi idcirco
ceciderunt, quia apud ſemet ipſos elata cogitatio-
ne tumuerunt: dicatur recte, Omnis uallis imple-
bitur, & omnis mõs & collis humiliabitur quia hu-
miles donum accipiunt, quod à ſe corda ſuper-
bientium repellunt. Sequitur: ¶ *Et erunt praua in*
directa, & aſpera in uias planas. Praua directa fiunt,
cum malorum corda per iniuſtitiam detorta, ad iu-
ſtitiæ regulam diriguntur. Et aſpera in uias pla-
nas immutantur, cum immites atque iracundæ
mentes per infuſionem ſupernæ gratiæ ad lenitu-
dinem manſuetudinis redeunt. Quandò enim uer-
bum ueritatis ab iracunda mente non recipitur,
quaſi aſperitas itineris greſſum pergẽtis repellit.
Sed cum mens iracunda per acceptam manſuetu-
dinis gratiam, correptionis uel exhortationis uer-
bum recipit, ibi planam uiam prædicator inuenit,
ubi prius per aſperitatem itineris pergere, id eſt,
prędicationis greſſum ponere non ualebat: Sequi-
tur: ¶ *Et uidebit omnis caro ſalutare Dei.* Quia om-
nis caro, accipitur omnis homo: ſalutare dei, uide-
licet Chriſtum, in hac uita omnis homo uidere
non potuit. Vbi ergo in hac ſententia propheta
prophetiæ oculum niſi ad extremum iudicij diem
tendit? ubi cum apertis cœlis, miniſtrantibus an-
gelis, conſedentibus apoſtolis, in ſede maieſtatis
ſuæ Chriſtus apparuerit, omnes hunc & electi &
reprobi pariter uidebũt: ut & iuſti de munere re-
tributionis ſine fine gaudeant, & iniuſti in ultione
ſupplicij in perpetuum gemant. Nam quia ad hoc
iſta ſententia intendit, quod in extremo examine
ab omni carne uidebitur, recte ſubiungitur: ¶ *Di-*
cebat autem ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab
eo: Genimina uiperarum, quis oſtendit uobis fugere a uẽ-
tura ira? Ventura enim ira, eſt animaduerſio ultio-
nis extremæ: quam tunc peccator fugere non ua-
let, qui nunc ad lamenta pœnitẽtiæ non recurrit.
Et notandum quod dum malæ ſoboles malorum
parentum actiones imitantur, genimina uipera-
rum uocantur, quia per hoc quod bonis inuident,
eoſq perſequuntur, q̃d quibuſdã mala retribuunt,
q̃d læſiones proximis exquirunt, quoniã in his om-
nibus priorum ſuorum carnalium uias ſequuntur,
q̃ſi uenenati filij de uenenatis parẽtibus nati ſunt.
Sed quia iam peccauimus, quia uſu malæ conſuetu-
dinis inuoluti ſumus, dicat quid nobis faciendum
ſit, ut fugere à uẽtura ira ualeamus. Sequitur: ¶ *Fa-*
cite ergo dignos fructus pœnitentiæ. In quibus uerbis
notandũ eſt q̃d amicus ſponſi non ſolũ fructus pœ-
nitentiæ, ſed dignos fructus pœnitẽtiæ admonet
eſſe

Quis dignus fructus pœnitentię. eſſe faciendus. Aliud eſt namq; fructum facere, aliud dignum fructum pœnitentiæ facere. Vt enim ſecundum dignos pœniteotiæ fructus loquamur, ſciendum eſt, quia quiſquis illicita nulla commiſit, huic iure cõceditur, ut licitis utatur: ſicq; pietatis opa faciat, ut tamẽ ſi uoluerit, ea quę mundi ſunt, non relinquat. At ſi quis ioſnrnicationis culpam, uel fortaſſe (quod eſt grauius) in adulterium lapſus eſt, tanto à ſe licita debet abſcindere, quanto ſe meminit & illicita perpetraſſe. Neque enim par fructus boni operis eſſe debet eius qui minus, & eius qui amplius deliquit: aut eius qui nullis, & eius qui in quibuſdã facinoribus crcidit, & eius qui in multis r ſt lapſus. Per hoc ergo quod dicitur, facite dignos fructus pœnitentiæ, uniuſcuiuſq; conſcientia conuenitur, ut tanto maiora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora ſibi intulit damna per culpam. Sed Iudæi de grnrris nobilitate glariantes, idcirco ſe peccatores agnoſcere nolebant, quia de Abrahæ ſtirpe deſcendrrant. Quibus recte dicit: ¶ *Et ae cœperitis dicere, Pattem habemus Abraham. Dico enim aobis, quia potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Quid eoim lapides niſi corda gentilium fuerunt,
Eze.11 ad intellectum dei omnipotentis inſenſibilia? Sicut etiam quibuſdam ex Iudæis dicitur: Auferam cor lapideum de carue ueſtra. Nec immerito lapis
Pſal.113 dum nomine gentes ſignificatæ ſunt, quæ lapides coluerunt. Vnde ſcriptum eſt: Similes illis fiant q faciunt ea, & omnes qui confiduut in eis. De quibus nimirum lapidibus filij Abrahæ ſuſcitati ſunt, quia dum dura corda gentilium in Abrahæ ſemine .i. in Chřo credidrrũt, eius filij facti ſunt cuius
Gal 3 ſemini ſunt uniti. Vñ & eiſdẽ gentibus p egregiũ prędicatorem dicitur: Si aũt uos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis. Si igitur nos per fidem Chriſti Abrahæ ſemen exiſtimus, Iudæi propter perfidiã Abrahæ filij eſſe deſierunt. Quia uero illo die tremendi examinis, parentes boni malis filijs prodeſſe non poſſunt, teſtante propheta qui dicit: Noe,
Ezec.14 Daniel & Iob, ſi fuerint in medio eorum, uiuo ego dicit dominus deus, quia filium & filiam non liberabunt, ſed ipſi in iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Et rurſum quia boni filij nihil malis parẽtibus proſunt, ſed ad rratum potius parentum malorum proficiat bonitas filiorũ, ipſa per ſe ueritas Iudæ-
Luc.11 is non credentibus dicit: Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij ueſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices ueſtri erunt. Sequitur: ¶ *Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonam, excidetur, & in ignem mittetur.* Arbor huius mundi, eſt uniuerſum genus humanum: ſecuris uero, eſt redemptor noſter, qui uelut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate, ſed incidit ex diuinitate. Quæ uidelicet ſecuris iam ad radicem arboris poſita eſt, quia etſi per patientium expectat, uidetur tamen quid factura eſt. Omñis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, quia unuſquiſq; peruerſus paratam citius gehennæ concremationem inuenit, qui hic fructu boni operis facere cõtemnit.
Vltionis diuinæ ſeueritas. Et notãdum q̃d ſecurim non iuxta ramos poſitã, ſed ad radicem dicit. Cum enim malorum filij tolluntĩ, q̃d aliud q̃ rami infructuoſę arboris abſcindũtur? Cum uero tota ſimul progenies cũ parẽte tollitur, infructuoſa arbor à radice abſciſſa eſt, ne iã remanrat unde iterũ praua ſoboles ſuccreſcat. In quibus Iohannis Baptiſtæ uerbis conſtat, quod audientium corda turbata ſunt, cum protinus ſubinfertur: ¶ *Et interrogabaat eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus.* Perculſæ enim terrore fuerant, quæ conſilium quærebant. Sequitur: ¶ *Reſpondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat.* Per hoc quod tunica plus eſt neceſſaria uſui noſtro quam pallium, ad fructum dignum pœnitentiæ pertinet, ut non ſolum exteriora quæq; & minus neceſſaria, ſed ipſa ualde nobis neceſſaria diuidere cum proximis
Matt.22 debeamus, ſ. uel eſcam, qua carnaliter uiuimus: uel tunicam, qua ueſtimur. Quia enim in lege ſcriptũ eſt, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in neceſſitate illius, etiam ea quæ ſibi ſunt neceſſaria, partitur. Idcirco ergo de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur præceptum, quia hoc de una dici non potuit, quoniam ſi una diuidatur, nemo ueſtitur. In dimidia quippe tunica & nudus remanet qui accipit, & nudus qui dedit. Inter hęc autem ſciendum eſt, quantum opera miſericordię ualeant, cum ad fructus dignos pœnitentiæ ipſa præ cæteris præcipiuntur. Hinc etiam prr ſemetipſam ueritas dicit: Date eleemoſynam, & ecce omnia
mũda ſunt uobis. Hinc rurſus ait: Date, & dabitur Luc.11
uobis. Hinc ſcriptum eſt: Ignem ardentem extin- Luc.6
guit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Hinc ite- Eccle.3
rum dicitur: Conclude eleemoſynam in ſinu pau- Eccle.29
peris, & hæc pro te exorabit. Hinc bonus pater innocentem filium admonet, dicens: Si multum tibi
fuerit abundanter tribue: ſi exiguum fuerit, etiam Tob.4
exiguum libenter impartiri ſtude. Vt autem quan-
ta eſſet uirtus in continentia & ſuſceptione indi- Matt.10
gentium, redemptor noſter oſtenderet, dicit: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. In quibus uerbis notandum eſt, quia non ait, mercedem de propheta, uel mercedem de iuſto, ſed mercedem pphetæ, & mercedem iuſti accipiet. Aliud eſt enim merces de propheta, aliud merces prophetæ: atque aliud merces de iuſto, aliud merces iuſti. Quid eſt enim dicere, mercedẽ prophetæ accipiet, niſi q a is q pphetam ſua largitate ſuſtentat, quamuis ipſe prophetiam non habeat, apud omnipotentẽ tamẽ dominum, prophetæ p̃mium habebit? Iſte eñ fortaſſis iuſtus ẽ, & quanto in hoc mũdo nihil poſſidet, tanto loquendi pro iuſtitia fiduciam maiorem habet. Hunc dum ille ſuſtentat, qui in hoc mundo aliq̃d poſſidet, & fortaſſe pro iuſtitia adhuc loqui libere nõ p̃ſumit, iuſtitiæ illius libertatẽ ſibi participẽ facit, ut cũ eo pariter iuſtitię p̃mia recipiat, quẽ ſuſtẽtãdo adiuuit, q̃tenus eandẽ iuſtitiã libere loqui potuiſſet. ille pphetię ſpũ plenus eſt, ſed tñ corporeo egrt alimẽto: & ſi corpus nõ reficiẽ, certũ ẽ q̃d ipſa uox ſubtrahatur. Qui igitur alimentũ prophetę, propter hoc quod propheta eſt, tribuit, pphetiæ illius uires ad loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophetæ accipiet, qui etſi ſpiritu prophetiæ plenus non fuit, hoc tamen ante Dei oculos exhibuit quod adiuuit. Hinc eſt enim quod de quibuſdam peregrinantibus fratribus Gaio per Iohannem dicitur: Pro nomine enim Chriſti profecti ſunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, ut cooperatores ſimus ueritatis. Qui enim ſpiritualia dona habentibus, tẽporalia ſubſidia tribuit, in ipſis donis ſpũalibus cooperator exiſtit. Nam cum pauci ſint

qui

qui ſpiritualia dona percipiunt, & multi qui rebus
temporalibus abundãt, per hoc ſe diuites uirtuti-
bus pauperum inſerunt, quo eiſdem ſanctis paupe-
ribus de ſuis diuitijs ſolatiatur. Vnde cum per Iſa-
iæ uocem dominus derelictæ gentilitati, id eſt,
ſanctæ eccleſiæ ſpirtualium uirtutum merita, tan-
quam deſerto arbuſta promitteret, ulmum quoq;
pariter promiſit, dicens: Ponam deſertum in ſta-
Iſai. 41 gnum aquæ, & terrã inuiam in riuos aquarum. Da-
bo in ſolitudine cedrum & ſpinam, myrtum & li-
gnum oliuæ. Ponam in deſerto abietem, ulmum &
buxum ſimul, ut uideant & ſciant & recogitent &
intelligant pariter. Deſertum quippe Dominus in
ſtagnum aquarũ, & terram inuiam in riuos aqua-
rum poſuit: quia gentilitati, quæ prius per aridi-
tatem mentis nullos bonorum operum fructus fe-
rebat, flumina ſanctæ prædicationis dedit: & ipſa,
ad quam prius pro aſperitate ſuæ ſiccitatis uia
prædicatoribus non patebat, doctrinæ poſtmodũ
riuos emanauit. Cui adhuc ex munere magno pro-
mittitur: Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinã. Ce-
drum, quia magni odoris eſt, atque imputribilis
Gen. 3 naturæ, iure accipimus in promiſſione. De ſpina
uero cum peccanti homini dictum ſit, Terra tua
ſpinas & tribulos germinabit tibi: quid mirum ſi
ſanctæ eccleſiæ illud promittitur, quod peccanti
2. Cor. 2 homini pro pœna multiplicatur? Sed cedri ſignifi-
cantur nomine hi qui uirtutes & ſigna exhibent
in ſua operatione, q dicere cum Paulo ualent: Chri-
ſti bonus odor ſumus deo, quorum corda ita inter-
no amore ſolidata ſunt, ut ea iam terreni amoris
putredo nulla corrumpat. Per ſpinam uero ſigna-
tæ ſunt doctrinæ ſpiritualis uiri, qui cum de pecca-
tis ac uirtutibus diſſerunt, & modo æterna ſuppli-
cia minantur, modo cœleſtis regni gaudia ꝓmit-
tunt, cor audientium pungunt, ſicq; mentem dolo-
re compunctionis perforant, ut ab eorum oculis q̃-
ſi quidã ſanguis animæ, lachrymæ decurrant. Myr-
tus uero temperatiuæ uirtutis eſt, ita ut diſſoluta
membra temperando conſtringat. Qui itaque per
myrtum, niſi hi deſignati ſunt, qui afflictionibus
proximorum compati ſciunt, eorumq; tribulatio-
nem per compaſſionem temperãt? iuxta hoc quod
2. Cor. 1 ſcriptum eſt: Gratias autem deo, qui conſolatur
nos in omni tribulatione noſtra, ut poſſimus & i-
pſi cõſolari eos qui in omni preſſura ſunt. Qui dũ
afflictis proximis uerbum uel opem conſolationis
ferunt, eos procuidubio ad ſtatum rectitudinis re-
ſtringunt, ne immoderata tribulatione in deſpera-
tione ſoluantur. Quos autem per oliuam, niſi miſe-
ricordes accipimus? Quia & Græce eleos miſeri-
Iſai. 41 cordia uocatur, & quaſi oliuæ liquor ante omnipo-
tentis dei oculos miſericordiæ fructus lucet. Cui
adhuc in promiſſione ſubiungitur: Ponam in deſer-
to abietem, ulmum & buxum ſimul. Qui per abie-
tem, quæ ualde creſcendo ad aeris alta ſuſtollitur,
niſi hi deſignati ſunt, q intra ſanctam eccleſiam ad-
huc in terrenis corporibus poſiti, iã cœleſtia con-
tẽplantur: & quanuis naſcẽdo de terra exeunt, cõ-
templando tamen iam iuxta æthera uerticem mẽ-
tis tollunt? Et quid per ulmum, niſi ſeculariũ men-
tes expreſſæ ſunt, quæ dum terrenis adhuc curis
inſeruiunt, nullum uirtutum ſpiritualium fructum
ferunt? Sed etſi fructum proprium ulmus non ha-
bet, portare tamen uitẽ cum fructu ſolet: quia & ſe-
culares uiri in ſancta eccleſia quãuis uirtutum ſpũ-
alium dona non habeant, dum tamẽ ſanctos uiros
donis ſpiritualibus plenos ſua largitate ſuſtentãt,
quid aliud quàm uitem cum botris portãt? Buxus
autem quos alios deſignat, quæ in altum non pro-
ficit, & quanuis fructum non habeat, uiriditatem
habet, niſi eos qui intra ſanctam eccleſiam adhuc
ex ætatis infirmitate bona opera ferre non ualẽt,
ſed tamen parentum fidelium credulitatem ſequẽ-
tes, fidem perpetuæ uiriditatis tenent? Poſt quæ
omnia apte ſubiungitur, ut uideant, & ſciãt, & re-
cogitent, & intelligant pariter. Ad hoc enim ce-
drus in eccleſia ponitur, ut quiſquis à ꝓximo odo-
rem uirtutum ſpiritualium trahit, ipſe quoque ab
æternæ uitæ dilectione non torpeat, ſed ad dono-
rum cœleſtium deſideria igneſcat. Ad hoc ſpina po-
nitur, ut qui prædicationis eius uerbo compũctus
fuerit, ipſe quoque exemplo illius diſcat, corda ſe-
quentium prædicationis uerbo compungere. Ad
hoc myrtus ponitur, ut qui in ardore tribulatio-
nis ab ore uel opere proximi compatiens tempe-
ramentum conſolationis acceperit, ipſe etiam di-
ſcat, quemadmodum afflictis proximis ſuæ conſo-
lationis temperamentum proferat. Ad hoc oliua
ponitur, ut qui alienæ miſericordiæ opera cogno-
ſcit, diſcat quemadmodum debeat indigenti pro-
ximo & ipſe miſereri. Ad hoc abies ponitur, ut q́ſ-
quis uim contemplationis eius agnouerit, ipſe q̃-
que ad contemplanda æterna præmia ſuccenda-
tur. Ad hoc ulmus ponitur, ut quiſquis eum intue-
tur, qui habere uirtutum ſpiritualium fructum nõ
ualet, ſed tamẽ eos qui ſpiritualibus donis ſunt re-
pleti ſuſtentat, ipſe quoque ſanctorum uitæ quan-
ta ualet largitate inſeruiat: & cœleſtium bonorum
botros, quos gignendo non ualet, ſuſtentando fe-
rat. Ad hoc buxus ponitur, ut qui habere multos
adhuc in infirmitate poſitos, ueræ fidei uiriditatẽ
conſiderat, etiam eſſe ipſe infidelis erubeſcat. Be-
ne ergo deſcriptis prius arboribus dicitur: ut uide-
ant, & ſciant, & recogitent, & intelligant, ubi &
apte ſubiungitur, pariter: quia cum intra ſanctam
eccleſiam diuerſi hominum mores diuerſi ſunt or-
dines, neceſſe eſt ut omnes ſimul diſcant, dum in
ea ſpirituales uiri diuerſæ qualitatis, ætatis & or-
dinis, ad imitandum ſimul uidentur. Sed ecce nos,
dum monſtrare ulmum quærimus, per multa arbu-
ſta longius euagati ſumus. Ad hoc itaq; propter Matt. 10
quod prophetæ teſtimonium protulimus, reuer-
tamur: Qui recipit prophetam in nomine prophe-
tæ, mercedem prophetæ accipiet: quia etſi fru-
ctum ulmus non habet, uitem tamen cum fructi-
bus portat. Hæc ipſa ſua efficit, quæ bene ſuſten-
tat aliena. Quia ad magna nos opera Iohannes ad-
monet, dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ.
& rurſum: Qui habet duas tunicas, det non haben-
ti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Iam patenter Matt. 11
datur intelligi, quid eſt quod ueritas dicit, A die-
bus Iohannis Baptiſtæ, regnum cœlorum uim pa-
titur, & uiolenti arripiunt illud. Quæ ſupernæ
uerba ſententiæ nobis ſunt magnopere perſcru-
tanda. Nam quærendum eſt, quomodo uim per-
peti regnum cœlorum poſſit, quis enim cœlo uio-
lentiam irrogat? Et rurſum quærendum eſt: Si
pati uim cœlorum regnum poteſt, & uiolenti ra-
piunt illud, cur eandem uim à diebus Iohannis Ba-
ptiſtæ, & non etiam ante pertulerit. In lege uero
ſcriptum eſt: Si quis hæc uel illa fecerit, morte
moriatur. Cunctis legentibus liquet, quia pecca-
tores quoſque pœna ſua ſeueritatis perculit, non
autem per pœnitentiam ad uitam reduxit. Cum
uero Iohannes Baptiſta redemptoris gratiam præ-
currens,

currens, pœnitentiam prædicat, ut peccator qui ex culpa eſt mortuus, per conuerſionem uiuat, profecto à diebus Iohannis Baptiſtæ regnum cœlorum uim patitur. Quid eſt autem regnum cœlorũ, niſi locus iuſtorum? Solis enim iuſtis cœleſtis patriæ præmia debentur, ut humiles, caſti, mites atque miſericordes, ad gaudia ſuperna perueniant. Cum uero quis uel ſuperbia tumidus, uel carnis facinore pollutus, uel iracũdia accenſus, uel crudelitate impius, poſt culpas ad pœnitentiam redit, & uitam æternam percipit, quaſi in locum peccator intrat alienum. A diebus ergo Iohannis baptiſtæ regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiũt illud: quia qui pœnitentiam peccatoribus indixit, quid aliud quàm cœlorum regno fieri uiolentiam docuit? Recogitemus ergo fratres chariſſimi mala quæ fecimus, & noſmetipſos aſſiduis lamentis atteramus. Hæreditatem iuſtorum, quam non tenuimus per uitam, rapiamus per pœnitentiã. Vult à nobis omnipotens deus talem uiolentiam perpeti. nam regnũ cœlorum rapi uult noſtris fletibus, quod noſtris meritis nõ debetur. Ab ſpei ergo certitudine nulla nos maiorum noſtrorum qualitas, nulla quantitas frangat. Præſtat magnam ueniæ fiduciam latro ille uenerabilis, qui non inde uenerabilis unde latro: nam latro ex crudelitate, uenerabilis ex confeſſione. Cogitate rogo, cogitate quã ſint incomprehenſibilia in omnipotenti Deo miſericordiæ uiſcera. Latro iſte cruentis manibus abſtractus à fauce itineris, ſuſpenſus eſt in patibulo

Luc. 23

crucis. Ibi confeſſus, ibi ſanatus, ibi audire meruit, hodie mecum eris in paradiſo. Quid hoc eſt? quis tantam bonitatem dei poſſit dicere? quis æſtimare ſufficiat? De ipſa pœna criminis peruenit ad præmia uirtutis. Idcirco autem omnipotens Deus electos ſuos in quibuſdam lapſibus cadere permiſit, ut aliis in culpa iacentibus, ſi toto ad eum corde cõſurgant, ſpem ueniæ reddat, ut eis per lamẽta pœnitentiæ, uiam ueritatis aperiat. Exerceamus noſmetipſos in lamentis, extinguamus fletibus & dignis pœnitentiæ fructibus culpas. Tempora indulta nõ pereant, quia qui multos à ſuis iniquitatibus iam ſanatos aſpicimus, quid aliud quàm ſupernæ miſericordiæ pignus tenemus?

DE EODEM SABBATO, Sermo beati Leonis Papæ.

SI fideliter dilectiſſimi atque ſapienter creationis noſtræ intelligamus exordium, inueniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator ſui eſſet autoris. Et hanc eſſe naturalem noſtri generis dignitatem, ſi in nobis quaſi in quodam ſpeculo diuinæ bonitatis forma reſpondeat. Ad quam utique nos quotidie reparat gratia ſaluatoris, cum quod decidit in Adam primo, erigitur in ſecundo. Cauſa autem reparationis noſtræ non eſt niſi miſericordia Dei: quem non diligeremus, niſi nos prior ipſe diligeret, & tenebras ignorantiæ noſtræ, ueritatis ſuæ luce diſcuteret.

Iſai. 42

Quod per Iſaiam dominus prænuncians, ait: Adducam cæcos ad uiam quam ignorabant: & ſemitas quas neſciebant, faciam illos calcare. Faciam illis tenebras in lucem, & praua in directa. Hæc uerba faciam illis, & non derelinquam eos. Et iterum: Inuentus ſum, inquit, à non quærentibus me, & palàm apparui his qui me non interrogabant.

1. Ioh. 5

Quod quomodo impletum ſit, Iohãnes apoſtolus docet, dicens: Scimus quoniam iam filius dei uenit & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus Deum uerum, & ſimus in uero filio eius. Et iterum: Nos ergo diligamus deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Diligendo itaque nos deus, ad imaginem ſuam reparat, & ut in nobis formam ſuæ bonitatis inueniat, dat unde ipſi quoque quod operatur, operemur, accendens ſcilicet mentium noſtrarum lucernas, & igne nos ſuæ charitatis inflammans, ut non ſolum ipſum, ſed etiam quicquid diligit, diligamus. Nam ſi inter homines ea demum firma amicitia eſt, quam morum ſimilitudo ſociauerit, cum tamẽ paritas uoluntatum ſæpe in reprobos tendat affectus, quantum nobis optandum atque nitendum eſt ut in nullo ab his quæ deo ſunt placita, diſcrepemus? de quo dicit propheta: Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius.

Amicitiæ uera forma

Pſal. 29

Matt. 22

Quia non aliter in nobis erit dignitas diuinæ maieſtatis, niſi imitatio fuerit uoluntatis, dicente domino: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Suſcipiat fidelis anima autoris ſui atque rectoris immarceſcibilem charitatem, totã ſe eius ſubiiciat uoluntati, in cuius operibus atque iudiciis nihil uacat à ueritate iuſtitiæ, nihil à miſeratione clementiæ: quoniam etſi magnis quis laboribus & multis fatigetur incommodis, bona eſt illi cauſa tolerandi, qui ſe aduerſis uel colligi intelligit, uel probari. Charitatis uero iſtius pietas perfecta eſſe non poterit, niſi diligatur & proximus: quo nomine non hi tantum intelligendi ſunt, qui nobis amicitia aut propinquitate iunguntur, ſed omnes prorſus homines, cum quibus nobis natura communis eſt, ſiue illi hoſtes ſint, ſiue ſocii, ſiue liberi, ſiue ſerui: unus enim nos conditor finxit, unus creator animauit, eodem cuncti cœlo & aere, iiſdé utimur diebus & noctibus: cum alii boni, alii ſint mali, alii iuſti, alii iniuſti, Deus tamen omnibus largitur, omnibus eſt benignus, ſicut Lycaoniis à Paulo & Barnaba apoſtolis dicitur de prouidentia Dei, qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gẽtes ingredi uias ſuas. Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens eis, de cœlo dans pluuiam & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda ueſtra.

Act. 14

Gratia iubet omnem hominem diligere.

dedit autem nobis maiores diligendi proximi cauſas Chriſtianæ gratiæ latitudo, quæ ſe per omnes partes totius orbis extendens, neminem hominem deſperat, dum docet neminem negligendum, & merito etiam inimicos diligi, & pro perſecutoribus ſibi præcipit ſupplicari, qui ex omnibus quotidie gentibus ſacris oliuæ ſuæ ramis inſerẽs germen oleaſtri, de inimicis reconciliatos, de alienis adoptiuos, de impiis facit iuſtos, ut omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Ieſus in gloria dei patris eſt. Cum ergo deus bonos nos uelit eſſe, quia bonus eſt: nihil nobis debet de eius iudiciis diſplicere. Nam non per omnia illi gratias agere, quid eſt aliud quàm ex quadam eum parte reprehendere? Audet enim plerũque humana inſipiẽtia aduerſus creatorem ſuum, non ſolum de inopia, ſed etiam de copia murmurare, ut cum aliquid non ſupperit, querula: & cum quædam exhuberent, ſit ingrata. Multæ meſſis dominus horreorum ſuorum plenitudinem faſtidiuit, & ad copiam uindemiæ affluentis ingemuit: nec de magnitudine fructuum gratulatur, ſed de uilitate conqueſtus eſt. Si autem parcior fuit in ſuſceptis terra ſeminibus, & caſtigatiore prouentu uites oleæque fluxerunt, accuſatur annus arguuntur elementa

elementa,& nec aeri parcitur nec cœlo, cum fide-
les & pios diſcipulos ueritatis, nihil magis com-
mendet & muniat,quàm perſeuerans in Deum &
indeſeſſa laudatio,dicente Apoſtolo: Semper gau-
1. Teſ. 5 dete,ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias
agite:Hæc eſt enim uoluntas Dei in Chriſto Ieſu
in omnibus uobis. Huius autem deuotionis quem-
admodum poterimus eſſe participes,niſi uarietas
rerum conſtantiam mentis exerceat,ut amor dire-
ctus in Deum,nec inter ſecunda ſuperbiat, nec in-
ter aduerſa deficiat. Quod placet Deo ,placeat &
nobis :de omni menſura munerum ipſius gaudea-
mus. Qui bene uſus eſt magnis,bene utatur & mo
dicis. Tam nobis copia quàm parcitate conſulit.
Nec in ſpũalibus lucris anguſtia grauabimur fru-
ctuum,ſi fœcunditas non areſcat animorum.Oria-
tur de cordis agro quod terra non dedit . Semper
illi quod largiatur occurrit,cui bene uelle non de-
ficit. Ad omnia igitur dilectiſſimi opera pietatis
omnium nobis qualitas proſit annorum,nec bene-
uolentiam Chriſtianam difficultas temporalis im
pediat. Nouit dominus uaſa hoſpitalis uiduæ co-
piis pietatis ſuæ uacuata complere . Nouit a-
quas in uina conuertere,nouit de pauciſſimis pa-
nibus millia eſurientium ſaturare populorum. Et
ille qui in ſuis paſcitur ,quæ potuit augere dan-
Tria ſunt do,poteſt multiplicare ſumendo . Tria uero ſunt
opera pie quæ maxime ad religioſas pertinent actiones,ora
tatis. tio ſcilicet & ieiunium,& eleemoſyna , quibus ad
exercẽdum omne quidem tempus promptum, ſed
illud eſt ſtudioſius obſeruandum,quod apoſtolicis
accepimus traditionibus conſecratum,ſicut etiam
decimus menſis hic morem refert ueteris inſtitu-
ti. Vt tria illa de quibus locutus ſum,diligentius e-
xequamur,oratione enim propiciatio Dei quære-
tur,ieiunio concupiſcentia carnis extinguitur, e-
leemoſynis peccata rediniuntur, ſimulq; per om-
nia dei in nobis imago renouatur , ſi & in laudem
eius ſemper parati,& ad purificationem noſtram
ſine ceſſatione ſoliciti,& ad ſuſtentationem proxi
mi indefinenter ſumus intenti. Hæc triplex obſer-
uatio dilectiſſimi, omnium uirtutum comprehen-
dit effectus,hæc ad imaginem & ſimilitudinẽ dei,
peruenit , & à ſancto ſpiritu inſeparabiles facit,
quia in orationibus permanet fides recta , in ieiu-
nus innocens uita,in eleemoſynis mens benigna.
Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus,ſabbato au
tem ad beatiſſimum Petrum apoſtolum uigilias
celebremus,qui & orationes,& ieiunia,& eleemo
ſynas noſtras precibus ſuis dignabitur adiuuare.
Per Dominum noſtrum,qui uiuit & regnat in ſe-
cula ſeculorum. Amen.

DOMINICA QVARTA. Iohannis. 1.

¶ In illo tempore, Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Iohannem , ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit. Et reliqua. Homilia Beati Gregorij Papæ, habita in baſilica ſancti Petri.



EX huius nobis le-
ctionis uerbo fra-
tres chariſſimi, Io
hannis humilitas
cõmendatur. Qui
cum tantæ uirtutis eſſet,ut
Chriſtus credi poſſet , ele-
git ſolide ſubſiſtere in ſe,ne
humana opinione rapere-
tur inaniter ſuper ſe. Nam
confeſſus eſt, & non nega-
uit. ¶ *Confeſſus eſt, quia nõ
ſum ego Chriſtus.* Sed qui dixit,nõ ſum, negauit pla
ne quod non erat,ſed nõ negauit quod erat, ut ue
ritatem loquẽs,eius membrum fieret,cuius ſibi no
men fallaciter non uſurparet. Cum enim non uult
appetere nomẽ Chriſti, factus eſt membrũ Chri-
ſti:& quia infirmitatem ſuam ſtuduit humiliter a-
gnoſcere,illius celſitudinem meruit ueraciter ob-
tinere. Sed cum ex lectione alia , redemptoris no-
ſtri ſententia ad mentẽ reducitur, ex huius lectio-
nis uerbis,nobis quæſtio implexa ualde generaſ.
Alio quippe in loco inquiſitus à diſcipulis Dñs de
aduentu Heliæ,reſpondit:Helias iam uenit,& nõ
cognouerunt eum , ſed fecerunt in eo quæcunque
uoluerunt. & ſi uultis ſcire, Iohannes ipſe eſt Heli- Matt. 17.
as. Requiſitus autem Iohannes dicit, non ſum He-
lias. Quid eſt hoc fratres chariſſimi,quia quod ue-
ritas affirmat,hoc propheta ueritatis negat? Val- Matt. 11.
de nãque inter ſe diuerſa ſunt:ipſe eſt, & nõ ſum.
Quomodo ergo ꝓpheta ueritatis eſt , ſi eiuſdem
ueritatis ſermonibus concors non eſt? Sed ſi ſubti
liter ueritas ipſa requiraſ, hoc quod inter ſe con
trarium ſonat quomodo contrarium non ſit,inue-
nitur. Ad Zachariam namq; de Iohanne angelus Luc. 1
dicit,ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & uirtu-
te Heliæ. Qui idcirco uenturus in ſpiritu & uirtu
tute Heliæ dicitur,quia ſicut Helias ſecundum do
mini aduentum præueniet,ita Iohannes prędenit
primum. Sicut ille præcurſor uenturus eſt iudicis,
ita iſte præcurſor factus eſt redemptoris. Iohãnes
in ſpiritu Helias erat,in perſona Helias non erat.
Quod ergo dominus fatetur de ſpiritu,hoc Iohan
nes denegat de perſona:quia & iuſtum ſic erat, ut
& dominus diſcipulis ſpiritualem de Iohanne ſen-
tentiam diceret, & Iohannes eiſdem turbis carna-
libus non de ſuo ſpiritu, ſed de corpore reſponde-
ret. Contrarium ergo ueritati uidetur eſſe quod
Iohannes ſonuit,ſed tamen à ueritatis tramite nõ
receſſit. Qui cũ ſe etiam ꝓphetam negat, quia ui-
delicet non ſolũ poterat redemptorem prędicare,
ſed etiam demõſtrare,quiſnam ſit,continuo expri
mit,cum ſubiũgit: ¶ *Ego uox clamantis in deſerto.*
Scitis fratres chariſſimi, qa unigenitus filius uer- Iohan. 1
bum patris uocatur Iohanne atteſtante,qui ait: In
principio erat uerbũ & uerbũ erat apud deũ,& de
us erat uerbũ. Et ex ipſa ueſtra locutiõe cognoſci
tis : quia prius uox ſonat , ut uerbum poſtmodum
poſſit audiri. Iohãnes ergo uocem eſſe ſe aſſerit,
quia uerbum præcedit. Aduentum itaq; Domini-
cum præcurrens uox dicitur,quia per eius miniſte-
rium patris uerbum ab hominibus auditur. Qui e-
tiam in deſerto clamat, quia derelictæ ac deſtitu-
tæ Iudææ ſolatium ſui redemptoris annunciat.
Quid autem clamet, inſinuat cum ſubiungit: ¶ Di-
rigite *uiam domini, ſicut dixit Iſaias propheta* . Via do-
mini ad cor dirigitur, cum ueritatis ſermo humili
ter auditur. Via domini ad cor dirigitur, cum ad p̃

 ceptum

ceptum uita præparatur. Vnde ſcriptum eſt: Si quis
Iohan. 14
diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionē apud eum faciemus. Quiſquis ergo mentem in ſuperbia eleuat, quiſquis auaritiæ æſtibus anhelat, quiſquis ſe luxuriæ inquinationibus polluit, cordis oſtiū contra ueritatem claudit, & ne ad ſe dominus ueniat, clauſtra animi ſeris uitiorū dānat. Sed adhuc qui miſſi ſunt, percontant̄: ¶ *Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neq; Helias, neq; propheta?* Quod quia non ſtudio cognoſcendæ ueritatis, ſed malitia exercendæ æmulationis dicitur, euangeliſta tacite innotuit, q̄ ſubiūxit, dicens: ¶ *Et qui miſſi fuerant, erant ex phariſæis.* Ac ſi aperte dicat, Illi Iohānem de ſuis actibus requirunt, qui doctrinam neſciunt quærere, ſed inuidere. Sed ſanctus quiſque etiam cum peruerſa mente requiritur, de bonitatis ſuę ſtudio non mutatur. Vnde Iohannes q̄q; ad uerba inuidiæ, prædicamenta reſpondit uitæ. Nā ꝓtinus adiūgit: ¶ *Ego baptizo in aqua, medius aūt neſtrum ſtat, quē uos neſcitis.* Iohannes non ſpū, ſed aqua baptizat, quia peccata ſoluere non ualēs, baptizatorum corpora per aq̄ lauat, ſed tamen mentē ꝑ ueniā nō lauat. Cur ergo baptizat, qui ꝑ baptiſmum pctā non relaxat, niſi ut præcurſionis ſuę ordinem ſeruans, qui naſciturū naſcendo præuenerat, baptizaturū quoq; dām baptizando præueniret: & qui prædicando factus eſt præcurſor Chriſti, baptizādo etiam præcurſor eius fieret imitatione ſacramēti? Qui inter hęc myſteriū noſtri redēptoris ao nuncia... nunc In medio hoīm & ſtetiſſe aſſerit, & neſciri, quia per carnem dominus apparens, & uiſibilis extitit corpore, & inuiſibilis maieſtate. De quo etiā ſubdit: ¶ *Qui poſt me uenit, ante me factus eſt.* Sic nāq; dicit̄, an̄ me factus ē, ac ſi dicat̄, an̄ me poſitus. Poſt me ergo uenit, qa poſt modū natus: an̄ me aūt factus ē, qa mihi ꝑlatus. Sed hæc paulo ſupius dicēs, etiā ꝑlationis eius cauſam aperuit, cum ſubiunxit: ¶ *Quia prior me erat.* Ac ſi aperte dicat: Inde etiā poſt me natus, me ſupat, quo eum natiuitatis ſuæ tempora non anguſtant. Nā qui per matrē in tēpore naſcitur, ſine matre an̄ tēpora ex parte generat̄. Cui quantæ reuerentię humilitatē debeat ſubdendo manifeſtat: ¶ *Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti.* Mos apud ueteres fuit, ut ſi qs eam quæ ſibi cōpeteret, accipere uxorē nollet ille ei calceamentū ſolueret, qui ad hāc ſponſus ꝓpinquitatis iure ueniret. Quid igit̄ inter homines
Iohan. 3
Chriſtus, niſi ſanctæ eccleſiæ ſpōſus apparuit? De quo & iſte Iohannes dicit: Qui habet ſpōſam, ſpōſus eſt. Sed quia Iohannē homines Chriſtū eſſe putauerūt, quod idem Iohānes negat, recte ſe indignū ad ſoluendū eſſe corrigiā calceamenti eius denunciat. Ac ſi aperte dicat: Ego redēptoris ueſtigia denudare non ualeo, quia ſponſi nomē mihi merito non uſurpo. Quod tñ intelligi & aliter poteſt. Quis enim neſciat q̄d calceamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus uero dñs ueniens, quaſi calceatus apparuit, qui in diuinitate ſua morticinū noſtræ corruptionis aſſumpſit. Vnde etiā ꝑ prophetā dicit: In Idumæam extendā calceamētū me-
Pſal. 59
um. Per Idumęam quippe gentilitas, per calceamētum uero aſſumpta mortalitas deſignat̄. In Idumęam ergo dominus calceamentū ſuū ſe extendere aſſerit, quia dum per carnē gentibus innotuit, quaſi calceata ad nos diuinitas uenit. Sed huius incarnationis myſterium, humanus oculus penetrare non ſufficit. Inueſtigare etenim nullatenus poteſt, quomodo incarnatur uerbum, quomodo ſummus & uiuificator ſpiritus intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habeat, & exiſtit, & concipitur. Corrigia ergo calceamenti, eſt cauſa noſtris ſenſibus obligata myſterij. Iohannes itaq; ſoluere corrigiam calceamenti eius non ualet, quia incarnationis eius myſteriū nec ipſe inueſtigare ſufficit, qui hoc ꝑ prophetiæ ſpiritum agnouit. Quid eſt ergo dicere, nō ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius, niſi aperte & humiliter ſuam ignorantiam profiteri? Ac ſi aperte dicat: Quid mirum ſi mihi ille prælatus eſt, quem poſt me quidem natum conſidero, ſed natiuitatis eius myſterium non apprehendo? Ecce Iohannes prophetiæ ſpū impletus, mira ſcientia emicat, & tamē illud de ſe inſinuat, quod ignorat. Qua in re penſandum eſt nobis fratres chariſſimi, & tota intentione cogitandum, quomodo ſancti uiri, ut humilitatis in ſe uirtutem cuſtodiant, cum quædam mirabiliter ſciunt, illud ante mentis oculos ſtudēt reuocare, quod neſciunt, ut dum ex parte alia infirmitatē ſuam conſiderant, ex ea parte qua perfecti ſunt, eorum ſe animus non extollat. Sciētia etenim uirtus eſt, humilitas etiam cuſtos uirtutis ē. Reſtat ergo ut in omni quod ſcit, ſeſe mens deprimat, ne quod uirtus ſcientiæ congregat, uentus elationis tollat. Cum bona fratres agitis, ſemper ad memoriam mala acta reuocate, ut dum caute culpa conſpicitur, nunquam de bono opere incaute animus lætetur. Superiores inuicem in uia dei, eos maxime qui uobis commiſſi non ſunt, proximos ueſtros attendite: quia & quos aliqua agere praua conſpicitis, quæ in eis lateant bona, neſcitis. Magnus ergo eſſe unuſquiſq; ſtudeat, ſed tamen aliquo modo eſſe neſciat, ne dum ſibi magnitudinem arrogante... ibuit, amittat intus quod erat. Iſaiæ 5
Hinc etenim per prophetā dicitur: Væ qui ſapientes eſtis in oculis ueſtris, & corā uoſmetipſis prudentes. Hinc Paulus dicit, Nolite eſſe prudētes a- Rom. 12
pud uoſmetipſos. Hinc contra ſuperbientem Saul dicitur: Cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in 1. Reg. 15
tribubus Iſrael factus es. Ac ſi aperte diceretur. Cū tu te paruulum cōſpiceres, ego te præ cęteris magnum feci: quia uero tu te magnum conſpicis, 2. Reg. 6
à me paruus æſtimaris. Quo contra cum Dauid regni ſui potentiam coram arca domini ſaltando deſpiceret, dixit: Ludam, & uilior fiam pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis. Quem enī (David inſignia notantur.) non extolleret, ora leonum frangere, urſorum brachia diſſipare, deſpectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide Goliam ſternere, à rege propoſita extinctis allophylis numeroſa præputia reportare, regnum ex promiſſione percipere, cūctumq; Iſraeliticum populum ſine ulla poſtmodum contradictione poſſidere? & tamen in cunctis ſe deſpicit, qui in ſuis oculis ſe eſſe humilē cōfitet̄. Si igit̄ etiam ſcti cum fortia agunt, de ſemetipſis uilia ſentiunt, quid in ſua excuſatione dicturi ſunt, qui ſine ope uirtutis intumeſcūt? Sed etſi q̄libet bona aſſint opa, nulla ſunt, niſi ex humilitate cōdiāt̄. Mirāda q̄ppe actio cum elatione non eleuat, ſed grauat. Qui em̄ ſine humilitate uirtutes cōgregat, q̄ſi in uēto puluerē portat: & unde aliqd ferre cernitur, inde deterius cæcatur. In cunctis ergo quę facitis fratres mei, radicē boni opis humilitatem

ſem tenete: nec quibus iam ſupiores, ſed quibus adhuc inferiores eſtis, aſpicite, ut dum uobis meliora exẽpla proponitis, ad maiora ſemper aſcendere ex humilitate ualearis.

DE EADEM DOMINICA, SERmo beati Maximi epiſcopi.

LAetitia quanta ſit, quantusq; concurſus, cum Imperatoris mundi iſtius natalis celebrandus eſt, bene noſtis quemadmodum duces eius & principes, omnes etiam militantes accurati ſericis ueſtibus, accincti operoſis cingulis, auro fulgẽte precioſis, ambiant ſollto nitidius in conſpectu regis incedere. Credunt enim maius imperatoris eſſe gaudium, ſi uiderit maiorem ſuæ apparationis ornatum, tantoq; illum lætum futurum, quãto ipſi fuerint in eius feſtiuitate deuoti, ut qa imperator tamquam homo corda non conſpicit, affectum eorum circa ſe probet uel habitum contuendo. Ita fit, ut ſplendidius ſe accuret, quiſquis regem fidelius diligit. Deinde quia in natalis ſui die ſciunt eum largum futurum, ac donaturũ plurima uel miniſtris ſuis, uel his qui in domo eius abiecti putantur & uiles, tanta prius theſauros eius replere diuitiarum uarietate feſtinant, ut in quantum prærogare uoluerit, in tantum prærogatio copioſa non deſit, & ante uoluntas donãdi deficiat, quàm ſubſtantia largiendi. Hæc aũt ideo ſolicite faciunt, quia maiorem ſibi remunerationẽ pro hac ſolicitudine ſperant futuram. Si ergo, fratres, ſeculi iſtius homines propter præſentis oneris gloriam, terreni regis ſui natalis diem tanta apparatione ſuſcipiunt, qua nos accuratiõe æterni regis noſtri Ieſu Chriſti natalem ſuſcipere debemus, qui pro deuotione noſtra non nobis temporalem largietur gloriam, ſed æternam, nec terreni honoris adminiſtrationem dabit, quæ ſucceſſore finitur, ſed cœleſtis imperij dignitatẽ, quę non habet ſucceſſorem? Qualis autem noſtra remuneratio ſit futura, dicit propheta: Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, præparauit dominus diligentibus ſe. Quibus aũt indumentis nos exornari oportet? Quod autẽ diximus nos, hoc eſt, animas noſtras, qa rex noſter Chriſtus non tam nitorem ueſtium, q̃ animarum requirit affectum: nec inſpicit ornamenta corporum, ſed conſiderat corda meritorum, nec fragilis cinguli præcingentis lumbos operoſitatẽ miratur, ſed fortis caſtimonię reſtringentis libidinem ad pudicitiam, plus miratur. Ambiamus ergo inueniri ante ipſum probati fide, compti miſericordia, moribus accurati: & q fidelius Chriſtũ diligit, nitidius ſe mandatorum eius obſeruatione cõponat, ut uere nos in ſe credere uideat, cum ita in eius ſolemnitate fulgemus, & magis lætus, quo nos perſpexerit puriores. Atq; ideo ante cõplures dies caſtificemus corda noſtra, mundemus conſcientiam, purificemus ſpũm, ac nitidi & ſine macula immaculati domini ſuſcipiamus aduentũ, ut cuius natiuitas per immaculatam uirginẽ conſtitit, eius natalis per immaculatos ſeruos procuretur. Quiſquis enim in illa die ſordidus fuerit ac pollutus, natalem Chriſti uotumque non curat. Interſit licet dominicæ feſtiuitati corpore, mente tamen longius à ſaluatore ſeparatur: nec ſocietatem habere poterũt immundus & ſanctus, auarus & miſericors, corruptus & uirgo, niſi q̃d magis ingerẽdo ſe indignus offenſionẽ cõtrahit, cũ minime ſe cognoſcit. Dũ em̃ uult officioſus eſſe, iniurioſus exiſtit, ſicut ille in euãgelio, q in cœtu ſanctorũ inuitatus, ad nuptias uenire auſus eſt, ueſtẽ nõ habẽs nuptialẽ. Et cũ alius niteret iuſtitia, alius luceret fide, alius caſtitate fulgeret, ille ſolus cõſcientię fœditate pollutus, cunctis ſplendẽſibus deformi horrore ſordebat. Et quanto plus ſimul diſcumbentiũ beatorũ candebat ſanctitas, tanto magis peccatorum illius apparebat im̃pbitas, qui potuerat minus diſplicuiſſe forſitan, ſi in conſortio ſanctorum minime ſediſſet. Propterea ergo ſublatis manibus & pedibus in tenebras exteriores expellitur: non ſolum quia peccator erat, ſed quia cũ peccator eſſet, ſanctitatis ſibi meritũ uendicabat. Igitur fratres ſuſcepturi natalem domini, ab omni nos fœce delictorũ purgemus. Repleamus theſauros eius diuerſorum munerum donis, ut in die ſancta ſit unde peregrini accipiant, reficiantur uiduæ, pauperes ueſtiantur. Nam quale erit ſi in una eademq; domo inter ſeruulos unius domini, alter exultet in holoſericis, alter conſumatur in pannis, alter æſtu & cibo, alius famem frigusque ſuſtineat? ille eructet heſternã indigeſtionis crapulam, hic heſternam ieiunij inediam non reſoluat? Aut quis erit noſtræ orationis effectus? Petimus ut liberemur ab inimico, qui non ſumus liberales in fratres. Simus imitatores domini. Si enim ille paupes in cœleſti gratia uoluit nobis eſſe conſortes, cur nobis non ſint in ſubſtantia terrena conſortes? Nec extranei ſint alimonijs, qui fratres ſunt ſacramentis, niſi quod rectius apud deum per ipſos agimus cauſam noſtram, ut noſtris alamus ſumptibus qui illi gratias agant. Quicquid paup. per dominum benedicit, illi proficit, quo faciente dominum benedicit. Et ſicut ſcriptum eſt de illo, Væ illi homini per quem nomen domini blaſphematur: ita & de iſto ſcribitur, Pax huic domui, per quem nomen domini benedicitur ſaluatoris. Quale autem eſt meritum largientis, ut ſolus quis operetur in domo, & per multos eccleſia dominum deprecetur? Et quod ille fortaſſis petere à diuinitatẽ non audebat, plurimorum interpellantium orationibus etiam quod nõ ſperabat, accipiat. Quod adiutorium noſtrum commemorans beatus Apoſtolus, ait: Vt per multos gratiarum actio referatur à nobis. Et iterum, Vt fiat oblatio noſtra accepta, ſanctificata in ſpiritu ſancto.

Eſai. 64.

Doctrina a moribus ſecularibus trahitur.

Matt. 22.

Cultus myſticus natalis domini.

Rom. 2.

Matt. 10.

Rom. 15.

SERMO SANCTI AVGVSTIni epiſcopi.

SAnctam & deſiderabilem, glorioſam ac ſingularem ſolemnitatẽ, hoc eſt, natiuitatem domini ſaluatoris fratres dilectiſſimi, deuotione fideliſſima ſuſcepturi, totis uiribus nos debemus cum ipſius adiutorio præparare, & oẽs latebras animę noſtræ diligenter aſpicere, ne forte ſit in nobis aliquod peccatum abſconditum, quod & conſcientiã noſtram confundat ac mordeat, & oculos diuinæ maieſtatis offendat. Nam licet Chriſtus dominus noſter poſt paſſionem reſurrexit, & in cœlum aſcenderit, cõſiderat tamen ut credimus, & diligẽter attendit, qualiter ſe unuſquiſque ſeruorum eius, ſine auaritia, ſine ira, ſine ſuperbia atque luxuria, ad celebrandam eius natiuitatem ſtudeat præparare atq; componere: & ſecundum quod unumquenq; ornatum bonis moribus uiderit, ita illi gratiam ſuæ miſericordiæ diſpenſabit. Si enim uiderit charitatis luce ueſtitũ, iuſtitię uel miſericordię margaritis ornatum, caſtum, humilem, miſericordem, benignum, & ſobrium, ſi talẽ agnouerit, cor-

Excelſus dñs humilia reſpicit.

pus & ſanguinem ſuum ei nō ad iudicium, ſed ad remedium p ſacerdotum ſuorum miniſterium diſpenſabit. Si uero aliquem uiderit adulterū, ebrioſum, cupidum & ſuperbum, timeo ne hoc illi dicatur, quod in euangelio dominus ipſe dixit: Amice, quomodo huc intraſti non habens ueſtem nuptialem? Et (quod dominus auertat) fiat quod ſequitur, Ligate illi manus & pedes, & proijcite eū in tenebras exteriores, ubi eſt fletus & ſtridor dētium. Ecce qualem ſententiam in die iudicij excipiet, qui ſine remedio pœnitentię ad feſtiuitatem domini uitiorum ſordibus inquinatus acceſſerit. In natali enim domini fratres dilectiſſimi, quaſi in nuptijs ſpiritualibus ſponſæ ſuæ eccleſiæ Chriſtus adiunctus eſt. Tunc ueritas de terra orta eſt, tunc iuſtitia de cælo proſpexit, tunc proceſſit ſpōſus de thalamo ſuo, hoc eſt, uerbum dei de utero uirginali. Proceſſit enim cum ſponſa ſua eccleſia, id eſt, humanam carnem ſuſcepit. Ad iſtas ergo tam ſanctas nuptias inuitati, & ad conuiuium patris & filij & ſpiritusſancti intraturi, uidete qualibus indumentis debeamus ornari. Et ideo mundemus quantum poſſumus cum dei adiutorio corda ſimul & corpora noſtra, ut cœleſtis ille inuitator, nihil in nobis ſordidum, nihil fœdum, nihil obſcurum, nihil oculis ſuis deprehendat indignum. Hæc ergo fratres dilectiſſimi, nō tranſitorie, ſed cum ingenti tremore debemus attendere. Inuitati enim ſumus ad nuptias, ubi nos ipſi ſi bene agimus, ſpōſi erimus. Cogitemus ad quales nuptias, conſideremus ad qualem ſponſum, uel ad quale cōuiuium inuitati ſumus. Inuitati enim ſumus ad mēſam ubi non inuenitur cibus hominum, ſed panis ponitur angelorum. Et ideo uideamus ne forte totus in anima ubi debemus bonorum operum margaritis ornari, ibi appareamus uitiorum pannis ueteribus inuoluti: & quādo eos qui boni ſunt, in oculis dei caſtitas reddet candidos, tunc eos qui mali ſunt reddat luxuria ſordidatos. Et ideo quotieſcunque aut dies natalis domini, aut reliquę feſtiuitates adueniunt, ſicut frequenter admonui, ante plures dies non ſolum ab infelici concubinarum conſortio, ſed etiam à proprijs uxoribus abſtinete. Ab omni iracundia alienos uos efficite. Peccata præterita per eleemoſynam & pœnitentiā rediman̄t, contra nullum hoīem odium in corde teneatur, quod ſolebat uanitas per gulam perdere, incipiat iuſtitia per miſericordiā pauperibus erogare. Quod luxuria & gula diſſipauit in mundo, pietas reponat in cœlo. Et licet hoc expediat, ut ſemper eleemoſynas facere debeamus, præcipue tamen in ſanctis ſolennitatibus ſecundum noſtras abundantias erogare debemus. Pauperes autē ante omnia frequentius ad conuiuium reuocemus. Non enim eſt iuſtum, ut in ſancta ſolennitate in populo Chriſtiano ad unum dominū pertinente, alij inebrientur, alij famis periculo cruciētur. Et nos & omnis populus unius domini ſerui ſumus: uno precio redempti ſumus: pari conditiōe in hoc mūdo intramus, ſimili etiā exitu migraturi ſumus. Et ſi bene agimus, ad unā beatitudinē pariter ueniemus. Et quare pauper tecum nō capiat cibum, q tecum accepturus eſt regnum? Quare pauper non accipiat uel ueterem tunicam, q tecum recepturus eſt immortalitatis ſtolam? Quare paup non mereaẗ panem tuum, q tecū meruit accipe baptiſmi ſacramētū? Cur indignus eſt accipere reliquas ciborum tuorum, qui tecū ad cōuiuiū inuitatus eſt angelorum? Audite fratres, audite, non meum, ſed domini commune præceptum. Sic enim ait in euangelio: Cum facis prandium aut cœnam, noli inuitare diuites qui te iterū inuitēt, & fiat tibi retributio: ſed uoca pauperes & claudos, & beatus eris: quia non habent unde retribuant tibi: retribuetur autem tibi in retributione iuſtorum. Sed dicet aliquis: Ergo amicos aut parentes non debeo ad conuiuium reuocare? Rogandi ſunt & parentes & uicini, ſed rarius rogandi ſunt: & non nimis ſumptuoſa & delicioſa, ſed tam parca & ſobria uel honeſta illis debent conuiuia præparari, ut remaneat unde poſſint pauperes refici, unde poſſit aliquid indigentibus erogari: ut cum dies iudicij uenerit, non cum impijs, qui nunc pauperes deſpiciunt, audiamus: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, ſed cum iuſtis & miſericordibus audire mereamur: Venite benedicti patris mei, percipite regnum: quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere. Simul etiam ad uos illa uox deſiderabilis dirigatur: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudiū domini tui. Sed ut hæc quæ ſuggeſſimus, ſenſibus ueſtræ charitatis tenacius inhæreant, breuiter quæ dicta ſunt iteramus. Hoc enim admonuimus fratres, ut quia natalis domini imminet, tanquam ad nuptiale & cœleſte conuiuium ab omni luxuria alieni, & bonis operibus adornati, nos per Chriſti adiutorium præparemus, eleemoſynas pauperibus erogemus, iracundiam uel odium uelut uenenum de noſtris cordibus reſpuamus. Caſtitatē fideliter conſeruate: ad conuiuia ueſtra frequentius paupes reuocate: ad uigilias maturius ſurgite: in eccleſia ſtantes aut orate, aut pſallite: uerba ocioſa aut ſecularia nec ipſi pferte, & eos q pferre uoluerint, caſtigate. Pacē cum oībus cuſtodite: & q̄s diſcordes agnoſcitis, ad concordiā reuocate. Hęc ſi fideliter Chriſto adiuuante uolueritis implere, & in hoc ſeculo ad altare domini cum ſecura conſcientia poteritis accedere, & in futuro ad æternā beatitudinem feliciter peruenire, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.

Matt. 22

Inuitatur anima ad nuptias.

Opa miſericordię ſuadētur.

Luc. 14

Matt. 25.

Ibidem.

DE EADEM DOMINICA IIII.

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

OMnes enim exiſtimabāt Ioannem eſſe Chriſtum, quoniam in moribus & uita, in habitu & ſancta conuerſatione alijs omnibus diſſimilis erat. Ipſe tamen mundi gloriam fugiens, & Chriſtū ſe nō eſſe reſpondens, in tantum ſe humiliauit, ut indignum ſe eſſe diceret, qui Chriſti calceamenta ſoluere debuiſſet. Et interrogauerūt eum, quid ergo? *Elias es tu?* Et dixit *non ſum*. Interrogatus Dominus de Elia, reſpondit: Elias quidem uenturus eſt, & reſtituet omnia. Et ſi uultis ſcire, Ioannes ipſe eſt Elias. Quid eſt ergo quod ſe Iohannes Eliam eſſe negat, quem Dominus ipſe Eliam eſſe affirmat? Dicit Iohānes: Non ſum Elias. Dicit Ieſus: Iohannes ipſe eſt Elias. Nec iſte quidem mentiri poteſt, quia ueritas eſt: nec ille, quia diſcipulus ueritatis. Verum ergo uterque dicit: alter enim de perſona, alter de ſpiritu loquitur. Ioannes enim in ſpiritu Elias erat, ſed in perſona Elias non erat: de quo angelus ad Zachariam: Ipſe, inqt, præcedet ante illū in ſpiritu & uirtute Elię. Aiunt illi, *propheta es tu?* Et *reſpōdit nō*. Non enim

ſimpliciter

ſimpliciter propheta, ſed pluſquã propheta erat Ioannes. Vnde & Dominus ait: Quid exiſtis uidere? prophetam? Etiam dico uobis & pluſquam prophetam. Plus enim quàm propheta fuit Ioannes, quia non ſolum uentura nunciauit, quod utique prophetarum eſt, uerum in digito demonſtrauit, quod prophetarum nõ eſt. *Dixerunt ergo ei: Quis es tu, ut reſponſum demus ijs qui miſerũt nos? Ait: Ego uox clamãtis in deſerto, dirigite uiã Domini, ſicut dixit Eſaias propheta.* Vox Ioannis, uerbum Chriſtus. Sicut enim Iohannes præcedit Chriſtũ, ita & uox præcedit uerbum. Statim enim ut ore loquentis ſonus qualiſcunque procedit, uox eſt, uerbum autẽ nondum eſt, quia omne uerbum ſignificat aliquid. Præcedit igitur uox, ſequitur uerbum. Merito igitur uox Ioannes, & uerbum Chriſtus uocatur, quiam & naſcendo & prædicando & moriendo, & ipſa ſui nominis ſignificatione Chriſtum præceſſit. Hanc autem uocem illa tintinabula aurea ſignificabant quæ pendebant in ueſte Aaron. Hanc ſignificabant omnia illa muſicorum genera, quibus Dauid cantare conſueuerat, hanc pſalterium iucundum cum cithara: hanc timpana & organa & cymbala bene tinnientia ſignificabant. Hanc denique uocem ſignificabant, illæ tubæ quarum ſonitu iubilæus annus nunciabatur. Quarum clangore totus exercitus & omnia caſtra mouebantur & figebantur: His nanque canentibus capta eſt Hiericо, & poſt ſeptem dierum circuitum muri corruerunt, & habitatores interierunt. Iis Gedeon uicit Madianitas. Hæ ſemper uictores fecerunt Iſraelitas. Vnde & Propheta ait: Canite initio menſis tuba, in die inſignis ſolemnitatis ueſtræ. Semper tubarũ ſonitu Dei populus ſumebat arma, & recedebat ab armis. Sic pugnare ſolitus, ſic uincere aſſuetus. Lege in Apocalypſi, & ſeptem angelos inuenies tubis canentes, per quos omnes eccleſiæ prædicatores ab ipſis Apoſtolis uſq; in finem ſeculi ſignificantur. Omnes igitur iſtæ tubæ, omnes iſtæ uoces, illam unam uocem ſignificabant, quomodo in hoc Euangelio loquitur dicens: *Ego uox clamantis in deſerto, dirigite uiam Domini ſicut dicit Eſaias propheta.* Hęc uox finis ueterum, & nouorum principium eſt. Omnis enim lex & prophetæ uſque ad Ioannem. Diſcant igitur eccleſiæ prædicatores, non armis pugnare, ſed uoce. Audiant Dominum dicentem: Ego, inquit, dabo uobis os & ſapientiã cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij ueſtri. Si ergo uolunt uincere, ore pugnent, qui tale os & talem uocem habent, cui inimici reſiſtere nequeunt. Sic Iohannes faciebat, & ideo ſe interrogantibus dicebat: *Ego uox clamantis in deſerto.* Non quis ſum, ſed qd dico, attendite: nõ perſonam, ſed uocem conſiderate. Vocem me eſſe dico, uocem me eſſe confiteor. Hæc autem uox in deſerto clamabat, quia crudeles & impios ad fidẽ uocabat, qui non homines pietate, ſed beſtias crudelitate imitabãtur. deſertum enim non hominũ, ſed ferarum habitatio eſt. Sed quid dicebat: *Dirigite uiam Domini, ſicut dicit Eſaias propheta.* Dirigite, inquit, uiam Domini, ut ipſe ad nos uenire & in nobis habitare dignetur, qui niſi per uiam rectam incedere neſcit. Fides enim ſpes & charitas, pietas, iuſtitia & mia, uię ſunt per quas ad nos dominus uenit, ſi eas habeamus, & ad Dñm dirigamus. Iſtæ uiæ in illis directæ non ſunt, qui non ex ueritate, ſed ſimilitudine per eas incedunt. *Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.* Phariſæi nanque ſe p̃ cæteris iuſtiores eſſe arbitrabant̃. Quibus dñs ait, Publicani & meretrices præcedent uos in regnum Dei, quos & Ioannes uiperarum genimina uocauit, dicẽs: Serpentes genimina uiperarum, quomodo fugietis iudicia gehennæ? *Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque propheta?* Vt quid tibi Chriſti & prophetarũ officia uẽdicas, ſi neq; Chriſtus es, neq; propheta? Reſpõdit eis Ioãnes dicẽs: *Ego baptizo in aqua, medius aũt ueſtrũ ſtetit quẽ uos neſcitis.* In aqua eñ & in ſpũ baptizabat Ioannes, quia pctã non ſoluebat, ſed corpora tantũ lauabat, & Chriſti baptiſmũ baptizãdo ſignificabat. Illius igit̃ baptiſmũ, umbra quædã erat, & ſignificatio melioris baptiſmi. Ego, inqt, uos in aq̃ baptizo, medius aũt ueſtrũ ſtetit, quẽ uos neſcitis. *Ipſe eſt qui poſt me uenturus eſt, qui ante me factus eſt.* Poſt eũ nãq; & naſcendo & p̃dicando & moriẽdo uenit Chriſtus. Factus aũt ante eum, qa quaſi dñium eius ſequit̃ beatus Ioannes, & poſt eum uadit. Ante eni, hoc in loco nõ tpis, ſed ordinis habet ſignificationem. *Cuius ego non ſum dignus, ut ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Chri nõq; calceamẽti corrigiã ſoluere, ẽ ei9 humanitatis & mortalitatis myſteriũ p̃dicare. Calceamentũ eñ q̃d ex mortuorũ pellibus fit, carnis morticinium ſignificat. Alia enim noſtra indumẽta ex alia materia fiunt, calceamẽta uero nõ niſi carnea ſunt, unde & merito pro carne ponunt̃. Vide ergo quantũ ſe humillauit p̃curſor Dñi, qui priuſquam eum laudare cœperat, quaſi qui eius laudes p̃dicare idoneus non eſſet, ſtatim ſe indignũ eſſe dixit, qui non ſolũ eius diuinitatis, ſed & ipſius humanitatis myſterium nunciaret. *Hæc in Bethania facta ſunt, trans Iordanem ubi erat Iohannes baptizans.*

DOMINICA ANTE
NatalemChriſti. Marc. 1.

¶ Initium ſancti euangelij Ieſu Chriſti filij dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Conferendum eſt hoc euangelij Marci principiũ, principio Matthæi, qui ait, Liber generatiõis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham: atq; ex utroq; unus deus noſter Ieſus Chriſtus, dei & hominis eſt filius intelligendus. & apte primus euangeliſta filium hominis eum, ſecundus filium Dei nominat, ut à minoribus paulatim ad maiora ſenſus noſter exurgeret, ac per fidem & ſacramenta humanitatis aſſumptæ, ad agnitionẽ diuinæ æternitatis aſcenderet. Apte qui humanam generationem erat deſcripturus, à filio hominis cœpit, Dauid uidelicet ſiue Abrahæ, de quorum ſtirpe carnis ſubſtantiam aſſumpſit. Apte is qui librum ſuũ ab initio euangelicæ prædicationis inchoabat, filium magis dei appellare noluit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: quia nimirũ & humanæ erat naturæ, de progenie patriarcharum ſiue regum ueritatem carnis ſuſcipere: diuinæ fuit potentiæ, euangelium mundo prædicare. Euangelium quippe bonum nuncium dicitur. Quod autẽ melius eſt nũcium, quàm, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorũ? Hominis itaq; eſt humanitus naſci: dei uero, regni cœleſtis introitum pœnitentibus prædicare. Et ideo Matthæus recte filiũ Dauid nũcupat, quem in carne uenientem aſſeue

Collatio inmore euangelii.

rat. Recte Marcus filiū dei, quem in prima uolumi
nis ſui fronte autorē euangelij, & ſponſorē regni
deſignat æterni. Vbi uero notandum, q̄d euange-
liſtæ ſancti, qui diſpenſationem nobis dominicæ
incarnationis ſcriptam reliquere, uno quidem ſpi-
ritu accenſi, ad officium ſcribendi acceſſerunt, ſed
ſecundum diuerſum narrationis ſuę primordium,
ſinguli diuerſum ſtatuere terminum. Matthæus
nanq; à natiuitate dominica exordiū ſumēs, ad tps
uſq; dominicæ reſurrectionis, ſeriem ſuæ narrati-
onis, perduxit. Marcus ab initio euangelicæ præ-
dicationis incipiens ꝑuenit uſq; ad tempus aſcēſio
nis dominicæ, & prædicationis diſcipulorū eius
cunctis gentibus per orbem. Lucas à natiuitate ꝓ-
curſoris inchoās euangelium, terminauit in aſcen-
ſione dominica, cum redeuntes diſcipuli Hieroſo-
lymam, aduentum ſancti ſpiritus diuinis in laudi-
bus expectabant. Iohānes ab æternitate uerbi dei,
ꝑ quod oīa facta ſunt, principiū ſumens, & ipſe ad
tempus uſq; dominicæ reſurrectionis euangeliʒā-
do pertingit. Scripturus ergo euangeliū Marcus,
congrue primo omnium ponit teſtimonia prophe
tarū, quibus hoc futurū iam olim præcinebant, ut
cum eo cunctis uera ac ſine ſcrupulo dubietatis ſu-
ſcipienda quæ ſcriberet intimaret, quo hæc à pro-
phetis ſancto ſpiritu impletis antea præſcita ac ꝓ
dicta eſſe monſtraret. Simulq; uno eodemq; euan-
gelij ſui principio, & Iudæos, q legem ac prophe-
tas ſuſceperant, ad ſuſcipienda etiam euangelij ſa-
cramenta, quæ ipſorum prophetæ prædixerant,
inſtituit: & gentiles qui per euangelij prçconia ad
deum uenerant, ad autoritatem quoq; legis & ꝓ-
phetarum ſuſcipiendam uenerandamq; prouocat:
ne ſi quis iuxta hęreticos, aut uetus ſolūmodo te
ſtamentum, aut ſolummō nouum ſuſcepiſſet: alie-
nus à teſtamento dei remaneret. *Ecce mitto angelū
meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam an-
te te.* Angelus uocatur Ioannes, non ſocietate na-
turæ, iuxta hæreſim Origenis, ſed officij dignita-
Iohan. 1. te. Angelus enim græce, latine nuncius dicit. Quo
nomine recte appellari potuit homo ille qui fuit
miſſus à deo, ut teſtimonium perhiberet de lumi-
Matt. 11. ne, & uenientem in carne dominum mundo nūcia
ret. Nec mirandum myſtice angelum nominari eū
quo inter natos mulierum maior nemo ſurrexit:
cum conſtet omnes qui ſacerdotij gradu rite fun-
Mala. 2 guntur, ob euangelizandi officium angelos poſſe
uocari, dicente propheta: Labia ſacerdotis cuſtodi
ent ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia
angelus domini exercituum eſt. ¶ *Vox clamantis
in deſerto: parate uiam domini, rectas facite ſemitas ei-
us.* Conſtat, quia unigenitus dei filius uerbum pa-
Iohan. 1. tris uocatur, atteſtante Iohanne qui ait: In princi-
pio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & de
us erat uerbum. Et ex ipſa noſtra locutiōe cogno
ſcimus, quia prius uox ſonat, ut uerbum poſtmo-
dū poſſit audiri. Iohannes ergo uox à propheta uo
catur, quia uerbum præcedit. Aduentum itaq; do-
minicum præcurrens, uox dicitur: quia per eius
miniſteriū patris uerbum ab hominibus auditur.
Qui etiam in deſerto clamat: quia derelictæ ac
deſtitutæ Iudææ ſolatium redēptionis annunciat.
Quid aūt clamaret, aperitur cum ſubditur: ¶ *Para-
te uiam domini, rectas facite ſemitas eius.* Omnis qui
fidem rectam & bona opera prædicat, quid aliud
quàm uenienti domino ad corda audientium uiam
parat: ut hęc uis gratiæ penetret, & lumen ueri-
tatis illuſtret: ut rectas deo ſemitas faciat, dum mun
das in animo cogitationes per ſermonem bonæ ꝓ-
dicationis format? Sane notandum quod e teſti-
monijs ꝓpheticis quæ poſuit Marcus, unum ſolū-
modo in Iſaia, aliud inuenitur in Malachia: nec ta-
men falli aut fallere putandus eſt euangeliſta, qui
hoc ſcriptum dicat in Iſaia, quod Iſaias non ſcri-
pſerit, ſed potius intelligendum, quia ſi non hæc
uerba quæ de Malachia poſuit, inueniuntur in Iſai. 40
Iſaia, ſenſus tamen eorum inuenitur in Iſaia, & in
nonnullis locis alijs: & manifeſtius in eo quod
ipſe hic ſubiunxit: uox clamantis in deſerto, para Mala. 3.
te uiam domini, rectas facite ſemitas eius. Quis
enim non uideat quanta ſit in utraque ſententia
concordia? Nam quod dixit Malachias, mit- Iſai. 40.
tendum angelum ante faciem domini, qui præ-
pararet uiam eius, hoc eſt utique quod dixit Iſa-
ias, uocem clamantis audiendam in deſerto, quæ
diceret: Parate uiam domini, rectas facite ſemitas
eius. Quia ſicut Iohannes recte angelus potuit uo-
cari, pro eo q̄d faciem dñi euangelizando præue-
nit, ita recte appellari uox potuit: quia uerbū Dei
ſonando præibat, ſicut ſupra dictū eſt. In utraque
aūt ſententia ſimiliter paranda uia dñi ꝓdicatur,
ideoq; non fallitur euangeliſta, qui & hoc dictum
ab Iſaia ſcribit, quod ſi non eiſdem uerbis, eodem
tamen ſenſu ab ipſo ſcriptum inuenitur. Potuit au-
tem fieri, ut animo Marci euangelium ſcribentis,
pro Malachia Iſaias occurrerit, ut fieri ſolet, quod
tamen ſine ulla dubitatione emendaret, ſaltem ab
alijs admonitus, q ipſo adhuc in carne uiuente hoc
legere potuerunt, niſi cogitaret recordationi ſuæ
quæ ſpiritu ſancto regebatur, non fruſtra occurriſ-
ſe aliud pro alio nomen prophetæ, niſi quia ita do-
minus hoc ſcribi conſtituit. Cur autem ita conſti-
tuerit dominus, prima illa cauſa utiliſſima debet
facillime cogitari, etiam ſic eſſe inſinuatum, ita o-
mnes ſanctos prophetas uno ſpiritu locutos, mi-
rabili inter ſe conſenſione conſtare, ut hoc multo
amplius ſit, quàm ſi omnium omnia prophetarum
uno unius hominis ore dicerentur, & ideo indu-
bitanter accipi debere quæcunque per eos ſpiri-
tus ſanctus dixit, & ſingula eſſe omnium, & omnia
ſingulorum. Cum igitur & quæ dicta ſunt per Iſa
iam, tam ſint Malachiæ quàm Iſaiæ: & quæ dicta
ſunt per Malachiā, tam ſint Iſaiæ quàm Malachię:
quid opus erat ut emendaret Marcus, cum aliud
pro alio ſibi nomen occurrens à ſe ſcriptum legiſ-
ſet, ac non potius ſequens autoritatem ſpiritus ſan-
cti, à qua mentem ſuam regi pius nobis ille utique
ſentiebat, hoc ita ſcriptum relinquere, ſicut eum
admonendo conſtituerat ei dominus, ad informan
dos nos, tantam uerborum ſuorum prophetis ineſ-
ſe concordiam, ut non abſurde, imo congruentiſſi
me etiam Iſaiæ deputaremus, quod per Malachiā
dictum reperimus? ¶ *Fuit Ioannes in deſerto bapti
zans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſio-
nem peccatorum.* Cunctis legentibus liquet, quia Io
hannes baptiſmum pœnitentiæ non ſolum prædi-
cauit, uerumetiam quibuſdam dedit, ſed tamen tā
remiſſionē peccatorū dare nō potuit. Remiſſio nā-
que peccatorum in ſolo nobis baptiſmo Chriſti
tribuitur. Notandum itaq; quod dicitur, prædi-
cans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem pec-
catorum, quoniam baptiſmum quod peccata ſolue
ret, quia dare non poterat, prædicabat: ut ſicut in-
carnatum uerbū patris præcurrebat uerbo prædi-
cationis, ita baptiſmum pœnitentiæ quo peccata
ſoluuntur, prçcurreret ſuo baptiſmate quo pecca-

ta ſolui noo poſſunt. ¶ *Et baptizabantur ab illo in*
Iordane flumine, confitentes peccata ſua. Exemplum
eſt confiteodi peccara, ac meliorem uitam ꝓmittē
di eis q baptiſma accipere deſiderant, ſicut etiam
Act. 19 prędicante Paulo in Epheſo, multi credentium ue
niebāt cōfitētes & annūnciantes actus ſuos, quate
nus abdicata uita ueteri, renouari mererentur in
Chriſto. Vnde etiā beato Petro oſtenſis in linteo
cœleſti diuerſi generis animantibus, dictum eſt:
Act. 10 Surge Petre, occide & manduca. quod eſt aperte
dicere: Occide infideles ab eo quod fuerant prius
ab renunciatiōe ſcelerū, & promiſſione piæ religi
onis, ac ſic fidei chriſtianæ ſacramentis imbutos,
in ſanctæ eccleſiæ membra commuta. ¶ *Et erat*
Iohannes ueſtitus pilis camelorum & zona pellicea cir
ca lumbos eius. Pilis, inquit, ueſtitus, non lana. A
liud auſteræ ueſtis indumentum eſt, aliud luxu
riæ mollioris. Zona autem pellicea qua accinctus
fuit & Elias, mortificationis indicium eſt. Porro
quod ſequitur: *Et locuſtas & mel ſylueſtre edebat*. Ha
bitatori ſolitudinis congruum eſt, ut non delicias
ciborum, ſed neceſſitatem humanæ carnis exple
ret. Poteſt habitus & uictus eius per ſignifica
tionem etiam qualitatem internæ conuerſatio
nis eius non inconuenienter exprimere. Nam
que auſterioribus utebatur indumentis, ſicut e
tiam Dominus in laudibus eius proteſtatus eſt,
ad Iudæos dicens: Quid exiſtis uidere? hominem
Matt. 11 mollibus ueſtitum? Ecce qui mollibus ueſtiuntur,
in domibus regum ſunt. quia uitam peccantium
non blandimentis fouit, ſed uigore aſperæ inuecti
Luc. 3 onis increpauit, dicens: Genimina uiperarū, quis
uobis demonſtrauit fugere à uentura ira? Zonam
pelliceā habebat circa lumbos ſuos, quia carnem
ſuam crucifixit cum uitijs & concupiſcentijs ſuis:
quod eorum eſſe proprium qui ſunt Ieſu Chriſti,
Apoſtolo atteſtante didicimus. Locuſtas & mel e
debat, quia dulce quidem ſapiebat turbis prædica
tio eius, æſtimante populo & cogitantibus omni
bus in cordibus ſuis de eo, ne forte ipſe eſſet Chri
ſtus, ſed ocyus finem ſortita, intelligentibus eius
auditoribus, quia non ipſe Chriſtus, ſed pręcurſor
& propheta eſſet Chriſti. In melle etenim dulce
do, in locuſtis eſt alacer uolatus, ſed cito decidu
us. ¶ *Et prædicabat dicens: Venit fortior poſt me, cu*
ius non ſum dignus procumbens ſoluere, corrigiam cal
Myſteri *ceamentorum eius*. Mos apud ueteres fuit, ut ſi quis
um calcea eam quę ſibi competeret, accipere uxorem nollet,
menti no ille ei calceamentum ſolueret, qui ad hanc ſponſus
tatur. iure propinquitatis ueniret. Quid igitur inter ho
mines Chriſtus, niſi ſanctæ eccleſiæ ſponſus appa
ruit? De quo & idē Iohannes dicit: Qui habet ſpō
ſam, ſponſus eſt. Sed quia Iohannē homines Chri
ſtum eſſe putauerunt, quod idem Iohannes negat,
recte ſe indignum eſſe ad ſoluendā corrigiam ei
us calceamenti denunciat. Ac ſi aperte dicat: Ego
redemptoris ueſtigia denudare non ualeo, q a ſpō
ſi nomen mihi immeritus non uſurpo. Quod ta
men intelligi & aliter poteſt. Quis enim neſciat
quod calceamenta ex mortuis animalibus fiant?
Incarnatus uero dominus ueniens, quaſi calceatus
apparuit, quia in diuinitate ſua morticina noſtræ
corruptionis aſſumpſit. Sed huius incarnatiōis my
ſterium humanus oculus penetrare non ſufficit. In
ueſtigari enim nullatenus poteſt, quomodo corpo
ratur uerbū, quomodo ſummus & uiuificator ſpi
ritus intra uterum matris animatur, quomodo is
qui initium non habet, exiſtit & concipitur. Cor
rigia ergo calceamenti, eſt ligatura myſterij. Io
hannes itaq; ſoluere corrigiam calceamenti eius
non ualet, quia incarnationis myſterium nec ipſe
inueſtigare ſufficit, qui hanc per prophetiæ ſpiri
tum agnouit. ¶ *Ego uos baptizaui in aqua, ille bapti*
zabit uos in ſpirituſancto. Non quidem adhuc Iohan
nes dominum manifeſte deum, aut dei eſſe filium,
ſed tantum ſe uirum fortiorem prædicat. Non e
nim rudes adhuc auditores tanti capiebant arca
na ſacramenti, quod filius dei æternus homine aſ Sublimia
ſumpto ex uirgine, denuo natus eſſet in mundum, rudibus
ſed paulatim, per agnitionem glorificatæ humani paulatim
tatis, introducendi erant ad fidem diuinæ æterni tradenda.
tatis, quibus tamen quaſi latenter quodammodo
ac uelato ſermone deum hunc eſſe uerum declarat,
dum eum ſpirituſancto baptizaturum eſſe confir
mat. Cui enim dubium, nullum poſſe alium grati
am ſancti ſpiritus niſi deum dare? Tempore autem
procedente, cum capaciores iam ad intelligendū
eoſdem ſuos uideret auditores, etiam illum filium
dei aperte prædicauit. Sed qui me miſit baptiza
re, in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris ſpi Iohan. 1
ritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic
eſt qui baptizat in ſpirituſancto. Et ego uidi, &
teſtimoniū perhibui, quia hic eſt filius dei. Bapti
zamur autem à domino in ſpirituſancto, non ſolū
cum in die baptiſmatis fonte uitæ in remiſſionem
peccatorum abluimur, uerumetiam quotidie, cum
per gratiam eiuſdem ſpiritus ad hæc agenda quæ
deo placent, accendimur.

IN VIGILIA NATIVI-tatis Domini. Matth. 1

¶ In illo tempore: Cum eſſet deſponſata ma
ter Ieſu Maria Ioſeph, antequam conuenirent,
inuenta eſt in utero habens de ſpirituſancto. Et
reliqua. Homilia Origenis de eadem lectione

Q*Vum deſpōſata eſſet mater eius Maria, Io*
ſeph. Quę fuerit neceſſitas, ut deſpōſa
ta eſſet Maria Ioſeph? niſi ꝓpterea, q̄
tenus hoc ſacrm̄ diabolo celaret, & ille
malignus fraudis cōmēta aduerſus de
ſponſatā uirginē nulla penitus inueniſſet? Vel ideo
fuerat deſpōſata Ioſeph, ut nato infāti, uel ipſi Ma
rię curā uideret gerere Ioſeph, ſiue in Aegyptū tēs
uel inde denuo ueniēs, ideo deſpōſata fuit Ioſeph, Confeſſio
nō tn̄ io cōcupiſcētia iūcta. Mater, inqt, eius. Ma uirginita
ter imaculata, mater incorrupta, mat intacta. Ma tis Marię
ter eius: Cuius eius? Mater dei unigeniti, dn̄i & re
gis oim, plaſmatoris & creatoris cūctorū: illius,
q in cœlis ē ſine matre, & in terris ē ſine patre, ipſi
us, q in cœlis ſcd'm deitatē in ſinu ē patris, & in ter
ris ſcd'm corporis ſuſceptionē in ſinu ē matris. O
magnę admiratiōis gr̄a, o inenarrabilis ſuauitas, o
ineffabile magnūq; ſacramentū. Ipſa eadēq; uirgo,
ipſa & mater dn̄i, ipſa & genitrix, ipſa eius ancil
la, plaſmatio eius ipſa q̄ genuit. Quis unq̄ iſta audi
uit? qs uidit talia? qs hoc excogitare potuit, ut ma
ter uirgo eſſet, & intacta generaret, quæ & uirgo Exod. 3
ꝑmāſit, & genuit? Sicut em̄ q̄ndā rubus cōburi uide
batur, & ignis eum nō tangebat, & ſicut tres pueri
in camino incluſi habebantur, & tamen eos nō læ
debat incendiū, nec odor fumi erat in eis: uel quē Daniel. 3
admodū fuit in Daniele, cui intra lacum leonum Daniel 6
incluſo, clauſtris nō apertis, allatū eſt ei prandiū & 14
ab Abacuc: ita & hæc ſancta uirgo genuit Dn̄m,
ſed intacta ꝑmanſit. Mat eſſecta eſt, ſed uirginita
tē non amiſit. Genuit infantem, & (ut dictum eſt)

uirgo permanſit. Mater filij facta eſt, & caſtitatis ſigillum non perdidit. Quare? Quia nō homo iſte tantum qui uidebatur, ſed unigenitus erat Deus, qui in carnē aduenerat. Nec ſubito carnaliter genitus ē, ſed perfecta deitas in corpore uenit. Integer ergo iſte & indiuiſus deus in humano aduenis eius uel genitus eſt corpore, quibus deus & dominus figuram ſerui ſuſcepit. Non enim pars unigeniti uenit in corpore, nec ſe ipſe diuiſit, ut dimidius eſſet apud patrem, & dimidius eſſet in uirgine, ſed totus apud patrem, & totus in uirgine, totus in ſinu patris, & totus in humano corpore: non relinquens ſuperna, uenit quærere terrena, quæ in cœlis ſunt conſeruās & quæ in terris ſunt ſaluans. Vbique omnipotens, inſciſſus, indiuiſus, hic ſanctus unigenitus deus. ſi enī hoc uerbū humanū & corporale immiſſum in auribus plurimorū, nō diuiditur p ſingulos, ut pars in alio, & pars ſit iterum in alio, ſed in oībus integrū & plenū habetur, ut in unoquoque totū ſit: quāto magis uerbū dei unigenitus ubique totus eſt, & in cœlo & in terra, & apud patrē, & in uirgine? Et non diuiditur, ut dictum eſt, neque ſcindit̄, neque in partes efficit̄, ſed totus totū tenet, totum implet, totum illuſtrat & poſſidet. Huius itaque unigeniti Dei dicitur hæc mater uirgo Maria, digna digni, immaculata ſancti, una unius, unica unici, nec enim alter unigenitus ſuper terram uenit, aut alia uirgo unigenitum genuit. In his omnibus quę dicta ſunt, deſponſata legitur mater eius Maria. Et ait: *Inuenta eſt in utero habēs.* Cui inuenta, aut ā quo inuenta eſt? Primo ab angelis cuſtodientibus eam, protegentibus eam, conſeruātibus eam, uel eius beatiſſimam animam ad honorem illius, qui ab ipſa generādus erat. De hinc inuenta non incongrue putabatur ab ipſo beato Ioſeph ſancto & iuſto, qui pene licentia maritali, licet eam non contingeret, futuræ tamen, ut putabatur, uxoris omnia nouerat. ¶ *Ioſeph autem uir eius, inquit, cum eſſet homo iuſtus, & nollet eam traducere.* Virum appellat contra Iudæorum prauitatem, ut aduerſus uirginem non ſæuirent, propterea & deſponſata fuit ipſi Ioſeph, ut ſupra dictum eſt. Si enim non fuiſſet deſponſata Ioſeph, omnium bonorum incredibiles & inimici Iudæi lapidibus eā occidiſſent. ideo uirū eius hic eū euangeliſta appellauit. Ioſeph uir eius cum eſſet homo iuſtus. Iuſtus autem in uerbo, iuſtus in facto, iuſtus in legis conſummatione, iuſtus in initio gratiæ. Iuſtus itaque cum fuiſſet, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam. Noluit eam traducere, noluit eam accipere, noluit eam male diffamare: ſed uoluit eam occulte dimittere. Occulte eam ā ſe dimittere uolebat, ſicut pius, ſicut manſuetus, ſicut miſericors. Talis ergo cum eſſet Ioſeph, cogitabat eā occulte dimittere. ¶ *Hæc, inquit, illo cogitante.* Quęrendum eſt nobis nunc, quid cogitauerit, ut occulte eam dimitteret. Hęc cogitabat ut eam dimitteret. Si ſuſpicionem in ea habebat, quō iuſtus erat? Si ergo non eſt ſuſpicatus, uel tale aliqd cogitauit, cur eā dimittere uolebat? ut Imaculatā & ſanctam uoluit dimittere. Iniuſtū enim et hoc erat. Sed enim ſimplicē ſenſum audi huius omnis. Ioſeph iuſtus erat, & illa uirgo immaculata erat. Sed ideo illā dimittere uolebat, quoniam uirtutem myſterij & ſacramentum quoddam magnificum in eadem cognoſcebat, cui approximare ſeſe indignum æſtimabat. Ergo humilians ſe ante tantam & tam ineffabilem rem, quærebat ſe longe facere, ſicut & beatus Petrus domino ſe humilians aiebat: Recede a me domine, quia homo peccator ſum. Vel ſicut ille Centurio ad eundem dominū mittens, dicebat: Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, quia nec meipſum dignum exiſtimaui ad te uenire. Vel ſicut S. Elizabeth ad ipſam beatam locuta eſt Mariam, dicens: Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Sic & Ioſeph iuſte humilians ſeſe in omnibus, cauebat & timebat ſibimet iſtius tantæ ſanctitatis coniunctionem adhibere: & idcirco uolebat eam occulte dimittere: Dimittam eam, dicens, & ā me longe faciam eam, & ā cognitione mea. Maior eſt enim eius dignitas, ſuperexcellit eius ſanctitas, nec meæ congruit indignitati. ideo uolebat eam occulte dimittere. Hæc autē eo cogitante, angelus domini per uiſum apparuit ei, dicens: ¶ *Quid dubitas Ioſeph?* quare imprudenter cogitas? quare irrationabiliter meditaris? deus eſt enim qui generatur: Huius generationis miniſter es, & non largitor: ſeruus, & nō dñs: mancipiū, & non plaſmator. Propterea miniſtra, ſerua, cuſtodi, fer curam, in eode & huic qui naſcit̄, & huic quæ generat. Etenim ſi tibi uxor nominatur, ſi deſponſata tibi eſſe dicitur, non tñ tibi uxor eſt, ſed dei unigeniti electa mater eſt. Propterea Ioſeph fili Dauid, qui has promiſſiones accepit, cui iſta fidelia data ſunt teſtamenta, Ioſeph fili Dauid, non tantū ſecundum carnē, ſed ſecūdum ſpūm. Ioſeph fili Dauid, ſi enim filius Dauid, iuſte & hæres eius tanquā filius patris. ideo in hæreditatem accipe ea quæ illi promiſſa ſunt, teſtamenta fidelia. ¶ *Ioſeph fili Dauid, ne timueris accipere Mariam coniugem tuam.* Ne timueris, ne trepidaueris, ne conturberis, ſed ſecurus & intrepidus accipe eam ſecundum legis præceptum, uxorem tibi nominatam, ſed ſecundum nuptiarum conſuetudinem & coniunctionem longe alienam. Accipe ergo eam ſicut commendatū cœleſtem theſaurum, ut deitatis diuitias, ſicut pleniſſimam ſanctitatem, ſicut perfectam iuſtitiā. Accipe eam ſicut unigeniti manſionem, ſicut honorabile templū, ſicut domū dei, ſicut creatoris omnium propriam, ſicut regis ſponſi cœleſtis domum immaculatam. Ita ergo Ioſeph fili Dauid, ne timueris accipere eam tibi commendatam, tuę religioſitati creditam ſerua, fer curam, attende fugiens ab Herode, duc in Aegyptum, iterū remeans poſt Herodis mortem, deduc in terram Iſrael. Ne timueris accipere Mariā cōiugē tuam. Coniugē audiēs, non expaueſcas, nec conturberis, nec tu nec quiſquam ſequentium uſque in conſummationem ſeculi. Coniugem eam dico propterea, ut diabolo uirginitatē eius occultem, & Iudæorum prauitatem excludā atque deijciam, ut legis inſtituta non deſtruam, & in ſequentibus demonſtrabo, quod iſta, nec tua coniunx ſecundum conſuetudinem coniugij habeat, nec iſte qui generatur, tuus filius eſſe credatur. *Quod enim naſcetur ex ea, de ſpiritu ſctō eſt,* qa ſcilicet cooperator huius natiuitatis ſpūſanctus eſt. nam unigenitus filius qui ante ſecula ineffabiliter ex ſolo patre natus eſt, iam ſeculi appropinquante fine, ex uoluntate patris in humano corpore ſancto cooperante ſpiritu, inter homines uenit. Iſte eſt de quo ſcriptura prænunciat, dicens: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Patris etenim unigenitus filius, ex uirgine generatus eſt, ut illam uirginē priorem Euam quæ ceciderat, iterū renouaret atque erigeret: & qui per prauam uoluntatem filij eſſe effecti fuerant diaboli, per adoptionem gratiæ filios efficeres

Christi notatur diuinitas

Luc. 5

Matt. 8

Luc. 1

Copia linguæ Origenis

Iſai. 9

efficeret dei. ¶ *Pariet, inquit, filium, & uocabis nomen eius Ieſum.* Virgo generat, & tu hunc genitum uocabis Ieſum, quod interpretatur ſaluator. ¶ *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.* Vocabis, ait, nomen eius hoc quod ante fuit, quod ante ſecula nominatum eſt. Nõ tu ei impones nomẽ, nec ex te ei uocabulum conſtitues, ſed nomina & (Nominis ſiguratio) uoca exultando Ieſum, id eſt, ſaluatorem. Saluatorem eum eſſe teſtare, nec ex tempore cœpiſſe ſaluare, ſed etiam antiquiſſimum ſaluatorem. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ. Duo enim per hoc uerbum præclara deſignantur, quod & deus fuerit & dominus prius ante incarnationem Chriſtus, & quod populus eius ab eo ſaluandus iam tunc annunciabitur. Et ideo dictum eſt, Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum, ut uere deus. Dei enim eſt uirtutis, à peccatis ſaluare uel peccata dimittere. Iſte ergo filius dei habens populum ſuum, ipſum uenit (ut dictum eſt) liberare à peccatis atq; ſaluare, ſiue ex Iudęis, ſiue ex gentibus, de quo ipſe iam per prophetam (Pſalm. 2) fuerat elocutus, dicẽs: Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Ipſe ſaluabit populum ſuum à peccatis eorum, ſanguine uidelicet ſuo cunctos redimens: morte ſua, de mortis eos liberans poteſtate. Ipſe ſaluabit, hoc eſt, ſaluator omnium hominũ fidelium atq; credentium. ¶ *Hoc autem totum factũ eſt.* Quod totum? Hoc de unigeniti deſcẽſione, hoc de ipſa dñi incarnatiõe, hoc de angeli ad uirginẽ deſtinatiõe, hoc de ipſius uirginis deſpõſatiõe uel caſtitate. Hoc enim totũ factũ eſt ad totius mũdi ſalutẽ: hoc totũ factũ eſt, ut unum compleret, ut unum cõſummaret. Quid illud? Quod uirgo genuit, q̃d uirgo ꝑmanſit, quod mater fuit, & intacta uirgo perſeuerauit. Ecce uirgo in utero accipiet. Audite quod dicit oẽs filię Euæ: audite omnes uos qui hæreditatem doloris & triſtitiæ poſt illam & ex illius condemnatione ſumpſiſtis: uos quæ in triſtitia generatis filios, uel magis uos quæ concupiſcẽtiã corruptibilem non timuiſtis: audite & lætamini, audite & conſolamini, audite quod uirgo in utero accipiet, non ex deſiderio partum concipiens. Neque ſerpentis perſuaſione decepta eſt, neq; eius afflatibus uenenoſis infecta eſt, ſed uirgo in utero accipiet, prædicationem angeli ſuſcipiens, ꝓpheſarum teſtimonia aſſumens. Virgo in utero accipiet, ut deum dignanter incarnatum, ad mundi pariat ſalutem. Ecce, inquit. Hoc ipſum quod dicit, ecce, admirãtis eſt tanti myſterij magnitudinem, ut oẽs uelut e ſomno ſuſcitans, ad hoc dictũ erigeret: ¶ Ecce uirgo dicit in utero accipiet & pariet filium. Ad colligandum illum fortem armatum, ad conculcandum ſerpentis impij caput, ad conterendas uires eius, ad prædam eius diripiendam, atque captiuitatem populi ſui conuertendam, pariet filium, ad denuo reparandum Adam, ad inobedientiam Euæ per Mariæ obedientiam excludendam, ad erigendum iacentium genus, quod ꝑ mulieris temerariam credulitatem fuerat deiectum.

¶ *Et uocabunt nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum Nobiſcum deus.* (Emanuelis uocab. myſteriũ) Vocant nomen prius angeli, pſallentes in eius generatione, ſicut deum omniũ & regem pacis, ad homines uenientem. Deinde apoſtoli, unigeniti dei dominationem atq; uirtutẽ omnibus gentibus prædicantes. Adhuc & ſancti martyres, contra ignes & gladios uſque in mortẽ reſiſtentes. Deinde cuncti credentes, hoc ipſum nomen uſq; ad conſummationem ſeculi memorantes atque laudantes. Et uocabunt nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus. Qui uocabunt, niſi iuſti, quorum uocabitur in terra nomen nouum, non ſicut prius in figuris & imaginibus, ſed facie ad faciem, apparentem? Nobiſcum Deus. Abrahæ patre credentium tribus hoſpitis temporis, licet non per ipſam ineffabilem deitatis ſubſtantiam, ſed potius per angelicam ſpeciem à meridie uiſus eſt: nobis triginta tribus annis in terra apparuit, & cum hominibus conuerſari dignatus eſt. (Gene. 18.) Iacob etiam per angelum nihilominus apparuit colluctans cum eo, quique ſe ab eo ſuperari permiſit, ut hunc mundicordem merito benediceret, atq; Iſrael nominaret. (Gene. 32) Nobiſcum deus; amplius magis pro nobis magnificum certamen adimplens, & uſque ad mortem accedens, ut morte ſua mortem occideret, & benedictionem ac immortalitatem mundo corde populo condonaret, qui fiducialiter dicit, Nobiſcum deus, per euãgeliſtarum & apoſtolorum prædicationem, per ſui ſancti corporis & ſanguinis ſacramentum, per glorioſę crucis ſignaculum. Per iſta ergo omnia nobiſcum Deus, & ad nos atque in nobis, ſicut ipſe ait: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. (Matt. 28) Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. amen.

DE EADEM VIGILIA. HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

PRimum autem quærendum eſt, cur beata Maria deſponſata fuerit, quæ ante partum uirgo, in partu uirgo, & poſt partum uirgo, nunquam uiro cognita erat. Multæ enĩ ex hoc rationes reddi poſſunt. Si enim uirum non habuiſſet, & grauida uideretur, nulla ei excuſatio ſubuenire poſſet, ut quaſi adultera non lapidaretur. Quis enim ei crederet ſine uiro concepiſſe? quis ei crederet de ſpiritu ſancto eius uterum intumuiſſe? Erat enim hoc inuſitatum & ſine exemplo. Melius ergo fuit, ut ſemper uirgo, ad tempus non uirgo putaretur, quam accuſata ſecundum legem lapidaretur. Non enim uiolatur uirginitas falſa opinione. Occiditur autem innocens plerunq; falſa accuſatione. Poterat enim Dominus, & aliter matrem ſuã, non ſolum ab iniuſta damnatione, uerum & à falſa opiniõe defendere ſi uellet, qui ſemper in poteſtate habuit facere quicquid uellet. Cur autem hæc magis uoluerit, ipſe ſcit, non ego. Sic ei placuit, placeat igitur & nobis. Indigebat prǽterea uirĩ auxilio multis modis uirgo Maria, quia ſecundũ Dei diſpoſitionem in Bethleem paritura erat, & eam ſimul cum filio in Aegyptum fugere oportebat: ſic enim à Deo fuerat diſpoſitum, ſic à prophetis antea nunciatum, ſic futurum erat, & mutari non poterat. Hæc eſt igitur cauſa cur deſponſata fuerit. *Cum autem deſpõſata mater eius Maria Ioſeph, antequam conuenirent inuenta eſt in utero habẽs de ſpiritu ſancto.* Quæritis fortaſſe qualis mater. quærite prius qualis filius. Non habet filius in hominibus parem, non habet mater in mulieribus ſimilẽ. Speciosus ille præ filijs hominũ: ſpecioſa illa quaſi aurora cõſurgẽs. Fecit ille matrẽ ſuã, q̃d nemo alius fecit: pepit illa filiũ & uirgo ꝑmãſit: q̃d nulla alia fecit. Fuit ille antequã mater, non fuit iſta anteq̃ filius. Quid enim horum mirabilius tibi eſſe uidetur? utrumq; enim mirabile eſt: quia nec prius nec poſ

actis

ſterius factũ eſt. *Antequã cõuenirẽt, inquit, inuenta eſt in utero habens de ſpiritu ſancto*. Quid eſt antequam cõ
uenirent? antequam ſimul in una domo habitarẽt:
nõdum eñ conuenerant, nõdum ſimul habitabãt.
Ille in ſua, & illa adhuc in ſua domo manebat. *Et tamẽ inuenta eſt in utero habẽs de ſpiritu ſancto*. Quęs
reret me go à quo inuẽta fuiſſet, ſi tales inuenire diſ
ficile eſſet. Multa enim ſigna ſunt quibus grauidæ
mulieres cognoſcũtur. Videbatur igitur grauida
ab ijs qui ei familiares erant: nemo tamen eam ſuſ
ſpectam habebat, quoniam deſponſatam eſſe ſcie
bant. Intellexit hoc tandem & Ioſeph, & ſponſam
ſuam grauidam eſſe cognouit: mirabatur igitur,
& circa ſponſam ſuam zelotipia mouebatur. Quid
faceret? ꝓdere eã timebat, ne occideretur, dimit
tere eã cogitabat, quod & ſibi facile, & piculoſum
eſſe ſentiebat: daret enim ei libellũ repudij. Sic e
nim præcipit lex. Hoc eſt autem quod ſequitur: *Io
ſeph autem uir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam tradu
cere*, uoluit occulte dimittere quam accuſare nole
bat. Nolebat eam traducere in domum ſuam, quã
uidebat grauidam eſſe de non ſuo. *Hoc autem cogi
tãte, ecce angelus Domini in ſomnis apparuit ei dicẽs:
Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniu
gem tuam*. Cum, inquit, ita cogitaret, cum ijs an
guſtijs æſtuaret, cũ quid faceret, dubitaret: ecce
angelus Domini, ecce nuncius cœleſtis, ecce Ga
briel conſiliator uirginis, eiusque conſcius caſtita
tis, cui hæc ſecreta erant commiſſa, cui hæc myſte
ria reuelata fuerant, apparuit Ioſeph in ſomnis.
Et bene quidem in ſomnis: ſi enim Ioſeph nõ dor
miſſet, ſi extra ſe non fuiſſet, ſi mentis oculos aper
tos habuiſſet, ſi ſolem, qui iam in Maria oriebatur
ſpiritu ſancto reuelante cognouiſſet, proculdubio
nihil tale cogitare potuiſſet. Audiamus autem qd
angelus dixerit: *Ioſeph fili Dauid, noli timere accipe
re Mariam coniugẽ tuam*. Noli, inquit, timere, noli
dubitare, tolle hanc Zelotipiam, pelle ſuſpectio
nem: non eſt ut cogitas, nondum cognoſcis hanc
uirginem, nondum bene uidiſti Mariam coniugẽ
tuam. Ipſa enim eſt templum Dei, ipſa eſt porta
cœli, ipſa eſt Domina tua, quã putas eſſe ſponſam
tuam. Accipe igitur eam, iam nunc quaſi dominã,
non quaſi coniugem, accipe eam, non tibi traditã,
ſed commodatam. Sis ei obediens, non imperans
ut maritus. Quare hoc? Vis audire quare? *quia quod
in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt*. Sufficiebat hoc au
dire, ſufficiebat & credere. Non quæramus quali
ter de uirgine incarnatus, & qualiter de ſpiritu
ſancto natus eſt Chriſtus. Credidit eñ uirgo Ma
ria & concepit. Hoc enim teſtatᷣ Elizabeth: Bea
ta, inquit, quæ credidiſti, quia perficientur in te ea
quæ dicta ſunt tibi à Domino. Credidit enim uir
go, & operante ſpiritu ſancto, uerbum caro factũ
eſt. *Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Ieſum*.
Quare autem tali nomine uocetur, protinus ſubin
ferens ait: *ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a
peccatis eorum*. Manifeſtum eſt igitur quia ſaluator
interpretatur.

IN NOCTE NATIVITATIS Domini. Luc. 2

¶ In illo tempore, Exijt edictũ a Cæſare Au
guſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Hæc
deſcriptio prima facta eſt a præſide Syriæ Cy
rino. Et ibant oẽs ut profiterẽtur, ſinguli in ci
uitatem ſuam. Et rel. Homilia beati Gregorij
papæ.



QVia largien
te dño, miſ
ſarũ ſolẽnia
ter hodie ce
lebraturi ſu
mus, loqui diu de euange
lica lectione non poſſu
mus: ſed nos aliqd breui
ter dicere, redemptoris
noſtri natiuitas ipſa com
pellit. Quid ẽ ꝙd naſcitu
ro dño mundus deſcribitᷣ,
niſi ꝙd apte monſtratᷣ, qa ille apparebit in carne,
q electos ſuos adſcriberet in æternitate? Quo cõ
tra de reprobis p propheta dicitur: Deleãtur de
libro uiuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Qui Pſal. 68.
bene etiam in Bethleem naſcitur. Bethleem quip Iohan. 6.
pe domus panis interpretatur. Ipſe nanque eſt qui
ait: Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi. Lo
cus ergo in quo dominus naſcitur, domus panis an Iohan. 6.
te uocatus eſt, quia futurum profecto erat, ut ille Bethlẽ
per materiã carnis appareret, qui electorũ men ſignifica
tes interna ſatietate reficeret. Qui non in parentũ tio myſti
domo, ſed in uia naſcitur, ut profecto oſtenderet, ca.
quia non per humanitatem ſuam quam aſſumpſe
rat, quaſi in alieno naſcebatur. Alienum uidelicet,
non ſecundum poteſtatem dico, ſed ſecundum na
turam. Nam de poteſtate eius ſcriptum eſt: In pro
pria uenit. In natura etenim ſua ante tempora na
tus eſt, in noſtra uenit ex tempore. Qui ergo æter
nus permanẽs, temporalis apparuit, alienum eſt
ubi deſcendit. Et quia per prophetam dicitur: Om
nis caro fœnũ, factus homo, fœnum noſtrũ uertit
in frumẽtum, q de ſeipſo ait: Niſi granum frumen Iſaiæ. 40
ti cadens in terrã, mortuum fuerit, ipſum ſolũ ma
net. Vnde & natus, in preſepio reclinatᷣ, ut fideles Iohan. 12
omnes uidelicet animalia ſancta, carnis ſuę frumẽ
to reficeret, ne ab internę intelligentiæ pabulo ie
iuna remanerent. Quid eſt hoc ꝙd uigilãtibus pa
ſtoribus angelus apparuit, eoſq; dei claritas cir
cunfulſit, niſi ꝙd illi prę cęteris uidere ſublimia me
rentur, q fidelibus gregibus ꝑeſſe ſolicite ſciunt?
Dumq; ipſi pie ſuper gregem uigilant, diuina ſup
eos gratia largius corruſcat. Regem uero natum
angelus nunciat, eiusq; uoci angelorum chori cõ
cinunt, & congaudentes clamant: Gloria in excel
ſis deo, & in terra pax hoĩbus bonę uolũtatis. Prius
quippe ꝗ redemptor noſter per carnem naſceretᷣ,
diſcordiã cũ angelis habuimus, à quorum claritas
te atq; munditia, per primæ culpæ meritũ & per
quotidiana delicta longe diſtabamus. Quia enim
peccando extranei eramus à deo, extraneos nos à
ſuo conſortio deputabant angeli, ciues dei. Sed qa
nos cognouimus regem noſtrum, cognouerunt
nos angeli ciues ſuos. Quia eñ rex cœli terrã no Pacis reſti
ſtræ carnis aſſumpſit, infirmitatẽ noſtrã illa iã an tutio p me
gelica celſitudo non deſpicit. Ad pacẽ noſtri an diatorẽ.
geli redeũt, intentionẽ prioris diſcordiæ poſtpo
nunt. Et ꝗs prius infirmos abiectoſq; deſpexerãt,
iam ut ſocios uenerantᷣ. Hinc eſt eñ ꝙd Loth & Io
ſue angelos adorãt, nec tñ adorare ꝓhibentᷣ. Iohan
nes uero in Apocalypſi ſua adorare angelũ uoluit,
ſed tamẽ idẽ hunc angelus, ne ſe debeat adorare,
cõpeſcit, dicens: Vide ne feceris, cõſeruus eñ tuus Apoc. 19
ſum & fratrũ tuorũ. Quid ẽ ꝙd an redẽptoris aduẽ
tũ angeli ab hoĩbus adorantᷣ, & tacẽt: poſtmodũ ue
ro adorari refugiũt? niſi ꝙd naturã nr̃am, ꝗ prius de
ſpexerãt, poſtꝗ hanc ſuper ſe aſſumptã cõſpiciunt

proſtratam ſibi uidere pertimeſcunt? Nec iam ſub ſe uelut infirmam contemnere auſi ſunt, quam ſuper ſe uidelicet in cœli rege uenerantur: nec habere dignantur hominē ſociū, qui ſup ſe adorant hominem deum. Curemus ergo fratres chariſſimi, ne quā nos immunditia polluat, qui in æterna præſciētia & dei ciues, & angelis æquales ſumus. Vindicemus moribus dignitatem noſtrā. Nulla nos luxuria inquinet, nulla nos turpis cogitatio accuſet, nō malitia mētis mordeat, nō inuidiæ rubigo conſumat, nō elatio inflet, nō ambitio p terrena oblectamēta dilaniet, non ira inflammet. Dij etenim uocati ſunt homines. Defende ergo tibi o homo contra uitia honorem dei, quia ppter te factus ē deus hō.

DE EADEM NOCTE AC EVangelio Lucæ 2. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Audiuimus ex lectione euangelica frēs chariſſimi, quia naſcituro in mundum redemptore mundi, deo & dño noſtro Ieſu Chriſto, exijt edictum à Cæſare Auguſto, qui tunc mundani regni apicem tenebat, ut mundus deſcriberet. Quod non caſu contigiſſe putandū eſt, ſed certiſſima diſpenſatione eiuſdē noſtri redēptoris intelligendū eſſe prouiſum. Ipſe etenim mediator dei & hominum, ſicut matrē ſibi diuinitus quā uoluit præuidit, de qua naſceretur qñ uellet humanitas, ita etiam tempora natiuitatis quæ uoluit elegit, imo ipſe ea qualia uoluit eſſe donauit, talia uidelicet in quibus ſopito turbine bellorū, noua pacis trāquillitas totū contegeret orbē. Quod enim maius in hac uita potuit eſſe pacis indiciū quā ab uno homine orbē deſcribi uniuerſum, atque unius cenſus numiſmate concludi? Matrem quippe elegit uirginem, quia nō aliter dei filiū naſci in carne, quā de intemerata genitrice decebat.

Tempus pacis elegit dominus. Tempus qñ naſceretur ſummę pacis elegit, quia hæc nimirum ei naſcendi in mūdo cauſa fuit, ut genus humanum ad ſupernæ pacis dona reduceret. Hinc etenim ſcriptum eſt: Ipſe eſt pax

Ephe. 2. noſtra, qui fecit utraque unum, id eſt, qui de angelis & hominibus unam dei domum pius mediator & reconciliator inſtituit. Pacis temporibus natus eſt dominus noſter, ut etiam ſtatu temporis ipſum eſſe ſe doceret, de quo promiſſa pphetia dicebat:

Iſai. 9. Multiplicabitur eius imperiū, & pacis non erit finis. Unde bene idem propheta aliàs cum incarnationis illius ac noſtræ redemptionis ſacramenta my-

Iſai. 2. ſtico ſermone deſcripſiſſet, dicens: Et erit in nouiſſimis diebus pparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes: ſerenitatē quoque pacis quæ tunc eſſet futura, manifeſte ſignauit, ſubijciēs: Et conflabunt gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gētem gladium, nec exercebuntur ad prælium. Propter

Ibidem. quod & mox exhortando ſubiunxit: Domus Iacob uenite, & ambulemus in lumine domini. Præmiſit ergo tempora pacis, & ſic apparens in carne ipſe autor pacis, & temporum conditor, primo domui Iacob, id eſt, plebi Iſraeliticæ, deinde cunctis gentibus ad ſe confluentibus ianuam lucis aperuit, & pacis æternæ gaudia prædicauit. Nec prætereundum, quòd eius pacis terrena ſerenitas nato regi cœleſti non ſolum teſtimonium gratiæ perhibuit, ſed & obſequium impendit: quia prædicatoribus uerbi illius peragrandi orbem facultatem tribuit, & ubicunque uellent euangelij gratiam diſſeminandi: quod fieri minime poſſet, ſi non uno totus orbis regeretur imperio. Sed & ipſa totius orbis deſcriptio, quæ à terreno rege facta memoratur, cœleſtis opera regis manifeſte deſignat, qui ad hoc nimirum apparuit in mundo, ut de cunctis per orbem nationibus electos in unitatem fidei ſuæ colligeret, ac nomina ſua, ſicut ipſe promiſit, in æternum ſcriberet in cœlo. Hoc quoque, quòd ad edictum Auguſti ibant omnes ut profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatē, in noſtri regis eſt nobis ſeruitio ſpiritualiter agendum.

Deſcriptio myſtice exponitur. Noſtra quippe ciuitas, ſancta eccleſia eſt, quæ partim adhuc peregrinatur à Domino in terris, partim iam cum domino regnat in cœlis, & poſt finem huius ſeculi perfecta in æternum tota cum illo regnabit. In hanc ergo ciuitatem debemus omnes ire, nullum à tam ſalubri itinere oportet excuſari. Omnes nos neceſſe eſt nato regi debitum pendere cenſum, hoc eſt, & in unitate nunc eccleſię pſentis, iuſſis obtēperare diuinis, & ad ingreſſum patriæ cœleſtis infatigabili bonorū operū curſu properare. Dabatur aūt in profeſſionem cēſus, denarius qui decē nummorū in ſe pondus habebat, Cæſaris imaginem continens & nomen: quod nos quoque ſpūaliter oportet imitari. Soluimus enim regi noſtro denarium, cum decem præcepta legis illius implere ſatagimus. In quo uidelicet denario nomen eiuſdem regis noſtri conſcriptū geſtamus, cum in cunctis actibus noſtris meminerimus nos à

Denarius myſticus. Chriſto Chriſtianos uocari, ac dignitatem nominis ipſius intemeratam in nobis conſeruare curamus. Imaginem quoque eius in eodem denario bonæ noſtræ conuerſationis exprimere debemus, illā utique quam ipſe dominus docuit, dicens: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, dominus Deus ueſter. Leuit. 19. Hæc eſt nanque imago dei, ad quam in primo homine conditi ſumus, ut uidelicet participatiōe diuinæ ſanctitatis perpetuo ſancti eſſemus: Hinc etenim Pſalmiſta ait: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine. Pſalm. 4. Sed quia hoc lumen diuini uultus homo peccando amiſit, placuit Deo humani uultus habitum in carne naſcendo aſſumere, quo nos doceret in Spiritu debere renaſci. Placuit in ſimilitudine carnis peccati ſine peccato apparere, ut nos emundaret ab omni peccato, & claritatem nobis ſuæ reformaret imaginis. ¶ *Aſcendit autem, inquit: Ioſeph, a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethleem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore, prægnante.* Diuinitus conſtat eſſe procuratum, ut ad ſuam quiſque ciuitatem pergens, ibi cenſum profiteretur, quatenus hoc edicto generali parentes noſtri ſaluatoris de Nazareth in Bethleem contingerent, ſicque ad complendum uaticinia prophetarum, utraque ciuitas incarnationis eius inſigniretur arcanis, una uidelicet cōceptionis, altera natiuitatis honore præfulgens. Teſtatur nanque Iſaias propheta, quod redemptorem noſtrum in Nazareth concipi oporteret, cum dicit: Egredietur uirga de radice Ieſſe, & Nazaræus de radice eius aſcendet. Iſai. 11. Interpretatur autem flos ſiue mundus. Quo uocabulo, incarnatus pro nobis Dei filius, recte potuit cognominari, quia & ipſe mūdus uitijs omnibus, naturam ſuſcepit hominis, & in ſe credentibus cunctis flos ſpiritualium fructuum origoque proceſſit, quibus recte ac beate uiuēdi & mōſtrauit exempla, & dona conceſſit. Egreſſa eſt ergo uirga de radice Ieſſe, & Nazaræus de radice eius aſcēdit, quia intemerata uirgo Maria de ſtirpe

Dauid

Dauid orta eſt, de cuius carne Dominus in ciuitate Nazareth ueritatem carnis ſine inquinamento carnis aſſumpſit. Quia uero in Bethleem eſſet naſciturus, hoc quoq; ꝓpheticis deſignatur oraculis, cum dicitur: Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te enim egredietur qui dominabitur in Iſrael.

Mich. 5

Qui bene in Bethlẽ naſcitur, non ſolum propter indicium regij ſtemmatis, quia Dauid inde fuit, ſed & propter nomẽ ipſum, quia Bethleem domus panis interpretatur. Ipſe nanque ait: Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi.

Iohan 6.

Quia ergo propterea de cœlo ad terrã deſcendit, ut nobis uitæ cœleſtis alimoniam donaret, nosq; æternæ dulcedinis munere ſatiaret, merito locus in quo naſcitur, domus panis uocatur.

Natalis loci ratio datur.

Eſt & alia ratio ſupernæ diſpoſitionis, qua dominus noſter non in ea qua conceptus erat ciuitate, ſed in alia naſceretur ut uidelicet ex hoc inimicos inſidiantes facilius natiuitatis eius conſcij uel miniſtri deuitarent. Præuidebat quippe quod eum mox natum Herodes perſequi, atq; ad mortẽ quærere inciperet. Et propterea ſic natiuitatis eius myſterium uoluit in ciuitate Dauid peragi, ut parentes eius non ibi domum, non poſſeſſionem haberent, ſed tantummodo tempore natiuitatis ipſius illo nouitij aduentarent, hoſpites manerent: ſtatimq; completa eadem natiuitate, ac declaratis ſignis cœleſtibus, quæ ei teſtimonium dare decebat, Aegyptum cum ipſo ſecederent. Sic etenim factũ eſt, ut non ſolum eum dum quæreret Herodes, minime reperiret, ſed nec ullam cognatos eius uexãdi occaſionem haberet, cuius parentes qui eſſent, explorare non poterat. Nec prætereunda ſilentio maxima conditoris & redemptoris noſtri dignatio, qui non ſolum incarnari pro nobis, ſed eo tempore noluit incarnari, quo mox natus, profeſſione cenſus aſſcriberetur. Induit enim carnem, ut nos uirtute ſpiritus indueret. Deſcẽdit de cœlo ad terras, ut nos de terris eleuaret ad cœlum. Soluit tributum Cæſari, ut nobis perpetuæ libertatis gratiam donaret. Seruiuit dei filius in homine regi, qui diuinæ ſeruitutis ignorabat obſequium, ut nobis per hoc humilitatis formam tribueret. Inſinuat uidelicet quantum per charitatem ſeruire debeamus inuicem, cum ipſe non deſpexerit, ei qui ueræ charitatis erat neſcius, impendere ſeruitiũ. Vbi hoc quoq; ſuo ꝑmonſtrauit exemplo, ꝗd poſtmodum principis apoſtolorum erat uerbo docturus: Subditi eſtote omni creaturæ humanæ ꝓpter deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis.

1. Pet. 2

¶ *Factum eſt autem, inquit, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies ut pareret. & peperit filium ſuum primogenitum.* Primogenitum uocauit omnium, non quia credendum ſit beatam dei genitricẽ alios poſt eum peperiſſe filios, quam perpetua caſtitate una cum uiro ſuo Ioſeph conſtat eſſe memorabilem, ſed ob id eum recte primogenitum appellat, quia ſicut Iohannes ait. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

Iohan. 1

In quibus filijs ipſe iure primatum tenet, qui & antequam naſceretur in carne, Dei filius abſque initio natus extiterat. Deſcendit autem ad terras, factus eſt noſtræ particeps naturæ, largitus eſt nobis ſuæ participium gratiæ, ut ſicut Apoſtolus ait, Sit ipſe primogenitus in multis fratribus.

Roma. 8.

¶ *Et pannis eum, inquit, inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio.* Et hic attenda eſt fratres chariſſimi, magna redemptoris noſtri dignatio, hic ex totis medullis cordis unicuique noſtrum cum propheta dicendum: Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi? Ille enim cui ueraciter canimus, Magnus dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ ẽ finis. Paruulus natus ẽ nobis, ut nos renaſcendo de paruulis magnos, hoc eſt, de pctõribus faceret iuſtos. Qui ad dexteram patris ſedet in cœlo, loco egebat in diuerſorio, ut nobis copiã felicium manſionum in domo patris ſui donaret, quo omnem creaturam ſiue in cœlis inuiſibilem, ſiue uiſibilem in hoc mũdo, multifarijs induit ornatibus, qui in ſua maieſtate, ſicut propheta dicit, Amictus lumine ſicut ueſtimento, ipſe in aſſumptione noſtræ fragilitatis exiguis contegitur pannis, ut primam nobis ſtolam reſtituat, id eſt, ad gratiam immortalitatis quam in primo parente amiſimus, miſeratus reducat.

Amplectenda dignatio Ieſu.

Pſal. 103

Ille per quem oĩa facta ſunt, manus pedesq; ſuos, imo totum corpus quod induit, cunis inuolui diſpoſuit, ut manus noſtras in bono opere promptas redderet, pedes noſtros in uiam pacis dirigeret, cuncta corporis noſtri mẽbra diuinis manciparet obſequijs. Ille quem cœlum & cœli cœlorum non capiunt, parui præſepis anguſtia continetur, ut amplitudinem nobis ſupernarum ſedium retribueret: & quadam præcipui gratia ſacramẽti in præſepio ſibi ſedem elegit, ubi animalia ſolent ad ueſcendum conuenire. Inſinuauit enim iam tunc, quia fideles omnes in ſacroſancta altaris menſa, eiuſdem incarnationis ſuę myſterijs eſſet refecturus. Indicauit etiam quia cunctos ſibi humiliter obſequentes, interna ſuauitatis ſoleat gratia recreare, quibus bene per prophetam dicitur: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus ꝑſepe domini ſui. In boue etenim deſignat populũ Iudæorum, qui iugum legis portare, & eius conſueuerat uerba ruminare. In aſino autẽ exprimit populum gentium, qui ſordibus idolatriæ ſemper manebat immundus. Ex quo utroq; populo plurimi ad euangelij gratiam conuerſi, & poſſeſſorem à quo creati ſunt cognouerunt, & cœleſtibus eius quærebant alimonijs ad perpetuam creſcere ſalutem. Quorum primitias ei conſecratas accipimus in paſtoribus illis merito uenerãdis, qui natũ eum primi angelo nunciante uidere & prædicare meruerunt, & in Magis, qui ad eius cunabula de Oriente cum muneribus & precibus ſtella duce uenerunt. Hi nanq; de Iudæis ad Dominum, illi uenere de gentilibus. Verum de Magis die ſancto Epiphaniæ, ipſo ad quem uenere Domino propiciãte plenius audiemus. Interim de paſtoribus qui primi ad eum uenientes, prioris populi fideles deſignant, ꝗ ſint geſta uideamus. Sequitur: ¶ *Et paſtores erãt in regione eadem uigilantes, & cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregem ſuum, & ecce angelus domini ſtetit iuxta illos, & claritas domini circunfulſit illos.* Apte aũt ſatis hoc ſuperna eſt prouidentia diſpoſitum, ut naſcente Domino paſtores in uicinia ciuitatis eiuſdem uigilarent, ſuosq; greges à timore nocturno uigilando protegerent. Oportebat nanq;, ut cum magnus paſtor ouium, hoc eſt, animarum nutritor fidelium, in mundo natus eſt, teſtimonium eius natiuitati uigilantes ſupra gregem ſuum paſtores darent. Ipſe enim eſt qui ait: Oues meę uocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego uitam æternam do eis. Nam & futurum tunc erat, ut per orbem uniuerſum electi paſtores, id ẽ, prædicatores ſancti mitterentur, qui ad ouile dominicum

Ioh. 10.

minicum uidelicet ſanctam eccleſiã, populos cre-
dentium cogerent. Quorum primo, hoc eſt, beato
Petro, cũ ſe dominũ amare profiteretur, idẽ domi-
nus ac princeps paſtorum, ad comprobandum eun-
Iohan. 21. dẽ amorẽ præcepit, dicẽs: Paſce oues meas. Quia
nimirum ſolus ille conditorem perfecte diligit, q
& proximis curam pij amoris impendit. ¶ *Et ecce,
inquit, angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei
circumfulſit illos, & timuerunt timore magno.* Quid
eſt quod apparente angelo diuinæ claritatis eos
ſplendor circundedit, quod nunquam in tota teſta-
menti ueteris ſerie reperimus, cũ tã innumeris ui-
cibus angeli prophetis & iuſtis apparuerunt, nuſ-
quam eos fulgore diuinæ lucis homines circunde-
diſſe legimus: niſi quod hoc priuilegium recte hu-
ius tẽporis dignitati ſeruatũ eſt. cũ enim uera lux
mundi naſcebatur in mũdo, dignum profecto fuit,
ut præco natiuitatis illius, etiã corporales homi-
nũ uiſus nouitate cœleſtis perfunderet lucis. dicit
Pſal. 111 nanq; de illius natiuitate propheta: Exortum eſt
in tenebris lumen rectis corde. Et quaſi quæreré-
mus q̃d eſſet lumen de q̃ diceret, cõtinuo ſubdit:
Ibidem. Miſericors & miſerator & iuſtus dñs. Cũ ergo mi-
ſericors & iuſtus cõditor ac redẽptor generis hu-
mani, mundũ gloria nouæ natiuitatis illuſtrare di-
gnatus eſt, decebat oibus modis, ut ipſam etiã in
q̃ natus eſt regionẽ claritas lucis nouæ cõpleret.
Apparẽs ergo cũ claritate, qd angelus paſtoribus
dicat, audiamus. ¶ *Nolite timere. Ecce enim euan-
gelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni popu-
lo.* Vere gaudium magnum, qa gaudium cœleſte,
gaudiũ ęternũ, gaudiũ q̃d nulla triſtitia interueni-
ente turbat. Quod erit, inqt, omni populo, nõ oĩ
populo Iudæorũ, neq; omni populo gentiũ, ſed o-
mni populo credentiũ, q uel de Iudæis uel de gen-
tibus orbis totius ad unã Chriſti cõfeſſionẽ aggre-
gat, ab una eadẽq; myſteriorũ Chriſti pceptione
Eſai. 9 chriſtianus uocat, de q̃ dicit, ꝓpheta: Populus q am-
bulabat in tenebris uidit lucẽ magnã. ¶ *Quia na-
tus eſt uobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus, in
ciuitate Dauid.* Bene dixit, hodie natus eſt: non di-
xit hac nocte: qa uidelicet cũ luce cœleſti apparu-
it, qui diẽ natum euangelizabat his q uigilias no-
ctis agebant, illũ uidelicet de quo Pſalmiſta pcinit,
dicẽs: Bene nunciate diẽ ex die ſalutare eius. Salu-
Pſal. 95 tare quippe dei, id eſt, dñs Ieſus, dies eſt ex die:
quia qui temporaliter in ciuitate Dauid, homo ex
uirgine matre apparuit, ipſe ante oia tẽpora, non
localiter, lumẽ de lumine, deus uerus de deo uero
natus eſt. Quia ergo habitantibus nobis in regio-
ne umbræ mortis lux orta eſt uitæ, apte nuncius
ortus eiuſdem dicit, quia natus eſt hodie ſaluator,
ut hoc quoq; uerbo admoniti, ſemper recordemur
quia nox præceſſit antiquæ cæcitatis, dies autẽ ap-
propinquauit æternæ ſalutis, & ipſi abijciamus o-
pera tenebrarum, & ut filij lucis ambulemus. Fru-
ctus enim lucis eſt, ſicut idem Apoſtolus ait, in o-
Ephe. 5 mni iuſtitia & bonitate & ſanctitate. ¶ *Et hoc
uobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, &
in præſepio poſitum.* Hoc nobis ſignum nati in carne
ſaluatoris, ſemper animo retinere condecet, ut
ſemper eius beneficijs gratias rependere bene ui-
uendo diſcamus, quia ita uoluit habitum noſtræ
fragilitatis aſſumere, ut paupertatis quoque gene-
ralis ſtatum non refugeret. Eſt enim indicium aſ-
ſumptę infirmitatis, quod infans pannis inuolutus
eſt: & paupertatis, quod non in ſtrato, ſed in præ-
ſepio poſitus inuenitur. Miſericordias ergo domi-
ni in æternum cantemus, qui ut perpetuo beate ui-
uamus, ipſe abiectionis ac mortalitatis noſtræ ſo-
cius fieri non abnuit. Annunciante autem angelo
gaudium dominicæ natiuitatis, repente multitu-
do militiæ cœleſtis affuit, quæ eidem nato domi-
no obſequium ſuæ deuotionis redderet. & quem
in cœlo glorificare ſemper conſueuerat, nunc ſoli-
ta hymnorum laude apparente in terra concele-
brat. Vbi nos quoq; ſua laudatione cœli ciues inſti-
tuunt, qualiter huius ſacratiſſimæ ſolennitatis gau-
dia celebrare, quantas uerbo dei laudes dicere de-
beamus, quod in ea uerbum caro factum eſt, & ha-
bitauit in nobis, ut nos ad ſuæ glorię uiſionem ſub-
leuaret, nobis participium gratiæ & ueritatis, qua
ipſum plenum eſt, donaret. Laudãt ergo deum, &
dicunt. ¶ *Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax ho-
minibus bonæ uoluntatis.* Et aperte gloriam deo di-
cunt, pacem prædicant hominibus: quia illum cu-
ius natiuitate lætantur, mediatorem Dei & homi-
num, hoc eſt, deum eſſe uerum & hominem, norũt.
Gloriam in excelſis Deo cantant, quia iam ueniſ-
ſe tempus illud exultant, quo mundus abiectis dijs
qui ab hominibus facti ſunt, conditorem ſuum qui
in cœlis eſt cognoſceret. Pacem optãt hoibus, qa
quos eiectos prius ab ęterna felicitate merito pec-
cati deſpexerant, iam nunc redimente domino, in
eiuſdem ſupernæ habitationis gaudijs ſecum futu-
ros intelligunt. Pacem hominibus mandant, quos
in cœleſti Hieruſalem, hoc eſt, in uiſione perpetuæ
pacis ſocios habere deſiderant, ut ipſos quoq; ho-
mines admoneant, per obſeruantiam pacis ad ſuũ
debere peruenire conſortium. Et bene cum dice-
rent, & in terra pax hominibus, adiungunt, bonæ
uoluntatis: quia cum illis ſocietatem pacis angeli-
ci ſpiritus habere feſtinant, quorum mentibus pu-
ritatẽ bonæ uoluntatis ineſſe conſiderant. Illos ſe-
cum poſt abſolutionem carnis, ad contemplatio-
nem ueræ pacis ſubuehere lætãtur, quos in carne
cõmorantes, omnia quæ agunt aut loquuntur, de
radice bonæ uoluntatis proferre cõſpiciunt. Tales
nanq; etſi infirmitas forte aliqñ, uel ignorantia, ã
perficienda ea quã cupiunt bona actione retardat,
ante interni tamẽ arbitri oculos integritas, quam
corde tenent bonæ uoluntatis, excuſat. Bona autẽ
uolũtas eſt, diligere conditorem noſtrum ex toto
corde, tota anima, tota uirtute, diligere & proxi-
mos tanq̃ noſipſos, atq; eiuſdem dilectionis in no-
bis uigorem indicijs quibus ualemus piæ actionis
oſtendere. Quod cum omnibus horis atq; momen-
tis facere debeamus, quanto magis cum natiuitatẽ
domini ac ſaluatoris noſtri uel annua feſtiuitate
colimus, uel frequentiore deuotione recolimus?
In q̃ ſpecialiter angelica exhortatione docemur,
dona ei, bonæ uoluntatis offerre, in qua ciues pa-
triæ cœleſtis eidem bonę uoluntati noſtræ conſor-
tium ſuæ pacis promittunt: in qua ipſi quoq; eun-
dem hymnum angelici concentus deo dicere ſole-
mus. Sit igitur nobis fratres chariſſimi communis Doctrina
iſta ſolennitas terreſtribus cum cœleſtibus, nec tã euãgelica
tum iſta ſolennitas, ſed & omnis noſtra conuerſa-
tio ſit ſupernorum ciuium apta conſortio. Medi-
temur interim in uia quod habere deſideramus in
patria. Concordemus etiam nos inquantum uale-
mus, uitæ illi mundiſſimę beatorum ſpirituum, cuĩ
tunc aſſociari ſperamus interna puritate mutuæ
dilectionis, ſi diuinæ laudationis dona quibus in
futuro uacare cupimus etiam in præſentia ſecte-
mur. Diſcamus cum Apoſtolo dicere: Noſtra con-
uerſa-

uerſatio in cœlis eſt, unde etiã ſaluatorẽ expectamus dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum. Illi namq; ſaluatorem ad iudicium uenientem cum gaudio expectant, qui ſe ad eius uoluntatem, cœleſtem in terris uitam egiſſe meminerunt. Dat autem etiam fragilibus nobis ac minus perfectis magnam ſpem percipiendæ ſalutis, ipſe conditor & ſaluator noſter, qui pro noſtra confirmatione fragilis apparens, mox ore conſono militiæ cœleſtis, bonæ noſtræ uoluntati dona ſuæ perpetuæ pacis promiſit, Ieſus Chriſtus deus & dominus noſter, qui uiuit & regnat cum patre in unitate ſpiritusſancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

IN EADEM SANCTA NOCTE

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

QVod mundus uniuerſus deſcribitur, & ſub unius poteſtatis tributum redigitur, magnæ pacis indicium eſt. Si enim mũdus adhuc repugnaret, & contra Romanum imperium dimicaret, nequaquàm eius edicto deſcribi, & ſub tributum redigi potuiſſet. De hac enim parte propheta ꝑdixerat: Et conflabunt gladios ſuos in uomeres, & lãceas in falces. Non leuabit gens cõtra gentẽ gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. Et Pſalmiſta: Orietũ in diebus eius iuſtitia & abũdantia pacis. Quia enim princeps pacis oriebatur, pacẽ utique fieri oportebat. *Et ibant omnes ut profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethleem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore prægnante.* His enim uerbis aperte monſtratur, quod hæc deſcriptio ſecundum familias facta fuerat: unde ad proprias ciuitates atq; familias, ubicunq; eſſent, ſingulos redire oportebat, quatenus communicato conſilio omnes ſimul tributum dare promitterent, & facta deſcriptione ſecundum unamquamque familiam totius tributi ſummam colligerent. Venit itaque & Maria cum Ioſeph deſponſata ſibi uxore prægnante in Bethleem ciuitatem Dauid, ubi eorum familia habitabat, ut & ipſi, ſicut cæteri, eandem facerent profeſſionẽ. *Factum eſt autem dum eſſent ibi, impleti ſunt dies ut pareret, & peperit filium ſuum primogenitum.* Ibi enĩ Chriſtum naſci oportebat, quia ſic per prophetam nunciatũ fuerat, Et tu Bethleẽ terra Iuda nõ eris minima in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael. Primogenitus autẽ ſecundum legem filius dicitur: qui primus de matris utero procedit, ſiue alij ſequantur, ſiue non ſequantur. Cum enim lex ſtatim poſt unum menſem omne primogenitum Domino offerre præcipiat, quis non intelligat ſine alicuius relatione primogenita dici, cum nihil adhuc genitum ſit, cui hoc primogenitum referri poſſit. Quid enim ſi mater illico mortua fuerit, uel ſi ulterius filium non genuerit? Nunquid idcirco primogenitus ille non erit, qui ex ea iam natus, & poſt unum menſem Deo oblatus: ab ipſa lege primogenitus eſt uocatus? Igitur aut lex mentiť, aut primogenitus aliquãdo ſine relatione dicitur. Peperit itaq; beatiſſima uirgo, cõcipiẽs uirgo, pariens uirgo, & in æternum permanens uirgo. Clauſa ante partum, clauſa in partu, clauſa poſt partum. *Peperit enim filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio.* O pietas immenſa, ô humilitas ineffabilis, o ſacramentũ inenarrabile, deus homo fit: æternus, tẽporalis: immẽſus, localis: immortalis, paſſibilis: paruis pannis inuoluitur, qui cœli ambitu pro magnitudine nõ cõtinetur. Quis audiuit unquã tale? Quis uidit huic ſimile? Reclinatur in præſepio, & panis uiuus qui de cœlo deſcẽdit, non hominibus, ſed pecoribus ante ponitur, id eſt, nõ Iudæis, ſed gentibus miniſtratur. Tunc cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Sed quid dicam, quod cœli terræq; creator, quod Rex regum & Dominus dominantium non habuit locum in diuerſorio? Sic enim Apoſtolus ait: quia cum omnium diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt. *Et paſtores erant in regione eadẽ uigilantes & cuſtodiẽtes uigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerant timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euãgelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus eſt nobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.* Quantum enim ad literã ea cauſa eſſe uidetur, ut prius paſtoribus hæc uerba angelus nunciaret, ne quaſi incauti ſtabulum intrarẽt, & in ꝓſepe adire tẽtarẽt, in q̃ puer poſitꝰ erat: ſpũaliter aũt ſtabulũ Eccleſia, præſepe ſcriptura diuina, paſtores uero epiſcopi & doctores intelliguntur. Stabulum enim uocatur Eccleſia, ad quam Dei animalia undique fluunt, ibique ſtant, & morantur in ea. Vnde ſcriptum eſt: Animalia tua Dñe inhabitabũt in ea, hæc autẽ animalia, q̃ſi in præſepio, in diuina ſcriptura cibis ſpiritualibus nutriuntur: ibi poſitum inueniunt Chriſtum, ibique comedunt panem uiuum. Beati qui huius pręſepis cibis aluntur, & de delitijs ibi poſitis reficiuntur. Vos autem Eccleſię paſtores, uos epiſcopi & ſacerdotes, audite & intelligite, uobis angelus loquitur, uobis hoc gaudium magnum euangelizat, quia uobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, uobis datum eſt noſſe & intelligere ſecreta cœli. Nunciate ergo quod audiſtis, prędicate quod uidiſtis, nolite cęlare quod cognouiſtis. Totiens enĩ Chriſtus in ſtabulo oritur, totiẽs ut paruulus in ꝓſepio ponitur, quotiẽs uirginis partũ & Chriſti natiuitatẽ alijs nunciatis. Inde enim hodierna feſtiuitas, natiuitas domini uocatur: non q̃d hodie dominus naſcitur, non quod dñs iterum de uirgine oriatur, ſed quod eius natiuitatis meliora hodie innouať, & in illius cõmemoratione celebrať & ꝑdicatur. *Et hoc uobis ſignũ, inuenietis infantẽ pannis inuolutũ, & poſitũ in præſepio.* Vtinã hoc ſignũ Iudęi ſuſciperẽt, & Chriſtum nobiſcum in ꝓſepio quęrerẽt. Quãuis enim pannis ſit inuolutus, & ſub uelamine literę iaceat occultus, inuenirẽt tamẽ ſi eũ quærerẽt, & intelligerẽt ſi credidiſſent. Quiſq; igiť es qui uis uidere Ieſum, accede ad hoc ꝓſepe, ſcrutare ſcripturas, remoue pãnos, pelle literã. Litera enĩ occidit, ſpũs autẽ uiuificat, & tunc uidebis q̃d uidere non poteras. Sic enim eccleſiæ paſtores eũ quærũt, & q̃rẽtes inueniũt, & inueniẽtes uenerant & credũt. *Et ſubito facta eſt cũ angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudãtiũ dominũ, & dicentiũ: Gloria in excelſis deo, &c.*

IN EADEM SANCTA

noćte uel aurora, Luc. II.

¶ In illo tempore, Paſtores loquebantur adinuicem: Tranſeamus uſque Betleem, & uideamus hoc uerbum quod factũ eſt, quod fecit dominus & oſtendit nobis. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Nato

NAto in Bethleem Domino ſaluatore, ſicut ſacra euãgelij teſtatur hiſtoria, paſtoribus qui in regione eadẽ erãt, uigilantes, & cuſtodiẽtes uigilias noctis ſuper gregem ſuum, angelus dñi magna cum luce apparuit, exortumq́ mundo ſolem iuſtitiæ, non ſolum cœleſtis uoce ſermonis, uerumetiã claritate diuinæ lucis aſtruxit. Nuſquã enim in tota ueteris teſtamẽti ſerie reperimus angelos, qui tam ſedulo apparuere patribus, cum luce apparuiſſe, ſed hoc priuilegiũ recte hodierno tempori ſeruatum eſt, quãdo exortum eſt in tenebris lumen rectis corde, miſericors & miſerator dñs. Verũ ne parua unius angeli uideretur autoritas, poſtq̃ unus ſacramentum nouæ natiuitatis edocuit, ſtatim multitudo cœleſtiũ agminũ, quæ gloriã dei caneret, pacemq́ ſimul hoĩbus p̃dicaret, affuit, aperte demõſtrans, quia per hãc natiuitatem hoĩes ad pacẽ unius fidei, ſpei & dilectiõis, atq; ad gloriam diuinæ laudationis eſſent cõuertẽdi. Significant aũt myſtice paſtores iſti gregũ doctores quoſq; ac rectores fideliũ animarũ. Nox cuius uigilias cuſtodiebant ſup gregem ſuũ, pericula tẽtationũ indicat, à qbus ſe ſuoſq; ſubiectos oẽs qui perfecte uigilãt, cuſtodire nõ deſiſtũt. Et

Ioh. 10 bene nato domino, paſtores ſuper gregem uigilant. Ille etenim natus eſt qui dicit: Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor aĩam ſuã dat pro ouibus ſuis. Sed & tempus imminebat, quo idẽ paſtor ſumme bonus, miſsis in mũdum paſtoribus, oues ſuas quæ longe lateq; diſperſæ errabant, ad ſemper uirentia cœleſtis uitæ paſcua reuocaret. Quorum

Ioh. 21. ſummo paſtori præcepit: Si diligis inquiens, me,

Lucas 22 paſce oues meas. Quod aperiens ait: Confirma fratres tuos. ¶ *Et factũ eſt, ut diſceſſerũt ab eis angeli in cœlũ, paſtores loquebãtur ad inuicẽ: Tranſeamus uſq; Bethleẽ, & uideamus hoc uerbũ quod factũ eſt, quod fecit dominus & oſtẽdit nobis. Et uenerũt feſtinãtes, & inuenerũt Mariã & Ioſeph, & infantẽ poſitũ in præſepio.* Paſtores quoq; illi felici gaudio feſtinauerũt uidere q̃d audierãt. & qa ardenti amore quæſierũt, cõtinuo ſaluatorẽ quẽ quæſierunt, inuenire meruerũt. Sed intellectualiũ paſtores gregum imo cũcti fideles, q̃ mẽtis induſtria Chriſtũ quærere debeant, dictis pariter ſuis oſtenderunt & factis. Tranſeamus inquiunt uſq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum quod factũ eſt. Trãſeamus

Monitio plena pietatis. ergo & nos fratres chariſsimi cogitãdo uſq; Bethleem ciuitatẽ Dauid, & recolamus amando quod in ea uerbum caro factũ eſt, atq; eius incarnationẽ dignis celebremus honoribus. Trãſeamus abiectis concupiſcentijs carnalibus, toto mentis deſiderio uſq; Bethleem ſupernam, id eſt, domum panis uiui, non manu factam, ſed æternam in cœlis, & recolamus amãdo, quia uerbum caro factũ eſt. Illuc carne aſcendit, ubi in dextera dei ſedet. Illuc cum tota uirtutum inſtantia ſequamur, & ſolicita cordis & corporis caſtigatione procuremus, ut quem illi in præſepio uidere uagientem, nos in patris ſolio mereamur uidere regnantem.

Iohan 1. ¶ *Et uideamus inquiũt, hoc uerbũ quod factum eſt.* Quam recta & pura fidei ſanctæ confeſsio. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc uerbum natũ ex patre, non factũ eſt, quia creatura deus nõ eſt. In qua natiuitate diuina uideri ab hoĩbus nõ potuit, ſed ut uideri poſſet, uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Videamus ergo aiunt, hoc uerbũ q̃d factũ eſt: qa antequã factum eſſet, hoc uidere nequiuimus. Quod fecit dñs, & oſtendit nobis, quod incarnari fecit dñs, & per hoc uiſibile nobis exhibuit. ¶ *Et uenerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariã & Ioſeph, & infantẽ poſitũ in præſepio.* Venerũt paſtores feſtinantes & inuenerunt dñm hominẽ natum, ſimul & eiuſdẽ natiuitatis miniſtros. Feſtinemus & nos fratres mei, non paſsibus pedum, ſed bonorum profectibus operum uidere tandẽ glorificatam humanitatem cum eiſdẽ miniſtris, digna ſeruitutis ſuæ mercede, remuneratis. Feſtinemus uidere illum in diuina patris ac ſua maieſtate fulgentẽ. Feſtinemus inquã, nam tãta beatitudo nõ cũ deſidia aut torpore quærẽda, ſed alacriter ſunt Chriſti ſequẽnda ueſtigia. Nam ipſe curſum noſtrũ data manu iuuare deſiderat, delectaturq́ audire à nobis: Trahe me poſt te, curramus in odore unguẽto Can. 1

rum tuorũ. Cuius ergo uirtutum greſsibus ſequa- Moralis

mur, ut mereamur conſequi. Nemo tardet conuer doctrina

ti ad dñm, nemo differat de die in diem: ipſum per oĩa p̃cantes, ut greſſos noſtros dirigat ſecundũ eloquiũ ſuũ, & non dominetur noſtri oĩs iniuſtitia.

¶ *Videntes autem cognouerũt de uerbo quod dictũ erat illi de puero hoc.* Et nos fratres dilectiſsimi, quæ dicta ſunt nobis de ſaluatore noſtro, deo uero & homine, interim pia fide recipere, plena dilectione feſtinemus amplecti, ut hoc in futuro perfectæ cognitiõis uiſu cõp̃hendere ualeamus. Hæc etenim ſola ac uera eſt beatorũ, non ſolum hoĩm, ſed & angelorũ uita faciẽ perpetuo ſui cernere creatoris, quã deſiderabat ardenter pſalmiſta qui di- Pſal. 41

cebat. Sitiuit anima mea ad deum fontẽ uiuũ, qñ ueniam & apparebo ante faciẽ dei? Cuius ſolius uiſione, nõ aũt ulla terrenarum rerum affluentia deſi-

derium ſuũ ſatiari poſſe ſignauit, cum ait: Satiabor Pſal. 16

dum manifeſtabitur gloria tua. Verum quia non ocioſi nec deſides, ſed uirtutum operibus inſudantes, diuina contemplatione ſunt digni, ſolicite præmiſit, Ego autem cum iuſtitia apparebo in conſpectu tuo. Videntes ergo paſtores cognouerunt de uerbo quod dictũ erat illis de Chriſto, qa uiſio dei cognitio eius eſt, & hæc eſt ſola beata hominis uita, ipſo teſtante ac dicente, qui nos patri commendans dicit inter alia: Hæc eſt autem uita æterna, Ioh. 17

ut cognoſcant te eſſe ſolũ & unum deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. ¶ *Et oẽs qui audierunt, mirati ſunt de his quæ dicta erãt a paſtoribus ad ipſos.* Nõ celauere ſilẽtio paſtores arcana quæ diuinitus agnouerant, ſed quibuſcunq; potuere dicebant, quia & ſpirituales eccleſiæ paſtores in hoc maxime ſunt ordinati, ut uerbi Dei myſteria prædicent: & mira quæ in ſcripturis didicerint, miranda ſuis auditoribus oſtendant. Non ſolum aũt paſtores, epiſcopi, presbyteri & diacones, uel etiam rectores monaſteriorũ ſunt intelligendi, ſed & oẽs fideles, qui uel paruulæ ſuæ domus cuſtodiã gerũt, paſtores recte uocant, inquãtum eidẽ ſuæ domus ſolicita uigilãtia p̃ſunt. Et quicunq; ueſtrũ ſaltẽ uni aut duobus fratribus quotidiano regimine præeſt, paſtoris eiſdem debet officium implere: quia inquantum ſufficit paſcere hos uerbi dapibus iubet. Imo unuſquiſque fratres, qui etiam priuatus uiuere creditur, paſtoris officiũ tenet, & ſpiritualẽ paſcit gregẽ, uigiliasq; noctis cuſtodit ſuper illũ, ſi bonorũ actuũ cogitationumq; mundarũ ſibi aggregans multitudinem, hæc iuſto moderamine gubernare, cœleſtibus ſcripturarũ paſcuis nutrire, & peruigili ſolertia cõtra immundorum ſpirituum inſidias ſeruare con-

rendit. ¶ Maria autem conſeruabat omnia uerba
[Exercitium Mariæ erga dñm.] hęc, conferens in corde ſuo. Maria uirginalis pudi
citiæ iura cuſtodiēs, ſecreta Chriſti quæ nouerat,
nemini diuulgare uolebat, ſed ipſum quādo uellet
hæc, & quomodo uellet diuulgari, reuerenter ex-
pectabat. Ipſa autem ſecreta eadem ore tacio, ui
gili tamen corde ſedula ſcrutabatur. Et hoc eſt,
quod ait, conferens in corde ſuo. Conferebat quip
pe ea quæ acta uidebat, his quæ agenda legerat.
Videbat nanq; ſe de ſtirpe Dauid ortam, in Naza
[Iſai. 11. Mic. 5] reth de ſpūſctō filium dei cōcepiſſe. Legerat in ꝓ
pheta, Exiet uirga de radice Ieſſe, & nazaræus de
radice eius deſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpi
ritus domini. Legerat: & tu Bethleē ephrata par-
uulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur q
ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, à
diebus æternitatis. Videbat ſe in Bethleem pepe
riſſe dominatorem Iſrael, qui æternus ex patre de
us ante ſecula natus eſt. Videbat ſe uirginem con
cepiſſe, peperiſſe filium, & uocaſſe nomen eius Ie
[Iſai. 7. Luc. 1] ſum. Legerat in prophetis: ecce uirgo concipiet &
pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel.
Legerat: bos cognouit poſſeſſorē ſuum, & aſinus
prꝗſepe domini ſui. Videbat dominum poſitum in
præſepi, quo bos & aſinus ſolent nutriendi aduenī-
re. Meminerat ſibi dictum ab angelo, Spiritusſan
ctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit
tibi: ideoq; & q̄d naſcetur ex te ſanctum, uocabi-
tur filius dei. Legerat modum natiuitatis eius, nō
niſi angelo reuelante potuiſſe cognoſci, dicente Iſ-
[Iſai. 53. Mich. 4.] ſaia Generationem eius quis enarrabit? Legerat:
& tu turris gregis nebuloſa filia Sion, uſq; ad te ue
niet, & ueniet poteſtas prima regnum filiæ Hieru
ſalem. Audiebat angelicas uirtutes, quæ ſunt filię
ſupernæ ciuitatis, apparuiſſe paſtoribus in loco q
à conuentu pecorum antiquitus turris gregis uo-
cabatur, & eſt unū miliario ad orientem Bethleē,
ubi etiam nunc tria paſtorum illorum monumēta
in eccleſia monſtrantur. Nouerat tunc ueniſſe in
carne dominum, cui una & æterna eſt cum patre
poteſtas, qui regnum duret eccleſiæ, filiæ ſcilicet
cæleſtis Hieruſalem. Conferebat ergo beata Ma-
ria ea quæ facienda legerat, his quæ iam facta co-
gnouit, non hæc tamen ore promens, ſed clauſo
ſeruās in corde. ¶ *Et reuerſi ſunt paſtores glorificā*
tes & laudātes deum, in oībus quæ audierant & uide
rant, ſicut dictū eſt ad illos. Diſcamus & nos fratres
chariſſimi ad contemplationem dominicæ diſpen-
ſationis, qua nobis ſubuenire dignatus eſt, ſemper
ad agendas de beneficijs eius gratias reuerti. Si e-
nim illi ſola adhuc natiuitate eius cognita, reuerſi
ſunt glorificantes & laudantes deum in omnibus
quæ audierant & uiderant, quanto magis oportet
[Beneficium incarnationis ſemper recolendum.] nos qui totam incarnationis illius ſeriem ex ordi-
ne cognouimus, qui ſacramentis illius imbuti ſu-
mus, in omnibus gloriam eius ac laudem, non ſolū
uerbo, ſed etiam factis prędicare? neq; unquam o-
bliuiſci, quod ideo homo natus eſt, ut nos ad ima-
ginem & ſimilitudinem ſuæ diuinitatis renaſcen-
do reficeret. Ideo baptizatus aqua, ut ad noſtrorū
ablutionem ſcelerum omniū fluenta fœcundaret
aquarum. Ideo tentatus in eremo, ut uincendo tē-
tatorem, nobis uincendi peritiam uirtutēq; tribu-
eret. Ideo mortuus, ut mortis deſtrueret imperium.
Ideo ſurrexit, & aſcendit in cœlum, ut nobis re-
ſurgēdi à mortuis atq; in cœleſtibus perpetuo re-
gnandi ſpem exemplumq; præberet. Pro quibus
ſingulis reuerſi ad intuitum piiſſimæ diſpenſatio-
nis eius, glorificemus & laudemus, ipſum deum ac
dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui uiuit &
regnat cum patre in unitate ſpiritusſancti per om-
nia ſecula ſeculorum, Amen.

IN EADEM SANCTA NOCTE uel Aurora. Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

PAſtores, inquit, loquebanſ adinuicē & de his
quæ audierant & uiderant inter ſe tractantes
dicebant. Mira ſunt quę audiuimus, ſtupenda
quæ uidimus, cœlis gloria, pax terris promittitur.
Saluator hodie natus eſt nobis, rex nouus hodie
datus eſt nobis, qui eſt Chriſtus Dominus in ciui-
tate Dauid. Quid igitur facimus? Cur moramur?
Tranſeamus uſq; Bethleē, ipſa eſt enim ciuitas Da-
uid. *Et uideamus hoc uerbum*, & credamus quod in
principio erat uerbum & uerbum erat apud deū
& Deus erat uerbū. *Quod factum eſt*, quantū enim
ad ſe neq; factum, neq; creatū eſt. Factum tamē
quodammodo eſt, quia uerbum caro factum eſt,
quod Dñs oſtendit nobis. Videamus corporaliter
quod dominus oſtendit ſpūaliter, & quod mente
cōcepimus & fide tenemus, reſtat ut oculis intuea-
mur. *Et uenerūt feſtinātes, & inuenerunt Mariā &*
Ioſeph, & infantē poſitū in præſepio. In ſtabulo ſtel-
lam, in præſepio ſolem inuenerūt, quia Maria ſtel-
la maris, Sol iuſtitiæ Chriſtus uocatur. Recedant
igitur tenebræ, fugiat caligo, q͞a ſtella in ſtabulo,
& ſol in præſepio fulget. Fœtor quoq; ibi eſſe nō
poteſt, ubi eſt flos campi & lilium conuallium, cu-
ius odore ſuauiſſimo nimiū delectata Eccleſia, di-
cit. Trahe me poſt te, & curremus in odorem un-
guentorū tuorum. Sed quid de matre Domini di-
cam, cuius odoris flagrantiam rex ſapientiſſimus
Salomon admirans ait: Quæ eſt iſta quæ aſcendit
per deſertū quaſi uirgula fumi ex aromatibus my-
rhæ & thuris & uniuerſi pulueris pigmentarij? Vi
bi enim omnium aromatum fumus redolet, ibi fœ-
toris indicium eſſe non poteſt. *Videntes autē cognouerūt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc.*
Hic eſt enim ille puer de quo ſcriptū eſt: Puer natus
eſt nobis, filius datus eſt nobis, & factus eſt princi-
patus ſuper humerum eius, & uocabitur nomen ei-
us admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futu-
ri ſeculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius im-
perium, & pacis non erit finis. Super ſolium Da-
uid, & ſuper regnū eius ſedebit, ut cōfirmet illud
& corroboret in iudicio & iuſtitia, à modo uſq; in
ſempiternū. Zelus dñi exercituū faciet hoc. His e-
nim paucis uerbis natiuitas & nobilitas, uirtus &
fortitudo, imperium & iuſtitia, &c. quę ad laudē &
gloriā huius pueri ptinēt, deſcribunſ. *Et oēs qui au*
dierāt mirati ſunt, & de his quæ dicta erāt a paſtori-
bus ad ipſos. Quis enim uſq; hodie nō mireſ audi-
ens paſtores in Eccleſia ꝓdicare? Quis nō miretur
audiēs p̄sbyteros & epiſcopos Chrī magnalia &
uerba euāgelica nūciare? Quis nō mireſ q̄d ille qui
omnia fecit, hodie natus eſt, & quod uerbū caro fa
ctū eſt, & q̄d ille qui cœlū palmo concluſit, hodie
in ꝓſepio poſitus eſt, & paruis pānis inuolutus eſt?
Sed pauca ſunt illa quæ tūc illi paſtores nūciabāt:
multo plura noſtri paſtores, epiſcopi uidelicet &
ſacerdotes ꝓdicant & nunciant, ualde mirāda mul
tumq; ſtupenda & cunctis fidelibus fideliter firmi-
terq; credēda & tenenda. Vnde & ſubditur. *Maria*
autem cōſeruabat oīa hæc uerba, in corde ſuo cōfe-
rens. O mater ſapientiſſima & ſola talis filij digniſ-
ſima, q̄ oīa uerba hęc in corde ſuo ideo cōſeruabat,
nobisq;

nobiſque conſeruabat & memoriæ commendabat, ut poſtea ipſa docente, ipſa narrante & nunciante, ſcriberentur, & in uniuerſo mundo prædicarentur, cunctiſque nationibus nunciarentur: ab ipſa enim hæc Apoſtoli audierunt, & ipſa dictante ſcripſerunt, nobiſque legenda mandauerunt. Quis igitur Euangelijs non credat? Quis eis contradicere præſumat, quæ aut matris aut filij authoritate muniuntur? Quædam enim Apoſtoli & Euangeliſtę à matre Domini audierunt, quemadmodum iſta & cætera quæ de Saluatoris noſtri infantia ſcripta ſunt: plurima uero uiſu & auditu ab ipſo Domino didicerant. Nos quoque à matre Domini exemplum capiamus, & ea quæ de Saluatore noſtro nobis annunciantur, fideliter in corde ſeruare, memoriæ & commendare ſtudeamus. De illis enim qui uerbum Dei audiunt, & memoriæ nõ commendant, ſcriptum eſt: quia uenit diabolus & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Vnde & illa animalia quæ non ruminant, immunda eſſe dicuntur, quia ſuſcepti cibi oblata poſtquam illum transferunt, eius ulterius non recordantur. Munda uero animalia non ita faciunt, ſed cibum ſuſceptum iterum comedẽdo & tenuiſſime comminuendo, eius nullatenus obliuiſcuntur. Tales igitur ſunt uiri catholici, qui uerba ſacra eloquij ſine intermiſſione perſcrutantur, & in lege Domini die ac nocte meditantur. Sequitur: *Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes & laudãtes deum in omnibus quæ audierant & uiderant, ſicut dictum eſt ad illos.* Beati illi paſtores qui uſque hodie in præſepio, id eſt, in ſacris uoluminibus Chriſtũ quærunt, & in eum fideliter credunt, eius natiuitatem inuocantes, & eius fidem prædicantes, & eum ubique laudantes & glorificantes. Beati iſti paſtores qui Chriſtum Dominum uidere meruerunt, & Dominum laudantes & glorificantes, ea quę audierant & uiderant crediderunt.

IN DIE SANCTO

Iohan. 1.

¶ In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud deũ, & Deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud deũ. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

QVia tẽporalẽ mediatoris dei & hominum, hominis Ieſu Chriſti natiuitatẽ quæ hodierna die facta eſt ſanctorum uerbis euangeliſtarum, Matthæi uidelicet & Lucæ, manifeſtatam cognouimus, libet etiam de uerbi, id eſt, diuinitatis eius æternitate, in qua patri manet ſemper æqualis, beati Iohannis dicta perſcrutari, qui ſingularis priuilegio meruit caſtitatis, ut cæteris altius ſcripturæ conditoribus, diuinitatis ipſius caperet ſimul & patefaceret arcanũ. Neque enim fruſtra in cœna ſupra pectus dñi Ieſu recubuiſſe perhibetur, ſed per hoc typice docetur, quia cœleſtis hauſtum ſapientiæ cæteris excellentius de ſanctiſsimo eiuſdem pectoris fonte potauerit. Vnde & merito in figura quatuor animalium, aquilæ uolanti comparatur. Cunctis quippe auibus aquila celſius uolare, cunctis animantibus clarius ſolis radijs infigere conſueuit obtutus. Et cæteri euangeliſtæ quaſi in terra ambulant cum domino, qui temporalem eius generationem pariter & temporalia facta ſufficienter exponentes, pauca de diuinitate dixerunt. Hic aũt quaſi ad cœlũ uolat cum dño, qui per pauca de temporalibus eius actis ediſſerẽs, æternã diuinitatis eius potentiam, per quã omnia facta ſunt, ſublimius mente uolando, & lympidius ſpeculando cognouit, ac nobis cognoſcenda ſcribendo cõtradidit. Ergo alij Euangeliſtæ Chriſtum ex tempore natum deſcribunt, Iohannes eundem in principio fuiſſe teſtatur, dicens: ¶ *In principio erat uerbum.* Alij inter homines eum ſubito apparuiſſe cõmemorãt, ille ipſum apud deũ ſemper fuiſſe declarat dicẽs: ¶ *Et uerbũ erat apud Deũ.* Alij uero uerum hominem, ille uerum confirmat eſſe deũ, dicens: ¶ *Et deus erat uerbum.* Alij hominẽ eũ apud homines temporaliter conuerſatum, ille deum apud deum in principio manẽtem oſtendit, dicens: ¶ *Hoc erat in principio apud deum.* Alij magnalia quæ in homine geſſit perhibent, ille quod omnem creaturam uiſibilem & inuiſibilem per ipſum deus pater fecerit oſtendit, dicens: ¶ *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil &c.* Enimuero beatus Iohãnes in initio euangelij ſui, de diuinitate ſaluatoris & fidem recte credentium ſublimiter imbuit, & hæreticorum perfidiam potenter exuperat. Fuere nanque hæretici qui dicerent: Si ergo natus eſt Chriſtus, erat tempus quando ille non erat. Quos primo ſermone redarguit cũ ait: In principio erat uerbum. Neque uero ait: In principio cœpit uerbum eſſe, ut uidelicet eum nõ ex tempore ortum, ſed in exortu temporũ exiſtentem, ac per hoc ſine ullo temporis initio de patre natum monſtraret, iuxta quod ipſe loquitur in prouerbijs: Dominus poſſedit me ab initio uiarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinatus ſum. Item fuerunt hæretici, qui tres ſanctæ trinitatis perſonas eſſe negantes, dicerent: Idem deus quando uult pater eſt, quando uult filius eſt, quando uult ſpiritusſanctus eſt, ipſe tamen unus eſt. Quorum deſtruens errorem, ſubiungit: Et uerbũ erat apud deum. Si enim alius apud aliũ erat, duo ſunt profecto pater & filius, & nõ ipſe unus, modo pater, modo filius, modo etiã ſpiritusſanctus, quaſi mutabilis ſit diuinæ ſubſtantiæ natura, cũ apertiſsime Iacobus dicat Apoſtolus: Apud quem non eſt tranſmutatio, nec uiciſsitudinis obumbratio. Item fuere quidam praui dogmatis auctores, qui Chriſtum hominẽ tantũ conſitentes, deum prorſus eſſe non crederent, quos conſequenter opprimit cum ait: Et deus erat uerbum. Fuere alij, qui deum quidem illum, ſed ex tempore incarnationis factum, non autẽ æternũ ante ſecula natũ à patre putarunt, unde quidã talium dixiſſe cõmemorantur: Nõ inuideo Chriſto deo facto, quoniam & ego, ſi uolo, poſſum fieri ſecundũ ipſum. Et horum nefandam refellet ſententiã euangeliſta, cũ ait: Hoc erat in principio apud deũ, id eſt, hoc uerbum quod deus eſt, non ex tempore cœpit, ſed in principio (inquit) erat uerbum, deus apud deum. Item fuere ueritatis inimici, qui Chriſtum & ante partum uirginis fuiſſe iam non negarent, non tamen natum ex patre deũ, ſed factũ a patre, & ideo minorem patre, quia creaturã crederent. Etiam hos dãnat euangelicus ſermo, qui dicit: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Si enim nihil creaturarũ ſine ipſo factũ eſt, patet profecto, quia ipſe creatura nõ eſt, per quem omnis creatura facta eſt. Et ne quis audiens factam per dñm creaturam, mutabilẽ eius crederet uoluntatẽ, quaſi qui ſubito uellet facere creaturã, quã ab æterno nunquã ante feciſſet, manifeſte docet euangeliſta, factam quidẽ in tẽpore creaturã, ſed in æter-

redes, qui quod ipſe ſemper habebat per naturã, inciperent habere per gratiam. Conſideremus quanta eſt uirtus fidei, cuius merito datur poteſtas hominibus filios dei fieri. Vnde bene ſcriptũ eſt, quia iuſtus ex fide uiuit. Viuit enim iuſtus ex fide; non illa quæ labiorum tantum confeſſione profertur, ſed ea quę per dilectionem operatur. Alioquin fides ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Nullus ſeipſum deſpiciat, nullus de ſua ſalute deſperet. Curramus omnes, curramus & nos ſinguli, ut qui eramus longe, mereamur fieri prope in ſanguine Chriſti. Videamus quod dicitur, quia quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Quotquot, inquit, receperunt. Non eſt enim perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Quo autem ordine credentes filij Dei poſſint fieri, & quantum hæc generatio à carnali diſtet, ſubſecutus euangeliſta deſignat. ¶ *Qui nõ ex ſanguinibus, inquit, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex deo nati ſunt.* Carnalis quippe noſtra ſingulorum generatio ex ſanguinibus, id eſt, ex natura maris & fœminæ & complexu coniugij duxit originem. At uero ſpiritualis generatio, ſpiritusſancti gratia miniſtratur, quam dominus à carnali diſtinguens, ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritusſancto, nõ poteſt introire regnum dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt. & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Verum ne quis hominum dubitet filium ſe dei & cohæredem Chriſti poſſe fieri, dat exemplum euangeliſta, quia & ipſe filius dei homo fieri, & inter homines habitare dignatus eſt, ut humanę particeps exiſtendo fragilitatis, homines diuinæ uirtutis ſuæ donaret eſſe participes. ¶ *Et uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis.* Quod eſt dicere, & filius dei homo factus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Solet namque ſcriptura modo animæ, modo carnis uocabulo totũ deſignare hominem. Animæ uidelicet, ut ſcriptum eſt, quia deſcendit Iacob in Aegyptum in animabus ſeptuaginta. Carnis uero, ut rurſus ſcriptum eſt: Et uidebit omnis caro ſalutare Dei. Neque enim uel animę ſine corporibus & in Aegyptum deſcẽdere, uel caro ſine anima uidere aliquid poteſt. Sed hic per animam totus homo, ibi ſignatur per carnem. Sic ergo hoc loco quo dicitur, & uerbum caro factum eſt, nihil aliud debet intelligi quam ſi diceretur, & deus homo factus eſt, carnem uidelicet induendo & animam. Vt ſicut quiſque noſtrum unus homo conſtat ex carne & anima, ita unus ab incarnationis tempore Chriſtus ex diuinitate, carne, & anima conſtet, deus ab æterno in æternum exiſtens uerus ut erat, hominem ex tempore aſſumens in unitatem ſuæ perſonæ, uerum quem non habuerat. Sequitur. ¶ *Et uidimus gloriam eius, gloriã quaſi unigeniti a patre, plenum gratiæ & ueritatis.* Gloriam Chriſti quam ante incarnationem uidere non poterant homines, poſt incarnationem uiderunt, aſpicientes humanitatem miraculis refulgentem, & intelligentes diuinitatem intus latitantem, illi maxime, qui & eius claritatem ante paſſionem transfigurati in monte ſancto contemplari meruerunt uoce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et poſt paſſionem, reſurrectionis aſcenſioniſque ipſius gloria conſpecta, ſpiritus eius dono mirifice ſunt refecti. Quibus omnibus manifeſte cognouerunt, quod huiuſmodi gloria non cuilibet ſanctorum, ſed illi ſoli homini qui eſſet in diuinitate unigenitus à patre, cõueniret. Quod autem ſequitur, *Plenum gratiæ & ueritatis.* Gratia plenus erat idẽ homo Chriſtus Ieſus, cui ſingulari munere pre cæteris mortalibus datum eſt, ut ſtatim ex quo in utero uirginis cõcipi, & homo fieri inciperet, uerus eſſet & deus. Vnde & eadẽ glorioſa ſemper uirgo Maria, non ſolum hominis Chriſti, ſed & dei genitrix recte credenda & cõfitenda eſt. Idem ueritate plenus erat & eſt, ipſa uidelicet uerbi diuinitate quę hominem illum ſingulariter electũ, cum quo una Chriſti perſona eſſet, aſſumere dignata eſt, non aliquid ſuæ diuinę ſubſtantię, ut hæretici uolunt, in faciendã hominis naturam commutans, ſed ipſa apud patrem manens, totum quod erat, totam de ſemine Dauid naturam ueri hominis quam non habebat, ſuſcipiens. Vnde oportet fratres chariſsimi, ut qui humanam redemptoris noſtri natiuitatem hodie annua deuotione recolimus, & diuinam pariter & humanam eius naturã, non annuo, ſed continuo ſemper amplectamur amore, diuinam ꝑ quam creati ſumus cum non eſſemus, humanam per quam recreati ſumus cũ perditi eſſemus. Et quidem diuina conditoris noſtri uirtus ſine aſſumptione humanitatis, non recreare erat idonea. humana aũt eiuſdẽ redẽptoris noſtri infirmitas, ſine aſſumente ſe, & habitante in ſe, & operante per ſe diuinitate, nos recreare nequiuit. Atque ideo uerbum caro factum eſt, id eſt, DEVS homo factus eſt, & habitauit in nobis, ut per cognatũ hominis habitum nobis conſeruando congrueret, nos alloquendo inſtrueret, nobis uiuendi uiam præberet, pro nobis contra hoſtem confligere, noſtram mortem moriendo ac reſurgendo poſſet deſtruere: per coæternam uero patri diuinitatem nos interius uiuificando ad diuina ſuſtolleret, remiſsionem nobis peccatorum pariter & ſpiritusſancti dona concederet. Et poſt bonorum perfectionem operum, non ſolum nos ad uidendum gloriam clarificatæ ſuæ perduceret humanitatis, ſed & incommutabilem nobis eſſentiam ſuæ diuinæ maieſtatis oſtenderet, in qua uiuit & regnat cum patre in unitate Spiritusſancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

[Margin notes: Abacu. 2 — Actu. 10 — Iohan. 1 — Ibidem. — Gen. 46 — Luc. 3 — Gloria unigeniti quę ſit, oſtenditur — Matt. 17 — Memoria ſalutis ingerit.]

DE EODEM FESTO, SERmo Sancti Iſidori.

NAtalis Domini dies ea de cauſa à patribus uotiua ſolennitate inſtitutus eſt, quia in eo Chriſtus pro redẽptione mundi naſci corporaliter uoluit, prodiens ex uirginis utero, qui erat in patris imperio. Cuius ſuſceptę carnis cauſa hæc eſt. Poſtquam enim inuidia diaboli, parens ille primus ſeductus inaniter cecidit, cõfeſtim exul & perditus in omni genere ſuo radicem malitiæ & peccati traduxit, creſcebatque in malum uehementius omne genus humanum, diffuſis ubique ſceleribus, & quod eſt nequius, omnium cultibus idolorum. Volens ergo Deus terminare peccatum, conſuluit uerbo, lege, prophetis, ſignis, plagis, prodigijs. Sed cum nec ſic quidẽ errores ſuos admonitus agnoſceret mundus, miſit DEVS unigenitum filium ſuum ut carnem indueret, & hominibus appareret, & peccatores ſanaret. Qui ideo in hominem uenit, quia per ſemet

[Margin note: Ratio natalis dominici.]

Ipſum ab hominibus cognoſci non potuit. Vt autem uideretur, uerbum caro factum eſt, aſſumendo carnem, non mutatum in carnem. Aſſumpſit enim humanitatem, non amiſit diuinitatem. Ita idem DEVS, & idem homo, in natura dei æqualis patri, in natura hominis factus eſt mortalis in nobis. Pro nobis enim, manens quod erat, de nobis ſuſcipiens quod non erat, ut liberaret quod fecerat. Hæc eſt ergo dominicæ natiuitatis magna ſolennitas, hæc eſt diei huius noua & glorioſa feſtiuitas, aduentus dei factus ad homines. Itaque dies iſte pro eo quod in eo Chriſtus natus eſt, natalis dicitur. Quemque ideo obſeruare per reuolutum circulum anni feſta ſolennitate debemus, ut in memoriam reuocetur quod natus eſt Chriſtus, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorũ, Amen.

DE EODEM FESTO SERmo beati Leonis Papæ.

SAluator noſter, dilectiſſimi, hodie natus eſt, gaudeamus. Neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, ubi natalis eſt uitæ, quę cõſumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promiſſa æternitate lætitiam. Nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur. Vna cunctis lætitia, communis eſt ratio, quia dominus noſter, peccati mortiſq; deſtructor, ſicut nullum à reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus uenit. Exultet ſanctus, quia propinquat ad palmam. Gaudeat peccator, quia inuitatur ad ueniam. Animetur gentilis, quia uocatur ad uitam. Dei namque filius ſecundum plenitudinem temporis, quam diuini conſilij inſcrutabilis altitudo diſpoſuit, reconciliandam autori ſuo naturam generis aſſumpſit humani, ut inuentor mortis diabolus, per ipſam quam uicerat uinceretur. In quo cõflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis iure certatum eſt, dum omnipotens dominus cum ſæuiſſimo hoſte, non in ſua maieſtate, ſed in noſtra humilitate congreditur, obijciens ei eandem formam eandemq; naturã, mortalitatis quidem noſtræ participem, ſed peccati totius expertem. Alienum quippe ab hac natiuitate eſt, quod de omnibus legitur: Nemo mundus à ſorde, nec infans cuius eſt unius diei uita ſuper terram. Nihil in iſtam ſingularem natiuitatem de carnis concupiſcentia tranſiuit, nihil de peccati lege manauit. Virgo regia Dauidicæ ſtirpis, quæ ſacro grauidanda fœtu, diuinam humanamq; prolẽ prius conciperet mente quàm corpore. Et ne ſuperni ignara conſilij ad inuſitatos paueret effectus, id quod in ea operandum erat à ſpiritu ſancto, colloquio diſcit angelico, nec damnum credit pudoris dei genitrix mox futura. Cur enim de conceptionis nouitate deſperaret, cui efficientia de altiſſimi uirtute promittitur? Confirmatur credentis fides etiam præcurrentis atteſtatione miraculi, donaturque Eliſabeth inopinata fœcunditas, ut qui conceptum dederat ſterili, daturus non dubitaretur & uirgini. Verbum igitur dei, deus filius dei, qui in principio erat apud deum, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil, propter liberandum hominem ab æterna morte factus eſt homo, ita ſe ad ſuſceptionem humilitatis noſtræ ſine diminutione ſuæ maieſtatis inclinans, ut manens quod erat, aſſumẽſque quod non erat, ueram ſerui formam ei formæ in qua deo patri eſt æqualis uniret, & tanto fœdere naturam utramque conſereret, ut nec inferiorem conſumeret glorificatio, nec ſuperiorem minueret aſſumptio. Salua igitur proprietate utriuſque ſubſtantiæ, & in unam coeunte perſonam, ſuſcipitur à maieſtate humilitas, à uirtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: & ad dependendum conditionis noſtræ debitum, natura inuiolabilis naturæ eſt unita paſſibili, deuſque uerus homo, uerus in unitate deus temperatur: ut quod noſtris remedijs congruebat, unus atque idẽ dei hominumq; mediator, & mori poſſet ex uno, & reſurgere poſſet ex altero. Merito uirgineę integritati nihil corruptionis intulit partus ſalutis, quia cuſtodia pudoris fuit editio ueritatis. Talis ergo dilectiſſimi natiuitas decuit dei uirtutem, & dei ſapientiam Chriſtum, qua nobis & humanitate cõgrueret, & diuinitate præcelleret. Niſi enim eſſet deus uerus, non afferret remedium: niſi eſſet homo uerus, nõ præberet exemplum. Ab exultantibus angelis naſcente domino gloria in excelſis deo canitur, & pax in terra bonæ uoluntatis hominibus nunciatur. Vident enim cœleſtem Hieruſalem ex omnibus mundi gentibus fabricari, de quo inenarrabili diuinæ pietatis opere quantum lætari debet humilitas hominum, cum tantum gaudeat ſublimitas angelorũ? Agamus ergo gratias dilectiſſimi deo patri per filium eius in ſpiritu ſancto, qui propter multam miſericordiam ſuam qua dilexit nos, miſertus eſt noſtri: & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto: ut eſſemus in ipſo noua creatura, nouumque figmentum. Deponamus ergo ueterẽ hominem cum actibus ſuis, & adepti participationem generatiõis Chriſti, carnis renunciemus operibus. Agnoſce Chriſtiane dignitatem tuã, & diuinę conſors factus naturæ, noli in ueterem uilitatem degeneri conuerſatione recidere. Memento cuius capitis & cuius ſis corporis membrum, reminiſcere quia erutus de poteſtate tenebrarum, translatus es in dei lumen & regnum. Per baptiſmatis ſacramentum, ſancti ſpiritus factus es templum. Noli tantum habitatorem prauis de te actibus effugare, & diaboli te iterum ſeruituti ſubijcere, quia precium tuum ſanguis eſt Chriſti, quia ueritate te iudicabit, qui miſericordia te redemit, Ieſus Chriſtus dominus noſter.

Iob. 15.

Myſteriũ incarnationis feſtiue narratur.

Epheſ. 2

Ibidem.

DE EODEM FESTO, SERMO beati Leonis Papæ.

EXultemus in domino dilectiſſimi, ſpirituali iucunditate lætemur, quia illuxit dies redẽptionis nouæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. Reparatur enim nobis ſalutis noſtræ annua reuolutione ſacramentum, ab initio promiſſum, in fine redditum, ſine fine manſurum. In quo dignum eſt nos ſurſum erectis cordibus diuinum adorare myſterium, ut quod magno dei munere agitur, magnis eccleſiæ gaudijs celebretur. Deus enim omnipotens, & clemens, cuius natura bonitas, cuius uoluntas potentia, cuius opus miſericordia eſt, ſtatim ut nos diabolica malignitas ueneno ſuæ mortificauit inuidiæ, reparata renouandis mortalibus pietatis ſuæ remedia inter ipſa mundi primordia præſignauit, denuncians ſerpenti futurum ſemen mulieris, quod noxij capitis elationem ſua uirtute contereret, Chriſtum ſcilicet in carne, deum hominemque ſignificans, qui natus ex uirgine uiolatorem humanæ propaginis incor

ſuapte natiuitate damnaret. Nam quia gloriabatur diabolus, hominem ſua fraude deceptum, diuinis caruiſſe muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis ſubiiſſe ſententiam, ſeque in malis ſuis quoddam de præuaricatorio conſortio inueniſſe ſolatium, deum quoque iuſtæ ſeueritatis exigente ratione, erga hominem, quem tanto honore condiderat, antiquam mutaſſe ſententiam: opus fuit dilectiſsimi ſecreta diſpenſatione conſilij, ut incommutabilis deus (cuius uoluntas nõ poteſt ſua benignitate priuari) primam pietatis ſuæ diſpoſitionem ſacramento occultiori compleret, & homo diabolicæ iniquitatis uerſutia actus in culpam, contra Dei propoſitum non periret. Ingreditur ergo hæc mundi infima filius Dei, de cœleſti ſede deſcendens, & à paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine, quia inuiſibilis in ſuis, uiſibilis eſt factus in noſtris. Incomprehẽſibilis, uoluit comprehendi, ante tempora manens, eſſe cœpit ex tempore. Vniuerſitatis dominus, ſeruilem formam obumbrata maieſtatis ſuæ dignitate ſuſcepit: impaſsibilis deus, non dedignatus eſt homo eſſe paſsibilis, & immortalis, mortis legibus ſubiacere. Noua autẽ natiuitate generatus, quia inuiolata uirginitas cõcupiſcentiam neſciuit, ſubſtantiam miniſtrauit. Aſſumpta eſt de matre domini natura, non culpa: creata eſt forma ſerui ſine conditione ſeruili: & nouus homo ſic contemperatus eſt ueteri, ut & ueritatem ſuſciperet generis, & uitium excluderet uetuſtatis. Verax namq; miſericordia dei, cum ad reparandum humanum genus ineffabiliter ei multa ſuppeterent, hanc potiſsimum conſulendi elegit uiam, qua ad deſtruendum opus diaboli, non uirtute uteretur potentiæ, ſed ratione iuſtitiæ. Nam ſuperbia hoſtis antiqui non immerito ſibi in omnes homines ius tyrannicum uendicabat, nec in debito dominatu premebat, quos à mandato dei ſpõtaneos in obſequium ſuæ uoluntatis illexerat. Nõ itaque iuſte amitteret originalem humani generis ſeruitutem, niſi de eo quod ſubiecerat, uinceretur. Cum igitur miſericors omnipotenſque ſaluator, ita ſuſceptionis humanæ moderaretur exordia, ut uirtutem inſeparabilis à ſuo homine deitatis, per uelamen noſtræ infirmitatis abſcõderet, illuſa eſt ſecuri hoſtis aſtutia, qui natiuitatem pueri in ſalutem humani generis procreati, non aliter ſibi quam omnium naſcentium putauit obnoxiam. Vidit igitur uagientem atque lachrymantem, uidit pannis obuolutum, circumciſioni ſubditum, & legalis ſacrificij oblatione perfunctum. Agnouit deinceps ſolita incrementa pueritiæ, & uſque ad uiriles annos de naturalibus non dubitauit augmentis. Inter hæc contulit contumelias, multiplicauit iniurias, adhibuit maledicta, opprobria, blaſphemias, conuicia. Omnem poſtremo in ipſum uim furoris effudit, omniaq; tentamentorum genera percurrit: & ſciens quo humanam naturam infeciſſet ueneno, nequaquam credidit tranſgreſsionis exortem, quem tot documentis didicit eſſe mortalem. Perſtitit ergo improbus prædo & auarus exactor in eum, qui nihil habebat ipſius, inſurgere. Et dum uitiatæ originis præiudicium generale perſequitur, chyrographum quo nitebatur, excedit, ab illo iniquitatis exigens pœnam, in quo nullam reperit culpam. Soluitur itaque letiferæ pactionis maleſuada conſcriptio, fortis ille nectitur in uinculis ſuis, & ligato mundi principe, captiuitatis uaſa rapiuntur. Redit in honorem ſuum ab antiquis contagijs purgata natura, mors morte deſtruitur, natiuitas natiuitate reparatur, quoniam ſimul & redemptio aufert ſeruitutem, & generatio mutat originem, & fides iuſtificat peccatorem. Quiſquis igitur Chriſtiano nomine pie & fideliter gloriaris, reconciliationis huius gratiam iuſto perpende iudicio. Tibi enim quondam abiecto, tibi extruſo paradiſi ſedibus, tibi per exilia longa morienti, tibi in cinerem & puluerem diſſoluto, cui iam non erat ſpes ulla uiuendi, per incarnationem uerbi poteſtas data eſt, ut de longinquo ad tuum reuertaris autorem, recognoſcas parentem, liber efficiaris ex ſeruo, de extraneo proueharis in filium: ut qui ex corruptibili carne natus es, ex Dei Spiritu renaſcaris, & obtineas per gratiam quod non habes per naturam. Habentes ergo tantæ ſpei fiduciam dilectiſsimi, in fide qua fundati eſtis, ſtabiles permanete, ne ille idem tentator, cuius dominationem à nobis Chriſtus excluſit, aliquibus nos iterum ſeducat inſidijs, & hęc ipſa præſentis diei gaudia fallaciæ ſuæ arte corrumpat, illudens ſimpliciores animos de quorundam peſtifera perſuaſione, quibus hic dies ſolennitatis noſtræ non tam de natiuitate Chriſti, quàm de nouo, ut dicunt, ſolis ortu uidetur honorabilis. Quorum corda uaſtis tenebris obuoluta, & ab omni incremento ueræ lucis aliena ſunt. Trahuntur enim adhuc ſtultiſsimis gentilitatis erroribus, & miniſtra mundi luminaria diuino honore uenerantur, quæ etſi mirandam habent pulchritudinem, adorandam tamen non habent deitatem. Illa ergo uirtus, illa ſapientia, illa eſt adoranda ſola maieſtas, quæ uniuerſitatem mundi creauit ex nihilo, & in quas uoluit formas atq; menſuras terrenam cœleſtemq; ſubſtantiam omnipotenti ratione produxit. Sol, luna & ſidera ſint commoda utentibus, ſint ſpecioſa cernentibus, ſed ita, ut de illis gratiæ referantur autori, & adoretur deus qui hęc condidit, non creatura quæ ſeruit. Laudate igitur dominum dilectiſsimi in omnibus operibus eius atq; iudicijs. Sit in nobis indubitata credulitas uirgineæ integritatis & partus, reformationis humanæ ſacrum diuinumq; myſterium ſancto atque ſyncero honorate ſeruitio. Amplectiſsimi Chriſtum in noſtra carne naſcentẽ, ut eum uidere mereamur deum gloriæ in ſua maieſtate regnantem, cum Deo patre & ſpiritu ſancto, Amen.

Ritus gẽtiles arguuntur.

DE EODEM FESTO SERMO beati Maximi epiſcopi.

IVſtiſsime fratres feſtiuitate præſentis diei in omne ſe gaudium totus ubiq; ſuſcitat mũdus, quia hodie promiſſus à ſeculis, uniuerſo orbi iudex natus eſt & redemptor, & neceſſe eſt, ut in commune nos omnes qui futuri examinis reſurrectioniſq; promiſſæ ſalutarẽ ſuſcepimus fidẽ, habeamus metum quidem de iudice, ſed de redemptore lætitiam. Omnis namq; fidelis anima timore corrigitur, correctione lætatur. Et in hoc chariſsimi, quanta erga humanum genus omnipotentis patris diſpẽſatio eſt, quantave benignitas, ut quem iudicem præparabat incredulis, hunc crediturus præmitteret redemptorem? Quatenus precurrẽs miſericordia, ſeueritatem aduenientis iudicis præueniret. Hodie itaq; natus eſt Chriſtus, ſed in natiuitate eius noſtra omnium habet uita natalẽ: quia qui priuilegia

gente tremuiſſet, cœlum te aſcendente patuiſſet, anteqnam iſta & alia mirabilia iam iuuenilis tui corporis ætate feciſſes, adhuc in manibus matris portabaris, & iam dominus orbis agnoſcebaris, ipſe puer paruulus ex ſemine Iſrael, & ipſe nobiſcum Deus Emanuel. Quæ eſt illa noſtra generatio ſaluatoris, qua gignenti patri coæternus eſt, quando hanc generationem ex uirgine mundus expauit, quam pia fides agnouit & tenuit: infidelitas autem irriſit, ſuperbia timuit ſuperata? Quænam eſt illa generatio, quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum? Vel quod eſt hoc uerbum, quod dicturus antea non ſiebat, quo dicto non ſluit quid dicebat? quod eſt uerbum ſine tempore, per quod facta ſunt tempora? uerbum quod labia nullius aperuit cœptum, clauſit uel finitum: uerbum quod initium non habet ex ore loquentium, & aperuit ora mutorum: uerbum quod linguis gentium diſertis non ſit, & linguas infantium diſertas facit? Quænam eſt illa generatio, cui pater moriendo non cedit, quia non eum niuendo præcedit? Segregata ab omnibus locorum temporumque interualis, ab omni diſtentione ſpatiorum, quam uel in diebus uel in corporibus ſentire conſueuimus. Leuemus ad eum quantum ipſo iuuante animam noſtram poſſumus, ſi quo modo capere ualeamus & natum non prænenientem qui gignit: & gignentem non ſubſequentem qui gignitur patrem & filium, nec pariter patres, nec pariter filios, & pariter æternos. Non utrunque generantem, nec utrunque naſcentem, ſed alterum ſine altero non uiuentem. Et patrem ſempiternum genuiſſe, & fi-
Act. 17 lium ſempiternum natum eſſe cogitemus, ſi ualemus: ſi non ualemus, credamus. Non eſt quod hic dicere uolumus, ſed tamen non longe poſitum eſt ab unoquoque noſtrum. In illo enim uiuimus, mouemur, & ſumus. Tranſcendamus carnem noſtram in qua parentes ante filios uiuunt: quia ut filios poſſent generare creuerunt, & filijs creſcentibus iam ſeneſcunt. Nondum natis filijs parentes uixerunt, quia & parentibus mortuis filij uicturi ſunt. Tranſcendamus & animas noſtras, pariunt & ipſę aliquid cogitando, quod ſecum habet ſciendo, ſed poſſunt amittere obliuiſcendo, quia & non habebant antea naſcendo. Cuncta corporalia, temporalia & mutabilia tranſcendamus, ut uideamus ſuper omnia per quem facta ſunt omnia. Aſcenſus noſter in corde eſt, quia & illud quo aſcendimus, prope eſt. Longe autem ab illo ſumus, inquantum diſſimiles ſumus. Aſcendit ergo ad eum ſua ſimilitudo quam in nobis fecit & refecit, quam nondum
Eſai. 53 perfecte palpitat infirmus aſpectus, & ineffabilē cādorē lucis æternę nō poteſt intueri. Cuius ergo fulgorē mētis acies nondum capit, generationē eius quis enarrabit? Sed uerbum caro factū eſt, & habitauit in nobis. Hanc ergo generationem cuius hodiernum celebramus diem, hanc in qua dignatus eſt uenire per Iſrael, & fieri Emanuel nobiſcum deus in carnis infirmitate, non nobiſcum in cordis iniquitate, accedens ad nos per id quod aſſumpſit ex noſtro, & liberans nos per id quod manſit in ſuo. Viſitauit Dominus quippe ſeruos ſuos per mortalem infirmitatem. Hāc ergo generationem cuius utcunque capax eſt humana fragilitas, non illā quæ ſine tempore manet ſine matre ſuper omnia, ſed iſtā quæ in tēpore facta eſt ſine patre inter oīa. Hunc uirginis filiū, & uirginum ſpōſum, de incorrupta matre naſcentem, & incorruptibili ueritate fœtantē, laudemus, amemus, adoremus, ut in eius miſericordia fiſi, de aſtutia diaboli triūphemus. Diabolus ad nos decipiendū corrupta fœminea mente ſurrepſit, Chriſtus ad nos liberandū incorrupta fœminea etiam carne proceſſit. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM FESTO, SERMO beati Auguſtini epiſcopi.

GAudeamus fratres, lætentur & exultent gentes. Iſtum diem nobis non ſol iſte uiſibilis, ſed creator ipſius inuiſibilis conſecrauit, quando eum pro nobis uiſibilem factum, à quo inuiſibili & ipſa creata eſt, uiſceribus fœcundis, & genitalibus integris uirgo mater effudit. Concipiens uirgo, pariens uirgo, uirgo grauida, uirgo fœta, uirgo perpetua. Quid miraris hæc homo? Deum ſic naſci oportuit, quando eſſe dignatus eſt homo. Talē fecit illam, qui eſt factus ex illa. Antequam fieret enim erat: & quia omnipotens erat, fieri potuit quod non erat, manens quod erat. Fecit ſibi matrem cum eſſet apud patrem, & cum fieret ex matre, manſit in patre. Quomodo deus eſſe deſiſteret cum homo eſſe cœpit, qui genitrici ſuæ præſtitit ne deſiſteret uirgo eſſe cum peperit? Proinde quū uerbum caro factum eſt, non uerbum in carnem pereundo ceſſit, ſed caro uerbo, ne ipſa periret, acceſſit, ut quemadmodum homo eſt anima & caro, ſic eſſet Chriſtus deus & homo, idem deus qui homo, & qui deus idem homo, non confuſione naturæ, ſed unitate perſonæ. Deniq; filius dei generāti coæternus ſemper ex patre, idem filius hominis eſſe cœpit ex uirgine, ac ſic & filij diuinitatī eſt addita humanitas, & tamen non eſt perſonarū facta quaternitas, ſed permanet trinitas. Non ergo nobis ſubrepat quorundam ſententia minus attentorum in regulam fidei, & in ſcripturarum oracula diuinarum. Dicunt enim: Qui filius eſt hominis, factus eſt filius dei: qui uero filius eſt Dei, non eſt factus filius hominis. Hoc ut dicerent, quod uerum eſt attenderunt, ſed uerum eloqui non ualuerunt. Quid enim attenderunt, niſi quia humana natura potuit in melius commutari, in deterius autem diuina non potuit? Hoc uerum eſt, ſed etiam ſic, id eſt, nequaquam in deterius diuinitate mutata, uerbum tamen caro factum eſt. Neque enim ait euangeliſta, caro uerbum facta eſt, ſed ait, uerbum caro factum eſt. Verbum autem Deus, quia Deus erat uerbum. Et quid ca-
ro niſi homo? Non enim ſine anima in Chriſto Matt. 26
hominis caro. Vnde ait: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Si ergo uerbum Deus, & homo caro, quid eſt aliud, uerbum factum eſt caro, niſi qui Deus erat, factus eſt homo? Ac per hoc qui erat dei filius, factus eſt hominis filius, aſſumptione inferioris, non uerſione potioris, accipiendo ipſe quod non erat, non amittendo quod erat. Nam quomodo in regula fidei cōfitemur credere nos in filium dei, qui natus eſt ex uirgine Maria, ſi non filius dei, ſed filius hominis natus eſt ex uirgine Maria? Quis enim Chriſtianus neget ex illa fœmina filium hominis natum, ſed tantum deum hominem factum, & ita hominem Deum factum? Deus enim erat uerbum, & uerbum caro factum
eſt. Confitēdum eſt igitur, eum qui filius dei erat, Ioan. 1
ut de uirgine Maria naſceretur, aſſumpta forma ſerui filium hominis factum, quod erat manen-

tem

tum: Expectantes beatam ſpem, & aduenium glo-
riæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Im-
mane piaculũ eſt, ut per infidelis hominis blaſphe-
mias minor eſſe dicatur, quem magnum deum ipſa
ueritas profitetur. Nam & Thomas apoſtolus in e-
uangelio Iohannis, ubi poſt reſurrectionẽ corpus
hominis crucifixi per clauorũ ſigna cognouit, de-
um qui intra hominẽ latebat, apoſtolica & euange-
lica autoritate confeſſus eſt, ita dicens: Dominus
Iohã.20. meus & deus meus. Si fides aſſit, aperta eſt ratio
qua Chriſtus nunc minor, nũc ęqualis patri ſacris
uoluminibus aſſeratur, ſicut ipſe de ſe dicit: Ego
Iſaie. 44 primus & nouiſſimus. Indubitanter agnoſce, quod
priorem nõ poteſt habere, qui primus eſt. Item:
Apoca. Ego ſum Alpha & O. Et ſicut Alpha literam nulla
pręcedit, ita & filiũ dei nulli ſecundum cõſtat eſſe,
quia deus eſt. Quid reſpõdebimus eis qui ſpiritũ
ſanctum aut minorem dicunt, aut (q̃d ſceleratius
eſt) miniſterialẽ magis quã Deum abrupta impie-
tate pronunciant? Quomodo creatura dicitur, qui
domini creator ex Maria comprobatur? Sicut legi-
mus, conceptus de ſpiritu ſancto, natus ex Maria
uirgine. Chr̃us enim nõ eſt de ſubſtãtia ſpiritus ſan-
cti, ſed de potentia: nec generatione, ſed iuſſione
& benedictione conceptus eſt: & ſicut à patre, ita
etiam à ſpiritu ſancto ad redemptionẽ noſtrę ma-
Iſaie.48. litiæ deſtinatus eſt, ipſo de ſe per Iſaiam loquente:
Miſit me pater & ſpiritus eius. Si ſpiritusſanctus
minor creditur, quomodo ſe filius ſicut à patre, ita
etiam à ſpiritusſancto miſſum eſſe teſtatur? Spiri-
tusſanctus ipſe locutus eſt in apoſtolis, ipſe efer-
buit in prophetis, dicente beato apoſtolo Petro in
epiſtola ſua, Non, inquit, ex hominibus allata eſt
2. Pet. 1 prophetia, ſed ſpiritusſancto inſpirati, locuti ſunt
ſancti dei homines. Et ſaluator in Matthæo ità ait
ad diſcipulos ſuos: Nõ uos eſtis qui loquimini, ſed
Matt.10 ſpiritusſanctus. Similiter & Dauid plenus ſpiritu-
ſancto, quis per eũ loqueretur, manifeſta uoce de-
nunciat, dicens: Audiam quid loquatur in me domi-
nus deus. Hæc eſt inquam uia lucis, in cuius confeſ-
ſione aperitur oſtium ſalutis. Itaq; qui in hanc pro-
feſſionem ingrediũtur, beatitudinem eius adipiſ-
cuntur. Beatitudo ei qui confitetur deum, patrem
& filium & ſanctum ſpiritum. Beatitudo ei qui cõ-
fitetur ſolum deum, patrem & filium & ſanctũſpiri-
tum. Beatitudo ei qui confitetur unum omnipotẽ-
tem deum, patrem & filium & ſanctum ſpiritum.
Beatitudo ei qui cõfitetur unum ſummum Deum,
patrem & filium & ſanctum ſpiritum, ſempiternũ
eſſe. Beatitudo ei qui confitetur indiuiſam ſubſtan-
tiam eſſe patris & filij & ſanctiſpiritus. Beatitudo
ei qui nihil addiderit uel minuerit in unitate natu-
ræ patris & filij & ſanctiſpiritus. Beatitudo ei qui
cõfitetur omnia bona facta fuiſſe à patre & filio &
ſpiritusſancto. Beatitudo ei qui confitetur unam æ-
qualitatẽ in ſempiterna plenitudine deitatis eſſe,
patris & filij & ſanctiſpiritus. Beatitudo ei qui ſe-
cundum ſingula nomina trinitatis, id eſt, patris &
& filij & ſanctiſpiritus, proprias tantum perſonas
diſtinctas eſſe confitetur. Vnde oportuit nos oſtẽ-
dere eis quos edent uiæ ſuæ fructus, maledictio-
nes omnium male credentium, ſicut ſcriptum eſt:
Maledictus omnis qui non obaudierit uerba libri
Deut. 26 huius, ut faciat ea in corde ſuo. Maledictus qui pa-
tris & filij & ſanctiſpiritus unam ſempiternam ſub-
ſtantiam eſſe non confitetur. Maledictus qui ſecun-
dum tres perſonas, tres diuiſas ſubſtantias eſſe cõ-
fitetur. Maledictus qui tria principia eorum eſſe
confitetur. Maledictus qui ſolum uerum deum pa-
trem, & unicum uerum deum filium, & unicum ue-
rum deum ſanctumſpiritum non confitetur. Male-
dictus qui unicum nomen in deitate trinitatis eſſe
non confitetur. Maledictus qui in diuiſam deitatẽ
patris & filij & ſpiritusſancti non confitetur. Male-
dictus qui propria nomina perſonarum tres deos,
aut tres dominos, aut tres ſpiritus confitetur. Ma-
ledictus qui ſecundum ſingulas perſonas trina no-
mina tantum diſtincta, patris & filij & ſanctiſpi-
ritus non confitetur. Maledictus qui unam perſo-
nam eorum eſſe confitetur. Maledictus qui quem
patrem dicit, hunc eundem & filium eſſe deſignat.
Maledictus qui patrem natum, aut incarnatum,
aut paſſum eſſe confitetur: qui inenarrabiliter fili-
um & uere natum de ſubſtantia patris eſſe non cõ-
fitetur. Maledictus qui hanc natiuitatem factam
uel creatam uel conditam eſſe confitetur. Maledi-
ctus qui uerum filium dei ex uoluntate tantum
dicit eſſe, & non potius de natiuitate. Maledictus
qui dicit, erat tempus quando non erat filius. Ma-
ledictus qui hanc natiuitatem ex nullis extanti-
bus non confitetur, quod Gręci epicliõ ton appel-
lant. Maledictus qui diuinitatem filij dei dicit in-
itium habere de tempore, ortum ex nihilo, no-
men quaſi adoptionis ex altero. Maledictus qui
unum de uno filium de patre generatum non con-
fitetur. Maledictus qui impaſſibiliter filium de pa-
tre non confitetur. Maledictus qui dicit, fuit ali-
quando pater ſine filio. Maledictus qui non confi-
tetur ante omne principium, uel initium ſemper
fuiſſe filium cum patre. Maledictus qui immorta-
lem deitatem filij dei non confitetur. Maledictus
qui de ſempiterno filio dicit, non erat antequam
de Maria naſceretur. Maledictus qui unitam dei-
tatem patris & filij & ſpiritusſancti ex charitate
concordiæ tantum eſſe profitetur, & non magis p
hanc ipſam unitam diuinitatem. Maledictus qui
unitam deitatem in tres has perſonas eſſe non cõ-
fitetur. Maledictus qui aduerſus uigorem cenſu-
ræ diuinæ ſcripturæ hunc deum uerum ſpiritum
paracletum, aut filium patris uel certe facturam
uſurpat debere confiteri. Maledictus qui filium
dei deum uerum & hominem uerum de Maria uir-
gine nuper natum pro noſtra ſalute non confite-
tur. Maledictus qui filium dei hominem tantum
prò noſtra ſalute confitetur. Maledictus qui deũ
Dei filium ſempiternũ de aſſumptione hominis p
hoc principium habere aſſignat. Maledictus qui
deitatem eius paſſam eſſe confitetur. Maledictus
qui incomparabilem deitatem trinitatis proprie
ad hominis lineamenta eſſe confitetur, dum ſcri-
ptum inueniamus, quia nõ ſit illi ſimilis quiſquam
deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum.

DE EODEM FESTO HOMI- lia D. Euſebij Emiſſeni.

NArrant alij Euangeliſtæ Dominum & ſalua-
torem noſtrum ab angelo nunciatum, de uir-
gine natum, paſtoribus reuelatum, per ſtel-
lam declaratum, à magis adoratum, ad templum
delatum, & Simeoni præſentatum. Narrant prę-
terea qualiter de Iudæa cum parentibus fugerit,
qualiter de Aegypto in Iudæam redierit, quali-
ter creuerit & uirtute & ſapientia profecerit. Hęc
autem & his ſimilia dum Euangeliſtæ ſcribebant,
uerum hominem eſſe, & ueram carnem eum ſuſce-

piſſe firmabant, & hæreticos aliter credentes & docentes ſuperabant. Ioannes autem Euangeliſta altius aſcendens & uſq; ad eius diuinitatem ſe extendens, aſcendit ſuper Cherubin, & uolans ſuper pennas uentorum, penetrauit cœlos, tranſcendit archangelos, & peruenit uſque ad thronum Dei, ibiq; uidit uerbum Dei, ibi uidit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in ſinu patris, & tunc intellexit quod ſcriptum erat: Eructauit cor meum uerbum bonum. Intellexit utiq; & dixit: *In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum.* Ieſus Chriſtus dñs noſter quẽadmodũ dicitur filius dei, ſic dicit̃ uerbũ dei, & uirtus & ſapiẽtia Dei. Vnum enim idemq; ſignificant, filius, uerbum, uirtus, & ſapientia. De quo uerbo ait Pſalmiſta: Verbo Domini cœli firmati ſunt. Et ut uerbũ & ſapientiam idem eſſe oſtenderet, ait: Omnia in ſapientia feciſti. Nunquam igitur pater ſine filio fuit, quia nunquam ſine uerbo, nunquam ſine uirtute, nunquam ſine ſapientia eſſe potuit. Hæc autem ſapientia, hæc uirtus, hic Dei filius, quamuis temporaliter de uirgine natus ſit, in principio tamen & ante tempora erat. Et hoc eſt quod ait: *In principio erat uerbum.* Taceant igitur quicunque Saluatorem noſtrum, priuſquam de uirgine naſceretur, non fuiſſe contendunt. Hoc enim Iudæi & gentiles & quidam hæreticorum dicere ſolent: quorum quidem errores Euangeliſta deſtruit: dum eum in principio fuiſſe dicit. Sed ubi erat? *Et uerbum erat apud Deum.* Semper enim in patre filius, ſemper in filio pater. Vnde ipſe ait: Ego ſum in patre, & pater in me eſt. Denique ubi debuit eſſe, niſi in Deo, uirtus & ſapientia Dei? Vbi enim eſt uirtus & ſapientia tua, niſi in te & in animo tuo? Sic igitur & uerbum Dei, id eſt, uirtus & ſapientia Dei, in principio erat apud Deum. Et quid erat? *Et Deus erat uerbum.* Nihil enim in Deo eſt, quod Deus non ſit. Totus enim idem eſt & ſubſtantialiter idem. Hoc autem uerbum nec ſyllabis conſtat nec uoce profertur, ſed ſemper in ſinu manens, & in corde patris cuncta diſponit, regit & operatur. *Hoc erat in principio apud Deum.* Hæc autem confirmatio eſt eorum quæ dicta ſunt. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Sic igitur omnia per uerbũ facta ſunt, & omia in ſapientia Dominus fecit, manifeſtum eſt quia uerbum & ſapientia idem ſunt, ibi igitur uerbum, ubi & ſapientia. In nobis autem non ita fit, quia uerbum in ore, in corde ſapientiã habemus. Veruntamen ſicut ſapientia noſtra uoce induitur, & fit uerbum ut audiatur, ita & ſapiẽtia Dei carne induta eſt, & uerbum caro factum eſt, ut ab omnibus uideatur. Siue igitur uerbum, ſiue ſapientia uocetur Dei filius, nulla differentia eſt. Non enim loquendo, ſed ſciendo & uolendo cuncta operatur Deus. Quod enim ſcriptum eſt, ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt, non ſic eſt accipiendum quaſi motu linguæ & aeris percuſſione aliqua ex ipſius ore uox inſonuit. Sed dicere dei, uoluiſſe eſt. Omnia enim per ipſum facta ſunt, quæcunq; à patre facta ſunt, & ſine ipſo nihil à patre factum eſt: nihil enim ſine ſapientia fecit Deus. Deus igitur unus eſt, qui in ſapientia ſua & in ſpiritu ſuo omnia operatus eſt. Cuius ſapientia carnem ſuſcepit, cuius ſpiritus in igne apparuit. Qualiter autem ſapientiam ſuam, uerbum ſuum, & filium ſuum ipſe genuerit, quia ſolui non poteſt, quæri non debet. *Quod factum eſt in ipſo, uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Duæ namq; naturæ ſunt in Chriſto, diuina ſcilicet, & humana: quarũ altera facta eſt, altera facta non eſt. Humanitas enim quæ in ipſo eſt, & facta & creata eſt. Ipſe enim fecit humanitatem ſuam, ipſe fecit & matrem ſuã. *Per quem facta ſunt oĩa, & ſine quo factũ eſt nihil.* Hoc igitur ſolum in ipſo eſt, nihilq; aliud eſt quod in ipſo factum eſt. Hoc autem uita erat; quamuis hoc Iudæi non credebant. Chriſti nanque humanitas, omnium in ſe credentium ſalus & uita eſt. Vñ ipſe ait: Ego ſum uia, ueritas, & uita. itemq; Ego ſum reſurrectio & uita. *Et uita erat lux hominum.* Si enim Chriſti humanitas uita erat, & uita erat lux hominum, ergo & Chriſti humanitas erat lux hominum. Sed quare lux? Quia lucebat, quia docebat, quia prædicabat, quia populum qui ſedebat in tenebris, illuminabat. Vnde propheta: Populus, inquit, qui ſedebat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Hinc ipſe quoq; dominus ait: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, nõ ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. De qua & ſubditur: *Et lux in tenebris lucet.* Lux enim in tenebris lucebat, quando inter peccatores Chriſtus Dominus prædicabat. Hanc autem lucem tenebræ non comprehenderunt, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Ipſe enim ſolus inter peccatores ſine peccato uiuere potuit. Hæc ſola lux nullis tenebris eſt obfuſcata, nulla caligine denigrata, nullis uitijs maculata. Alij autem hunc locum ita diſtinguũt, ut prius dicant, *quod factum eſt*: deinde ſubinferant, *in ipſo uita erat*. ſed uideant quomodo his ſequentia contineantur. Omnia enim quæ temporaliter fiunt, uel facta ſunt, priuſquam fierẽt in ipſo & uiuebant, & uigebant. Viuunt enim omnia quæ in Dei diſpoſitione ſunt: quia ſicut diſpoſita ſunt, non euenire nõ poſſunt. *Fuit homo miſſus a deo, cui nomen erat Ioannes. Hic uenit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederẽt per illum. Nõ erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine.* Omnes enim (ſicut Lucas ait) exiſtimabant de Ioãne ne forte ipſe eſſet Chriſtus. Erat enim lucerna lucens & ardens. Sed non erat ipſe lux, q ad hoc ſolummodo uenerat, ut teſtimonium perhiberet de lumine. *Erat autẽ lux uera,* lux eterna & indeficiens, *quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.* Hanc autem lucem, illud candelabrũ ſignificabat, quod de auro puriſſimo Moyſes fieri præcepit. Quid enim tam puriſſimum, quàm eſſe ſine peccato? quid tam puriſſimum, ut ſapientia, & Sol iuſtitiæ? Habebat autem hoc candelabrum ſeptem lucernas, quibus totum tabernaculum illuminabatur, per quas ſeptem ſancti Spiritus gratias intelligimus, quibus totus mundus illuminatur. Habebat autem in haſtili ſuo quatuor ſcyphos, qui quatuor Euangelia ſignificabant: habebat igitur & lucernas, quibus mentis oculos illuminaret, habebat & ſcyphos, quibus ſitientium corda reficeret & ſanaret. Omnis autem homo in hunc mundum ueniens, ſola huius candelabri luce interius & exterius illuminat̃. Hæc oculis uiſum, & cordis tribuit intellectum. Qui hac luce non illuminat̃, cæcus eſt, & in tenebris manet. Venit autem homo tunc in hunc mundũ, q̃do naſcitur: quia tunc primum in hoc mundo apparet. Vñ & de ſeipſo Dñs ait: Exiui à patre, & ueni in mundum: iterũ relin-

quo mundum, & uado ad patrem. Deus enim qui ubiq; eſt, quando ſe nobis manifeſtat, uenire: quando ſe cęlat, recedere dicit̃. Venit igit̃ in mundũ, q̃a ſecundum carnẽ quam aſſumpſit, mundo uiſibilis apparuit. Et hoc eſt quod dicitur: *In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.* Quid eſt in mũdo erat, niſi quia uiſibilis inter homines in hoc mundo conuerſabatur? Mundus autem ſecundum quoſdam eum cognouit, & ſecundum quoſdam eum non cognouit. Mundi enim amatores Chriſtum ſequi & cognoſcere noluerũt, qui, quoniam ſolam huius mundi uoluptatem & gloriam diligunt, non immerito mundus uocãtur. Vnde & diſcipulis ſuis dominus ait: Quia de mundo nõ eſtis, ſed ego elegi uos de mũdo, ꝓpterea odit uos mundus. *In propria uenit, & ſui eum nõ receperunt* Cum enim omnia ſua ſint, eius tamen ꝓpria Iudæi dicebantur, & iſti quidem eum non receperunt, ſed eum ſpernentes dixerunt, Nolumus hũc regnare ſuper nos. *Quotquot autem eum receperunt, dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Quid enim illis maius dari potuit, quam ut eſſent filij. Dei ſi enim filij (ait Apoſtolus) & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes aũt Chriſti. Si uero cohæredes ſunt, eandem habent beatitudinem & poſſeſſionem *Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluptãte carnis, neque ex uoluptate uiri, ſed ex Deo nati ſunt.* Quantum enim ad hanc ſecundũ natiuitatem, qua filij Dei homines fiunt, non ſecundũ uiri uoluptatem, neque ex uoluptate carnis & ſanguinis, ſed ſecundum uoluntatem Dei ex aqua & ſpiritu ſancto regenerantur & renaſcuntur homines. Quantum uero ad primam natiuitatem, uno & ſimili modo & boni & mali omnes naſcuntur. *Et uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Factum eſt utiq; uerbũ caro, non q̃d uerbũ mutaret̃ in carnẽ, ſed q̃a carnẽ ſuſcipiẽdo, ex diuinitate & humanitate una pſona facta eſt. *Et habitauit in nobis.* ſicut Hiere. ait: Hic Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad eum: qui adinuenit omnem uiam ſcientiæ, & dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. *Et uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti a patre, plenum gratiæ & ueritatis.* Hanc enĩ Chriſti gloriam illi uiderunt, qui ſimul cum eo erant quando in monte transfiguratus eſt, quando reſplenduit facies eius ſicut Sol, ueſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix: quando & uox patris audita eſt, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Erat autem plenus gratiæ, ſecundũ hoc quod Pſalmiſta ait: Specioſus forma præ filijs hominum. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Erat autem & ueritate plenus, ſecundum illud, Propter ueritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, deducet te mirabiliter dextera tua.

DE SANCTO STEphano. Matthæi 23.

In illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudæorum, & principibus ſacerdotũ. Ecce ego mitto ad uos prophetas & ſapiẽtes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis ueſtris. Et reliq. Homilia B. Hieronymi pſbyteri.

HOC q̃d antea dixeram (Vos implete mẽſuram patrum ueſtrorum) ad perſonam domini pertinere, eo quod occidendus eſſet ab eis, poteſt, & ad diſcipulos eius referri, de quibus nunc dicit? ¶*Ecce ego mitto ad uos prophetas & ſapientes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis ueſtris, & perſequimini de ciuitate in ciuitatẽ, ut compleatis menſuram patrum ueſtrorũ.* Simulq; obſerua iuxta Apoſtolum ſcribentem ad Corinthios, uaria dona eſſe diſcipulorum CHRISTI, alios pro- 1. Cor. 12 phetas, qui uentura prædicant, alios ſapientes, qui nouerunt quando debeant proferre ſermonem, alios ſcribas in lege doctiſſimos. Ex quibus Stephanus eſt lapidatus, Paulus occiſus, crucifixus Petrus, flagellati in Actibus apoſtolorũ diſcipuli, & perſecuti eos ſunt de ciuitate in ciuitatem, expellentes de Iudæa, ut ad gentium populum tranſmigrarent. ¶*Vt ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt, ſuper terram a ſanguine Abel iuſti, uſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.* De Abel nulla eſt ambiguitas, quin is ſit quem Cain frater eius occiderit. Iuſtus autem non ſolum ex domini nunc ſententia, ſed ex Geneſ. 4 Geneſis teſtimonio comprobatur, ubi accepta eius à deo narrãtur munera. Quęrimus quis ſit iſte Zacharias filius Barachię? q̃a multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribuatur erroris facultas, additum eſt, quem occidiſtis inter templum & altare. In diuerſis diuerſa legi, & debeo ſingulorum opiniones exponere. Alij Zachariam filium Barachiæ dicunt, qui in duodecim prophetis undecimus eſt, patriſque nomen in eo conſentit. Sed ubi occiſus ſit inter templum & altare, ſcriptura non loquitur, maxime cum temporibus eius ruinæ templi uix fuerint. Alij Zachariam patrem Iohannis intelligi uolunt, ex quibuſdam apocryphorũ ſomnijs approbantes, quod propterea occiſus ſit, quia ſaluatoris prædicaret aduentum. Et hoc quia de ſcripturis non habet autoritatem, eadẽ facilitate contemnitur qua probatur. Alij iſtum uolunt eſſe Zachariam, qui occiſus eſt à Ioas rege Iudææ inter templum & altare, ſicut Regum narrat hiſtoria. Sed obſeruandum, quod ille Zacharias non ſit filius Barachiæ, ſed filius Ioiadæ ſacerdotis. 2. Par. 24 Vnde & ſcriptura refert: Non fuit recordatus Ioas patris eius Ioiadæ quæ ſibi feciſſet bona. Cum ergo Zachariam teneamus, & occiſionis conſentiat locus, quærimus quare Barachiæ dicatur filius, & non Ioiadæ? Barachia in noſtra lingua, benedictus Domini dicitur, & ſacerdotis Ioiadæ iuſtitia Hebræo nomine demonſtratur. In euangelio quo utuntur Nazareni, pro filio Barachiæ, filium Ioiadæ ſcriptum reperimus. Simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris, ſiue in portarum exitibus quæ Siloam dicunt, rubra ſaxa monſtrantes, Zachariæ ſanguine putant eſſe polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Iudæorum & fidei pietate deſcendit. Dicamus breuiter, quare ſanguis Abel iuſti uſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, ab iſta generatione requiratur, cum neutrum eorum occiderit. Regula ſcripturarum eſt, duas generationes ponere, bonorum uel malorum, hoc eſt, ſingulorũ ſingulas. De bono ſumamus exempla: Quis aſcendet in montem domini, aut quis requieſcet in mõte ſancto eius? Pſal. 23 Cumq; plures qui aſcenſuri ſunt in montem Domini, deſcripſiſſet, qui diuerſis fue- Ibidem.

re ætatibus,poſtea infert:Hæc eſt generatio quæ-
rentium Dominum,quærentium faciem D E I Ia-
Pſal. 113 cob. Et in loco de omnibus ſanctis: Generatio iu-
ſtorum benedicetur.De malis uero,ue in præſenti
loco,generatio uiperarum.Et requirentur omnia
à generatione iſta . Et in Ezechiele cum peccata
terræ deſcripſiſſet,ſermo propheticus adiecit : Si
Noe & Iob & Daniel ibi fuerint inuenti , non di-
Eze.14 mittam peccata terræ illi. Omnes iuſtos qui ſimi-
les forent uirtutibus eorum per Noe & Iob & Da
niel uolens intelligi. Ergo & iſti qui ſimilia Ca-
in & Ioas contra apoſtolos geſſerint,de una gene-
ratione eſſe aſſeruntur. ¶ *Hirruſalem quæ occidis
prophetas,& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties uo
lui congregare filios tuos , quemadmodum gallina con-
gregat pullos ſuos ſub alas , & noluiſti?* Hieruſalem
non ſaxa & ædificia ciuitatis, ſed habitatores uo-
cat,quam patris plangit affectu ,ſicut in alio loco
legimus , quod uidens eam fleuerit . In eo autem
quod dicit,quoties uolui congregare filios tuos,
omnes retro prophetas à ſe miſſos eſſe teſtatur.
Gallinæ quoque ſimilitudinem congregantis ſub
Deut.32 alas pullos ſuos , in Cantico Deuteronomij legi-
mus : Sicut aquila protegit nidum ſuum, & ſuper
pullos ſuos deſidet expandens alas ſuas ſuſcipit e-
os,& tulit ſuper pēnas ſuas. Vbi contuēdum,q͂a ſi-
cut gallina aliquando oua aliena calefacit, educit
& nutrit, ſic eccleſia ex multis gentibus congre-
gatos homines,gratia ſpiritusſancti fouet. Porro
alæ:eccleſiæ ſancti doctores & principes intelli-
gendi ſunt.Sed quæritur quomodo dicat,quoties
Pſal.113 uolui congregare,cum propheta dixerit : Omnia
quæ Dominus uoluit fecit:hoc eſt, uolui ex mea,
ſed noluiſtis ex ueſtra parte. ¶ *Ecce relinquetur
uobis domus ueſtra deſerta.* Hoc ipſum & ex perſona
Hier.12 Hieremiæ ante iam dixerat : Reliqui domum me-
am,dimiſi hæreditatem meam ,facta eſt mihi hæ-
reditas mea quaſi ſpelunca Hiænæ . Hyæna beſtia
eſt quæ noctu cadaueribus mortuorum uiuit , &
de ſepulchris ſolet effodere corpora , nihilque eſt
immunditiæ qua non ueſcitur . Talis eſt Iſrael of-
fendens Dominum, omnium beſtiarum morſibus
traditus . Deſerta Iudæorum domus,id eſt, & ciui
tas & templum illud quod ante fulgebat, anguſti-
us oculis comprobatur,quæ habitatorem C H R I
S T V M perdiderunt, & hæreditatem præripere
geſtientes occiderunt hæredem. Aliter:Nunc ue-
ſtra eſt non mea, quæ dudum domus mea uocaba-
tur.Deſerta uero in uindictam crucis dicitur,quia
non ſolum auis illius omnipotentis (quam Mat-
thæus hic gallinam nuncupat) alis protegi deſpe
xit,ſed eandem ſe protegentem Herodi & Pilato
crucifigendam tradidit. ¶ *Dico enim uobis,non me
uidebitis amodo donec dicatis : Benedictus qui uenit in
nomine Domini.* Ad Hieruſalem loquitur,& ad po-
pulum Iudæorum . Verſiculum autem iſtum , quo
& paruuli atque lactentes in ingreſſu Hieruſalem
Domini ſaluatoris uſi ſunt , turbæ quoque dixe-
Matt.21 runt:Benedictus qui uenit in nomine Domini,Ho
ſanna in excelſis, ſumpſit de centeſimo decimoſe-
ptimo Pſalmo,qui manifeſte de Domini aduentu
ſcriptus eſt. Et quod dicit, Non me uidebitis amo-
do , hoc uult intelligi , niſi pœnitentiam egeritis,
& confeſſi fueritis ipſum eſſe me de quo prophe-
tæ cecinerunt,filium omnipotentis patris , meam
faciem non uidebitis . Habent Iudæi datum ſibi
tempus pœnitentiæ . Confiteãtur benedictum,qui
uenit in nomine Domini,& C H R I S T I ora con
ſpicient.

DE EODEM FESTO.

Matthæi.23

In illo tempore : Dicebat Ieſus turbis Iudæorum , & principibus ſacerdotum: Ecce ego mitto ad uos prophetas, & ſapientes,& ſcribas,& ex illis occidetis, & crucifigetis , & ex eis flagellabitis in ſynagogis ueſtris. Et reliqua Homilia Heirici.



EVANGELI-
cæ huius lecti-
onis intellectus,
ſuperiori narra-
tioni hærere ui-
detur. Supra ſiquidem re
demptor noſter ſcribas
& phariſæos plurimis in-
crepationibus obiurgaſ-
ſe,atque inter cætera di-
xiſſe perhibetur : Væ uo-
bis ſcribæ & phariſæi,
qui ædificatis monumenta prophetarum , & dici-
tis:Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum , non
eſſemus in ſanguine prophetarum ſocij eorum.
Atque poſt pauca : Et uos,inquit, implete menſu-
ram patrum ueſtrorum. Quod eſt dicere:Quæ illi
minus fecerunt , uos ſupplete. Illi occiderunt ſer-
uos,uos Dominum crucifigetis. Illi homines, uos
Deum. Et quaſi adhæc illi poſſent obijcere : Non
habemus modo prophetas quos occidamus,adiun
git: ¶ *Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas & ſapi-
entes & ſcribas,& ex illis occidetis & crucifigetis,& ex
eis flagellabitis in ſynagogis ueſtris, & perſequimini de
ciuitate in ciuitatem.* Prophetæ hic Apoſtoli appel-
lantur , quia per donum ſpiritusſancti futurorum
habebant notitiam. Ipſi ſunt ſapientes corde,quia
ſermonem proferre nouerunt in tempore oppor-
tuno. Ipſi ſcribæ ,quia legem dei ſcriptam habent
per ſpiritumſanctum in cordibus ſuis. Ex illis er-
go occiderunt Iacobum fratrem Iohannis , & i-
pſum Iohannem Baptiſtam,lapidauerunt Stepha
num ,crucifixerunt Petrum, flagellauerunt duode-
cim apoſtolos,quando ibant gaudentes à conſpe-
ctu concilij , quoniam digni habiti ſunt hæc pro
nomine Domini pati,& perſecuti ſunt eos de ciui
tate in ciuitatem:ut non recepti ab eis,iuſte ad gē
tes migrarent. ¶ Vt ueniat ſuper uos omnis ſan-
guis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine
Abel iuſti,uſque ad ſanguinem Zachariæ filij Ba-
rachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.
Requirendum cur ſanguis omnium iuſtorum à ſan
guine Abel uſq; ad ſanguinem Zachariæ , ab una
Iudæorum generatione requirendus prædicatur,
cum neutrum eorum conſtet ab illis occiſum . Et
certe innumerabiles martyres tam in ueteri quàm
in nouo teſtamento extitiſſe legimus , quos illi nō
interfecerunt . Sed mos eſt ſcripturarum duas tan-
tum generationes,bonorum ſcilicet & malorum
texere: De bonorum ſiquidem generatione dictū
eſt: Generatio rectorum benedicetur. Et,hæc eſt Pſal 111
generatio quærentium Dominum. At econtra de Pſal 23
repro-

reprobis dicitur: Genimina uiperarum, & genera-
tio praua atq; peruerſa. Vniuerſi ergo reprobi qui
Matt. 23 in malitia ſimiles ſunt, in una generatione compu-
tantur: & omnes ſancti ediuerſo qui ſe in uirtuti-
bus imitantur, una generatio eſſe dicuntur. Quæ-
rendum rurſus, quis ſit iſte Zacharias qui occiſus
inter templum & altare memoratur. Et quidem
alij iuſtum Zachariam opinantur illum ipſum eſſe
qui in ordine prophetarum undecimus ponitur.
Sed licet in eo patris nomen conſentiat, quia ſcili-
cet filius Barachiæ cognominatur, tamen quomo
do inter templum & altare occiſus ſit, non appa-
ret, præſertim cum temporibus illius uix ruinæ
templi ſubſtiterint. Alij hunc Zachariam patrem
Iohannis intellexerunt, aſſerentes quod propter
ea à Iudæis occiſus ſit, quia aduentum ſaluatoris
prænunciauerit. Sed hunc nos Zachariam intelli-
gimus ſine dubio quem Ioas rex Iudæ inter tem-
2. Pa. 24 plum & altare interfecit, ſicut in Regum hiſtoria
ſcriptum eſt: Et non eſt recordatus Ioas, inquit,
patris ſui Ioiadæ, ſed interfecit filium eius qui ſe
eripuerat de morte, & in templo ſeptem annis ab
ſcondite nutrierat. Sed quæritur cur hic Bara-
chiæ dicatur filius, cum in præfata hiſtoria filius
Ioiadæ aſſeratur. Quod ita ſoluitur: Barachias nã-
que benedictus Domini dicitur. Ioiada iuſtitia in-
terpretatur. qui ergo iuſtitia plenus eſt, benedictus
domini rectiſſime poteſt appellari. Vnus ergo i-
demq; homo iuxta nominis interpretationem &
Ioiada & Barachias æque poteſt intelligi. Potuit
etiam fieri, ut ipſe Barachias binomius fuerit, &
ſit altero nomine appellatus Ioiada, ſicut & Mat-
thæus euangeliſta uocatus eſt Leui. Item quæren-
dum cur dixerit, à ſanguine Abel uſq; ad ſanguinẽ
Zachariæ, à Iudæis ſanguinem prophetarum ex-
quirendum. Cur enim à ſanguine Abel dixerit, mi
rum non eſt: cur uero uſq; ad ſanguinem Zacharię
quærendũ eſt, cum multi poſt eum extiterint mar
tyres. Ad quod dicendum, quod per hos duos, quo-
rum alter in campo, alter occiſus eſt in tẽplo, duo
ordines martyrum deſignantur. Per Abel quidẽ,
qui in campo occiditur laici: per Zachariam uerò
qui in templo necatur, hi qui ex ſacerdotali digni-
tate ad martyrij prouecti ſunt palmam, figurãtur.
Ideo autem hos duos tantum nominatim poſuit,
quia ambo innocentes, & nulla iuſta cauſa exiſten
te interfecti ſunt, ambo ſacerdotes, ambo paſto-
res, ille ouium, iſte animarum. Et ſicut ille interfe
ctus eſt à fratre ſuo in agro, ita & iſte à conſobri-
no & collateraneo ſuo in templo. Quem occidiſtis
inquit, inter templum & altare. Duo erant alta-
ria in templo, unum incenſi interius, alterum ho-
locauſtorum exterius, inter quod & templum Za
charias eſt interemptus. uel inter templum & al
tare, id eſt, inter cõſenſum populi & ſacerdotum,
quorum alij per templum, alij per altare ſignan-
tur. Poſtremo, quid eſt quod in euangelio uel epi-
ſtolis Abel ſpeciali teſtimonio iuſtitię honoratur.
Profecto quia decebat illum ex priuilegio quo-
dam tanto cognomine decorari, qui tribus præ-
claris uirtutibus typum Chriſti in ſe excellentiſſi
me prętulit. Fuit enim uirgo, ſacerdos & martyr.
Inter tot & tam uarias opiniones de Zacharia
quinam fuerit, quoniam ad liquidum ueritas hiſto-
riæ ſcrutari non poteſt, recurrendum eſt ad alle-
goriam. Hic enim eſt unicus exitus earum rerum,
quæ in ſancto euangelio dicta tantum, non autem
facta leguntur. Per Abel deſignantur omnes ſan-
cti, qui fuerunt ab initio mundi uſq; ad paſſionem
Chriſti, & redemptionem humani generis, quod
ipſa nominis interpretatio demonſtrat. Interpre-
tatur enim luctus, uapor, funiculus, uel funicula-
tio, ſignificans ſanctos paſſionem Domini præce-
dentes, qui conſiderantes ſe exules, & à paradiſi
beatitudine deiectos, in luctu & mœſtitia erant,
& præſentem uitam tanquam fumidam & tranſi-
toriam contemnentes ad ſortem & funiculum ſu-
premæ hęreditatis quãtocyus properabant. Zacha
rias uero ſignificat ſanctos à paſſione Domini uſ-
que ad finem ſeculi. Interpretatur enim Zachari-
as memoria domini, ſiue memorans uel recordans
Domini, eoſdem ſignificans ſanctos qui conſiderã
tes ſe ſui domini paſſione redemptos, eum ſemper
in memoria habere, ac condignas gratiarum acti-
ones illi agere ſtudent. Hic Zacharias occiſus eſt
inter templum & altare. Altare deſignat aram do
minicæ crucis, in qua ſingularis ille agnus pro ſa-
lute humani generis deo patri oblatus eſt. Tem-
plum uero exprimit ingreſſum regni cœleſtis, ad
quod omñes ſancti peracto iudicio intraturi ſunt,
Inter templum ergo & altare paſſus eſſe dicitur,
qui ut dictum eſt, eos deſignat qui à tempore do-
minicæ paſſionis uſq; ad ingreſſum regni cœleſtis
uel paſſi uel paſſuri ſunt. ¶ *Hieruſalem Hieruſalem
quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te miſſi ſunt.*
Quod nomen ciuitatis Hieruſalem in cognomi-
nando replicat, id eſt, repetit, non ſaxorum ruinã,
ſed populi perditionem deplangit. Quæ occidis,
inquit, prophetas, ut Iſaiam quem ſerra lignea ui-
uentem per medium ſecuerunt, & Amos quem ſi-
militer tranſmiſſo uecte per tempora nefandiſſi-
me necauerunt, & cæteros quos diuerſis & pene
innumerabilibus referuntur uexaſſe ſupplicijs. Et
lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, ut Naboth iuſtum
uirum, & Hieremiam prophetam in Aegypto, ſi-
cut Epiphanius Cyprius teſtatur. ¶ Quoties uo
lui congregare filios tuos, id eſt, ſæpe uolui, quem-
admodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas,
& noluiſti? Ponit gallinæ ſimilitudinem, quæ cir-
ca pullos tanta affectione ducitur, ut pro eis ipſa
quoq; infirmetur, ipſa etiam raucitate uocis expri
mente affectum magnæ compaſſionis Qui ergo a- Luc. 13.
libi Herodẽ uulpẽ uocat, rectè ſe hic gallinæ ſimi-
lat. Vt enim uulpes gallinis uorandis ingens prætẽ
dit inſidias, ſic Herodes redemptoris noſtri necẽ
ſitiens, perentibus odijs inſectando infeſtabat. Cu- Luc. 23
ius ſæuitia inde potiſſimum claret, quod cum Pi-
latus ad eius iudicium Chriſtum Dominũ miſiſſet,
ille eum ſpreuit cum exercitu ſuo, & illuſit. Hoc e-
tiam genus animãtis cui ſe redemptor comparat,
quod in cæteris difficilius inuenitur, alis ſuos pul-
los protegit, & contra miluum ſe erigit. Sic & ma
ter noſtra, id eſt, Dei ſapientia, quæ Chriſtus eſt,
per carnis ſuſceptionem infirmata quodammodò 1. Cor. 1
pro nobis (ſicut Apoſtolus ait: Quod infirmum ẽ
Dei, fortius eſt hominibus) protegit infirmitatem
noſtram, & reſiſtit diabolo, ne nos in interitum ra
piat. in qua tamẽn defenſione quod gallina contra
miluum conatur affectu, hoc aduerſum diabolum
perficit poteſtate. Si autem gallina per ſignificati-
onem deus intelligitur: duæ alæ eius Moyſes &
Aaron qui eduxerunt populum de Aegypto, ſeu
Zorobabel uel Eſdras & Neemias, ac Ieſus filius
Ioſedech duces, qui eduxerunt eos de Babylone,
& ſub quibus idem populus Iſraeliticus de diuer-
ſis captiuitatibus eſt liberatus uel congregatus.

Quid autem eſt quod dicit: ¶ Quoties uolui, &
Pſal. 118 noluiſti? Nunquid humana uoluntas uoluntati dei
præualet? cum ſcriptum ſit: Omnia quæcunq; uolu
it, fecit. Ad hoc dicendum, quod liberum arbitriũ
deus homini contulit, propter quod dicit, noluiſti.
Ac ſi diceret: Ex mea parte uolui, ſed tu ex tua no
luiſti. Aliter: Ego quidem uolui, & quod uolui eti=
am te nolente feci. Illa ergo filios quidem ſuos ab
illo colligi noluit, ſed ea quoque nolente, filios ei=
us ipſe collegit quos uoluit. ¶ *Ecce relinquetur uo
bis domus ueſtra deſerta.* Domum Iudæorum, uel ci
uitatem Hieruſalem, quam iuxta euangeliſtam ni
dum uocauerat: uel anguſtum in ea templũ ſignifi
cat, quod primum quidẽ merito infidelitatis eorũ
à deo deſertum eſt, clamantibus angelicis poteſta=
tibus: Trãſeamus ab his ſedibus. Deinde in uindi=
ctam crucis dominicæ Romanis uaſtantibus, &
tanquam uacuum nidum diripientibus, cunctis
ſuis hæreditatibus eſt deſtitutum. ¶ *Dico autem
uobis, non me uidebitis amodo donec dicatis, benedictus
qui uenit in nomine domini.* Hoc de futuro tempo=
re propinquante ad iudicium domino dictũ, quan
do ad prædicationem Heliæ & Enoch, Iudæi con
uerſi ad fidem, Chriſtũ dñi benedictum non uoce
tantum, ſed & operibus proclamabunt. Nam poſt
quam hoc dominus dixit, non legimus Iudæos hu=
iuſcemodi cõfeſſionem in eius laudem protuliſſe.
Poſtea enim hoc dixit ꝗ quãdo intrauit in templũ
cum laudibus turbarum, dum hunc ipſum uerſicu
lum in laudẽ Chriſti (ut ſupra narratũ eſt) decãta=
rent. Habent igitur Iudæi tempus pœnitentiæ ſi=
bi datum, ut ſi uoluerint confiteri Chriſtũ dei pa=
tris filium benedictum in nomine domini, faciem
illius intueri mereantur, id eſt, potentiã diuinita=
tis eius intellectualibus oculis conſpicere, & æq̃=
lem patri credere. Tunc autem benedictũ illum in
nomine patris proclamabunt, cum prædicatione
Heliæ & Enoch percepta (ut dictum eſt) fidem ei=
us recipient, & gloriã prædicabũt, impleto Apo=
ſtoli uaticinio: Quia cũ plenitudo gentiũ intraue=
Rom. 11 rit, tunc omnis Iſrael ſaluus erit. His de lectione e=
uangelica prout poſſe fuit, præmiſſis, nouerimus,
q̃ beati Stephani primi martyris feſtiuitati quam
colimus, non ſolum uenerationem debemus, ſed &
imitationem. Hunc cũ primum dñs Ieſus poſt ſuã
paſſionem ꝓ ſe pati uoluit, cuius dilectionem etiã
circa inimicos inuictam, nobis omnibus imitabilẽ
ſanxit. Sed hunc cur primum martyrem uocamus,
ante quem millia paruulorum paſſa fuiſſe pro redẽ
ptore nouimus? Merito certe in nouo teſtamento
primus martyr dicitur, quia primus omnium poſt
Domini prædicationem, paſſionem, ac reſurrecti
onem, per effuſionem ſanguinis meruit palmam
conſequi ſupernæ retributionis, atq; ad coronam
ſuo & nomini & labori dedicatam pertingere, ꝑ=
ſtante eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cũ
patre & ſpirituſancto uiuit & regnat per omnia
ſecula ſeculorum, Amen.

IN NATALI SANCTI STEPHA=NI, Sermo Beati Fulgentij epiſcopi Carthaginenſis.

HEri celebrauimus temporalem ſempiterni
regis noſtri natalem, hodie celebramus tri=
umphalem militis paſſionẽ. Heri enim rex
noſter trabea carnis indutus, de aula uteri uirgi=
nalis egrediens, uiſitare dignatus eſt mundum.
Hodie miles de tabernaculo corporis exiens, tri=
umphator migrauit ad cœlum. Ille ſempiternæ di
uinitatis maieſtate ſeruata ſeruile cinctorium car
nis aſſumens, in huius ſeculi campum pugnaturus
intrauit: iſte depoſitis corruptibilibus corporis in
dumentis, ad cœli palatium perenniter regnatu=
rus aſcẽdit. Ille deſcendit carne uelatus, iſte aſcen=
dit ſanguine laureatus. Aſcendit iſte lapidantibus Luc. 2
Iudæis, quia ille aſcendit lætantibus angelis. Glo=
ria in excelſis Deo, heri exultantes ſancti angeli
cantauerunt, hodie Stephanum lætantes in ſuum
conſortium ſuſceperunt. Heri dominus exiuit de
utero uirginis, hodie miles egreſſus eſt de ergaſtu
lo carnis. Heri Chriſtus pro nobis pannis eſt inuo
lutus, hodie Stephanus eſt ſtola ab eo immortali=
tatis indutus. Heri præſepis anguſtia Chriſtũ por
tauit infantem, hodie immenſitas cœli ſuſcepit Ste
phanum triumphantem. Solus deſcẽdit dominus,
ut multos eleuaret: humiliauit ſe rex noſter, ut ſu=
os milites exaltaret. Qui enim corpori ſuo uirgi=
nis præparauit uterum, ipſe martyre aperire di=
gnatus eſt cœlum. Dominus Chriſtus anguſtias in
trare non dedignatus eſt uteri, ut animam Stepha
ni latitudo ſuſciperet cœli. Neceſſarium tamẽ no=
bis eſt fratres cognoſcere, quibus armis præcin=
ctus Stephanus, ſeuitiam Iudæorũ potuit ſupera=
re, ut ita meruiſſet feliciter triumphare. Neq; eñ
paruipendenda ſunt talis uirtus talisq; triũphus.
Haud uero uilibus armis potuit præmuniri, qui à
multis non potuit ſuperari. Inuictæ nanq; in eo e=
nituit inſigne uirtutis, quæ nec frementiũ ſæuitiã
formidauit, nec lapidantium ictibus deuicta ſuc=
cubuit. Vſq; adeo enim inter frementes permãſit
interritus, & inter lapidum fuit cruciamenta ſecu
rus, ut incredulitatem Iudæorum fidenter argue=
ret, & benignus pro lapidantibus exoraret. Quod
eſt ergo tam magnum atq; inſuperabile genus ar=
morũ q̃ munitus ſæuientes argueret, lapidãtes nõ
repercutiens, ſed patiens ſuperaret, inſuper & oc=
ciſus, aulam cœleſtis regni uiuus & coronatus in=
traret? Proculdubio munimine regio ſeptus, nul=
latenus eſt ab aduerſarijs ſuperatus. Quoniã rex
noſter cum ſit altiſſimus, pro nobis humilis uenit,
ſed inanis uenire non potuit. Magnum quippe do=
natiuum ſuis militibus attulit, quo eos non ſolum
copioſe ditauit, ſed etiam ad certandum inuictiſſi=
me confortauit. Attulit nãq; donũ charitatis, quę
perduceret homines ad conſortiũ deitatis. Quod
ergo attulit, erogauit. Nec ſibi aliquid minuit, ſed
mirabiliter & ſuorũ fidelium pauperiem ditauit,
& indeficientibus theſauris plenus ipſe perman=
ſit. Charitas ergo quæ ad terram de cœlo depoſu=
it Chriſtum, ipſa Stephanum de terris eleuauit ad
cœlum. Charitas quæ præceſſit in rege, ipſa ſubſe
quenter reluſſit in milite. O admiranda ubique po
tentia ſaluatoris, o prædicanda indeſinenter gra=
tia redemptoris. Oſtendit in matre uirginitatis æ=
ternæ miraculum, demonſtrauit in martyre inui=
ctæ charitatis indicium. Integritas quippe inte=
merata permanſit in uirgine, dilectionis inuictæ
ueſtis perſeuerauit in martyre. Et ſicut in matre
domini non potuit uirginitas uiolari, ſic in marty=
ris mente non potuit Chriſti charitas tanto ſæuis=
entium agmine ſuperari. Stephanus ergo ut nomi
nis ſui coronam meruiſſet accipere, charitatem ꝓ
armis habebat, & per ipſam ubique uincebat. Per
charitatẽ dei ſæuiẽtibus Iudæis nõ ceſſit, per chari
tatem ꝓximi pro lapidãtibus interceſſit, ꝑ charita
tem arguebat errãtes ut corrigerent, per charitat

tem pro lapidantibus orabat ne punirentur. Charitatis uirtute ſubnixus uicit Saulum crudeliter ſæuientem, & quē habebat in terra perſecutorem, in cœlo meruit habere conſortē. Ipſa ſancta & indefeſſa charitas deſiderabat oraodo acquirere, ꝗs nequiuit monendo conuertere. Neq; enim fratres exiſtimandus eſt Stephanus tunc inimicos dilexiſſe cum pro eis oraret, & non dilexiſſe cum eorū incredulitatem arguēdo corriperet. Abſit hoc ab anima martyris ad cœli palatium feſtinantis. Ipſa enim ſancta charitas firmā ſeruauit in oratione patientiam, quę rigidam tenuit in correptione cenſuram. Et ideo in oratione audiri meruit lenitas, qa ſine charitate ooo fuit in correptione ſeueritas. Ac per hoc ſiue orando, ſiue corripiendo charitatem beatus Stephanus reſeruauit, quia utrobiq; ſalutem errantium cogitauit, & indicio ſanctæ orationis oſtendit increpationem illam non fuiſſe odij, ſed amoris. Hoc enim faciens, & præſentibus charitatem beatus martyr exhibuit, & utile oimis exemplum poſteris reliquit. Demonſtrauit enim gemioam eccleſiaſtici diſpenſatoris induſtriā, ut ad corrigendum cuiuslibet peccantis errorem & non deſit in ore correptio, & ad deum pro eo ſupplex effundatur oratio, ut qui malum facit, per increpationē de malis operibus confundatur, & per orationem apud dominum adiuuetur. Ac ſi ipſa charitas & in ore iuſtitiam ſonet, ut errantem corrigat: & in corde patientiam ſeruet, ut pro orante orationem puro affectu dilectionis effundat. Qui etenim errantem non corripuerit, de negligentia iudicatur. Qui autem pro eo non orauerit, de pernicie condemnatur. Quocirca fratres, ſi quando aliquis pro animæ ſalute corripitur, non aſpernetur. Accipiat monita charitatis, nec pręſentē triſtitiam ſuæ uoluntatis attendat, ſed conſideret quę lucra utilitatis acquirat. Idcirco enim arguitur, ut à prauis operibus corrigatur. Nec cum uidet correptionem aliqua uerborū auſteritate feruere, exiſtimet charitatē in corde frigeſcere. Sic enim uigilat in ore correptio, ut in corde non dormiat oratio. Ac per hoc in utroq; peccanti conſulte proſpicitur, ut dum homo correptus de peccato confunditur, & à malis omnibus operibus ſeparetur, & per orationē deo miſerante ſaluetur. Nam & ſancta ſcriptura dicit: Quoniā quem diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Prou. 3 Chrī ergo charitate cōpulſi, & bonos hortamur ut in bono ꝑmaneant, & malos cōpellimus, ut à malo diſcedāt, pręſertim quoniam in iſtis duobus ſanctis, geminum nobis monſtratur ſalutis iudicium, ut ſi quis bonus eſt; imitetur ꝑſeuerantiā charitatis in Stephano: quis autem malus eſt, ſectetur exemplū conuerſionis in Paulo: & ꝙ bonus eſt, æquitatem uſq; in finem teneat: qui aūt malus eſt, quantocyus à ſua peruerſitate diſcedat. Nec bonū hominem præſumptio iuſtitiæ faciat negligentē, nec malum iniquitas faciat deſperantē: ſed ille bonū fortiter teneat, iſte malū celeriter deſerat. Bonus timeat ne cadat, malus conet ut ſurgat. Quiſquis ergo malus eſt, cū Paulo ꝓſternatur in malo, ut cum eo erigatur in bono: quoniam & ille cecidit malus, & ſurrexit bonus. Proſtratus eſt iniquus & erectus eſt iuſtus. Cecidit ſęuiſſimus ꝑſecutor, & ſurrexit ueridicus prædicator. Cadēs lumen corporis impius perdidit, ſurgens lumē cordis iuſtificatus accepit. Coniunctus eſt itaq; Stephano, factus ouis ex lupo. Et ecce nunc Paulus cum Stephano lætatur, cū Stephano Chriſti claritate perfruitur, cum Stephano exultat, cum Stephano regnat. Quo enim præceſſit Stephaous trucidatus lapidibus Pauli, illuc ſecut9 eſt Paulus, adiutus orationibus Stephani. Quam uera uita fratres mei, ubi non Paulus de Stephani occiſiooe cōfunditur, ſed Stephanus de Pauli conſortio gratulatur, quoniam charitas in utroq; lætatur. Charitas quippe in Stephano ſuperauit ſæuitiā Iudæorum, charitas in Paulo cooperuit multitudinem pctōrum, charitas in utroq; pariter regnū meruit poſſidere cœlorum. Charitas eſt igitur omnium fons & origo bonorum, munimen egregium, uia quæ ducit ad cœlū. In charitate qui ambulat, nec errare poterit, nec timere. Ipſa dirigit, ipſa protegit, ipſa perducit. Quocirca fratres, quooiam ſcalam charitatis conſtituit Chriſtus, per quā ad cœlum omnis poſſit conſcendere Chriſtianus, puram charitatem fortiter retinete, ipſam uobis inuicem exhibete, & in ea proficiendo conſcendite, inſiſtite operibus bonis, ut ad præmia æterna peruenire poſſitis, adiuti gratia CHRISTI Domini ſaluatoris.

SERMO BEATI MAXImi Epiſcopi.

LECTIO Actuum apoſtolorum, quæ hodie nobis lecta eſt fratres dilectiſſimi, cum plurimum habeat in ipſa ſpecie admirationis, non minus tamen continet in myſterio dignitatis. Ecce, inquit, Beatus Stephanus dicit: Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei. Act. 7 Conſiderate attentius dilectiſſimi fratres cum Beatus martyr Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ad dexteram DEI patris ſtare uidiſſet, cur ſe filiū hominis uidere teſtatus eſt, & non potius filium Dei, cum utique plus honoris Domino delaturus uideretur, ſi ſe Dei potius quàm hominis filium uidere dixiſſet? Sed certa ratio poſtulabat, ut hoc ita & oſtenderetur in cœlo, & prædicaretur in mundo. Omne enim Iudæorum ſcandalum in hoc erat, cur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſecundum carnem eſt filius hominis, eſſe etiam Dei filius diceretur. Ideo ergo pulchre ſcriptura diuina filium hominis ad dexteram Dei patris ſtare memorauit, ut ad confundeodam Iudæorum incredulitatem, illi martyri oſtenderetur in cœlo, quia perfidis negabatur in mundo. Et illi teſtimonium cœleſtis ueritas daret, cui fidem terrena impietas derogaret. Vnde licet iuxta Pſalmum qui Pſal. 115 lectus eſt, precioſa ſit io conſpectu Domini mors ſanctorum eius, ſi quid tamen diſtare inter martyres poteſt, præcipuus uidetur eſſe qui primus eſt. Nam cum ſanctus Stephanus ab apoſtolis diaconus eſt ordinatus, apoſtolos ipſos beata ac triumphali morte præceſſit: ac ſic ꝙ erat inferior ordine, primus factus eſt paſſione: & qui erat diſcipulus gradu, magiſter cœpit eſſe martyrio, complens illud quod beatus propheta in Pſalmo dixit: Pſal. 115 Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Retribuere enim prius uoluit Stephanus martyr Domino, quod cum omni humano genere accepit à Domino. Mortem enim quam ſaluator dignatus eſt ꝓ omnibus pati, hanc ille primus reddidit ſaluatori. Poſt hæc ſubijcit ſcriptura ſacra & ait: Poſitis genibus clamauit, dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Videte dilectiſſimi fratres affectum beati uiri, uidete magnā & ad

mirabilem charitatem. In perſecutione poſitus e-
rat, & pro perſecutoribus ſupplicabat, atq; in illa
lapidum ruina quando alius obliuiſci poterat etiã
chariſſimos ſuos, ille domino commẽdabat inimi-
cos. Quid enim dicebat cũ lapidaretur? Domine,
ne ſtatuas illis hoc peccatum. Plus itaq; tunc illo-
rum dolebat peccata quàm ſua uulnera, plus illo-
rum impietatẽ quam ſuam mortem. & recte plus:
in illorum quippe iniquitate erant multa quæ de-
bent plangi, in illius autem morte non erat quod
debuiſſet doleri. Illorum impietatẽ mors ſequeba-
tur æterna, huius autem mortẽ uita perpetua. Imi
temur ergo in aliquo dilectiſſimi fratres tanti ma
giſtri fidem, tam præclari martyris charitatem.
Diligamus nos hoc animo in eccleſia fratres no-
ſtros, quo ille tunc dilexit inimicos ſuos. Sed quod
peius eſt, aliquoties non ſolum inimicos non dili-
gimus, ſed nec amicis quidem fidem integram cu-
ſtodimus. Sed dicit aliquis: Non poſſum diligere
inimicum meum, quem quotidie uelut hoſtem pa-
tior crudeliſſimũ. O quicunq; ille es, attendis qd
tibi fecerit homo, & nõ conſideras quid tu feceris
deo? Cum enim tu multo grauiora in deum pecca
ta commiſeris, quare nõ dimittis homini parum,
ut tibi deus dignetur dimittere multũ? Recole qd
tibi in euangelio ueritas promiſerit ipſa, & quam
tibi quodãmodo cautionem fecerit, uel quale tecũ
Matt. 6 pactum inierit. Si enim, inquit, dimiſeritis homini
bus peccata eorum, dimittet & uobis pater ueſter
cœleſtis peccata ueſtra. Si autem non dimiſeritis,
nec pater ueſter dimittet debita ueſtra. Videtis
fratres quia cum gratia dei in poteſtate noſtra po
ſitum eſt qualiter à domino iudicemur. Si, inquit,
dimiſeritis, dimittetur uobis. Iã ſępe dixi fratres
& frequentius dicere debeo. Nemo ſe circumueni-
at, nemo ſe ſeducat, qui uel unũ hominẽ in hoc mũ
do odio habet, quicqd deo in operibus bonis obtu
1. Cor. 13 lerit, totum perdet, qa non mentitur Paulus apo-
ſtolus dicens: Si dedero omẽs facultates meas in ci
bos pauperũ, & ſi tradidero corpus meũ ut ardeã,
charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodeſt.
1. Ioha. 3 Quam rem etiã beatus Iohannes confirmat, di-
Ibidem. cens: Omnis qui non diligit fratrem ſuum, ma-
net in morte. Et iterum: Qui fratrem ſuum odit,
homicida eſt. Hoc loco fratrem, omnem hominẽ
oportet intelligi. Omnes enim in Chriſto fratres
ſumus. Nemo itaque ſine charitate de uirginitate
præſumat, nemo de eleemoſynis, nemo de oratio-
nibus confidat: quia quandiu inimicitiam in corde
tenuerit, neque iſtis, neque alijs quibuslibet bonis
operibus placare ſibi dominum poterit. Sed ſi uult
ſibi habere propicium deum, nõ dedignetur audi-
re conſilium bonum. Audiat non me, ſed ipſum do
minum ſuum. Si, inquit, offers munus tuum ad al-
tare, & ibi recordatus fueris qa frater tuus habet
Matt 5. aliquid aduerſus te, relinque munus tuum ante al-
tare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc
ueniens offeres munus tuum. At nos pugnas habẽ-
tes intrinſecus, & dolos in corde uerſantes, quaſi
qui bonam conſcientiam habeamus, præſumimus
accedere ad altare, non timentes quod ſcriptum
1. Cor. 11 eſt: Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi
manducat & bibit. Sed dicit aliquis: Grandis labor
eſt inimicos diligere, pro perſecutoribus ſupplica
re. Nec nos negamus fratres, non paruus quidem
labor eſt in hoc ſeculo, ſed grande erit præmium
in futuro. Per amorẽ enim hominis inimici, efficie
ris amicus dei, imo non ſolum amicus, ſed etiam fi
lius, ſicut ipſe dixit: Diligite inimicos ueſtros, be-
nefacite his qui oderunt uos, ut ſitis filij patris ue- Matt 5
ſtri qui in cœlis eſt. Si te aliquis diues homo in hoc
ſeculo uellet adoptiuum filium facere, quomodo
ſeruires? quas indignitates etiam ſeruorum eius,
quæ ſeruiti aduriſſima, & aliquoties etiam turpiſ-
ſima ſuſtineres, ut ad caducam & fragilem hæredi-
tatem peruenires? Quod ergo alius propter ſub-
ſtantiam terrenam ſuſtinet, tu ſuſtine propter ui-
tam æternã. Conuincimur enim certiſſima ratio-
ne, quia propter deum poſſumus quidem, ſed no-
lumus iniurias ſuſtinere. Denique ſi nobis aliqua
potens perſona iniuriam faciat, ſi nos etiam in fa-
ciem maledicat, nec reſpondere aliquid aſperum,
non dicam uicem reddere audemus. Quare? Ne
ab illa potente perſona adhuc maiora quàm per-
tulimus patiamur. Quod à nobis extorquet homi-
nis timor, debuerat à nobis exigere CHRISTI
amor. Si ergo potens perſona ſæuit contra nos,
tacemus, & nihil dicere auſi ſumus. Si uero aut æ-
qualis, aut forte inferior uel leuem nobis contume
liam fecerit, quaſi fera beſtia ſine ulla patientia, ac
ſine aliqua dei contemplatione conſurgimus, &
aut in præſenti noſtram iniuriam uindicamus, aut
certe ad maiorem uicem reddendam, noſtram ani-
mam præparamus. Quid eſt hoc quando potens
perſona nobis iniuriam infert, patienter accipi-
mus: quando inferior, nimio furore ſuccendimur?
Quia ibi timuimus hominem, hic Deum timere
nolumus. Vnde rogo uos fratres, ut quantum poſ-
ſumus cum dei adiutorio cor noſtrum ad patienti-
am præparemus, & in omnibus malis hominibus
medicorum uicem agere ſtudeamus, & non ipſos
homines, ſed ipſorum malitiam odio habeamus.
Pro bonis oremus, ut ſemper ad meliora conſcen-
dant: pro malis, ut cito ad emendationem uitę pœ
nitentiæque confugiant. Quam remorantibus no
bis ipſe pręſtare dignetur, qui cum patre & ſpiritu
ſancto uiuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum
Amen.

SERMO SANCTI AVGV-
ſtini in feſtiuitate ſancti
Stephani.

FRATRES chariſſimi, celebrauimus heſter-
na die natalem quo rex martyrum natus eſt in
mundo. Hodie celebramus natalem, quo pri-
micerius martyrum migrauit ex mundo. Opor-
tebat enim ut primum immortalis pro mortali-
bus ſuſciperet carnẽ, & ſic mortalis pro immorta-
li contemneret mortem. Et ideo natus eſt domi-
nus ut moreretur ꝓ ſeruo, ne ſeruus timeret mori
pro Domino. Natus eſt CHRISTVS in ter-
ris, ut Stephanus naſceretur in cœlis. Ingreſſus eſt
dominus mundum, ut Stephanus ingrederetᷣ in cœ
lũ. Altus ad humilia deſcendit, & humilis ad alta
aſcendit. Filius dei factus eſt hominis filius, ut fi-
lios hominum faceret filios dei. Fecit Chriſtus mi-
rabilia, fecit & Stephanus. Sed Chriſtus fecit ſine
Stephano, nunquid Stephanus potuit facere ſine
CHRISTO? Viuebat Stephanus de Chriſto ſi-
cut ſarmẽtũ de uite. Miraris fructũ de ſarmen-
to pendentẽ, uide ſarmẽtum in uite manentem.
Eia ſancte Stephane dic aliqd Iudæis, ut incipias
lapidari & poſſis coronari: iaculare uerba, & exci-
pe ſaxa. Dic aliquid de incircunciſis cordibus, &
morieris lapidibus. Dic aliqd de eo cuius nomen Pſal. 30
nolunt audire. Erubeſcant & ſæuiant, muta efficı-
antur

antur labia doloſa. Dic eis ubi eũ uides uiuum, quẽ
irriſerunt crucifixum. Dic eis ubi eũ uides, & hic
non uiuis, ſed cum illo melius uiuis. Dic eis quia
nihil eſt q̃d fecerũt, uiuit quem occiderunt. Dic eſ
is quia uides ad dexterã patris ſtantem, quem ir-
riſerunt in cruce pendẽtem, & ille inquit: Ecce ui-
deo cœlos apertos, & filiũ hominis ſtantem ad de-
xteram dei. At illi clamantes, continuerunt aures
Pſal 62 ſuas. Aures clauſerũt, & ad lapides cucurrerũt, im
petum'q́ fecerunt omnes in eum, & lapidabant Ste
phanũ inuocantem & dicentẽ: Adhęſit anima mea
poſt te, quia lapidatur caro mea pro te. Accipe ſpi
ritum meũ, & redde mihi promiſſum tuum. Orauit
Luc. 23 Chriſtus pro ſuis crucifixoribus, orauit & Stepha-
Act. 7 nus pro ſuis lapidatoribus. Dominus Ieſus Chri-
ſtus orauit affixus ligno, Stephanus genu flexo.
Qui ſtando ſpiritum ſuum cõmendauit domino,
pro illorum delicto fixo genu orauit. Orabat do-
minum pro inimicis ut amicus, dicens: Certe ego
patior, ego lapidor, in me ſæuiũt, & in me fremũt,
ſed ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia ut hoc dicã
tibi, à te primo audiui. Ego ſeruus tuus patior, ſed
multũ intereſt inter me & te. Tu Dñs, ego ſeruus.
Tu uerbũ, ego auditor uerbi. Tu magiſter, ego diſ-
cipulus. Tu creator, ego creatus. Tu deus, ego ho-
mo. Multum intereſt inter peccatum iſtorum qui
lapidant me, & illorum qui crucifixerũt te. Quãdo
ergo dixiſti: Pater, ignoſce illis, quia neſciunt q̃d
faciunt: pro magno peccato petiſti, & me ꝓ mini-
mo petere docuiſti. Domine, inq̃t, ne ſtatuas illis
hoc peccatum. Tanquam diceret: Ego patior in
carne, iſti non pereant in mente. Illi lapides mitte-
bant, & ſanctus Stephanus oratiões fundebat. Ma-
gna pietas fratres, magna clemẽtia. Prorſus qua-
Eccle. 31 lia in menſa domini ſui comedit, talia & ipſe in ſuo
conuiuio præparauit. Scriptum eſt in lege: Ad ma-
gnam menſam ſediſti, ſcito quoniam talia oportet
te præparare. Talia ergo in oratiõe exhibuit, qua-
lia in ſui domini menſa comedit. Dominus Chri-
ſtus dixit: Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid fa
ciũt. Sanctus Stephanus dixit: Ne ſtatuas illis hoc
peccatum. Et hoc dicto, obdormiuit, in domino.
O ſomnum pacis. Quid illo ſomno tranquillius?
Quid illo ſomno quietius? Qualis ibat ad amicos, qui
ſic diligebat inimicos? Nam ut nouerit ſanctitas
ueſtra quantum ualuerit oratio ſancti Stephani
martyris, recurrite nobiſcum ad illum adoleſcen-
tem pſecutorem nomine Saulum, ſicut ex libro dũ
legeretur, audiuimus. Qui, cum Stephanus lapida
retur, & ab ipſo omnium lapidãtium neſtimẽta ſer-
uabantur, ut tanquam manibus omnium ipſe lapi-
dare uideretur: hic cum iret in uia, ſubito circun-
fulſit eum lumen de cœlo, & audiuit uocem dicen-
Act. 9 tem ſibi: Saule Saule, quid me perſequeris? Durũ
eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et ille. Et tu
quis es domine? Et dominus ad eum: Ego ſum Ie-
ſus Nazarenus quem tu perſequeris. Quid mihi &
tibi? Quare te erigis contra me ad tanta mala quę
cõmiſiſti in me? Olim quidem debui perdere te, ſed
Stephanus meus orauit pro te. Saule Saule, quid
me perſequeris? Sed quia inſanis contra nomẽ me
um, ego te faciam ſeruum meum. O Saule lupe ra-
pax, comediſti, expecta paulum & digeres. Dicã
plane, elſus eſt filius perditionis. Nam ſi ſanctus
Stephanus ſic non oraſſet, eccleſia Paulum non ha-
beret. Sed ideo erectus eſt Paulus, quia in terra in-
clinatus exauditus eſt Stephanus. Ergo quod fe-
cit Saulus, patitũ Paulus. Quod fecit pſecutor, pa-
titur prædicator. Quod fecit lupus, patitũ agnus
Et quia ſic eſt in tali homine uindicandum, ut di-
ſcat pati quod faciebat, ſentiat & ipſe quod alijs
inferebat, dicitur Ananiæ à domino Ieſu Chriſto:
Vade ad eum, & ſigna eum ſigno meo. Multa enim
patietur pro nomine meo. Abijt Ananias, baptiza
uit Saulum, & fecit ex lupo agnum. Cœpimus ha
bere nos prædicatorem, quem ſanctus Stephanus
habuit lapidatorẽ. Sic ergo exauditus eſt ſanctus
Stephanus, ut eius orationibus deleretur peccatũ
quod commiſerat Saulus. Commendemus ergo
nos orationibus eius. Multo magis enim nunc ex-
auditur pro bene oratoribus ſuis à regnante Dño
noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſe-
cula ſeculorum, Amen.

SERMO AVGVSTINI DE MIRAculis ſancti Stephani.

AD aquas Tibilitanas epiſcopo afferente Pro-
iecto martyris glorioſiſſimi Stephani memo
riam, ueniebant magnæ multitudines con-
curſu & occurſu, ubi cæca mulier ut ad epiſcopum
portantem pignoea ſacra duceretur, orauit. Flo-
res quos ferebant dedit, recepit, oculis admouit,
protinus uidit. Stupentibus cunctis qui aderant,
præibat exultans, uiam carpens, & uiæ ducem ul-
terius non requirens. Memorati memoriam mar-
tyris quæ poſita eſt caſtello Synicenſi, quod Hip-
ponenſi Coloniæ uicinum eſt, eiuſdem loci Lucili-
us epiſcopus populo præcedẽte atq; ſequente por-
tabat: fiſtula cuius moleſtia iam diu laborauerat,
& familiariſſimi ſui medici, qui eam ſecaret, oppie-
batur manus, illius piæ ſarcinæ uectatione repen-
te ſanata eſt. Nã deinceps eam in ſuo corpore non
inuenit. Eucharius presbyter ex Hiſpania Cala-
me habitans, uetere morbo calculi laborabat, per
memoriam ſupradicti martyris quàm Poſſidius il
lo aduexit epiſcopus, ſaluus eſt factus. Idem ipſe
poſtea à morbo alio præualeſcente mortuus ſic la
cebat, ut ei iam pollices ligarentur opitulatione
memorati martyris, cum de memoria eius repor-
tata eſſet, & ſuper iacentis corpus miſſa ipſius pſ-
byteri tunica, ſuſcitatus eſt. Fuit ibi uir in ordine
ſuo primarius nomine Martialis, æuo iam grauis,
& multum abhorrens à religione Chriſtiana. Ha-
bebat ſane fidelem filiam, & generum eodem an-
no baptizatum. Qui cum eum ęgrotantẽ multis &
magnis lachrymis rogarent ut fieret Chriſtianus,
prorſus abnuit, eos'q́ à ſe turbida indignatione
ſubmouit. uiſum eſt genero eius ut iret ad memo-
riam ſancti Stephani, & illic pro eo quantum poſ-
ſet oraret, ut deus illi daret mentẽ bonã, qua cre-
dere non differret in Chriſtũ. Fecit hoc ingẽti ge
mitu & fletu, & ſynceriſ ardẽte pietatis affectu.
Deiñ abſcedẽs de altari aliq̃d florũ q̃d occurrit tu
lit, ei'q́ cũ iam nox eſſet, ad caput poſuit. Tunc dor
mitũ eſt. Et ecce ante diluculũ clamat, ut ad epi-
ſcopum curreret, qui mecum forte tunc erat apud
Hipponem. Cum ergo eum audiſſet abſentem, ue-
nire presbyteros poſtulauit. Venerunt, credere ſe
dixit, admirantibus atq; gaudentibus oĩbus, bapti
zatus ẽ. Hoc quàm diu uixit, in ore habebat: Chri-
ſte accipe ſpiritum meum, cum hæc uerba beatiſſi-
mi Stephani quando lapidatus eſt à Iudæis, ultima
fuiſſe neſciret. Quæ huic quoq; ultima fuerunt: nã
non multo poſt etiam ipſe defunctus eſt. Sanati
ſunt illic ꝑ eundem martyrẽ etiã podagrici tres,
duo ciues, peregrinus unus, ſed ciues omnimodo,
peregrinus aũt per reuelationem, quid adhiberet
quando

quando doleret audiuit, & cum hoc fecerit, dolor cõtinuo quieſcit. Audurus nomẽ eſt fundi, ubi eccleſia, & in ea memoria martyris Stephani eſt. Puerum quendã paruulum cum in area luderet, exorbitantes boues q uehiculum trahebant, rota obtriuerunt, & confeſtim palpitauit expirans. Hunc mater arreptum, ad eandem memoriam poſuit, & nõ ſolum reuixit, uerum etiam illæſus apparuit. Sanctimonialis quædam in uicina poſſeſſione, quę Caſpilina dicitur, cum ægritudine laboraret, ac deſperaretur, ad eandem memoriã tunica eius allata eſt, quæ antequam reuocaretur, illa defuncta eſt. Hac tamen tunica operuerũt cadauer eius parentes, & recepto ſpiritu ſalua facta eſt. Apud Hipponẽ Baſſus quidam Syrus, ad memoriam eiuſdem martyris orabat pro ęgrotante & periclitãte filia, eoſque ſecum ueſtem eius attulerat. Cum ecce pueri de domo occurrerunt, qui ei mortuã nunciarent. Sed cum orante illo ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt illi dicere ne per publicum plangeretur. Qui cũ domum rediſſet, iam ſuorum eiulatibus perſonantem, & ueſtem filiæ quam gerebat, ſup eam proieciſſet, reddita eſt uitæ. Rurſus ibidẽ apud nos Hirenei cuiuſdam collectarij filius ægritudine extinctus eſt. Cumq; corpus iaceret exanime, atque à lugentibus & lamentantibus exequiæ pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum conſolãtium uerba ſuggeſſit, ut eiuſdem martyris oleo corpus perungeretur, factum eſt, & reuixit. Itemque apud nos uir tribunutius Eleuſinus ſup martyris memoriam, q̃ in ſuburbano eius eſt, ægritudine exanimatũ poſuit infantulũ, filiũ & poſt orationẽ quam cum multis lachrymis ibi fudit, uiuentem leuauit. Vzali etiam, quæ colonia Vticæ uicina eſt, multa præclara per eundem martyrẽ facta cognouimus. Cuius ibi memoria longe prius quã apud nos ab epiſcopo Euodio conſtituta eſt. Cum enim nuper illic eſſemus, Petroniam chariſſimam fœminam quę ibi mirabiliter ex nocturno atq; diuturno (in qua medicorũ adiutoria cũcta defecerãt) languore ſanata eſt, hortati ſumus nolente ſupradicti loci epiſcopo, ut libellũ daret qui recitaretur in populo, & obedientiſſime paruit. In quo poſuit etiam quod hic reticere non poſſum. A quodam Iudæo dixit ſibi fuiſſe perſuaſum, ut annulum capillaceo uinculo inſereret, quo ſub omni ueſte ad nuda corporis cingeretur: qui annulus haberet ſub gemma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligata quaſi remedio, ad ſancti martyris limina ueniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradę in ſua poſſeſſione manſiſſet, ſurgens ut iter perageret, ante pedes ſuos illum iacentẽ annulum uidit, & capillaceam zonam qua fuerat alligatus, mirata tentauit. Quam cum omnino ſuis nodis firmiſſimis, ſicut erat comperiſſet aſtrictam, crepuiſſe atque exiluiſſe annulum ſuſpicata eſt. Qui etiam ipſe cum integerrimus fuiſſet inuentus, futuræ ſalutis quodam modo pignus de tanto miraculo ſe accepiſſe præſumpſit, atque illud uinculum ſoluens, ſimul cum eodem annulo proiecit in flumen. Non credent hoc qui etiam dominum Ieſum per integra uirginalia matris enixum & ad diſcipulos oſtijs clauſis ingreſſum fuiſſe non credunt. Sed hoc certe quærant, & ſi uerum inuenerint, illa credant. Clariſſima fœmina eſt, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat, ampla ciuitas, ampla perſona, rem quærentes latere non ſinit. Vnũ eſt apud nos factum non maius q̃ illa quę dixi, ſed tam clarũ atq; illuſtre miraculũ, ut nullũ arbitrer eſſe Hipponenſium, qui hoc nõ uiderit, uel didicerit, nullũ qui obliuiſci ulla ratione potuerit. Decem quidam fratres, quorũ ſeptem ſunt mares, tres fœminę, de Cæſarea Cappadociæ, ſuorũ ciuium non ignobiles, maledicto matris recenti patris eorum obitu deſtitutæ, quæ iniuriam ſibi ab eis factã acerbiſſime tulit, tali pœna ſunt diuinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore mẽbrorum, in qua fœdiſſima ſpecie oculos ſuorum ciuium nõ ferentes, quaqua uerſum cuiq; ire uiſum eſt, toto pene uagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos uenerũt duo, frater & ſoror, Paulus & Palladia, multis alijs locis miſeria diffamante iam cogniti. Venerũt aũt ante paſcha ferme dies quindecim, eccleſiã quotidie, & in ea memoriã glorioſiſſimi Stephani frequentabant, orãtes ut iam ſibi placaret deus, & ſalutẽ priſtinam redderet. Venit & paſcha, atq; ipſo die dominico mane cũ iam frequens populus p̃ſens eſſet, & loci ſancti cancellos ubi martyriũ erat, idem iuuenis orans teneret, repente proſtratus eſt, & dormienti ſimilimus iacuit, non tñ tremens, ſicut etiã p ſomnum ſolebat. Stupentibus qui aderant, atque pauẽtibus alijs, alijs dolẽtibus, cum eum quidam uellent erigere, nonnulli prohibuerunt, & potius exitum expectandum eſſe dixerunt, ecce & ſurrexit, & non tremebat, quoniam ſanatus erat, & ſtabat incolumis, intuens intuentes. Quis ergo ſe tenuit à laudibus dei? Clamantium laudantiumq; uocibus, eccleſia uſquequaque completa eſt. Inde ad me curritur, ubi ſedebam iam proceſſurus, irruit alter quiſq; poſt alterum, omnis poſterior quaſi nouum quod alius prior dixerat nunciantes. Meque gaudente, & apud me deo gratias agente, ingreditur, etiam ipſe cum pluribus, inclinatur ad genua mea, erigitur ad oſculum meum. Proceſſimus ad populum, plena erat eccleſia, perſonabat uocibus gaudiorum, deo gratias, deo laudes, nemine tacẽte, hinc atq; inde clamantium. Salutaui populum, & rurſus eadem feruentiore uoce clamabant. Facto tandem ſilentio, ſcripturarum diuinarum ſunt lecta ſolennia. Vbi autẽ uentũ eſt ad mei ſermonis locum, dixi pauca pro tẽpore & pro illius iucunditate lętitiæ. Nobiſcũ homo prandit, & diligenter nobis omnem ſuæ fraternæq; ac maternæ calamitatis indicauit hiſtoriã. Sequẽti itaq; die poſt ſermonem, redditum narrationis eius libellum in craſtinum populo recitandum pmiſi. Quod cum ex dominico die tertio paſchæ fieret in gradibus exedræ, in qua de ſuperiore loquebar loco, feci ſtare ambos fratres. Cum eorum legeretur libellus, intuebatur populus uniuerſus ſexus utriuſque unum ſtantem ſine deformi motu, alteram in membris omnibus contrementem, & qui ipſum non uiderant, quid in eo diuinæ miſericordiæ factum eſſet, in eius ſorore cernebant. Videbant enim quid in illo gratulandum, quid pro illa eſſet orandum. Inter hæc recitato eorum libello, de conſpectu populi eos abire præcepi, & de tota ipſa cauſa aliquanto diligentius cœperam diſputare: Cum ecce me diſputante, uoces aliæ de memoria martyris nouę gratulationis audiuntur. Conuerſi ſunt & qui me audiebant, cœperuntque concurrere. Illa enim ubi de gradibus deſcendit in quibus ſteterat, ad ſanctum martyrem orare perrexerat. Quæ mox ut cancellos attigit, collapſa ſimiliter uelut in ſomnum, ſana ſurrexit. Dũ er

go

go requireremus quid factum fuerit, unde ille ſpiritus lætus extiterit, ingreſſi ſunt cum illa in baſilicam ubi eramus, adducentes eam ſanam de martyris loco. Tum uero tantus ab utroq; ſexu admirationis clamor exortus eſt, ut nox continuata cũ lachrymis non uideretur poſſe finiri. Perducta eſt ad eum locum ubi paulo ante ſteterat tremens, exultabant eam ſimilem fratri, cui doluerant remanſiſſe diſſimilem, & nondum fuſas preces ſuas pro illa, iam tamen præuiam uoluntatem tam cito exauditam eſſe cernebant. Exultabant in dei laude, uoce ſine uerbis tanto ſonitu, quantum noſtræ aures ferre uix poſſent. Quid erat in cordibus exultãtiũ, niſi fides Chriſti, pro quo Stephani ſanguis eſfuſus eſt? Cui niſi huic fidei atteſtant iſta miracula, in q̃ p̃dicat̃ Chriſtus reſurrexiſſe in carne, & in cœlũ aſcẽdiſſe cũ carne? Quia & ipſi martyres, huius fidei martyres, Id eſt huius fidei teſtes fuerũt.

Spes reſurrectionis in his refulget.

DE FESTO S. STEPHANI.

Homilia D. Euſæbij Emiſſeni.

SVperius in hoc euãgelio ſcribis & phariſæis Dominus & ſaluator noſter loquitur, dicens. Vę uobis ſcribæ & phariſæi, hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarũ, & ornatis monumẽta iuſtorũ, & dicitis, Si fuiſſemus ĩ diebus patrũ noſtrorũ, nõ eſſemus ſocij eorũ in ſanguine p̱phetarũ. Ita teſtimoniũ eſtis uobiſmetipſis, q̃a filij eſtis eorũ q̃ p̱phetas occiderũt. Vę (inq̃t) nobis, nõ q̃a ędificatis & ornatis ſepulchra p̱phetarũ (hoc eñ pietatis opus eſt:) ſed q̃a filij eſtis eorũ q̃ p̱phetas occiderunt. Filij q̃dẽ nõ tantũ natura, q̃tum imitatione & iniq̃tate. Sicut eñ oẽs boni dicunt̃ filij Abrahæ, quia imitant̃ Abrahã: Ita oẽs Iniqui, iniquorũ filij dicuntur, q̃a imitant̃ iniquos. Vñ & dñs his talibus ait: Si filij Abrahę eſſetis, op̃a utiq; Abrahę faceretis. Væ igit̃ illis quia non Abraham, non prophetarum, non Iuſtorum filij ſunt, quia non eos imitãtur, imo uero eorum filij ſunt, qui prophetas occiderunt, in omni malitia & iniquitate eos imitãtes. Dicunt præterea, ſi fuiſſent in diebus patrum ſuorum, non fuiſſent ſocij eorum in ſanguine prophetarum, qnum ualde illis nequiores non ſolum prophetas occiderunt, uerum etiam ipſum Dominum prophetarum. Vnde & ſubditur: Et uos igitur implete menſuram patrum ueſtrorum. Currite, feſtinate, ut uſque ad eorum iniquitatis Integram perfectamque menſuram perueniatis. Turpe eſt enim ut à patribus ueſtris degeneretis, & minores ab illis nequitia Inueniamini. Hoc autem ideo dicit, q̃a in ſua ſuorumque diſcipulorum nece iam nimium eos per inuidiam accenſos eſſe uidebat. Hic autem loquutionis modus à grammaticis Ironia uocatur. Serpentes, genimina uiperarum: quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Serpentes enim ſunt, quia callidi & uenenoſi: genimina uiperarum, quia cunctis iniquis iniquiores, cum nec uxor uiro nec filij parentibus parcant. Qui utique gehennæ iudicium aliter fugere non potuerunt, niſi matrem ſuam occiderent, ſicut ipſa quoque eorum patrem interfecit. Viperarum enim hęc natura dicitur eſſe, ut quando fœmina concipit, maſculum interficit: quãdo uero parit, ipſa nihilominus à filijs occidatur. Neque enim expectant ut aſſueto naturæ ordine oriantur, ſed perroſo matris utero uiolenter foras erumpũt. Vipera igitur Synagoga: uir eius Chriſtus. Venit Chriſtus ad Synagogam, uenit ad uxorem ſuam, quem poſtquam ſuo ſemine impregnauit, totamque Euangelicæ prædicationis ſementem in eam infudit, illa ſicut uipera, ſicut uenenoſa & impia, cõtra eum aſſurgens, eum interfecit, de cuius impio utero filij eius erumpentes, eã occidunt, quoniam Iudæi ad fidem uenientes, eam excommunicant & damnant. Vnde Apoſtolus ait: Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam ſuam, &c. Omnes enim hæreſes damnant, quicunque ab hæreſibus ad Eccleſiam redeũt. ideo *ecce ego mitto ad uos prophetas, & ſapientes, & ſcribas.* Ideo (inquit) ut & uos impleatis menſuram patrum ueſtrorum, *ego mitto ad uos prophetas, ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in Synagogis ueſtris.* Talis erat beatus Stephanus, de quo modo cũ legeretur, audiuimus, q̃a plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, diſputantes cum eo, & non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui qui loquebatur. Vnde & Dominus ait: Ego dabo uobis os & ſapientiã, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij ueſtri. Sic igitur pugnabant ſancti, ſic eos Dominus pugnare docuit: non armis pugnabant, ſed uoce. Sic ante pugnauerat Gedeon, cuius prælium hæc omnia ſanctorum prælia ſignificauit. Gedeõ nanque contra Madianitas pugnaturus, his qui ſecum erant, tubas & lampades parare iuſsit. Præcepitaũt ut intra lagũculas lampadas occultarẽt, & ſic ad prælium profectus eſt. Nocte uero inimicorum caſtra ingreſſi, laguunculis fractis, tenentes tubas dextris, lampadas uero ſiniſtris, tubarum clangore & lampadarũ ſplendore omnia circumquaque repleuerunt. Quibus hoſtes perteriti fugere incipiũt, & quaſi inſani proprijs gladijs magna ex parte ſe uiciſſim interficiunt. Talibus igitur armis uicit Gedeon: talibus & ſancti martyres uincebant. Quid enim per tubas, niſi prædicatorum uoces intelligimus? quid uero per lampadas, niſi miraculorum ſplendor figuratur? Lagunculę uero uaſa fictilia ſunt, de terra formata, per quæ ſanctorũ corpora figurantur, de limo terræ plaſmata: de quibus Apoſtolus ait: Habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilibus. Quoniam autem Dominus dixerat, nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem non poſſunt occidere: neque laguncularum fractionem, neque corporis paſsionẽ ſancti martyres metuentes, ad omnia tormentorum genera parati erant. Vide igitur quam bene ſibi conueniant prælium protomartyris Stephani, & prælium Gedeonis. Si enim per tubas prædicatorum uoces ſignificantur, tunc nimirum beatus Stephanus tuba ſonabat, quãdo incredulos Iudęos arguebat & p̃dicabat. Quãdo uero p̱digia & ſigna magna faciebat, tũc utiq; lampades manu tenebat. Maior eſt eñ ſplendor miraculorũ, q̃ã ſplẽdor ignis: & multo longius reſulget miraculorũ fama, q̃ã lampadarum flãma. Tunc aũt Iudæi frementes & ad lapides currẽtes, p̱tomartyris lagunculã fregerunt, quia eum lapidauerũt & lapidibus interfecerũt. Vicit tamẽ beatus Stephanus, q̃niam coronatus cœlos aſcẽdit. Iudęi aũt uicti ſunt, quoniã poſt paucos annos deſtructa ciuitate in captiuitatẽ deducti ſunt. Seq̃tur: *Et perſequimini de ciuitate in ciuitatẽ, ut ueniat ſuper uos oĩs ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram.* Apoſtoli enim, martyres, & doctores, p̱phetę, ſapientes, & ſcribę fuerunt q̃s ad Iudęos, omneſque mundi nationes prędicãdos Dominus miſit. Hos autem Iudæi occiderunt, crucifixerunt,

flagellaue

flagellauerunt, & de ciuitate in ciuitatem perſequuti ſunt Nemo enim Chriſtianorum uſquam occiſus eſt, q eorũ uel manibus, uel affecto nõ ſit occiſus. Vnde & oẽm rei eſſe dicuntur, oĩmq́ iuſtorum ſanguis ſuper eos uenire dñs ipſe teſtat. Hoc autem ex quo & uſquequo exponit, dicens: *A ſanguine Abel iuſti uſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.* Cum eni alibi ſcriptum ſit, quod filius non portabit iniquitatem patris, ſed unuſquiſque in peccato ſuo morietur, quid eſt quod modo hic dicitur, quod omnis ſanguis iuſtus ueniet ſuper generatiõem iſtã? His enim uerbis ſaluator noſter dicere uidetur, quod hæc impia generatio tantam pœnam ꝓ ſuo ſcelere patiatur, quantam pateretur ſi omnium iuſtorum ſanguinem fodiſſet, qui ab Abel fuſus eſt uſq; ad Zachariam Et hoc merito: Malus enim fuit Chriſtũ occidere, eiuſq; corpus (quod eſt Eccleſia) iniquo odio perſequi, quàm ſi omnium iuſtorũ præcedentium ſanguinem fudiſſent. Zacharias autem Barachiæ filius nuſquam legitur fuiſſe occiſus. At uero Zacharias filius Ioiadæ in atrio templi legitur interſectus: inter templum & altare uidelicet, quod ſub diuo erat, ubi hoſtiarum ſanguis fundebatur. Sed quare dixit, *uſq; ad Zachariam*, & non potius uſq; ad ſeipſum, uel uſq; ad ſeculi conſummationem? Multorum enim iuſtorum ſanguinem Iudæi fuderũt, non ſolum uſq; ad Zachariam, uerumetiam poſt Zachariam. Hæc igitur quia hiſtoriæ non conueniunt, ſpiritualis intelligẽtia quærẽda eſt. Puto enim q̃d Dñs noſter ſeipſum Zachariam uocat, & ꝑterito pro futuro utitur. Interpretatur enim Zacharias, memoria Dñi. Sicut enim Chr̃us Ieſus dicit uerbum Dñi, ſermo Dñi, uirtus & ſapientia Dñi, ſic etiam dicitur memoria Domini. Et iſte quidem eſt Barachiæ filius, qui benedictus Dominus interpretatur. Vnde & principi ſacerdotum ſe interroganti, an eſſet Chriſtus filius benedicti, reſpondit, ego ſum. Hunc autem occiderunt Iudæi inter templum & altare, quoniam ibi Chriſti mortem inter ſe conſiliati ſunt. Neq; enim aliter Iudæi Chriſtum Dominum occiderunt, niſi conſiliando, accuſando, & damnando. Vnde ipſi quoque dicebant: Nobis non licet interficere quẽquam. Quod uero in atrio templi de eius morte conſilium habitum ſit, ipſe per Pſalmiſtam oſtẽdit, dicens. Aduerſus me exercebantur qui ſedebãt in porta, & in me pſallebant qui bibebant uinum. Sic igitur Zacharias filius Barachiæ inter templum & altare occiſus eſt. *Hierufalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Ego (inquit) filios tuos multoties cõgregare, & malignorum ſpirituum incurſus deſuper & circa uolantiũ defendere uolui, ſicut gallina pullos ſuos congregat, & ſub alas ſuas eos abſcondit, ne ab importunis auibus ei ſubripiantur, ſed noluiſti. Ego igitur uolui, ſed ea conditione ſi tu quoq; uoluiſſes. Quia ergo tu congregari & ſaluari noluiſti: ego quoq; iam nunc congregare & ſaluare nolo. Vnde & dico, diſperge illos in uirtute tua, & deſtrue eos protector meus Domine. Dominus enim qui poteſt quæcunque uolt, nullum alium ſaluare uult, niſi eum qui uult ſaluari ab eo. Vnde & per prophetam ait: Si uolueritis me, & audieritis me, bona terræ comedetis. quod ſi nolueritis, gladius deuorabit uos. Sicut enim manifeſtum eſt, quod Dominus nõ uult mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat: & ſicut manifeſtum eſt, quia neminem uult perire, ſed omnes uult ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, ſic tamen ſi crediderint, & baptizati fuerint, ſi de peccatis pœnitentiam egerint: & eius uoluntatem fecerint: ita etiam manifeſtum eſt, quod eos qui neq; credere, neq; baptizari, neque pœnitentiam agere uolunt, qui de bonitate Dei deſperant, & de gloria quæ promittitur ſanctis non curant, ſi in hac praua uoluntate uſque in finem perſeuerant, manifeſtum (inquam) eſt quia hos tales Deus ſaluare non uult. Quis enim dicere audeat, quod eos ſaluare uelit, qui ſaluari non poſſunt? Impoſſibile eſt enim ſine fide uel ſaluari uel placere deo. Vnde & quibuſdã Dominus ait: Quo ego uado uos non poteſtis uenire. Nota quod ait, & conſidera quare non poſſint. Quia in eum credere nolunt, ideo ad illam beatitudinem peruenire non poſſunt. Similiter autem & Ioannes Euangeliſta ait: Propterea Iudæi credere non poterant, quia ſic de eis Eſaias prædixerat: Excæca cor populi huius, ne forte conuertantur & ſanentur. Sed quare credere non poterant, niſi quia credere nolebant? Fides igitur in uoluntate eſt. Si enim uoluiſſent, & non potuiſſent, peccatum non habuiſſent. De his autem breuiter in commentario diximus, de quo iſta ſumpta ſunt: quæ q non intelligit, hæc legat ut intelligat. Sequitur: *Ecce relinquetur uobis ueſtra domus deſerta.* Sic & in pſalmis, Ecce elongaui fugiens, & mãſi in ſolitudine. Relictis enim Iudæis, in gentibus habitat dominus. *Dico enim uobis, non me uidebitis amodo, donec dicatis, benedictus qui uenit in nomine Domini.* Poſtquam (inquit) hac corporali præſentia, qua uobiſcum ad tempus conuerſatus ſum, uos relinquam, non me uidebitis amodo, donec me iterum ad iudicium uenientem melius cognoſcatis, ſimulq; & una conſona uoce omnes dicatis: Bñdictus q uenit in nomine dñi. Hoc eſt q̃d alibi ait: Viuo ego, dicit Dominus, quia mihi curuabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua.

DE SANCTO IOHANne Apoſtolo & Euangeliſta, Iuhannis ultimo.

¶ In illo tempore, Dixit Ieſus Petro: Sequere me. Conuerſus Petrus, uidit illum diſcipulũ quem diligebat Ieſus, ſequentem. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

NON parua quæſtio eſt, cur apoſtolo Petro, quando ſe tertio manifeſtauit diſcipulis, dixerit Dominus, ſequere me: de apoſtolo autem Iohanne, ſic eum uolo manere donec ueniam, q̃d ad te? Huic quæſtioni quantum dominus ipſe donauerit, ſiue pertractandæ, ſiue ſoluendæ, ſermonem deſiderijs ueſtris fratres impendimus. Cum ergo prænunciaſſet Dominus Petro qua morte clarificaturus eſſet deum, dicit ei: Sequere me. cõuerſus Petrus, uidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſup pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum uidiſſet Petrus, dicit Ieſu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus: Sic eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Ieſus, quia non moritur, ſed ſic eum uolo manere donec ueniam,

quid ad te. Ecce quouſque in hoc euangelio exten
ditur quæſtio, quæ ſua profunditate non mediocri
ter mentem ſcrutantis exercet. Cur enim dici-
tur Petro, ſequere me, nec dicitur cæteris qui ſi-
mul aderant, & profecto eum ſicut magiſtrum diſ
cipuli ſequebantur. Sed ſi ad paſſionem intelligen-
dum eſt; nunquid ſolus pro chriſtiana ueritate paſ
ſus eſt Petrus? Nonne ibi erat in illis ſeptem alius
filius Zebedæi frater Iohannis, qui poſt eius aſcen
Actu. 12 ſionem ab Herode manifeſtatur occiſus? Verum a-
liquis dixerit, quoniam non eſt Iacobus crucifix-
us, merito dictum eſt Petro, ſequere me, qui non
ſolum mortem, ſed etiam mortem crucis ſicut
Chriſtus expertus eſt. Sit hoc, ſi nihil aliud quod
ſit conuenientius, poterit inueniri. Cur ergo de
Iohāne dictum eſt, ſic eum uolo manere donec ue-
niam, quid ad te? Et repetitum eſt, tu me ſequere,
tanquam ille ideo non ſequeretur quoniam eum
manere uoluit donec ueniret. Quis facile aliud di-
ctum eſſe credat, quàm quod crediderant qui tunc
aderant, eo quod ſcilicet non eſſet diſcipulus ille
moriturus, ſed donec Ieſus ueniret, iſte maneret
in uita? Sed hanc opinionem Iohannes ipſe abſtu-
lit, non hoc dixiſſe dominum, aperta contradictio-
ne declarans. Cur enim ſubiungeret, non dixit Ie-
ſus, non moritur, niſi ne hominum cordibus quod
Inſtantiā mouet Auguſtinus. falſum fuerat inhæreret? Sed cui placet, adhuc re-
ſiſtat & dicat uerum eſſe quod ait Iohannes, non
dixiſſe dominum quod diſcipulus ille non mori-
tur, ſed hoc tantum ſignificatum eſſe talibus uer-
bis, qualia eum dixiſſe narrauit, & aſſerat Iohan-
nem uiuere, atque in illo ſepulchro eius quod erat
apud Epheſum, dormire potius eum, quàm mor-
tuum iacere contēdat. Aſſumat in argumentum,
quod illic terra ſenſim ſcatere & quaſi ebullire per
hibetur, atque hoc eius anhelitu fieri, ſiue conſtan-
ter ſiue pertinaciter aſſeueret. Non enim poſſunt
deeſſe qui credant, ſi non deſunt qui etiam Moyſen
Deut. 34 aſſerant uiuere, quia ſcriptum eſt eius ſepulchrum
non inueniri, & apparuit cum domino in monte,
ubi & Elias fuit, quem mortuum legimus non eſſe,
ſed raptum, quaſi Moyſi corpus non potuerit ali-
cubi ſic abſcondi, ut prorſus homines lateret ubi
eſſet, atque inde ad horam diuinitus excitari, quan-
do cum Chriſto Elias & ipſe ſunt uiſi, ſicut ad ho-
ram multa ſanctorum corpora ſurrexerunt, quan-
do paſſus eſt Chriſtus, & poſt eius reſurrectionē
apparuerunt multis in ſancta, ſicut ſcriptum eſt, ci
Mat. 28 nitate. Sed tamen, ut dicere cœperam, ſi quidam
Moyſen mortuum negant, quem ſcriptura ipſa (li-
cet ſepulchrum eius nuſquam inueniri legimus)
mortuum tamen eſſe ſine ulla ambiguitate teſta-
tur: quanto magis Iohannes ex iſtorum occaſione
uerborum, ubi Dominus ait, ſic eum uolo manere
donec ueniam, creditur uiuus dormire ſub terra,
quem tradunt, quod etiam in quibuſdam ſcriptu-
ris quamuis apocryphis reperitur, quando fieri ſi-
bi iuſſit ſepulchrum, incolumem fuiſſe præſentem,
eoque effoſſo, & diligentiſſime præparato, ibi ſe
tanquam in lectulo collocaſſe, ſtatimque fuiſſe defun
Opinio erronea recitatur. cto ſimilem? Vt autem iſti putāt qui hæc uerba do-
mini ſic intelligunt, non defunctum, ſed defuncto
ſimilem cubuiſſe, & cum mortuus putaretur, ſepul
tum fuiſſe dormientem, & donec Chriſtus ueniat,
ſic manere, ſuamque uitam ſcaturigine pulueris
indicare, qui puluis creditur, ut ab imo ad ſuper-
ficiem tumuli aſcendat, flatu quieſcentis impelli:
huic opinioni ſuperuacaneum exiſtimo reluctari.

Viderint enim qui locum ſciunt, utrū hoc ibi faci-
at uel patiatur terra quod dicitur, quia reuera nō
à leuibus hominibus id audiuimus. Interim credā-
mus opinioni quam certis documentis repellere
non ualemus, ne rurſus aliud quod à nobis quæra-
tur exurgat, cur ſuper humatum mortuū ipſa hu-
mus quodāmodo uiuere, ac ſpirare uideatur. Sed
nunq̄ hæc tāta ſoluitur quæſtio, ſi magno miracu-
lo qualia poteſt facere omīpotens, tādiu uiuēs cor
pus in ſopore ſub terra eſt, donec ueniat terminus
ſeculi. Quinimo fit amplior & difficilior, cur diſci
pulo quē præ cæteris diligebat Ieſus, in tantum ut
ſupra pectus eius diſcūbere mereretur, pro magno
munere longū in corpore donauerit ſomnū, cū bea
tum Petrū per ingentē martyrij gloriam ab onere
ipſius corporis ſoluerit, eique contulerit quod apo-
ſtolus Paulus ſe concupiſſe dixit & ſcripſit, diſſol-
ui, & eſſe cum Chriſto. Si autem, quod magis cre- Philip. 1
ditur, ideo ſanctus Iohānes ait, non dixiſſe domi-
nū, non moritur, ne illis uerbis quæ dixit, hoc uolu-
iſſe intelligi putaretur, corpuſque eius in ſepulchro
exanime, ſicut aliorū mortuorū, iacet: reſtat ut ſi
uere ibi ſit quod ſparſit fama de terra, quę ſubinde
ſublata ſuccreſcit, aut ideo fiat ut eo modo cōmen
detur precioſa mors eius, quoniam non eā cōmen
dat martyrium, non eū pro fide Chriſti perſecutor
occidit, aut propter aliquid aliud quod nos lateat,
manet tamen quæſtio cur dixerit dominus de ho-
mine morituro, ſic eum uolo manere donec ueniā.
Illud etiam in his duobus apoſtolis Petro & Iohā
ne, quē non moueat ad quærendum, cur Iohannē
plus dilexerit dominus, cum ipſum dominum plus
dilexerit Petrus? Vbicunque enim ſe commemo-
rat Iohannes, ut nomine ſuo tacito ipſe poſſit in-
telligi, hoc addit, quod eum diligebat Ieſus, quaſi
ſolum intelligeret, ut hoc ſigno diſcerneretur à
cæteris, quos omnes utique diligebat. Quid ergo
niſi amplius ſe dilectum, cum hic diceret, uolebat
intelligi? quod abſit ut mendaciter diceret. Quod
autem maius dare potuit Ieſus maioris erga eum
ſuæ dilectionis indicium, quàm ut ipſe cum cæte-
ris condiſcipulis ſuis ſocius tantæ ſalutis, ſolus ta-
men diſcubuerit ſuper pectus ipſius ſaluatoris?
Porro quod apoſtolus Petrus plus alijs dilexerit
Chriſtum, poſſunt quidem documenta multa pro-
ferri. Sed ut longe in alia non eamus, in ipſius ter-
tiæ manifeſtationis domini paulo ſuperiori lectio
ne quæ iſtam præcedit, ſatis euidenter apparet, u-
bi eum interrogans, ait: Diligis me plus his? quod Ioha. ult.
utique ſciebat, & tamen interrogabat, ut etiā nos
qui legimus euangelium, amorem Petri erga do-
minum, in illo interrogante, & in iſto reſponden-
te noſſemus. Quid autem in eo quod reſpondit Pe-
trus, amo te, non addidit, plus his, hoc reſpondit
quod de ſe ipſo ſciebat. Non enim quantum ab alio
quolibet diligeretur, ſcire poterat. Sed tamen ſu-
perioribus uerbis dicendo, Etiā Dñe tu ſcis; ſatis &
ipſe declarauit, ſciētē dñm interrogaſſe q̄d inter-
rogauit. Sciebat igitur dominus non ſolum quod
diligeret, uerum etiam quod plus illis eum dilige-
ret Petrus. Et tamen ſi proponimus quærentes,
quis duorum ſit melior, utrum qui plus an qui mi-
nus diligit Chriſtum, quis dubitat reſpondere,
eum qui plus diligit eſſe meliorem? Item ſi propo-
namus quis duorum ſit melior, utrum quem mi-
nus, aut quem plus diligit Chriſtus? eum qui plus
diligitur à Chriſto, meliorem proculdubio reſpō-
debimus. In illa ergo comparatione quam prius

poſtol, Petrus Iohanni: in hac uero altera, Iohan-
nes anteponitur Petro. Proinde tertiam ſic propo
nimus: Quis eſt duorum diſcipulorum melior,
qui minus quàm condiſcipulus eius diligit Chri-
ſtum, & pluſquam condiſcipulus diligitur à Chri-
ſto: an ille quem minus quam condiſcipulum eius
diligit Chriſtus, cum plus ille quam ſuus condiſci
pulus diligat Chriſtum? Hic plane cunctatur re-
ſponſio, & augetur quæſtio. Quantum autem ſa-
pio, ipſum meliorem qui plus diligit Chriſtum,
feliciorem uerò quem plus diligit Chriſtus, facile
reſponderem, ſi iuſtitiam liberatoris noſtri minus
eum diligentis à quo plus diligitur, & tū plus amā
tis à quo minus diligitur, quemadmodum defende
rem præuiderem. Aggrediar igitur in eius mani-
feſta miſericordia, cuius eſt occulta iuſtitia, de ſol-
uenda quæſtione tam ingenti, pro uiribus quas
ipſe donauerit diſputare. Hucuſq; enim propoſita
eſt, non expoſita. Exponendæ uero eius hoc ſit ex
ordium, ut meminerimus in hoc corruptibili cor-
pore, quod aggrauat animā, uitam nos miſeram
uiuere. Sed qui iam redempti per mediatorem ſu-
mus, & ſpiritumſanctum pignus accepimus, beatā
uitam in ſpe habemus, etſi re ipſa nondū tenemus.
Spes autē quæ uidetur, nō eſt ſpes. quod enim ui-
det quis, qd ſperat? Si autem q̄d non uidemus ſpe
ramus, per patientiam expectamus. In malis autē
quæ quiſq; patitur, non in bonis quibus fruitur, o-
Iob. 7 pus eſt patientia. Hanc itaq; uitam de qua ſcriptū
eſt: Nunquid non tentatio eſt uita humana ſup ter
Mat. 6 ram? in qua quotidie clamamus ad dominum: Li-
bera nos à malo, cogitur homo tolerare etiam re-
miſſis peccatis, quāuis ut in eam ueniret miſeriā,
primum fuerit cauſa peccatum. Productior eſt enī
pœna q̄ culpa, ne parua putaretur culpa, ſi cum illa
finiretur & pœna. Ac per hoc uel ad demonſtratio
nem debitæ miſeriæ, uel ad emendationē labilis ui
tæ, uel ad exercitationem neceſſariæ pœnitentiæ,
temporaliter hominem detinet pœna, etiam quē
ad damnationem ſempiternam, reum non retinet
culpa. Hæc eſt iſtorum dierum, quos in hac mor-
talitate agimus malus (quamuis in eis diligamus
Iob. 14 uidere dies bonos) flenda quidem, ſed non repre-
hendenda conditio. Venit enim de ira dei iuſta, de
qua ſcriptura loquens: Homo, inquit, natus ex mu
liere, breuis uitæ, & plenus iræ. cum ira dei non ſit
Pſal. 76 us hominis, id eſt, perturbatio animi concitati,
ſed tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio. In hac
ira ſua deus non continens, ſicut ſcriptum eſt, mi-
ſerationes ſuas, præter alia ſolatia miſerorum,
quæ generi humano præbere non ceſſat, in pleni-
Gala. 4 tudine temporis, quo ipſe ſciebat hoc faciendum,
miſit filium ſuum unigenitum, per quem creauit
uniuerſa, ut manens deus fieret homo, & eſſet me-
diator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, in
1. Tim. 2. quem credentes per lauacrum regenerationis ſo-
luto reatu omnium peccatorum, & originalis ui-
delicet, quod generatio trahit, contra quam maxi
me regeneratio eſt inſtituta, & cæterorū quæ ma-
le agendo cōtracta ſunt, liberarentur à damnatio-
ne perpetua, & uiuerent in fide & in ſpe & charita
te, peregrinantes in hoc ſeculo, atq; in eis tentatio
nibus laborioſis & periculoſis, conſolationibus tu
tem dei & corporalibus & ſpiritualibus ambula-
rent ad conſpectum eius, uiam tenentes, quod in
eis factus eſt Chriſtus. Et quia in ipſo quoq; am-
bulantes non ſunt ſine peccatis, quæ de huius uitæ
infirmitate ſubrepūt, dedit eleemoſynarum reme-
dia ſalutaria, quibus eorum adiuuaretur oratio, Matt. 6
ubi eos orare docuit: Dimitte nobis debita noſtra,
ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hoc
agit eccleſia ſpe beata in hac uita ærumnoſa, cuius
eccleſiæ Petrus apoſtolus propter apoſtolatus ſui
primatū gerebat figurata generalitate perſonam.
Quod enim ad ipſum ꝓprie pertinet, natura unus
homo erat, gratia unus chriſtianus, abundantiore
gratia unus idemq; apoſtolus primus. Sed quando Matt. 16
ei dictum eſt, Tibi dabo claues regni cœlorum: &
quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum &
in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit
ſolutū & in cœlis: uniuerſam ſignificabat eccleſiā,
quæ in hoc ſeculo diuerſis tentationibus uelut im-
bribus, fluminibus, tempeſtatibus quatitur, & non
cadit, quoniā fundata eſt ſupra petram, unde & Pe
trus nomen accepit. Non enim à Petro petra, ſed
Petrus, à petra, ſicut non Chriſtus à chriſtiano, ſed
chriſtianus à Chriſto uocatur. Ideo qppe ait dñs:
Super hanc petrā ædificabo eccleſiam meā, quia di
xerat Petrus: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Super
hanc ergo inquit, petram quam confeſſus es, ædi-
ficabo eccleſiā meam. Petra enim erat Chriſtus,
ſupra quod fundamentū etiā ipſe ædificatus eſt Pe
trus. Fundamentū quippe aliud nemo poteſt pone
re ꝑter id q̄d poſitū eſt, q̄d eſt Chr̄us Ieſus. Eccleſia
ergo quæ fundatur in Chriſto, claues ab eo regni
cœlorum accepit in Petro, id eſt, poteſtatem ſol-
uēdi ligandiq; peccata. Quod eſt enim per proprie
tatem in Chriſto eccleſia, hoc eſt per ſignificatio-
nem Petrus in petra, qua ſignificatione intelligi-
tur Chriſtus petra, Petrus eccleſia. Hæc igitur ec- 1. Cor. 2
cleſia q̄ ſignificabat Petrus, quā diu degit in malis,
amando & ſequendo Chriſtum, liberatur à malis.
Magis autem ſequitur in eis qui certant pro ueri-
tate uſq; ad mortem. Sed uniuerſitati dicitur, ſeque
re me, pro qua uniuerſitate paſſus eſt Chriſtus, de
quo idē dicit Petrus: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, 1. Pet. 2
relinquens nobis exemplū ut ſequamur ueſtigia
eius. Ecce propter quod ei dictum eſt, ſequere me.
Eſt autem alia uita immortalis, quæ non eſt in ma
lis, ibi facie ad faciē uidebimus, q̄d hic per ſpeculū
& in ænigmate uidetur, quando multum in conſpici-
enda ueritate proficitur. Duas itaq; uitas ſibi diui-
nitus prædicatas & cōmendatas nouit eccleſia, q̄-
rum una eſt in fide, altera in ſpecie. Vna in tempo-
re peregrinationis, altera in æternitate māſionis:
una in labore, altera in requie: una in uia, altera in
patria: una in opere actionis, altera in mercede cō-
templationis. Vna declinat à malo, & facit bonū
altera nullū habet à quo declinet, malū, & magnū
habet quo fruatur bonū. Vna cū hoſte pugnat, al-
tera ſine hoſte regnat: una fortis in aduerſis, alte-
ra nil ſentit aduerſi: una carnales libidines frenat,
altera ſpiritualibus delectationibus uacat. Vna eſt
uincēdi cura ſolicita, altera pace uictoriæ ſecura.
Vna in tētationibus adiuuat, altera ſine ulla tenta-
tione in ipſo adiutore lætať. Vna ſubuenit indigē-
ti, altera ibi eſt ubi nullū inuenit indigentē. Vna a-
liena pctā, ut ſua ſibi ignoſcantur, ignoſcit: altera
nec patiť q̄d ignoſcat, nec facit q̄d ſibi poſſit ignoſ-
ci. Vna flagellať malis, ne extollať in bonis: altera
tanta plenitudine gratiæ caret oī malo, ut ſine ul-
la tētatione ſuperbiæ cohæreat ſummo bono. Vna
bona & mala diſcernit, altera ſola quæ bona ſunt
cernit. Ergo una bona eſt, ſed adhuc miſera, alte-
ra melior eſt & beata. Iſta ſignificata eſt per apo-
ſtolū Petrū, illa per Iohānem. Tota hic agitur iſta
uſq;

uſq; ad finem ſeculi huius, & illic inuenit finē. Diſfertur illa complenda poſt huius ſeculi finem, ſed in futuro ſeculo nō habet finem. Ideo dicitur huic, Sequere me: de illo autem, Sic eū uolo manere donec ueniā, quid ad te? tu ſequere me. Quid eſt hoc? Quantum ſapio, quātum capio, quid eſt hoc, niſi tu me ſequere per imitationem perferendo temporalia mala; illa maneat donec ſempiterna ueniā reddere bona. Quod apertius ita dici poteſt: Perfecta me ſequatur actio informata meæ paſſionis exemplo, inchoata uero contemplatio maneat, donec ueniam, perficiēda cum uenero. Sequitur enim Chriſtum perueniens uſq; ad mortem pia plenitudo patientiæ, manet autem donec ueniat Chriſtus tunc manifeſtanda plenitudo ſcientiæ. Hic quippe tolerantur mala huius mundi in terra morientium, ibi uidebuntur bona domini in terra uiuentiū. Quod enim ait, Sic eum uolo manere donec ueniam, non ſic intelligendum eſt, quaſi dixerit, remanere uel permanere, ſed expectare. Quoniam quod per eū ſignificatur, non utique nunc, ſed cū uenerit Chriſtus, implebitur. Quod autem per hunc ſignificatur, cui dictum eſt, tu me ſequere, niſi nunc peragatur, non peruenietur ad illud quod expectatur. In hac autem actiua uita quanto magis Chriſtum diligimus, tanto facilius liberamur à malo. At ipſe nos minus diligit, quales nunc ſumus, & hinc ideo liberat, ne ſemper tales ſimus. Ibi uero nos amplius diligit, quoniam quod ei diſpliceat, & quod à nobis auferat, nō habebimus. Nec ob aliud hic nos diligit, niſi ut ſanet, & transferat ab eis quæ non diligit. Hic ergo minus amat, ubi non uult ut remaneamus. Ibi amplius amat, quo uult tranſeamus, & unde non uult ut pereamus. Amet ergo eum Petrus, ut ab iſta mortalitate liberemur. Ametur ab eo Iohānes, ut in illa immortalitate ſeruemur. Sed iſta ratione illud oſtenditur, cur amplius Iohannem quam Petrum amauerit Chriſtus, non cur amplius Petrus quam Iohannes amauerit Chriſtum. Neque enim ſi plus nos diligit Chriſtus in futuro ſeculo ubi cum illo ſine fine uiuemus, quam in iſto unde eruimur, ut illic ſemper ſimus, propterea nō nunc eum minus dilecturi ſumus, quando meliores erimus, cùm meliores utique eſſe niſi amplius eum diligendo nullo modo poſſimus. Cur ergo Iohannes minus eum diligebat quam Petrus, ſi eam uitam ſignificabat in qua eſt multo amplius diligēdus? niſi quia propterea dictum eſt, Volo eum manere, id eſt, expectare, donec ueniam, quoniam & ipſum amorem qui tunc amplior erit, nondum ha-
1. Ioha. 3. bemus, ſed futurum expectamus, ut cùm ipſe uenerit, habeamus. Nam ſicut in epiſtola ſua dicit idem Apoſtolus, nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Tùnc ergo amplius quod uidebimus, diligemus. Ipſe autē dominus illam quæ futura eſt uitam noſtram qualis in nobis futura ſit ſciens prædeſtinatione, plus amat ut ad eam nos amando perducat. Quocirca quoniam uniuerſæ uiæ Domini miſericordia & ueritas, miſeriam noſtram præſentem nouimus, quia ſentimus: & ideo miſericordiam domini quā nobis de miſeria liberandis exhiberi uolumus, plus amamus, eamque quotidie maxime pro peccatorum remiſſione poſcimus & habemus. Hoc per Petrum ſignificatum eſt plus amantem, ſed minus amatum, quia minus non amat Chriſtus miſeros quam beatos. Veritatis autem contemplationem qualis tunc futura eſt, minus amamus, quia nondum nouimus nec habemus. Hæc per Iohannem ſignificata eſt minus amantem, atque ideo ad ipſam & ad eius in nobis amorem qualis ei debetur, implendum, donec ueniat dominus expectantem, ſed plus amatum, quia illud quod per illum figuratum eſt, hoc efficit beatum. Nemo tamen iſtos inſignes apoſtolos ſeparet, & in eo quod ſignificabat Petrus ambo erant: & in eo quod ſignificabat Iohannes ambo futuri erant. Significando ſequebatur iſte, manebat ille. Credendo autem ambo mala præſentia huius miſeriæ tolerabant, ambo futura bona illius beatitudinis expectabant. Nec ipſi ſoli, ſed uniuerſa hoc facit ſancta eccleſia ſponſa Chriſti, ab iſtis tentationibus eruenda, in illa felicitate ſeruanda, quas duas uitas Petrus & Iohannes figurauerunt, ſinguli ſingulas. Verum & in hac temporaliter ambulauerunt ambo per fidem, & illa in æternum fruentur ambo per ſpeciem. Omnibus igitur ſanctis ad Chriſti corpus inſeparabiliter pertinentibus, propter huius uitæ procelloſiſſimæ gubernaculum, ad liganda & ſoluenda peccata, claues regni cœlorum primus apoſtolorum Petrus accepit, eiſdemq; omnibus ſanctis propter uitæ illius ſecretiſſimæ quietiſſimum ſinum, ſuper pectus Chriſti Iohannes euangeliſta diſcubuit; quoniam nec iſte ſolus, ſed uniuerſa eccleſia ligat ſoluitq; peccata. Neq; ille in principio uerbum domini apud deum, & cætera de Chriſti diuinitate, & de totius diuinitatis trinitate, atq; unitate ſublimia, quæ in illo regno facie ad faciem contemplanda, nūc autem donec ueniat dominus, in ſpeculo atq; in ænigmate contuenda ſunt, quæ prædicando eructaret, de fonte dominici pectoris ſolus bibit, ſed ipſe dominus ipſum euangeliū pro ſua cuiuſq; capacitate omnibus ſuis bibēdum, toto orbe terrarum diffudit. Sunt qui ſenſerint, & hi quidem non cōtemptibiles ſacri eloquij tractatores, à Chriſto Iohannem apoſtolum propterea plus amatum, q̄d neq; uxorē duxerit, & ab ineunte pueritia caſtiſſime uixerit. Hoc quidem in ſcripturis canonicis non euidenter apparet, ueruntamen id quoq; multum adiuuat congruentiam huiuſcemodi ſententiæ, quod illa uita per eum ſignificata eſt, ubi non erunt nuptiæ, in qua uiuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM FESTO

Iohannis ultimo.

In illo tempore, Dixit Ieſus Petro: Sequere me. Conuerſus Petrus, uidit illū diſcipulum quem diligebat Ieſus, ſequentē, q & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te? Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presb.

LEctio ſancti euāgelij quæ nobis lecta eſt fratres mei, tāto maiori à nobis intētione debet per ſingula uerba penſari, quanto magna gratiæ ſupernæ dulcedine tota redundat. Commēdat enim nobis beatiſſimus euangeliſta & apoſtolus Iohannes priuilegium amoris præcipui: quo cæteris amplius meruit honorari à domino. Commendat teſtimoniū euāgelicæ deſcriptionis, quod ueritate diuina ſubnixum, nullus fidelium dubitare permittitur. Cōmendat placitam ſuæ carnis abſolutionem, quam domino ſpecialiter ſe uiſitante percepit. Sed ut perfecte lectionis huius principia conſiderare ualea-

mus,libet ſuperiora parumper attendere. Appa-
ruit dominus poſt reſurrectiōem diſcipulis ſeptē,
inter quos erant Petrus & Iohannes, quibus fru-
ſtra in piſcando tota nocte laborantibus, ſtans in
littore copioſa rete eorum piſcium multitudine re
pleuit. Moxq́ egreſſos ad terram inuitauit ad prā
dium, & inter prandendum tertio Petrum an ſe
amaret interrogauit,ac tertio amorem cōfitenti,
quia ter eum negauerat, ei tertio paſcendas oues
ſuas commiſit. Ac deinde,q̄a pro earundem ouiū,
id eſt, animarum fidelium cura paſtorali uſq; ad
Ioha. ult. martyrium crucis eſſet peruēturus, intimauit, di-
cens: Amen amē dico tibi,cū eſſes iunior cingebas
te,& ambulabas ubi uolebas,cum autem ſenueris,
extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet
quo non uis. In manuum namque extenſione de-
ſignauit,quod per mortē crucis martyrio coronan-
dus:In eiectione alterius,q̄d uinciendus à perſecu-
tore:in ductu quo nō uellet,q̄d tormēta paſſionis
contra uoluntatē eſſet paſſurus humanæ fragilita-
tis. Sed ne grauis forte uideretur Petro prædicta
à domino paſſio crucis,hāc ſuo cōfeſtim leuire cu-
rauit exemplo,ut cruciatū martyrij eo leuius fer-
ret,quo ſe meminiſſet ſimilem ſuo redēptori mor-
tis excipere ſententiā. Poſtq̄ enim ſignificauit ei
qua morte clarificaturus eſſet deū,protinus adiun
xit, q̄d in huius capite lectionis audiuimus: ¶ *Et
dicit ei: Sequere me.* Ac ſi aperte dicat: Quia ipſe pri
us ꝓ tua redemptione crucis ſupplicium ſubire nō
timui, cur tu pro mei confeſſione nominis crucem
pati formides? Qui eo glorioſiore martyrij palma
clarificaberis,quo in hac promerēda magiſtri iter
ſequeris. Iam uero ab euangeliſta non ſubditur,q̄d
poſt hæc dicta dominus & diſcipuli fecerint, ſed
ex eo tamen innuitur quod ſubiungit: ¶ *Conuer-
ſus Petrus, uidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus,
ſequentē.* Patet nanq;,cum dixiſſet Petro: Sequere
me,id eſt,crucem patiēdo imitare, ſurrexit de lo-
co conuiuij, & abire iā cœpit. Sequutus eſt autem
eū Petrus, etiā inceſſu pedū, cupiēs implere quod
audiuit,ſequere me. Sequutus eſt & ille diſcipulus
quē diligebat Ieſus. Neq; enim arcendum ſe à cōſe
ctatu Chriſti putabat, q nō minori ſe gratia dile-
ctionis à Chriſto cōplexū nouerat. Neq; Incredi-
bile eſt ideo utrunq; diſcipulum corporali greſ-
ſu ueſtigia dn̄i ſequutū, q̄a necdū intellexerat q̄d
ſignificauerit in eo quod Petrū ſe ſequi præcepit.
Notū autē noui ueſtræ fraternitati qui ſit ille diſci
pulus quē diligebat Ieſus, Iohannes uidelicet ipſe,
cuius hodie natalitia feſta celebramus, q hoc ſcri-
pſit euangeliū,atq; ideo ſuam perſonam maluit in
dictis rerum accidentium,q̄ proprio deſignare uo
cabulo. Diligebat enim eū Ieſus,nō exceptis cæte
ris ſingulariter ſolum,ſed præ cæteris quos dilige
Iohan. 15 bat, familiarius unū: quē ſpecialis prærogatiua
caſtitatis,ampliori dilectione fecerat dignum. O-
mnes quippe ſe diligere probat,q̄bus ante paſſio-
nē loquitur: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi
uos. Manete in dilectione mea. Sed hunc præ om̄i-
bus diligit,q uirgo electus ab ipſo,uirgo in æuum
permanſit. Tradūt nanq; hiſtoriæ,q̄d eū de nuptijs
uolentē nubere uocauerit, & propterea quem à
carnali uoluptate retraxerat, potiore ſui amoris
Iohan. 19 dulcedine donauit. Deniq; moriturus in cruce ma-
trem ſuam ei commēdauit,ut uirginem uirgo ſer-
uaret. & ipſo poſt mortem ac reſurrectionem cœ-
los aſcendente,non deeſſet eius genitrici filius,cu
ius caſta uita caſtis eius tueretur obſequijs. Ponit

& aliud ſuæ perſonæ beatus Iohānes indiciū, ſubiun-
gens. ¶ *Qui et recubuit in cœna ſuper pectus eius, &
dixit: Domine, quis eſt qui tradet te?* Hoc quomodo ge
ſtum ſit ſuperiora huius euāgelij loca plenius oſtē
dunt,quia uidelicet in cœna quam ultimā ante paſ
ſionem cum diſcipulis ſaluator habuit,in qua eorū
pedes lauit,eiſq; corporis ac ſanguinis ſui tradidit
myſteria celebranda, diſcipulus ille quem dilige- Ioha. 13
bat, ſuper pectus eius recubuerit: & cum dixiſſet
eis, Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis me
tradet, reſpondet ille diſcipulus, innuente Petro,
ut interrogaret & diceret ei, Dn̄e quis eſt? ait do-
minus: Ille eſt cui intinctū panē porrexero. Quod
autē diſcipulus ille ſupra pectus magiſtri recubu-
it,non præſentis ſolummodo dilectionis, ſed futu-
ri erat ſignum myſterij. Figurabatur etenim iam
tunc euangelium, quod idem diſcipulus erat ſcri-
pturus,uberius atq; altius cæteris ſacræ ſcriptu-
ræ paginis arcana diuinæ maieſtatis eſſe compræ-
henſurum. Quia enim in pectore Ieſu ſunt omnes
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, merito
ſupra pectus eius recubat,quem maiore cæteris ſa
pientiæ & ſcientiæ ſingularis munere donat. Cæ-
teros quippe euangeliſtas nouimus plura de mira-
culis ſaluatoris noſtri, pauciora de diuinitate lo-
cutos: Iohannes autē perpauca ſcribens de huma-
nis actibus,potius ſe exponendis diuinæ naturæ in
didit arcanis,patenter inſinuans quanta de pecto-
re Ieſu fluenta doctrinæ cœleſtis(quæ nobis eru-
ctaret) hauſerit. Sequitur: ¶ *Hunc cum uidiſſet Pe-
trus, dixit Ieſu: Domine, hic autem quid?* Quia ſe beatus
Petrus audierat per paſſionē crucis clarificaturū
eſſe deū, uoluit etiā de fratre & condiſcipulo co-
gnoſcere,qua eſſet ipſe morte perpetuam tranſi-
turus ad uitam. Dicit ei Ieſus: ¶ *Sic eum uolo ma-
nere donec ueniā, quid ad te? tu me ſequere.* Non, inq̄t,
eum per paſſionē martyrij uolo conſummari, ſed
abſq; uiolentia perſecutoris diem expectare no-
uiſſimum,q̄n ipſe ueniens, eum in æternæ beatitu
dinis manſione recipiā. Et quid hoc ad te? Tu tā-
tum crucis patibulū ſubeundo, mea te ueſtigia ſeq.
debere memento. Et quidem hanc domini reſpon-
ſionem fratres tunc temporis ita tractabant, qua-
ſi Iohannes nunquam eſſet moriturus. Quod non
eſſe intelligendum ipſe Iohannes admonere cura-
uit,qui cum permiſiſſet exiſſe ſermonem iſtum in
ter fratres,quia diſcipulus ille non moritur, ſoler-
ter adiecit atq; ait: ¶ *Et non dixit ei Ieſus, quia non
moritur, ſed ſic uolo eum manere donec ueniam. quid ad
te?* Nō ergo putandum, quia diſcipulus ille non ſit
mortuus in carne,q̄a nec dn̄s hoc de illo futurū p̄
dixit. Et Pſalmiſta ait: Quis eſt homo qui uiuit, &
& non uidebit mortem? Sed potius ita intelligen-
dū,quod cæteris Chriſti diſcipulis per paſſionem
conſummatis, ipſe in pace eccleſiæ aduentum ſuæ Pſal. 88
uocationis expectauerit. Et hoc eſt quod dominus
ait: Sic eum uolo manere donec ueniā. non quia &
ipſe multos ante labores pro domino preſſuraſq;
malorum non tolerauerit, ſed quia ultimum in pa-
ce ſeniū finierit, utpote in eccleſijs Chriſti per A-
ſiam,quā regebat, iam longe lateq; fundatis. Nam
& in Actibus Apoſtolorum cum cæteris apoſto
lis flagellatus inuenitur, q̄n ibāt gaudētes à cōſpe Actu. 5
ctu conſilij, q̄m digni habiti ſunt pro noīe Ieſu cō-
tumeliā pati. Et à Domitiano Cæſare in feruētis
olei doliū miſſus, in Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, ex
q̄ tā diuina ſe ꝓtegēte gratia, tā intactus exierat,
quam fuerat à corruptione concupiſcentiæ car-
nalis

nalis extraneus. Nec multo poſt ab eodem principe propter inſuperabilem euangelizandi conſtantiam, in Patmos inſulam exilio relegatur, ubi humano licet deſtitutus ſolatio, diuinæ tamen uiſionis & allocutionis meruit crebra conſolatione releuari. Deniq; ibidẽ Apocalypſim quã ei dominus de ſtatu eccleſiæ præſenti uel futuro reuelauit, ſua manu conſcripſit. Vnde conſtat promiſſionem ſic manendi donec ueniret dominus, non eo pertinere, quod ſine labore certaminis uicturus eſſet in mundo, ſed illo potius, quod ſine dolore paſſionis tranſiturus eſſet e mundo. Sic enim in patrum literis inuenimus, cum longo confectus ſenio, ſciret imminere ſibi diẽ receſſus ſui, conuocatis diſcipulis ſuis, poſt monita exhortationum, ac miſſarum celebrationem, ultimum eis uale fecit. Deinde deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione appoſitus ad patres ſuos, tam liber à dolore mortis, quã à corruptione carnis inuenitur alienus. Atq; ita completa eſt ueridica ſaluatoris ſententia, quia ſic eum uoluerit manere donec ipſe ueniret. Poſſumus autẽ myſtice in his quę Petro & Iohanni à domino prædicta, atq; in eis geſta ſunt, duas eccleſiæ uitas, quibus in præſenti exercetur, actiuam ſcilicet & contemplatiuam deſignatas accipere, quarum actiua communis populo Dei uia uiuendi eſt, ad contemplatiuam uero perpauci, & in hoc ſublimiores quique poſt perfectionem piæ actionis aſcendunt. Actiua quippe uita eſt, ſtudioſum Chriſti famulum iuſtis inſiſtere laboribus, & prius quidem ſeipſum ab hoc ſeculo immaculatũ cuſtodire, mentẽ, manum, linguam, ac membra corporis cætera ab omni inquinamento culpæ tentãtis continere, ac diuinis perpetuo ſubiugare ſeruitijs, deinde etiam proximi neceſſitatibus iuxta uires ocurrere, eſurienti cibum, potum ſitienti, algenti ueſtitum miniſtrando, ægros uagosque in domum recipiendo, infirmum uiſitando, mortuum ſepeliendo, eripiendo inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum, ſed & erranti uiam ueritatis oſtendendo, ac cæteris ſe mancipando fraternæ dilectionis obſequijs, inſuper & uſq; ad mortem pro iuſtitia certando. Contemplatiua autem uita eſt, cum longo quis bonæ actionis exercitio edoctus, diutinę orationis dulcedine inſtructus, crebra lachrymarum compunctione aſſuefactus, à cunctis mundi negocijs uacare, & in ſola dilectione oculũ mentis intẽdere didicerit, gaudiumq; perpetuæ beatitudinis quod in futura percepturus eſt uita, etiam in p̄ſenti cœperit ardenter deſiderando p̄guſtare, & aliquãdo etiã in quantũ mortalibus fas eſt, in exceſſu mentis ſpeculando ſublimiter euolare. Hæc autẽ uita diuinæ ſpeculationis illos maxime recipit, qui poſt lõga monaſticæ rudimẽta uirtutis, ſecreti ab omnibus degere norũt, eo liberiorẽ ad cœleſtia meditãda animũ habentes, quo corpus quoq; à terrenis ſeparatũ habẽt tumultibus. Nanq; actiua non ſolũ in cœnobio monachis, ſed & cuncto, ut diximus, populo dei generaliter ingredienda p̄ponitur. Et quidem utrumq; apoſtolũ & Petrũ & Iohannẽ, quamuis inter homines poſitũ, pro excellentis culmine gratiæ conſtat in utraq; uita fuiſſe perfectũ, uttamen una uita per Petrum, alia deſignatur per Iohannem. In eo etenim quod ait Petro dominus: Extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet
Iohan. 21. quo non uis, perfectionem exprimit actiuæ conuerſationis, quæ tentationum ſolet igne probari.

Vnde alibi de ea dicit apertius: Beati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiã. Cui recte ſubiungit, dicẽs: Matt. 5 Sequere me, q. nimirũ iuxta eiuſdẽ Petri uocem: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquẽs 1. Pet. 2 nobis exemplũ, ut ſequamur ueſtigia eius. Quod autem dicit de Iohanne, ſic eũ uolo manere donec ueniam, ſtatũ cõtemplatiuæ uirtutis inſinuat, quæ non per mortem finienda ut actiua, ſed per mortẽ eſt perfectius domino ueniente complenda. Actiuus namq; labor cum morte deficit, mercedẽ poſt mortem accepturus æternam. Quis enim in illa uita panem eſurienti dat, ubi nemo eſurit? Quis aquam ſitienti, ubi nemo ſitit? Quis mortuum ſepelit, ubi terra uiuentium eſt? Quis cætera opera miſericordiæ exercet, ubi nullus miſer inuenitur? Actionis ergo ibi labor nullus, ſed ſolus præteritæ actionis perpetuus remanet fructus. Speculatiua autem felicitas quæ hic inchoatur, illic ſine fine perficitur, quando & ſupernorum ciuium & ipſius domini præſentia, non per ſpeculũ & in ænigmate, ſicut nunc, ſed facie ad faciẽ uidebitur. Vnde recte de ea ſub typo diſcipuli quem diligebat, quemq; ſupra pectus ſuum fecit diſcũbere, dicit Ieſus: Sic eũ uolo manere donec ueniam. Ac ſi aperte dicat: Nolo guſtum ſpeculatiuæ ſuauitatis, quam maxime in ſanctis meis diligo, ſperantibus in protectione alarum mearum, inebriatis ab ubertate domus meæ, ſicut laborioſæ uſum actionis lœthi conditione finiri, ſed poſt mortem ſublimius me apparente, atq; in meę conſpectum maieſtatis illos perducente perfici. Sequitur: ¶ *Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc: & ſcimus quia uerum eſt teſtimonium eius.* Iam manifeſte beatus Iohannes ſuam perſonam deſignat ex officio, q̃ deſignare uitat ex uocabulo. Non autẽ p̄tereũter intuẽdũ q̃d dicit, q teſtimoniũ p̄hibet de his, & ſcripſit hęc. Perhibuit quippe teſtimonium uerbo dei prædicãdo, perhibuit ſcribendo, perhibuit denuo eadẽ quæ ſcripſerat docendo, perhibuit etiam nũc euangelium quod ſcripſit eccleſijs legendum pandendo. Siquidem à tẽpore dominicę paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis in cœlum, uſq; ad ultima Domitiani principis tempora, per annos circiter ſexagintaquinq; abſq; ullo ſcribendi adminiculo uerbum dei prædicabat. At ubi à Domitiano, qui ſecundus poſt Neronem chriſtianorum perſecutor extitit, in exiliũ miſſus eſt, irrumpentes in eccleſiam hæretici quaſi in deſtituta paſtore ouilia lupi, Marcion & Cherinthus & Hebion, cæteriq; antiChriſti, qui Chriſtum fuiſſe ante Mariã negabãt, ſimplicitatẽ fidei euangelicę peruerſa maculauere doctrina. Sed dum ipſe poſt occiſionem Domitiani, p̄mittẽte pio principe Nerua, rediret Epheſum, cõpulſus eſt ab omnibus pene tunc Aſiæ epiſcopis, & multarũ eccleſiarũ legationibus, de coæterna patri diuinitate Chriſti altius facere ſermonem, eo quod in trium euãgeliſtarũ ſcriptis, uidelicet Matthæi, Marci & Lucæ, de eius humanitate, ac de his quæ p hominẽ geſſit, ſufficiens ſibi uiderẽtur habere teſtimoniũ. Quod ille non ſe aliter eſſe facturum reſpõdit, niſi indicto ieiunio oẽs in commune dominum præcarentur, ut ille digna ſcribere poſſet. Et hoc ita patrato inſtructus reuelatione, ac ſpiritusſancti gratia inebriatus, omnes hæreticorum tenebras poteſtate facta: ſubito ueritatis luce diſpulit: In principio, inquiens, erat uerbum, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbũ. Similemq; initijs totũ ſermonis ſui curſum

moritur, ſed ſic eum uolo manere donec ueniam.
Quid enim aliud dixit Ieſus, niſi id quod eius uer-
bis ſignificabatur? Non enim tantum attendimus
uerba, quantum uerborum ſignificata. *Hic eſt diſci-
pulus ille qui teſtimonium perhibet de his, et ſcripſit, et
ſcimus qui uerum eſt teſtimonium eius.*

DE INNOCENTIBVS,

Matthæi. 2.



IN illo tempore angelus domini apparuit Ioſeph in ſomnis dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ Presbyteri.

DE morte precioſa martyrum Chriſti
Innocentiũ, ſacra nobis fratres chariſ
ſimi euangelica lectio recitata eſt, in
qua tamen omniũ Chriſti martyrum
precioſa mors eſt deſignata. Quod e-
nim paruuli occiſi ſunt, ſignificat per humilitatis
meritũ ad martyrij peruenienđũ gloriam, & quia ni
ſi cõuerſus fuerit quis, & effectus ut paruulus, nõ
poſſit animam dare ꝓ Chriſto. Quod in Bethleem.
& in omnibus finibus eius occiſi ſunt, oſtendit nõ
ſolum in Iudæa, unde eccleſiæ cœpit origo, ſed &
in oĩbus eiuſdem eccleſiæ finibus quacunq; p orbẽ
diffuſa eſt, pſecutionem ſæuituram pfidorũ, & pi-
orum patientiam eſſe coronandã. Qui bimi occiſi
ſunt, doctrina & operatione pfectos indicant. Qui
uero infra, ſimplices uel idiotas, fidei tamen non
fictæ, conſtantia fortes æque denunciant. Quod il
li quidem occiſi ſunt, ſed Chriſtus qui quærebat̃,
uiuens euaſit: inſinuat corpora quidem ab impijs
poſſe pimi, ſed Chriſtum ꝓ quo perſecutio tota ſe
uit, nullatenus eis uel uiuentibus uel occiſis poſſe
auferri, ſed eos ueraciter conteſtari, quia ſiue uiui
mus, domino uiuimus: ſiue morimur, domino mo-
rimur: ſiue enim uiuimus, ſiue morimur, domini ſu
Hier. 31 mus. Quod iuxta uaticiniũ Hieremiæ, uox in Ra-
ma, id eſt, in excelſo audita eſt, ploratus & ulula-
tus, manifeſte denunciat luctum ſanctæ eccleſiæ,
quæ de iniuſta membrorum ſuorum nece gemit,
non ut hoſtes garriunt, in uacuum cedere, ſed uſq;
ad ſolium aſcendere ſupni iudicis, & ſicut ꝓtomar
tyris Abel, ita etiam ſanguinem cæterorum mar-
tyrum de terra clamare ad Dominum, iuxta illud
Eccle. 35 uiri ſapientis: Non deſpiciet pces pupilli, nec uidu
am, ſi effundat loquelam gemitus. Nonne lachry-
mæ uiduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio
eius ſup educentem eas? A maxilla enim aſcendũt
uſq; ad cœlum, & dominus exauditor non delecta-
bitur in illis? Quod Rachel ploraſſe dicit filios ſuos,
nec uoluiſſe conſolari, quia non ſunt: ſignificat ec-
cleſiam plorare quidem ſanctorum de hoc ſeculo
ablationem, ſed non ita uelle conſolari, ut qui ſecu
lum morte uicerunt, rurſus ad ſeculi certamina ſe-
cum toleranda redeant, quia nimirum ultra non
ſunt reuocandi in mundum, de cuius ærumnis ſe
mel euaſerant coronandi ad Chriſtum. Rachel nã
que quæ ouis aut uidens deum dicit̃, eccleſiam fi-
gurate demonſtrat, cuius tota intentio ut uidere
deum mereatur, inuigilat. Et ipſa eſt ouis centeſi-
ma, quam paſtor bonus relictis in cœlis nonagin-
tanouem ouibus angelicarũ uirtutũ, abijt quærere
in terrã, inuentamq; ſuis impoſuit humeris, & ſic
reportauit ad gregem. Quæritur autem iuxta lite
ram, quomodo Rachel ploraſſe dicit̃ filios ſuos,
cum tribus Iuda quę Bethleem tenebat, non de Ra
chel, ſed de ſorore eius Lya orta fuerit? Vbi tamẽ
facilis patet reſpõſio, qui non tantũ in Bethleem,
uerum etiam in omnibus finibus eius pueri ſunt o-
mnes trucidati. Tribus autẽ Beniamin quæ de Ra
chel orta eſt, ꝓxima fuit tribui Iudæ. Vnde meri-
to credi debet, q̃d plaga crudeliſſimæ necis nõ pau
cos etiam Beniamineæ ſtirpis pueros inuoluerit,
quos ꝓgenies Rachel elata in excelſum uoce plo-
rauerit. Poteſt & aliter intelligi, quia iuxta Beth-
leem ſepulta eſt Rachel, ſicut titulus monumenti
eius manens uſq; hodie teſtat̃ ad occidentem ciui-
tatis, ultra uiã q̃ ducit Hebrõ, quod ea quæ in loco
eodẽ agebant̃, ipſa egiſſe ꝓphetico locutionis mo-
do recte dicat̃, cuius corpore & nomine locus ille
fuerat inſignis. Quod dominus ipſe ne occideret̃
ab Herode, ſublatus eſt à parentibus in Aegyptũ
ſignificat electos ſæpius malorum imꝓbitate ſuis
effugandos ſedibus, uel etiam exilio damnandos.
Vbi ſimul exemplum datur fidelibus, ne dubitent
rabiem per ſequentium ubi opportunum fuerit de
clinare fugiendo, cum hoc deum ac Dominum ſuũ Matt. 10
feciſſe meminerint. Siquidem ipſe qui erat ſuis p̃s
cepturus, Cum uos perſecuti fuerint in ciuitate i-
ſta, fugite in aliam: prius fecit quod præcepit, fu-
giendo hominem quaſi homo in terra, quem Ma-
gis pauloante monſtrauit ſtella in cœlo. Quod oc-
ciſis pro domino pueris, Herodes non longe poſt
obijt, & Ioſeph monente angelo dominũ cum ma-
tre ad terram Iſrael reduxit, ſignificat omnes per-
ſecutiones quæ contra eccleſiam erant mouendæ,
ipſorum perſecutorum morte uindicandas, eiſdẽſ-
que mulctatis pſecutoribus, pacem eccleſiæ denuo
reddendam, & ſanctos qui latuerant, ad ſua loca
eſſe reuerſuros. Herodes quoque in diabolo etiam
nunc fremit, & auferri ſibi iniquitatis ſuæ regnum
in his qui ad Chriſtũ tranſeunt, ingemiſcit. Vnde ſi
paruulos interficiat, Ieſum ſibi uidetur occidere.
Quod utiq; ſine ceſſatione molit̃, dum primordijs
renatorum ſpiritumſanctum abripere, & quandã
teneræ fidei infantiam tentat extinguere. Quod
Rachel, id eſt eccleſiam, ſeu animam fidelem plo-
rare, & ſuos ac proximorum filios, uidelicet ope-
ra, oportet. Poſſumus quoq; odium Herodis quo
perdere Ieſum uoluit, ſuper perſecutionibus quæ
apoſtolorum ſuue temporibus factæ in Iudæa,
ſpecialiter accipere, quando inualeſcente inuidia,
prædicatores uerbi ſunt pene omnes expulſi de
prouincia, & in gentibus prædicaturi ſunt longe
lateque diſperſi. Sicque factum eſt, ut gentilitas
quæ per Aegyptum figuratur peccatis ante tene-
broſa, lumen uerbi perciperet. Hoc eſt enim pue-
rum Ieſum & matrem eius per Ioſeph in Aegyp-
tum transferri, fidem ſcilicet dominicæ incarnati-
onis & eccleſiæ ſocietatem per doctores ſanctos
gentibus committi. Quod erant in Aegypto uſq;
ad obitum Herodis, indicat figurate p fidem Chri-
ſtum in gentibus manſurum, donec plenitudo ea-
rum introeat, & ſic oĩs Iſrael ſaluus fiat. Obitus
quippe Herodis, terminum intentionis malitioſę,
quæ nunc contra eccleſiã in Iudæa ſæuit, inſinuat.
Occiſæ turbæ paruulorum mortem humilium ſpi-

ritu, quos à ſe fugato Chriſto Iudæi perimere conantur, deſignant. Quod autem defuncto Herode redit ad tercam Iſrael Ieſus, finem ſeculi denunciat, quando Enoch & Elia prædicantibus, Iudęi ſopita modernæ inuidiæ flamma, fidem ueritatis accipient. Et bene cum Iudæā deſerit, fugere & hoc in nocte dicitur. Cū uero reuertitur in eā, non ſolū neq; fugę, ſed nec noctis fit mentio, quia nimirū quos ob pctōrū tenebras olim perſecutores reliquit, ipſos ob lucē fidei tandem ſe quærente: reuiſit. Quod dānsto licet Herode, Ioſeph timore Archelai filij eius in Iudæam, ubi metropolim habebat, ire formidans, monēte angelo in Nazareth Galilææ ſeceſſit, ultima eccleſiæ præſentis tempora deſignat, quando pro ea quæ nūc eſt uniuerſali gētis illius cæcitate, qua Chriſtianos inquantum ualet perſeqni non deſiſtit, acrior in quibuſdam Antichriſti perſecutio conſurget. Et quidē plurimis ad prædicationem Enoch & Eliæ à pfidia cōuerſis, ſed cæteris ad inſtinctum Antichriſti tota intētione contra fidem dimicantibus. Pars igitur Iudææ in qua regnabat Archelaus, pfidos Antichriſti ſequaces oſtendit. Porro Nazareth Galilææ q̄ Dominus transfert, partem gentis illius quę tunc tēporis fidem Chriſti eſt ſuſceptura, deſignat. Vnde bene Galilæa perpetrata tranſmigratio, Nazareth flos aut uirgultū eius interpretatur: quia nimirum ſancta eccleſia q̄ ardētiore deſiderio ab his quæ in terris uidet, ad cœleſtia ꝓmerenda tranſmigrat, eo maiore ſpiritualium abundat flore atq; germine uirtutū. Vnde oportet nos fratres chariſſimi, qa primitias martyrū hodierna feſtiuitate ueneramur, de æterna quę in cœlis eſt martyrū feſtiuitate ſedulo cogitemus, eorū q; ueſtigia inquantū poſſumus ſequēdo, & ipſi eiuſdē feſtiuitatis ſupernæ participes exiſtere curemus, teſtāte Apoſtolo:

2.Cor.5 Quod ſi ſocij paſſionum fuerimus, ſimul & conſolatiōum erimus. Nec tam de morte eorū lugeamus, q̄ de iuſta palmæ pceptione lætemur. Siquidē ſingulos eorū cum p tormenta pellerentur ex hac uita, Rachel gemebunda.i. ſancta eccleſia quæ genuit, luctu lachrymisq; ꝓſecuta eſt, ſed iam hinc expulſos ſupna Hieruſalem, q̄ eſt mater omnium noſtrum, mox in aliam uitā obuijs lætitiæ miniſtris excepit, atq; in gaudium dñi ſui ppetuo coronan-

Apoc.7 dos introduxit. Vnde dicit Iohannes: Stabant ante thronū & in cōſpectu agni amicti ſtolis albis, & palmę in manibus eorum. Stāt eñi mō añ thronum dei coronati, q quondā añ thronos iudicum terrenorum iacebāt pœnis attriti. Stāt in conſpectu agni, nulla ratione illic à cōtēplanda eius gloria ſeparādi, à cuius hic amore nec p ſupplicia poterant ſeparari. Stolis effulgēt albis, & palmas in manibus habent, quia pmia in opibus habēt, dum corpora quæ pro domino ignibus ac beſtijs dilacerari, flagris abſumi, per præcipitia diſſolui, ungulis abradi, omnimodo pœnarum genere paſſi ſunt diſſipari, per reſurrectionem glorificata recipiūt. Et clamabant, inquit, uoce magna, dicentes: Salus deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & agno. Magna uoce ſalutem deo decantant, qui magna gratiarum actione recolunt, non ſua ſe uirtute, ſed ipſo auxiliante tribulationum impugnantiū ſupaſ-

Ibidem. ſe certamina. Dicit iterū eorum & pręteritos agones, & coronas deſcribens perpetuas: Hi ſunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas, & dealbauerūt eas in ſanguine agni. Stolas qppe martyres in ſanguine lauerunt, dum mēbra ſua quæ oculis inſipientium uiſa ſunt pœnarum ſqualore fœdari, ſic potius fuſo pro Chriſto ſanguine, ab oibus mūdauere contagijs. Inſuper & beata immortalitatis luce digna reddidere, q̄d eſt lotas etiam dealbaſſe ſtolas in ſanguine agoi. Ideo ſunt, inquit, ante thronum dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius. Non eſt laborioſa, ſed amabilis, & optanda ſeruitus, in dei laudibus perpetuo aſſiſtere. Dies quippe & nox, non uiciſſitudinem tēporis proprie, ſed perpetuitatē tēpoiꝰ ſignificant. Nox enī nō erit illic, ſed dies una melior in atrijs Chriſti ſuper millia, in qua nō plorat Rachel filios ſuos ſed abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. ant Dꝙ uocem lætitiæ & ſalutis æternæ, in tabernaculis iuſtorū, ei qui uiuit & regnat deus p omnia ſecula ſeculorum. Amen. Apoc.2

DE EODEM FESTO, SERmo ſancti * Seuerini.

Seueriani

ZElus quo tendat, quo proſiliat liuor, inuidia quo feratur, Herodiana hodie pateſecit immanitas. Quæ dum temporalis regni æmulatur anguſtias, æterni regis ortū molitur extinguere. Tūc Herodes, inqt, uidens quia illuſus eſt à magis, miſit ad Bethleem, & occidit omnes pueros q erant in ea, & in oibus finibus eius. Videns qa illuſus ē. Dolet impietas ſe eſſe illuſam, dilatās ſe crudelitat furit. Fremit doloſitas ſe deceptā, & in ſe fraus reuerſa colliditur. Herodes ſtridet cadens ipſe in laqueum quem tetendit, hinc iniquitatem quam conſiderat, euaginat. De fide perfidiæ ſumit arma, terreno quærit furore, quem natum cœlitus non credit. Ad ſinus matrum militum cogit caſtra, inter hubera arcem pietatis oppugnat. In teneris huberibus ferrum durat, lac fundit antequam ſanguinem, dat ante mortem ſentire quàm uitam, tenebras ingerit intrantibus lucem. Sic agit magiſter mali, miniſter doli, iræ artifex, inuentor ſceleris, impietatis autor, pietatisp rædo, inimicus innocentiæ, hoſtis naturæ, ſuis peior, peſſimus ſibi, quem Chriſtus non ut euaderet, ſed ne uideretur, aufugit. In altum tendens, cadit ab alto. Cœlum pulſans, intrat profundum, & in ſe uadit cum nadit in Deum. Se occidit, qui uitam conatur occidere: quia capere non poteſt perditionem ſalus, occiſionem uita, æternitas finem. O ambitio quàm cęca ſemper, o quàm præſumptio peſſima, o quàm pdit conceſſa, qui inconceſſa captat. Herodes obſidens terrenum regnum, impugnat cœleſte. Terrenis inhians, irruit in diuina, ipſamq; pietatem inſectatur. Audierat natum regem: deſtinatus ad ſcelus, ad piaculū promptus, paratus ad crimen, cauſas innocentiæ non requirit, ius abnegat, cōfundit faſq; nefaſq;. Cui nequitia eſt ſodalis, cui odioſa ē æquitas, iniquitas eſt ſemper amica, qui cædibus uiuit, qui ſe munit ſanguine, qui crudelitatibus fæuit, cui de timore ſtat totum, de amore nihil conſtat. Herodes tunc cæcus ſic Chriſtum gladijs quærit, inueſtigat cruore, crudelitate rimatur ſucceſſorem timens, inceſſit in autorem, premit innocētes, uolens innocentiam deperire, innocentis cauſam facit nocentiū crimen. Munus nati, natorū uertit in pœnā. Autoris ortum, orientium mandat occaſum. Negocium ſaluantis, ſaluandorum iubet eſſe diſcrimen. Quorum lingua tacuit, oculi nihil uiderūt, nihil audierūt aures, manus nihil fecerūt, & qbꝰ actus nullus eſt, unde culpę ſumpſerūt mortē, qui uiuere neſcierūt? Quibus apud Herodē ſolum quod nati ſunt, hoc fuit crimē. Quid? Chriſtus

futuro-

futurorum præſcius,conſcius ſecretorum,cogita
tionum iudex ,mentiom perſcrutator,quare de-
ſeruit quos ſciebat quærendos eſſe propter ſe, &
propter ſe nouerat occidendos? Natus rex,& rex
cœleſtis, quare neglexit milites innocentiæ ſuæ?
Coætaneũ ſibi quare cootempſit exercitum? Qua
re cunabulis ſuis deputatas excubias ſic reliquit,
ut regẽ ſolũ quæſiturus hoſtis,totum grassaretur
in militem? Fratres,Chriſtus non deſpexit ſuos
milites,ſed pronexit,quibus ante dedit triũphare
quàm uiuere,quos fecit capere ſine concertatione
uictoriam,quos donauit coronis antequam mem-
bris,quos uoluit uirtutibus uitia præterire,ante
cœlum poſſidere quàm terrã. Præmiſit ergo Chri
ſtus ſuos milites, non amiſit. Recepit ſuas acies,
non reliquit. Beati quos natos martyrio uidemus
eſſe,non ſeculo. Beati qui labores in requiẽ, in re-
frigerium dolores, mœrores in gaudium commu-
tarunt. Viuunt uiuunt, quia uere uiuunt, qui pro
Chriſto merentur occidi. Beati uentres qui porta-
uerunt tales. Beata hubera quæ ſe talibus infude-
runt. Beatæ lachrymæ quæ pro talibus fuſæ fleti-
bus gratiam baptiſmatis contulerunt. Nam diuer
ſo mõ,dono uno, io lachrymis ſuis martyres ſuo
ſanguine baptizantur, in martyrio filiorũ matres
paſſæ ſunt. Nam gladius filiorũ pertranſiens mem
bra,ad matrum corda deuenit, & ideo neceſſe eſt,
ut ſint præmij conſortes,quæ fuerunt ſociæ paſſi-
onis. Arridebat paruulus occiſori, gladio adio-
cabatur infantulus. Nutricis loco attendebat la-
ctεos percuſſoris horrorẽ, neſcia ætas lucis mortis
cura gaudebat, infans filius omnem hominem non
hoſtem reſpicit,ſed parentem. Matres matres tu-
lerunt qcqd angoris extitit & doloris,& ideo nõ
carebũt martyrũ gaudio,martyrij lachrymas quę
fuderunt. Hoc loco attẽdat auditor,attẽdat ut in-
telligat martyrium non conſtare per meritũ, ſed
uenire per gratiam. In paruulis quæ uoluntas, q̃d
arbitrium,ubi captiua fuit & ipſa natura? De mar
tyrio ergo demus totũ Deo, nihil nobis. Vincere
diabolũ,corpus tradere, contemnere uitia,tor-
menta expendere,laſſare tortorem, capere de in-
iurijs gloriam,de morte uitam,nõ uirtutis huma-
næ,ſed muneris eſt diuini.

SERMO IOHANNIS Chryſoſtomi in natali Innocentium.



DEdicatur nouus ab infantibus ſermo ſanctis laudibus Chr̃i. In
gloriam domini primam
uocem aperiunt Innocen
tes. Fiunt diſerti laude, q
fuerũt imperiti ſermone.
Offerunt Dño primitias
linguæ,nouos oris immo
lãt fructus,uerborũ prin-
cipia libant. Infantia enim quæ p ætatem loqui nõ
poterat,glorias dei cũ gaudio reſonabat. Norunt
laudare Chriſtũ,qui loqui non norãt. Fiunt periti
laude,qui fuerãt imperiti ſermone. Oſtendũt lau-
dibus Chriſtum,ſuffragijs prædicãt Chriſtũ. Fiũt
interea pueri ſine magiſtro diſerti, docti ſine do-
ctore,periti ſine eruditore. Agnoſcunt Chriſtum,
pdicant dñm, nõ quẽ perſuaſio humana docuerat,
ſed quẽ diuinitas innocẽtibus inſpirabat. Ceſſant
eñ humana,cũ diuina tractan̄t,qa humana ipa ,p-
deſſe nõ poterãt,niſi diuinorũ ſolatio ſubleuẽtur.
Neceſſe ẽ eñ terrena ſuccũbere,cum cœleſtia pdi-
can̄t,naturalia ſilere,cũ uirtutes loquun̄t. Erigit
itaq; infantiũ ętas in laudẽ,quę delictorũ nõ noue
rat crimẽ. Dignus à dignis laudat̄,& innocẽs inno
centiũ teſtimonio pdicat̄. Accipiũt enim à Chriſto,
& reddũt: cõſequun̄t,& referũt. Vno enim tpe &
q dederat recipit, & q acceperat reddit, uno in q̃
tpe ſua Chr̃o reddun̄t,dũ eius laudes illi ab infan-
tibus referun̄t. Diximus de laude infantiũ,qd de la
ctentiũ laudibus ,pferemus: q̃rũ laudẽ inuenire nõ
poſſumus, niſi eos ipſos q laudauerint nouerimus.
Qui ſint,ubi ſint,q̃ laudẽ intulerint,q̃ro,q loq non
norãt? Neq; enim ætas illa poterat poſſe, q̃d natu-
ra nõ dederat, aut celebrari à talibus poterat, q̃d
inſtitutio denegabat. Dicũt nanq; dño laudes tru-
cidati ab Herode,lactẽtes loquun̄t ſanguine q̃d lin
gua non poſſunt. Paſſione canunt,q̃d ſermone non
norunt,occiſi pdicãt,q̃d uiui non poterãt. Nec no-
num quid dicit̄, ut innocẽs ſanguis aut deo referat
laudes,aut ſuas indicet paſſiões,cum Abel ſanguis
clamet ad cœlũ,aut occiſorũ aïæ ab altari uocife-
rentur ad deũ. Cõtulit martyriũ laudẽ,quibus ne- Gen. 4
gauerat natura ſermonẽ. Licuit ſanguine clamare,
qbus narrare non licebat uoce: licuit ſanguine loq
quibus lingua loq nõ licuit. Miſcent cum Domino
colloquia,quibus humana negata ſunt uerba. Sed
enim occiſis innocentibus iſtis, impleta ſunt ,p-
phetiæ uerba dicentis: Vox in Rama audita eſt fle- Matt. 2
tus & plorationis Rachelis flẽtis filios ſuos, & no Hiere. 31
luit conſolari,quia nõ ſunt. Rachelẽ primo eccle-
ſiæ eſſe pſonam,nemo eſt q abnuat,nemo qui ali-
ud cõtra ueritatẽ defendat. Sed duo in illa diuerſa
conſpicio,fletus & conſolationis contẽptus. Si eñ
fleuit,cur conſolari contẽpſit? Aut quæ conſolari
contẽpſit,cur fleuit? Aut quomodo competit con
ſolari noluiſſe,cui cõpetit flere? Cur autẽ flere nõ
debuit,quæ conſolari contẽpſit? aut conſolari de-
buit,quæ flere non potuit,cũ manifeſtum ſit fletus
conſolatiõe tergi? Vel certe cur indiguit flere,quę
non indiguit cõſolationis ſermone? Sed noluit,in-
quit ſcriptura conſolari,qa non ſunt,id eſt, noluit
conſolari,qa ſunt. Si idcirco uoluit conſolari quia
ſunt,quõ uoluit flere quaſi illos q nõ ſunt? Sed ut
cõpendio iam diuerſitatum cauſa reddatur,condi-
tio à matre defleti,ſed ſpe gloriæ conſolatio huma
na contemnit̄. Pietatis affectus in fletibus declara
tur, ſed occiſorum gloria repudium conſolationi
indicit. Pugnant enim in matre affectus & fides,
humanitas cum deuotione concertat, plangit affe
ctus,ſed fides exultat: deflet humanitas,ſed deuo-
tio conſolatur. Licuit enim matri humanitus flere
cui non licuit conſolatione humanitus indigere.
Ideo & Dominus Chriſtus in Lazaro fleuit, nec
tamen ipſe quoq; cuiuſquam conſolatione indigu-
it,quia hominis fuit quod fleuit,cũ manifeſte De-
us ſit qui Lazarum ſuſcitauit. Sed o beata lactenti
um gloria,quibus pro Chriſto contigit dedicare
martyria. Expungunt tempore uno natiuitatem
& mortem,ingreſſum & exitum, principiũ & oc-
caſum,ut ipſis poſſet tempore uno,ut dixi,contin-
gere,& naſcendo ingredi mundũ,& dedicare mar
tyrio cœlum. Probat nouos exercitus Chriſtus,ru-
des milites deſignat, legiones lactentes uictoria
ppetrata coronat. Fiunt pro Chriſto uictores,q æ-
tate fuerũt coæq̃les: fiunt inquã infantes ſine cer-
tamine

tamine fortes,ſine pugna uictores. Norunt uince
re,qui pugnare nō norant. Exiſtunt uictoriæ com
potes,qui fuerant ætate imbelles. Mercantur pœ-
na martyrium,gloriam ſanguine cōparant, æter-
nam uitam temporali morte commutant. Nec ti-
muit ætas illa mortem,nec horruit. Timere enim
nō potuit,q̄ timere non nouit. Tranſmittit Infan-
tes,infans Chriſtus ad cœlū,offert noua xenia pa-
tri,primitias fructuū exhibet genitori. Oſtēdit fu
turam fœcundiſſimam meſſem,dum in ſemine tan
tam exhibet ubertatem. Deriſit ſe,deriſit hoſti-
lis immanitas,quę putauit turbare poſſe cōſilium
dei,gloriam Chriſti,ſalutem neceſſariam mundo.
Sed contulit infantibus multis martyriū, dum in-
Matt,2 fantem quærit occidere Chriſtum. Præſtat hoſtis
dum nocet,beneficium tribuit cum occidit,inuide-
ret enim eorum gloriæ ſi amaret. Sed aliæ ſunt ter
reſtres pugnæ, aliæ cœleſtes uictoriæ. In prælio
Chriſti moriendo uiuitur,cadendo ſurgitur,uicto
ria per interitum comparatur.

ITEM SERMO SANCTI Auguſtini.

HOdie fratres chariſſimi natalem illorū
infantium colimus quos ab Herode cru-
deliſſimo rege interfectos eſſe, euange-
lij textus eloquitur. Et ideo cum ſumma
exultatione gaudeat terra cœleſtiū mi-
litum,& tantorum parens fœcunda uirtutum. Ec
ce prophanus hoſtis nunquā beatis paruulis tan-
tum prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profu-
it odio. Nam ſicut ſacratiſſimum præſentis diei ſe
ſtum manifeſtat,quantum in beatos paruulos ini-
quitas abundauit,tantum in eis gratia benedicti-
onis refudit. Beata es o Bethleem terra Iuda,quæ
Hærodis regis immanitatem in puerorum extin-
ctione perpeſſa es,quæ ſub uno tempore candida
tam plebem imbellis infantiæ Deo offerre merui-
ſti. Digne tamen natalem illorum colimus, quos
beatius æternæ uitæ mūdus edidit,quàm quos ma
ternorum uiſcerum partus effudit. Siquidem ante
uitæ perpetuę adepti ſunt dignitatem, quam uſu-
ram præſentis acceperint. Aliorum quidem preci
oſa mors martyrū laudē in confeſſione ꝓmeruit,
horum in conſummatione cōplacuit, quia incipiē
tis uitæ primordijs,ipſe eis occaſus initium glo-
riæ dedit,qui præſentis terminum impoſuit,quos
Herodis impietas lactentes matrū uberibus ab-
ſtraxit. Qui iure dicuntur martyrum flores, quos
in medio frigore infidelitatis exortos, uelut pri-
mas erumpentes eccleſiæ gemmas,quædam perſe
cutionis pruina decoxit. Et ideo dignū eſt interfe-
ctis pro Chriſto infantibus honores impendere
& cæremonias,nō dolores:ſacramētis dare uota,
non lachrymis:qa ipſe illis fuit cauſa pœnæ,q exti
tit & coronę: ipſe odij cauſa q pręmiū. Parāte au-
tem Herode paruulis necem, Ioſeph per angelum
admonet̃ ut Chr̄um D̄n̄m noſtrum in Aegyptum
trāsferat,Aegyptum idolis plenam. Nam poſt Iu-
dæorum pſecutionem,& ad occidendū Chriſtum
prophanæ plebis aſſenſum,Chriſtus ad gētes ido-
lis deditas tranſire dignat̃,& Iudæam relinquēs,
ignoranti ſeculo colēdus infertur. Et quia ex ſcri-
pturis diuinis fratres chariſſimi,bonos & iuſtos ui
ros perſecutionē malorum ſemp ſuſtinuiſſe cogno
ſcimus,ſi diligenter conſideramus, inueniemus il-
los maiora ſupplicia ſuſtinere. Omnis enī homo
qui alium in corpore pſequitur,prius ipſe in corde
perſecutionem ſuſtinere cognoſcitur. Nam ſi etiā
illi quem perſequitur,aliquid de ſubſtantia ſua tu-
lerit,magis ſibijpſi diſpendium facit,quia nemo ha
et iniuſtum lucrum ſine iuſto damno. Vbi lucrum,
ibi & damnum. Lucrum in arca,damnum in cōſci-
entia. Tollit ueſtem,& perdit ueſtem:acquirit pe-
cuniam,& perdit iuſtitiam. Sed hoc homines id-
eo faciunt,quia diem nouiſſimū attendere nolunt.
Si enim diem mortis ſuę cogitare iugiter uellent,
animum ſuum ab omni cupiditate uel malitia co-
hiberent. Sed quod modo nolunt ſalubriter cogi-
tare,neceſſe habent poſtea ſine ullo remedio ſuſti-
nere. Veniet enim illis dies nouiſſima,ueniet & di-
es iudicij,quando eis nec pœnitentiam licebit age
re,nec bonis opibus ſe ab æterna morte poterunt
redimere,quia percutitur etiā hac animaduerſio-
ne peccator,ut moriens obliuiſcatur ſui, qui dum
uiueret oblitus eſt dei. Veniet dies iudicij,quando
mouebunt fundamenta montium,& ardebit terra
uſq; ad inferos deorſum,quando cœli ardētes ſol-
uentur, quādo ſol obſcurabit̃,& luna non dabit lu
men ſuū. quando ſtellæ cadēt de cœlo,quando pec
catores & impij mittentur in ſtagnū ignis, & fu
mus tormentorum illorum aſcendet in ſecula ſecu
lorum,ubi fletus & ſtridor dentium. Veniet tēpus
fratres chariſſimi,quando nulli bono erit male,nul
li malo erit bene. Veniet inq̄ nouiſſima dies,quan-
do diſcernentur pij ab impijs,iuſti ab iniuſtis,lau- Matt. c4
datores dei à blaſphematoribus dei. Veniet & qū
diſcernentur,ut nulli,ſicut dictum eſt, bono ſit ma
le,nulli malo ſit bene. Quare ergo modo non ſit?
Forte & modo ſit. Sed quod nūc eſt in occulto,tūc Apoc.10
erit in manifeſto. lege ſcripturam diuinam. Ingre-
dere mecum ſi potes in ſanctuarium dei. Forte ibi
ſi poſſum,docebo te,imo diſce mecum ab eo q do-
cet me,& nunc non eſſe malis bene, & melius eſſe
bonis q̄ malis,quāuis nondū uenerit bonorum ple
na felicitas,nondumq; uenerit malorum pœna no-
uiſſima. Si legem dei diligenter attendis,forte in-
telligis mecum non eſſe bene malis. Rogo enim te
& quæro abs te,tibi quare male eſt? Reſpōſurus
es: Egeſtas angit,premit difficultas,dolor fortaſ-
ſe membrorū,timor ab inimico. Tibi ideo male ē,
qa pateris mala,& bene eſt illi,qui eſt ipſe malus?
Multū intereſt inter malū pati,& malum eſſe. Tu
quod pateris non es. malum enim pateris, ſed tu
malus nō es. ille hoc malum non patitur,& malus
eſt. Noli ergo falli. Nō poteſt fieri ut tibi male ſit,
quia pateris malū, & illi bene ſit q eſt malus. q em̄
malus eſt,putas quia non patit̃ malum, cum patit̃
ſeipſum? Tibi male eſt,quia malum alienū pateris
in corpore tuo,& illi bene eſt qui malum ſeipſum
patitur in corde ſuo? Tibi male eſt qui forte malā
habes uitā,& bene eſt illi qui malā habet animā?
Eſto bonus,qui habes bona. Bonæ ſunt diuitiæ,
bonum eſt aurum,bonum eſt argentum, bonæ fa-
miliæ poſſeſſiones. Omnia iſta bona ſunt, ſed unde
facias bene,non quæ te faciant bonum. Habeto bo
na quæ te faciant bonum. Quæ ſunt, inquis, iſta?
Fac iudicium & iuſtitiam. Bona ſunt quæ habes,
fac iudiciū & iuſtitiam:eſto & tu bonus inter bo-
na tua,erubeſce bonis tuis. Eſto bonus manſurus
inter bona tua peritura,erubeſce bonis tuis. Noli
eſſe malus in eis,ne pereas cum eis. Ita ergo aurū
& argentum diſtribuit hominibus conditor rerū
& adminiſtrator Deus,ut ipſum per ſe natura &
& genere ſuo bonum ſit, copia uero eius non ex-
tollat bonos, nec elidat inopia. Malus autem ho-
mo & cum offertur excæcatur,& cū aufertur, ex-
crucia-

cruciatur:quia & cũ acquiruntur diuitiæ, falſam
lætitiam tribuunt:& cum perduntur, ueram triſti-
tiam derelinquunt. Diſcamus amare ueras diuiti-
as, id eſt, caſtitatem & iuſtitiam, pacem & miſe-
ricordiam. Iſtæ enim iuſtæ dicunt̃ diuitiæ, quia bo-
nis meritis iuſtisq́ tribuuntur. Iſtæ ueræ dicũtur
diuitiæ, quia quiſquis eas habuerit, non egebit: dũ
1. ad Timo.6 iuxta Apoſtolum, Habens uictum & ueſtitum, his
contentus eſt. Iſtas uero terrenas diuitias iniuſtũ
eſt putare diuitias, quæ non auferunt egeſtatem.
Tanto enim magis quiſq; ardebit egeſtate auari-
tiæ, quanto magis eas diligens maiores habuerit.
Quomodo ergo ſunt diuitiæ, quibus creſcat ino-
pia, quæ amatoribus ſuis quanto fuerint amplio-
res, non afferunt ſatietatem, ſed inflammant cupi-
ditate diuitĩ? Tu putas quia minus indigeres, ſi mi-
nus haberes: unde bñ quidã dixit: Creſcit amor nũ-
mi quantũ ipſa pecunia creſcit. Cum pecuniæ eñ
incremẽto, rabies cupiditatis augetur. Nam oẽs
auari, uel cupidi, uelut hydropis morbo ægrotare
uident̃. Quomodo enim hydropicus quanto plus
bibit, tanto amplius ſitit: ita auarus uel cupidus ac-
quirendo non ſatiatur. Nos uero fratres cogitan-
tes peregrinos nos & hoſpites eſſe in hoc ſeculo,
hoc tantum ad q̃d uictum & ueſtitũ opus eſt nobis
in itinere uitæ iſtius, reſeruemus, & quantum poſ-
ſumus in æternam beatitudinem per eleemoſynã
pauperum dirigamus, ut cũ in die iudicij cupidi &
auari pro ſterilitate bonorũ opum audire meruе-
Matt.25 rint: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum:
nos pro bonis operibus audire poſſimus: Venite
benedicti, percipite regnum, quia eſuriui, & dedi-
ſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere:
nudus fui, & operuiſtis me. Ad iſtã benedictionẽ
uos Dominus ſub ſua protectione pducat, cui eſt
gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

SERMO DE SILENTIO.

Sapie.18. CVm medium ſilentium tenerent omnia. Tria
ſunt ſilentia. Primum ſilentium eſt ignorantia
languoris, ſecundum ſilentium eſt deſperatio
curationis, tertium ſilẽtium eſt adeptio ſanitatis.
Primum ſilentium fuit ante legem, ſecundum inter
legem & gratiam, tertium erit poſt hanc uitam.
Primum ergo ſilentiũ, quando homo non agnouit
morbum ſuum, & ideo ſiluit, nec quærebat reme-
dium. Sed poſtquam lex ſubintrauit, & oſtendit
languidis uulnera ſua, ſtatim ruptum eſt ſilentium
& cœperunt mox ægri ſalutem quærere. Sed quia
per opera legis ubi ſalus non erat, ſaluari uolebãt,
quod quærebant inuenire non potuerunt. Tãdem
igitur conſiderans homo per legem neminem iu-
ſtificari poſſe, quaſi per diuturnos clamores fatiga-
tus, & iam deſperans, rurſus loqui ceſſauit, & ſub-
ſecutum eſt ſecundum ſilentium. Tunc ergo omni-
potens uerbum Dei patris in carne ueniens, rupit
ſilentium, locutum eſt pacem, dedit gratiam, pro-
poſuit miſericordiam, promiſit ueniam, & cœpe-
runt ægri currere ad medicum, & quaſi magnis
clamoribus, ſic pura fide cordis & uera confeſſio-
ne oris flagitare remedium. Hoc itaq; nunc in præ-
ſenti uita agitur, ut homo per gratiam Dei ſanita-
tem recipiat. Sed cum plenam ſanitatem recepe-
rit, & ad illam felicitatem immortalitatis perdu-
ctus fuerit, non erit amplius quod petat. Et tunc
ſequetur tertium illud beatum ſilentium quod nũ-
quam habebit finem. Inter primum & medium ſi-
lentium multa ſonuerunt uerba, ſed inter medium
& ultimum ſilentium ſonat unum uerbum. Multa
uerba fuerunt, multiplicia legis mandata, quæ per
Moyſen data eſt. Vnum uerbum eſt gratia dei, quę
per Ieſum Chriſtũ facta eſt, uel potius Ieſus Chri-
ſtus eſt. Moyſes famulus dei multa uerba, multos
ſermones protulit, deus pater unum uerbum, u-
num ſermonem miſit. Sed ſermones Moyſi omni-
potentes non fuerunt, quia quod dicebant, facere
non potuerunt: & ideo tandem quando in promiſ-
ſione deficiendo ſiluerunt, tunc omnipotens uer-
bum uenit, ſermo dei qui non ſolum dixit, ſed quæ-
cunq; uoluit fecit. Iſte ſermo, iſtud uerbum adhuc
loquitur, quandiu in fidelibus ſuis promiſſiones ſu-
as operatur. Atq; cum promiſſa impleuerit, quaſi
tunc loqui ceſſabit: cum autẽ promiſſa impleta fu-
erint, quia amplius quod petatur non erit, felix in
ſempiternum ſilentium erit. Dum ergo medium ſi-
lentium tenerent omnia, bene omnia, hoc eſt, non
ſolum illi qui in petitione deſperabant, ſed & illi
qui in promiſſione defecerant, & nox in ſuo curſu
medium iter haberet. Nox etenim in ſacra ſcri-
ptura aliquando pro diabolo, aliquando pro mem-
bris eius, id eſt, peccatoribus & iniquis, aliquan-
do pro ipſo peccato, aliquando pro præſenti uita
accipitur. Per noctem ergo in hoc loco mortalis
huius uitæ fluxus ſignatur, ſicut per diem illibi cla-
ritas uitæ perpetuæ. Nox iſta habet ueſperam, di-
es illa habet auroram. Veſpera uero præſentis no-
ctis fuit inclinatio huius diei: aurora uero illius di-
ei, inclinatio præſentis ſeculi. Veſpera quoque hu-
ius noctis fuit ex quo Adã peccauit, donec acce-
pta mortis ſententia à paradiſo expulſus in tene-
bras huius mundi exijt. Aurora ſequentis diei eſt
à reſurrectione Chriſti uſq; ad finem ſeculi, ergo
iſta uita nox eſt. Sed qs eſt curſus uitæ iſtius? Vi-
deamus q̃ currat. Per mortalitatem currit ad mor-
tem, per mortem currit ad damnationem. Igit̃ ui-
ta mortalis deorſum currit, ſicut uita immortalis
ſurſum. Iter ſurſum eſt in cœlis, iter deorſum eſt in
inferis, iter mediũ ſtadiũ uitæ præſentis, quod na-
ſcendo intramus, uiuendo percurrimus, moriẽdo
eximus. Quando ergo nox in ſuo curſu medium i-
ter habuit, niſi quãdo mors uniuerſos quos in ſta-
dio uitæ præſentis reperit, ſecum ad inferos tra-
xit, & nemo adhuc mortalium ad uitam immorta-
lium aſcendere potuit? Vel per noctem accipere
poſſumus pctũm, & quæ uidelicet nox ab origina-
li pctõ cœpit, & p actualia currit. Qñ ergo poſt o-
riginalẽ ꝑuaricationẽ, primũ ꝑuaricatione natura-
lis legis, ac deiñ ſcriptæ legis præuaricatione ſuc-
cedente, peccatum ad ſummum incrementũ uene-
rat, quaſi nox in ſuo curſu mediũ iter habebat. Sed
iſta nox uera luce apparẽte, mox deorſum uerge-
re cœpit, & nunc quaſi quadã alterna mutatione
paulatim decreſcens elongatur, quouſq; lux cre-
ſcendo ad plenam diẽ perueniat. Vide ergo orna-
tiſſimæ diuinæ diſpenſationis conſiliũ. Quando o-
mnis recuperandæ ſalutis ſpes perierat, & mors oĩa
ſecum deorſum rapiebat, peccatũ ad ſummũ uene-
rat, tunc omnipotens ſermo liberandis mittitur,
ut amplius diuinæ gratiæ munus cõmendetur. Ve-
nit, inquit. Quis? Vnde? Quo? Sermo altiſſimi, uer-
bũ dei, unicus patris, rex, filius regis. De conſenſu
patris ad tolerantiã paſſionis. De æq̃litate maieſta-
tis, ad patibulũ crucis. De ſede regali, ad officinã
peccati. De lumine cœli uſq; ad tenebras inferni.
Sed nunquid ideo regnũ perdidit? Imo eos qui ſer-
ui erant peccati liberans, uſq; ad conregnandũ ſibi
ſubli-

ſublimauit. Et ideo fortaſſis à regalibus ſedibus uenit, quia in domo patris eius manſiones multæ Iohan. 14 ſunt, & regnabunt cum illo in æternum, cum acceperint regnum quod paratum eſt ab initio ſeculi. Vnicus enim regis erat, ſolus regnum habuit. Sed quia ad conregnandum ſibi fratres adoptare uenit, iam non à ſede regali, ſed à ſedibus regalibus uenire debuit, quia regnum ad quod uocantur electi Dei, præparatum eſt ab initio ſeculi.

DE EODEM FESTO. HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

VEnerant illis diebus Magi ad dominũ, & (ſicut Euangeliſta refert) munera ei obtulerũt: & admoniti ab angelo in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Qui cum receſſiſſent, ecce *angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum*. Dubitari quidem poteſt, quomodo completis diebus purificationis, in Hieruſalem Chriſtus in templo offerri potuit, ſi ſtatim ut Magi receſſerunt, in Aegyptum fugiens abijt? Aut fortaſſe tandiu Magi in Bethleem morati ſunt, donec ſimul cum puero & matre eius Ioſeph de Hieruſalem poſt purificationem reuerteretur. Sed melius mihi uidetur eſſe ut ſic dicatur: Qui cum receſſiſſent, aliquanto poſt tẽpore euoluto, & omnibus quæ ſecundum legẽ debebantur expletis, ecce angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Adhuc omnia quieta erant, adhuc Herodes Magos expectãs, nõdum ſui cordis malitiam reuelabat. Vnde & ſecure uadunt in Hieruſalem, ut legis mandata perficiant. Inde uero in Aegyptum fugere iubentur, ubi Abrahã & Iacob & filij Iſrael pegrinati ſunt. Hoc enim Propheta prædixerat, dicens: Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & corruent omnia ſimulachra eius. Nubes enim leuis, & nullius corruptionis pondere grauis, eſt uirgo Maria, quæ in Aegyptũ Chriſtum portauit, ut lux in tenebris luceret, & populus qui ſedebat in tenebris, lucem magnã uideret. Sunt autem qui etiam ad literã intelligere uelint, ut Chriſto Domino Aegyptum ingreſſo, mox omnia phana & ſimulachra omnia corruiſſent. Hanc autem Chriſti perſequutionem & Moyſes in ſeipſo ſignificauerat. Multa enim ſunt, in quibus Moyſes Chriſtũ ſignificat. Sicut enim Moyſes à Pharaone, ita & Chriſtus ab Herode perſequutionem paſſus eſt: & ſicut infantes propter Chriſtum in Iudæa occiſi ſunt, ita & in Aegypto propter Moyſen in flumine necati ſunt. Narrat autẽ Ioſephus quendam ſacerdotem & Magum Aegyptiorum propheraſſe, quod de Hebræorum gente talis homo naſciturus eſſet, qui totam terram illam perdere debuiſſet. Vnde & Pharaoni conſilium dedit, ut omnes Hebræorum infantes interficeret. Præcepit igitur Pharao ut Hebræorum maſculos interficerent, & fœminas reſeruarent. Hoc autem ideo faciebat, ut ille unus qui quærebatur, uel ſic inter alios occidi potuiſſet. Eadem autem intentio fuit & Herodis, qui quoniam Chriſtum inuenire non poterat, tot millia puerorum interfici iuſſit. Illis autẽ diebus natus eſt Moyſes, de quo lõga hiſtoria ſcribitur, quomodo à parentibus occultatus, quomodo in flumen miſſus, quomodo à filia Pharaonis de aqua ſuſceptus & in filium adoptatus fuerit, quomodo etiam puella de manibus illius impij ſacerdotis, qui eum occidere conatus fuerat, eum liberauerit, quãdo (ut prædictus hiſtoriographus narrat) de capite Pharaonis ludens infantia coronam eiecit. Hæc autem Moyſes ideo fortaſſe prætermiſit, ne ſuum præconium ſcribere uideretur. Verum tamen poſtea in Pharaone & in exercitu eius completum uidit, quod tunc in illis quæ infans & inſcius agebat, ſignificabatur. Sequitur: *Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & receſſit in Aegyptum. Et erat ibi uſque ad obitum Herodis.* Ecce fugit Chriſtus, & in nocte fugit, ut fuga quæ per ſe difficilis eſt, noctis obſcuritate difficilior fiat. Si ergo fugit Herodem, quanto magis nos diabolum & membra eius fugere oportet? Nulla itineris difficultate terreamur: quia melius eſt duro labore fatigari, quàm ab hoſtibus necari. Arcta enim & anguſta eſt uia, quæ ducit ad uitam. Veruntamẽ nec ſemper eſt fugiendum, nec ſemper eſt reſiſtẽdum, ſed pro temporis & negotij qualitate, & hoc & illud fieri oportet. Nam & ſancti aliquando fugiebant, aliquando hoſtibus ſponte occurrebant. Ipſe quoq; ſaluator noſter, qui nos de ciuitate in ciuitatem fugere præcepit, tum & ipſe ſi uellet, fugere potuiſſet, ſponte ſua tempore paſſionis hoſtibus occurrit. Non igitur timore mortis, ſi iuſtum & utile fore putamus, ſed timore peccandi, & uiſibiles hoſtes & inuiſibiles fugere debemus. Quare autẽ Chriſtus in Aegyptum fugerit, Euangeliſta ſubinferens, ait: *Vt adimpleretur quod dictum eſt a Domino per prophetã dicẽtẽ, Ex Aegypto uocaui filiũ meum.* Si enim in Aegyptũ nõ fugiſſet, ex Aegypto uocari nõ potuiſſet. Sic enim impleta eſt ꝓphetia, & utilitas ꝓphetiæ. *Tunc Herodes uidens quod illuſus eſſet a magis, iratus eſt ualde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra.* Fecit hoc ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis. Quoniam enim Herodes prophetarum oraculo in Bethleem naſciturum Chriſtum audierat, ideo omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, occidit, ut quia unum inuenire non poterat, unum ſimul cum cæteris interficeret. Sed quare *a bimatu & infra*? Quia ſecundum Magorum reſponſionem Chriſtum huius ætatis eſſe ſciebat. Præoccupatus enim alijs negotijs, cum iam pene duo anni tranſiſſent, & Magi ad eum non reuerterentur ſe illuſum eſſe intelligens, ualde iratus omnes hos pueros occidere iuſſit. *Tunc impletum eſt quod dictum eſt per prophetã Hieremiam dicentem: Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.* Rama enim interpretatur excelſa. Illi igitur uox in Rama auditur, quæ multũ exaltata præ ſua magnitudine longe lateq; diffunditur. Multus enim ploratus, multusq; ululatus ibi erat, ubi tot matres, tot parentes, tot homines, utriuſq; ſexus, uiſa tanta crudelitate, etiam ſi uellent, uoces cohibere non poterant. Quare autem Rachel filios ſuos plorare dicitur; quum utiq; nõ filij Rachel, quantum ad literam, ſed filij Lyæ ſororis eius omnes iſti fuerint. Iudas enim non Rachel, ſed Lyæ filius fuit, in cuius tribu hæc cædes tam immenſa facta eſt. Sed quia Rachel interpretatur ouis, & ſignificat ſanctam Eccleſiam, quæ ouinam ſimplicitatem imitatur, non immerito filij Rachel eſſe dicuntur, qui quaſi agni innocentes & ſine uoce iugulantur. Denique cuius filij ſunt agni? nonne ouis? Sunt igitur filij Rachel, ſiquidem illa eſt ouis, & iſti agni. Plorat autem Rachel, id

eſt,

eſt, ſancta Eccleſia, uſq; hodie filios ſuos: quia quã uis ad requiem eos ire intelligat, dolet tamẽ quia corporaliter ab ea ſeparantur. Sic autem dolebant & illi quibus dominus ait: Et uos nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrũ. Et quamuis multo melius quàm fuerant, ſint, ſiquidem iam nunc cum deo ſunt: ad tempus tamen conſolationem non recipit, quoniã in hac uita non ſunt. Supplendæ ſunt enim ſcripturæ, ubi ad intelligentiam aliquid deeſt. Quis enim intelligat, *Noluit conſolari, quia non ſunt*, niſi aliquid addatur? Tale quid & ibi inuenies, ubi de domino dicitur, quod uidens ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens, quia ſi cognouiſſes & tu. Quis enim intelligere ualeat quid ſignificet, & tu, niſi aliquid additum fuerit? Poteſt autem & ſic intelligi quod dicitur, *Rachel plorans filios ſuos noluit conſolari, quia nõ ſunt.* Sancta namq; mater Eccleſia, quamuis multũ de filiorum ſuorum nece duriſq; cruciatibus lugeat, conſolationem tamen non recipit, quia nõ ſunt in tali euentu dandæ uel ſuſcipiendæ conſolationes. Vbi enim lætitia uincit lachrymas, gaudium mœrorem, & gloria paſſionem, ibi conſolatio neceſſaria non eſt. Magis enim lætandum eſt de illa uita, quã de iſta ãt dolendum quã amiſerunt. Quid eſt enim hæc uita, ad comparationẽ illius uitæ? Vnde & dominus ait: Qui amat animã ſuã, perdet eã: & qui perdiderit animã ſuam propter me, inueniet eam. Deniq; cur aliunde quærat conſolationes ille qui plenus eſt conſolationibus? Illis enim conſolatio neceſſaria eſt, qui illos lugent, de quibus bonam ſpem habere non poſſunt.

DOMINICA INTRA octauam. Luc. II.

In illo tẽpore: Erant Ioſeph & Maria mater Ieſu mirantes ſuper his quæ dicebãtur de illo. Et reliq. Homilia Origenis.

CONgregemus in unum ea quæ in ortu Ieſu dicta ſcriptaq; ſunt de eo, & tunc ſcire poterimus ſingula quæque digna eſſe miraculo. Quamobrem mirabatur & pater (ſic enim appellatus eſt Ioſeph, quia nutritius fuit) mirabatur & mater ſuper omnibus quæ dicebantur de eo. Quænã ergo ſunt quæ de paruulo Ieſu fama diſperſerat? Paſtores erant in regione illa uigilantes, & obſeruantes uigilias noctis ſuper gregem ſuũ. Venit angelus ſub ipſa hora natiuitatis Ieſu, & ait ad eos:

Luc. 2 Annuncio uobis gaudium magnum, ite & inuenietis infantem inuolutum pannis, & poſitum in præſepio. Necdum angelus uerba finierat, ecce multitudo cœleſtis exercitus laudare & benedicere cœpit dominum. Cum hoc paſtores trepidi perſpexiſſent, & angelus receſſiſſet ab eis, dixerunt ad inuicem: Eamus uſque Bethleem, & uideamus factum quod dominus oſtendit nobis. uenerunt, &

Ibidem. inuenerunt paruulum. Tam illi quam parẽtes quæ facta fuerant, mirabantur: ſuper hoc & de Simeone ſcribitur quod rumorem auxerit & miraculi, uel magna pars fuerit. Tenuit enim puerũ in brachijs ſuis, & ait: ¶ *Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace, ſecundum uerbum tuum, quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum.* Faſtigium, & ut ita dicã culmen ſuper his quæ iactabantur de Ieſu, & pater & mater illius mirabantur, ſermo Simeonis fuit. Non enim ſufficit ei tenere paruulum, & ea quæ de ſemetipſo ſcripta ſunt, proloqui, ſed benedixit patri illius & matri: & de ipſo quoque prophetauit infante, dicens: ¶ *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui cõtradicetur. Et tuam quoque ipſius animam pertranſibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Quid ſibi uult hoc quod ait: Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael? Huic quid ſimile in euangelio ſecundum Iohãnem ſcriptum reperi: In iudicium ego in mundum iſtũ Iohan. 9 ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Quomodo ergo in iudicium uenit, ut non uidentes de nationibus uiderent: & qui prius uidebant de Iſrael, cæci fierent: ſic uenit in ruinam & in reſurrectionem multorum. In aduentu enim domini ſaluatoris qui prius ſteterant, corruerunt: & qui ceciderant, ſurrexerunt. Vna eſt hæc interpretatio de eo quod dictum eſt: Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael. Eſt autem & alius quid intelligendum aduerſus eos uel maxime qui contra conditorem latrãt, & hinc inde de ueteri teſtamento teſtimonia quæ non intelligunt, congregantes, ſimpliciũ corda decipiunt. Aiunt enim. Ecce deus legis & prophetarum, uidete qualis ſit: Ego, inquit, occidam & uiuificabo, percutiam & ego ſanabo, & non eſt qui ſe eruat de manibus meis. Audiunt occidam, & nõ Deut. 32 audiunt uiuificabo: audiunt percutiam, & audire contemnunt, & ego ſanabo. Iſtiuſmodi occaſionibus creatorem calumniantur. Igitur antequam interpreter quem ſenſum habeant, ego interficiam & uiuificabo, percutiam & ſanabo, opponam eis teſtimonium euangelij, dicamq; aduerſum hæreticos. Innumerabiles quippe hæreſes ſunt, quæ euãgelium ſecundum Lucam recipiunt. Si propterea cruentus & tantum iudex, & crudelis eſt, conditor, quia dicit: Ego interficiam & uiuificabo, percutiam & ſanabo, manifeſtiſſimum eſt & Ieſum ipſius eſſe filium. Eadem ſiquidẽ de eo ſcripta ſunt: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael. Non in reſurrectionem tantum, ſed & in ruinam. Si malum eſt interficere, malum ſit & in ruinam uenire. Quid reſpondebũt? Vtrum ne recedent à cultu eius: an quærent aliquã interpretationem, & ad tropologias confugient, ut quod in ruinam uenerit, benignitatem magis ſonet quam auſteritatem? Et quomodo iuſtum erit, quando quid in euangelio reperitur tale, ad allegorias & nouas intelligentias confugere: quando uero in ueteri teſtamento, ſtatim accuſare, & nullam explanationem, quamuis probabilis ſit, recipere? Sed & hoc quod ſequitur: In iudicium ego ueni in mundum iſtum, ut non uidentes uideant, & qui uident, cæci fiant: quamuis quærant ut Iohan. 9 ediſſerant, implere non poterunt. Ego uero qui opto eſſe eccleſiaſticus, & non ab hæreſiarcha aliq̃, ſed à Chriſti uocabulo nuncupari, & habere nomen quod benedicitur ſuper terram, & cupio tam opere quam ſenſu & eſſe & dici Chriſtianus, æqualem & in ueteri & in noua lege quæro rationem. Loquitur deus: Ego interficiam. Libenter habeo ut interficiar. Quando enim uetus in me homo eſt, & uiuo adhuc quaſi homo cupio ut occidat in me deus ueterẽ hominẽ, & uiuificet me ex mortuis. Primus enim, ait, homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis. Secundum hunc ſenſum intelligitur & illud: In iudicium ego ueni in mundum iſtum, ut qui non uidẽt uideant, & qui uident cæci fiant. Habemus in nobis

bis omnes homines & aſpectum & cæcitatem. Adam uidebat, & non uidebat. Eua quoq; antequã aperirentur oculi eius, uidiſſe deſcribitur. Vidit,
Gen.3 inquit, mulier lignum, quia bonum erat ad comedendum, & optimum oculis ad ueſcendum, & tollens de fructu ligni comedit, & dedit uiro ſuo, & comederunt. Igitur non erant cæci, ſed uidebant. Deinde ſequitur: Et aperti ſunt oculi eorum, ergo
Ibidem cæci fuerant, & non uidebant, quorum oculi poſtea ſunt aperti? Sed qui bene ante uiderant, poſtquã mandatum Domini transgreſſi ſunt, cœperunt uidere male, & aſpectum obedientiæ ſubripiente delicto, poſtea perdiderunt. Ego ſic intelligo & illud quod dicit dominus: Quis fecit mutum & ſurdum, uidentem & cæcum? nõne ego dominus deus? Eſt
Exod.4 oculus corporis, cum quo terrena iſta cõſpicimus,
Colo.2 oculus ſecundum ſenſum carnis. De quo oculo ait ſcriptura: Fruſtra incedẽs, & inflatus ſenſu carnis. Cui habemus alium contrarium, & meliorem diuina ſapientem, quia qui cæcus in nobis erat, uenit Ieſus ut faceret eum uidere, ut qui non uidebant uiderent, & qui uidebant cæci fierent. Iuxta hunc ergo ſenſum, & hoc quod nunc in manibus habemus, intelligendum eſt, Ecce iſte poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael. Habeo aliquid in me quod male ſtat, & peccati ſuperbia ſe erigit? hoc cadat, hoc ſubruat. Quod ſi ceciderit, id quod ante corruerat, ſurgens ſtabit. Interior homo meus quondam iacebat eliſus, & exterior ſtabat erectus. Antequam crederem in Ieſum, bonum in me iacebat, malum ſtabat. Poſtquã ille uenit, tunc quod in me malum fuerat corruit,
2. Cor.4 & expletum eſt illud: Semper mortificationem Ieſu in corpore ueſtro circumferentes. Et illud: Mor-
Col.3 tificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, idololatrijs, ueneficia &c. Horum omniũ utilis ruina facta eſt.
Iob.39 Et de hac ruina dicitur: Vbicunq; fuerit cadauer, illic congregabuntur aquilæ. Cadauer quippe à caſu nomen accepit. Bona eſt hęc ruina, ad quam primum uenit Ieſus, nec poteſt facere reſurrectionẽ, niſi ruina præceſſerit. Venit ante deſtruere quod in me malum fuit, ut illo deſtructo & mortificato, conſurgat in me, & uiuificetur id quod bonum eſt, ut conſequamur in eo regnum cœlorũ. Lucas ſcripſit: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus al-
Luc.1 tiſſimi obumbrabit tibi: propter hoc & quod natũ fuerit ſanctum, uocabitur filius dei. Et qui manifeſte nobis tradit, quoniam uirginis filius fuit Ieſus, nec de humano conceptus eſt ſemine, iſte patrem eius in Hieruſalem Ioſeph teſtatus eſt dicens:

¶ *Et erat pater eius & mater admirantes ſuper his, quæ dicebantur de eo.* Quę igitur cauſa extitit, ut eũ qui pater non fuit, patrem eſſe memoraret? Qui ſimplici expoſitione contentus eſt, dicit: Honorauit eum ſpiritusſanctus patris uocabulo, quia nutrierat ſaluatorẽ. Qui aũt altius aliquid inq̃rit, poteſt dicere: Quoniam generationis ordo a Dauid ad Ioſeph uſque deducitur, ne uideretur Ioſeph fruſtra nominari, quia pater non fuit ſaluatoris, ut generationis ordo haberet locum, pater appellatus eſt Domini. Admirabantur igitur pater illius & mater ſuper his quæ dicebantur de eo, tam ab angelo quàm à multitudine cæleſtis exercitus, nec non & à paſtoribus. Omnia quippe hæc audientes, uehementiſſime admirabantur. Deinde ſcriptura ait: ¶ *Benedixit eis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Quomodo ſaluator in ruinam & in reſurrectionem multorum uenerit, cõtemplandum. Qui ſimpliciter exponit, poteſt dicere in ruinã eũ ueniſſe infideliũ, & in reſurrectionem credentium. Qui uero curioſus interpres eſt, dicit nequaquam eum cadere qui ante nõ ſteterit. Da mihi igitur qui fuerit ille qui ſteterit, & in cuius ruinam ſaluator aduenerit, necnon & eum qui conſurgit. Nam ille utiq; conſurgit, qui ante corruerat. Videndum eſt itaque ne forte ſaluator, non alijs atque alijs & in ruinam uenerit, &
in reſurrectionem, ſed eiſdem & in ruinam & reſ- Iohan.9.
ſurrectionem uenerit. In iudicium, ait, ego ueni, ut qui non uidebant uideant, & qui uidebant cæci fiant. Eſt enim aliud in nobis quod uidebat prius, & poſtea uidere deſiuit, & aliud quod non uidebat, & poſtea uidere cœpit. Verbi gratia: Nolo uidere illis oculis quibus ante non uidebã, & qui mihi poſtea reſerati ſunt, quoniam poſt inobedientiam Adam & Euæ oculi ſunt aperti, de quibus ſuperiori ſermone tractauimus. Nunc autem interpretandum quid ſibi uelit hoc quod ait: ¶ *Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael.* Me oportet primum cadere, & cum cecidero, poſtea bene ſurgere, ne ſaluator mihi fuerit cauſa malæ ruinæ. Sed propterea cadere me fecit, ut conſurgam, & multo mihi ruina utilior fuerit, quã illud tempus quo ante uidebar ſtare. Stabam enim in peccato tẽpore q̃ peccato uiuebam. Et quia peccato ſtabam prius, mihi utilitas fuit ut caderem, & peccato morerer. Deniq; & ſancti prophetæ quãdo auguſtius aliquid cõtemplabãtur, cadebãt in faciẽ ſuã, propterea aũt cadebãt, ut peccata plenius per ruinam purgarentur. Hoc ipſum & ſaluator tibi primum concedit ut corruas. Ethnicus eras? cadat in te ethnicus. Diligebas ſcorta? primũ
in te ſcortator intereat. Peccator eras? cadat in te 2.Tim.2
peccator, ut poſſis dehinc reſurgere & dicere: Si commortui ſumus, & conuiuemus, & ſi conformes facti ſumus mortis, conformes & reſurrectionis erimus. Iſte igitur in ruinam & in reſurrectionem multorum poſitus eſt in Iſrael, hoc eſt, in his qui plena poſſunt acie & ratione conſpicere. ¶ *Et in ſignum cui contradicetur.* Omnibus quæ narrat hiſtoria de ſaluatore, cõtradicitur. Virgo mater eſt, ſignum eſt cui contradicitur. Marcioniſtæ contradicunt huic ſigno, & aiunt penitus eum de muliere non eſſe natum. Hebionitæ contradicunt ſigno, dicentes eum ex uiro & muliere ita natum eſſe, ut nos quoque naſcimur. Habuit corpus humanum, & hoc eſt ſignum cui contradicitur. Alij enim dicunt eum ueniſſe de cœlis, alij tale quale nos corpus habuiſſe, ut per ſimilitudinem corporis, etiam corpora noſtra redimeret à peccatis, & daret nobis ſpem reſurrectionis. Reſurrexit enim à mortuis, & hoc ſignum eſt cui contradicitur. Quomodo reſurrexit? utrum ipſe, & talis qualis mortuus eſt, an certe in melioris ſubſtantiæ corpus reſurrexit? Et eſt infinita contentio, alijs dicentibus, Thomæ monſtrauit in manibus ſuis fixuram clauorum: alijs e regione tractãtibus, ſi idem corpus habuit, quomodo clauſis ingreſſus eſt oſtijs, & ſtetit? Vides igitur ut argumentis uarijs etiam reſurrectioni eius quæſtio concitetur, & ſit in ſignum cui contradicitur. Ego & hoc quod ſanctorum prophetarum ore prędictum eſt, puto ſignum eſſe

cui

cui contradicitur.Sunt enim plures hæretici, qui
aſſerunt eum ab ipſis ſanctis prophetis penitus
non fuiſſe prædictum.Et quid me neceſſe eſt mul-
ta perſequi? Omnia quæ de eo narrat hiſtoria, ſi-
gnum eſt cui contradicitur,non cui contradicant
hi qui credunt in eum . Nos quippe ſcimus omnia
eſſe uera quæ ſcripta ſunt,ſed quia apud incredu-
los uniuerſa quæ de eo ſcripta ſunt,ſignum ſint cui
contradicitur , deinde Simeon ait: ¶ *Et tuam ipſi-
as animam pertranſibit gladius* . Nulla docet hiſto-
ria beatam Mariam ex hac uita gladij occiſiõe mi
graſſe, præſertim cum non anima , ſed corpus ſo-
leat ferro interfici. Vnde reſtat intelligi gladium
illum de quo dicitur: Et gladius eſt in labijs eorũ,
Pſal.58 hoc eſt,dolorem dominicæ paſſionis eius animam
pertranſiſſe , quæ etſi Chriſtum utpote dei filium
ſponte propria mori,mortemq; ipſam non dubita
ret eſſe deuicturum, ut ſua tamen carne procrea-
tum,non ſine doloris affectu potuit uidere cruci-
figi. Nam & ferrum quod animam Ioſeph pertran
ſiſſe canitur,nil melius quàm dura tribulatio men-
tis intelligitur. ¶ *Vt reuelentur ex multis cordibus
cogitationes*.Cogitationes erant malæ in homini-
bus , quæ propterea reuelatæ ſunt, ut prolatæ in
medium , perderentur , & interfectæ atq; emor-
tuæ eſſe definerent , & occideret eas ille, qui pro
nobis mortuus eſt. Quamdiu enim abſconditæ e-
rant cogitationes,nec prolatæ in medium, impoſ
Pſal.31 ſibile erat eas penitus interfici. Vnde & nos ſi pec-
cauerimus,debemus dicere : Peccatum meum no-
tum tibi feci , & iniuſtitiam meam non abſcondi.
Dixi , annunciabo iniuſtitiam meam Domino . Si
enim hoc fecerimus,& reuelauerimus peccata no-
ſtra non ſolum deo, ſed & his qui poſſunt mederi
uulneribus noſtris atque peccatis,delebuntur pec-
cata noſtra ab eo qui dixit : Ecce ego delebo ut nu
Iſai.44 bem iniquitates tuas , & ſicut caliginem peccata
tua. Poſt Simeonis prophetiam , quia neceſſe erat
ut mulieres etiam ſaluarentur , uenit prophetiſſa
mulier de qua ſcribitur: ¶ *Et erat Anna prophetiſ-
ſa filia Phanuel de tribu Aſer* . Quàm pulcher ordo,
non uenit ante uirum mulier,ſed prius uenit Sime
on,qui apprehẽdit infantem, & tenuit in brachijs
ſuis : deinde mulier, cuius non ſunt quidem uerba
digeſta, ſed generaliter dictum eſt quod confeſſa
ſit Domino,& locuta de eo omnibus qui expecta
bant redemptionem Iſrael. Et iuſte ſancta mulier
ſpiritum prophetandi meruit accipere,quia longa
caſtitate,longiſque ieiunijs ad hoc culmen aſcen-
derat. Videte mulieres teſtimonium Annæ,& imi-
tamini illud, ſiquando uobis euenerit ut perdatis
uiros. conſiderate quid de ea ſcriptum ſit: ¶ *Se-
ptem annis uixit a uirginitate ſua cum uiro ſuo. & reli-
qua* . Propterea prophetiſſa fuit. Neque enim ut li
bet & fortuito ſpirituſſanctus habitauit in ea. Bo
num eſt ut primum, ſi qua poteſt uirginitatis gra-
tiam poſſidere, ſi autem hoc non potuerit, ſed eue-
nerit ei ut perdat uirum, uidua perſeueret . Quod
quidem non ſolum poſt mortem uiri,ſed etiam dũ
uiuit ille , debet habere in animo , ut etiam ſi non
euenerit , uoluntas ipſius & propoſitum à Domi-
no coronetur,& dicat: Hoc uoueo atque promit-
to ,ſi mihi humanum aliquid (quod non opto) con
tigerit , nihil aliud faciam quam ut incontamina-
ta & uidua perſeuerem. ¶ *Et ut perfecerunt om-
nia ſecundum legem Domini , reuerſi ſunt in Galilæam,
in ciuitatẽ ſuã Nazaret* . Prætermiſit hoc loco Lucas
quæ à Matthæo ſatis expoſita nouerat, dominum

uidelicet poſt hæc ne ab Herode necandus inueni-
retur, Aegyptum à parentibus eſſe delatum, defun
ctoq; Herode ſic demum Galilæam reuerſum, Na
zareth ciuitatem ſuam inhabitare cœpiſſe. Solent
enim euangeliſtæ ſinguli ſic omittere quædã, quæ
uel ab alijs commemorata uiderint, uel ab alijs cõ-
memoranda in ſpiritu præuiderint , ut continua-
ta ſuæ narrationis ſerie, quaſi nulla prætermiſiſſe
uideantur, quæ tamen alterius euangeliſtæ conſi-
derata ſcriptura, quo loco tranſilita fuerint , dili-
gens lector inueniat. ¶ *Puer autem creſcebat & cõ
fortabatur plenus ſapientia , & gratia Dei erat in eo*.
Notanda diſtinctio uerborum, quia dominus Ieſus
Chriſtus in eo quod puer erat, id eſt, habitum hu-
manæ fragilitatis induerat, creſcere & conforta-
ri habebat: in eo aũt q̃d etiã uerbũ dei, & Deus æ-
ternus erat, nec confortari indigebat nec habebat
augeri. Vnde rectiſſime plenus ſapientia perhibetˀ
& gratia. Sapientia quidem, quia in ipſo habitat
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Gratia
autem, quia eidem mediatori Dei & hominum,
homini Ieſu Chriſto magna gratia donatum eſt,
ut ex quo homo fieri cœpiſſet, perfectus eſſet & de Iohan.1
us. Cui ſimile eſt quod Iohannes ſcribens eum ple
num gratia & ueritate, eandem ipſe diuinitatis ex
cellentiam, ueritatis, quam Lucas ſapientiæ, nomi
ne commendat . Tu autem.

DE EADEM DOMINICA
Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

QVare autem pater eius dicatur Ioſeph, in ſe-
quentibus euãgeliſta oſtendit, dicens: Et ipſe
Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta,
ut putabatur filius Ioſeph. Non igitur in rei ueri-
tate, ſed in hominum opinione erat Ieſus filius Io
ſeph. *Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam ma
trem eius : Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurre-
ctionem multorum in Iſrael , & in ſignum cui contradi-
cetur*. Hoc eſt enim quod de ſeipſo dominus ait: In
iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non ui
dent uideant, & qui uident cæci fiant. Illis enim in
ruinam poſitus eſt Dominus , qui eius ſigno con-
tradicunt. Illis uero in reſurrectionem, qui eius ſi-
gna & prodigia uenerantur & credunt : quoniam
illi in interitum ruunt , iſti autem ad gloriam re-
ſurgunt . Quod enim de uirgine natus eſt, magnũ
& inauditum eſt ſignum . Huic autem ſigno nos
credimus , Iudæi contradicunt . Reſurrexit , cœ-
los aſcendit : & hoc quidem ſignum eſt . Sunt au-
tem & multa alia ſigna, quæ fecit Dominus Ieſus,
quibus infideles contradicunt & excæcantur, fide-
les credunt & illuminantur. Sic igitur poſitus eſt
alijs in ruinam , & alijs in reſurrectionem . *Et tu-
am ipſius animam pertranſibit gladius , ut reuelentur
ex multis cordibus cogitationes*. Tuam, inquit, ipſius
animam pertranſibit gladius. Gladius utique ſpiri
tus qui eſt uerbum Dei, ut tibi ex multis cordibus
reuelentur cogitationes , quas nemo niſi Spiritu-
ſancto reuelante cognoſcere poteſt. Vt enim de
alijs taceamus, ipſas filij ſui cogitationes eam co-
gnouiſſe ex eo intelligere poſſumus , quod ad nu-
ptias uocata, hoc quod ille facere diſponebat, ipſa
ut faceret admonebat, dicens: Vinum non habent.
Cui quum ille reſponderet , quid mihi & tibi eſt
mulier? nondum uenit hora mea, ipſa gladio ſpiri-
tus per eam tranſeunte futura prænoſcens, ait mi-
niſtris: Quodcunque dixerit uobis, facite . Hoc e-
nim illa non dixiſſet , ſi cogitationes eius non co-
gnouiſſet. Tale igitur hoc fuit , ac ſi beatæ Mariæ

uirgini dixiſſet Simeon, Ecce dixi tibi quæ mihi
de filio tuo reuelata fuerant, non à meipſo loquu-
tus ſum. Spiritus enim me docuit, gladius ipſius ꝑ
me trāſfinit, & mea uiſcera penetrauit, qui per te
quoque tranſiturus eſt, ut legis & prophetarum
conſilia & occulta myſteria te cognoſcere faciat.
Poſſumus autem & per hunc gladium, quo nō cor-
pus, ſed anima uulneratur, immenſum illum dolo-
rem intelligere, quo uirgo beatiſſima de morte u-
nigeniti filij ſui uulnerata & percuſſa eſt. *Vt reuelē-
tur ex multis cordibus cogitationes.* Chriſti namque
paſſio multorum cordium cogitationes & ſecreta
myſteria reuelauit: quoniam prophetarum dicta,
cogitationes, & ſcripta, ibi reuelata & cōſumma-
ta ſunt. Quis enim, niſi Chriſtus paſſus eſſet, intel-
ligere poſſet quid propheta cogitaſſet, quum dice-
ret: Foderunt manus meas & pedes meos, & dinu-
merauerunt omnia oſſa mea? Itemque: Ego dor-
miui & ſomnum cœpi, & reſurrexi, quoniam Do-
minus ſuſcepit me. Sunt autem & alia multa nobis
quidē reuelata, quæ ideo Iudæi intelligere nō poſ-
ſunt, qa ſuper Chriſto dicta non credūt. Vnde in
Apocalypſi quum beatus Ioānes omnium prophe-
tarum librum ſignatum uidiſſet, multumque fleret
quod nemo eum aperire potuiſſet, dictum eſt ei.
Noli flere: ecce uicit leo de tribu Iuda radix Da-
uid aperire librū, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.
Qua in re manifeſtum eſt omnium prophetarum
cogitationes & occulta myſteria Chriſti paſſione
reuelata eſſe. Et hoc quidem uelum tēpli ſignifica-
uit, quod eo moriente ſciſſum eſt, ut omnibus ap-
parerent ſancta ſanctorum. *Et erat Anna propheтiſſa, filia Phannel, de tribu Aſer. Hæc proceſſerat in die-
bus multis, & uixerat cū uiro ſuo annis ſeptem a uirgi-
nitate ſua. Et hæc quidē uidua erat, uſque ad annos octo
ginta quatuor, quæ nō diſcedeba de tēplo, ieiunijs & ora
tionibus ſeruiēs nocte ac die. Et hæc ipſa hora ſuperue-
niēs cōfitebatur Domino. & loquebatur de illo omnibus
qui expectabāt redēptionē Hieruſalē.* Hæc igitꝰ mulier
uenerabilis, cuius nobilitas extollitur, continētia
laudatur, ætas cōmendatur, religio ꝑdicatur, ido-
nea ualde & digna erat, quæ dei filio teſtimoniū ꝑ-
hiberet. Tales enim non minus quam uiri in teſti-
moniū ſuſcipiūtur. *Et ut perfecerunt omnia ſecundum
legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæā in ciuitatē ſuā Na
zareth.* Sic enim ſcriptum eſt in lege Domini, ut
mulier pro maſculo offerat domino par turturū,
aut duos pullos columbarum. Talem igitur hoſti-
am offerre debuit uirgo Maria, per quam caſtitas
& humilitas figuratur, quæ inter omnes mulieres
& caſtior ſemper & humilior extitit. Et bene qui-
dem nō ſingula, ſed paria obtulit, quæ non corpo
re tantum, ſed corpore & anima caſta & humilis
erat: Qualiter autem hæc animalia offerri debeāt,
in Leuitico apitur. Multa hoc in loco ſcribit Mat
thæus euangeliſta, quæ Lucas prętermittit, ſicut e-
contra omnia hæc quæ hucuſq; Lucas narrauit, ꝓ-
termiſit Matthæus. Admonitus enim in ſomnis Io
ſeph (ut Matthæus ait) ſeceſſit cū puero in Aegy-
ptū, & erat ibi uſq; ad obitum Herodis. Defuncto
autē Herode redijt in Galilæam, & (ſicut hic ſcri-
bitur) habitauit in ciuitate Nazareth. *Puer autem
creſcebat & confortabatur, plenus ſapiētia, & gratia dei
erat in illo.* Secundum humanitatē nanq; creſcebat,
quia ſecundū humanitatē puer erat. Diuinitas aūt
creſcere non poterat, quia ubiq; eſt, & omnia conti
net. Quotienſcunq; igitur creſcit, uel confortatur,
uel tale aliquid agit, omnia ad hominē referantur.

IN CIRCVNCISIO-ne Domini, Sermo Beati Ambroſij epiſcopi.

Circunciditur itaque puer. Quis eſt iſte puer, Iſai. 9
niſi ille de q̄ ſcriptum eſt: Puer natus eſt no-
bis, & filius datus eſt nobis? Factus eſt e-
nim ſub lege, ut eos qui ſub lege eſſent, lucriface-
ret. Siſtitur autem in Hieruſalem. Quid ſit autem 1. Cor. 9
in Hieruſalem ſiſti domino, dicerem, niſi in Iſaiæ
commentis ante dixiſſem. Circunciſis enim uitijs,
dominico dignus iudicabatur obtutu, quia oculi
domini ſuper iuſtos. Vides omnem legis ueteris Pſal. 57
ſeriem fuiſſe typum futuræ, nam & circuncifio pur
gationem ſignificat delictorū. Sed quoniam pro-
na quadam cupiditate peccandi, humanæ carnis &
mentis fragilitas inextricabilibus uitijs implica-
tur, eo per octauam circunciſionis diem culpæ to-
tius futura purgatio, reſurrectionis octaua præfi
guratur ætate. Hoc eſt enim illud: Quia omne maſ
culinum adaperiens uuluſam, ſanctum domino uo- Exod. 34. & Luc. 2.
cabitur. Verbis enim legis ꝓmittebatur uirginis
partus, & uere ſanctus, quia immaculatus. Deniq;
ipſum eſſe qui lege ſignaretur, in eundem modum
ab angelo repetita uerba declarant: Quia quod ex
te naſcetur, inquit, ſanctum, uocabitur filius Dei.
Non enim uirilis coitus, uuluæ uirginalis ſecreta
reſerauit, ſed immaculatum ſemen inuiolabili ute-
ro ſpiritusſanctus infudit. Solus eſt enim per o-
mnia ex natis de fœmina, ſanctus dominus Ieſus,
qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati par-
tus nouitate non ſenſerit, & cœleſti maieſtate de-
pulerit. Nam ſi literam ſequamur, quomodo ſan-
ctus omnis maſculus, cū multos ſceleratiſſimos fu
iſſe non lateat? Nunquid ſanctus Achab? Nunquid
ſancti pſeudoprophetæ, quos ad Heliæ preces ul-
tor cœleſtis iniuriæ ignis abſumpſit? Sed ille ſan-
ctus, quē in figura cœleſtis myſterij, pia diuinæ le-
gis ſignabant præſcripta, eo quod ſolus ſanctæ ec-
cleſiæ uirginis ad generandos populos dei imma-
culatæ fœcunditatis aperiret genitale ſecretū. Hic
ergo ſolus aperuit ſibi uuluam. Nec mirum, qui e-
nim dixerat ad prophetam: Priuſquam te formarē Hiere. 1
in utero, noui te, & in uulua matris ſanctificaui te.
Qui ergo uuluam ſanctificauit alienam ut naſcere-
tur propheta, hic eſt qui aperuit matris ſuæ uul-
uam, ut immaculatus exierit. Tu autem.

DE EODEM FESTO, SERMO Beati Hieronymi presbyteri.

MEMORES eſtote iuxta quod beatus Apo
ſtolus dicit, quia aliquando uos gentes in car
ne, qui dicebamini præputium ab ea quæ ap- Ephe. 2
pellabatur circumciſio in carne manufacta, quoni
am eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati, à cō-
uerſatione Iſrael, & peregrini teſtamentorum,
repromiſſionis ſpem non habentes, & ſine deo
in mundo. Gentes Epheſios in carne uocās oſten-
dit in ſpiritu non eſſe gentes, ſicut e contrario Iu-
dæi in ſpiritu gentes ſunt, & in carne Iſraelitæ.
Quadrifarie igitur Iudæi diuiduntur & gentes: a-
lij ſunt in carne circuncifi & in ſpiritu, quales fue-
runt Moyſes & Aaron, apoſtoli & Natanael, cuius
occultū Iudaiſmum dominus intuēs ait: Ecce uere Iohan. 1
Iſraelites, in quo dolus non eſt. Alij qui nec carne
nec ſpiritu circuncifi ſunt, quales fuerūt Nabucho-
donoſor & Pharao, & hodie barbararum & Ro-
manarum gentiū multitudo, quæ non credūt in de
um. Tertij qui tantum in carne ſunt circunciſi, &
ſpiritum

ſpiritum in circunciſum habent. Ad quos prophe-
ta dicit: Circuncidimini Deo ueſtro, & nolite cir-
Hiere.4 cuncidere carnem præputij ueſtri. Et alibi: Om-
Hiere.9 nes gentes incircunciſæ carne, domus uero Iſrael
incircunciſi ſunt corde. Extremi, de quibus nunc
dicitur: Quia aliquando uos gentes in carne, qui
dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circunci-
ſio in carne manufacta, qualis hodie uniuerſa eſt
turba credentium, & totus e gentibus mundus eſt
plenus. Ad diſtinctionem igitur ſpiritualium gen-
tium & Iudæorum, Epheſij gentes uocãtur in car-
ne, quia ſecundum ſpiritum Iſraelitæ ſunt. nam in
alio loco carneum Iſraelem ſcriptura commemo-
1.Cor.10. rans, ait: Videte Iſrael ſecundum carnem, quia in
ſpiritu non erat Iſrael. Pulchre autem etiam uer-
ba moderatus eſt, qui dicebamini præputium. Di-
cebamini, inquit, præputium, & eratis, ab ea quæ
dicitur circuncìſio in carne manufacta, non quo
fit circuncìſio, ſed quo ipſa ſibi hoc nomē aſſumat,
& ſit uere circunciſio manufacta, non ſpiritu. Si-
mul & illud eſt attendendum, quod nos quos ſine
Chriſto alienatos quondam à conuerſatione Iſra-
el eſſe memorauit, & peregrinos à promiſſionibus
& teſtamento Dei, nunc poſtquam in Chriſtū cre-
didimus, ſicut repromiſſiones & teſtamenta eius
accipimus, ita conuerſationem quoq; habere dica-
mur Iſrael, quomodo conuerſatio uniuerſa lega-
lis expletur in nobis, quia uidelicet lex ſpiritualis
eſt, magis circuncidamur & ſabbatizemus in ſpiri-
tu, ſpirituales uictimas offerētes. Illorum templo
altarib; deſtructis, nos Deo fructuum noſtrorum
decimas offeramus, nos immolemus agnum im-
maculatum, & accincti lumbis expediti paſcha
comedamus. Sicut enim circuncìſio dicitur in
carne manufacta, ita ad diſtinctionem eius in-
telligitur alia eſſe circunciſio, quæ non fit (ſicut
diximus) manufacta, ſed ſpiritu. Quod autem ait,
ſpem non habentes, & ſine deo in mundo, nō quod
plures Deos antequam in Chriſtum crederent,
Epheſij non habuerint, atque uenerati ſint, ſed q̃d
qui abſque deo uero ſit, nullum deum habeat. Et
ſignificanter additum eſt, ſine deo in mundo. Habe-
bant quippe deum, quem eos habituros deus autem
cognouerat, & apud præſcientiam dei non erant
ſine deo, ſed in mundo erãt abſque deo. Nunc au-
tem in Chriſto Ieſu uos qui aliquando eratis lon-
ge, facti eſtis prope, in ſanguine Chriſti; ipſe enim
eſt pax noſtra. Deus ubiq; eſt, & totus ubiq; eſt: à
Hiere. 23 quo quis poteſt ſeparari, cum in eo ſint omnia, &
Pſal.138 ipſe per prophetam loquatur: Ego deus appropin-
quans, & non de longe? Et Pſalmiſta teſtatur: Si
Prou. 15. aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero ad in-
fernū, ades. Cum igitur in Deo ſint omnia, procul
tamen eſſe ab impijs dicitur, iuxta illud: Longe eſt
dominus ab impijs. Iſte à quo impij lōge ſunt, uici-
nus eſt ſanctis. Deniq; cū & ab Epheſijs eſſet pro-
Iohan.14 cul, in ſanguine Ieſu prope eis factus eſt. Et diligē-
tius intelligendū, quod abſq; cruore domini Ieſu
nemo appropinquat deo, quia ipſe eſt pax noſtra,
dicens: Pacē meā do uobis, pacem meam relinquo
uobis. Quomodo enim ſapientia ſapientes facit,
Pſal.119 & iuſtitia iuſtos, & ſanctificatio ſanctos, & uita
uiuētes: ſic ipſa pax nos facit eſſe pacatos, ut dica-
mus: Cum his qui oderunt pacem, erā pacificus. Si
autem Chriſtus credentium pax eſt, quicunque
ſine pace eſt, conſequenter non habet Chriſtum.
Qui fecit utraq; unum, & medium parietem mace-
riæ ſoluens inimicitiam in carne ſua legē mādato-
rum in dogmatibus euacuans, ut duos conderet in
ſemetipſo in unum nouum hominem, faciens pacē,
ut reconciliaret utrunque in uno corpore deo per
crucem, interficiens inimicitiam in ea, & ueniens
euãgelizauit pacē uobis qui longe eratis, & pacē
his qui prope, quoniā per ipſum habemus acceſ-
ſum, uterq; in uno ſpiritu ad patrem. Iſte eſt medi-
us paries, & maceria quæ utrũque à ſe populum di-
uidebat, de quo in Geneſi in partu geminorū obſte-
trix loquitur: Vt quid propter te diruta eſt ſepes? Gene. 38.
Poſtquam ergo ſapientiam carnis, quę eſt inimica
deo, in ſua ſaluator carne deſtruxit, & præcepta le-
galia euangelicis dogmatibus commutauit, ut de
Iudæo atq; gētili unum populū faceret Chriſtianū,
euangelizans nobis qui longe eramus, & reliquijs
Iudæorū qui de Iſrael per apoſtolos crediderunt,
pacem atq; concordiam, tūc per ipſum acceſſimus
ad deū, & in uno ſpū patrem nos habere cognoui-
mus, cōpletum eſt illud quod in euangelio ſcriptū
dominus loquebatur, dicens: Et fiet unus paſtor, Iohan.10
& unus grex. Et iterum: Et alias oues habeo quæ
non ſunt de ouili iſto: nos ſignificās ex gentibus cō-
gregandos. Inimicitia antē quæ in ſaluatoris car-
ne deſtructa eſt, etiam per crucem eſt interfecta.
Scriptum eſt enim: Vt reconciliaret utrunque in
uno corpore deo per crucem interficiens inimicitiā
in ea, nō ut in latinis codicibus habet, in ſemetipſo
propter Græci pronominis ambiguitatē: ἐν αὐτῷ
enim in ſemetipſo, & in ea, id eſt, cruce intelligi po-
teſt, quia crux, id eſt, σταυρὸς iuxta græcos maſculi-
ni generis eſt. Lex quoq; mandatorū ſubuerſa eſt
in dogmatibus, poſtq̃ circunciſio & ſabbatiſmus q
relictus eſt populo dei, & Paſcha & Pentecoſte, &
nō apparere in conſpectu dei uacuū, ſunt altius in-
tellecta quàm reſonãt, & ab occidente litera rece-
dentes, cœpimus uiuificantē ſpiritum ſequi. Quod
autem ait, ueniens euãgelizauit pacem his q longe
erant, inimicitia iam p crucem interfecta, & pacē
his qui prope, id eſt, Iudæis, uidetur mihi de Iſaia
alijs uerbis teſtimoniū protuliſſe, & ſcripturę ſen-
tentia abuſum quaſi ſua. Scriptum q̃ppe eſt in eo: Iſai.57
Vias eius uidi, & ſanaui eū, & conſolatus ſum eum,
& dedi ei conſolationē uerā, pacē ſup pacē, his q lō-
ge erant, & qui prope. Et hæc quidem iuxta uul-
gatam interpretationem dicta ſint. cæterum qui
illud Apoſtoli legit de Chriſto memorantis, pacē
faciēs per ſanguinem crucis ſuæ his qui in terra e-
rant, & his qui in cœlis, & cætera quæ in eodem di-
cuntur loco, non putabit nos qui iuxta ſpiritum
Iſrael nocamur, fuiſſe longe, & Iudæos qui tantum
modo Iſrael nuncupantur in carne, fuiſſe prope. Et
hanc totam intelligentiam ad angelos, uirtutesq;
cœleſtes, & ad animas temperauit humanas, quod
in ſuo Chriſtus ſanguine terrena & cœleſtia copu-
larit, quæ inter ſe antea diſſidebant, & bonus pa-
ſtor morbidā ad montes reuectãs ouē, fecerit eſſe
cū cæteris, drachmāq; quæ perierat, drachmis quæ
ſaluæ fuerãt copulauerit, & Moyſen ſpūalia cōſpi-
ciendo dogmata, tabernaculū uiſibile cōſtruxiſſe,
& mādata legalia ad illius retraxerit dogmata, ad
quorū typū & imaginē Moyſes, quę in tabernacu-
lo fabricādo conſpexit, atq; ita fieri, ut crux dñi nō
ſolū terræ, ſed & cœlo profuerit, non tantum ho-
minibus, ſed & angelis, & omnis creatura dñi ſui
cruore mūdata ſit. Quod autem ait, ut duos conde-
ret in ſemetipſo in unum nouum hominē, & quod
magis uidetur ſuperiori de Iudæis atque gentibus
ſenſui conuenire, ſic ſuæ intelligentiæ coaptauit,

ut dicat hominem iuxta imaginē & ſimilitudinē
dei factum, eandem poſt reconciliationem formā
recepturum, quam & nunc angeli habent, & ipſe
perdiderit. Nouum autem hominem eſſe dicit, qui
quotidie renouatur, & habitaturus eſt in nouo mū
do, qnādo erit cœlū nouū, & terra noua, & bibitu-
rus eſt calicem Ieſu nouum in regno dei, & canta-
turus canticū nouū, & uere noui teſtamēti lectiōe
Iſai. 43 gandebit. Illud quoq; quod alibi ſcribitur: Ecce fa
cio noua quæ nunc orientur, ſic ſentiet, ut princi-
pium innouationis in præſenti ſeculo fieri exiſti-
met, cæterum perfectam conſummatamq; nouita
tem necdum in iſto putet ſeculo poſſe cōpleri. Et
quomodo nunc per ſpeculum uidemus in ænigma-
te, tunc autem facie ad faciem, ſic & inſtaurationē
noui hominis tūc plene perfecteq; compiendā ſci-
amus, cum cœleſtia terrenaq; fuerint copulata, &
in uno ſpiritu & ſenſu, eademq; ſententia accenderi
mus ad patrem. Vtrunque populum tam Iudæorū,
quam gentilium diuerſæ legis obſeruatione diui-
ſum, Chriſtus aduentu ſuo per fidem priora man-
data deſtruens, utroq; in ſe credente, nouum & u-
num fecerat populum, & medium parietem mace
riæ ſoluit. Medius paries, & ſepes, & maceria, une
ra legis erant, quæ duos populos diuidebant, & id
eo ipſe paries inimicitiæ nominatur, ſoluens inimi
citias in carne ſua, legem mandatorū, id eſt, popu-
lum circuncifionis, & cætera quæ non tam dei uo-
luntas, quam aut tēporis ratio, aut populi duritia
exegerat decreta euacuans, id eſt, per ſolā fidem iu
ſtificans, & moralia ſola diſcernens. Vt duos con-
dat in ſemetipſo, id eſt, Iudæum & gentilē æqua-
liter in ſuo corpore coniungens in unum nouū ho-
minē, & faciēs pacē in uno populo Chriſtiano ex
duobus effecto, ut reconciliet ambos in uno corpo
re deo, id eſt, quia ambo per peccata erant ſepara-
ti. Per crucem, inquit, interficiēs inimicitiam in ſe-
metipſo, id eſt, per ſolam fidem crucis quæ nullū
deterret. Non enim grauis aut difficilis eſt, quam
habere etiam latro potuit crucifixus. Et ueniens
euangelizauit pacē uobis qui lōge fuiſtis, & pacem
his q prope. ac ſi dicat: Ad hoc uenit ut liberet hu
manū genus, & in ſemetipſo, & ideo reconciliatio
nis gratiā reuocet. Ideo credēs in Chriſto gentiliū
populus, anteponiť his qui ex Hebræis crediderāt:
qm̄ qui ex gentibus erant ſecundū prædicationem
apoſtolicā fide integra credebāt: q autē ex Iudæis
ad Chriſti fidem acceſſerant, priuſquā aliq gentis
liū crederēt, hi circuncifionem & ſolennitates con
ſeruabant. Quoniam per ipſum habemus acceſſum
ambo. ac ſi dicat: Nemo uenit ad patrē, niſi per me
in uno ſpū ad patrē, per dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū
qui cum eo uiuit & regnat.

DE EODEM FESTO

Luc. ij.

In illo tempore: Cum conſummati eſ-
ſent dies octo, ut circuncideretur puer, uo-
catum eſt nomen eius Ieſus. Homilia ue-
nerabilis Bedæ presbyteri.

SANCTAM uenerandamq; præſentis
diei feſti memoriā, paucis quidē uerbis Eu
angeliſta comprehendit, ſed non pauca cœ
leſtis myſterij uirtute grauidam reliquit.
Expoſita namq; natiuitate dominica (cu-
ius gaudia mox angeli dignis laudibus extulerūt,
paſtores deuota uiſitatione celebrarunt, omnes q
tunc audiere, mirati ſunt, nos quoque pro modulo
noſtro prout potuimus, pxime domino largiente
cōgruis miſſarū, hymnorumq; ſolēnijs exegimus)
ſubiunxit atq; ait: *Et poſtquā conſummati ſunt dies
octo, ut circunciderctur puer, uocatum eſt nomen eius Ie
ſus. Quod uocatum eſt ab angelo, priuſquam in utero cō-
ciperetur.* Hæc ſunt feſtiuitatis hodiernæ gaudia
ueneranda, hæc ſacra ſolennitas diei. Hæc illa ſu-
pernæ pietatis munera ſacroſancta, quæ fidelium
cordibus commendans Apoſtolus ait: Quia ubi Gala. 4
uenit plenitudo temporis miſit Deum filium ſuum
factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub
lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum re-
ciperemus. Magna nanque diſpenſatione pietatis,
ad redemptionem generis humani deus pater, nō
angelum, non archangelum, ſed filium ſuum uni-
genitum mittere dignatus eſt. Quem quia in diui
nitatis ſuæ ſpecie uidere nequimus, magna rur-
ſum dilectionis arte prouidit, ut hunc factum ex
muliere, hoc eſt, ex maternæ carnis ſubſtantia, ſine
uirili admixtione conceptum, ad humanos uerum
hominem proferret aſpectus, qui in diuina uirtu-
te ac ſubſtantia manens per omnia quod erat, ne-
ram naturæ mortalis infirmitatem quam non ha-
bebat, indueret. Et ut nobis neceſſariam obedien-
di uirtutem præcipuo commendaret exemplo, fa-
ctum ſub lege filium ſuum miſit deus in mundum,
non quia ipſe legi quicquam debeat, qui unus ma-
giſter noſter, unus eſt legiſlator & iudex, ſed ut e-
os qui ſub lege poſiti, legis onera portare nequiue
rant, ſua paſſione iuuaret, ac de ſeruili conditione
quæ ſub lege erat ereptos, in adoptionem filiorū
quæ per gratiam eſt, ſua largitate reduceret. Suſ-
cepit ergo circuncifionem lege decretam in carne,
qui abſq; omni prorſus labe pollutionis apparuit
in carne: & qui in ſimilitudine carnis peccati, non
autem in carne peccati aduenit, remedium quo ca
ro peccati conſueuerat mundari, non reſpuit, ſicut
etiam undam baptiſmatis, qua nouæ gratiæ po-
pulos à peccatorum ſorde lauari uoluit, ipſe nō ne
ceſſitatis, ſed exempli cauſa ſubijt. Scire etenim de
bet fraternitas ueſtra, quia idem ſalutiferæ curati
onis auxilium circuncifio in lege cōtra originalis
peccati uulnus agebat, quod nunc baptiſmus age-
re reuelatæ gratię tempore conſueuit, excepto q̄d
cœleſtis regni ianuam necdū intrare poterant, do
nec adueniens benedictionem daret qui legem de-
dit, ut uideri poſſit deus deorum in Sion: tantū in
ſinu Abrahæ poſt mortem beata requie conſola-
ti, ſupernæ pacis ingreſſum ſpe felici expectabāt.
Qui enim nunc per euangelium ſuū terribiliter ac Iohan. 3
ſalubriter clamat: Niſi quis renatus fuerit ex aqua
& ſpiritu, non poteſt introire in regnū dei: ipſe du-
dum per legem ſuā clamabat: Maſculus cuius præ- Gene. 17
putij caro circuncifa non fuerit, peribit anima illa
de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit, id
eſt, quia pactum uitæ in paradiſo hominibus man-
datum Adam præuaricante tranſgreſſus eſt, in quo
peccauerūt omnes, peribit de cœtu ſanctorū, ſi nō
fuerit ei remedio ſalutari ſubuentum. Vtraq; ergo
purificatio & circuncifionis uidelicet in lege, & in
euangelio baptiſmatis, tollēdæ præuaricatiōis pri
mæ gratia poſita eſt. Et ne cui ſeculi labentis æta-
ti ſupni reſpectus munera deeſſent, illi q̄q; q a mū
di exordio uſq; ad tēpora datæ circuncifionis, uel
poſt datam circūciſionem de alijs nationibus deo
placuerunt, uel hoſtiarū oblationibus, uel ſola cer-
tę fidei uirtute ſuas ſuorūq; animas creatori com-
mendantes, à primi reatus uinculis abſoluere cura
bant.

Heb. 11 bant. Sine fide enim impoſſibile eſt placere deo. Et
Aba. 2. ſicut alias ſcriptum eſt: Iuſtus autem ex fide uiuit.
Sed ueniens in carne dei filius, qui ſolam carnis na-
turam, nullam autem peccati contagionem contra
xit de Adam, & qui ſpiritusſancti uirtute de uirgi-
ne conceptus & natus eſt, nullo eguit munere gra-
renaſcentis, utrunq; tñ purificationis genus ſubi-
re dignatus eſt, & circuncisus uidelicet à parenti-
bus octaua die natiuitatis, & triceſimo ætatis an-
no baptizatus à Iohanne. Imo etiam tertiũ ſaluta-
ris hoſtiæ munus ipſe templi dominus pro ſe non
reſpuit offerri. Cuius die de hinc triceſimatertia,
Domino opitulante, ueſtra charitas auditura ſimul
eſt & celebratura myſterium. Cuncta inquam & le
galis, & euangelicæ purificationis genera, qui nul-
lo indiguit Dominus ſuſcipere non deſpexit, ut &
conſummandæ iam legis decreta ſuo tempore do-
ceret eſſe ſaluberrima, & aduenientis euangelij cũ-
ctis fidelibus oſtẽderet æque ſubeũda remedia. Sed
& hoc quod eodem die ſuæ circuncisionis nomen
ut Ieſus uocaretur accepit, ad imitationem priſcæ
fecit obſeruationis, quam ex eo credimus ſumptã
quod Abraham patriarcha qui primus circunciſi-
onis ſacramentũ in teſtimoniũ ſuæ magnæ fidei, &
diuinæ ad eum promiſſionis accepit, eodẽ die ſuæ
ſuorumq; circuncisionis, etiam nominis amplifica-
tione ſimul cum coniuge ſua benedici promeruit,
Gene. 17 ut q tatenus Abrahã, pater excelſus dictus ẽ, deiñ
Abrahã. i. pater multarũ gentiũ uocaretur, qa patrẽ,
inqt, multarũ gẽtium conſtitui te. Quæ fideliſſima
ꝓmiſſio tam late ꝑ orbem iam patet impleta, ut e-
tiã noſipſi de gẽtibus ad fidei illius deuotionẽ uoca
ti, ipſum nos patrẽ ſpũaliter habere gaudeamus, di
Gallat. 3 cente etiã nobis Apoſtolo: Si autem uos Chriſti,
ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſſionem
hęredes. Et Sarai, inquit, uxorem tuam non uoca-
bis Sarai, ſed Saram, id eſt, non principem meã uo-
cabis, ſed principem, uidelicet aperte docẽs, ut eã,
quæ tantæ fidei particeps & ſocia facta eſt, non ꝓ
prie principem ſuæ domus, ſed abſolute principẽ,
id eſt, omnium recte credentiũ fœminarum uoca-
ret & intelligeret eſſe parentem. Vnde beatus Pe-
trus apoſtolus credentes de gentibus fœminas, ad
humilitatis & caſtitatis & modeſtiæ uirtutem ꝓ-
uocans, eiuſdem matris noſtræ Saræ debita cũ lau
1 Pet. 3 de meminit. Sicut Sara, inquit, obediebat Abrahæ,
dñm eum uocans, cuius eſtis filiæ benefacientes, &
non timentes ullam perturbationem. Hęc dilectio
nem ueſtrã fratres admonere curauimus, ut ſingu-
li ueſtrum meminerint etiam ſeipſos percepta fide
Chriſti cum patriarchis nominis excelſi meruiſſe
conſortium, ſeq; percepta in Chriſto purificatione
baptiſmi ſalutaris, deriuatũ à nomine Chriſti gau-
deant mutaſſe cognomen, & hoc uſq; ad finem fir-
mum intemeratumq; ſeruare contendant, gauden-
Eſa. 65. tes in ſe illud Iſaiæ uaticiniũ eſſe cõpletum: Et ſer-
uos ſuos uocabit nomine alio: hoc eſt, nomine Chri
ſtiano, quo nunc omnes ſerui Chriſti ſe delectãtur
inſigniri. Neq; enim nomen aliud ſub cœlo datum
eſt hominibus, in quo nos oporteat ſaluos fieri. Vn
de propheta conſequenter adiungit: In quo qui be
nedicendus eſt ſuper terram, benedicetur in deo, a-
men. Dicit & alias de eodem, multiplicandam etiã
de gentibus eccleſiam alloquens: Videbunt gentes
iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & uo
cabitur tibi nomen nouum, quod os domini locutũ
eſt. Quare autem puer qui natus eſt nobis, & filius
qui datus eſt nobis, Ieſu, id eſt, ſaluatoris nomen
acceperit, non expoſitione ut à nobis poſſit intel-
ligi, ſed ſolicita ac uigili eget intẽtione, ut etiã nos
poſſimus eiuſdem nominis participatione ſalua-
ri. Legimus quippe angelo interpretante, quia i-
pſe ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorum.
Et indubitanter credimus ac ſperamus, quia qui à
peccatis ſaluat, ipſe etiam à corruptionibus quæ Matt. 1
ob peccata cõtigerũt, & ab ipſa morte ſaluare nõ
omittit, Pſalmiſta teſtante qui ait: Qui propicius
fit omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes lã
guores tuos. Dimiſſis quippe omnibus iniquita- Pſal. 102
tibus noſtris, ad integrum omnes lãguores noſtri
ſanabuntur, cum reſurrectionis gloria apparente,
nouiſſima inimica deſtructa fuerit mors. Et hæc
eſt uera ac plenaria noſtra circuncisio, cum in die
iudicij cunctis ſimul animæ carniſq; corruptioni-
bus exuti, mox peracto iudicio ad uidendã perpe-
tuo creatoris noſtri faciem, aulam regni cœleſtis
ingredimur, quod eſt typice paruulos circunciſos
ad templum Domini Hieroſolymã cum laudibus
hoſtiarum munus acceptabile deferre. Vera etenĩ
circuncisione purgatus templum domini cum mu
neribus ingreditur, qui gloria reſurrectionis ab
omni labe mortalitatis excoctus cum bonorũ fru-
ctibus operum, ſupernæ ciuitatis gaudia ſempiter
na ſubit. Dirupiſti, inquiens, uincula mea, tibi ſa- Pſal. 115.
crificabo hoſtiam laudis. Vota mea domino reddã
in atrijs domus domini, in conſpectu omnis popu
li eius, in medio tui Hieruſalem. Quod deſideratiſ
ſimum tempus cœleſtis introitus, illa dies octaua
qua circuncisio celebratur, indicat. Sex etenĩ ſunt
huius ſeculi ætates, notiſſimis temporum diſtin-
ctæ articulis, in quibus pro deo laboribus inſiſte-
re & pro adipiſcenda requie ſempiterna ad tẽpus
operari neceſſe eſt. Septima eſt ætas, non in hac,
ſed in alia uita quieſcentium uſq; ad tẽpus reſur-
rectionis animarum. Octaua autem ætas, ipſe eſt
dies reſurrectionis ſine ullo temporis fine beata,
q̃do uera omnimodo circuncisionis gloria coru-
ſcãte, non ultra corpus quod corrũpitur aggraua-
bit animam, nõ terrena inhabitatio deprimet ſen-
ſum multa cogitantẽ, ſed corpus iam incorruptibi
le lætificabit animam, & ſubleuabit cœleſtis habi-
tatio totum hominẽ uiſioni ſummi conditoris in-
hærentẽ. Cuius æterni diei beatitudinem prophe-
ta in illo cuius ſupra meminimus pſalmo conſequẽ
ter exponit, animam ſuam ipſe & omnes interio-
ris ſui hominis affectus ad benedicendũ dñm, re-
cordanſq; omnes retributiones eius, excitãs. Qui Pſal. 102
redemit de interitu, inquit, uitam tuam, qui ſatiat
in bonis deſiderium tuum, qui coronat te in miſera
tione & mia, renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua.
Et ideo neceſſe eſt fratres chariſſimi, ut qui ad hu
ius pulcherrimæ renouationis quaſi ſummæ circũ
ciſionis deſideramus præmia pertingere, curemus
interim primitiuæ circuncisionis & renouationis
quę quotidianis uirtutũ exercitationibus fit, ſubi-
re remedia. Deponamus ſecundum priſtinam con
uerſationem ueterem hominẽ, qui corrumpitur ſe-
cundum deſideria erroris, renouemur ſpiritu men
tis noſtrę, & induamus nouum hominem, qui ſecũ
dum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ue-
ritatis. Neq; audientes circuncisionem, in uno cor
poris noſtri membro nos caſtigare ſufficere creda
mus: ſed ſicut idem alibi monet Apoſtolus: Mun-
demus nos ab omi labe & inquinamento carnis &
ſpũs, perficientes ſanctificationem in timore Dei.
Relegamus Acta Apoſtolorũ, uideamus beatiſſimũ

protomartyrem Stephanum Iudæis ſe cum domi-
Act. 7 no perſequentibus terribiliter intonantem: Duri
ceruice, & incircũciſi cordibus & auribus, uos ſem
per ſpirituiſancto reſtitiſtis. Si ergo incircunciſi
cordibus & auribus ſunt, qui ſpiritusſancti moni-
tis reſiſtunt, eſt utiq; cordium & aurium circunci-
ſio. Et ſi eſt cordium & aurium, eſt & omnium ex-
Matt. 5 terioris interiorisq; hominis noſtri ſenſuum. Qui
enim uiderit mulierẽ ad concupiſcendum eam, q
habuerit oculos ſublimes, huius incircunciſus eſt
Iohan. 8 uiſus. Quibus uoce ueritatis dicitur: Qui ex Deo
eſt, uerba Dei audit: propterea uos nõ auditis, q2
ex Deo non eſtis. Incircunciſi ſunt auribus, incir-
cunciſi ſunt in lingua & manibus, quorum os locu-
tum eſt uanitatem, & dextera eorũ dextera iniqui
tatis. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, ma-
la autem ſunt in cordibus eorum, & dextera eorũ
repleta eſt muneribus. Incircũciſi ſunt guſtu, quos
Iſaiæ 5 propheta redarguit, dicens: Væ qui potentes eſtis
ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miſcendum
Eccle. 28 ebrietatem. Incircunciſi olfactu & tactu, qui un-
guento & uarijs ſunt delibuti odoribus, qui ſequũ
tur amplexus meretricis aſpergentis cubile ſuum
Pſalm. 13 myrrha & aloe, & cinamomo. Incircuncisi greſſi-
bus, de quibus Pſalmiſta commemorat: Contritio
& infelicitas in uijs eorum, & uiã pacis nõ cogno-
uerunt. At qui omni cuſtodia ſeruãt ſuum cor, qui
auertunt oculos ſuos ne uideant uanitatem, qui ſe
piunt aures ſuas ſpinis ne audiant linguam nequã,
qui guſtant & uident quàm ſuauis eſt dominus, q̃
beatus uir qui ſperat in eo, qui cuſtodiunt uias ſu
as, ut non delinquant in lingua ſua, qui donec ſup̃
eſt halitus in eis, & ſpiritus dei in naribus eorum,
non loquunt̃ labijs iniquitatem, nec lingua eorum
meditatur mendacium, qui leuant manus ſuas ad
mandata Dei, eaque diligunt, qui ab omni uia ma-
la prohibent pedes ſuos, ut cuſtodiãt uerbum dei,
iſti omnes ſenſus ſuos petra ſpiritualis exercitij oſ
tendunt ſe habere circunciſos. Petrinis quippe cul
tris circuncisionem fieri legimus. Petra autẽ erat
Chriſtus, cuius fide, & ſpe, & charitate non ſolum
in baptiſmate, ſed in omni prorſus actione deuota
purificantur, corda bonorũ. Quæ & ipſa quotidia
na circuncisio noſtra, id eſt, continua cordis mun-
datio, ſemper octauæ diei ſacramentum celebra-
re non deſiſtit, quia nos in exemplum dominicæ
reſurrectionis, quæ octaua die, id eſt, poſt ſeptimã
ſabbati facta eſt, ſanctificare conſueuit, ut quomo-
do ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam pa-
tris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus, præ-
ſtante Deo, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorũ,
Amen.

DE EODEM FESTO, HOMI-
lia D. Euſebij Emiſſeni.

NObis, non ſibi, circuncidit̃ dñs. Sicut enim no
bis natus eſt, nobis baptizatus & paſſus, ita &
nobis eſt circunciſus. Primus Abraham circũ
ciſus eſt. De quo Apoſtolus ait, quia ſignũ accepit
circuncisionis, ſignaculũ iuſtitiæ fidei. Data eſt igi
tur circuncisio nõ ut peccata tolleret, quod baptiſ-
mi proprium eſt, ſed ut aliquid ſignificaret, & qua
dam differentia Iudæorum populũ ab alijs gentibus
ſepararet. Quamuis itaq; propter mandati tranſ-
greſſionem, quicunq; olim non circuncideret̃, dam
nabat̃: nemo tamen per circuncisionem iuſtificaba
tur. Vt enim Apoſtolus ait, Circuncisio quidem p̃
deſt, ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator le-
gis ſis, circuncisio tua præputiũ facta eſt. Non eñ
q in manifeſto Iudæus, neq; ea quę in manifeſto in
carne circuncisio, ſed q in abſcõdito Iudæus, & cir-
cuncisio cordis in ſpiritu, non litera. Magnum igit̃
aliqd ſignificat circuncisio, & tam magnũ aliqd ut
quicunq; eo modo circunciſus non fuerit, (ut inte-
rim de paruulis taceamus) ſaluari non poſſit. De
hac enim circuncisione ſcriptum eſt: Circuncidite
corda ueſtra, & non corpora ueſtra. De carnis ue-
ro circũcisione Apoſtolus ait: Ego Paulus dico uo
bis, ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil prode-
rit. Hæc enim circuncisio in Chriſto cõpleta eſt,
in q̃ & aliæ legis cæremonię cõſummatæ ſunt. Fi-
nis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiã omni credẽti.
Ideo eñ ipſe circũciſus eſt, ut legẽ cõpleret, & bo-
nam eſſe oſtẽderet, eiusq; nobis ſignificationẽ cõ-
mendaret. Vñ & ea nocte qua traditus eſt, cũ diſci
pulis agnũ comedit, & mox quid ſignificaret oſtẽ-
dit, dum panẽ & uinũ bñdicens ait: Accipite & cõ
medite: hoc eſt corpus meũ. Et bibite ex hoc oẽs:
hic eſt calix noui teſtamẽti, q pro uobis & p̃ mul-
tis effundet̃. Et hoc ſacramentũ tunc ab eo & mo-
do completũ, neq; ulterius ſecundum literã agen-
dũ eſſe uel intelligendũ, p̃tinus oſtendit, dicẽs: A-
men amen dico uobis, nõ bibã amodo de hoc geni
mine uitis, donec bibã illud uobiſcũ nouũ in regno
dei: Sic igit̃ uetus teſtamentũ cõpleuit & cõfirma
uit, literæ finẽ impoſuit, & ſpũali nouæq; intelli-
gentiæ principatũ dñs tribuit. Cõſummata eſt er-
go lex atq; pertranſiit, ſed ſecundũ literã: manet aũt
ſemperq; manebit, ſecundũ ſpiritualem intelligen
tiã. Vñ ipſe dñs ait: Cœlum & terra tranſibũt, uer
ba aũt mea non p̃teribunt. Itemq;: Amen amen di
co uobis, unũ iota neq; un9 apex p̃teribit ex lege,
donec omnia cõpleant̃. Et Iudęi quidẽ in uno mẽ-
bro circuncidũtur, quare tñ circuncidant̃, non in-
telligunt: Chriſtiani uero qd circuncisio ſignificet
intelligentes, non unũ tantũ, ſed omnia mẽbra cir
cũcidũt, nõ pellis inciſione, ſed totius ſup̃fluitatis
abiectione. Qui enim non occidit, nõ mœchat̃, nõ
furtum facit, non mentit̃, non concupiſcit rem p̃-
ximi ſui, q nulli nocet, nulli iniuriã facit, uana audi
re uel uidere uel cogitare nõ appetit, iſte interius
& exterius pfecte circuncisus eſt. Hoc illa circũci-
ſio Iudæorũ ſignificat, ſine hac aũt ſignificatione
inutilis eſt. Si enim intelligerẽt qd ſignificet: Sint
lũbi ueſtri p̃cincti. (hæc eſt enim illius circunciſio-
nis expoſitio) nõ ſe fortaſſe ulterius inutiliter uul
nerarent. Hæc eſt igit ſecunda circuncisio, de q̃ ad
Ioſue dñs ait: Fac tibi cultros lapideos, & circunci
de ſecundo filios Iſrael. Et paulo poſt: Hęc eſt igit̃
cauſa ſecundæ circuncisionis, quia populus q per
quadraginta annos in deſerto natus fuerat, circun
ciſus non erat. Quare ergo ſecunda circuncisio di-
cit̃, uel quare ſecundũ circuncidi dicunt̃, qui prius
circunciſi non erant? Secundus enim ad primũ re-
fertur, neq; ſine primo ſecundus dici poteſt. Sit igi
tur prima circuncisio carnalis, ſecunda uero ſpũa-
lis. Prima Iudæorũ, ſecunda Chriſtianorũ. Prima
eorũ qui Iordanẽ tranſierunt, ſecunda eorũ q Ior-
danem non tranſierunt. Populus eñ iſte qui in de-
ſerto natus fuerat, (de quo mõ dicitur ut ſecundo
circuncidatur) tũc prius circunciſus eſt, poſtq̃ Ior-
danẽ tranſiuit. Quoniam nõ illam circuncisionẽ ſi-
gnificabat, quę fit ante baptiſmum, ſed illã quæ fit
poſt baptiſmũ. Iordanis enim baptiſmũ ſignificat,
in q̃ dñs baptizatus eſt, qui uere baptiſmi principi
um & formam dedit. Et illa igitur circuncisio quę
fit ante baptiſmum, & illa quę fit poſt baptiſmum,
pœniten-

pœnitentiã ſignificat. Solebãt enim ſancti his qui baptizandi erant, pœnitentiam imponere, & illa quidem erat prima circuncisio. Quid eſt enim circuncisio, niſi uitiorum & pĉtõrum abſciſſio? Poſtquam uero baptizati ſunt, id eſt poſtquam Iordanem tranſierunt, (baptizari enim hoc eſt Iordanẽ tranſire) tunc ſecunda circuncisio ſequitur. Sed quare dico ſecundam? Toties enim circunciditur homo, quoties poſt peccatum ad pœnitentiã redit. Qui ſi nunquam peccaret, nunquã poſt baptiſmũ, uel circuncisione uel pœnitentia indigeret. Quoniam autem niſi per Chriſtum, peccata non tolluntur, (ipſe eſt enim agnus dei qui tollit peccata mũdi) ideo cultris lapideis circuncisio fieri iubetur: quoniam (ſicut Apoſtolus ait) petra autem erat Chriſtus. Beatus enim qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. Sed quare completis octo diebus circuncisus eſt Dominus? Quare etiam octaua die fiebat circuncisio? Octaua nanque dies ipſa quæ & prima. Ipſa eſt autem quæ dies dominica uocatur. Ipſa die mundus cœpit, ipſa Chriſtus à mortuis reſurrexit, ipſa ſpiritum ſanctum Apoſtolis dedit, & ipſa ultima & uniuerſalis reſurrectio fiet. Et tunc quidem perfecte circũcidetur omnis homo, quia tunc omnibus uitijs abſciſſis, mũdus & purus à peccato, qualis in initio creatus eſt, talis ad uitã ducetur æternam. Sequitur: *Et uocatum eſt nomen eius Ieſus, quod uocatum eſt ab angelo priuſquam in utero conciperetur.* Ieſus enim ſaluator, ſiue ſalutaris interpretatur. De hoc enim ſalutari, Iacob patriarcha dicebat: Salutare tuũ expectabo Domine. Ideo & Ioſeph qui Chriſtum ſignificabat, ſaluator mundi à Pharaone uocatus eſt. Multa ſunt enim in quibus Ioſeph Chriſtum ſignificat. Fuit enim & ipſe ouium paſtor, Iudæ conſilio uenditus, & à fratribus adoratus. Ipſe inter principes loquebatur ſapientiam, ipſe totam Aegyptũ à fame liberauit, & ſua ſapientia ſaluauit.

IN VIGILIA EPIPHANIæ. Matthæi. 2.

In illo tempore: Defuncto Herode, ecce angelus Dñi apparuit in ſomnis Ioſeph, in Aegypto, dicẽs: Surge. Et reliqua. Homilia Haymonis.



Quia non dixit defunctus, ſed defũcti, ex his angeli uerbis intelligimus multos principes Iudæorum cum Herode in necẽ dñi conſenſiſſe. Ideoque diuina ultione factum eſt, ut multi ex his cum illo perirent, cum quo in necem Dñi cõſenſerant. Spiritualiter autẽ obitus Herodis terminũ ſignificat inuidioſæ contentionis, qua nunc eccleſia cõtra Iudæã ſęuit. ¶ *Qui conſurgens accepit puerum & matrẽ eius, et uenit in terram Iſrael.* Quod poſt obitum Herodis puer Ieſus ad terram Iſrael reuerſus eſt, ſignificat quia circa finem ſeculi in ſynagogã eſt reuerſurus, cum per prædicationem Enoch & Heliæ in eum crediderint. Vnde cum in Aegyptũ deferre iubetur, & fugere, hoc in nocte præcipitur. Cum uero ad terrã Iſrael reuertitur, nec noctis fit mentio: quia quos nunc propter incredulitatem in tenebris perfidiæ deſerit, circa finẽ ſeculi credentes in lucem fidei recipiet. ¶ *Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illo ire.* Archelaus aũt unus fuit de Herodis filijs, quem poſt ſe ad regnandum in Iudæa Herodes inſtituerat, ſed poſt ea inſolẽtiã eius accuſantibus Iudæis, & iudicio ſenatus, apud * Mrnã quæ Galliarũ eſt urbs, exilio relegatus uitam finiuit. Archelaus autem, qui uincẽs leo interpretatur, Antichriſtum ſignificat, qui ad tempus in ſanctis uictoriã habebit, & quaſi leo terribilis apparebit. In illam ergo partem in qua regnabat Archelaus, cum puero ire Ioſeph noluit, quia illam partem populi Iudæorũ quæ Antichriſto eſt creditura, Chriſtus non inhabitabat per fidem. Poſt necem autem Archelai, Chriſtus ad terram Iſrael reuertitur, quia poſt interfectionẽ Antichriſti, ſynagoga in eum creditura eſt, ut ait Apoſtolus: Cum plenitudo gentiũ intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus erit. Sed quia in eccleſia manet & manebit, audiamus ubi habitauerit. ¶ *Et admonitus in ſomnis ſeceſſit in partes Galilææ: & ueniens, habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth.* Quia enĩ Nazareth flos ſiue uirgultũ interp̃tat̃, ſignificat eccleſiã, quæ & florẽ habet mũditiæ, & uirgultũ iuſtitiæ, cuius uirgulti pulchritudinem admirabat̃ ſponſus in Canticis Canticorum, dicens: Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertũ ſicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris, & uniuerſi pulueris pigmẽtarij? Cui iterũ uoce ſpõſi dicit̃: Ego flos cãpi & lilium conuallium. Et quia eccleſia de p̃ſentis uitę amore ad cœleſtę deſiderium tranſit, recte Nazareth Galilææ dicit̃, quæ trãſmigratio interpretat̃. Quod aũt ſubdidit: ¶ *Vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetas, & quoniam Nazareus uocabitur,* hoc teſtimoniũ in ſeptuaginta interpretibus non habetur. Nõnulli enim de Iſaiæ prophetæ libro ſumptũ eſſe uolunt, ubi ſcriptum eſt: Exiet uirga de radice Ieſſe, & Nazaręus de radice eius aſcẽdet. Nos autem dicimus quia ſi fixum de ſcripturis poſuiſſet Euangeliſta teſtimoniũ, nõ dixiſſet per prophetas, ſed per prophetam. Omnes enim prophetæ dñm Nazaræum uocant, quia ſecundum eum prædicãt. Ipſe enim eſt de quo per Danielem dicitur: Cum uenerit ſanctus ſanctorum, ceſſabit unctio. Et Dauid: Nõ dabis ſanctum tuum uidere corruptionẽ. Et iterum: Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum. Defuncto autẽ Herode, id eſt, mortua lege literæ, uel excuſſo diabolo de corde Iudæorum circa finem mundi: Quia dum Iudæi ſuperſtitioſam legem obſeruant literæ, regnat diabolus in illis, & eſt Chriſtus inter gentes. Poſtquam uero abiecerint hæc omnia à ſe, tunc reuertetur filius Dei uel fides ad eos. ¶ *Ecce angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph.* Qui Chr̃um credit ſe filium Dei, & eum portat in corde ſuo, recte angelus illi apparet. ¶ *Surge, & accipe puerum.* Surge à terra, qui terrena relinquis. Prius puerum, & poſtea matrem iubet accipere: prius deum, & poſtea proximum diligere. ¶ *Et uade in terram Iſrael,* hoc ẽ, cœleſtem patriam. Niſi portet Chriſtum, & diligat deum & proximum, non poterit intrare. ¶ *Defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.* Totum dicit pro parte. Sic in fine mundi defuncta erit lex illiteræ. ¶ *Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa, timuit illo ire.* Cur ire noluit in Iudæam? Cur non ibat in Iudæam, ubi habitauit prius uel Nazareth, qua proprie habitabat? Quia puta-

bas

Viennam

Rom. 11

Cant. 3

Cant. 2

Iſaiæ. 11

Danie. 9.

Pſalm. 15

Pſalm. 4.

bat quod angelus eum propter templum & orationes quæ erant in Iudæa, iuberet propriæ cõmorari in Hieruſalẽ. Sed ꝓpter myſterium nõ potuit illuc diuertere, qa qui aſcendit de Aegypto, hoc eſt, de tenebris pc̃tõrum: nõ poteſt prius ire in Iudæam, id eſt confeſſionẽ, neq; in Bethleem, hoc ẽ, domum panis, quæ ſignificat eccleſiã, nec in Hieruſalem, hoc eſt, uiſionem pacis, niſi prius eat in Gallæam, ut emigret & tranſuolet de malo ad bonũ, de uitijs ad uirtutes, & inde tranſeat in Nazareth, ut faciat prius florẽ & munditiã bonorum operũ, & ſic poſtea conſcendat Iudæã (prius enim fit flos, poſtea fructus) inde per ordinem cõſcendat Bethleem, nouiſſime Hieruſalem, id eſt, uiſionem pacis. Et ideo admonitus eſt Ioſeph in ſomnis ab angelo ne rediret prius in Iudæam. Archelaus autem, q leo inueſtigans interpretatur, ſicut Antichriſtum, qui regnat pro Herode patre ſuo. Sic regnaturus eſt Antichriſtus in fine mundi pro iſto diabolo q nunc Iudæos regit. Apud nos autẽ regnat Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius regnum & imperium permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

IN EPIPHANIA DOMINI
Sermo Leonis Papæ.

CElebrato proximæ feſtiuitatis die, quo intemerata uirginitas Mariç humani generis edidit ſaluatorem, Epiphaniæ nobis dilectiſſimi ueneranda feſtiuitas dat perſeuerãtiã gaudiorum, ut inter cognatarum ſolennitatum uicina ſacramẽta, exultationis uigor, & feruor fidei nõ tepeſcat. Ad omnium enim hominum ſpectat ſalutẽ, quod infantia mediatoris dei & hominum iam uniuerſo declaratur mũdo, cum adhuc exiguo detineretur oppidulo. Quamuis enim Iſraeliticam gentẽ, & ipſius gentis unam familiã delegiſſet, de qua naturam uniuerſæ humanitatis aſſumeret, noluit tñ intra maternæ habitationis anguſtias ortus ſui latere primordia, ſed mox ab oibus uoluit agnoſci, q dignatus eſt om̃ibus naſci. Tribus igitur Magis in regione orientis ſtella nouæ claritatis apparuit, quæ illuſtrior cæteris, pulchriorq; ſideribus, facile in ſe intuentium oculos animosq; conuerteret, ut confeſtim aduerteretur non eſſe ocioſum, quod tam inſolitũ uidebatur. Dedit ergo aſpicientibus intellectum, qui præſtitit ſignum: & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & ſe inueniendum obtulit requiſitus. Sequuntur tres uiri superni luminis ductum & præuij fulgoris indicium, intenta contemplatione comitantes, ad agnitionem ueritatis gratiæ ſplendore ducuntur, qui humano ſenſu ſignificatum ſibi regis ortum, æſtimauerunt in ciuitate regia eſſe quærẽdum. Sed qui ſerui ſuſceperat formam, & non iudicare uenerat, ſed iudicari, Bethleem prælegit natiuitati, Hieruſalem paſſioni. Audiens uero Herodes Iudæorum principem natum, ſucceſſorem ſuſpicatus expauit, & molitus necem ſalutis autori, falſum ſpopondit obſequium. Quàm felix foret, ſi Magorum imitaretur fidem, & conuerteret ad religionem, quod diſponebat ad fraudem. O cæca ſtultæ æmulationis impietas, quæ perturbandum putas diuinum tuo furore conſilium. Dominus mundi, temporale non quærit regnum, qui præſtat æternum. Quid incommutabilem diſpoſitarum rerum ordinem uertere, & aliorum facinus præoccupare conaris? Mors Chriſti non eſt temporis tui. Ante condendum eſt euangelium, ante prædicandum eſt dei regnum, ante ſanitates donandæ, ante ſunt facienda miracula. Cur quod alieni futurum eſt operis, tui eſſe ois criminis, & non habiturus effectum ſceleris, in ſolum te reatũ præcipitas uoluntatis? Nihil hac molitione proficis, nihil peragis, qui uoluntate natus eſt, arbitrij ſui poteſtate morietur. Conſummant ergo Magi deſiderium ſuum, & ad puerum Dominum Ieſum Chriſtum eadem ſtella præeunte perueniunt, adorant in carne uerbum, in infantia ſapientiam, in infirmitate uirtutem, & in hominis ueritate Dominum maieſtatis, atq; ut ſacramentum fidei ſuæ intelligentiæq; manifeſtent, quod cordibus credũt, muneribus proteſtantur. Thus deo, myrrham homini, aurum offerunt regi, * ſcilicet humanam diuinamq; naturam in unitate ueneran * tes. Quia quod erat in ſubſtantijs proprium, non erat in * perſona diuerſum. Reuerſis autem Magis in regionem ſuam, & tranſlato Ieſu in Aegyptum ex admonitione diuina, exardeſcit fruſtrata in meditationibus ſuis Herodis inſania, necari omnes Bethleẽ pueros iubet. Et quoniam quem metuit neſcit infantem, generalem ſæuitiam in ſuſpectam ſibi tendit ætatem. Sed quos rex impius eximit mundo, Chriſtus inſerit cœlo: & quibus nõdum ſanguinis ſui impendit redemptionem, iam martyrij tribuit dignitatem. Erigite ergo dilectiſſimi fideles animos ad coruſcantem gratiam luminis ſempiterni, & impenſa humanæ ſalutis ſacramenta uenerantes, ſtudiũ ueſtrum his quæ pro uobis geſta ſunt, ſubdite. Diligite caſtimoniæ puritatẽ, quia Chr̃us uirginitatis ẽ filius. Abſtinete uos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam, quemadmodum nos præſens beatus Apoſtolus ſuis (ut legimus) uerbis hortatur, malitia paruuli eſtote, quia Dñs gloriæ mortalium ſe conformauit infantiæ. Sectemini humilitatem quam dei filius diſcipulos ſuos docere dignatus eſt. Induite uos uirtute patientiç, in qua aĩas ueſtras poſſitis acquirere, q̃niam qui cũctorum eſt redemptio, ipſe eſt omnium fortitudo. Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Per uiam ueritatis & uitæ conſtanter incedite. Nec uos impediant terrena, quibus parata ſunt cœleſtia: Per Ieſum Chriſtum dñm noſtrũ, Amen.

Marginal notes: ſci.utes / dam / poteſtate — 1.Pet. 2 — 1.Cor.14 — Matt.18 — Colloſ.3

DE EODEM FESTO,
Matthæi 2.

Cũ natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi uenerunt ab oriente Hieroſolymam, dicentes. Et reliqua. Homilia beati Gregorij Papæ.



SICVT in lectione euãgelica fratres audiſtis, cœli regenato, rex terrç turbatus ẽ. Quia nimirũ terrena altitudo cõfunditur, cum celſitudo cœleſtis aperitur. Sed quçrendum nobis eſt, quidnam ſit q̃d redemptore nato paſtoribus in Iudæa angelus apparuit, atq; ad adorandũ hunc ab oriente Magos, non angelus, ſed ſtella perduxit. Quia uidelicet Iudæis, tanquam ratione utẽtibus rationale animal, id eſt, angelus prædicare debuit: gentiles uero quia uti ratione neſciebant, ad cognoſcendum dominum non per uocem, ſed per ſigna perducũtur. Quia & illis pro-

prophetiæ tanquam fidelibus, non infidelibus, & iſtis ſigna tanquam infidalibus & non fidelibus daſa ſunt. Et norandum quod redemptorem noſtrũ cum iam perfectæ eſſet ætatis, eiſdẽ gentibus apoſtoli prædicant, eumq́ paruulũ & needũ p humani corporis officiũ loquentam, ſtella gentibus denunciat. Quia nimirũ ratiõis ordo poſcebat, ut lo-
1. Cor. 14 quentem iam dominum loquentes nobis prædicatores innoteſcerent, & necdũ loquentẽ, elementa muta p̄dicarẽt. Sed in omnibus ſignis quę uel naſcẽte dño, uel morlente eo monſtrata ſunt, conſiderãdum nobis eſt quanta fuerit in quorundã Iudæorũ corde duritia, quæ hunc nec p propheti ę donũ, nec per miracula agnouit. Omnia quippe elementa autorem ſuum ueniſſe teſtata ſunt. Vt enim de eis qđdam uſu humano loquar, deũ hunc cœli eſſe cognouerunt, qa protinus ſtellam miſerunt. Mare cogno-
Iohan. 6 uit, quia ſub plantis eius ſe calcabile præbuit. Ter-
Matt. 27 ra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis ſuæ radios abſcondit. Saxa & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt. Infernus agnouit, quia hos quos tenebat mortuos, reddidit. Er tamen hunc quam deum omnia inſenſibilia elementa ſenſerunt, adhuc infidelium Iudæorum corda deum eſſe minime cognoſcunt, & duriora ſaxis ſcindi ad pœnitendum nolunt, eumq́ confiteri abnegant, quem elemanta (ut diximus) aut ſignis aut ſciſſionibus Daum clamãt. Qui etiam ad damnationis ſuę cumulum, aum quẽ narum deſpiciunt, naſciturũ longe anta p̄ſcierunt, & non ſolum quia naſceretur nouerant, ſed etiam ubi naſceretur. Nam ab Herode raquiſiti, locũ natiuitatis eius exprimunt, quem ſcripturæ ſacrę autoritate didicerunt, & taſtimoniũ proferunt quod Bethleem honorari natiuitate noui ducis oſtenditur, ut ipſa eorum gemina ſciẽtia, & illis fieret ad taſtimoniũ dãnationis, & nobis ad adiutorium credulitatis. Quos profecto bana Iſaac cum Iacob filium ſuũ benediceret, deſignauit, qui & caligans oculis & prophatans, in præſenti filium non uidit,
Gene. 27 cui tamen multa in poſterũ præuidit. Quia nimirum Iudaicus populus, prophetiæ ſpiritu planus & cæcus, eum da quo multa in futurum prædixit, in præſenti poſitũ non agnouit. Sad natiuitate regis noſtri cognita, Herodes ad callida argumenta conuertit, & ne terrano regno priuaret, renunciari ſibi ubi puer inueniretur poſtulat, adorare eum
Prou. 15 ſe uelle ſimulat, ut quaſi hunc ſi inuenire poſſit extinguat. Sed quanta eſt humana malitia contra eũ filium diuinitatis? Scriptũ quippa eſt: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium cõtra Dominum. Nam ea quæ apparuit ſtella Magos p̄duxit, natum regem reperiunt, munera deferunt, & ne redire ad Herodem debeant, in ſomnis admonentur. Sicq́ fit, ut Ieſum quem quærit Herodes, inuenira non poſſit. Cuius parſona qui alij quàm hypocritæ deſignantur? Qui dum ficte quęrunt, inuanire dominum nunquam marentur. Sed intar hæc ſciendum eſt quod Priſcillianiſtæ hæretici naſci unumquenque hominẽ ſub conſtitutionibus ſtellarum putant. Et hoc in adiutorium ſui arroris aſſumunt, quod noua ſtella exijt cum Dominus in carne apparuit euis fuiſſe fatum candem quæ apparuit ſtellam, putant. Sed ſi auangelij uerba penſamus, quibus de eadem ſtella dicitur: Vſq́ dum ueniens ſtaret ſupra ubi erat puer, dum non puer ad ſtellam, ſed ſtella ad puerum eucurrit, ſi dici liceat, non ſtella fatum pueri,

ſed fatum ſtallæ is qui apparuit, puer fuit. Sed abſit à fidelium cordibus, ut aliquid eſſe fatũ dicant. Vitã quippe hominũ, ſolus hanc conditor, qui creauit adminiſtrat. Neq́ enim propter ſtellas homo, ſad ſtallæ propter hominem factæ ſunt. Et ſi ſtella fatum hominis dicitur, ipſa ſuis miniſterijs ſubaſſe homo perhibetur. Certe cum Iacob da utaro Gene. 25
egrediens, prioris fratris plantam teneret manu, prior perfecta nequaquã egredi potuit, niſi & ſubſequens inchoaſſet. Et tamen cum uno tẽpore eodemq́ momanto utrunq́ mater fuderit, non una utriuſque uitæ æqualitas fuit. Sed ad hæc ſolent mathematici reſpondere, quia uirtus conſtallationis in ictu pũcti eſt. Quibus e diuerſo nos dicimus, quia magna aſt mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti conſtellatio p̄mutatur, neceſſe iam erit ut tot dicant fata, quot ſunt mẽbra naſcentiũ. Fateri etiã mathamatici ſolent, q̃d quiſq; in ſigno Aquarij naſcit̃, in hac uita piſcatoris miniſteriũ ſortiatur. Piſcatores uero, ut fertur, Getulia non habas. Quis igit̃ dicat, qa nemo illic in ſtella Aquarij naſcit̃, ubi piſcator oĩno non habatur? Rurſum quos naſci in ſigno Libræ aſſerunt, trapazitas futuros dicunt. Et trapezitas multarũ gentiũ p̄uinciæ ignorant. Fateant̃ ergo neceſſe aſt, aut huc in eis ſignũ deeſſe, aut effectum fatalẽ nullo modo habere. In Perſarũ q̃q; Frãcorũq́ terra reges ax gñe p̄deũt, quibus profecto naſcentibus, qs æſtimat quanti eiſdem momentis horarũ ac temporũ ex ſeruili cõditione naſcũtur? Et tñ regnũ filij uno eodẽq́ ſidere cum ſeruis nati ad regnũ proficiunt, cum ſerui qui ſecũ fuerãt geniti in ſeruitute moriant̃. Hęc de ſtalla breuiter diximus, ne mathematicorũ ſtultitiam indiſcuſſam prætermiſſa uideamur. Magi uero aurum, thus, & myrrhã offarunt. Aurũ quippe regi congruit, thus uero in dai ſacrificium ponit̃, myrrha aũt mortuorũ corpora condiũtur. Eum ergo Magi quem adorant, etiam myſticis muneribus p̄dicant, auro regem, thure deũ, myrrha mortalem. Sunt uero nonnulli hæretici qui hũc Deum credunt, ſed ubiq́ regnare nequaquam credunt. Hi profecto ei thus offerunt, ſad offerre ei aurum nolunt. Et ſunt nonnulli qui hunc regẽ exiſtimãt, ſed deum negant. Hi uidelicet ei aurum offerunt, ſad offerre thus nolunt. Er ſunt nonnulli qui hunc & deum & regem fatentur, ſed aſſumpſiſſe carnem mortalem negant. Hi nimirum aurum & thus ai offerunt, ſed offerre myrrham aſſumptæ mortalitatis nolunt. Nos itaq́ nato domino offeramus aurum, ut hunc ubiq́ regnare fateamur. Offeramus thus, ut credamus q̃d is qui in tempore apparuit, deus anta tempora extitit. Offeramus myrrham, ut eum quem eradimus in diuinitate ſua impaſſibilem, credamus atiam in noſtra carne fuiſſe mortalem. Quamuis in auro, thure, & myrrha intelligi & aliud poteſt. Auro namq́ ſapientia deſignatur, Salomone atteſtante qui ait: Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ora ſapientis. Thure autẽ quod Prou. 21
deo incenditur, uirtus orationis exprimitur, Pſalmiſta atteſtante, qui ait: Dirigatur Domine oratio Pſal. 140
mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo. Per myrrham uero carnis noſtræ mortificatio figurat̃. Vnde ſancta eccleſia de ſuis operarijs uſq́ ad mortẽ p deo certantibus dicit: Manus meæ diſtillauerũt myrrhã. Cant. 5
Nato argo regi aurum offerimus, ſi in conſpectu illius claritate ſupnæ ſapiẽtiæ reſplendemus. Thus offerimus, ſi cogitationes carnis p ſancta orationis ſtudia in ara cordis incẽdimus, ut ſuaue aliqd deo p

cœleſte

cœleſtẽ deſiderium redoiere ualeamus. Myrrham
offerimus, ſi carnis uitia per abſtinentiam mortifi
camus. Per myrrham nanq́, ut diximus, agitur ne
mortua caro putreſiat. Mortuam uero carnem pu
treſcere, eſt hoc mortale corpus fluxui luxuriæ de
ſeruire, ſicut de quibuſdam per prophetam dicitur:
Ioel.1 Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Iumen
ta quippe in ſtercore ſuo putreſcere, eſt carnales
homines in fœtore luxuriæ uitam finire. Myrrhã
ergo Deo offerimus, qñ hoc mortale corpus à lu
xuriæ putredine, per condimentum continentiæ cu
ſtodimus. Magnum uero nobis aliquid Magi inou
unt, quod in regionem ſuam per aliam uiam reuer
tuntur. In eo nanq́ quod admoniti faciunt, nobis
profecto inſinuant quid faciamus. Regio quippe
noſtra paradiſus eſt, ad quam Ieſu cognito, redire
per uiam qua uenimus prohibemur. A regione et
enim noſtra ſuperbiendo, inobediendo, uiſibilia ſe
quendo, cibum uetitum guſtando diſceſſimus: ſed
ad eam neceſſe eſt ut flendo, obediẽdo, uiſibilia cõ
temnendo, atq́ appetitum carnis refrenando re
deamus. Per aliam ergo uiam ad regionem noſtrã
regredimur, quoniam qui à paradiſi gaudijs p de
lectamenta diſceſſimus, ad hæc p lamenta reuoca
mur. Vnde neceſſe eſt fratres chariſſimi, ut ſemp
pauidi, ſemperq́ ſuſpecti ponamus ante oculos
cordis, hinc culpas op is, illinc iudiciũ extremæ di
ſtrictionis. Penſemus quàm diſtrictius iudex ueni
at, qui iudicium minatur, & latet, terrores pecca
toribus intentat, & tamen adhuc ſuſtinet, & idcir
co citius uenire differt, ut minus inueniat q̃s dãnet.
Puniamus fletibus culpas, & cum Pſalmiſtæ uoce,
Pſal.94 præueniamus faciem eius in confeſſionẽ. Voluptas
tum ergo nos fallacia nulla decipiat, nulla uana læ
titia ſeducat. In proximo oñq́ eſt iudex qui dixit:
Luc.6 Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebi
Prou.14 bus. Hinc enim Salomon ait: Riſus dolore miſcebi
tur, & extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterũ
Eccle.2 dicit: Riſum deputaui errorem, & gaudio dixi, qd
Eccle.7 fruſtra decipis? Hinc rurſus ait: Cor ſapientium u
bi triſtitia ẽ, & cor ſtultorũ ubi lætitia. Pertimeſca
mus ergo præcepta Dei, ſi celebramus ueraciter
Pſal.50 ſolennitatem diei. Gratum eſt nanq́ deo ſacrificiũ
afflictio contra peccatum, Pſalmiſta teſtante, qui
ait: Sacrificium deo ſpũs, &c. Peccata noſtra præte
rita in baptiſmatis perceptione mundata ſunt, &
tamen poſt baptiſma multa commiſimus, ſed lauas
ri iterum baptiſmatis aqua non poſſumus. Quia er
go & poſt baptiſmum inquinamus uitam, baptize
mus lachrymis conſcientiam, quatenus regionem
noſtram per uiam aliam repetentes, qui ex ea bo
nis delectati diſceſſimus, ad eam malis amaricati
redeamus. Tu autem.

DE EODEM FESTO, SERMO Beati Maximi Epiſcopi.

IN hac dilectiſſimi celebritate, ſicut relatu pater
næ traditionis inſtruimur, multiplici nobis eſt fe
ſtiuitate lætandum. Ferunt enim hodie Chriſtũ
Dominum noſtrum uel ſtella duce à gentibus ado
ratum, uel inuitatum ad nuptias, aquas in uina uer
tiſſe, uel ſuſcepto à Iohanne baptiſmo conſecraſſe
fluenta Iordanis, ſuumq́ ſimul purificaſſe baptiſ
mum. Sed quid potiſſimum præſenti hoc factum ſit
die, nouerit ipſe qui fecit, nos tamen credere, nec
dubitare debemus, quicquid illud eſt, factum eſ
ſe pro nobis. Nam quod cum fulgentioris ſtellæ ra
dijs meritati adorauere Chaldæi, Deum uerum gẽ
tibus ſpes data eſt adorãdi. Quod aquæ nouo ſunt

ordine in uina mutatæ, noui nobis poculi prælibatum eſt ſacramentum. Quod autem baptizatus eſt Chriſtus agnus dei, regenerantis baptiſmi ſalutare nobis munus eſt dedicatum. Oportet itaq́ nos fratres, ob honorem ſaluatoris noſtri, cuius natiuitatem debita nuper cum exultatione tranſegimus, omni cum deuotione etiam hũc uirtutum eius celebrare natalem. Et quàm recte tria hæc nobis uno acta in die myſteria prædicantur, qui ineffabilis trinitatis arcanum uno dei ſub nomine confitemur. Per hæc ergo miracula Chriſtus dominus redemptorq́ noſter oculis ſe uoluit reuelare mortalium, quatenus inuiſibilis eius diuinitas, quæ latebat in homine, in opere non lateret, ut dum tentator uerbum omnipotentis patris non deprehendit in carne, omnes ubiq́ qui in filio dei uerbum & carnem crederent, ſaluarentur. Et quidem uidebat diabolus infantem pannis * obſitum, ſed ignorabat ipſum eſſe qui remotis initio tenebris, mundum luce ueſtiuit. Videbat eũ mortalis matris ubera ſugentem, ſed neſciebat ipſum eſſe qui eſuriẽtem populum Hebræum angelico fecit pane uelut cœleſti lacte pingueſcere. Videbat paruulum anguſtis in cunabulis quieſcentem, ſed uidere nõ poterat ipſum eſſe quem non capit mundus. Quanto igitur inimicus in hac Chriſti humilitate p incerta diſtractus ſtupore nutabat, cum per Chaldæos, præcipuos utiq́ tyrannidis ſuæ miniſtros nouum uideret infantulum, uelut noui imperij regem regijs muneribus honorari? Aut quomodo non ſtuperet, cum turbatus inſpiceret à Magis ſuis adorari puerum quem ipſe neſciret? Quo torquebatur languore, cum pariter eius & cunas in terris deſpiceret, & ſtellam miraretur in cœlo? Vnigenitus autem altiſſimi ſic humiliter ingreſſus eſt mundũ, ut indubitata diuinitatis ſuæ deferret indicia. Natus enim de fœmina eſt, ſed natus ex uirgine * Latebat etiam in præſepio, ſed in ſidere rutilabat, ut hominem illum deumq́ eſſe, & terrena mater, & ſignum cœleſte monſtraret. Quibus uero radijs, quantove lumine illam domini ſtellã antiqua credimus tunc inter aſtra fulſiſſe? Quantum in ſplendore præceſſit, quæ tantum præibat in munere, q̃ uelut quibuſdam totius orbis caligantibus oculis, mundum ueterem nouauit aſpectu? Ecce fratres ad quærendum regem regum, una Chaldæos ſtella pertraxit. Iudaicum uero populum ad obediẽtiam dei ſui, nec ignea quondam potuit columna conuertere. Nec ſane quenquam moueat tãta hæc perfidia Iudæorum, quod Chriſti illos fidem ſuſcipare, neq́ noui ſtella fulgoris, nec parturiens uirgo compulerit, qui ne tunc quidem deo credidere ſuo, cum illos per arentia deſerta, ipſo comitãte, deo, cœlum paſceret, petra potaret. Sed iam ad illud præcipuum Chriſti miraculum ueniamus, quo pro documento deitatis ſuæ aquas uertit in uinũ. Inuitatus itaq́, ut legitur, dominus perrexit ad nuptias, ſed ut dignaretur hoc uirginis filius, noſtræ eruditionis eſt ratio, ut hoc docti exemplo, legitimarum illum nuptiarum non negemus autorem. Vadit ergo ad nuptias dei filius, ut quas dudum poteſtate conſtituit, nunc præſentiæ ſuæ benedictione ſanctificet. Vadit ad nuptias ueteris inſtituti, nouam ſibi perpetuæ uirginitatis ſponſam de conuerſione gentium facturus. Vadit ad nuptias, quem nuptiæ non crearunt. Vadit ad nuptias, non utiq́ ut conuiuijs delectetur, ſed ut mirabilibus in Iohan.2 noteſcat. Vadit ad nuptias nõ ſumpturus pocula,

tectum

ſed

ſed daturus. Nam cum defeciſſet nuptiantibus uinum, ait illi beatiſſima Maria: Vinum non habent. Cui uelut indignans reſpondit dominus: Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondũ uenit hora mea. Hæc uerba indignantis eſſe quis dubitet? Sed idcirco, ut reor, quia tam temere ei mater de defectu carnalis populi ſuggerebat, qui uenerat totius orbis gentibus nouum ſalutis æternæ calicem propinare. Quod enim ait: Nondum uenit hora mea, illam nimirum glorioſiſſimæ paſſionis ſuæ horam, atq; illud redemptionis uinum, quod uitę omnium proficeret, promittebat. Nam quod petebat Maria, erat gratiæ temporalis: quod Christus parabat, ſempiterni gaudij. Nec tamē piguit benigniſſimũ dominum, dum magna ueniant, parua præſtare. Et ideo uenerabilis Maria uere ut Mater domini, in ſpiritu futura prænoſcens, ac dominicam præuidens uoluntatem, ſolicite miniſtros admonuit, dicens: Quodcunq; dixerit uobis, facite. Sciebat profecto mater ſancta obiurgationem illã domini filij ſui, non iraſcentis offenſam prætendere, ſed miſerentis portare myſterium. Tunc dominus increpatæ matris releuans pudorem, ſuamq; iam aperiens maieſtatem, expectantibus ait miniſtris: Implete hydrias aqua. Nec mora, obſequium ſuũ obediens miniſter exhibuit. Et ecce repente aquæ illæ cœperunt mirabiliter fortitudinem ſumere, ducere colorem, odorem præbere, ſaporem concipere, totamq; ſimul mutare naturam. Quæ permutatio aquarum à ſua in aliam creaturam, præſentis creatoris eſt teſtata uirtutem. Neq; uero quiſquã conuertere aquas in uſus poſſet alios, niſi ille qui fecit eas ex nihilo. Stupuit ergo miniſter attonitus, qui aquas miſerat, & uina ſumebat, lætatusq; nimium, illa ſe ſuis humeris fluenta portaſſe, per quæ dei gloria eſſet reuelata. Nemo enim quicquã locutus in tempore illo, hydrijs præter aquam nihil adiectum, ars nulla conducta eſt, & tam grande miraculum, inter pauida circunſtantium ſilentia, ſola tantum uoluntas domini tacentis effecit. Nec dubitandum chariſſimi quin ipſe aquas traduxit in uinum, qui eas ab initio *congregauit in niues, durauit in glaciem, Aegyptijs uertit in ſanguinem, & Hebræis ſitientibus manare arida de rupe præcepit, quæ innumerabilium multitudinem populorum ſtillicidio noui fontis, uice maternorum uberum nutriebat. Quid primum ſtupeas? Quid mireris? uinum de aqua: an aquam de petra? Sed nulla te quicunque inter iſta cunctaris, infidelitas turbet, quia dubium non eſt, ad nutum creatoris* elementa parere. Aut cur nõ credamus uirtute dominica uinum potuiſſe fieri de aqua, cum nobis operante deo, fomentis imbrium terræ de gremio per miniſteria uinearum aqua ſurgat in uinũ? Hoc (inquit) fecit Ieſus initium ſignorum in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderũt in eum diſcipuli eius. Crediderunt diſcipuli, non utique hoc quod fieri cernebant, ſed illud quod carnalis uidere non poſſet aſpectus. Crediderunt, non quod Chriſtus Ieſus filius eſſet uirginis, quod ſciebatur, ſed quod idem unigenitus eſſet altiſſimi, quod in opere probabatur. Vnde & nos fratres charissimi toto corde credamus ipſum eſſe dei filium, quem filium hominis confitemur. Credamus illum & noſtræ conſortem naturæ, & paternæ ſubſtantiæ coæqualem, quoniam & nuptijs interfuit ut homo, & aquam in uinum mutauit ut deus, quatenus fidei huius merito, nos etiam dominus noſter ſobrio illo gratiæ ſuæ uino propicius potare dignetur, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Ibidem.

Ibidem

*decreuit

*creaturarum elementa pēdere.

Ibidem

DE EODEM FESTO HOMILIA. D. Euſebij Emiſſeni.

NOn uacat à myſterio, quod beata uirgo Maria, relicta patria, ciuitate, & domo, filiũ ſuũ in Bethleem parere uenit. Bethleem enim domus panis interpretatur. Ieſus autem de ſeipſo loquitur, dicens: Ego ſum panis uiuus q de cœlo deſcendi. Dignum ergo fuit ut panis uiuus in domo panis naſceretur, cuius Chriſti natiuitas fuerit cauſa ut ſic uocaretur. Neq; enim ideo Chriſtus in ea natus eſt, quia ſic uocabatur: ſed ideo ipſa ſic uocata eſt, quia Chriſtus in ea oriebatur. Simus igitur & nos Bethleē, ſimus domus panis, q enim domus panis non fuerit interibit. Hoc enim Dominus ipſe ait: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitã in uobis. Suſcipiamus itaq; Chriſtũ in domo noſtra, ſuſcipiamus eum in mente & in pectore noſtro. Oriatur in nobis, ipſe enim uia, ueritas, & uita: ipſe ſapiētia & iuſtitia: ipſe igit oritur in nobis, quãdo iſta naſcuntur & ędificantur in nobis. Sequitur: *Ecce Magi ab oriente uenerunt.* Quare ab oriente? Quia iã interius illuminati erãt, & iam ſol iuſtitiæ eorũ mētes illuſtrauerat. Sed ubi uenerũt? *Hieroſolymã.* Et quid dicebant? *Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum?* Vnde hoc ſcitis? quis hoc uobis indicauit? At illi: *Vidimus ſtellam eius in oriente, & uenimus adorare eum.* Iſti enim ſunt primitiæ gentiũ, iſti prius ex gentibus in Chriſtum crediderunt. His non terra, ſed cœli Chriſti natiuitatem prædicauerunt. Et in iis quidem completum eſt illud quod dicitur, Cœli enarrant gloriam dei. Credũt aũt iſti cœlo non loquēti, ſed nouam ſtellam oſtendenti: Iudęi uero credere nolunt Chriſto prædicanti, prophetias exponēti, mortuos ſuſcitãti, cæcos illuminãti, & alia miracula facienti. Sed nũquid illa ſtella uidebatur ab omnibus? Si enim ab omnibus uideretur, nequaquã ſe eam in Oriente uidiſſe dicerent, quæ non ſolum in oriente appareret. Factum eſt autē ut uiſa ſtella, quicquid per eam ſignificabatur mox intelligerent, non tamē aſtrologiæ artis demonſtratione, ſed ſancti ſpiritus illuſtratione. Chriſtum igitur in ſtella quærebant, quē diuina inſpiratione per ſtellã ſignificari intelligebãt. Hoc enim & Balaam ſignificauerat, dicēs: Orietur ſtella ex Iacob, & exurget homo ex Iſrael. Eſt igit Chriſtus & homo & ſtella: ſtella in ſignificatione, homo in ueritate: ſtella gētibus, homo Iudęis. Gētes enim in ſtella ſequuntur, & illuminantur: Iudęi hominem tantum eſſe putant, & excæcantur. Vnde ipſe quoque ait, in iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiant. *Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo.* Magna quidem erãt quę dicebantur, ſed quia lætitiã ſonabant, & totius regni innuebant, non itaque perturbari, ſed lætari, & Herodes & omnis Hieroſolyma debuiſſet. Sic enim infirmi oculi uiſo lumine perturbari ſolent. Bene autem iſti tales in prophetarum libris per illas aues ſignificantur, quas dies excæcat, & nox illuminat. Sed quis non lætetur, dum puer noſter adhuc in cunabilis uagit, & Rex terræ cum toto regno ſuo timore diſſoluitur? Ne timeas miſer non enim uenit ut regnum tibi auferat, ſed ut omnibus de regno expulſis regnum reſtituat. Sequitur: *Et congregans omnes principes ſacerdotum & ſcribas*

populi ſciſcitabatur ab eis ubi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei, in Bethleem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael. Turbatus enim Herodes quieſcere non poteſt, angitur, anguſtatur, & ne ex improuiſo capiatur, principes ſacerdotum & ſcribas populi uocat, ubi Chriſtus naſcatur inquirit. Dicitur ei, in Bethleem Iudæ. Timor additur timori, & qui magorum uerbis perturbatus fuerat, iterum ſcribarum & ſacerdotum reſponſione terretur. Quomodo enim terreri non poterat, qui tantum terrena ſapiens regnum amittere timebat, dum ſuo tempore Chriſtum natum eſſe audiebat? Tunc Herodes clam uocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit illis. Hoc autem ideo faciebat, ut ſi Chriſtum inuenire nõ poſſet, ſaltẽ natiuitatis eius tempore cognito, qui ſolus occidi non poterat, ſimul cum cæteris eiuſdem ætatis pueris necaretur. Non enim intelligis Herodes, non intelligis quid tibi per Moyſen à Domino dicitur: Non coques hœdum in lacte matris ſuæ, id eſt, non occides Chriſtum infantem, & ad uirginis matris ubera pendentem. *Et mittens eos in Bethleem, dixit: ite interrogate diligenter de puero, & quum inueneritis renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum.* Nihil ꝓficis, nihil hac tua calliditate agis, non eſt conſilium, nec fortitudo, neq; ſapiẽtia contra deum. Qui quum audiſſent regem, abierunt. *Et ecce ſtella quam uiderant in Oriente antecedebat eos, uſq; dum ueniens ſtaret, ſupra ubi erat puer. Vidẽtes aũt ſtellã, gauiſi ſunt gaudio magno ualde.* Recedunt magi ab Herode, & uident ſtellam, quia & illi qui à diabolo ſeparantur uident iuſtitiæ lumen. Sed quare eos antecedit ſtella, niſi ut uiã eis oſtendat, & ad puerũ ducat? Sequuntur igitur eã, ueniunt Bethleem, ſtat ſupra domũ illã in qua erat uirgo Maria. Stat ſtella ſupra ſtellã. Maria enĩ ſtella maris interꝑtatur. Stella itaq; filius, ſtella & mater. Stella oritur de ſtella, ſed maior quæ oritʳ, q̃ illa de qua oritur. Vnde & merito ſupra ſtare uidetur. Nõ dixit ſupra puerũ. Sed qd dixit? Supra ubi erat puer. Vbi enĩ erat puer, niſi in ſinu matris? Stabat igitʳ ſtella, & clamabat. Habet enim linguã ſuã. Ne enim lõge petamus exẽpla, ſic illa ſtella loquebatur magis, ſicut iſtæ literæ loquũtur nobis. Significãdo igitur loquebatʳ. Sed qd ſignificabat? qd dicebat? Vis audire qd? Hic eſt puer, hic eſt mater pueri, hic eũ quærite, hic eum inuenietis, hic in paruo corpuſculo latet, qui ubiq; eſt & omnia replet. Hoc eſt enim quod dicit. *Videntes autem ſtellã, gauiſi ſunt gaudio magno ualde.* Quid eſt enim uidentes ſtellã, niſi uidentes & intelligentes quid ſignificabatur & dicebatur per ſtellã? Non enim magnũ gaudiũ eſt uidere ſtellas. Nam & Solẽ & Lunã ſæpe uidemus, & non multũ uidendo gaudemus. Gaudebãt igitur nõ propter ſtellã, ſed propter ſtellæ ſignificatũ. *Et intrantes domum, inuenerũt puerum cum Maria matre eius, & procidẽtes adorauerũt eũ. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham* Quanta igitur tũc tibi exultatio fuerit, o uirgo beatiſſima Maria, quis cogitare ualeat, quãdo eum quẽ nuper genueras, iam quaſi Deũ adorari uidebas? Suſcipe prima munera filij tui, ſuſcipe tributa quæ ei ſoluuntur: & quæ alijs tributa ſoluere ueneras, ipſa ab alijs tributa ſuſcipias. Ad hoc enim (ut Lucas ait) uenerat Ioſeph in Bethleem, ut ipſe quoque ſicut cæteri profiteretur, & obligaret ſe tributa perſoluere, eo quod eſſet de domo & familia Dauid. Vnde manifeſtũ eſt, quod ſecundum familias tributa ſoluebantur, omnesq; eiuſdẽ familiæ propter hoc in unum conueniebant. Sic q̃dẽ & Ioſeph & Mariæ, quia erãt de familia Dauid, in Bethleẽ uenire neceſſarium fuit, ubi illa familia habitabat. Sed q̃re tria munera Magi obtulerunt, niſi ut Trinitatis myſterium reuelarent? Primum enim munus offerimus, credendo in Patrem: ſecũdum in Filium: tertium, in Spiritumſanctum. Hæc tria munera nobis ſufficiunt. Qui hæc non offert, à Chriſto non recipitur. Hæc igitur cauſa eſt, quare tria munera Domino obtulerunt. Si enim uel plus uel minus offerrent, fidem catholicam nõ tenerent. Quod igitur unuſquiſq; tria munera obtulit, Trinitatis fidẽ aptiſſime demõſtrauerũt. Quid autem per aurum ſignificari putamus, niſi illã, quę cæteris maior eſt & latius fulget, regiam poteſtatem? Aurum igitur offerimus Chriſto, quia omnium Regem eum eſſe credimus. Offerimus & thus: quia deum eſſe confitemur. Thus enim in ſacrificijs etiã Gẽtiles dijs ſuis offerre cõſueuerant. Myrrhã quoq; ei offerimus, quia ſic illum Deũ eſſe credimus, ut hominem & mortalem eſſe non dubitemus. Myrrha enim, ne corrumperentur, olim corpora mortuorũ cõdiebãtur. Quia ergo Chriſto obtulimus ſua, offeramus ei & noſtra. Quod enim regẽ, & deum, & hominẽ eum eſſe credimus, ſuũ eſt: noſtra uero ſunt, quæ nobis à deo donata ſunt. Habet enim Eccleſia aurum in ſapientia, thus uero in ſancta & bene deo redolente conuerſatione, myrrhã autẽ in amaritudine pœnitẽtiæ, & carnis mortificatione. Aurum igitur offerunt doctores, thus martyres & cõfeſſores, myrrham iam pœnitentes pctõres. In alijs itaq; aurũ fulget, in alijs thus ſuauiter redolet, in alijs myrrha ſapienter amareſcit. Quid aliud deo offerre poſſumus? Omnis noſtra oblatio in his tribus muneribus cõtinetur: Talia igitʳ munera obtulerunt Magi, in quibus ea fidei ueritatem & totam eccleſiæ diſciplinam ſignificabant. *Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam.* Reuertamur igitur & nos per aliam uiam in regionẽ noſtram: quia per illam qua exiuimus, redire nõ poſſumus. Hoc enim & filijs Iſrael de Aegypto exeuntibus ꝓcipitur, ut per eandem uiã non reuertãtur. Regio nanq; noſtra paradyſus eſt, regio noſtra eſt terra uiuẽtium, ibi habitauerunt parentes noſtri, inde exierunt. Sed qua uia? Vtiq; per ſuperbiã, per inobedientiam, per uanã gloriam, per gulæ intemperantiam. Per hanc autẽ uiam in patriam redire non poſſumus. Alia ergo quærenda eſt, qua in patriam reuertamur. Hæc autẽ uia, Chriſtus eſt: ipſe enim ait, Ego ſum uia, ueritas & uita: nemo uenit ad patrem niſi per me. Inuenimus uiam, curramus per eam, ſi recto itinere in patriã redire uelimus. Per hanc enim ille currit, qui eius præcepta cuſtodit. Diliges Dominum deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum. Hoc ipſe ꝑcepit. Hoc tibi ſufficit cuſtodire: ne quæras amplius Hæc uia in patriam reducit.

INFRA OCTAVAM

Epiphaniæ. Iohannis. 1.

In illo tempore Vidit Iohannes Ieſum uenientem ad ſe. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Iohannes

IOhannes baptiſta & precurſor domini ſaluatoris, quem diu urnturum populis uerbo
prædicauerat, ipſum iam uenientem ad ſe,
ſicut ex lectione ſancti euangelij fratres cū.
modo legeretur audiſtis, mox digito demōſtrauit, dicens: ¶ *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ecce agnus dei, ecce innocens, & ab omni peccato immunis, utpote qui os quidem de
oſſibus Adam, & caro de carne Adam, ſed nullam
de carne peccatrice traxit maculam culpæ. Ecce
qui tollit peccata mundi. Ecce qul iuſtus inter pec
catores, mitis inter impios, hoc eſt, quaſi agnus in
ter lupos apparens, etiam peccatores & impios iu
ſtificandi habet poteſtatem. Quomodo autē pec
cata mūdi tollat, quo ordine iuſtificet impios, apo
1 Pet. 1 ſtolus Petrus oſtendit, qui ait: Nō corruptibilibus
argento uel auro redempti eſtis de uana ueſtra cō
uerſatione paternæ traditionis, ſed ꝓcioſo ſangui
Apo. 1 ne q̄ſi agni incōtaminati & immaculati Ieſu Chri
ſti. Et in Apocalypſi Iohannes apoſtolus, cuius eſt
hoc euāgelium: Qui dilexit nos, inquit, & lauit nos
à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Non ſolum autē
lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quādo
ſanguinem ſuū dedit in cruce pro nobis, uel quan
do unuſquiſq; noſtrum myſterio ſacroſanctæ paſ
ſionis illius baptiſmo aquæ ablutus eſt, uerum eti
am quotidie tollit peccata mūdi, lauatq; nos à pec
catis noſtris quotidie in ſanguine ſuo, cū eiuſdem
beatæ paſſiōis ad altare memoria replicatur, cū pa
nis & uini creatura in ſacramentū carnis & ſangui
nis eius ineffabili ſpiritus ſanctificatione trāsfert,
ſicq; corpus & ſanguis eius non infideliū manibus
ad perniciem ipſorum funditur & occiditur, ſed fi
Exo. 12 delium ore ſuam ſumitur in ſalutem. Cuius recte fi
guā agnus in lege paſchalis oſtēdit, qui ſemel po
pulū de Aegyptia ſeruitute liberās, in memoriam
eiuſdem liberationis, ꝑ oēs annos immolatiōe ſua
populū eundē ſanctificare ſolebat, donec ueniret
ipſe cui talis hoſtia teſtimoniū dabat, oblatusq; pa
tri, ꝓ nobis in hoſtiā odoremq; ſuauitatis myſteriū
ſuæ paſſionis oblato agno, in creaturā panis uiniq;
transferret, ſacerdos factus in æternū ſecundū or
dinē Melchiſedech. Sequitur. Iohānes teſtimoniū
perhibens de domino. ¶ *Hic eſt, inquit, de quo dixi,
poſt me uenit uir qui ante me factus eſt, quia prior me
erat.* Poſt me uenit uir, poſt me natus eſt in mundo,
poſt me prædicare incipiet mundo. Qui ante me
factus eſt, qui me potentia maieſtatis tantū, quan
tū ſol luciferū licet poſt apparens, antecelit. Quia
prior me erat, qā in principio erat uerbū, & uerbū
erat apud deū, & deus erat uerbum. Poſt me uenit
uir tēpus humanæ natiuitatis q̄ Iohanne poſterior
eſt, intellige. Qui ante me factus eſt, primatū re
giæ poteſtatis, q̄ etiā angelis ꝓſidet, intuere. Quia
prior me erat, æternitatē diuinæ maieſtatis, q̄ pa
tri æqualis eſt, intellige. Poſt me uenit uir, qui ante
me factus eſt, qā prior me erat. Poſt me uenit uir,
in humanitate, qui ideo me præcellit dignitate, qā
prior me erat diuinitate. ¶ *Et ego neſciebam eum,*
inquit. Certum eſt, quia ſciebat dominum Iohan
nes, cui teſtimonium perhibere miſſus eſt, quē iu
Matt. 3 dicem omnium uenturum prædicabat, dicēs: Cui
us uentilabrum in manu ſua, & permundabit are
am ſuam, à quo ſpiritumſanctum dari debere teſta
batur: Ipſe uos baptizabit, inquiens ſpiritu ſancto.
à quo ſeipſum ablui deſiderabat, dicens: Ego à te
debeo baptizari, & tu uenis ad me? Quomodo er
go dicit, & ego neſciebā eum, niſi qā eum quē ante
nouerat, perfectius iā eū baptizaret agnouit? Quē
mundi ſaluatorē & iudicē nouerat, huius potentiā
maieſtatis altius ſpūſancto ſuper eum deſcendens
te agnouit. Neq; enī dubitandū eſt, quin B. Iohan
nes cum ſpūmſanctum licet corporali ſpecie uide
ret, cū uocē patris licet corporaliter ſonantem me
ruiſſet audire, multū ex hoc uiſu & auditu ꝓfecerit,
multū de diuinę poteſtatis excellētia reuelatis o
culis mentis ſciētiæ cœleſtis acceperit, adeo, ut ad
cōparationē intelligentiæ, qua tūc illuſtrati cœpe
rat eatenus illū * quatenus eſſet, omnimodis ſibi ui quantus
deretur ignoraſſe. Qui teſtimoniū ad quod miſſus
eſt, dño diligenter phibens, adiūgit: ¶ *Sed ut mani
feſtaretur in Iſrael, propterea ueni ego in aqua bapti
zans.* Quod eſt aperte dicere: Nō ideo ueni in aqua
baptizās, qā peccata mundi baptizādo tollere poſ
ſum, ſed ut eū baptizando ac prædicādo manifeſ
tarē populo Iſrael, qui in ſpiritu ſancto ad tollenda peccata non ſolum Iſrael, ſed totius mundi, ſi
ei credere uoluerint, idoneus eſt. Propterea ueni
ego in aqua baptizans, ut ſic baptizando illi uiam
præpararem, qui baptizaret in remiſſionem pec
catorum. ¶ *Et teſtimonium perhibuit, Iohannes dicēs:
Quia uidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de
cœlo, & manſit ſuper eum.* Bene in columbæ ſpecie
deſcendit ſuper dominum ſpiritus, ut diſcant fide
les non aliter eius ſpiritu poſſe repleri, niſi ſimpli
ces fuerint, niſi ueram cum fratribus habuerint pa
cem, quam ſignificant oſcula columbarum. Habent
aūt oſcula & corui, ſed laniāt, quod columba omni
no non facit, ſignificātes eos q loquunt pacē cum
ꝓximo ſuo, mala aūt ſunt in cordibus eorū. Colū
bæ aūt natura quæ à laniatu innocēs eſt, illis inno
centibus aptiſſime congruit, q pacē ſequūtur cum
omnibus & ſanctimoniam, ſoliciti ſeruare unitatē
ſpiritus in uinculo pacis. Atq; ideo ſpiritus in colū
ba deſcendendo, non ſuam tantummodo, uel eius
in quem deſcendit innocētiam ſimplicitatemq; de
ſignat, ſed eorū ęque q ſentiūt de illo in bonitate,
& in ſimplicitate cordis quærūt illum. Quorū una
nimem pietatem ac manſuetudinē, ſpiritali gratia
donatam, dominus ipſe laudans loquitur: Vna eſt Cant. 6
colūba mea, una eſt matri ſuæ electa genitrici ſuę.
Matrē qppe ac genitricē eccleſię ſpiritus gratiā uo
cat, qua inſpirante percepit, ut ipſa quoq; poſſit co
lūba recte nuncupari. Deniq; Hebręo ſermōe (quo
ſcriptura ſancta eſt edita) ſpūs genere fœminino
Ruha appellat, ꝓpter quod conuenienter eccleſia
una Chriſti columba, & hæc matri ac genitrici ſuę
electa nominatur. Quia nimirum quod in unitate
fidei Chriſtianæ multis de gentibus congregatur,
quod de colūbina ad inuicē pace lætatur, quod ele
ctionis ſorte beatur, non ſuo habet merito, ſed do
no accepit gratiæ ſpiritualis. ¶ *Et ego, inquit, neſci
ebā eū.* ſubaudi tam * ſublimiter, quā ſpiritu in eū ſubtiliter.
deſcendēte cognoui. Sed qui miſit me baptizare in
aqua, ille mihi dixit: Super quē uideris ſpiritū de
ſcendentem, & manentē ſuper eum, hic eſt, qui ba
ptizat in ſpiritu ſancto. Baptizat dominus in ſpiri
tu ſancto, per ſpiritus ſancti gratiam peccata dimit
tendo. Siue enim ipſe aqua aliquos diſcipulorum
ſuorum primus baptizauerit, per quos ad cæteros
fideles baptiſmi riuus proflueret, eoſdē etiā ſpiri
tu baptizabat, peccata illis relaxando, & ſpiritus
dona miniſtrādo: ſiue fideles eius inuocato nomine
ipſius aqua baptizēt electos, & chriſmate ſacro pe
rungant eoſdem, nihilominus ipſe ſpūſancto bapti
zat, quia nemo præter ipſum peccatorū noxas ſol

uere,aut ſpiritusſancti ualet dona tribuere. Vnde
euangeliſta Iohannes cum dixiſſet,Audierũt pha
riſæi,quia Ieſus plures diſcipulos facit & baptizat
quam Iohannes,protinus adiunxit:Quanquam Ie
ſus non baptizaret,ſed diſcipuli eius.aperte dicẽs:
Quia etſi diſcipuli Ieſu in nomine eis aqua bapti-
zant,ipſe tamen magis baptizare intelligẽdus eſt,
qui peccata dimittit. Baptizat quoq; dominus in
ſpũſancto,cũ per aſflationem eiuſdem ſpiritus cor
da fidelium ſuorum feruore ſuę ſiue fraternę chari
Rom. 5 tatis accendit. Charitas, inquit, dei diffuſa eſt in
cordibus noſtris per ſpiritumſanctũ qui datus eſt
nobis. Baptizat in ſpiritusancto,cum cuilibet ele-
ctorum dat manifeſtationem ſpiritus ad utilitatẽ,
Matt.28 uirtutes operãdo. De quo baptiſmate aſcẽſurus in
cœlũ,dixit diſcipulis:Vos autẽ baptizabimini ſpi-
ritusancto non poſt multos hos dies. Sed diligenti
us intuẽdum eſt,q cũ dixiſſet, ſuper quẽ uideris
ſpiritum deſcendentem,addidit,& manentẽ ſuper
eum. Et in ſanctos enim eius ſpiritus deſcẽdit: ue-
rum quia quamdiu ſint in corpore, peccato carere
nequeunt,quia cœleſtium contẽplationi ſemp ſo
lum mentis intẽdere non ſufficiũt, ſed ſępius hunc
ad terrenæ curam conuerſationis inflectunt,in eo
rum procul dubio cordibus ſpiritus aliquando ue-
Iohan. 3 nit,aliquando recedit. Vnde dictũ eſt: Spiritus ubi
uult ſpirat,& uocem eius audis, ſed non ſcis unde
ueniat aut quo uadat. Venit quippe ad ſanctos, ua
dit à ſanctis ſpiritus, ut quem ſemp haberi idonei
non ſunt,eius pro tẽpore redeũtis, crebra luce re-
ficiãtur. In ſolo autem mediatore dei & hominum
homine Ieſu Chriſto,ſpũs perpetuo ueraciter ma-
net, in quo nec ſordidę cogitationis maculã quam
refugeret ullã inuenit. Manſit autẽ totus in illo,nõ
ex eo ſolum tempore quo hũc Iohãnes ſuper eum
uidit deſcendentem,ſed ex q̃ homo fieri incipiens,
eius miniſterio & opere conceptus eſt. Vnde etiã
poteſtatẽ dandi hoibus ſpũm,nõ minus habet ipſe
Ioha. 14 q̃ pater,ipſo atteſtante q ait: Paracletus autẽ ſpũſ
ſanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille uos
docebit omnia. Et in alio loco,q̃d ipſe hũc mittat,
oſtendit dicẽs: Si enim nõ abiero,paracletus nõ ue
niet ad uos: ſi aũt abiero,mittam eũ ad uos. Quia
nimirũ una eſt diuinitatis ſubſtãtia,inſeparabilis ẽ
opatio patris & filij,& eiuſdem ſpũſſancti. Nam &
Iohan. 16 de ipſo ſpũ,q̃d ſua ſpõte ueniat ubi uelit,ſua pote-
ſtate operet̃ q̃ uelit, teſtat̃ filius ubi ait,q̃d & ſupra
Iohan. 3 memoraui,Spiritus ubi uult ſpirat. Hæc aũt oĩa,
1. Cor. 12 inqt Apoſtolus,opatur unus atq; idem ſpiritus,di
uidẽs ſingulis prout uult. Idcirco aũt ſuper eum in
quo ſemp manebat baptizatũ,ſpũs deſcendere oſtẽ
ditur,ut & Baptiſta ipſe celſius iam quem prędica
ret ipſe agnoſceret, & credentibus daret indiciũ,
n quaquã ſe niſi baptizatos aqua, ſpũs eiuſdẽ poſ
ſe baptiſma mereri. Quærendũ interea,quomodo
ſpeciale filij dei agnoſcendi ſignum fuerit,quod ſu
per eum deſcẽderit & mãſerit ſpiritus,cũ etiã ipſe
Iohan. 14 diſcipulis ꝓmittat,dicẽs: Et ego rogabo patrem,
& aliũ paracletum dabit uobis,ut maneat uobiſcũ
in æternum,ſpiritum ueritatis,quem mundus non
poteſt accipere,quia non uidet eum,nec ſcit eum:
uos autem cognoſcetis eum,quia apud uos mane-
bit,& in uobis erit. Si eñ apud ſeruos dei electos
manet,& in illis eſt ſpiritus,qd magnũ eſt filio dei,
quod in ipſo manere ſpiritus aſtruatur? Notãdũq;
quod ſemper in dño mãſerit ſpiritusſanctus,in ſan
ctis aũt hominibus quamdiu mortale corpus geſta
uerint,partim maneat in ęternũ,partim rediturus
receedat. Manet quippe apud eos ut bonis inſiſtant
actibus,uoluntariam paupertatem diligant,man-
ſuetudinem conſequantur, pro æterno deſiderio
lugeant,eſuriant & ſitiant iuſtitiam, miſericordes
ſint,munditiam cordis teneant, tranquillitatẽ pa-
cis amplectantur,ſed & pro obſeruatione iuſtitię,
perſecutionem pati nõ uereantur,eleemoſynis,
orationibus & ieiunijs,cęteriſq; ſpiritus fructibus
inſiſtere deſiderent. Recedit autem ad tẽpus, ne
ſemper infirmos curandi,mortuos ſuſcitãdi, dęmo
nes eijciendi uel etiam prophetandi habeant facul
tatem. Manet ſemp,ut poſſint habere uirtutẽ qua
mirabiliter ipſi uiuãt. Venit ad tẽpus,ut etiam alijs
per miraculorũ ſigna quales ſint intus, effulgeant.
Et ego uidi, inquit, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Iohan. 1
filius Dei. Supra dixerat, poſt me uenit uir, q ante
me factus eſt, nunc teſtimonium perhibet. quia
hic eſt filius Dei,utriuſque naturæ ueritatem,hu-
manæ uidelicet & diuinæ in una eademq; Chriſti
perſona manifeſte deſignans. Erubeſcat Manichæ
us audiens, uenit uir cõticeſcat Fotinus audiens,
hic eſt filius dei. Audiant manſueti & lętentur,q
uenit uir poſt Iohannem fortior Iohanne, qui ba-
ptizat in ſpiritusancto,quia hic eſt filius dei. Quia
enim per ſuperbiam receſſimus homines à deo,fi-
lius dei per miſericordiam & humilitatem factus
eſt homo,ut idem ipſe & per diuinitatem patri,&
per humanitatem congrueret nobis: per humani-
tatem ſimilem nobis, pro nobis cum hoſte confli-
gere: per diuinitatem patri conſubſtantialem, ad
imaginem nos dei & ſimilitudinem quã peccando
amiſimus, poſſet digne recreare: per mortẽ noſtrę
fragilitatis deſtruere eum qui mortis habebat im
perium: & per impaſſibilem ſuæ diuinitatis poten
tiam nos reconciliaret deo patri,cum quo uiuit &
regnat deus in unitate ſpiritusſancti per omnia ſe
cula ſeculorum. Amen.

IN OCTAVA EPIPHA-
niæ, Matth. III.

In illo tẽpore, Venit Ieſus a Galilæa in
Iordanẽ ad Iohãnẽ,ut baptizaretur ab eo.
Et reliq. Homilia uenerabilis Bedæ presb.



Lectio ſancti euã
gelij quam mo-
do fratres audi-
uimus,magnum
nobis & in do-
mino & in ſeruo dat per-
fectæ humilitatis exem-
plum. In domino quidem,
quia cum ſit dominus, non
ſolum ab homine ſeruo ba
ptizari,ſed etiam ad hunc
baptizandus uenire digna
tus eſt. In ſeruo autem, quia cum ſciret ſe præcur-
ſorem ac baptiſtam ſui ſaluatoris eſſe deſtinatum,
memor tamen propriæ fragilitatis, iniũctum ſibi
humiliter excuſauit officium,dicens: Ego debeo
à te baptizari, & tu uenis ad me? Sed quia omnis
qui ſe humiliat,exaltabitur,& dominus qui in for-
ma hominis propter homines inſtituendos humi-
lis apparuit,mox à deo patre quãtum ſuper homi
nes, imo etiam quantum ſuper angelos,& ſuper
omne quod creatum eſt emineret, apparuit uoce
delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria. Hic
eſt filius meus dilectus,in quo mihi complacui. Et
fideliſſimus atque humilimus ſeruus ille Iohãnes,
qui

qui baptizari à domino, quam dominũ baptizare
magis optauit, & ipſum baptizare dominũ, & aper
tiſſuę mentis oculis deſcendentem ſup eum ſpiri
tum præ cæteris mortalibus uidere promeruit. Ve
rum quia breuiter iſta prælibauimus, latius iã cun-
ćta expoſituri, ipſum ſacræ lectionis uideamus ex-
ordiũ. ¶ *Tunc uenit, inquit, Ieſus a Galilæa in Iorda-
nem ad Iohannem ut baptizaretur ab eo.* Venit filius
dei baptizari ab homine, non anxia neceſſitate ab-
luendi alicuius ſui peccati, qui peccatum non fecit
ullum, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ſed pia diſ
penſatione ad abluendam omnis noſtri contagio-
nem peccati, qui in multis offendimus omnes, & ſi
dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos
ſeducimus & ueritas in nobis non eſt. Venit bapti
1.Ioh.1 zari in aquis ipſarũ conditor aquarum, ut nobis q
in iniquitatibus cõcepti, & in delictis ſumus gene-
rati, ſecundæ natiuitatis quæ per aquã & ſpiritum
celebrat, appetendũ inſinuaret myſteriũ. Dignatus
eſt lauari aquis Iordanicis, q erat mũdus à ſordi-
bus cunctis, ut ad diluendas noſtrorum ſordes ſce-
lerum, omniũ fluenta ſanctificaret aquarum. Sed
quia humilimam domini diſpenſationẽ ex lectiõe
euangelica cognouimus, etiam ſerui humilimam
obeditionem ſolicita intentione uideamus. Sequi-
tur: ¶ *Iohannes autem prohibebat eum, dicens: Egõ de-
beo a te baptizari, & tu uenis ad me?* Expauit illum
ad ſe uenisſe ut baptizaretur aqua, cui nulla inerat
quæ baptiſmo tergeretur culpa, imo qui per ſui
gratiam ſpiritus, cunctam credentibus mundi tol-
leret culpam. Vnde recte intelligitur quod hic di-
cit Iohãnes: Ego à te debeo baptizari, hoc eſſe, q̃d
Iohan.1 apud euangeliſtam Iohannem illo ad ſe ueniẽte di
xiſſe narratur: Ecce agnus dei, ecce qui tollit pec-
cata mundi. Ab illo enim debemus oẽs baptizari,
qui ad hoc uenit in mũdũ, ut peccata tolleret mun-
di. Ab illo debuit ipſe Iohannes baptizari, id eſt, à
peccati originalis contagione mundari, qui quan-
tũ quaſi uis nullo inter natos mulierum minor, *tamen na-
tus ex muliere, culpæ næuo nõ carebat. ideoq́ cũ
cæteris mulierum natis, ab eo qui ex uirgine natus
in carne deus apparuit, opus habebat ablui. Quo-
Iob 15 niam ergo ſcriptum eſt, quid eſt homo, ut immacu
latus ſit, & ut mundus appareat natus ex muliere?
Iure timuit homo quamuis ſanctus, natus tamen
ex muliere, & ob id à culpæ macula non immunis,
baptizare dominum, quem ex uirgine natum noue
rat nullã ꝓrſus habere maculã culpæ. Sed q̃a uera
humilitas ipſa eſt quam obedientia comes non de
ſerit, quod prius officium expauit, humiliter im-
pleuit. Nam ſequitur: ¶ *Reſpondens autem Ieſus, di
xit ei: Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iu-
ſtitiam. Tunc dimiſit eum,* id eſt, tunc demum dimiſit,
tunc conſentit, tunc paſſus eſt eum à ſe baptizari,
cum tali ordine cognouiſſet omnem iuſtitiam de-
bere impleri. Sine modo, inquit, Sine me modo, ut
iuſſi, à te baptizari in aqua, & tu poſt modũ à me,
quod quæris, baptizaberis in ſpiritu. Sic enim de-
cet nos prærogare exemplum omnis iuſtitiæ, ut
uidelicet diſcant fideles mei, neminem poſſe homi
nem abſq; unda baptiſmatis pfecte iuſtum exiſte-
re, & eſſe omnibus quamuis innocenter & iuſte ui-
uentibus neceſſarium uiuificæ regenerationis offi-
cium, cum me qui ſpiritusſancti opere conceptus,
& natus ſum, cognouerit ſecundæ natiuitatis ſub-
iiſſe, uel potius ſibi conſecraſſe lauacrũ. Nulla per-
ſonarũ maiorũ contemnat ab humilibus meis in re
miſſionẽ peccatorum baptizari, cũ meminerint do
minum, qui in ſpiritusſancto baptizans peccata di-
mittere ſolet, ſuum baptizandum in aqua ſubmiſiſ
ſe ſerui manibus caput. Sequitur: ¶ *Baptizatus au-
tem Ieſus, cõfeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt
ei cœli, & uidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut colum-
bam & uenientem ſuper ſe.* Et hoc ad impletionem
omnis iuſtitiæ ptinet, quod baptizato domino ap-
ti ſunt ei cœli, & ſpiritus deſcẽdit ſuper eũ, ut hinc
nimirũ fides noſtra cõfirmet̃, per myſterium ſacri
baptiſmatis aperiri nobis introitum patriæ cœle-
ſtis, & ſpũſancti gratiam miniſtrari. Nunquid eñ
credi decet, domino tunc primum cœleſtia patuiſſe
ſecreta, cũ recta fides habeat, non minus tempore
q̃ cum hoibus cõuerſatus eſt, q̃ poſt & antea in ſi-
nu patris manſiſſe & ſedem tenuiſſe cœleſtẽ? Aut à
triceſimo ætatis anno quando baptizatus eſt, ſpũſ-
ſancti dona percepit, q à prima cõceptione ſpũſan
cto plenus ſemp exiſtit? Nobis ergo fratres cha-
riſſimi, nobis ſunt hæc celebrata myſteria. Quia
eñ nobis dominus ſacroſancto ſui corporis intin-
ctu baptiſmi lauacrũ dedicauit, nobis q̃q; poſt ac-
ceptũ baptiſma cœli aditum patere & ſpũmſanctũ
dari demõſtrauit. Et cõgrua multũ diſtãtia, q̃a pri
mus Adã ab immũdo ſpũ deceptus per ſerpentem,
gaudia regni cœleſtis amiſit: ſecũdus Adam a ſpũ-
ſancto p columbã glorificatus, eiuſdem regni limi
na reſerauit, flãmamq; uibrantem qua ingreſſum
paradyſi expulſo Adã primo Cherub cuſtos inter-
cluſit, ſecundus Adam hodierna die per aquam la-
uacri renaſcentis extingui debere mõſtrauit, ut un
de ille cum ſua cõiuge ab hoſte uictus exiit, ibi iſte
cum ſanctorum eccleſia ſponſa uidelicet ſua de ho
ſte uictor rediret, imo potiora redemptis à pecca-
to uitę immortalis munera pater futuri ſeculi, prin
ceps pacis donaret, quã præſentis noſtri ſeculi pa-
ter princeps diſcordiæ uenũdatus ſub peccato, ſua
cum ſtirpe perdidit. Quia nimirum uita illa beatiſ
ſima quam deſeruit Adam, quanuis incomparabi-
li luce & pace ſublimis, ab omni curarum ſtimulan
tium nube ſerena, crebra dei & angelorũ fuerit ui-
ſione & allocutione glorificata, in terrę tamẽ hui-
us erat locis conſtituta terrenis, quãuis nullo labo
re quęſitis alenda fructibus: at hæc quam Chriſtus
tribuit, in cœlorũ eſt arce uita perẽnis, nõ crebra,
ſed cõtiuua diuinę contẽplationis luce refecta. Pri
ma hominis uita beata ita fuit immortalis, ut poſ-
ſet in ea homo non mori, ſi ſe à peccati ſeductione
cautus ſeruaret. Secunda uero ita fiet immortalis,
ut nõ poſſit in ea homo mori, nec ulla peccati pul-
ſantis ſeductione tentari. Bene aũt ſpiritus recon-
ciliator in columba quæ multũ ſimplex eſt auis, ap Sapi.1
paruit, ut & ſuæ uidelicet naturæ ſimplicitatẽ per
huius ſpeciem animalis oſtenderet, (ſpiritus enim
ſanctus diſciplinæ effugiet fictum) & eum in quem
deſcendit manſuetum, mitemq; ac miſericordiæ ſu
pernæ præconem, miniſtrumq; doceret mundo eſ
ſe futurũ, ſimul & oẽs q ſua gratia eſſent renouã-
di, ſimplices ac mũdicordes admoneret ingredi, iu ibidem
xta q̃d ſcriptum eſt: Sẽtite de dño in bonitate, & in
ſimplicitate cordis quærite illum, qm̃ in maleuo-
lam animam non intrabit ſapientia, nec habitabit
in corpore ſubdito peccatis. Hinc eſt q̃d Simon q
in felle amaritudinis & obligatione iniquitatis p- Actu.8
manere conſenſit, partẽ ſortemq; in hoc ſpũ habe-
re nequiuit. Illo enim ſpũ plenus erat, q in ſerpẽte
hoibus apparẽdo, qua ipſe malitiæ & inſidiarũ pe
ſte infectus eſſet, corda diligenter edocuit. Sed de
ſcẽdente ſuper dñm ſpiritu, uideamus q̃d ſeq̃tur:

¶ *Et ecce uox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Filius dei baptizatur in homine, ſpūs dei deſcēdit in columba, pater deus adeſt in uoce, ſanctæ & indiuiduæ trinitatis in baptiſmo declaratur myſterium. Et recte, ut qui ſacramentorum ſuorum diſpenſatoribus erat præcepturus docere omnes gentes, & baptizare eas in noīe patris & filij & ſpūſſancti, primus ipſe ſuo in baptiſmate totā perſonaliter panderet adeſſe tri-
Matt. 3 nitatem. Quod ait uox paterna, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ad comparationem terreni hominis dicit, in quo peccāte quodammodo ſibi diſplicuiſſe deus, conditor inſinuat cum ait: Pœnitet me feciſſe hominem in terra. Pœ-
Gene. 6 nitentia quidem in Deum nulla cadit, ſed noſtro more loquens, qui compungi pœnitentia ſolemus quando contra uotum noſtra opera uerti uidemus, pœnitere ſe dixit hominem feciſſe in terra, quem à rectitudine ſuæ facturæ peccando degenerare cōſpexit. In filio autem ſuo unigenito ſibi ſingulariter complacuit, quia hunc hominem quem induerat, à peccato immunem ſeruare cognouit. Et in hac quoque uoce patris, ſicut & in cæteris baptizati domini myſterijs, omnis iuſtitię declaratur impletio. Coęternus enim & cōſubſtantialis patri filius, deſcēdente ſuper eum ſpiritu, qui ſit hominibus intimatur, ut per hoc diſcāt homines, per gratiā ſe baptiſmatis accepto ſpūſancto de filijs
Rom. 8 diaboli in filios dei poſſe trāſferri, ſicut apoſtolus edocet fidelibus ita loquens: Accepiſtis ſpiritū ad-
Iohan. 1 optionis filiorū, in quo clamamus abba pater. Et euange. Iohan. Quotquot aūt, inquit, receperunt eum, dedit eis poteſtatē filios dei fieri. His de baptiſmo noſtri ſaluatoris fratres chariſſimi, prout ipſe donauit commemoratis, ad noſipſos reuertamur. Et quia humilitatem obediētiamq; baptiſtæ ſimul & baptizati audiuimus, per humilem obedientiam baptiſma q̄d ſuſcepimus ſeruare curemus, mundantes nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficiētes ſanctificationē in timore dei: humiliter ergo eius ſubeunda & ſeruāda myſteria, eis qui nec dū his ſunt initiati, ſuadeamus. & quotquot per gradum ſacerdotalem ad diſpenſanda ſumus illius ſacramēta promoti, humiliter iniunctum nobis impleamus officium. Studeamus omnes ſollicite, ut ianuam patris cœleſtis, quę nobis eſt diui-
Luc. 3 nis patefacta myſterijs, humanis ipſi nobis non intercludamus illecebris. Neq; eñ fruſtra dominum apud euangeliſtam Lucam poſt baptiſma oraſſe, & ſic cœlo aperto ſpiritum ac uocem patris uenisſe commemoratur, quia etiam tribus cōſonātibus euangeliſtis baptizatus, mox ieiunium quadraginta dierum ſolitarius exercuit: ſed nos profecto docuit, noſq; ſuo informauit exemplo, ut poſt acceptam in baptiſmo remiſſionem peccatorum, uigilijs, ieiunijs, orationibus, cæteriſq; ſpūs fructibus operam demus, ne nobis torpentibus minuſq; ſollicitis immundus ſpiritus, qui de corde noſtro expulſus baptiſmo fuerat, redeat, noſq; ſpiritualibus diuitijs uacuos inueniens, ſeptemplici peſte deprimat, & fiant nouiſſima noſtra peiora prioribus. Caueamus ſeduli, ne ignem nobiſipſi qui uix ęterno occludat, noſtrorū crebro accēdamus fomitē uitiorū. Flammeus nāq; gladius, qualiſcunq; ille eſt qui paradiſi oſtia ſeruat, ſingulis quibuſq; fidelium fonte baptiſmatis extinctus eſt, & ut redire poſſint ablatus, infidelibus aūt manet ſemper immobilis. Sed & falſo fidelibus uocatis quidem, ſed non electis, dū poſt baptiſma ſe criminibus implicare non metuunt, quaſi poſt extinctionē idē ignis reaccendit, ne mereātur intrare regnū q̄d ficto corde ac duplici requirunt, ſerpentino potius dente fraudulenti, quàm ſimplici oculo columbino, quem in eccleſia ſua multum ſe diligere dominus demōſtrat, qui in amoris cantico ait: Ecce tu pulchra es amica mea,
ecce tu pulchra, oculi tui columbarū. Vnde q̄a no- Cant. 1
bis ad diſcēdam deo placitā ſimplicitatem columbæ forma proponitur, diligentius eius naturam uideamus, ut per ſingula innocētiæ eius exēpla uitæ nobis emēdatioris inſtituta ſumamus. Hęc à felle prorſus aliena eſt. Et nos igit̄ à malitię felle alienemur, omniſq; amaritudo & ira, & indignatio tollat̄ à nobis cū omni malitia. Nullum ore uel unguibus lædit, ne minimas quidem muſculas, uel uermiculos q̄bus minores pene omnes auiculę ſe ſuoſq; pullos nutriūt & ingrunt. Videamus ne dentes noſtri ſint arma & ſagittę, ne mordētes & comedētes inuicē, conſumamur ab inuicē. Contineamus ma-
nus à rapinis. Qui furabat̄ iā nō furetur. Magis aūt Ephe. 4
laboret opando manibus ſuis q̄d bonū eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatē patienti. Nam & columba ſæpe alienos quaſi ſuos fertur alere pullos. Ipſa
terrę fructibus & ſemine paſcitur. Audiamus Apo- Rom. 14
ſtolum: Bonū eſt nō manducare carnē, neq; bibere 2. Pet 1
uinū. Et apoſtolus Petrus: Miniſtrate, inquit, in fide ueſtra uirtutē, in uirtute aūt ſcientiam, in ſcientia aūt abſtinentiā, in abſtinentia aūt patientiā, in patientia aūt pietatem, in pietate autem amorem
fraternitatis. Gemitum pro cantu habet. Miſeri ſu- Pſal. 94
mus, & ideo lugeamus & ploremus coram domi- Iaco. 4
no qui fecit nos. Riſus noſter in luctum conuertatur, & gaudiū in mœrorē. Beati enim lugentes, q̄m ipſi conſolabūtur. Super aquas ſedere cōſueuit, ut uenturi raptum accipitris, præuiſa in aquis umbra declinet. Et nos mundi ſimus, ac mūdati ſcripturarū fluētis ſeduli aſſidere curemus, quarū ſpeculis edocti dignoſcere & præcauere ualeamus inſidias hoſtis antiqui. Tales quippe amat eccleſia, ſponſa uidelicet Chriſti, quæ in amatoris ſui laudibus can-
tat: Oculi eius ſicut columbę quę lactē ſunt lotę, & Cant. 5
reſidēt iuxta fluēta pleniſſima. Nidificare ſolet in foraminibus petrę, in cauerna macerię. Petra Chriſtus eſt, cuius in cruce clauis manus, latus eſt lācea perforatū, unde continuo ſanguis & aqua, noſtræ uidelicet ſanctificationis & ablutionis myſterium, exiuit. Maceria eius, eſt uirtus coadunata ſanctorum. Cauerna in ea, ſinus fraternæ dilectionis, quo teneriores animos fidelium, dum ad fidei, ſpei & dilectionis pfectionem nutriēdos ſuſcipiūt, quaſi nidificantibus columbis in ſe locū pandūt. Hæc ergo fortiorum auxilia, qui adhuc in fide puſilli ſumus, humiliter ſubeamus. His dominicæ paſſionis ſacramentis ſemper ſanctificari curemus. Talē namq; omnium noſtrum conuerſationem dominus quærit, talibus inſetētam ſtudijs uniuſcuiuſq; noſtrum uitam uidere deſiderat, talium uoce ſuas laudes de-
cantari ac prædicari gratulatur. Surge inquit, ami- Canti. 2
ca mea, ſpecioſa mea, & ueni columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ. Oſtēde mihi faciem tuā, ſonet uox tua in auribus meis. Hæc de columbæ natura, ſeptem uirtutis exempla commemoraſſe ſufficiat. Et recte fortaſſe, quia ſpiritus ſancti qui in colūba deſcendit, ſeptiformis eſt gratia. Verum ex omnibus quæ de eius natura moraliter interpretanda, humana poteſt cōperire ſolertia, præſtat unum quod de eius actu myſtico ſacra narrat

narrat hiſtoria. Cum enim dominus in figuram ſu
turi baptiſmatis, originalis mundi ſcelera diluuij
aquis ablueret, tranſacta inundatione ſcire uolēs.
Gen. 8. Noe qualiter ſe facies terræ haberet, emiſit coruū
qui ad arcam redire contempſit, ſignificās eos qui
abluti licet unda baptiſmatis, nigerrimum tamen
ueteris habitum hominis emendatius uiuendo de-
ponere negligunt, & ne ſpiritusſancti unctione re
nouari mereanť, ſtatim ab intima catholicæ pacis
& quietis unitate, exteriora, id eſt, ſeculi deſideria
ſequendo deſciſcunt. Et miſit poſtea columbā. At
illa uenit ad eum ueſpere, portans ramum oliuę ui
rētibus folijs in ore ſuo. Animaduertitis credo fra
tres, & me loquentem ueſtro intellectu præueni-
tis, ramum oliuæ uirentibus folijs, gratiam eſſe ſpi
ritusſancti, uitæ uerbis abundantem, de cuius ple-
nitudine ſup Chrūm requieſcente, Pſal. ait: Vnxit te
Psal. 44 deus tuus oleo lætitię præ conſortibus tuis. De cu
I. Ioh. 2. ius dono conſortibus Chriſti dato loquiť Ioānes:
Vos unctionē habetis à ſctō, & noſtis oīa. Et pul-
cherrima comparatione, umbra ueritati concinit.
Ramum oliuæ colūba corporalis, ablutis diluuij
aquis, detulit in arcā: ſpūſſanctus in ſpecie colūbæ
corporalis baptizatū in aqua Iordanis deſcēdit in
Dnm. Nos quoq; Chriſti & eccleſiæ mēbra, quos
non ſolum homines qui erant in arca cū Noe, ſed
& animantia quæ arca dñi continebat, ipſa quoq;
ligna ex quibus eadem facta eſt arca, figurāt, poſt
acceptum undæ regenerationis lauacrum, per un-
ctionem ſacri chriſmatis gratia ſpiritusſancti ſi-
gnamur, quam conſeruare in nobis intemeratam
dignetur ipſe q dedit Ieſus Chriſtus Dñs noſter,
qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

DOMINICA PRIMA

post Epiphaniam, id eſt infra octauam,
Lucæ. II.

In illo tempore, Cum factus eſſet Ieſus
annorū duodecim, aſcendentibus illis Hie
roſolymam. Et reliqua. Homilia uenera-
bilis Bedæ presbyteri.



APerta eſt nobis cha-
riſſimi fratres ſancti
euangelij lectio reci-
tata, neque opus eſt ut in
ea quid exponendo loqua
mur. Deſcribit nanq; in-
fantiam pueritiamq; no-
ſtri redēptoris, qua noſtrę
particeps humanitatis di-
gnatus eſt fieri. Cōmemo
rat æternitatē diuinæ ma
ieſtatis, in qua patri māſit
ac manet ſemp ęqlis, ut uidelicet incarnatiōis eius
humilitate ad memoriā reuocata, & ipſi cōtra oīm
uulnera peccatorum medicamentum uerę humili-
tatis curemus exercere, pio ſemper animo recolen
tes, quantum nos pro diuino amore, quātū pro no
ſtra ſalute oporteat humiliari, q terra ſumus & ci-
nis: ſi tantū ſumma illa poteſtas pro nobis humi-
liari non reſpuit, ut ad ſuſcipiēda noſtræ fragilita
tis infirma deſcēderet. Itē audita, credita & cōfeſ
ſa diuinitate ſaluatoris Domini, qua patri & ſpiri
tuiſancto conſubſtantialis ſemper & coæternus p
ſeuerat, ſperemus nos per humanitatis eius ſacra-
menta quibus imbuti ſumus, uſque ad contēplandā
diuinitatis eiuſdem gloriam poſſe pertingere, quā
ipſe contemplationem ſuis fidelibus ſeruis fideli Ioh. 14.
pietate pollicetur, dicens: Qui habet mādata mea
& ſeruat ea, ille eſt qui diligit me: qui autem dili-
git me, diligetur à patre meo, & ego diligā eum &
manifeſtabo ei meipſum. Meipſum, inquit, manife
ſtabo, id eſt, nō qualem me omnes conſpicere, qua
lem etiā infideles uidere poſſunt & crucifigere, ſed
q̄lem in decore ſuo regē * cœlorū ſoli uidere poſ- ſeculorū.
ſunt oculi mundi ſanctorū, talem me ad rependen
dam uicem dilectionis his q me diligūt, oſtēdam.
Igitur ſpemus nos, ut diximus, p humanitatis eius
ſacramēta, ad uidendū diuinitatis ſpeciē poſſe con
ſcendere, ſi tñ eadē ſacramēta digno iuſtitię, & ſan
ctitatis & ueritatis honore, ut accepimus, illibata
ſeruemus, ſi humanæ cōuerſationis eius exempla,
ſi doctrinæ quā p hoiem nobis miniſtrauit humili
ter dicta ſequamur. Nāq; humilitatis eius ueſtigia
ſequi dedignať, qua temeritate ſperat ſe ad intuen
da claritatis eius gaudia poſſe penetrare? Quod er
go dominus p omnes annos cum parētibus in pa-
ſcha Hieroſolymā uenit, humanę nimirū eſt humi
litatis indiciū. Hominis eſt nanq; ad offerēda deo
ſacrificiorū ſpiritualiū uota concurrere, & autorē
ſuū orationibus lachrymisq; ſibi conciliare pfuſis.
Fecit ergo Dominus inter hoīes hō natus, quod
faciēdum hominibus p angelos imperauerat deus.
Seruauit ipſe legem quam dedit, ut nobis qui puri
homines ſumus, ſeruandū per omnia quicquid de-
us iubet, oſtēderet. Sequamur iter humanę cōuer-
ſationis eius, ſi deitatis gloriam delectamur intue
ri, ſi optamus habitare in domo eius æterna in cœ
lis omnibus diebus uitæ noſtræ, ſi iuuat uidere uo-
lūtatem dñi, & protegi à tēplo ſancto eius. Et ne
ulla in ęternum malorū aura pulſemur, memineri-
mus pręſentis eccleſię domū neceſſarijs precū mū-
darū frequentare muneribus. Quod ipſe duodēnis
in tēplo ſedit in medio doctorū, audiēs & interro
gās illos, humanæ eſt humilitatis indiciū, imo etiā
eximiū diſcēdę humilitatis exemplū. Dei qppe uir Prouer. 8
tus & dei ſapiētia, æternaq; diuinitas loquiť: Ego
ſapientia habito in cōſilio, & eruditis interſum co
gitationibus, meum eſt conſilium & æquitas, mea
prudētia, mea eſt fortitudo: per me reges regnāt,
& conditores legum iuſta decernūt. Beatus homo
qui audit me, q uigilat ad fores meas q̄tidie, & ob-
ſeruat ad poſtes oſtij mei. Ipſa hoiem induta, ad au
diendos homines aduenire dignata eſt, ut nimirū
hominibus quāuis ſummo ingenio præditis neceſ-
ſariam diſcēdi uerbi formam pręrogāret, ne ſi quī
diſcipuli ueritatis fieri refugerent, magiſtri effice
rentur erroris. Et bene qui iuuenis erat, doctrinæ
ſubiturus officium, puerulus adhuc ſeniores audit
& interrogat, ut uidelicet eorū prouida diſpēſatis
one cōpeſcat audaciā, q nō ſolū indocti, ſed etiam
impubes ad docendū prumpere magis q̄ ad diſcen
dum uolunt ſubmitti. Sequamur iter eius humani-
tatis, ſi nos manſio diuinę delectat uiſionis, memo
res ſemper illius pręcepti: Audi fili mi diſciplinam
patris tui, & ne dimittas legē matris tuę, ut addať Prouer. 1
gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Per auditū
quippe diſciplinæ paternæ, ac per obſeruantiā ma
ternæ legis, gratia capiti noſtro, & collo torques
additť: qa quanto qs diuinis inuentus fuerit auſcul-
tare præceptis, quanto ea quę didicerit, in unitate
matris eccleſiæ diligētius obſeruare ſtuduerit, tā-
to & nunc dignius ad honorem prædicandi, & in
futuro ſublimius aſcēdet ad beatitudinem cū Chri
ſto ſine fine regnandi. Verum ne quis autumet do-

minum ſaluatorem ob imperitiæ neceſſitatē adiſ-
ſe, audiſſetq́ & interrogaſſe magiſtros, uideamus
quid ſequitur: *Stupebant autem omnes qui eum audie-
bant, ſuper prudentia & reſponſis eius, & uidentes mi-
rati ſunt*. Qui enim idem uerus homo & uerus e-
rat Deus, ad oſtendēdū quia homo erat, homines
magiſtros humiliter audiebat: & ad comproban-
dum quia deus erat, eiſdem loquentibus ſublimi-
ter reſpondebat. Quod matri quærenti ac dicēti:
¶ *Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus & ego dolen-
tes quærebamus te, reſpondit: Et quid eſt quod me quære-
batis? neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt, opor-
tet me eſſe?* diuinæ maieſtatis indicium fuit, de qua
Ioha. 16. alibi dicit: Omnia quæcūq; habet pater, mea ſunt.
atq; ideo rectiſſime templum non minus ad ſe quā
ad patrem pertinere teſtatur. Inuentus quippe in
tēplo dicit, quia in his quæ patris mei ſunt, opor-
tet me eſſe: quia nimirum quorū una eſt maieſtas
& gloria, horum etiam una ſedes ac domus eſt, nō
ſolum materialis Dei domus, qui ad adorandum
eum temporaliter fieri ſolet, ſed etiam domus in-
tellectualis, quæ ad laudandum eum in æternum
cōſtituitur, æque patri & filio, imo etiam ſpiritui-
ſancto conſtat eſſe communis. Deniq; idem filius
Iohe. 14 qui de ſe ac patre dilectori ſuo promittit, Venie-
Ibidem. mus ad eum, & manſionem apud eum faciemus, di-
cit de ſpiritu: Et ego rogabo patrem, & alium pa-
racletum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æter-
num, ſpiritum ueritatis qui apud uos manebit, &
in uobis erit, quia uidelicet einſdem ſanctæ trini-
tatis, cuius una atq; indiuiſibilis natura diuinita-
tis eſt, manſio in cordibus electorū diſpar eſſe non
poteſt. Ergo quod dominus in templo ſedens di-
cit: In his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe, de-
claratio eſt conſempiternæ Deo patri poteſtatis
& gloriæ. Quod aūt rediens Nazareth, erat ſubdi-
tus parentibus, humanæ eſt ueritatis indicium, ſi-
mulq́; humilitatis exēplū. In ea nanq; natura ſub-
ditus erat hominibus, in qua minor eſt patre, unde
& ipſe dicit, Vado ad patrē, quia pater maior me
Ioha. 14 eſt in q̄ etiā minoratus ē paulominus ab angelis.
In illa autē in q̄ ipſe & pater unū ſunt, in qua non
ex tēpore uadit ad patrem, ſed ſemper in ipſo eſt,
Omnia per ipſum facta ſunt, & ipſe eſt ante oēs.
Cuius multum eſt miranda magnę diſpenſatio pie-
tatis, qui dum parentes ſuos myſteriū diuinæ ſuæ
maieſtatis necdum capere uidiſſet, exhibuit eis hu-
manæ ſubiectionē humilitatis, ut p hanc eos pau-
latim ad agnitionem diuinitatis inſtrueret. Cū eīm
dixiſſet, qd eſt quod me quęrebatis? an neſciebatis
quia in his quę patris mei ſunt, oportet me eſſe? &
ipſi non intellexerunt uerbū quod locutus eſt ad
illos, ſicut euangeliſta conſequenter inſinuat: ¶ *De-
ſcendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat ſubditus illis.*
Dicebat ergo arcanum ſuæ diuinæ uirtutis paren-
tibus humanæ ſuæ fragilitatis, matri ſuæ ſcilicet
ueræ ſuæ carnis, & caſtiſſimo tutori caſtitatis illi-
us, qui per id temporis necdum prolata luce euan-
gelica ab oībus pene qui eos noſſe poterant, carna-
li coniunctiōe uir eius carnali adminiſtratione, pa-
ter æſtimabatur ſimul & uocabatur ipſius domini
ſaluatoris, dicebat inquā his, quia in his quę patris
mei ſunt, oportet me eſſe. Qui cum arcem tāti my-
ſterij aſcendere intelligēdo non poſſent, neq; aliter
eum his quæ uere eius patris eſſent, manere de-
cern- ent, niſi ut comprehendere noſſent, deſcen-
dit ipſe cum ipſis ad inferiora cōuerſationis eorū,
cœpitq́; manere in his quæ illorū erant, & erat eis
pia diſpenſatione ſubiectus, donec proficiente hu-
militatis magiſterio, quantum omnibus creaturis
eſſet pferendus agnoſcerent. Quid pro his noſtra
rogat ſuperbia, obſecro paucis attendamus. Certe
cum ea quæ non æternaliter nouimus, ſed iuuante
dño ex tempore didicimus arcana ſcripturarū, ſim-
pliciores quoſq; fratres loquentibus nobis intelli-
gere non poſſe ſentimus, ſtatim extolli conſueſci-
mus, eiſq́; deſpectis de noſtra nos quaſi ſingulari
ac perplurima eruditiōe iactamus, quaſi non ſint
perplures etiā nobis multo doctiores: & qui à do-
ctioribus nolumus deſpici, ipſi indoctiores nobis
deſpicere, imo etiam irridere gaudemus. Neq; re-
miniſci curamus, quia non eis q uel myſteria fidei,
uel ſui pcepta cōditoris tantū meditando pcipiūt,
ſed his potius qui ea q̄ diſcere non potuerunt, ope- Iac. 5
rando exercent, regni aditus patet. Inſup etiā ſciē-
ti bonū facere, & non facienti pc̄m eſt illi. Et ſicut Luc. 12
dñs ipſe teſtatur. Omni cui multum eſt datū, multū
quæretur ab eo. Ne nos ergo ſciētia inflet, ſed cha-
ritas potius ædificet, ſequamur exemplū apparen-
tis in homine filij dei, q eis quos ſe ad ſublimia di-
ſcenda ſequi necdum ualere conſpexit, ſeipſum be-
nigna humilitate ſubiecit: cuius exemplo imbutos
eorū animos cœleſti gratia dignos, cœleſtis arca-
ni redderet eſſe capaces. ¶ *Et mater, inquit, eius cōſer-
uabat oīa uerba, conferēs in corde ſuo.* Oīa quę de dño
uel à dño dicta ſiue acta cognouerat mater uirgo,
diligentius in corde retinebat, ſolicite cuncta me-
moriæ cōmendabat, ut cum demū tempus pdican-
dæ ſiue ſcribēdæ incarnationis eius adueniret, ſuf-
ficienter uniuerſa, put eſſent geſta, poſſet explica-
re quęrētibus. Imitemur & nos fratres mei, piam
dñi matrē, ipſi quoq; oīa uerba & facta dñi ac ſal-
uatoris noſtri fixe in corde cōſeruando, horū me-
ditatione diurna & nocturna importunos inaniū
nocentiūq́; cogitationum repellamus incurſus, ho-
rum crebra collatiōe & nos & proximos noſtros
à fabulis ſuperuacuis & male dulcoratis detractionū
colloquijs caſtigare, atq; ad diuinæ frequentiam
laudis accendere curemus. Si enim fratres chariſ-
ſimi ut participes futuri beatitudinis, ſecuri habi-
tare in domo dñi, ac ppetuo illū laudare deſidera-
mus, oportet nimirū & in hoc ſeculo quid in futu-
ro quæramus ſolicite pmonſtremus, frequentādo
uidelicet eccleſię limina, & non ſolum in ea laudes
domini canendo, ſed & in oī loco dominationis eiu-
s, ea quæ ad laudē gloriāq́; conditoris noſtri pfi-
ciant, uerbis pariter & factis oſtendendo. ¶ *Et Ie-
ſus, inquit, proficiebat ſapientia, ætate & gratia apud de-
um & homines.* Naturam ueræ humanitatis indicat,
in qua proficere ad tempus uoluit, qui in diuinita-
te idem ipſe eſt, & anni eius non deficient. Iuxta
hominis quippe naturam proficiebat ſapientia,
non quidem ipſe ſapientior ex tempore exiſten-
do, qui à prima conceptionis hora ſpiritu ſapiētię
plenus permanebat, ſed eandē qua plenus erat ſapi-
entiam, cæteris ex tempore paulatim demonſtran-
do. Iuxta hominis naturam proficiebat ætate, qa
de infantia ad pueritiā, de pueritia ad iuuentutem
conſueto hominibus creſcēdi ordinę peruenit. Iu-
xta hominis naturam proficiebat gratia, non ipſe
per acceſſum temporis accipiendo quod non ha-
bebat, ſed pandēdo donum gratiæ quod habebat.
Et bene cū dictū eſſet, qa Ieſus proficiebat ſapiē-
tia, ætate & gratia, adiunctū eſt, apud deum & ho-
mines: quia quantum proficiēte ætate hominibus
ſapientiæ & gratiæ quæ ſibi inerant dona patefa-
ctebat,

ciebat,tantum eos ad laudē dei patris ſemper exs citare curabat,peragens ipſe quod cæteris agens
Matt. 5 dum præcepit: Luceat lux ueſtra coram hominibus,ut uideaot opera ueſtra bona,& glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Atq; ideo non ſolū apud homines gratia & ſapientia proficere dicit̄, in quantum ipſi eius ſapientiam gratiamq; potuere cognoſcere,ſed etiam apud deum inquantū ad eius laudem,gloriam,ſapientiam,ac gratiā quā in eo cognouere retulerunt,cuius beneficijs & muneribus æternis ſit laus,& gratiarum actio in omnia ſecula ſeculorum,Amen.

DE EADEM DOMINICA. HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

Dixit modo in proximo ſuperiori uerſu Euāgeliſta, qa ibant parentes eius per omnes annos in Hieruſalem,in die ſolenni Paſchæ. Religioſi parētes p annos ſingulos ibant in Hieruſalem,ut legem audirent,ſacrificijs participarent, ſolēnitatibus intereſſent,& eius adhuc umbræ ſeruebant,cuius iam tenebant ueritatem. Tota enim illa ſolennitas,Chriſti paſſionē & reſurrectionem & cætera quæ de eo ſcripta ſunt,ſignificabat. Erat igitur ſimul cum cæteris Ieſus in ſolēnitate,qui totius erat cauſa ſolennitatis. Permixtus turbis uidebatur,ab oībus in lege & pphetis pdicabat̄, in ſacrificijs ſignificabat̄,& à nemine cognoſcebat̄, qa duplici uelamine tegebatur:inde uelamine literæ, hinc carnis pariete. Vñ ſcriptū ē: Eo ipſe ſtat poſt parietem noſtrū,reſpiciens p feneſtras, pſpiciens p cācellos. Ipſe iugulabat̄ in agnis, immolabat̄ in uitulis,& in omnibus ſacrificijs offerebat̄. Mater quoq; eius multa ibi in lege & prophetia cantare audiebat,quę de ipſa dici intelligebat,& in ſe iam cōpleta eſſe ſciebat: q̄lia ſunt: Ecce uirgo cōcipiet & pariet filiū,& uocabit̄ nomen eius Emanuel: itēq;, & egredietur uirga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet: & multa alia. Merito igitur per annos ſingulos illuc ueniebant, ubi ſuas laudes ab oī populo prædicari audiebant. Tandē aūt cōſummatis diebus,& cōpleta ſolennitate, cū redirent, *remanſit puer Ieſus in Hieruſalem*: quæ uiſio pacis interpretatur,per quam ſanctā Eccleſiam intelligimus. Vnde & dicit̄: Et factus eſt in pace locus eius, habitatio eius in in Sion. Hoc aūt parentes eius,id eſt, Synagoga & Iudæorum populus non cognouerunt,ſed eum in comitatu eſſe æſtimātes,& ſecū adhuc manere & habitare putantes,uenerunt iter diei. Magnus erit iſte dies,hic em̄ dies finē non habebit,niſi prius Iudęi ad fidem conuertantur. Stulti Iudæi, qui ſecū adhuc eum eſſe putabant, quem iam occiderant,& dicentē audierant, Ecce relinquet̄ uobis domus ueſtra deſerta. & in pſalmis: Ecce elongaui fugiens,& manſi in ſolitudine. *Requirentes autem eum inter cognatos & notos, & nō inuenientes, regreſſi ſunt in Hieruſalem: requirentes eū.* Vſque hodie nanq; Iudęi (qui p Ioſeph & Mariā ſignificabant̄) inter cognatos & notos (id eſt, in lege & pphetis) quærūt Ieſum. Sed quoniam carnaliter quęrūt, eum inuenire nō poſſunt. Si igitur eū inuenire deſiderant,redeant in Hieruſalem,ueniant ad templū & ad Eccleſiam: ibi enim eſt,& ibi eum inuenient. Hoc enim tunc ſpiritualiter completum eſt,quando poſt Chriſti paſſionem quidā Iudæorum corde cōpuncti,uenientes ad Apoſtolos,(hoc enim fuit Chriſtū quærere,& redire in Hieruſalem:) dixerūt: Quid faciemus uiri fratres? Quibus Apoſtolus Petrus, Pœnitentiam,inquit,agite: & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum. Hos igitur,& cæteros qui tūc têporis crediderunt, ſignificabant parentes Ieſu: quoniā ſicut illi ignoranter eum perdiderant, ita & iſti ignoranter eum occiderāt. Vnde & beatus Petrus, Et nunc fratres, inq̄t, ſcimus quia per ignorantiā feciſtis,ſicut & principes ueſtri. Merito aūt parentes Ieſu hoc in loco Synagogā & Iudæos ſignificāt,q̄ eū in Hieruſalē duxiſſe narrant̄, ut ea in ſignificatione iam fieri uideret, quæ poſtea in cruce paſſurus erat. *Et factum eſt poſt triduum inuenerūt illum in templo ſedentem in medio doctorum, audientē illos & interrogantem.* Poſt triduum in templo inuenitur Ieſus: quia poſt reſurrectionem,quæ die tertia facta eſt,ab his qui eum quærunt in eccleſia reperitur: ante triduum quidem non inueniebatur: quia non Deus,ſed homo tātum ab hominibus putabatur. Sed ubi inuenitur? In templo, in Eccleſia, in conuentu fidelium, in medio doctorū,& in cœtu epiſcoporum. Qui igitur quæris Ieſum, ueni ad ad templū,ueni ad Eccleſiā,ueni ad Epiſcopos & ſacerdotes,audi quid ipſi dicunt: ibi enim uidebis Ieſum,ibi ſedet in medio doctorum,id eſt in cordibus eorum. Ibi enim audiens docet & interrogās inſtruit: ibi omnes actus noſtri & cogitationes reſpondent. Nihil ei abſconditur: omnia uidet, & cūcta ei loquuntur. *Stupebant autem omnes qui eum audiebant ſuper prudentia ſua & reſponſis eius.* Ipſe igitē interrogabat, ipſe reſpondebat, ipſe & ſuas & illorum quæſtiones ſoluebat: morem agens peritiſſimi magiſtri, qui nunc interrogando, nunc reſpondendo diſcipulos inſtruit. *Et uidentes admirati ſunt.* Admirati (inquit) ſunt parētes eius, quum eum in medio doctorū ſedere uidiſſent. Admirant̄ uſq; hodie Iudæi quicunq; ad Eccleſiam ueniunt & ad fidem cōuertunt̄, dū ibi Chrūm uident, quē ipſi Meſſiam uocant, quē in Synagoga, & inter cognatos & notos, nulla illorum expoſitione uidere uel intelligere potuerūt. *Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te.* Diximus iam per matrē Dñi, Synagogam ſignificari, de qua dñs ſecundum carnem originem duxit. Hæc aūt quocunq; tempore ad eccleſiam ueniens, ibiq; ueritatem intelligens, ſuā ignorantiā & Chr̄i abſentia admirat̄. Et admirādo dicit: *Fili, quid feciſti nobis ſic?* cur nos reliq̄ſti, & ad gētium Eccleſiam pertranſiſti? *ecce pater tuus*, populus Iudaicus, *& ego dolentes quærebamus te*. Hoc eſt enim quod Apoſtolus ait: Teſtimonium illis perhibeo, quia zelū dei habēt, ſed nō ſecundum ſcientiam. Quærunt Ieſum, & non inueniunt, qa nōdum ad tēplū & ad eccleſiā puenerūt. *Et ait ad illos: Quid eſt quod me quærebatis?* Quid eſt quod me in comitatu infidelium & extra eccleſiam eſſe putabatis? hic erā: hic me quęrat, qui quærere uult. *An neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt*, & inter illos q patris mei uoluntatem faciunt, *oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt uerbum quod loquutus eſt ad illos.* Quare non intellexerunt? Quoniam eos ſignificabant, qui nondum ſpiritualem intelligentiā habebant. *Et deſcendit cum eis: & uenit Nazareth, & erat ſubditus illis.* Audiāt hoc ſubditi, & ſubditi eſſe nō dedignent̄: ſiquidē oībus prælatus, ſubditus fieri non eſt dedignatus. Prælati quoq; nō ſuperbiāt: & in Ioſeph prælato, & in Chriſto ſubdito intelligant, quia ſæpe fit ut maiores meriti ſint ſubditi quam prælati. *Et mater eius conſeruabat omnia uerba hæc in corde ſuo.* Niſi enim ipſa ea conſeruaſſet, nos ea non haberemus. De eius nanque theſauris nos iſta ſuſcepimus.

mus. *Et Ieſus proficiebat ætate, & ſapientia, & gratia apud deum & homines.* Proficiebat enim non ſecundum diuinitatem, quæ quidẽ in nullo uel creſcere uel minui poteſt: ſed ſecundum humanitatem, qua nobis ſimilis factus eſt.

DOMINICA SECVNDA. Iohan. II.

In illo tempore, Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Et reliq. Homilia uenerabilis Bedæ presbyt.



QVOD dominus noſter atque ſaluator ad nuptias uocatus, non ſolum uenire, ſed & miraculum ibidem quo conuiuas lætificaret, facere dignatus ẽ, exceptis cœleſtiũ ſacramẽtorum figuris, etiã iuxta literã fidẽ rectè credentium confirmat. Porro Taciani & Martiani, cæterorumq; qui nuptijs detrahunt, perfidia quàm ſit damnabilis, inſinuat. Si enim thoro immaculato, & nuptijs debita caſtitate celebratis culpa ineſſet, nequaquam dominus ad has uenire, nequaquam eas ſignorum ſuorum initijs conſecrare uoluiſſet. Nunc autem quia bona eſt caſtitas coniugalis, melior continentia uidualis, optima perfectio uirginalis, ad comprobandam omnium electionem graduum, diſcernẽdum tamen ſingulorum meritum, ex intemerato Mariæ uirginis utero naſci dignatus eſt, à prophetico uiduæ Annæ ore mox natus benedici: à nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus, & hos ſuæ præſentia uirtutis honorat. Sed nunc redeamus ad altiorem cœleſtium lætitiam figurarũ. Miracula nanq; facturus in terra dei filius uenit ad nuptias, ut ipſum ſe eſſe doceret, de q̃ ſub typo ſolis

Pſalm.18 Pſalmiſta præcinuit: In ſole poſuit tabernaculum ſuũ, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit ut gygas ad currendam uiam. à

Matt.9 ſummo cœlo egreſſio eius: Et occurſus eius uſq; ad ſummũ eius. Qui & ipſe quodam loco de ſe ſuisq; fidelibus ait: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, q̃ die cum illis eſt ſponſus? Veniẽt aũt dies, quãdo auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt: quia nimirũ incarnatio noſtri ſaluatoris ex quo patribus cœpit promitti, multis eſt ſanctorum lachrymis & luctu ſemper expectata donec ueniret. Similiter ex quo poſt reſurrectionem aſcẽdit ad cœlũ, omnis ſanctorum ſpes ad eius pendet reditum. Solo autem quo cum hominibus conuerſatus eſt tempore, flere ac lugere nequiuerunt, quia iam ſecum etiam corporaliter eum quem ſpiritualiter dilexarunt, habebãt. Spõſus ergo Chriſtus, ſpõſa eius eſt eccleſia, filij ſponſi uel nuptiarum, ſinguli quiq; fidelium eius ſunt. Tempus nuptiarũ eſt tempus illud, quando per incarnatiõis myſterium ſanctam ſibi eccleſiam ſociauit. Non igit̃ caſu, ſed certi gratia myſterij uenit ad nuptias in terra carnali more celebratas, qui ad copulandam ſibi ſpiritali amore eccleſiam de cœlo deſcendit ad terram. Cuius quidẽ thalamus incorruptæ genitricis uterus fuit, in quo deus humanæ naturæ coniũctus eſt, & ex quo ad ſociandam ſibi eccleſiam tanquam ſponſus proceſſit. Primus nuptiarum locus Iudæa extitit, in q̃ filius dei homo fieri, & eccleſiam ſui corporis participatione cõſecrare, & ſui ſpiritus pignore in fide confirmare dignatus eſt. Sed uocatis ad fidẽ gẽtibus, uſq; ad fines orbis terræ earundem nuptiarum nouiua gaudia peruenerunt. Nec uacat à myſterio, quod die tertia poſt ea quæ ſupior euangelij ſermo deſcripſerat, nuptiæ factæ referunt̃, ſed tertio tpe ſeculi dñm ad adoptandã ſibi eccleſiam ueniſſe deſignat. primum quippe ſeculi tempus ante legem patriarcharum exemplo ſecundum ſub lege prophetarum ſcriptis, tertium ſub gratia præconijs euangeliſtarum quaſi tertiæ diei luce mundo refulſit, in quo dñs & ſaluator noſter pro redẽptione gñis humani in carne natus apparuit. Sed & hoc quod in Cana Galilææ, id eſt, in cœlo tranſmigrationis perpetratæ, eædem nuptiæ factę phibentur, typice denunciat eos maxime grã Chriſti dignos exiſtere, qui zelo feruere piæ deuotiõis & æmulari chariſmata maiora, ac de uitijs ad uirtutes bona operando, de terrenis ad terrena, norunt ſperando & amando tranſmigrare. Diſcumbente autem ad nuptias dño, uinum defecit, ut uino meliori per ipſum mirabili ordine facto, manifeſtaretur gloria latentis in homine dei, & credentium in eum fides aucta proficeret. Quod ſi myſterium quęrimus apparente in carne domino, mera ca illa legalis ſenſus ſuauitas paulatim cœperat ob carnalem phariſęorum interpretationem à priſca ſua uirtute deficere, q mox ea quæ carnalia uidebantur, mandata ad ſpiritalem conuertit doctrinam, cunctamq; literæ legalis ſuperficiem, euangelica cœleſtis grãæ uirtute mutauit, quod eſt uinũ feciſſe de aqua. Sed primo ſtudeamus indagare, quid ſit quod cum deficiẽte uino diceret mater Ieſu ad eum, Vinum non habent, reſpondit, quid mihi & tibi eſt mulier? nõdum uenit hora mea. Neq; enim matrem ſuam inhonoraret, qui nobis iubet honorare patrem & matrem: aut eam ſibi eſſe matrẽ negaret, ex cuius carne uirginea carnẽ ſuſcipere non deſpexit, etiã Apoſtolo teſte qui aie: Qui Rom.1
factus eſt ei ex ſemine Dauid ſcd'm carnem. Quomodo enim ex ſemine Dauid ſecundum carnem, ſi non ex corpore Mariæ ſecundum carnem, quæ ex ſemine Dauid deſcendit? Sed in eo quod miraculũ facturus ait, quid mihi & tibi eſt mulier? ſignificat ſe diuinitatis qua miraculum erat patrandum, nõ principiũ temporaliter accepiſſe de matre, ſed p æternitatẽ ſemp habuiſſe de patre. Quid mihi & tibi, inq̃t, ẽ mulier? nondũ uenit hora mea, cui ex diuinitate q̃ ex patre ſemper habui, cũ tua carne, ex qua carnem ſuſcepi, cõmune nõ eſt. Nondũ uenit hora mea, ut fragilitatẽ ſumptæ ex te humanitatis moriẽdo demonſtrẽ: ſed prius eſt ut potẽtiã æternę deitatis uirtutes opando pateſaciã. Venit au Ioan.19
tẽ hora, ut qd ſibi & matri cõmune eſſet oñderet, cũ eſſ moriturus in cruce diſcipulo uirginẽ uirgini cõmendare curauit. Carnis nanq; infirma perpetiens, matrẽ de q̃ hæc ſuſcepit, pie cognitã, ei quem maxime diligebat diſcipulo commendauit, quam diuina facturus quaſi incognitam ſe noſſe diſſimulat, quia hanc diuinæ natiuitatis autorem non eſſe cognoſcit. ¶ *Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas uel ternas.* Hydriæ uocantur uaſa aquarum receptui parata. Græce enim aqua hydor dicitur. Aqua autem ſcripturę ſacræ ſcientiam deſignat, quæ ſuos auditores & à peccatorum ſordes abluere & diuinę cognitionis ſolet fonte potare.

re. Vaſa ſex, quibus continebatur aqua, corda de-
uota ſunt ſanctorum, quorum perfectio uitæ & fi-
dei exemplum recte uiuendi ac credendi propoſi-
ta eſt generi humano per ſex ſeculi labētis ætates,
id eſt, uſq; ad tempus dominicæ prædicationis. Et
bene lapidea ſunt uaſa, quia fortia ſunt præcordia
iuſtorum, utpote illius fide & dilectione ſolidata
Danie. 2 lapidis, quem uidit Daniel præciſum de mōte ſine
manibus, creuiſſeq; in mōtē magnū & impleſſe om
Zach. 3 nem terram. Et de quo dicit Zachaeias: In lapide
uno ſeptē oculi ſunt, id eſt, in Chriſto uniuerſitas
1. Pet. 2 ſcientiæ ſpūalis inhabitat. Cuius & Apoſtolus Pe-
trus meminit, ita dicens: Ad quē accedentes lapidē
uiuum, & ipſi tanquam lapides uiui ſuperædifica-
mini. Bene ſecundum purificationem Iudæorum
tantum poſitæ erant hydriæ, quia Iudæorū tātum
populo lex per Moyſen data eſt. Nam gratia euan
gelij & ueritas non minus gentibus quàm Iudæis
per Ieſum Chriſtum facta eſt. Capiētes, inquit, ſin-
gulæ metretas binas uel ternas, quia ſcripturę ſan
ctæ autores & miniſtri prophetæ, modo de patre
Pſal. 103. tantum loquuntur & filio, ut eſt illud: Oīa in ſapi-
entia feciſti. Virtus etenī dei & ſapientia Chriſtus
Pſalm. 32 eſt. Modo etiam ſpiritusſancti faciunt mentionem
iuxta illud Pſalmographi: Verbo Domini cœli fir
mati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum.
uerbum dñm & ſpiritum, totam quę unus deus eſt
intelligentes trinitatem. Sed quantū inter aquam
& uinum, tantū diſtat inter ſenſum illum, quo ſcri-
pturæ ante aduentum ſaluatoris intelligebantur,
& eū quē ueniens ipſe reuelauit apoſtolis, eorūq;
diſcipulis perpetuo ſequendum reliquit. Et qui-
dem potuit Dominus uacuas implere hydrias ui-
no, qui in exordio mundanæ creationis cuncta cre
auit ex nihilo, ſed maluit de aqua facere uinū, quo
typice doceret, non ſe ad ſoluendum improbandūſ
que, ſed ad implendum potius legem prophetasq;
ueniſſe. Neq; alia ſe per euangelicam gratiam fa-
cere & docere, quàm quæ legalis & prophetica
ſcriptura eum facturum docturūque ſignaret. Vi-
deamus ergo fratres ſex hydrias ſcripturarum a-
qua ſalutari repletas, uideamus eandem aquam in
ſuauiſſimum odorem guſtumq; uini conuerſam. In
prima ætate ſeculi, Abel iuſtum frater inuidens oc
cidit, & ob hoc ipſe perpetua martyrij gloria bea
tus, etiā in euangelicis & in apoſtolicis literis iu-
ſtitiæ laudem accepit, fratricida impius æternę ma
ledictionis pœnas luit. Quicunq; his auditis me-
tuunt cum impijs damnari, cupientes benedici
cum pijs, omnium odiorum & inuidiæ fomitē abij-
ciunt, deo placere per ſacrificium iuſtitiæ, mode-
ſtiæ, innocentiæ ac patientiæ curant, uas plenum
aquæ in ſcriptura inueniunt, unde ſalubriter ablu-
ti potatiq; gaudeant. Sed ſi intellexerint Cain ho-
micidam, Iudæorum eſſe perfidiam, occiſionem
Gen. 4 Abel paſſionem eſſe domini ſaluatoris, terrā, quæ
aperuit os ſuum, & ſuſcepit eius ſanguinem de ma
nu Cain, eccleſiam eſſe quæ effuſum à Iudæis Chri
ſti ſanguinē in myſterium ſuę renouatiōis accepit,
nimirū aquā in uinū mutatā reperiunt, qa ſacrę di
cta legis ſacratius intelligunt. ¶ Secūda ætate ſe-
culi inchoante, deletus eſt aquis diluuij mundus ob
Gen. 7 magnitudinem peccatorum, ſed ſolus Noe pro-
pter iuſtitiam eſt cum domo ſua liberatus in arca.
Huius plagæ audita uaſtatione horribili, pauco-
rumque liberatione mirabili, quiſquis emēdatius
uiuere cœperit, liberari deſiderans cum electis, ti-
mens exterminari cum reprobis, hydriam profe-
cto aquæ qua mūdaretur uel reficeretur, accepit.
At uero cum altius reſpicere cœperit, & in arca ec
cleſiam, in Noe Chriſtum, in aqua diluente pecca-
tores, aquam baptiſmi quæ peccata diluit, in ho-
minibus uel in animalibus quæ arca continebat,
multifariam baptizatorum differentiam, in colum
ba quæ poſt diluuium ramum oliuæ intulit in ar-
cam, unctionem ſpiritusſancti qua baptizati imbu
untur intellexerit, uinum profecto de aqua factū
miratur, quia iam in ueteris hiſtoria facti, ſuam ab-
lutionem, ſanctificationem, iuſtificationem pro-
phetari contemplatur, quæ utique contemplatio
dulcior eſt omni falerno. ¶ Tertia ętate ſeculi de-
us tentans obeditionem Abrahæ, filium unicum
eius, eum quem dilexit, in holocauſtum ſibi offerri
præcepit. Non differt Abraham facere quæ iube- Gene. 22
tur, ſed pro filio immolatur aries. Ipſe tamen pro
obedientiæ uirtute eximia, perpetuæ benedictio-
nis hæreditate donatur. Ecce habes hydriam ter-
tiam. Audiens enim quāta uirtus obedientia, quan
ta mercede remuneretur, & ipſe obedientiam di-
ſcere atq; habere ſatagis. Quod ſi immolationem Matt. 3
filij unici dilecti, paſſionem eius intelligis, de quo
dicit pater: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacui. In qua, quia diuinitate impaſſibili
permanente, ſola humanitas mortem paſſa eſt &
dolorem, quaſi filius offertur, ſed aries mactatur.
Si intelligis benedictionem quæ promiſſa eſt A-
brahæ, in te & cęteris gentibus, credentis munus
eſſe completum, nimirū tibi de aqua uinum fecit,
quia ſpiritalem ſenſum, cuius noua fragrantia ine- 1. Reg. 16
briaris, aperuit. ¶ Quartæ ætatis initijs Dauid
pro Saule regnum Iſraeliticæ gētis ſortitur humi-
lis, innocens, & mitis exul pro illo cuius iniuſta diu
perſecutione cruciabatur. Ecce hydria quarta, fon
te ſalutari repleta. Quiſquis hæc audiens, humili-
tati atq; innocentiæ ſtudere, & ſuperbiam atq; in-
uidiam cœperit ſuo de corde depellere, q̄ſi hauſtū
aquæ lympidiſſimæ quo reficiatur inuenit. At ſi in
Saule perſequentes Iudæos, in Dauid Chriſtum &
eccleſiam ſignificari cognouerit, illorum ob perfi-
diam & carnale ſimul imperium & ſpiritale ſimul
deſtructū. Chriſtū autē & eccleſiæ regnū ſemp eſ-
ſe manſurum, poculum utiq; uini de aqua factum
ſentiet, quia ſe ſuamq; uitām & regnum, ſed & ſei-
pſum regem ibi ſcriptū legere nouit, ubi prius qua
ſi de alijs ueterem legebat hiſtoriam. ¶ Quinta æ- Hier. 25 & 29
tate ſeculi populus peccans captiuante Nabucho-
donoſor, Babyloniam tranſmigrat, ſed poſt ſeptu-
aginta annos pœnitens, & correctus, in patriam
per Ieſum ſacerdotem magnum reducitur, ubi do-
mum dei quæ incenſa eſt, & ciuitatem ſanctā quæ
deſtructa eſt, reædificat. Hæc audiens ſiue legens
quiſq; cum peccandi metum arripit, & ad pœnitē-
di remedium cōfugit, aqua hydriæ purificantis ab-
lutus eſt. Si uero intelligere didicerit Hieruſalem
& templum dei eccleſiam Chriſti, Babylonem con
fuſiōem peccatorum, Nabuchodonoſor diabolum,
Ieſum ſacerdotem magnum, uerum, æternumque
pontificem eſſe Ieſum Chriſtum, ſeptuaginta an-
nos bonorum plenitudinem operum, quæ per ſpi-
ritusſancti dona largiuntur uidelicet propter de-
calogum & ſeptiformem eiuſdem ſpiritus gratiā:
uideritq; hoc quotidie fieri, alijs nimirum a diabo
lo de eccleſia peccando raptis, alijs gratia ſpiritus
ſancti per Chriſtum reſipiſcendo ac pœnitendo re
conciliatis, uinum de aqua factū habet: qa ad ſe ptī
nere quæ ſcripta ſunt intelligens, magno mox cō-
punctionis

punctionis ardore quaſi muſto incaleſcens, quicquid
ſibi peccati captiuantis ineſſe deprehenderit, per
Chriſti gratiam liberari depoſcit. ¶ *Sexta incho*
ante ſeculi ętate, dominus in carne apparens, octa
Lucæ 2 na die natiuitatis iuxta legem circunciſus eſt, tri
geſima & tertia poſt hæc ad templum delatus, &
legalia ſunt pro eo munera oblata. Hæc intuentes
ad literam, aperte diſcimus quanta nobis diligen
tia ſunt euangelicæ fidei ſubeunda myſteria, quan
do ipſe benedictionem gratię afferens, qui legem
literæ dedit ueterum primo cæremoniarum ritu
conſecrari, quæ cuncta diuinitus cõſecrat, & ſic ✱ no
uæ gratiæ ſacramenta ſuſcipere ſimul & tradere
curauit. Ecce hydria ſexta ad abluenda peccati cõ
tagia, ad potanda uitæ gaudia, mundiorem cæte
ris afferens undam. Verum ſi in octaui diei circun
ciſione baptiſma, quod in myſterium dominicę re
ſurrectionis, à peccatorum nos morte redemit, in
telligis in inductione in templum & oblatione ho
ſtię purificantis figuratum, cognoſcis fideles quoſ
que de baptiſterio ad altare ſanctum ingredi, ac
dominici corporis & ſanguinis uictima ſingulari
debere cõſecrari, uino quidem de aqua facto, & qui
dem meraciſſimo donatus es. Porro ſi circunciſio
nis diem ad generalem humani generis reſurrecti
onem, quando mortalis propago ceſſabit, & mor
talitas tota immortalitate mutabitur, interpreta
ris, & circunciſos induci in templum cum hoſtijs
intellexeris, quando poſt reſurrectionem uniuer
ſali expleto iudicio, ſancti incorruptibiles iam fa
cti ad contemplandum perpetuo ſpeciẽ diuinæ ma
ieſtatis cum bonorum operum muneribus intrabũt,
mirandum profecto uinum de aqua fieri uidebis.
Pſal. 22 Cuius conditori recte proteſteris, & dicas: Et po
culum tuum inebrians quam præclarum eſt. Ergo
Dominus uinum in gaudia nuptiarum non de ni
hilo facere uoluit, ſed hydrias ſex repleri aqua præci
piens, hãc mirabile conuertit in uinum, quia ſex mũ
di ætates ſapientiæ ſalutaris largitate donauit, quã
tamen ipſe ueniens ſublimioris ſenſus uirtute fœ
cundauit. Nam quæ carnales carnaliter tantum ſa
piebant, ipſe ſpiritualiter ſentienda reſerauit. Vul
tis audire fratres qualiter de aqua fecerit uinum?
Apparuit poſt reſurrectionem ſuam duobus diſci
pulis ambulantibus in uia, ibatq; cum illis, & inci
piens à Moyſe & omnibus prophetis, interpreta
batur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erãt.
Vultis iterum audire quomodo eodem ſunt uino
inebriati? poſt modũ cognoſcentes quis eſſet qui eis
Luc. 24 uerbum uitę propinabat, dicebant ad inuicẽ: Non
ne cor noſtrum ardens erat in nobis, cum loquere
tur in uia, & aperiret nobis ſcripturas? ¶ *Dicit er
go Ieſus miniſtris: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt
eas uſq; ad ſummum.* Quid per miniſtros qui hæc iu
bentur facere, niſi Chriſti ſignantur diſcipuli? Qui
impleuerunt hydrias aqua, non quidem ipſi præ
teritas mundi ætates legalibus ac propheticis im
plendo ſcriptis, ſed ipſas intelligendo prudenter,
& aperiendo fideliter, quia ſcriptura quæ à prophe
tis miniſtrata eſt, & ſalubris eſſet ad hauſtum ſapi
entiæ cœleſtis, & ad operum caſtigationem utilis.
Impleuerunt autem eas uſq; ad ſummum, quia re
cte intellexerunt nullum fuiſſe tempus ſeculi à ſan
ctis alienum doctoribus, qui ſiue uerbis, ſiue exem
plis, ſiue etiam ſcriptis uiam uitæ mortalibus pan
derent. ¶ *Et dicit eis Ieſus: Haurite nunc & ferte ar
chitriclino, & tulerunt.* Architriclinus, aliquis legiſ
peritus illius tẽporis eſt, fortaſſe Nicodemus uel
Gamaliel, uel diſcipulus tunc eius Saulus, nunc au
tem magiſter totius Eccleſiæ Paulus apoſtolus.
Et cum talibus uerbum euangelij creditur, quod
in litera legis & prophetiæ latebat occultum, ui
num utiq; architriclino de aqua factum propinatur.
Vnde conuenienter perhibetur, quod architricli
nus uocato ſpõſo dixerit. ¶ *Omnis homo primum bo
num uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod
deterius eſt, tu autem ſeruaſti bonum uinum uſq; adhuc.*
Quia doctorum eſt cognoſcere diſtantiam legis
& euangelij, ueritatis & umbræ, cunctisq; ueteri
bus inſtitutis, cunctis terreni regni promiſſis, no
uam euangelicæ fidei gratiam & perpetua cœle
ſtis patriæ dona præferre. ¶ *Hoc fecit initium ſi
gnorum Ieſus in Cana Galileæ, & manifeſtauit gloriam
ſuam.* Manifeſtauit hoc ſigno quia ipſe eſſet rex
gloriæ, & ideo ſponſus eccleſiæ, qui ut homo com
munis ueniret ad nuptias, ſed quaſi dominus cœli
& terræ elementa prout uoluiſſet conuerteret. Pul
chra autem rerum conuenientia, qui initio ſigno
rum, quæ mortalis adhuc mortalibus erat oſtenſu
rus, aquam conuertit in uinum. Ipſo utiq; initio ſi
gnorum qui immortalis iam per reſurrectionem ef
fectus, immortalis uitæ ſtudia ſola ſectantibus o
ſtenderet, carnalem prius & quaſi inſipidam men
tem eorum ſapore ſcientiæ cœleſtis imbuit. Nam
& primo conſiſtens in terra, ſui ſpiritus munere a
peruit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas: &
poſtmodum miſſo eodem ſpiritu de cœlis, maiorẽ
superni amoris ſimul & ſapientiæ ſpiritalis flagrã
tiam eorum cordibus infudit, data inſuper omniũ
cognitione linguarum, quibus uniuerſo orbi eam
quam perceperant uitæ gratiam propinare ſuffi
cerent. Has ergo Chriſti eccleſiæ nuptias fratres
chariſſimi, quæ & tunc una in ciuitate figuraban
tur, & nunc uniuerſo celebrantur in orbe terrarũ,
diligamus tota mente. Harum gaudijs cœleſtibus
indefeſſa bonorum operum intentione iungamur.
Has quidem per fidem uocati intremus, & mundo
dilectionis habito celebrare curemus, noſtræq; a
ctionis ſimul & cogitationis maculas ante diem
extremi diſcriminis ipſi ſollicitius examinando di
luamus, ne forte tunc ingrediens rex qui has filio
ſuo nuptias fecit, ſi uiderit nos nuptialem charita
tis ueſtem non habere, eijciat nos, & ligatis à be
ne agendi facultate pedibus noſtris ac manibus ex
teriores mittat in tenebras. Mundemus fide for
ſia cordium noſtrorum uaſcula ſecundum purifica
tionem præceptorum cœleſtium. Impleamus hæc
aqua ſcientię ſalutaris, ſacræ lectioni crebrius at
tendendo. Rogemus Deum, ut ipſam quam nobis
ſcientiæ gratiam contulit, (ne forte inflet) charita
tis ſuæ feruore calefaciat, & ad ſuperna quærenda
ſola ac ſapienda conuertat, quatenus ſpiritualiter
inebriati, poſſimus & ipſi cum propheta cantare:
Potaſti nos uino compunctionis. Sicq; fiat ut no Pſal. 59
bis quoq; bene proficientibus, & nunc ex parte, prout
capere ſufficimus, & in futuro perfecte Ieſus ma
nifeſtet gloriam ſuam, in qua uiuit & regnat cum
patre in unitate ſpũs ſancti deus, per omnia ſecula
ſeculorum, Amen.

DE EADEM DOMINICA. HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

HAs autẽ nuptias die tertia euangeliſta factas
fuiſſe narrat. Quod qualiter ad literam intel
ligendum ſit, in illo cõmentario expoſuimus
de quo iſta aſſumpta ſunt. Qualiter autem ſpiritu
aliter intelligi debeat, audiamus. Prima namq; dies

ante legem, ſecũda ſub lege, tertia ſub gratia. Hac autem tertia die, hoc tertio ſuæ incarnationis tempore, ad nuptias Dominus uenire dignatus eſt, ut errores eorum deſtrueret, qui nuptijs cõtradicunt. Non enim abijcit Ieſus cõiugatos, etſi uirgines & continentes meliores ſint. Bonæ nuptiæ, quibus mater Ieſu intereſſe dignatur: bonæ nuptiæ, ad quas Ieſus inuitatur, & diſcipuli eius. Tales nuptiæ quotidie in Eccleſia fiunt, tales nuptias taliaq; cõuiuia Epiſcopi & ſacerdotes fidelibus præparant. Hæ nuptiæ non ſunt corporum, ſed animarum. Hi cibi non ſunt carnales, ſed ſpũales. Toties enim Chriſtum & diſcipulos eius ad nuptias inuitamus, quoties in eccleſia prædicantes, aliquam ſententiã eorum authoritate firmamus. *Et deficiente uino, dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.* Plena enim ſpiritu ſancto uirgo Maria, iam tunc illud miraculum præuidebat, quod filius eius facturus erat. Quod ergo Ieſus facere cogitabat, hoc illa, ut faceret, admonebat. *Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt mulier?* Quid mihi, inquit, & tibi commune eſt, niſi hæc caro mortalis, & humanitas iſta quam fero, quæ famem pati, ſitire, & mori nouit, miracula autem facere non nouit? Quod enim in uinum aqua conuertitur, non humanitatis, ſed diuinitatis eſt. *Nondum uenit hora mea.* Nondum uenit hora paſſionis meę, in qua quid mihi & tibi ſit commune, omnibus innoteſcat. Tũc enim carnem quã de te ſuſcepi, nõ uirtutes & miracula facere, ſed in cruce pẽdere & mori uidebis. Et tunc quidem faciam uinum nouum, tunc faciam omnia noua, tunc literæ uetuſtate relicta, ad nouam & ſpiritualem intelligentiam cuncta conuertam. Hoc enim ipſe ſignificans, ait: Nõ bibam amodo de hoc genimine uitis uſq; in diem illum quum illud bibã uobiſcum nouum in regno Dei. *Dicit mater eius miniſtris: Quodcunque dixerit uobis, facite.* Inter ſe loquebantur mater & filius: ipſi ſe intelligebant, ipſi ſua ſecreta nouerant: ipſi quid tunc fieri oportebat, & quid poſtea futurum erat, ſciebant. Cæteri autem quid ipſi dicerent, ignorabãt. *Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex, poſitæ, ſecundũ purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas uel ternas.* Sex namque hydriæ, ſex mundi ætates ſunt. Prima ab Adam uſque ad Noe: ſecunda à Noe uſq; ad Abraham: tertia ab Abraham uſque ad Dauid: quarta à Dauid uſq; ad tranſmigrationem Babylonis: quinta à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum: ſexta uſque ad finẽ ſeculi. *Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas uſq; ad ſummum.* Quid enim per hos miniſtros, qui iubente domino implent hydrias aqua, niſi Apoſtolos & doctores intelligimus? Quotiens enim narramus & prædicamus quid in unaquaq; ætate factum ſit, toties has hydrias aqua implemus. Multis enĩ in locis diuina ſcriptura aqua uocat̃. In prima namq; ætate cœlum, terram, maria, & omnia quæ in eis ſunt, creauit deus, & tunc fecit hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, & dixit: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Immiſit igitur ſoporem in Adã, & tulit unã de coſtis eius, ex qua mulier facta eſt. Hoc autem dicentes, implemus primam hydriam aqua. Totum enim hoc ad literam intellectũ, quid aliud eſt niſi aqua? Hæc autẽ aqua in uinum cõuertitur, ſi ſpiritualiter intelligatur: ut per Adam, qui ad imaginẽ dei factus eſt, eum intelligamus de quo Apoſtolus ait: Qui quum in forma Dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ deo. At uero per Euam omnium uiuentium matrem, ſanctam Eccleſiam intelligamus. Sicut enim de latere Adam dormientis, una coſta ſubtracta, facta eſt Eua: ita & de latere Chriſti in cruce morientis, ſanguine effuſo facta eſt Eccleſia. Vnde Ioãnes apoſtolus ait: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Veniamus modo ad ſecundum hydriã, non ut eam impleamus, ſed ut aliquantula aqua eam infundamus. In ſecunda namq; ætate de lignis læuigatis facta eſt arca, in qua omniũ animalium genera collecta ſunt, ut ſaluaretur ſemen uniuerſæ carnis in ea, & nõ periret. Hæc igitur eſt aqua quę in uinũ quidẽ conuertit̃, ſi ſpiritualiter intelligatur. Arca enim quę de lignis leuigatis facta eſt, ſanctã Eccleſiã ſignificat: quę ex ſanctis hominibus fabricata, non habet maculam neq; rugã. In qua omnium animalium genera ſunt collecta, ut illud ſemen ſaluaretur & non pereat, cui benedixit Deus: de quo propheta: Niſi, inquit, dominus deus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus. Nemo ſaluabitur, quicunq; extra hanc arcam inuentus fuerit. Dicamus modo & de tertia hydria quæ utiq; tanta eſt, ut eius aqua cunctis bibentibus & bibere uolentibus abundanter ſufficere poſſit. In hac enim ętate Abraham, Iſaac, & Iacob, & duodecim patriarchæ fuerũt. In hac fuit Moyſes & Aaron, qui populũ dei de Aegypto liberantes, & per mare rubrũ ducẽtes, legẽ ſuſcipere meruerunt. Propter quos dominus flagellauit Aegyptios, & Pharaonẽ cũ omni ſuo exercitu in profundũ maris demerſit. Sed huius quoq; hydrię aqua in uinũ cõuertitur, ſi ſpiritualiter intelligatur: ut in Moyſe Chriſtũ, in Aaron Epiſcoporũ & ſacerdotũ ordinem ſignificemus. Iſti enim populũ dei per baptiſmatis undas ducentes, & Pharaonẽ (id eſt, diabolũ) cum omnium uitiorũ exercitu interficiẽtes, ſanctos dei in terrã uiuentium, & in promiſſam eius hæreditatẽ introducunt. Nũc ad quartã hydriã ueniamus: in qua Dauid fortitudo & ſapiẽtia narratur, quomodo Goliath interfecerit, & omnes inimicos ſuos ſuperauerit: in qua & Salomõ tẽplũ ędificauit, & regina Auſtri uenit à finibus terrę, ut eũ uideat, & eius ſapiẽtiã audiat. In hac aũt omnium prophetarũ libri uſq; ad Ieremiã cõtinentur. In qua & Eſaias clamat, dicẽs: Sitientes uenite ad aquas, & qui non habetis pretium, properate, emite, & comedite. Ad hanc aũt implendam & exponendam non unus, ſed multi dies neceſſarij ſunt. Quæ ſola ſi in uinum conuerſa fuiſſet, hodie omnes nobiſcũ Chriſtiani eſſent. In hac enim Chriſti natiuitas, paſſio, reſurrectio, & aſcẽſio pleniſſime cõtinetur. Cuius aqua quomodo in uinũ cõuerſa ſit, qui prophetarũ expoſitiones legit, intelligit. Si igitur per Dauid Chriſtum intelligamus: ipſe enim eſt deus fortis & potens, dominus potens in prælio, qui diabolum uicit, & infernum expoliauit: qui ſicut Salomon, & uere pacificus, tẽplum domini, id eſt, ſanctam Eccleſiam ędificauit, conſecrauit, & ſanctificauit: ad quẽ regina Auſtri, id eſt, ſancta Eccleſia uenit, eius uultum uidere & ſapientiam audire deſiderans: Si (inquam) ita intelligamus, mox mutato colore & ſapore aq̃ in uinũ cõuertitur. Trãſeamus ad quintã hydriam, in qua populus propter peccata ſua ductus in captiuitatẽ plorat, dicẽs: Sup flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion, in ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra. Qui tamen ad Deum per pœnitentiam conuerſi

ſub Ieſu ſacerdote magno,lęti poſtea in patriã redierũt. Et hęc quidẽ ſi quis ſpũaliter intelligat,ſenſiet in uinũ aquã cõuerſam. Illa tñ captiuitas hãc noſtrã quã in hoc mundo patimur captiuitatem ſignificat. In qua dũ populos peccãtes,& ſemp quaſi aquas ad inferiora labẽtes,(aquę enĩ multæ,populi multi) ſancti dei inſpiciũt,flẽt & dolẽt,illius ſupnę beatitudinis recordãtes. Et q̃a uel pauci uel nulli ſunt,q eorũ monitis acqeſcere uelint,ſanctæ p̃dicationis organa ſuſpendũt,in ſalicibus,id eſt,q̃ſi q̃buſdã uinculis tenaciſſimis,memorię cõmẽdant,dicẽtes cũ Pſalmiſta: In corde meo abſcõdi eloq̃a tua, ut nõ peccẽ tibi. Memoria enim q̃a ea quæ intelligit firmiter ligat & tenet,nõ immerito ſalix uocat̃. Silent enĩ p̃dicatores multoties & à p̃dicatiõe ceſſant,dũ & uerba ſua paruipẽdi,& ſeipſos cõtẽptui haberi cõſpiciũt. Sed ſicut tũc,ita & modo poſt pœnitẽtiã & ſatisfactionẽ,duce Ieſu ſacerdote magno, (q tunc per illũ Ieſum ſignificabatur) omnes peccatores in patriã reuertũtur. Reſtat nũc ut de ſexta hydria dicamus,quæ aliis oĩbus nobilior eſt, de q̃ etiã oẽs aliæ saporẽ ſuſcipiũt. In hac enim quatuor euangeliorũ libri,& omnia Apoſtolorũ dicta cõtinentur. Hanc ipſe Dominus per ſeipſum impleuit. Hanc ſuis diſcipulis dedit,ut omnes gẽtes ex ea ſatiarẽtur,dicens eis: Ite in uniuerſum mundũ,prædicate euangelium omni creaturæ. Huius aqua dulciſſima,huius uinum ſuauiſſimum eſt. Sed uis bibere de aqua eius? Audi ipſum dominum. Simile (inquit) factum eſt regnum cœlorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Quum autem dormirent homines,uenit inimicus eius,& superſeminauit zizania. Quam quũ ſerui eius colligere uoluiſſent,ait: Sinite utraque creſcere uſq; ad meſſem,& in tempore meſſis,dicam meſſoribus: Colligite prius zizania,& alligate faſciculos ad comburendum,triticum autem congregate in horreum meum. Hæc eſt igitur huius hydriæ aqua: quæ ut in uinum conuertatur,dicamus cum Apoſtolis: Domine ediſſere nobis parabolam iſtam. Ager (inquit Dominus) eſt mundus. Bonum uero ſemen, hi ſunt filij regni: zizania autem filij ſunt nequam. Inimicus autem qui ſeminauit, eſt diabolus. Meſſis uero,conſummatio ſeculi. Meſſores autem, angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittẽt eos in caminum ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Sic igitur aqua in uinũ conuertitur,ſic in ſpiritualẽ intelligentiam litera mutatur. Dictum eſt autẽ quid ſex hydrie ſignificent. Quæ bene quidem ſecundum purificationẽ Iudæorum ibi poſitæ erant: quoniam quicquid in eis continetur, baptiſmus quidam eſt & purificatio animarũ. Capiebãt aũt ſingulę metretas binas uel ternas: per quod ſignificatur,quia dei proximiq; dilectionis,& fidei Trinitatis menſura omnibus ſufficit ad bibendum,tenendum,& credendum. Sequitur: *Et dicit eis Ieſus: Haurite nunc & ferte Architriclino. & tulerunt. Vt autem guſtauit Architriclinus aquã uinum factum, & non ſciebat unde eſſet: miniſtri aũt ſciebant qui hauſerãt aquam, uocat ſponſum Architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum uinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt: tu autem ſeruaſti bonum uinum uſque adhuc.* Quis eſt iſte Architriclinus,cui hoc nouum & mirabile uinum prius affertur? Iſte enim Architriclinus, intellectus mihi eſſe uidetur,à quo ſolo uinum bonum cognoſcitur & laudatur. Habet enim unuſquiſque homo hunc Architriclinum in palatio cordis ſui. Ipſe eſt princeps domus, ipſe regit & diſponit omnia. Huic autem Eccleſię miniſtri ſanctarum ſcripturarum uinum quotidie offerunt; quod ille bibens, quãuis neſciat unde ſit,tamen admirat̃ & laudat. Quando enim hæc in Eccleſijs recitantur,nulli alij dãt saporẽ,niſi his,qui ea intelligũt. Merito igitur hoc uinũ Architriclino dominus ferri iuſſit, quatenus & nos maiora intelligẽtibus demus uinum, non intelligentibus uero aquam offeramus. Qui enim bene intelligunt,& literam uenerantur & ſpiritum: unde & hic Architriclinus dicit: Tu autem ſeruaſti uinum bonum uſque adhuc, & primum uidelicet & ultimum laudans. Qui uero minoris intelligentiæ ſunt,aquam bibant, & ſcripturarũ planiſſima audiant. *Hoc fecit initium ſignorũ Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderũt in eum diſcipuli eius.* In ſanctarum namq; ſcripturarum ſpirituali expoſitione,quæ utique per hoc uinum ſignificatur, Chriſti gloria manifeſtatur, ut credentium fides augeatur.

DOMINICA TERTIA,

Matth. VIII.

In illo tempore, Cum deſcendiſſet Ieſus de monte,ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ. Et ecce leproſus ueniens,rogabat eum, dicẽs: Domine ſi uis poteſt me mundare. Et reliqua. Homilia Origenis.



DOcente in mõte domino,diſcipuli uenerũt ad eum ſicut alacres,ſicut domeſtici, ſicut proximi, ſicut amici uel fratres. Ideo ait & dominus ad eos: Vos eſtis ſal terræ, & uos eſtis lux mundi. Nunc uero deſcendente eo de monte, turbæ ſecutæ ſunt eum, quæ in montem aſcendere non potuerunt,ut pigri populi,ut negligentes,ut imperfecti. Ita & filij Iſrael primitus in mõtem aſcendere non ualuerunt, ad obuiandum deo pergere non potuerunt propter ſuam irreligioſitatem & impietatem,ſed ſolus Moyſes aſcendit, & pauci cum eo ſeniorum Iſrael: ita & cum domino diſcipuli ſoli in montem aſcenderunt, & tardiores deorſum ſteterunt. Sic & modo uigilantes & alacres & fideles animæ,deum timentes,& dominum diligentes regna cœleſtia deſiderantes, dominum ſemper ſequentes,poſt dominum in illũ cœleſtem montem aſcendunt,audientes Apoſtolũ dicentem: Quæ ſurſum ſunt quærite,quæ ſurſum ſunt ſapite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Deſcendente nunc domino,hoc eſt, inclinante ſe ad infirmitatem & impotẽtiam cęterorũ miſertus imperfectioni eorum uel infirmitati, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ,aliquanti propter charitatem,aliquãti propter doctrinam,aliquanti propter admirationem & curationem: & ecce homo leproſus,unus ex illis qui curam quærebant, qui leuamen deſiderabant.

Matt.5

Colo.3

¶*Et ecce leproſus ueniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi uis, potes me mundare.* Deorſum currens rogas o homo,& in mõte nihil dicis? Quare ſic? Quia

tempus

tẽpus & tẽpora omni rei ſub cœlo, tẽpus doctrinę, & tẽpus curationis. In monte docuit, illuminauit, monuit, animas curauit, corda ſanauit. Propterea ergo ego illa maiora tentare nolui, illa ſumma tar dare paſſus ſum. Ipſis ergo ab illo completis, deorſum eo de mõte ad curandũ deſcendente, ſicuti de cœlo, ſicuti de cœleſtibus montibus ad ſaluandos carnales deſcendente. Venit ergo ad eum homo leproſus, adorans eum. Antequã peteret, adorare cœpit: antequam rogaret, culturam oſtendit. Adorauit autem eum. Pro hoc ipſo deum & dominum eum inuocans, adorabat eum. Sic & illi beati
Matt. 2 Magi prius procidentes adorauerunt eum, & ita demum ei munera obtulerunt. Eodẽ modo & nunc iſte cadens adorabat, & ſic ſupplicem obtulit poſtulationem. Domine, dicens: tu qui digne adoraris, qui merito coleris, te ego ut dominum adoro, ideoq; & dominum dico. Opera prius cõteſtans, & ſic uerba loquens. Per te enĩ omnia facta ſunt, tu ergo dñe ſi uis, potes me mundare. Voluntas tua opus eſt, ideo ſi uis potes me mundare. Voluiſti ut hęc immundiſſima lepra ſuper me ueniret, ſiue ꝓpter mea peccata, ut correptus pœnituiſſem, ſiue ꝓpter tuam prudentiam, ut mirabiliter me mũdans magnificeris. Omnia diſpenſanter & prouidenter facis, & ſalutem largiter tribuis. Siue ergo hãc leprã propter mea peccata portaui, dimittẽs culpas meas, mũda me: ſiue propter prouidentiam tuã me mirabiliter munda, ut ab omnibus magnificeris. Domine, ſi uis, potes me mundare. Voluntas tua opus eſt, quia & opa uoluntati tuæ obediunt, ideoq; ſi uis, potes me mundare. Non dubito, nõ fallor, nõ dico ſicut ille q filij ſalutẽ deprecabatur, ſi quid po
Matt. 9 tes, adiuua nos. Sed ſcio quia omnia potes, ideoq; nõ potentiam peto, non fortitudinem quæro, has enĩ ſcio eſſe indeficientes, ſed tãtum uoluntatẽ tuã deprecor, & ſequens uirtus ſtatim hanc gratiã adimplebit. Domine, ſi uis, potes me mundare. Mihi ad beneficium, tibi ad laudem, uidẽtibus autem
& pficien ti do. tr. ad miraculum, * proficientibus ad doctrinã. Do
4. Re. 5 mine, ſi uis, potes me mundare. Tu prius Naaman principem Syrię per Heliſeum in Iordane tingens lepra mundaſti, tu & modo ſi uis, potes me mundare. Cui reſpõdens dominus, ait: Confiteris qa ego poſſum, profiteris quia ſi ego uolo, fit: ideo uolo, mundare. uoluntatem precaris, potentiam cõfiteris. Volo, mũdare. Magnifice credis, magnifice & mundaris. Pleniſſime confiteris, pleniſſime & lætificaris. Volo mundare. Nõ dubitaſti credere, non tardo ſanare. Non diſtuliſti confeſſionẽ, non differam te mundare. Volo mundare. Vt & magnã gratiam tibi oſtendam manũ ad te porrigo. Extendens itaq; Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et quare tetigit eum dominus, cum lex prohibuiſſet leproſum tangere? Propter hoc tetigit, ut oſtendiſſet quia omnia munda mundis, qa aliorum alijs non adhærent inquinamenta, quia extranea immundities immaculatos nõ coinqnat. Sed adhuc ꝓpter qd tetigit? Vt humilitatẽ demõſtraret, ut nos doceret nullũ ſpernere, nullum horrere, nullũ contemptibilẽ ducere ꝓpter corporis læſionẽ, aut maculationẽ, quę à domino immittũt, ꝓ qua ipſe ſcit rationẽ. Extẽdẽs ergo manũ Ieſus tetigit eũ. Medicus ait, ſum cœleſtis, corpora cum animis curare potium. ꝓpterea oẽs tango, non ut infirmitas mihi adhæreat, ſed ideo ut ab his qui eã habent expellã. Sol ſum enĩ, ait, incorruptibilis, & luna iuſtitiæ, ideoq; oĩbus appropio, & omnes meis ſplendoribus ad ſalutem irradio, ipſe uero ſicut fui ꝑmaneo, in ſingulari meę ſanctitatis pulchritudine. Et extendẽs manum, tetigit eum. Nõ ſperno legem, ſed curo uulnus. Non deſtruo mandatum, ſed fugo atq; mundo lepram. Ideoq; cum extendo manum, mox effugit hæc contaminatio: meæ uirtuti proximare, uel reſiſtere meæ potentiæ, nõ poterit. Dico mundare, & manũ ad tangendũ extendens effugit ilico lepra. Et inuenta eſt manus domini nõ lepram, ſed mundũ tetigiſſe corpus. Conſideremus & nos nunc fratres chariſſimi, ut nullus peccati lepram in ſua habeat anima, ut nullus contaminationes delictorũ in ſuo retineat corde. Et ſi habet, inſtanter adorans dominũ, dicat ad eum: Domine, ſi uis, potes me mundare. Tu illum prius multa delicta committentẽ mundaſti Naaman, tu alijs innumerabilibus à ſeculo peccãtibus miſertus es, tu ergo ſi uis, potes me mundare. Et dñs mox miſericordię porrigens manum, dicit: Volo, Mundare. Et Ieſus ait illi mũdato à lepra, huic cui miſertus eſt, huic credenti dño, qui confiſus eſt in uirtute eius, huic ergo dixit Ieſus: Credidiſti, ſanus es. ſperaſti, mundus factus es. Noli obliuiſci qualis fueris, & qualis factus ſis. Nõ ceſſes gratias agere, non taceas confiteri. Hoc & nos debemus facere o chariſſimi, quãdo à domino noſtro de aliquo periculo liberamur, quãdo ab aliquo dolore ſaluamur, ſiue infirmitatis, ſiue uulneris, ſiue de qualibet neceſſitate. Non efficiamur ingrati, non relinquamus redemptorẽ noſtrũ, ſed alacritater gratiarũ actiones ei reddamus, ſed & munera ſecundũ ſubſtantiam noſtram ad honorificandum eum exhibeamus. Hoc enim & illi mandauit Dominus. *Vade, ait, ad ſacerdotem, & offer munus tuum.* Dixit ergo ei Ieſus: *Vide, nemini dixeris*: Et quare o dulciſſime Domine nunc dicis, nemini dixeris? Propter meam, ait, humilitatem, propter meam dulcedinem, ut & uos doceamini quando aliquid boni facitis, non gloriari, non extolli, non inaniter placere uelle in conſpectu hominum, ſicut conſuetudo eſt aliquantis, ſiue cum aliquid boni fecerint, ſiue cum ieiunauerint, ſiue in pauperum eleemoſynis & largitatibus, ſiue in altaris honore, ſiue in ſanctorum honorificentia. Etenim ipſi ante homines uolunt glorificari, & ſibi placere, ante Dominum mercedem perdentes. Vide nemini dixeris. Te enim tacente hoc mirabiliter clamabit. te enim os non aperiente, omnis tui corporis ſubſtantia tubilabit. Heſterno immundus, & hodie mundus: ante puſillum horribilis, & nunc decorus. Vide ergo nemini dixeris, ſed uade & oſtende te ſacerdoti. Ambulantem te ad templum uidentes mirabuntur, & ſacerdos uidens expaueſcet, quoniam ſecundum legem ab eo ſemel uel bis ablutus, & oſtendens te ipſi, mũdari non potuiſti. Vade ergo, oſtende te ſacerdoti, & uidens cognoſcat, quia non per legis conſuetudinem mundatus es, ſed per gratiæ operationem, non per terrenorum ſacerdotum imaginem, ſed per cœleſtem ſummi ſacerdotis ſplendorem. Vade oſtende te ſacerdoti. Sacerdoti te oſtende, à ſummo ſacerdote miſſus. Sacerdoti te oſtende, à ſummo ſacerdote dei patris mundatus, ſed non uidearis in conſpectu domini inanis. Non uideatis ſacerdoti manu uacua ad eum uenire, non uenies in conſpectu ſancti templi infructuoſus, ſed offeres munus tuum. Ad illum enim tunc hoc dictum, nos admonet omnes, ad illum loquens, nobis omnibus dicit, ut & nos dona & munera noſtra non

teneamus apud nos,ſed ceddamus Deo, maxime cum de aliqua libeeamuc teibulatione. ¶ *Offer, ingeit munus tuum.* Quare? Vt omnes qui te uident & portare & offerre, credant his mirabilibus,& magnificent Deum,qui miſertus eſt tui, & infidelibus per hoc increpatio & teſtimonium du
Ioh.5 citiæ cordis ipſorum fiet. Sic & illum triginta & octo annis iacentem in infiemitate, erigens à languore, iuſſit portare grabatum ſuum,& ire in domum ſuam, ut hunc ipſum lectum portatum ab eo pec mediam ciuitatem clamaſſet,ſaluantem ſe
Ioan. 9 inuocando & laudando.Sic & illum cœcum in natatoriam Siloam miſit, ut uidentes eum ambulare illuc eundem cœcum, & itecum remeantem, mirati & obſtupentes, crederent huic talia miracula facienti. Poſt hæc quæ ſuperius dicta ſunt.

¶ *Cum introiſſet Capharnaum ciuitetem Gelilææ.* Sic cognominata eſt Capharnaum, in qua Dominus ſæpius uirtutis ſuæ magnificentiam monſtrauit. Ingeediente eo Capharnaum. Cur ibi ingceſſus eſt? Propter hoc quod & inuenit,& ſtatim manifeſtum eſt. ¶ *Acceßit ad eum Centurio.* Acceſſit uere,non dimidius,ſed totus. Non aſpectu corporis tantum, ſed & animæ plenitudine. Non facie
4.Re.1 tantum,ſed & immaculato corde. Acceſſit centurio,alienigena geneeatione, ſed domeſticus corde:alienus natione,ſed alacer fide. Militum princeps,ſed plus angelorum gaudium. Acceſſit ad eũ Centurio,increpatio illorum qui quondam ad Heliam in Carmelo aſcendẽtes quinquagenarij, mox in infidelitate ſua igne combuſti ſunt,& iſte in fide mox in fina deputatus eſt Abcahæ. ¶ *Acceßit ad eum Centurio,eogens eum & dicens:Domine, puer meus iecet in domo peralyticus,& mele torquetue.* Multi in illo tempoee pro diuecſis cogabaut infirmitatibus, alius pro filio,alius pro aliquo alio,ſed nullus pro ſeruo, uiſi iſte ſolus,& hoc ei ad augmentum beatitudinis,ad coronam glociæ erat. Quid enim cogitabat iſte bcatus? Quid æſtimabat iſte omnibus bonis plenus centurio? Iſte aiebat, Mihi ſeruus eſt, & ego ſeruus creatoris ſum. Iſte me habet ſuper terram dominum,& ego hunc magnum in cœlis habeo dñm. Si ergo ei nou miſereor,quomodo mihi ille miſeccbit uc? Si ego huic non ſubuenio, quomodo mihi ille ſubueniet? Sic debent oẽs qui famulos habent & famulas cogitare,ſic miſereri,ſic cõdolere eis,ſic ſupplicare,ſic curã habere de ſeruis ſuis,uel de ancillis ſuis,ſicut & ille beatus cẽtucio fecit. Puer meus,inqt,iacet in domo. Non in una ce tantũ miſerabilis quod iacet, ſed & in alia quod paraliticus,tertia quod male torquetur. Omnia enim iſta doloce cõgeminauit, & iacentẽ, & pacalyticũ,& dure detentũ. Ideo ut & ſuę animę anguſtias demonſtcacet,& dominũ commouere, qua teuus & illius cruciatum demonſtcacet, & dñi beneuolentiã inuitaret. Puec meus iacet in domo. Et huc quare non attuliſti eum,ſicut illi illum paralyticũ in lecto poetauerunt? Ideo,ait,quia non opus eſt oſteudere illi omnia uidenti. Non opus eſt in conſpectu eius afferce, cuius potentia non tecminatuc, nec includituc neq; excludituc. Iacet in domo paralyticus, & male torquetue. Quid eego uis? quid cupis? quid deſidecas? Non multum loquoe. ait,ſcio enim quia ad omnia cognoſcẽtem loquoc. Non ſum uecboſioc: ſcio enim quia ad omnia præſcientem reſpondeo. Ideoq; iſte cognoſcens corda reſpondens, dicit: ¶ *Ego ueniem & curabo eum.* Ego ad Abraham ueniens, ſenilem Saræ uterum ſanaui,in ſenectute eis Iſaac filium donãs:ego & nũc Gene.
ueuiens ad te,cucabo eum. Et quomodo Domine promittis aduẽtum tuum huic? Nec petit, nec quærit, ſciens quod non acceptabile ſit ei ut uentas in domum eius, propter quid omnino hoc peofers? Ob hoc,ut & uos præualeatis,& eius fidei ſimiletis, uel cognoſcatis quid ſit iſte, uel qualis in eo fidei theſaurus habeatur occultus. Iã enim & primitus Abcaham tentaui, non pco hoc ut cognoſcerem quem ante ſciebam, ſed ut uos ei ſimiles in omni tentatione,& fortiſſimi inueniamini. Et Iob ita ꝓbaui. Non propter hoc pcobaui quem iuſtum teſtificatus ſum,ſed ut uobis ſpem & fiduciam uel cõfidentiam demonſtearem. Ideo & huic dico, ego ueniam & curabo eum, ut & ipſe magnam ſuam fidem profeeẽs,dicat:Domine, terruiſti me de hoc promiſſo,conturbaſti me de hoc dicto,interfeciſti fortitudinem animæ meæ in hoc ueebo. Non ſum dignus aſpectu,non ſum dignus appropinquatione,non ſum dignus acceſſu uel introitu tuo. ¶ *Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meũ.* Moyſes primitus ille magnus,& tuus confabulator ille mirabilis narrator operum tuorum, ille fidelis in tota domo tua, nimium ſe humiliauit, dicens: Non ſum dignus ante heſternum & tertium diem. Quanto magis ego dicam,Domine, non ſum dignus ut ſub tectum meum intees? Alienigena ſum, gentilis ſum, miles ſum, gladio accinctus,ſanguinem fundens,ad prœliũ exiens, ideoq; non ſum dignus, ut intees ſub tectum meum, ſed tantum dic ueebo,ſed tantum ueni ueebo. Verbum tuum aſpectus tuus eſt,uerbum tuum opus conſummatum eſt. Ideoq; dic uerbo, oſtende abſens corpore, quod præſeus ſpiritu conſummare potens es. Vbiq; indeficieus tua pcæſeutia, ubiq; præſens tuus aſpectus. Idcirco ego acceſſu & introitu tuo indignus ſum, & iſte inficmus uerbi tui uiſitatioue indiget, & ideo dic uecbo,& ſanabitur puer meus. Sed & hoc nullum noſtrum pertrauſeat ſicut puſillum aliquid,quod dixit ille beatus: Non ſum dignus ut ſub tectum meum intres. Intrat & nũc dominus ſub tectum credentium duplici figura uel more. Nunc enim quando ſancti & religioſi & deo acceptabiles eccleſiarum antiſtites ſub tectum tuum intrant, tunc ibidem dominus per eos ingeeditur,& tu ſic exiſtimes tanquam dominum ſuſcipiens. Et aliud,quando ſanctum ſumis cibum, quando illud incocruptum accipis epulum,quando uitæ paue & poculo fruecis,quando manducas & bibis carnem & ſanguinem domini, tunc dñs ſub tectum tuum ingceditur. Et tu ergo humilians te metipſum, imitare hunc centurionem & dicito: Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. Vbi enim indigne iagreditur, ibi ad iudicium ingreditur illi accipienti. Sed adhuc quid adiecit ille beatus in ſequentibus? ¶ *Nem & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, & habeo ſub me milites, & dico huic uade & uedit: & alij,ueni,& uenit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit.* O prudentia, o intellectus animæ,o munditia cocdis. Prior omnium manifeſtæ * charitatis confeſſionẽ reuelauit, & noui teſtamenti myſterium declarauit, & eccleſię in ueritatis
ſeſe monſtrauit imaginem, primitięq; ex geutibus domino credentiũ factus eſt. Ego,ait, homo ſum ſub poteſtate regis uel principis,indignus ego habeo ſub poteſtate mea milites & ſeruos,& tu habes * ſub poteſtate tua angelos ſicut milites,& omnes ſanctos
ſanctos ſecuos. Ego mãdo unicuiq;, & facit ſecũ ſub

duo

dum præceptum meum: & tu mandas q̃d & ſtatim completur. Quod enim mandas & dicis, & fit. Mādas, & ſine mora perficitur. Omnis enim creatura ſeruit tibi, & ideo dic uerbo, & perficietur uelociter, & ſanabitur puer meus. O fides uiri, o religio ſitat militis, quanto te magnificemus, o dulciſſimę amice ueritatis? Te admiuatur dñs, & tuā indeficientē magnificat fidē. Quō de tenebris gentiū tātum lumen proceſſit? Quomodo de errore eorum deum non cognoſcentium, tāta manifeſtata eſt iuſtitia? Quomodo ex ore ſtultorum idolis ſeruientium, tam lympida effulſit fides? Andiens ergo dominus admirabatur eū. Et quòd deus unigenitus miratur, quātū fit & quale, & quàm inenarrabile & inæſtimabile? Percipe ſenſu o chariſſime, quod deo nihil eſt mirabile, nec aurum, nec diuitiæ, nec regna, nec principatus. Iſta omnia ſunt in conſpectu eius tāquam umbra, & ſicut nihil, ſicut flos decidens. Nihil ergo in conſpectu dei mirabile eſt, nihil magnum, nihil preciosum, niſi tātum una fides. Hanc miratur, hanc honorificat, hanc acceptabilem ſibi æſtimat: Ideoq; conuertens ſe ad ſequentes ſe turbas, dixit: ¶ *Amen dico uobis, hoc eſt, arre dico uobis, non inueni tantam fidem in Iſrael.* Non quod in illo priore Iſrael beato Iacob tantam abneget ſe dominus fidem inueniſſe, ille enim non tantum credidit dominum, ſed & prophetauit de eo, & aprrius eius iuſtitiam demonſtrauit, & manifeſtum in carne aduentum eius prolocutus eſt. Niſi enim credidiſſet ei, quomodo de eodem propheta ſſet? Sic hi qui de Iſrael proceſſerunt, Iſrael etenim & ipſi nominati ſunt prophetæ & iuſti, Dauid, Eſaias & Hieremias. Hi oēs clare & manifeſte eius aduentum prænunciauerunt. Omnes nam que hi habuerunt fidem, habebant & propheſiam. Et iſte beatus centurio fidem habuit, ſed prophetiam nō habuit. Ideoq; dominus admiraus, magnificat fidem eius ſuper illum qui tūc fuit Iſrael, hoc eſt, ſuper omnes qui tunc fuerunt tribus Iſrael, & non ſuper illum qui ab initio fuit Iſrael, nec ſuper eos qui poſtea prophetæ & iuſti inuenti ſunt in Iſrael. Amen dico nobis, nec in Iſrael tātam fidem inueni, ſicut in gentibus, ſicut in barbaris, ſicut in à lienigenis. Gentes filium dei me inuocant omnipotentem, unigenitum confitentur, dominū aſſerūt, & ſicut dominum diligunt, & ſicut bene omnia diſpenſantem adorant: & Iſrael me non cognouit, &

Matt. 9 populus meus hic me non intellexit, ideoq; Beelzebub & Samaritanum appellant, & peccatorē æſtimant. Iairus Iſraelis princeps, pro filia ſua me

Iohan. 5 petens, non dixit, dic uerbo, ſed ueni ait, uelociter antequam moriatur filia mea. Nicodemus doctor

Iohan. 11 Iſrael de fidei ſacramento audiens, ait: Quomodo poteſt hoc fieri? Maria & Martha me nimium diligentes, dicūt: Domine ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus, tanquam dubitantes, quod ubiq; non uelox ſit adeſſe mea potentia. Ideoq; non inueni tantam fidem in Iſrael, ſicut in iſto alienigena. ¶ *Dico autem uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum,* Dico uobis, teſtor uobis, annuncio uobis, prædico uobis, quod multi uenient de quibus iam prius propheta locutus eſt, dicens: Et uenient gentes multæ, & dicent: Venite aſcen

Eſai. 2 damus in montem Domini, & in domum Dei Iacob ingrediamur, & oſtendat nobis uias ſuas, &

Iohan. 10 ambulemus in eis. Multi uenient de quibus ait Dominus: Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas adducam, & erit unus grex & unus paſtor. Multi uenięt, de quibus dictum eſt: Vt Iohan. 11

& filij dei qui diſperſi ſunt, congregētur in unum. Iſti ergo omnes uenient. Vnde uenięt? Ab oriente & occidente, hoc eſt, ex omni gente quæ ſub ſole eſt, ab oriente uſque ad occidentem. Sicut enim per omnes gentes debet hoc euangelium prædicari, ſic ex omnibus gentibus uēturi ſunt ad regnum cœlorum. Vel adhuc ab oriente hi qui ſtatim illuminati tranſeunt, & ab occidente hi qui paſſiones & perſecutiones uſque ad mortē tolerarūt pro fide. Multi ergo uenient. Et quomodo alibi dicis o dulciſſime Domine, Multi uocati, pauci uero electi? Matt. 20

Multi, ait, uocati. Oēs enim tribus hominum ab initio ſeculi uocatæ ſunt, & pauci electi de multitudine. Etenim p diuerſas generationes & ſecula diuerſa pauci electi ſunt. Simul uero conuenięntes, & ſimul congregati in tempore uiſitationis multi inueniuntur, nimiumq; innumerabiles. Multi enim uenient ab oriente & occidente, & recūbent, non carnaliter iacentes, ſed ſpiritualiter requieſcētes, non temporaliter potantes, ſed æternaliter æpulantes. Recumbent in regno dei, ubi lux eſt & ſpes, ubi lætitia & exultatio, ubi eſt gloria & benedictio, ubi lux oculorum & longæuitas nitę æternę, ubi omnes iucundantur, ubi omnes gaudent, ubi patres illi beati recumbunt, ubi omnes prophetæ requieſcunt, ubi apoſtoli & euangeliſtę ſuper glorioſos ſedēt thronos, ubi multitudo martyrum in æternagloria gloriatur, ubi copioſitas uirginum in ſecula exultat, portant coronam immaculatæ uirginitatis. O dulciſſimi fratres, unanimis conuentio, hilaris congregatio, fulgens coniunctio. Iſta eſt à ſeculo bene prædicata & annunciata, iſta eſt exultatio, iſta eſt ab initio narrata reges. In iſtam feſtinauerunt ire omnes dominum diligentes, ad iſtam colliguntur omnes ex gentibus domino credentes, religioſitatem ſeruantes. In eam & nos omnes pergamus, o religioſi filij dei, ad iſtam omni uirtute noſtra feſtinemus. Nihil nos reuocet, nihil nos retardet, nihil nos impediat ad hoc deſiderabile properare conuiuium. Omnem negligentiam à nobis pellamus, omnemq; deſidiam ab animo & corporis impedimenta à nobis proijciamus, ut huius beatitudinis & regni dei domeſtici efficiamur, quatenus ſanctæ huius, ut dictum eſt, epulationis digni inueniamur. ¶ *Vade ſicut credidiſti, fiat tibi.* Sic fiet uere unicuique homini ſicut crediderit: ſecundum menſuram fidei metietur ei & iſta à Domino gratia. Ideoque dixit ad illum Dominus: Sicut credidiſti, fiat tibi. Credidiſti quia ego omnia poſſum, credidiſti quia ego ſum dominus omnium: ſicut credidiſti, ita & fiat tibi. Credamus & nos fratres chariſſimi Ieſum Chriſtū deū ac dominum noſtrum omnia poſſe, ubique præſentem eſſe, remiſſionem nobis cunctorum peccatorum eius indulgentia (ſi tamen eius præcepta ſeruamus) largiri, ut unuſquiſq; noſtrum cum centurione iſto audire mereatur: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Adiuuante ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum deo patre in unitate ſpiritusſancti uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM DOMINICA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

QVum (inquit) deſcendiſſet Ieſus de monte ubi octo beatitudines prædicauerat, multæ turbæ eius ſermone delectatæ, eius uirtute ſanatæ, eius amori colligatæ, ſequutæ ſunt eum. Et

ecce leproſus ueniens *adorabat eum, dicens: Domine ſi uis potes me mundare*. Merito quidem domino de monte deſcendenti leproſus occurrit, quia ad hoc uenerat, ad hoc de cœlis deſcenderat, ut mundum ſanaret, & à uitiorum lepra mundaret. Sed uide quanta ſit fides huius leproſi: hominem uidet, Deum adorat, de omnipotentia non dubitat. Sed qd dicit? *Domine ſi uis potes me mundare*. Dominus es, omnipotens es, uoluntas tua opus eſt: omnis creatura tibi obediens eſt: non promerui beneficiū tuum, non ſum dignus colloquio tuo: credo tamen quia ſi uis potes me mundare. *Et Dominus ad hæc extendens manum ſuam tetigit eum, dicens, uolo, mundare*. Manum ſuam Dominus extendit, potentiam manifeſtat, uirtutem non celat: tangit hominem, & fugit lepra: imo etiam prius lepra fugit, quàm manus ad hominem perueniret, ne, ſi lepram tetigiſſet, contra legem facere uideretur. Lex enim huiuſmodi hominem immundum iudicat, quæ omne immundum tangere interdicit. Sed quid ait? *Volo mundare*. Credis *quia poſſum*? Volo quia credis: experire fidem tuam, cognoſce potentiam meam. Volo ut mūderis: & ideo mūdare. Et cōfeſtim mūdata eſt lepra eius, ut & fidei uirtus, & curātis omnipotētia appareret. *Et ait illi Ieſus. Vide nemini dixeris, ſed uade, oſtēde te ſacerdoti*. Hoc eñ. nō dixiſſet, ſi hoc miraculū inter turbas feciſſet, quæ eū ſequebātur qnū de monte deſcendiſſet. Neq; enim unus celare poſſet, quod tanta milia hominū uidiſſent. Et de his quidē in illo uolumine plenius diximus, de quo iſta aſſumpta ſunt: quærendum tantum eſt, cur ei Dominus præcipiat ut nemini dicat. Prædicare namque & Dei miracula populis nunciare, ſacerdotum eſt. Leproſus uero, etſi mundatus ſit, ſacerdos tamen fieri non debet: quoniam illi ad hoc officium eliguntur, (ut Apoſtolus ait) qui ſine crimine ſint. In hoc quoque & nos docemur, in his quæ bene & laudabiliter agimus, laudem hominū & uanam gloriam quærere non debere. Sed cur eū ad ſacerdotē ire mādas Domine Ieſu? quare iubes ut ſacerdoti ſe oſtendat, quem tu ſacerdotū omniū maximus, curas? quis eū iudicare audebit, qa tuo iudicio mūdus redit? Hoc igiť agis, ut legis ſacramentis cōſentire agnoſcaris. Ille enim mūdus eſt, qui ſacerdotum iudicio mundus iudicatur. Illorū enim eſt, bonum à malo, iuſtū ab iniuſto, & mundū ab immundo ſeparare. Hoc itaq; priuilegium eis confirmas, dum ad eorum iudicium hunc hominē mūdas. Sequitur. *Et offer munus quod pcepit Moyſes, in teſtimoniū illis*. Prius aūt quid leproſus iſte ſignificet: (ſignificat uero aliqd:) deinde uero diſcamus, quid munus etiam ſignificet, quod eum offerre præcepit Moyſes. Iſte enim leproſus totum humanum genus, & unuſquiſque peccator intelligi poteſt. Hęc lepra nō corporis, ſed animę eſt. Illa enim anima leproſa eſt, quę ſuperbia, ira, auaritia, diſcordia, odio, & luxuria ſordeſcit. Talis leproſus currat ad Ieſum, feſtinet ad medicū, nō deſpet, pœniteat, & mūdari deſideret. dicat: Dñe ſi uis potes me mūdare, potes utiq;: quia & ego ſum pœnitēs, & tu es omnipotens. Tu enim dixiſti, quia peccator quacunque hora conuerſus fuerit & ingemuerit, uita uiuet, & non morietur. Si enim hoc dixerit, ſi hoc egerit, certus ſit de miſericordia, non deſperet de uenia, quia benignus eſt Dominus, qui ad ſe uenientem neminē repellit. Deinde uero offerat munus, quod præcepit Moyſes. Præcepit enim Moyſes, ut leproſus quando mūdatur, offerat pro ſe duos paſſeres uiuos, quibus ueſci licitum ſit. & lignum cedrinum, & coccum, & hyſopum. Et unū e paſſeribus immolet in uaſe fictili ſuper aquas uiuentes: alterum uero in agrum auolare dimittat. Hoc enim uanū & inutile uideretur, niſi ille fieri pcepiſſet, cui nihil uanum & inutile placet. Ille igitur qui mundatur, duos paſſeres offerat, & corpus & animam domino reddat, ut iam non mundi uoluptatibus, ſed deo ſeruiant. Qui bene uiui offerri dicuntur, quoniam de morte ad uitam trāſferunť. Quibus quia ueſci licitum eſt, mundos eos eſſe & à peccato liberos manifeſtat. Nihil enim niſi mundum lex cōmedi iubet. Offerat autem ſimul cum his & lignum cedrinum: ut qui corpus & animam ſuam deo reddit, incorruptam fidem & ſynceram cōuerſationem ſe agere promittat. Cedrus enim imputribilis, eſt redolentisq; naturæ. His autē ſuper addat & coccum, ut charitatis igne ſucceſus, deū diligat & proximum. Coccus enim ignei coloris eſt. Offerat præterea hyſopum, ut in petra radicatus & fundatus, nunquam à Chriſto ſeparari ualeat. Hyſopus enim naturaliter in petra naſcitť: petra aūt erat Chriſtus. Poſtq̃ igitur ſic ſe totū deo reddiderit, immolet unū de paſſeribus in uaſe fictili ſup aquas uiuētes. Hic eñ paſſer corpus eſt, ideoq; in uaſe fictili immolatť: qa uaſa terrea & fictilia ſunt corpora noſtra. Immolatť aūt ſuper aquas uiuētes, ſicut ſanctę ſcripturæ immolari pcipiūt. Vnde Apoſtolus: Obſecro, inq̃ uos p miſericordiā dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiā uiuentē, ſanctā, deo placentē, rationabile obſequiū ueſtrū. Hęc eſt uiua aqua, quæ te bene paſſerē tuum immolare docet. Iudęi enim non bene immolant, quia ad hanc aquā non ueniunt. Alterum uero paſſerē, id eſt, animam in agrum auolare dimittat, quatenus iā libera, nec terrenæ corruptionis mole grauata, uirtutum alis ad cœleſtia uolare diſcat. Quia enim alter paſſer iā immolatus eſt, ideo iſte libere uolat, & à nullo detinetur. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Hic eſt igitur rectus pœnitentiæ ordo, ut quicunque mūdandus ad Deum uenit, prius ſeipſum totum offerat, fidem & charitatem, & in bonis operibus perſeuerantiam promittat: carnē quæ peccauerat in ſeruitutem redigat & affligat, & animā iā libertate donatam, ad cœleſtia contēplanda uolare dimittat. Sequitur: *Cum autē introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eū Centurio, rogās eum & dicens: Domine, puer meus iacet in lecto paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego ueniam & curabo eum*. Qualiter Centurio ad Ieſum acceſſerit. Lucas Euangeliſta demōſtrat: qui eum nō per ſe, ſed per ſeniores Iſrael ad eum acceſſiſſe narrat, quatenus pro puero ipſius intercederent. Et quia magis domino familiares erāt, ipſi pro eo interpellarēt. Illi aūt qnū ueniſſent ad Ieſum, rogabāt eū ſolicite, dicētes ei, quia dignus eſt ut hoc illi pręſtes. Diligit enim gentē noſtrā, & Synagogam ipſe ædificauit nobis. Sic igitur Centurio acceſſit ad Ieſum, non p ſe, ſed p ſeniores Iſrael, uidelicet ut nos doceret, qd in tali negotio agere debeamus, qñ puerū noſtrū in domo nr̃a paralyticū iacere, & male torqueri ſenſimus. Quis eſt ením puer iſte niſi aĩa, ſecūdū ſe qdē innocēs & pura? Puer aūt à puritate diciť. Hūc aūt Lucas ſeruum dicit: quia ſine ſeruitio animæ uiuere nequimus. Iſte igiť puer noſter, iſte ſeruus noſter, iſte iniuſte ſubiugatus & carnis ſeruitio depſſus ſpiritus noſter, iacet in domo paralyticus, iacet ĩ corpore infirmus, iacet in carnis habitaculo uitiorum

morbo

morboſupatus:& male torquet̃. Hinc luxuria uexatur, hincſupbia fatigat̃,hinc auaritia arctat̃ Quid igitur? Mittamus ad Ieſum. Sed quẽ mittemus, & quis ibit ex nobis? mittamus ſeniores Iſrael, id eſt Epiſcopos & ſacerdotes. Iſti enim pro alijs interpellare,iſti pro infirmis & pctõribus orare debẽt. Iſti cito ueniunt ad Ieſum: iſti eum mouere, iſti eũ flectere,& ad miſam inclinare poſſunt: præſertim ſi nos ſanari uolumus, ſi nos peccaſſe dolemus, & ſi boni aliquid egimus,unde nos apud iudicem cõmendare queant. Facile enim illi pœnitenti ſacerdotes à dño ueniam impetrant, qui de peccatis erubeſcit, totoq́ mentis anniſu ſe ad pœnitentiam conuertit. Et multos quidẽ uidemus, qui quamuis in ſe aliquo uitio torqueantur,bonos tñ diligunt, multisq́ modis ſanctã Eccleſiã ædificant. De his igitur dicere poſſumus dignos qui exaudiãtur, qa diligunt gentem noſtram,& Synagogam ædificauerunt nobis. Sed ſequitur: *Ego ueniam & curabo eum.* Hoc Matthæus ait. Lucas autem quid? Ieſus autem ibat cum illis. Venit enim Ieſus ad infirmũ, uenit cum Epiſcopis & ſacerdotibus ad pœnitentem,quoniam eorum precibus flectitur & orationibus ducitur. Et cum iam non longe eſſet à domo miſit ad eum Centurio amicos,dicens: domine noli uexari: non enim dignus ſum,ut ſub tectum meum intres. Propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus ut uenirem ad te. Hæc autẽ Matthæus prætermiſit. Cætera uero utriq; cõmunia ſunt. Bene igit̃ hoc loco hi duo conueniunt, ſi hoc tantum in Matthæo ſubaudiatur, quod Centurio non per ſe,ſed per ſeniores Iſrael,deinde uero per amicos acceſſerit ad Ieſum. Sed qui ſunt amici noſtri,quos Chriſto aduenienti,& iam domui noſtræ appropinquanti obuiam mittimus? Iſti ſunt (ut opinor) intellectus,& animus,& ſpiritus cõtribulatus. Iſti enĩ Chriſti aduentũ ſentiunt,iſti cum eo loqui audent,iſti nos Deo cõmendant,& eius gratiæ reconciliant. Quando eñ intus agimus,quando nobiſcũ in corde tractamus quæ & quanta fuerit huius noſtri Saluatoris benignitas,ut pro nobis carnẽ ſumeret, & mundi iniurias ſuſtineret,tunc prædicti amici noſtri cũ Dño loquuntur, & quodãmodo ei dicunt, Dñe noli uexari: quoniam eius uexationẽ & fatigationẽ mirantur & contremiſcunt. Hoc enĩ faciebat Ioannes Baptiſta,quũ diceret, Ego à te debeo baptizari,& tu uenis ad me? Quãdo uero ad Chriſti ſacramentũ accedimus, & fragilitatẽ noſtrã conſideramus,quid aliud dicit unuſq́ſque noſtrũ,niſi,nõ ſum dignus ut intres ſub tectũ, non ſum dignus ut corpus & ſanguinẽ tuũ ſuſcipiam in ore meo? dñe dic uerbo, & ſanabit̃ puer meus. Tu enim dixiſti,& facta ſunt omnia: mandaſti & creata ſunt uniuerſa. Eadẽ uirtus tibi eſt, eadẽ potentia manet. Dic igitur,uel præcipe ut fiat, & ſanabitur puer meus. Non enim maius eſt ſanare, quã creare. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus,habens ſub me milites: & dico huic uade,& uadit: & alij ueni,& uenit: & ſeruo meo,fac hoc,& facit.* Ego, inquit,homo ſum,tu Deus: ego ſub poteſtate, tu ſuper oẽs poteſtates: ego habeo milites, tu angelos: iſti mihi obediunt, illi tuã faciunt uoluntatẽ. Manda igitur quẽ uelis: pręcipe ſanitati ut ueniat, & iube infirmitati ut recedat. Placuit Domino cõſiliũ,laudauit fidẽ Centurionis. Ad hoc enim Dominus miſericordiã differebat, ut hæc tanta fides Centurionis clarius manifeſtaretur. Vnde & ſubditur: *Audiens autem Ieſus,miratus eſt,& ſequentibus ſe dixit, Amen dico uobis,non inueni tantam fidem in Iſrael.* Miratur Ieſus de fide Centurionis, miratur de fide Gentilis hominis. Et iam tunc fidem Gentiũ mirabatur,quam ultra fidem Iudæorum creſcere uidebat. Non igitur inueni tantã fidem in Iſrael,quantam in Gentili populo: qui per Centurionem ſignificabatur. De quibus mox ſubinferens ait: *Dico autem uobis quod multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus,& ſtridor dentium.* His enim paucis uerbis, Eccleſiam ex omnibus mundi partibus colligendam,& inferno expoliato ſanctorum animas ad cœlorum regna transferendas, & Iudæorũ incredulitatẽ & damnationem denunciat. Tenebræ autem illæ exteriores ſunt,ultra quas aliæ tenebræ non ſunt. Sunt autem aliæ tenebræ interiores, ex quibus uenitur ad has exteriores,quas infideles homines in mente patiuntur. De quibus Apoſtolus ait: Cæcitas ex parte contigit in Iſrael. *Et dixit Ieſus Centurioni: Vade,& ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.* Inter dicere & facere Chriſti nulla diſtantia eſt. Ipſe enim dixit, & facta ſunt: mandauit,& creata ſunt. Probauit Centurio fidem ſuã,probauit & uirtutẽ Ieſu. Dixerat enim, dñe dic uerbo & ſanabitur puer meus. Et Dñs ad eum dixit uerbo: Vade,inquit,& ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

DOMINICA QVARTA,

Matthæi. 8.

In illo tempore: Aſcendente Ieſu in nauiculam,ſecuti ſunt eum diſcipuli eius: Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus. Et reliq.

Homilia Origenis.



INGREDIENTE Domino in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius,nõ imbecilles, ſed firmi & ſtabiles in fide,manſueti,& pij,ſpernentes mũdum, non duplici corde, ſed ſimplici. Hi ergo ſecuti ſunt eum, non tantum greſſus eius ſequentes,ſed magis ſanctitatem comitantes, & iuſtitiam eius ſectantes. ¶ *Et ecce tempeſtas magna facta eſt in mari,ita ut nauicula operiretur fluctibus.* Dum enim multa magna & miranda oſtendiſſet in terra, tranſijt ad mare, ut & ibidem adhuc excellentiora opera demonſtraret, quatenus terræ mariſq́ Dominum ſe eſſe cunctis oſtenderet. Ingreſſus ergo nauiculam, fecit turbari mare,commouit uentos,concitauit fluctus. Cur hoc? Ideo, ut diſcipulos ſuos mitteret in timorẽ, & ſuum auxilium poſtularent, ſuamq́ potentiam rogantibus manifeſtaret. Illa tempeſtas non ex ſeſe oborta eſt,ſed poteſtati paruit imperantis, eius qui educit uentos de theſauris ſuis, qui terminum mari arenam cõſtituit. Dixit enim ei: Vſq; huc uenies,& non ſupergredieris, ſed in temetipſo confringent̃ fluctus tui. Huius ergo iuſſiõe & p̃ceptio, orta eſt tẽpeſtas in mari, propter occaſiones ſuperius memoratas. Facta eſt ergo tẽpeſtas magna, & non puſilla, ut magnum opus & non puſillũ oſten- Iob. 38

 deretur,

deretur,quantoq́ fluctus nauiculę irruebant,tan-
to magis timor diſcipulos cõturbabat,ut plus ma
gis deſiderarent ad liberandum ſe per mirabilia ſal
uatoris. ¶ *Dominus uero dormiebat.* O res mirabi-
lis & ſtupenda,Is qui nunquam obdormit,dormit:
is qui cœlum & terram gubernat,dormit,is qui nũ
quam dormit neq; dormitat,ipſe dormire dicitur.
Dormiebat quidẽ corpore,ſed uigilabat deitate,
dormiebat corpore,ſed conturbabat mare,erige-
batq́ fluctus,& apoſtolos conterrebat ſuam oſtẽ
ſurus potentiã: dormiebat corpore,ſicuti & ad pu
teum de itinere laſſus uel fatigatus ſedebat,demõ-
ſtrãs quia uere humanum corpus portabat,quod
corruptibile induerat. Ipſo corpore dormiebat,dei
tate uero cõcitabat mare,& iterum complacabat:
dormiebat itaq; corpore,ut apoſtolos ſuſcitaret
& euigilare faceret,pręcipue autem nos omnes ne
unquã animo dormiamus,neve intellectu aut pru
dẽtia,ſed uigilare in omni tempore & iubilare do-
mino,& ſalutem ab eo poſtulare ſtudeamus. Nam
ipſe qui dormiebat corpore,illud uerbum ſanctum
Cant. 5 dicit:Ego dormio,& cor meum uigilat,ad quem
accedentes diſcipuli,ſuſcitauerunt eum,dicentes:
¶ *Domine,ſalua nos,perimus.* Tanto fuerunt metu
conterriti,& pene animo alienati,ut irruerent in
eum,& nõ modeſte aut leniter ſuggererẽt,ſed tur
bulenter ſuſcitarent eum,dicentes,Domine,ſalua
nos,perimus.O beati,o ueraces Dei diſcipuli,Do
minum ſaluatorem uobiſcum habetis,& periculũ
timetis? Vita uobiſcum eſt,& de morte ſolliciti e-
ſtis? Maris turbinem timẽtes,creatorem eius prę-
ſentem ita ſuſcitatis,quaſi non poſſit dormiẽte cor
pore fluctus ſedare uel mitigare? Sed quid reſpõ-
dent hi dilectiſſimi diſcipuli? Paruuli,inquiunt,ſu
mus,adhuc infirmi,& nondum robuſti,ideoque ti
memus, ideoq; trepidamus,necdum uidimus cru
cem,necdum nos confirmauit paſſio domini & re
ſurrectio,non aſcenſio in excelſis,non miſſio uel
deſcenſio ſpiritusſancti paracleti,propterea fragi
litate nutamus,propterea & ſæpe audiuimus à do
mino increpationem puſillæ fidei. Supportamus,
& toleramus libenter,uoluntarie ſuſtinemus. Vn
de & nunc dicit Dominus:¶ Quare conturbati e-
ſtis puſillæ fidei? Cur non habetis fortitudinem?
Cur non confidentiam & fiduciam apud uos tene-
tis? Et ſi mors irrueret,nõne eam debuiſtis conſtã
tiſſime ſuſtinere? Ad omẽ enim quicquid euenerit,
fortitudo neceſſaria eſt.Ad omne enim periculum
uel tribulationem uſque ad animæ exitum,ſimili-
ter & contra delicias & diuitias & honores terre
nos animi fortitudo tenenda eſt,ut neque extolla
ris o homo,neq; in ſuperbiam erigaris.Non deſpi
cias inimicos,neq; humiles ſpernas,neque obliui-
ſcaris Dominũ,neq; derelinquas creatorem,neq;
exiſtas ingratus.Si ergo in neceſſitate & in pericu-
lis fortitudo neceſſaria eſt,ut uiriliter cum fide to
leres uniuerſa,multo magis contra delicias (ut di
ctũ eſt) & luxurias,fortitudo neceſſaria eſt,ne in
muſcipulam incidas diaboli.Quare ergo turbati e-
ſtis puſillæ fidei? Si potentem me ſuper terram co
gnoſcitis,quare non creditis quod & in mari po-
tens ſim? Si Deum me uere eſſe creatorem omni-
um ſuſcepiſtis,quare non creditis quod ea quæ à
me facta ſunt,in mea habeam poteſtate? Quare er
go dubitaſtis puſillæ fidei? Qui puſillum credit,ar
guetur:& qui nihil credit,condemnetur: fragiles
in fide,corripiuntur:alieni omnino à fide,punien-
tur. Tales fuerunt Iudęi & pagani,ideoq́ in malis
ſuis euanuerunt.Tales etiam hæretici,ideoque in
die iudicij condemnabuntur. ¶ *Tunc ſurgens impe-
rauit uẽtis & mari,& facta eſt trãquillitas magna.* Scri-
ptum fuit:Et exurgens tanquam dormiens domi-
nus,tanquam potens & crapulatus à uino,& per- Pſal. 77
cuſſit inimicos ſuos in poſteriora. Et nunc ſurgẽs
imperat uentis & mari,& facta eſt tranquillitas
magna.Imperauit uentis & mari,ſicut creator,ſi-
cut ſuis,ut potens,ut dominus imperauit uentis
& mari,primitus ante diſcipulos,ut audientes fir
marentur in fide.Et potentia deitatis occulta im-
perabat & comminabatur ei. Magis autem rege-
bat & placabat illud,ſecundum quod quidam ait:
Potentia mitigauit mare.Imperauit ergo uentis
& mari,& facta eſt tranquillitas magna. De ma-
gno uento & tempeſtate magna,mari conturbato
& tumenti,facta eſt tranquillitas magna.Decet e-
nim hunc magnum,magna & miranda facere. Id-
eoq́ paulo ante magna accinctus potentia,magni
fice cõturbauit profundum maris,& nunc iterum
in eo ipſo oſtendens ſuæ magnificentiam poteſta-
tis,tranquillitatem magnam fieri iuſſit. Hæc ideo
ut nimium conturbati apoſtoli,magnifice exhila-
rati lætarentur. Dedit enim per hæc omnia nobis
Dominus figuram & doctrinæ imaginẽ,ut & nos
in omni conturbatione & contumelia patientiam
teneamus,ſtabiles ſimus,fidem non deſeramus.Et
ſi omnis iſte mundus tanquam mare ebulliat atq;
in furorem conſurgat:& ſi omnes uenti & uertigi-
nes dæmonum undiq; ſæuiant:etſi omnis (ut ſupe-
rius diximus) tempeſtas maris,id eſt,omnis prin-
patus & poteſtates mũdi concitentur,& in tumo
re iracundiæ ſpument,ut furiant ſuper ſanctos:et
ſi adhuc uſq; ad cœlos ſeſe extollant,ut tempeſta-
tes maris malignãtes,ac dolos & fremitus cõcitã-
tes aduerſus aliquem ueſtrum,nolite timere,noli-
te turbari,nolite contremiſcere,nolite deficere.
Omnes enim quotquot in fidei nauicula cum Do-
mino nauigatis,omnes quotquot in hac nimirum
ſanctæ eccleſiæ nauicula,cum dño per hunc undo-
ſum ſupernatatis mundum,etſi ipſe Dñs dormiat,
pro ſomno noſtram patientiam & tolerantiam ex
pectans,uel impiorum pœnitentiam & conuerſio
nem ſuſtinens,alacriter accedite ad eum orationi-
bus inſtantes,atq; cum propheta dicentes: Exur-
ge quare obdormis domine? exurge,& ne repellas
nos uſq; in finem.Et iterum:Exurge Dñe,adiuua Pſal. 48
nos,& redime nos,propter nomen tuum. Et i-
pſe ſurgẽs imperabat uentis,id eſt,aereis dæmo- Ibidem.
num ſpiritibus.Ipſi enim maris tempeſtates com-
mouẽt,hoc eſt,amaros & elatos cõcitant fluctus,
id eſt,principes mundi ad perſecutionem ſanctis
omnibus immittendam,ad contumelias fidelibus
ingerendas.Oibus dominus imperat,omnibus cõ-
minatur,omnia mitigat,facitq́ tranquillitatẽ ma-
gnam circa corpus & ſpiritum,pacem eccleſiæ,&
ſerenitatẽ mundo.Quomodo namque ſæpius con-
cilia infidelium commota ſunt aduerſus ueram &
firmam eccleſiã? Aliquoties paganorum,aliquoti-
es hæreticorum. Quemadmodum ſæpius ſicut ma
ris fluctus irruebant,comminantes & cõterentes
huius principes mundi,per omnia perdere ſe eccle
ſiæ filios arbitrantes.Sed ſurgens dominus increpauit dæmonum uẽtos,& omnes euaneſcere fecit
audaces aduerſarios fidei,magnamq́ pacem & trã
quillitatem dedit eccleſiæ ſuæ. ¶ *Homines autem
illi in nauicula mirati ſunt.* Qui homines? Scilicet
hanc habentes nauiculam,aut et inſedentes na-
uiculæ.

uiculæ. Non putes hic per hoīes apoſtolos ſignificatos. Nuſquam enim inuenimus præter honorem cognominari Domini diſcipulos, ſed ſemper aut apoſtoli, aut diſcipuli nominantur. Mirabantur ergo illi homines, hi qui cum eo nauigabant, hi quorum erat nauicula, illi qui in eadem nauicula ſeſe tranſigebant, hi mirabantur. Et admiratione dignum fuit, mare à profundo commotum mitigari, eiusq́ elatos deplacari fluctus, uentos furentes compeſci. Mirabantur ergo dicentes: *Qualis eſt iſte, quia uenti & mare obediunt ei?* Non interrogantes dicunt, qualis eſt iſte, ſed aſſerentes, quod hic talis ē cui mare & uenti obediunt, qualis eſt iſte? hoc eſt, quantus, quàm fortis, quàm potēs, quàm magnus? Qualis eſt iſte, maior Moyſe, potentior Helia? Illi enī ambo, e quibus unus ligno mari ꝑcuſſo, cum labore diſcidit, alius ictu melotæ Iordanem pertranſijt. Iſte uero uno uerbo mandat illis qui non habēt uerba, & obediunt ei: hi qui non habent auditum, obtemperant: hi qui prudentiæ & intellectus expertes ſunt, inclinantur iubenti, quibus neq; loquela, neq;, ut dixi, ſermo eſt obediunt. In eadem enim ſubſtantia in quà ſunt, & ſua natura mouentur, & iuſſioni deſeruiunt, ad confuſionem mortalium, ad condemnationem corruptibilium. Iubet mari, & non contemnit: dicit uentis & tempeſtatibus, & mox compeſcuntur: iubet omī creaturę, & non ſupergreditur iuſſionem eius. Et unum hominum genus, quod ſecundū ſimilitudinem Dei honorificatum eſt, cui uerbum & prudentia data eſt, hi ſoli homines reſiſtunt, hi tantum inobedientes ſunt, hi ſoli contemnunt. Ideoque & hi ſoli in iudicio damnabuntur, & à iuſtitia punientur, ueluti deteriores mutis animalibus, uel his quæ ſine Spiritu & anima ſunt in hoc mundo. Mirabantur ergo illi, quia mare compeſcuit, & uenti mitigati ſunt.

Admiremur & nos quando & benignitates & beneuolentias oſtendit circa nos Dominus, quando nos de periculis ſaluare dignatur, quando de tumultibus & tribulationibus multis nos liberat, quando ab inimicis inſequentibus eruit nos. Miremur & mirantes gratias agamus, & gratiæ obaudiamus, obaudientes timeamus, timentes diligamus, ut æternæ charitatis ab eodem hæredes effici amur. Mirabantur dicentes: Qualis eſt hic? Sicut homo uidetur, & ſicut Deus potentiam oſtendit. Sicut unus carnalium putatur eſſe, & ſuper omnia carnalia, magna oſtendit mirabilia. Dormit ſicut homo, & imperat mari & uentis ſicut Deus. In nauicula ſedet, & omnem craturam iuſſione inclinat ubi uult, Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum patre & ſpirituſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

DE EADEM DOMINICA QVARTA, Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

REgreſſus Ieſus in uirtute ſpiritus, & cætera. Prędicauerat enim Dominus Ieſus in Iudęa, & ſuæ uirtutis potentiam in ſignis & miraculis oſtenderat: & deinde regreſſus eſt in Galilæam. Sed quomodo regreſſus eſt? *In uirtute Spiritus.* Semper enim filius in patre, & pater in filio, & in utroque ſpiritus. Quamuis igitur ſemper in uirtute iret Ieſus: tunc tamen hoc præcipue agere uidebatur, quando in ſermone & opere ſuæ uirtutis potentiam demonſtrabat. Vnde & ſubditur: *Et ipſe docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.* Ideo enim ab omnibus magnificabatur, quia in uirtute ſpiritus prædicabat. *Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus: & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbati in Synagogā, & ſurrexit legere, & traditus eſt ei liber Eſaiæ prophetæ.* In Nazareth nutritus erat, ſed literas in Nazareth non didicerat: ſurrexit tamen legere, quatenus eis inter quos nutritus fuerat, miraculum faceret. Nuſquam enim alibi hoc eum feciſſe legimus. Si enim alibi hoc feciſſet, literas à magiſtro didiciſſe putaretur. Hoc autem iſti opinari non poterant, qui eum ab infantia cognouerant, & in ſcholis nunquam uiderant, & nunquam amplius legentem audierant. Sed notā quod ait: *Intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam in Synagogam.* Hanc enim conſuetudinem Chriſtiani habere debent, ut quotidie ad Eccleſiam ueniant: quotidie legant ipſi, uel (ſi hoc non ualent) alios legentes audiant. *Et ut reuoluit librum, inuenit locum ubi ſcriptum erat, Spiritus Domini ſuper me: propter quod unxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis uiſum. Dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et quum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium in Synagoga oculi erant in eum intendentes. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus ueſtris. Et omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in uerbis gratiæ quæ procedebant de ore eius.* Non enim mirabantur quia legabat, niſi fortaſſe pro eo quod literas non didicerat: ſed quia ea quæ legebat, mirabiliter exponebat. Erant enim uerba illius mirabiliter gratiæ plena, cunctisque ad audiendum ſuauia, ſecundum illud: Speciosus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Itemque, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo? Hanc enim gratiam & dulcedinem non tantum lectio, quantum lectionis expoſitio dabat.

Videamus igitur quid hæc Eſaiæ prophetæ, imo Saluatoris noſtri lectio ſignificet. De ſe enim ipſe eam intellexit, & in ſe dixit eſſe completam. *Spiritus* (inquit) *Domini ſuper me.* Ipſe enim eſt flos de radice Ieſſe, ſuper quem requieſcit ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientię & intellectus, ſpūs conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & ſpiritus timoris domini. Ipſe eſt de quo ſcriptum eſt, Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatē, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo lætitiæ præ cōſortibus tuis. Decet enim multūq; conuenit, ut talis eligatur, & in lege ungatur, qui & iniquitatē oderit & iuſtitiā dilexerit. Dicat igitur: *Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me: euāgelizare pauperibus miſit me.* Illis uſq; paupibus, de quibus dicitur: Beati paupes ſpiritu. Vnus ad eum diues uenit, qui eius uerbis auditis, triſtis abijt, qā multas habebat poſſeſſiones. Merito igitur non diuitibus, ſed pauperibus dominus prædicat. Illis enim medicina dāda eſt, qui ſanari poſſunt. Diuites aūt quia auari ſunt, quanto tempore hoc morbo laborant, ſanari non poſſunt. Vnde & dominus ait: Facilius eſt camelū per foramen acus tranſire, quàm diuitem in regnum cœlorum intrare. Hoc autem ſignificabat illa amphora, in qua impietas clauſa erat. De qua ne egredi potuiſſet, maſſa plūbea os amphorę claudebatur. Qua in re datur intelligi, quàm difficile ſit de uentre auaritiæ hominē auarum uel trahi uel ſeparari poſſe. Narrat enī Zacharias propheta ſe uidiſſe amphoram egredientem. De qua quū interrogaſſet quid eſſet, dictum eſt ei: Hæc ē amphora,

&

& hic ẽ oculus eorũ in uniuerſa terra. Et ecce mulier una ſedebat in medio amphoræ. De q̃ quũ interrogaret q̃ eſſet, dictũ ẽ ei q̃d eſſet impietas. Os aũt amphoræ maſſa plũbea clauſum erat. Et ecce duæ mulieres quæ habebant alas quaſi milui, leuauerunt amphorã inter terrã & cælũ, & portauerũt eã in terrã Sennaar, ubi erat ei domus ædificata, ut ponat̃ ibi ſupra baſim ſuam. Quid enim per amphorã, niſi auaritia ſignificat̃? Hic eſt aũt oculus eorũ. Quorũ? Eorum uidelicet qui eam diligũt in uniuerſa terra. Omnes enim ad eam ſpectant, om̃es ad eam attendunt: quoniã (ſicut ſcriptũ ẽ) pecuniæ obediunt oĩa. In hac aũt ſedet Impietas: q̃niã diuites & auari, q̃a miſam & pietatẽ non habent, nõ ſolum impii, uerumetiã impietas recte uocant̃. Sed q̃d melius p duas mulieres q̃ amphorã ferũt, q̃ ſolicitudo & deceptio intelligi põt? Semp enĩ auari ſolliciti ſunt in acq̃rendo: & deceptores, aliena rapiẽdo. Vñ & alas milui hæ mulieres habere dicuntur: quoniã miluus inter alias aues rapaciſſimus eſt, qui ſemp pullis & manſuetis auibus inſidiat̃. Ferũt aũt hæ mulieres, id ẽ deceptio & praua ſolicitudo, amphoram in terra Sennaar ſiue Babylonis: quia his duobus uitiis diuites & auari in perditionẽ rapiuntur. De hac enim Babylone ſcriptũ eſt: Cecidit Babylon illa meretrix, & facta eſt habitatio dæmoniorũ. Miſeri igit̃, & per oĩa infœlices, qui inter dæmonia habitaturi ſunt, & in terra Sẽnaar domũ inuenerunt. Seq̃tur: *Sanare contritos corde.* Sanat autẽ contritos corde, q̃a talibus eius medicina facile ſubuenit. De quibus Pſalmiſta: Sacrificiũ, inquit, Deo ſpiritus cõtribulatus: cor contritũ & humiliatũ deus nõ ſpnit. Habeat igit̃ cor cõtritũ, qui à Deo ſanari deſiderat. Prædicat & captiuis remiſſionem: non qua dimittantur à Babylonis, ſed dimittãtur à dæmoniis. Prædicat & cæcis uiſum, interiori lumine excæcatis. De qua ſcilicet cæcitate Apoſtolus ait: Cæcitas ex parte contigit in Iſrael. Dimittit confractos in remiſſionem: quia quos diabolus lædendo contriuerat, ipſe ſanando & peccata dimittendo ad indulgentiam uocat. Annum uero Domini acceptum, & diem retributionis p̃dicat, dicens: Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnũ cœlorũ. Itẽq́; Multi pphetę & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderũt, & audire quæ auditis, & nõ audierũt. De hoc anno accepto, & hoc die retributiõis, Apoſtolus ait: Ecce nũc tpus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. Et uere annus acceptus, in q̃ hoĩes p̃dicant̃, ſanantur, & illuminant̃: in quo & æternę delitię cũctis fidelibus præparãtur.

ALIA D. EVSEBII
Homilia.

AScendente Ieſu in nauiculam, ſequuti ſunt eam diſcipuli eius. &c Quid enĩ nauicula, niſi eccleſia? q̃d mare, niſi mũdus? q̃d motus maris, niſi pſequutio, & tyrannorũ ſæuiẽs indignatio? Ecce enim in nauicula dñs dormit, & nauicula fluctibus operitur: timẽt diſcipuli, & nondũ à piculo liberant̃. Clamãt, & excitant Saluatorẽ: ſurgit à ſomno, qui nunquã dormit. Non enim dormitauit, neq; dormiet, q cuſtodit Iſrael. Impat uẽtis & mari, & fit tranq̃llitas magna. Nobis fratres, nobis fiũt iſta: nobis dormit Ieſus, nobis ſurgit à ſomno. Significatio ẽ, noſtręq; fragilitatis inſtructio. Pro nobis dormit, qui p nobis moritur. Nõ enim dormiret, niſi nobis ſuũ ſomnum proficere intelligeret. Dormire enim uidetur paſtor, quando lupi in ouem ſæuiunt, quando fures rapiunt, & non eſt qui eripiat. Sic igitur & Ieſus quamuis non dormiat, dormire tamen uidetur, quando Tyranni ſęuiunt, quando lupi in bonos inſurgunt, quando boni uincuntur, & mali uincunt. Non dormit quidem, ſed prælium intuetur, & certaminis ſimul finem & bellantium fidem expectat. Ent quia non ſtatim adiuuat, quia non cito laborãtibus ſubuenit, dormire putatur. Sed ſi conſideremus eius certaminis qualitatem, eiuſq; uictoriæ modum, tunc uictores exiſtunt, quando ab iniquis uicti eſſe creduntur. Tunc enim ſancti indubitãter uincunt quando humilitatem & patientiam nõ amittũt. Sic igitur dormiat Ieſus, quatenus iniquorum crudelitas, & ſanctorum patientia innoteſcat. Et Chriſti diſcipuli non armis, ſed clamore & orationibus, maris huius pcellas deponere diſcãt. Quod ſi iam eas ſuſtinere non poſſunt, ſi tantis perturbationibus reſiſtere nequeunt, accedant ad Ieſum, ſuſcitent eum, dicentes: *Domine, ſalua nos perimus.* Sic ſe defendant, hæc arma ſuſcipiant, hoc auxilio tueantur, & hoc clypeo muniantur. Neq; uero ideo ſe non exaudiri exiſtiment, quia perſequutio non ceſſat: quoniam nihil minus exaudiuntur, ſi eis aduerſa tollerandi patientia datur, quam ſi omnis illa perſequutio ab eis tollatur. Ipſe enim ſcit quid nobis opus ſit. Nos tamen ſemper dicamus, domine ſalua nos, perimus. Qui enim hoc dicit, nihil aliud quam ſalutem quærit. Sed fortaſſe ille de ſalute corporis dicit: ipſe uero de animæ ſalute intelligit. Nemo autem ſanctorum ſalutem corporis cõtra animæ ſalutem deſiderat: etſi fortaſſe aliquãdo quærat. Deus igitur non uerba, ſed intentionẽ exaudit. *Et dicit eis: Quid timidi eſtis modicæ fidei?* Ego hic ſum: & uos timetis? Sed quare timetis, niſi quia fidem modicam habetis? *Tunc ſurgens imperauit uentis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Quotidie quidem ſurgit, quotidie bella ſedat, quotidie uiſibilibus & inuiſibilibus hoſtibus imperat: & eo iubente ceſſant prælia & lites, fit pax & trãquillitas magna. *Porro homines mirati ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, quia uenti & mare obediunt ei?* Merito enim homines uocant̃, qui ſicut homines mirantur. Nondum enim Deum eſſe credebant, quem quaſi hominem nunc dormire, & nunc uigilare uidebant. Dicebãt igitur, Qualis eſt hic? Dicamus & nos, Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? Tu es deus qui facis mirabilia, cui & uenti & mare obediunt, cui omnes creaturę ſeruiunt, quem mare uidit & fugit, cuius uocem audiuit, & timuit. Sed quare dicitis, o homines, Qualis eſt hic? Similem enim quæritis, qui ſimilem non habet? Veruntamen uultis ſcire qualis eſt? Scio quia uultis: audite ergo. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus. Ecce talis eſt, nullus alius talis. Sed quid mirum ſi uenti ei obediunt qui eos fecit, qui eos creauit, qui producit uentos de theſauris ſuis: Quod quidem qualiter fiat, nulli hominum ad plenum reuelatum puto: Quatuor ſunt mundi partes: quatuor & uenti qui inde ueniunt, quibus in mari & in terra & in aere non paruam Deus tribuit poteſtatem. Ipſi enim dant pluuias & tempeſtates, ipſi fugant nubes, & dant ſeritates. Ideoque non immerito omnes huius ſeculi potentes ſignificant. Vnde & Daniel ſe quatuor uentos cœli uidiſſe dicit, qui pugnabant in mari magno. Vnde & per Salomonem Dominus ait: Surge aquilo, & ueni auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Et hortus & hæc nauicula idem ſunt. Venti autem & hic & ibi, idem ſignificant. Et quidem in horto hoc multa

ſunt

ſunt arborum genera, multæ florum & aromatum
ſpecies. In hoc inter roſas martyres, inter lilia cõ
feſſores & uirgines requieſcunt. Hic eſt concluſus,
& foris ſignatus: hic eſt hortus tutiſſimus, ſancto-
rum ſanctiſſimus: qui nõ caret lilijs neq; roſis nec
priuantur arbores ſuis pomis. Ibi fons dulciſſimi
eſt ſaporis: hunc uentorum flamina, tyrannorum
agmina perturbant, & uentilant cum furore. Cœ-
lum petunt cum honore, delectatur dñs in odore.
Et de aquilone quidem ſcriptũ eſt, ab aquilone pã
dentur mala ſup oẽs habitatores terræ. De auſtro
uero, Deus ab auſtro ueniet. Per illũ igitur aduer-
ſa, per hunc autem proſpera figurantur. Dicat igi
tur Dominus, ſurge aquilo, recede, da locum, quie
ſce, noli perturbare hortum meum, noli affligere
ſanctos meos. Veniat auſter, ueniat pax & ſecuri-
tas, ueniant proſpera, diu expectata, & fiat tran-
quillitas magna.

IN PVRIFICATIONE

Sanctæ Mariæ, Sermo beati Ambroſij
Audberti presbyteri.

SI ſubtiliter à fidelibus, quæ ſit huius diei feſtiui
tas perpendatur: eo deuotionis affectu hanc ce
lebrandam ſuſcipient, quo dominicæ natiuita-
tis, circuncisionis atq; apparitionis ſolennia ſunt
proſecuti. Illius eſt iſta ſolennitas, cuius & illa, ſed
nec minor iſta, quã illa. Quod utiq; in hoc ſermo-
ne apertis monſtrabimus documentis. Huius quip
pe diei ſolẽnitas ſicut à quibuſdam Chriſtianis *
non ig ignoratur, ſic à multis præ cæteris anni ſolennita-
tibus honoratior habetur: maxime autem eo loco
q̃ primatũ eccleſia catholica in primo paſtore ſor-
tita eſt. In tanta enim reuerentia ab illis habetur,
ut ea die cuncta ciuitatis turba in unum collecta,
immenſis cereorum luminibus coruſcans, miſſarũ
ſolennia deuotiſſime concelebrent. Nullusq; addi
tum publicæ ſtationis intret, qui lumen manu non
tenuerit: tanquam ſcilicet Dñm in templo oblatu-
ri, imo etiam ſuſcepturi, fidei lumen quo interius
fulgent, exterius oblationis ſuæ religione demon
ſtrẽt. Hodie nãq; iuxta legem atq; euangeliũ pera
ctis à natiuitate Chriſti quadraginta diebus, in tẽ-
plo eſt à parentibus idem dominus præſentatus.
Hodie à ſancto Simeone ſuſceptus, patriq; cum ſa
cris muneribus oblatus. Hodie redemptionem Iſ-
rael expectãtibus, ab eodem Simeone & Anna pu
blice prædicatus. O quàm pium ſpectaculum, quo
non niſi pij delectari probantur. Stat hinc uirgo
& mater, non cuiuſcunque, ſed Dei. Suſcipitur
hinc paruulus uirginis filius, cuius diuinitatẽ non
capit mundus. Occurrunt hinc inde prophetæ, at-
que uterq; ſexus de puero prophetat: offertur o-
blatio pro puero, non tamen quæ delicta emũdet,
ſed quæ ſacramenta declaret. Et quia huius diei p̃s
conium attollere cupio, libet ipſam euangelicam
lectionem colloquendo tranſcurrere, in qua iſta
cogno ſco narrari * agnoſco: quatenus ad ea quæ dico, illa
reſpondeat: imo ad ea quæ illa narrat, uox exhor-
tationis meæ reſpondeat. Deniq; Lucas euangeli-
ſta ueritatis hiſtoriam de Chriſti incarnatiõe ple
nius atq; ordinatius cæteris euangeliſtis exequẽs,
poſt annunciationem eius ab angelo factam, poſt
natiuitatem angelorum uocibus declaratam, poſt
circuncisionem octaui diei in domo parentum, hęc
in ordine ſequitur, dicens: *Poſtquam impleti ſunt di
es purgationis matris eius, ſecundum legem Moyſi, tu-
lerunt illum in Hieruſalem, ut ſiſterent illum Domino, ſi-
cut ſcriptum eſt in lege domini: Quia omne maſculinum
adaperiens uuluam, ſanctum domino uocabitur.* Cun-
ctis fidelibus liquet, nequaquam redemptoris ma-
trem ex eius natiuitate maculam contraxiſſe, qua
illorum dierum ſpatio à ſacris ædibus abſtinens
purgaretur, quæ ſine humana concupiſcentia, ſine
humano concubitu uirgo concepit, ſine aliqua car
nis corruptione uirgo peperit, & ſine fine uirgo
permanſit. Ac per hoc nec maſculus ex ea natus,
uuluam eius aperuit, ſed hoc iuxta legis narratio-
nem Euangeliſta conlegens, claudit impijs ſacra-
mentum diuinæ incarnationis, matremque legem
obſeruantem introducit. Sed nec mirum, ſi mater
obſeruaret legem, quam eius filius non uenerat Matt.5
ſoluere, ſed adimplere. Sciebat enim quo ordine
conceperat, quo uſu pepererat, & quis eſſet quem
genuerat. Sed legem communem obſeruans expe
ctauit purgationis diem, celauit filij maieſtatem.
Hinc eſt quod eum in templo duodecim annorum,
inter doctores legis inueniens, filium Ioſeph uo- Luc.2
cat, dicens: Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tu
us & ego dolentes quærebamus te. Quem procul
dubio ſciebat ſe ſine concubitu Ioſeph concepiſſe,
ſine corruptiõe uirginali edidiſſe. Sed cur abſcon-
dit conceptionis ac natiuitatis illius ſacramẽtum,
quem nouit Deum immenſum? Nunquidnam quia
inuidet alijs, quem ad templum deferens, ſancti ſe
nis tradidit manibus? abſit. Sed ut ſpiritu prophe
tiæ repleta, redemptionem mũdi impijs nõ * ape aperiret
riat. Sciebat enim iam tunc gratia plena, ſpiritu
diuinitatis afflata, q́a ſi hũc huius ſeculi principes
cognouiſſent, nunquã pro ſalute noſtra crucifixiſ- 1.Cor.2
ſent. Offer ergo beatiſſima uirgo, tanquam legem
obſeruans, in templo quem edidiſti, ut non omni-
bus, ſed paucis reueletur, quis eſt quem genuiſti.
Appareat interim lapis humilis abſciſſus de mon-
te ſine manibus, ut reprobetur ab ædificantibus, Daniel.2
uſq; quo ſtatuam in pedibus percutiens, creſcat in
mõtem magnum, impleatq; uniuerſum orbem ter-
rarũ. O quam paruus, o q̃ magnus eſt quem peperi
ſti, paruus in humanitate, magnus in diuinitate.
Paruus in regno Iudæorum, magnus in regno gen
tium. Sed uõ ab omnibus in regno Iudæorum par-
uus æſtimatus: Nam & ipſa quæ hunc genuiſti, ex
ipſo populo Iſrael in uirgam creuiſti. Virga enim
de radice Ieſſe ſurrexiſti, & floruiſti. Virga Aaron
fronduiſti, & nucem peperiſti. Et quia præ omni-
bus immenſitatem eius agnouiſti, quem tam par-
uiſſimum ex te natum uidiſti. Proculdubio quem
infantem genuiſti, deũ omnipotentẽ tremens ad-
oraſti, adorans tremuiſti: quem tamen, quia ſecun
dum humanitatem filium recognouiſti, lactaſti,
fouiſti, aluiſti. Quis putas nobis poſſet indicare, in-
ter huiuſcemodi obſequia animi tui ſenſum o bea-
tiſſima uirgo, cum hinc cerneres ex te natum tan-
tillum infantem, illinc attenderes Deum immen-
ſum: hinc creatũ, illinc creatorem: hinc infirmum,
illinc fortiſſimum: hinc alendum, illinc alentem:
hinc non loquentem, illinc angelos docentem?
Quis inquam tui pectoris arcana nobis reſerare
ualeat, quibus modis cogitatum ad utraque flecte
bas, cum unum eundemq; dei atq; hominis filium
manibus tenens, hunc adorares ut dominum, illum
oſcularer is ut paruulum? Quis ad iam ineffabile
miraculum non obſtupeſcat? Quis non prorſus elin
guis fiat? Generat puella ſuum & omnium creato-
rem: nutrit ſuum & omnium nutritorem: portat ad
templum ſuum & omnium creatorem. O admi-
randum

randum ſpectaculum, ad quod nō ſolum humana,
uerumetiam angelica ſtupeſcit natura. Ad hoc fra
tres chariſſimi fidei oculos erigite, ad hoc pieta-
tis affectu conuenite. Ibi Chriſtum ſuſcipite pro
nobis in carne humiliatum, ſed adorate in ſua diui
nitate deum excelſum. Amplectimini paruulum,
ſed cogitate immenſum. Amate humiliatum, ſed
timete excelſum. Iam uero dilectiſſimi ſi quærītˀ,
quid myſtice ſignificatum fuerit, in eo, quod redē-
ptor noſter à matre & parentibus ex propria ciui
tate in Hieruſalem ad templum domini ſe porta-
ri uoluit: inuenimus ipſam glorioſam matrē & uir
ginem, eiuſq; propinquos, figuram geſſiſſe illius
eccleſiæ, quæ ex Iudæa in apoſtolis credidit. Quā-
2. Cor. 11 do enim eccleſia nun uirgo, cuius membra Apoſto
lus affatur, dicens: deſpondi uos uni uiro, uirginē
exhibere Chriſto? Quando ipſa nun mater, de qua
Pſal. 86 per Pſalmiſtam dicitur: Mater Sion, dicet homo?
Matt. 12. & dominus in euangelio: Quicunq; fecerit uolun
tatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater
ſoror & mater eſt? Quando electi non propinqui,
qui fratres & ſorores ſunt appellati? Mater itaq;
ac propinqui, redemptorem noſtrum à Nazareth
in Hieruſalem ad templum domini deferunt, quia
primitiua illa in primis diſcipulis eccleſia à Iudæ-
is repulſa, eiuſdem redemptoris diſpenſationē ad
notitiam gentium perduxit. Ipſa enim eccleſia nō
ſolum ex gentibus, uerumetiam ex Iudæis. Hieru-
ſalem (id eſt, uiſio pacis) recte uocatur, de qua per
Pſalmiſtam dicitur: Hieruſalem quæ ædificatur ut
Pſal. 121 ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Ipſa &
1. Cor. 3 templum ſicut per Paulum fidelibus dicitur: Tem-
plum Dei ſanctum eſt quod eſtis uos. Ac per hoc
cum apoſtoli ex Iudæa Chriſtum annunciantes ue
niunt ad gentes, nimirum & Hieruſalem ad Hieru
ſalem conuenit, & templum ad templum occurrit
cum hi omnes una ſint Hieruſalem ciuitas, unum
& templum. In hac itaq; ciuitate atq; in hoc tem-
plo ab apoſtolis oblatus Chriſtus excipitur. Vnde
& ipſa eccleſia Pſalmiſtæ uoce Deo patri loquitur
Pſal. 47 dicens: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in
medio templi tui. Subaudis, in medio eccleſię, quæ
eſt templum tuum. Siue autem iuxta hiſtoriam, ſi-
ue iuxta myſticum intellectum, cur Chriſtus à pa
rentibus ad ſanctam ciuitatem & templum duca-
tur, cauſa manifeſtatur cum ſubiungitur. ¶ *Vt da-
rent hoſtiam ſecundum quod dictū eſt in lege Domini, par
turturum aut duos pullos columbarum.* Præceptum ſi-
quidē legis fuerat, ut ſi cui forte agnus defuiſſet,
& unum horum, id eſt, aut par turturum: aut duos
pullos columbarum inueniſſet, Deo in oblationem
filii offerret. Nec præiudicaretur ex altero, qui u-
num quodlibet horum obtuliſſet. Sed quia utra-
que Chriſti eccleſiæq; ſacramenta ſignificant, cre
dendum eſt utrunq; ad ſacrificium matrem inue-
niſſe atq; obtuliſſe. Deniq; in hac oblatiōe auium,
illa præfigurabatur oblatio quæ pro ſalute mundi
oblata eſt ueſpera diei, domini uidelicet paſſio, p
Ephes. 5 quam ſumus Deo reconciliati. De hac quippe ho-
ſtia per Paulum fidelibus dicitur: Ambulate in di-
lectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit
ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiā deo,
Gal. 2 in odorem ſuauitatis. Et rurſum: Qui dilexit me,
inquit, & tradidit ſeipſum pro me. Quia uero om-
nes electi membra ſunt Chriſti, in turture ſcilicet
turtures, atq; in columba columbæ: deſignat etiā
hæc auium oblatio mortificationem electorum, q
bus per eundem Apoſtolum dicitur: Obſecro uos
per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ue- Rom. 12.
ſtra, hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem.
Sed nulla eſſe poteſt accepta Deo mortificationis
oblatio in quibus non fuerit ueræ fidei caſtitas, ue
ræ charitatis concordia. Proinde non ſine cauſa ſa
crificium quod pro Domino myſtice oblatum per
hibetur, ex turturibus & columbis fuiſſe narratur.
In turture enim caſtitas inuenitur, & in columba
charitas commendatur. Turtur nanq; intemeratā
ſeruat uni uiro fidem, columba uero aliarum co-
habitantium non deſerit unitatem. Catholicus igi
tur Chriſtianus tunc uere ſpiritualis turtur effici-
tur, ſi ueram trinitatis fidem firma credulitate cō
ſeruet, & hæreticæ prauitatis ſenſum, tanquā for
nicationis inquinamenta repudiet. Tunc uere erit
columba, ſi longanimiter uſq; ad finem in catholi-
ca ſocietate permaneat, & contra tentationū ſcan
dala immobili firmitate perſiſtat, ut nec hæretica
fornicatio corrumpat in corde fidei caſtitatē, nec
amara diſſenſio eccleſiaſticæ charitatis diſſipet u-
nitatem. Hæc eſt enim eccleſia catholica, quæ fidē
uni Domino tanquam legitimo uiro conſeruat, &
congregationem multorum in fide multiplicat. Se
quitur: ¶ *Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomē
Simeon. & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans con
ſolationem Iſrael, & ſpiritusſanctus erat in eo. Et reſpō
ſum acceperat a ſpiritusſancto, non uiſurum ſe mortem,
niſi prius uideret Chriſtum Domini, & uenit in ſpiritu in
templum.* Nihil minus de ſanctitate iſti ſpecialiter
homini adſcribitur, qui & in Hieruſalem, id eſt, in
uiſione pacis commoratur, & fidei operatione iu-
ſtus, & reuerentia timoratus, & Iſraelis cōſolatio
ne attonitus, & ſpiritusſancto repletus, eiusque re-
ſponſione de incarnati uerbi uiſione roboratus fu-
iſſe perhibetur. O quàm ardenti deſiderio homo i-
ſte expectabat ſecundum ſpiritusſancti promiſſio-
nem, uidere in carne redemptorē. Quæ putamus
fuerit inſtantia orationis eius, qua diuino reſpon-
ſo meruit firmari de his quæ petebat? Quæ erant
eius gemituum continuata uerba in ſancta depre-
catione. Non enim in petendo ceſſauit uſquequo
reſponſum acciperet ſuper his quæ poſcebat. Fue
runt ſiquidem in retroactis temporibus multi ſi-
mili deſiderio accenſi, Domino atteſtāte, qui ad di Luc. 10
ſcipulos ait: Multi reges & prophetæ uoluerūt ui
dere quæ uidetis, & non uiderūt: & audire quę au-
ditis: & non audierunt. Sed ex illis hoc iſti ſoli cō-
ceſſum eſt, qui in plenitudine temporis, horum ul-
timus apparuit. Sed ſi uigilanti ſtudio ſubſequen-
tium ſanctorum attēdimus deſideriū, quibus Chri-
ſtus uiuere eſt, & mori lucrum, inuenimus eos non
minoris anxietatis ardore diuinitatem eiuſdem
ſaluatoris intueri uelle, quàm ille concupiuit in-
ſpicere carnem. Hinc Paulus dicit: Cupio diſſolui Philip. 1
& eſſe cum Chriſto, multo autē melius. Hinc Pſal-
miſta ex perſona Eccleſiæ dicit: Sitiuit anima Pſal. 41
mea ad Deum uiuum, quando ueniam, & parebo
ante faciem Dei? Quis ergo iam hinc non uideat,
in uno Simeone multos, per unum cunctos ſignifi-
cari electos, qui nunc iuſti ex fide atq; operatione,
& timorati ex futura expectatione & attoniti in-
ueniuntur ex uentura conſolatione? In quibus eti-
am ſpiritusſanctus ineſſe cognoſcitur, quia & per
Apoſtolum dicitur, charitas dei diffuſa eſt in cordi Rom. 5.
dibus noſtris per ſpiritumſanctum, qui datus ē no
bis. Et rurſum fidelibus dicit: Corpora ueſtra tem 1. Cor. 6
plum ſunt ſpiritusſancti, quē habetis ex deo. Quis
que reſponſum accipiunt a ſpiritusſancto, nō uiſu-
ros

ros ſe mortem, niſi prius uideant Chriſtum domi-
ſ qui ni *: quia in hac adhuc corruptibili uita eiuſdem
ſpiritusſancti gratia reuelante, apertis fidei oculis
eum qui ſe cum illis uſque in finem ſeculi manſurũ
eſſe repromiſit, aſpiciunt, non iam carne paruulũ,
ſed diuinitate immenſum. Qui etiam cum Apoſto-
2. Cor. 5. lo dicunt: Et ſi noueramus Chriſtum ſecundũ car-
nem, ſed iam nunc non nouimus. Habitant etiam
iſti in Hieruſalem, atq; in ſpiritu in templum quo
Chriſtus introducitur, ueniunt. Ipſi enim ſunt Hie
ruſalem, qui habitant in Hieruſalem, ipſi & tem-
plum qui ueniunt in templum in quibus & à qui-
bus Chriſtus excipitur. Breuiter fratres iſta per-
currimus, ne dum quæ ſint huius diei ſacramenta,
quodque ſanctum piumq; præconiũ, indicare ſtu-
demus, cuilibet in faſtidium ueniamus. Sequitur:

¶ *Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, & ipſe accepit eum in ulnas ſuas, & benedixit deum & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum uerbum tuum in pace: quia uiderũt oculi mei ſalutare tuum.* Hinc
unius, hinc multorum, imo etiam omnium adim-
pletur expectatio iuſtorũ. Sed dicamus prius de u-
no, & ſic loquamur de omnibus. Cupimus eñ ad-
hoc ſtudium noſtrum inflectere, ut quod de uno di
citur, de omnibus ueraciter ſentiatur. Et ecce dũ
ſpecialiter de uno uenerabili ſene cupimus loqui,
occurrit prædicanda uirginis prudentia, non hu-
mana induſtria fulta, ſed ſpiritu diuinitatis afflata,
quæ filium oblatura ueniens, ſuæq; naturæ humilis
tatem ſeruans, prophetæ tradidit manibus offerẽ-
dũ. Non ignara utiq; quis eſſet, cuius manibus deũ
hominemq; tradebat ſacrificio dedicatum. Of-
fert autem dominum prophetarũ prophetæ, offert
unicum uni, immo omnibus in uno, quæ omnibus
eundem pepit ſaluatorem. Non enim deſinit nunc
uſq; offerre quem genuit, cum ſuis ſanctis interuẽ-
tionibus eũdem redemptorem electis uniri facit.
Et ut uerum fatear, materno affectu idipſum piiſſi
ma facit. Omnes eñ filios deputat, quos diuina gra
tia Chriſto conſociat. Quando non ipſa mater ele-
ctorum, quæ fratrem genuit eorũ? Si inquam Chri
ſtus credentium frater, cur non ipſa quæ Chriſtum
genuit, ſit credentium mater? Quamobrem obſe-
cro mi beatiſſima uirgo offer nobis Chriſtum pijs
ſuffragijs, quæ neſcis inuidere filijs. Sed nec atten-
das filiorũ iniurias, à quibus nõ ut dignũ eſt hono-
raris. Tolerat enim pia mater irreuerentiam filio
rum, quia amore uincitur generatiõis. Foue ergo, et-
ſi tãtis meritis indignos, pijs orationibus, quos in
uno genuiſti. Deprecare unicum filium, pro exceſſi
bus multorum filiorum. Sed iam fratres chariſſimi
Chriſtum in ulnas ſuas ſuſcipiens, quod unus ſpeciali
ter Simeon dicat, audiamus. Ait eñ: Nunc dimittis
ſeruum tuum domine, ſecundum uerbum tuum in
pace, quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Ac ſi di
ceret: Lõga me expectatione fatigaſti, diu retinu
iſti, ſed tandem uiſoquem expectaui, iam de huma
næ uitæ ſcandalis in pace dimittis. Dimittis in pa-
ce, quia ſecundum promiſſionem tuã per incarnati uer
bi myſterium ſolutis inimicitijs, tibi merui recon-
Ephe. 2 ciliari. Dimittis in pace, quia uideo pacem. Ipſe eſt
eñ pax noſtra, qui facit utraq; unum. Hoc deniq; &
omnes electi dicunt, qui Chriſtum in ulnas ſuſcipi
unt, qui fidei oculis ſalutare dei conſpiciunt. Quid
eñ eſt Chriſtum in ulnas ſuſcipe, niſi pijs hunc opi
bus in membris ſuis amplecti? Per ulnas eñ, id eſt,
brachia, uirtus operationis exprimitur. Cũ enim in
alio eſurientem Chriſtum ſatiant, in alio ſitientem
potant, in alio hoſpitem ſuſcipiunt, in alio nudum
operiunt, in alio infirmum uel in carcere poſitum ui
ſitant, his procul dubio deuotis * actionibus tan- actibus
quam brachijs, quotidie eundem ipſum puerũ am-
plectuntur. Et quia hæc agentes, illum ſe in his ſuſci
pere plena fide cognoſcunt, illum ſe in his uidere
non dubitant, qui dixit: Quàm diu feciſtis uni de his Matt. 25.
minimis meis, mihi feciſtis: atq; eiſdem operibus
ut ad pacem dei redeant, à peccati ſcandalo abſol-
ui ſe credunt, recte idem Simeon exclamauit di-
cens: ¶ *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum uerbum tuum in pace, quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum.* Ac ſi electi dicant: Ideo nos à peccati
ſcandalo ſecundum promiſſionem tuam abſoluẽs,
iam in pace reconciliatos, paſſibus amoris propin
quare cœleſtibus facis, quia fidei oculis ſalutare tu
um, id eſt, dominum Ieſum Chriſtum in membris
eius intueri, eumq; pijs * operationibus amplecti operibus
meruimus. De quo adhuc, ſiue ille, ſiue iſti, deo pa
tri dicunt: Quod paraſti ante faciem omnium po-
pulorum. Niſi à toto pars intelligenda ſit populo
rum, quæ ſaluatorem in carne uiderit, iuxta literã
tatio non ſtabit, quia eum nec * carnis nec fidei carneis
oculis omnes populi conſpexerunt. Ante faciẽ er-
go omnium populorum hoc ſalutare dicitur præ-
paratũ, quia ex omnibus populis in eũ crediderũt,
qui eũ credẽtes fidei oculis aſpexerũt. Nam quod
dominus Thomæ dicit, Quia uidiſti me, credidiſti: Iohan. 20
beati qui non uiderunt, & crediderũt: hoc de uiſione
corporali locutus eſt, de quo & ſubditur: Lumen
ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ
Iſrael. Hoc itaq; lumine de tenebris reuelatæ, hoc
inuentæ, hoc illuſtratæ ſunt gentes, ſicut ſcriptum Eſai. 9
eſt: Gentiũ populus qui ambulabat in tenebris ui-
dit lucem magnam, ſedentibus in regione umbræ
mortis, lux orta eſt eis. De hoc lumine Iohannes
euangeliſta teſtatur, dicens: Erat lumen uerum,
quod illuminat omnẽ hominẽ uenientem in hunc Ioan. 1
mũdum. De hoc in epiſtola ſua dicit: Deus lux eſt
& tenebræ in eo nõ ſunt ullæ. De hoc lumine idẽ in
euangelio ait: Lumen uenit in mundum, & dilexe- 1. Iohan. 1
runt homines magis tenebras quam lucem. Et ite-
rum: Quàm diu ſum in mũdo, lux ſum mũdi. Quod Iohan. 3
cum ſit etiam gloria gentiũ in eo, ad gloriã Iſrae-
lis dicitur præparatum. Quia ſiue in patriarchis,
prophetis atq; apoſtolis, imo etiam in ipſo omniũ
capite Chriſto, ſiue in eloquijs dei, amplius gens
illa quam * gentes glorioſa monſtratur, Apoſtolo gẽtilitas
atteſtante qui ait: Quid ergo amplius Iudæo? aut Rom. 3
quæ utilitas circumciſionis? Multũ per omnẽ mo-
dum. Primum quidem, quia credita ſunt illis elo-
quia dei. Et rurſum: Quorũ adoptio eſt filiorũ, & Rom. 9
gloria, & teſtamentũ, & legiſlatio, & obſequiũ, &
promiſſa: quorũ patres, & ex quibus Chriſtus ſecũ-
dum carnẽ, qui eſt benedictus deus in ſecula, Amẽ.
Sequitur: ¶ *Et erat Ioſeph & Maria mater eius, mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo.* Quibus mi-
rantibus etiam nos ipſi miramur, cur ipſi ſint ſuper
his, quæ de illo à propheta ſancto dicebantur, mira-
ti. Nũquid eñ Ioſeph iam in ſomnis ab angelo nõ Matt. 1
audierat, Ioſeph fili Dauid, noli timere accipe Ma
riam coniugẽ tuam? Quod enim in ea natum eſt,
de ſpirituſancto eſt. Pariet autem filium, & uoca-
bis nomẽ eius Ieſum, ipſe enim ſaluũ faciet popu-
lum ſuum à peccatis eorum. Nunquid & ipſa ſacra
tiſſima uirgo, quæ * ſalua uirginitate filiũ ſe genu
iſſe ſciebat, prius quàm pareret, ab angelo non au- ſola


dixerat, Aue gratia plena, dominus tecum, benedi-
Luc.1 cta tu inter mulieres, ſpūſſanctus ſuperueniet in
te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideoq; &
quod naſcetur ex te ſanctum uocabitur filius dei?
Quid ergo admirantur ſup his quæ de illo narran
tur, niſi quia cæteris mirantibus, & ſacramentum
impijs occulrent? Quid ſibi uelint talia, quæ de tā-
cillo infantulo ab homine ſene dicuntur, & ipſi mi
rantur? Sed audiant adhuc de illo potiora, audi-
ant adhuc de illo maiora. Deniq; ſequitur: ¶ *Et
benedixit illi Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius:
Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem mul-
torum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur* In una
redemptoris noſtri Dei hominisque perſona per-
fectam Dei perfectamque hominis ineſſe confite-
mur naturam: & ex una quidem dominum, ex alte
ra ſeruum: ex una fortem, ex altera infirmum: ex
una magnum, ex altera paruum, ex una creantem,
ex altera creatum: ex una paſcentem, ex altera eſu-
rientem, ex una recreantem, ex altera ſitientem,
ex una miraculis coruſcantem, ex altera iniurijs
ſuccumbentem, ex una uiuificantem, ex altera mo-
rientem: ex una ſuſcitantem, ex altera hunc præ-
dicamus ſuſcitatum. Et cum aliud ſit in eo domi-
nus, aliud ſeruus: aliud fortis, aliud infirmus, aliud
magnus, aliud paruus, aliud creans, aliud creatus,
aliud paſcens, aliud eſuriens, aliud recreans, aliud
ſitiens, aliud miraculis coruſcans, aliud iniurijs ſuc
cumbens, aliud uiuificans, aliud moriens: aliud re-
ſuſcitans, aliud reſuſcitatus: Non tamen alius do-
minus, alius ſeruus, alius fortis, alius infirmus, ali-
us magnus, alius paruus, alius creā s, alius creatus,
alius paſcens, alius eſuriens, alius recreans, alius ſi
tiens, alius miraculis coruſcans, alius iniurijs ſuc-
cumbens, alius uiuificans, alius moriens, alius re-
ſuſcitans, alius reſuſcitatus: ſed unus idemq; dei at
que hominis filius. Ex uno (ut dictum eſt) domi-
nus; ex altero ſeruus, ex uno fortis, ex altero infir-
mus, ex uno magnus, ex altero paruus, ex uno cre-
ans, ex altero creatus, ex uno paſcēs, ex altero eſu
riens, ex uno recreans, ex altero ſitiens: ex uno mi
raculis coruſcans, ex altero iniurijs ſuccumbēs, ex
uno uiuificans, ex altero moriens: ex uno reſuſci-
tans, ex altero intelligitur reſuſcitatus. Qui q̄ ante
oculos mortalium poſitus, ex uno uenerabatur ut
deus, ex altero deſpiciebatur ut homo. Denique
cum hunc Iudæorum populus cerneret de quinq;
panibus tot millia hominum paſcentem, infirmos
curantem, leproſos mundantem, ac mortuos ſuſ-
citantem, deum eſſe arbitrabatur. Rurſum cum eū-
dem aſpiceret eſurientem, ſitientem, laſſeſcentem,
dormientem, atq; iniurijs ſuccumbentem, purum
eſſe hominem ſuſpicabatur. Et hæc quidem apud
incertas turbas, ſed non apud diſcipulos. Neq; eīm
ita in cordibus eorum uariabatur, q illius aſſiduis
priuatisq; eloquijs fruebātur, quibus & ab ipſo di-
Mat. 13 citur: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei,
cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uide-
ant, & audientes non intelligant. At ubi uentum
eſt ad paſſionem mortis, perijt fides, ablata eſt o-
mnium ſpes. Deniq; ut Euangeliſta teſtatur, oēs
Matt. 26 eo relicto fugerūt. Ex quibus dum unus uinctū à
longe ſequitur, ad atrium perueniēs, eundem ſe co
gnouiſſe denegat. Et quis in mortis paſſione, illo
ruente, non rueret, cum eum præcipuus eius ama-
tor cū auidus eius imitator, unius ancillę uoce ter
ritus, nō ſemel, ſed ter abnegauerit? Sed illo in car
ne à mortuis reſurgente, reſurrexerit in anima di-
ſcipuli. Vtrunq; autem ante paſſionem eius, eadē
qua tradebatur nocte, in diſcipulis ſomno pfidiæ
lapſis, ac ſuſcitatione eiuſdē redemptoris deſigna-
tū eſt. Mors ergo eius, facta eſt ruina multorum,
reſurrectio uero, uita multorū. Dicat itaq;. Ecce
poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionē mul-
torū Iſrael. Ac ſi diceretur: Eo moriēte, multi ex
ſtantibus ruēt: eo reſurgente, multi ex lapſis reſur-
gent. Quia uero illo quidē moriēte multi ruerūt,
illo reſurgente multi ſurrexerunt, ſed in eū qui ex
mortuis reſurrexit, non omnes crediderunt, recte
ſubiungitur: Et in ſignū cui contradicetur. Quod
enim ſignamus, ab aliorum notitia abſcondimus.
Quid aūt ante infideliū oculos aliud fuit caro re-
dēptoris, quam quoddam diuinitatis eius ſigillum
abſconſionis? In ſignū itaq; redēptor noſter poſi-
tus fuit: ſed cui, niſi illi cui contradictū fuit? Quæ
cauſa contradixit? Quid contradixit? cui contra-
dixit? Vt autem tanquā interroganti cuilibet bre-
uiter reſpondeā. Quæ cauſa contradixit, niſi mors
carnis? Quid contradixit, niſi non eſſe deū qui mo
ri potuit ab hominibus ut homo? Cui cōtradixit,
niſi omni incredulo? Quæ uidelicet & cōtradictio
quibuſdā in ſcandalum, quibuſdā uerſa eſt in ſtultī
tiā, Apoſtolo atteſtante qui ait: Nos autē prædica-
1. Cor. 1 mus Chriſtū crucifixum, Iudæis quidem ſcanda-
lum, gentibus autē ſtultitiam. Sequitur itaq; uene
rabilis ſenex iuſtus ac propheta, & dicit matri Ie-
ſu: Et tuā ipſius animam pertranſibit gladius, ut re
uelenť ex multis cordibus cogitationes. Solet non
nūquam in ſcriptura ſacra gladij nomine, tēpora-
lis tribulatio figurari, Pſalmiſta atteſtante, q illa-
tas à pſecutoribus paſſiones in ipſos exoptat refle
cti, dicēs: Gladius eorū intret in corda eorū. Hinc
idem Pſalmiſta de Ioſeph loquitur, dicens: Ferrū Pſal. 104
pertranſiuit animam eius, donec ueniret uerbum
eius. Ac ſi diceret: Tandiu fuit in illa ſeruitutis uel
carceris tribulatione, donec illud quod pdixerat Pſal. 104 ſ
futurum, ueniret. Sed nec aliud hoc loco per gladi
um intelligimus figurari Quamquam autem mul-
tę tribulationes animam transfoderint beatiſſimę
uirginis, illa tamen hic ſpecialiter deſignatur, quę
domino in cruce moriente, materna uiſcera tranſ-
fixit. Dicatur ergo eidem à ſancto propheta: Et tu
am ipſius animam pertranſibit gladius, ut reuelen-
tur ex multis cordibus cogitationes. Ac ſi dicere-
tur: Maternis uiſceribus tribulationis gladio trāſ
uerberatis, uidebis in cruce pendentem, quem an-
gelo nunciante uirgo concepiſti, manente uirgini-
tate filium edidiſti, quatenus per hoc factum & Iu
dæorum inſultantium iniquitas, & diſcipulorum
fugientium infirmitas denudetur. Deniq; illo in
cruce pendēte, Iudęi præſentes inſultabant ut de-
ſcēderet, apoſtoli fugientes, de cruce illum deſcen
dere poſſe non credebant, quæ ut fierent, neceſſe
fuit, materna piaque uiſcera ex eiuſdem redem-
ptoris paſſione gladio tribulationis transfigi. Sed
iam iſta, ut cœpimus, quid typice ſignificent, bre-
uiter demōſtremus. Quis enim intra ſanctā eccle-
ſiā conſtitutus, nō uideat in morte redēptoris no-
ſtri illos cadere, qui hunc aut ſolummodo hominē
mortalē fuiſſe, aut uerā carnē in paſſione uel in re
ſurrectione non habuiſſe aſſeuerant? Et quis in ei
us reſurrectione non conſideret illos reſurgere, q
a pfidia malæ credulitatis diuina gratia ſeparati.
& in uera hunc carne, ſalua diuinitatis ſuæ impaſſi
bilitate, ueraciter paſſum, & in uera carne ueraci-
ter à ſua maieſtate ſuſcitatum, aſſeruans? An non
alij

aliis in ruinā, alijs uero in reſurrectionē Chriſtus
2.Cor.2 factus fuerat, cū Paulus de ſe ſuiſq; ſocijs diceret:
Chriſti bonus odor ſumus deo, & in his q pereunt,
& in his qui ſalui fiunt: & alijs odor mortis in mor
tem, alijs odor uitæ in uitam? De illis uero, quibus
humanitas carnis diuinitatem abſcondit ſaluato-
2.Cor.4. ris, ita dicit: Et ſi opertum eſt euangeliū noſtrū,
in his qui pereunt, eſt adopertum. Iam uero ſi de
uoce (ut decet) attendamus, ipſam beatam uirgi-
nem, cuius animam gladius transfudiſſe perhibe-
tur, typum eccleſiæ prætēdiſſe repimus, cuius ani-
pertrāſijt mā gladius * pertranſiſſet, ſcilicet uerbum prædi-
cationis. Quod enim per gladium prædicatio ſan-
Ephe.6 cta figuretur, Paulus Apoſtolus teſtatur, dicens:
Et gladium ſpiritus quod eſt uerbum dei Gladius
etenim animam Mariæ transfuerberat, quia uer-
bum dei electorū corda penetrans, ab errore mor
tificans, in ueritatem uitæ commutat. Vt reuelen
tur, inquit, ex multis cordibus cogitationes. Ac ſi
diceret: Idcirco diuini uerbi gladius ſanctorū cor
da funditus ab errore mortificans, in ueritatis do-
ctrinam commutat, ut dum quorundam uitia uir-
tutesq; loquendo examinant, unicuique quibus lo
quuntur, intima ſua manifeſtent. Hinc Paulus ait:
1.Cor.14 Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis
uel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab
omnibus, occulta etiam cordis eius manifeſta fi-
unt: & ita cadens in terram adorabit Deum, pro-
nuncians quod uere deus eſt in uobis. Qui autem
Paulus ibidem eſſent iſti prophetæ, ipſe * paulo inferius aperuit,
dicens: Prophetæ duo uel tres dicant, & cæteri dij
iudicent. Oremus autem neceſſe eſt, ut idem gladi
us noſtra corda transfigat, quatenus fidelium tur-
bas nobis prædicantibus, & ſingulorum uirtutes
ac uitia exponentibus, unicuique interiora ſua pa
tefiant. Sequit: ¶ *Et erat Anna propheteſſa filia Pha
nuel de tribu Aſer, hæc proceſſerat in diebus multis, & ui
xerat cum uiro ſuo annis ſeptem a uirginitate ſua. Et
hæc uidua ſq; ad annos octoginta quatuor, quæ nō diſce
debat de tēplo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiēs nocte ac
die. Et hæc ipſa hora ſuperueniens, confitebatur Domi-
no, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant re-
demptionem Hieruſalem.* Hæc iuxta hiſtoriam aper
ta ſunt, nec habent aliquid obſcuritatis. Commen
dant autem caſtitatem beatæ mulieris, inſtantiam
ieiuniorum atque obſecrationum die noctuq; tem
plo dei inhærentis. Sed latent in his quadā eccle-
Ephe.2 ſiæ ſacramenta Quæ enim per Annam, quæ gra-
tia dei interpretatur, niſi electorum eccleſia deſi-
gnatur? Ad cuius membra Apoſtolus loquitur, di
cens: gratia ſalui facti eſtis per fidē Qua bene eti-
am filia Phanuel, ac de tribu Aſer iure perhibe-
tur. Phanuel quippe interpretatur facies dei, Aſer
uero, uocatur beatus. Et qui alij per faciem dei fi-
gurātur, niſi qui à ſpiritusſancti gratia repleti, ad
cognitionem dei humana corda primi perduxe-
runt? Quia enim per faciem quilibet agnoſcitur,
diuinitatis, iure facies dei uocantur hi, per quos cognitio * ue
ritatis reuelatur. Quiq; non immerito Aſer, id eſt,
beati uocantur, quia ad æternam paternitatem, ſi
ue per inſpiratam interius naturam, ſiue per datā
exterius legem erudiri meruerunt. Vnde ſcriptū
Pſal.93 eſt: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de
lege tua docueris eum. In quibus uerbis apte mon-
ſtratur, electorum eccleſiam filiā eſſe patriarcha-
rum ac prophetarū, quæ ſcilicet ſiue in ſpiritu ſeu
in uerbo, recte etiam propheteſſa nuncupatur. De
qua adhuc ſubiungitur: Et uixerat cū uiro ſuo an-
nis ſeptē a uirginitate ſua. Et qs eius alius eſt uir, Eſai.4
niſi ille de quo per Eſaiam prophetam dicitur: In
die illa apprehēdent ſeptem mulieres uirū unum,
dicētes: Panem noſtrum comedemus, & ueſtimen-
tis noſtris operiemur, tantummodo inuocetur no-
men tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum?
Quis alius huius eſt uir, niſi ille de quo in Iohan-
nis Apocalypſi dicitur, ciuitatem ſanctam Hieru- Apoc.21
ſalem nouam uidi deſcendentem de cœlo, à deo pa
ratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo? Quæ eti-
am antequam Chriſto ſociaretur, ideo uirgo uo-
cabatur, uel quia tunc idola non colebat, uel cer-
te quia non incorrupta, ſed infœcunda erat. Tunc
autem hanc ſibi Chriſtus uniuit, cum naturam hu-
manam ſuſcipiens, euangelium exorſus fuit. Quod
itaque annis ſeptem cum uiro ſuo à uirginitate ui
xiſſe deſcribitur, tempus eiuſdē prædicationis ipſo
ſeptenario numero figuraliter concluditur, in quo
& ſeptiformem ſpiritusſancti gratiam ab ipſo ac-
cepit, & ipſa in ſeptem mulieribus uel ſeptem ec-
cleſijs myſtice eidē uniri meruit: & quia illo aſcen
dente ad cœlos, humanitatis eius præſentia deſola
ta eſt, iure etiam uidua remāſiſſe narratur. An non
uidua recte uocatur, de qua per beatum Iob hære
ticorum facta mentione dicitur: Pauit ſterilē quæ Iob.24
non parit, & uiduę bene nō fecit? Illud itaque gau
dij tempus, quo præſentia uiri in carne fruebatur:
illudq; triſtitiæ, quo eius præſentia deſolāda erat
eccleſia, idem uir eius deſignans dicit: Nō poſſunt Matt.9
ieiunari filij ſponſi, quādiu cum illis eſt ſpōſus.
Veniet tempus cum auferetur ab eis ſpōſus, & tūc
ieiunabunt. In numero autem annorum octogin-
taquatuor, quibus uidua eſſe deſcribitur, totū tem
pus uitæ præſentis exprimitur. Legimus enim fili
os Iſrael, uſquequo terram repromiſſionis ingre-
deretur, quadraginta & duas manſiones in itinere
habuiſſe: Quibus ſcilicet quid aliud quàm peregri
natio uitæ præſentis figuratur, in qua eremi tribu
lationibus exercemur, uſquequo ad terram uiuen-
tium ueniamus? Sed propter geminum teſtamen-
tum, uetus ſcilicet & nouum, idem quadragenari-
us ac ſecundus numerus duplicatur, & fiunt octo-
ginta quatuor. Sicut enim propter utrunque teſta
mentum duodenarius numerus duplicatus, in ui- Apo.4.5
ginti quatuor ſenioribus eccleſiam deſignat, ſic eti
am propter eadem duo teſtamenta quadragenari
us ac ſecundus duplicatus, in octogenario quarto
præſens eccleſiæ tempus figurat: Et quod ibi per
manſiones, hoc hic explicat per annos. Vtrunque
enim concorditer peregrinationem eiuſdem eccle
ſiæ denunciat, de qua & bene ſubiungitur: Quæ
non diſcedebat de templo, ieiunijs & obſecratio-
nibus ſeruiens nocte ac die. Ipſa enim eſt tem-
plum quæ & uidua, ieiunijs & obſecrationibus ſer
uiens in templo. Quæ que ablata ſponſi ſui cor-
porali ſpecie, quia nunc necdum corporeis oculis
intueri ualet, ad nil aliud magis, quam ad ieiuni-
um & orationem uacat. Hinc Pſalmiſta ait: Fue- Pſal.41
runt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum
dicitur mihi q̃tidie, ubi eſt deus tuus? Digne itaq;
quæ præmittit ieiunia, ac deinde obſecratiōes cō-
iungit. Quæ enim eſſe poteſt obſecratio, ubi re-
gnat comeſſatio? Quæ eſſe poteſt deprecatio, ubi
continuatur aſſidua potatio? Sed hæc dicens, cor-
dis etiam uult intelligi ieiunium, quo niſi quis ab
immundis cogitationibus ieiunare ſtudeat, obſe-
crationibus deo uniri non ualet. Siue autem iſto,
ſiue illo ieiunio, ſimulq; obſecrationibus ſuita, die

ac nocte ſeruire deſcribitur: ſubaudis, & in proſperis, & in aduerſis ab hoc opere non ceſſat. Sequitur: ¶ *Et ut perfecerunt omnia ſecundum legem domini, reuerſi ſunt in Galilæam, in ciuitatem ſuam Nazareth.* Hic iam figualiter ultima Iudæorum conuerſio deſignatur, quando Enoch & Helia prædi-
peracta in omnibus cantibus. Chriſtus ad eos reuertitur, * peracta ſcilicet * omnia in Hieruſalem, id eſt, in eccleſia gentium, ſecũdum legem domini, noui uidelicet teſtamenti. Quaſi enim peracto ſacrificio, ab Hieruſalem in ciuitatem ſuam Chriſtus cũ parentibus reuertitur, cum adimpleta plenitudine gentium, nouiſſime cum prædicatoribus ſanctis ad eos colligendos, ex quibus carnem ſuſcepit, regreditur. Sequitur: ¶ *Puer autem creſcebat & confortabatur, plenus ſapientia, et gratia Dei erat cum illo.* Hæc de illo ſecundum humanitatem dicta ſunt, non ſecundum diuinitatem. Neque enim in ſua natura creſcit, in qua plenus eſt: ſed in noſtra, in qua paulo
Pſal. 8 minus quam angeli minoratus eſt. Nec in ſua confortatur, in qua omnium fortitudo eſt: ſed in noſtra, in qua pro nobis infirmatus eſt. Nec in ſua adimpletur ſapientia, in qua plenitudo ſapientiæ eſt: ſed in noſtra, in qua pro nobis exinanitus eſt: Nec in ſua gratiæ indiget, in qua omnibus gratiam tribuit, ſed in noſtra, in qua ea quæ cum patre habet, accepit. Quæ ſcilicet omnia melius ad eius corpus quod eſt eccleſia, quam ad ipſum caput referri poſſunt. Vſquequo enim illud conſummetur,
Ephe. 4. quod Apoſtolus dicit, Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, & ut iam non ſimus paruuli: quotidie creſcit in fide puer Ieſus, quotidie confortatur uirtutibus puer Ieſus, quotidie uerbo ſapientiæ adimpletur puer Ieſus, quotidie gratia ſaluationis iuſtificatur puer Ieſus. Hæc de tanti diei ſolennitate breuiter diximus, hæc de tam myſticis ſacramentis ſuccincte tranſcurrimus: quia & prolixitatem euangelicæ lectionis attendimus, & ad hæc agenda moras breues habuimus. De cętero dilectionem ueſtram admoneo chariſſimi fratres, ſi tamen animos ueſtros hæc locutio fecit intentos, ut attendatis qua deuotione huius diei ſolennitatem, de reliquo celebrare debeatis. Non ſit uile illud ſpectaculum, in quo filius uirginis deus & homo complectitur, in quo & uirgo & mater oſtenditur, in quo propheta, immo prophetarum omnium expectatio adimpletur, in quo multa eccleſiæ ſacramenta declarantur. Quod ipſe cordibus ueſtris imprimere dignetur, qui hodierna die ſanctum iuſtumq́ Simeonem ſpiritusſancti illuſtratione interius pulſans, ad templum quo ipſe à parentibus offerebatur, docuit, immo certe compulit ire: qui cum deo patre & eodem ſpiritusſancto, æquali poteſtate, æquali uirtute, æquali æternitate, æquali maieſtate uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

EVANGELIVM SEcundum Lucam.

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundum legem Moyſi, tulerunt Ieſum in Hieruſalem, ut ſiſterent eum domino. Et reliqua. Homilia Herici.



EX uerbis huius ſacræ lectionis, maxima nobis redemptoris noſtri dignatio, & intemeratæ genitricis eius beatæ Mariæ humilitas commendatur, quia uidelicet tã ipſe Dominus quã glorioſa eius mater, cum legi nihil deberent, legalibus tamen decretis ſe ſubdere ſponte uoluerunt. Præcipiebat enim lex, ut infans octauo die natiuitatis circumciſus poſt triginta & tres dies ſuæ circumciſionis ad templũ deferretur dñi, & daretur hoſtia pro eo: & ſi eſſet primogenitus, ſanctus domino fieret. Quod ſi uerba legis diligẽter inſpiciamus, uidebimus quia nõ ſolum dominus ſine peccato incarnatus, ſed & ipſa illius genitrix ab om̃i ſubiectione legis liberrima
fuerit. Dicit nanque lex: Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum, immunda erit ſeptem diebus, & die octaua circuncidetur infantulus: ipſa uero triginta diebus manebit in ſanguine purificationis ſuę. Dicens enim mulierem ſuſcepto ſemine parientem, una cũ prole oblatis uictimis debere mũdari, illam utiq; ab hac neceſſitate diſtinguit, quæ ſine ſuſcepto uiri ſemine, uirgo concepit, & uirgo pepit. Reliqui nanq; homines idcirco cum peccato originali oriuntur, quia cum delectatione carnis atque cum ardore libidinis, in materno utero concipiuntur. Dominus aũt Ieſus Chriſtus, quia ſicut abſq; uirili ſemine, ita etiam abſq; carnali delectatione in utero uirginis, ſpiritusſancto cooperante conceptus eſt: ideo & ſine peccato natus eſt. Sed ſicut Chriſtus legi ſubiectus eſſe uoluit, ut nos à uinculo ſolueret legis: ita etiam beata Maria, cũ ſub lege non eſſet, ꝓ exẽplo humilitatis legis inſtituta non refugit obſeruare, memor illius pręcepti quod quidam ſapiens ait: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. ¶ *Poſtquam ergo impleti ſunt dies purgationis eius, uel Domini uidelicet, uel beatæ genitricis eius, tulerunt illum parentes illius ad templum Domini in Hieruſalem, ut ſiſterent eum Domino*: hoc eſt, ſtatuerent & conſecrarent. Illi enim paruuli qui de toto regno Iudæorum ad templum Domini portabantur, ſi fuiſſent quidem ex tribu Leui, in miniſterium domus domini perpetuo tenebantur: quia eadem tribus tota in hoc ipſum templo fuerat dedicata. Sin autem ex alia aliqua tribu, pręcio dato à parentibus primogeniti redimebãtur, ad propria referendi. Et puerorum quidem purgatio, in hoſtiarum oblatione conſtabat. Matrũ uero in hoc, quod pro maſculo quadraginta, ꝓ fœmina uero & octoginta diebus à uiri thoro, & ab greſſu templi domini arcebantur. Non quod culpa ſit ex legitimo connubio filios gignere, ſed ipſe generis humani legitimus nuptialisq; conceptus nõ poteſt eſſe à culpa iniquitatis extraneus. Bonũ enim nuptiarum ab initio generis humani diuinitus inſtitutũ nouimus. Propter quod & Apoſtolus honorabile cõnubium in omnibus, & thorum immaculatũ ſine dubitatione commẽdat. Cum igitur nuptiæ laudabiliter a deo ſibi tributam prę̃ſideant in fide & charitate munditiam, tamen quia ſine delectatione libidinis non poſſunt peragi, neceſſario prolem edunt peccato primi hominis uitiatam. De nuptijs ergo bonis uſq; adeo bonum eſt quod

Leui. 12

Eccle. 3

Heb. 13

quod naſcitur, ut malum non ſit etiam ſi de adulte
rio uel fornicatione naſcatur. Deus enim humanæ
naturæ donum fœcunditatis contulit, libidinis ue
ro malum non creatura dei, ſed pœna peccati eſt.
Proinde de nuptiarum mũditia, mũdus homo non
naſcitur, quia interueniente ſordida libidine ſe-
minatur. Quam libidinem caſtitas coniugalis non
amat, ſed ad ꝓpagandos filios neceſſario tolerat.
Ob hoc ſanctus Dauid legitimo fidelięꝗ connubio
natus non ſine grauiſſimo dolore maculam carna-
Pſal. 50 lis genituræ ita deplorat: Ecce enim in iniquitati
bus conceptus ſum, & in peccatis concepit me ma
ter mea. Hæc diximus, ut maculam originalis pec
cati non in legitimis nuptijs, ſed in conceptu par-
uulorum eſſe nouerimus. Quod autẽ mulieri pro
maſculo filio quadraginta diebus aditus templi in
terdicitur, ideo iuxta literam factum eſt, ut q̃t die
bus infans in utero formatur, tot etiã diebus pur-
gatio illius pagatur. Dicitur enim cõceptio huma
na ſic pfici, ut primis ſex diebus quaſi lactis habe-
at ſimilitudinem, ſequentibus nouem diebus con-
uertitur in ſanguinem. Deinde duodecim diebus
ſolidatur, reliquis XVIII. diebus formatur uſq; ad
perfecta lineamenta membrorum. Inde iam uſq;
ad tempus pariendi reliquo tempore magnitudi-
ne ſua augetur Sex autem & nouem, & duodecim,
& XVIII. in unũ coacti, faciunt XLV Si ergo mi
norem numerum in maiorem concludimus, uide-
bimus ꝯceptum eſſe tot pene diebus hominẽ pur-
gari, quod formatur in utero. Cur autem pro fœ-
Leui. 12 minæ partu diuturnior purgatio iniũgatur quam
pro maſculo, inquirendũ eſt. Sic enim dicitur: Si
autem fœminam pepererit immunda erit XIIII.
& XLVI. diebus manebit in ſanguine purgatiõis
ſuæ. Quia ergo mulier & ſe & uirum decepit, ideo
in ortu ſuo maiori ſubiacet maledictioni. Ferunt
etiam phyſici fluxũ ſanguinis ꝓ maſculo, ſeptem
dierũ eſſe, pro fœmina uero dierũ XIIII ut quãto
eſt ſexus infirmior uel inferior, tãto ſit ipſa natiſ
uitate ignatior. Porro XIIII. & LXVI, LXXX
faciunt. In quo numerus ſuperior, id eſt, quadrage
narius duplicatur, quia mulier ſerpentis perſuaſio
ni conſenſit, & uirum perſuaſioni ſuæ conſentire
coegit. Vir autem ſoli mulieri conſenſit. Hæc iu-
xta literam de diſtantia purificationis dicta ſuffi-
ciant. Quod uero dominus prius circunciditur, ac
ſic poſt dies aliquot in templum cum hoſtia offer-
tur, ſignificat ſpiritualiter quod nullus hominum
in cõſpectu dei ualet eſſe acceptus, nullus etiã cœ-
leſtem Hieruſalem perfecte ualet conſcẽdere, niſi
circũciſus intus, & exutus omni fęce mortalitatis.
¶ *Sicut ſcriptũ eſt in lege domini, quia omne maſculi-*
Exod. 13. & 43. Num. 8 *num adaperiens uuluam, ſanctum Domino uocabitur.*
Quod dicit, omne maſculinum adaperiens uuluã,
& de hominibus & de pecoribus intelligitur. Oĩa
enim primogenita domino ſanctificabantur, & ſa-
cerdotum erant, ea tamen ratione, ut ꝓ hominis
primogenito ſacerdoti præcium daretur: primo-
genitum quoque pecoris, quod immundum erat,
quinq; redimeretur ſiclis argenti. Spiritaliter o-
mnia illa primogenita ſignificabant dominum Ie-
ſum Chriſtum, qui cum eſſet unigenitus in natura
dei patris, factus eſt primogenitus oĩs creaturæ,
id eſt omniũ hominum. Et ipſe eſt ueraciter & ſin
gulariter ſanctus domino, quia peccatũ non fecit,
nec dolus inuentus eſt in ore eius Moraliter quoſ-
que omnia primogenita noſtra deo offerẽda ſunt,
ut quicquid boni in corde concipimus, diuinę gra
tiæ tribuamus. Et ſicut illi immũda animalia quin
que ſiclis redimebant, ſic nos praua opera quę ge-
rimus, redimere debemus, perfectam agẽtes pœni
tentiam de omnibus peccatis, quæ per quinq; ſen
ſus corporis, contrahimus. Quod ergo dicit, ada-
periens uuluam, non eſt credendum, ut hæretici af
firmare conati ſunt, quod Chriſtus uterum matris
quem ingreſſus ſanctificauerat, egreſſus uirginita
te priuauerit. Ipſa eſt enim porta, de qua ſcriptũ
legimus: Porta hæc clauſa erit, & uir non tranſiet
per eam, quoniam dominus Deus Iſrael ingreſſus
eſt per eam, eritq; clauſa &c. Deus namque ueram
ex uirgine ſuſcipiens carnẽ, perfectionẽ ex ea hu-
mani corporis ſumpſit, uirginitatis ei gratiam nõ
ademit. Neque enim decebat, ut creator humanæ
carnis deus, qui in prima conditione homini uirgi
nitatem tribuerat, idẽ quod fecerat redẽpturus,
uirginitatem carni de qua naſcebatur, auferret.
¶ *Et ut darent hoſtias ſecundum quod dictum eſt in*
lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarũ.
Hoſtia hæc pauperum erat. Præcipiebat nanque
lex, ut qui poſſent agnum inuenire, offerrent pro
filio uel filia ſimul cum turture ſiue colũba. Quod
ſi quis agnum reperire non poſſet, duos ſaltẽ tur-
tures uel columbas iubebatur offerre. Dominus
ergo Ieſus memor ſalutis noſtræ, quum eſſet di-
ues, pauper pro nobis fieri, pauperem pro ſe hoſti-
am uoluit offerri, ut nos ſua paupertate diuitiarũ
ſpiritualium, & æterni regni donaret eſſe partici-
pes Sed uideamus, cur hæ uolucres præ cæteris in
ſacrificio domini iubebantur offerri. Columba eñi
ſimplicitatem, turtur ſignificat caſtitatem. Quæ
adeo continentiam diligit, ut poſtquam ſemel ſo-
cium perdiderit, alterum ulterius non requirat.
Vtraq; autem auis gemitum pro cantu habet. Et
ideo non immerito ſanctorum in hoc ſeculo deſi-
gnant ploratum. Merito ergo turtur & colũba in
hoſtiam dño offeruntur, ut aperte deſignetur, qa
ſimplex & caſta iuſtorum conuerſatio gratiſſimũ
omnipotenti deo ſacrificium exhibet. Item colum
ba quæ gregatim uolat, actiuam uitam ſignificat,
quæ multorum eſt. Turtur uero qui ſoliuagus eſt,
& ſingularitatem diligit, contemplatiuam uitam
ſignificat, pauciſſimis ac rariſſimis imitabilẽ. Mo-
raliter, cum iuxta præceptum euangelicum intrã-
tes in cubiculum, oramus dominum in abſcondi-
to, turturem offerimus. Verũ cũ ad ſimile opus ali
os quos poſſumus inuitamus, dicentes cum Pſalmi
ſta, Venite, adoremus & procidamus & ploremus
ante dominum qui fecit nos, columbas ad diuinũ Pſal. 94.
altare portamus ¶ *Et ecce homo erat in Hieruſalem,*
cui nomen Simeon. Adueniens in carne dei filius, nõ
tantum ab angelis & prophetis, ſed etiam à ſenio-
ribus & iuſtis teſtimonium laudis accepit. dece-
bat namque, ut quia omnis ętas, omnis ſexus, om-
nis conditio, per Chriſtum erat redimenda, oẽs
etiam illi deuoto famularentur obſequio. ¶ *Et*
homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem
Iſrael, & ſpiritusſanctus erat in eo. Recte iuſtus & ti-
moratus dicitur, quia iuſtitia ſine timore Dei dif-
ficile cuſtoditur. Re enim uẽra iuſtus erat, qui nõ
ſuam tantum, ſed totius populi conſolationem ex
pectabat, ut ſcilicet qui iam ex multis diebus do-
minio Herodis alienigenæ grauabantur, aduentu
Domini ſaluatoris liberati, conſolationem acci-
perent. ¶ *Et reſponſum acceperat a ſpirituſancto,*
non uiſurum ſe mortem, niſi prius uideret Chriſtum Do-
mini. Magnum deſiderium antiqui ſancti habe-

bant uidendi Dominum Ieſum Chriſtum, quem ſciebant eſſe uenturum. Quod huic Simeoni pro gratia meritorum ſanctorum conceſſum eſt. Accepit enim reſponſum in maturitate à ſpiritu ſancto, quod non eſſet uiſurus mortem, niſi uideret Dominum. Videri autem, pro experiri poſitum eſt. ¶ *Et uenit in ſpiritu in templum.* Quod dicit, uenit in templum in ſpiritu, nequaquam ſine corpore ueniſſe putandus eſt, ſed inſpiratus à ſpiritu ſancto, à quo reſponſum acceperat, aduenit in templum. ¶ *Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, & ipſe accepit eum in ulnas ſuas,* hoc eſt, in brachia ſua. Quis autẽ ualet perpendere, quanto animi gaudio & inenarrabili alacritate perfuſus fuerit Simeon, cum cœli terræq́ creatorem & dominum proprijs amplectens teneret in brachijs, quẽ & à prophetis prædictum, & ab uniuerſis retro ſanctis uotis multiplicibus nouerat expectatum? Figuraliter Simeon ſenex, mundum iſtum ſignificat, quaſi longo iam ſenio & ætate decliuem. Simeon infantem accepit, id eſt, mundus Chriſtum agnouit, & uetuſtate peccati exutus, ad innocentiam Chriſtianæ conuerſationis redijt. ¶ *Et benedixit deum & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum uerbum tuum in pace.* Sciebat beatus Simeon quod beati eſſent oculi qui Chriſtum eſſent uiſuri, & ideo donec illum ipſe uideret, nolebat mori te diſſolui, quem tamen ut uidit, mox optabat in pace dimitti. ¶ *Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum.* Salutare dei patris, Chriſtum appellat, quem in primo aduentu ante faciem populorũ deus pater parauit, ut illum, quicunque in eum credere uellent, fide ac dilectione cõſpicerent. In ſecũdo quoq; aduentu, hoc ipſum ſalutare ante faciem omniũ populorum parabitur, ut uideat eũ omnis oculus, & reddat unicuiq; ſecundum opera ſua. ¶ *Lumẽ ad reuelationem gentiũ, & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Vtrique quidem populo, id eſt, Iudaico & Gẽtili Chriſtus lumẽ eſt, ſed Iſraelitico populo ſpecialiter gloria fuit, quia ipſis eſt pnunciatus, in illis carnem aſſumpſit, inter eos miracula fecit. Gentium quoq; reuelatio fuit, quia oculos mentis torum profunda infidelitatis cęcitate dimerſos, lumine ſuę illuſtrationis reuelauit, id eſt aperuit, & illuminauit. Et rectè Chriſtum prius ad reuelationem gentium, ac deinde ad gloriam Iſrael ueniſſe dixit, quia
Pſal. 97 prius gentiles quam Iudæos credituros eſſe præuidit. Tale quid & Pſalmiſta ait: Notũ fecit dñs ſalutare ſuũ, & reliq. uſq; domui Iſraël. Prius enim dixit deũ patrẽ iuſtitiã ſuam quæ Chriſtus eſt, gẽtibus reuelaſſe, ac deinde ſubiungit: Recordatus
Rom. 11 eſt miſericordiæ ſuæ, & ueritatis ſuæ domui Iſrael. Hinc Paulus ait: Cum plenitudo gentiũ intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Hæc de lectione euangelica breuiter ſunt dicta. Quæ licet cauſas hodiernæ feſtiuitatis plene aperiat, nõ tamẽ ab re eſt, ſi de eius nomine aliqd compendioſius indagemus. Græco namq; ſermone ὑπαντὴν obuiare dicitur. Inde utique iſta dominica ſolennitas ὑπαντὴ uocatur, quod ſcilicet hac ipſa allato in templum domino, Simeon & Anna, & cæteræ fidelium perſonæ quę ibi erant, & tẽpore purificationis ſuę occurrerũt. Agitur ergo iſta feſtiuitas incipiẽte menſe Februario, qui à Februo, id eſt Plutone, qui luſtrationum, hoc eſt, purgationum potens à gentilibus credebatur, ita uocatus eſt. Cum enim Romani tripartitum orbem ſub tributo redigiſſent, ita ut unaquæque ex ipſis tribus mũdi partibus, Africa uidelicet, Aſia, & Europa, per quinque annos ſolueret aurum, & rurſus per alios quinque annos argentũ, itemq; per aliud quinquennium æs, quinto demum peracto anno, ac cenſu ſoluto, uniuerſa ciuitas menſe Februario ab uniuerſo populo luſtrabatur, ut ſacrificia dijs infernalibus ſoluerentur, quorum ſe præſidio nationes orbis ſubiugaſſe putabant. Sed hanc luſtrandi conſuetudinẽ bene mutauit Chriſtiana religio, cum hac ipſa die feſtiuitatis beatæ Mariæ, plebs clerusq; & ſacerdotes cum cereis & hymnis eccleſiarum loca circumeunt, non utique ob recordationem paganæ ſuperſtitionis, aut imperij terreſtris, ſed in perẽnem memoriam regni cœleſtis, quando iuxta euangelicam parabolam, omnes electi cum lampadibus ſponſo & ſponſæ ſunt occurſuri, & ſupernæ claritatis thalamum intraturi. Et hãc quidem luſtrationem pagani faciebant ſemper XV. anno in fine menſis Februarij, hoc eſt, VII. Calendas Martij. Poſt modum uero augeſcente Chriſtianitate, placuit ut in uenerationẽ perpetuæ uirginis, ad menſis initium trãsferretur. Cuius inſtitutionis morẽ nos quoq; pro modulo noſtro hodierna die deuote deo iuuante imitaturi, dei genitricis ſummiſſis uotis obſecremus auxilium, ut ſua potenti interceſſione nobis apud filium ſuum purgationem impetret criminum, quæ purgationem temporalẽ ſuſcepit ſine ſordibus peccatorũ. Quæq; hac die cum filio templum dei ſacrificium oblatura cõſcendit, ſupernæ ciuitatis nobis obtineat ingreſſum, in q̃ diuinæ claritatis aſpectibus libero cõtuitu perfruamur, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM FESTO HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

Scriptum eſt enim, in lege Moyſi, quod mulier quæ ſuſcepto ſemine peperit maſculum, immũda erit ſeptem diebus, & die octauo circumcidetur infantulus. Ipſa uero triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur ſanctuariũ, donec impleantur dies purgationis eius. Hac eñ lege beata uirgo Maria non tenetur, quæ nullo ſuſcepto ſemine, uirgo concepit, uirgo peperit, clauſa ante partum, & poſt partum clauſa permanſit. Ad cuius diſtinctionem Moyſes non ſimpliciter dixit, mulier quæ peperit maſculum: ſed cũ additamento, quæ ſuſcepto ſemine maſculum pepererit, immunda erit ſeptem diebus. Spiritualiter autem mulier iſta Synagoga eſſe uidetur, quæ diuinæ legis ſemine ſuſcepto toties maſculum pariebat, quoties bonum aliquod opus agebat. Maſculus eñ filius, bonum opus eſt. Et quanuis maſculum peperiſſet, & multos boni operis filios genuiſſet, tamẽ ſeptem diebus immunda erat. Septem enim iſti dies omne illud temporis ſpacium ſignificant, quod fuit à Moyſe uſque ad Chriſti incarnationem. Illa enim hebdomada finita natus eſt agnus, qui tollit peccata mundi. De quo ſcriptum eſt: Quĩ dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Veruntamen quanuis ſeptimana finita eſſet, & quãuis Chriſtus natus eſſet, nondũ tñ Synagoga penitus mundata erat, qa Chriſti ſanguis nondũ fuſus erat. Manſit igitur adhuc triginta tribus diebus in ſanguine purificationis ſuæ expectauit diem. Imo annũ triceſimũ tertium. Ipſo enim anno

anno immolatus eſt Chriſtus, ſine cuius ſanguine mundus mundari & lauari non potuit. Quod aũt dies pro anno ponatẽ, in Ezechiele inuenies, ubi dicitur, diem ꝓ anno, diem inq̃ pro anno filii hominis dedit tibi. Quare inſuntuius circundatur, ualde notum eſt. Sed quare octauo die, dicendum eſt. Octaua autẽ dies ipſa eſt, quæ & prima. In hac enim mũdus cœpit, Chriſtus ſurrexit: in hac & uniuerſalis reſurrectio fiet. Tunc aũt non ſolum circuncisi, ſed oĩbus ab eis peccatis abſciſſis, mundi & immaculati æternum nomen ſancti ſuſcipient & hęreditatẽ. Et hæc quidem de filio maſculo dicta ſunt. Sin autem fœminum peperiſſet, immunda erat duabus hebdomadibus, & ſexaginta & ſex diebus manebat in ſanguine purificationis ſuæ. Toties enim ſynagoga fœminam parit, quoties iniquitatem operatur. Pro hac autem filia duabus hebdomadibus eſt immunda Synagoga. Vna uidelicet ante Chriſti incarnationem, altera uero poſt Chriſti incarnationem. Per has enim duas hebdomadas totum & hoc, & illud tempus ſignificatur. Niſi igitur hanc iniquam filium parere deſiſtat, & ad Chriſti fidem ſe totam conuertat, nunquam mundabitur Synagoga. Dantur autem ei ſexagintũ & ſex dies ad purificationem, per quos omnes dies ſeculi uſque ad conſummationẽ intelligere poſſumus. Hic enim numerus totus ex ſenariꝭ conſtat. In ſex autem diebus etiam ipſis Iudæis operari licet. Neq; enim in ſex diebus Sabbatum continetur. Nulla igitur erit excuſatio, ſi in his ſexaginta & ſex diebus purificati non fuerint. Quanuis autem purgationis dies ad beatam Mariam uirginem non pertinerẽt, expectauit tamen ipſa donec omnes purgationis dies complerentur, quos nõ ſibi, ſed aliꝭ mulieribus lex conſtituerat. Non enim de ea dictũ fuerat, Omne ſctũm non tãget, quæ ipſum ſanctũ ſanctorum in gremio tenebat, in ſinu fouebat, & uirgineo lacte nutriebat. *Cõpletis autem diebus tulerunt puerũ in Hieruſalẽ, ut ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege domini, quod omne maſculinum adaperiens uuluam, ſanctum domino uocabitur.* Ex eo nanq; tempore quo primogenita Aegyptiorum Dñs interfecit, omnia primogenita filiorum Iſrael ſibi uendicauit, ſibiq; offerri pręcepit. Sed quare hoc, niſi ut omnia prima & maxima, omnia meliora & chariora domino offeramus? Offeramus igitur ei fidem noſtrã, offeramus ei animas noſtras, quæ nõ de terris, ſed de cœlis originẽ habent & quæ prima in nobis & præcipua & maxima ſunt. *Et ut darent hoſtiam, ſecundũ quod dictũ eſt in lege domini. par turturum, aut duos pullos columbarum.* Turtur enĩ caſtiſſimum animal eſt. Columba uero felle & amaritudine caret. Qui igitur corporis & animæ caſtitatem & innocentiam cuſtodiunt, illi eqdẽ par turturũ aut duos pullos columbarum Dño offerunt. Et talis quidem hoſtia domino placet, in qua nosipſos ei offerimus, & corpus & animum innocẽter caſteq; uiuẽtes ei dedicamus. Talẽ igitur hoſtiam matrem Domini offerre decebat, cuius tota uita caſtitas & innocentia fuit. Quia igitur dictum eſt quid iſta ſignificent, dicendum eſt etiam qualiter offerri debeant: iubetur enim ſacerdosq; ea offert, turturis & columbæ caput & collum retorquere. Debet aũt ueſiculam gutturis & plumã ad orientalem plagã proꝛjcere. Debet præterea earũ aſcellas confringere, & non penitus ſecare, nec ferro eas diuidere debet. Tũc enim ſacerdos turturis & columbæ caput ad collũ retorquet, quãdo illum quæ ꝑ has aues ſignificatur, docet, & admonet ut iam nõ erecta ceruice, ſed humiliato capite incedere diſcat. Sicut enim in erecta ceruice ſupbia, ita & in capite inclinato humilitas manifeſtatur. Sed quid per ueſiculam gutturis ubi aues reponũt unde uiuunt, niſi uẽtris ingluuia deſignatẽ? Quid uero ꝑ plumas, niſi morũ leuitas & mẽtis elatio ſignificaturẽ? Hæc aũt homini ꝓjcere & a ſe repellere bonũ eſt. Sed ubi proꝛjcere, niſi ad orientalẽ plagã? Semper enim ab ortu ad occaſum tendimus, ſemꝑ oriẽtem fugimus, & ad occaſum propinquamus, eſt enĩ occaſus finis uitæ. Quæcũq; igitur ad occaſum nobiſcum non ducimus, ea iam à nobis proꝛjciẽtes, poſt dorſum relinquimus. Quibus deniq; ieiunium, & abſtinẽtiam indicimus, eis procuidubio gutturis ueſiculã tollimus Quibus uero omnem uagandi licentiam interdicimus, eis utiq; aſcellas frãgimus, ut & nobiſcum maneant, & ad inutilia uolare deſiſtant. *Et ecce homo erat in Hieruſalem cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael, & ſpiritus ſanctus erat in eo.* Qualis etem & quantus Simeon iſte fuerit, breuiter oñdit, dũ eum iuſtum & timentem Deum, populiq; conſolationem expectare & deſiderare dicit, cui & ſpũs ſanctus, qui in eo erat, filij Dei aduentũ reuelauerat atq; ꝓmiſerat. Et hoc eſt quod ait: *Et reſpõſum acceperat a ſpiritu ſancto, non uiſurum ſe mortem, niſi prius uideret Chriſtum Domini.* Quanto deſiderio uidendi Dominum ſenex iſte beatiſſimus æſtuabat, quẽ iam ętas de hoc ſeculo exire cogebat, ſed Dei reſponſio retinebat? Mori enim cupiens, mori non poterat, quia Chriſtum dñm necdum uiderat, de quo ſibi factum reſponſum audierat, non uiſurum ſe mortem, niſi prius uideret Chriſtum Dñi. Hoc igitur deſiderabat, hoc mente tractabat, hoc ſemꝑ cogitabat, dicens: Scio quia ueniet, ſcio quia uidebo eum. Sed quando ueniet? quando eum uidebo? Veni Domine Ieſu, ſolue mihi hæc uincula, & me iam nunc in pace abire dimitte. Dum autẽ hoc ſeſe cum diceret, dum hoc deſiderio æſtuaret, dictum eſt illi a ſpũ ſctõ. Ecce adeſt quem quæris, nunc eũ uidebis: ſurge, propera, feſtina, uade ad templum. *Et ſpiritu iubente uenit ad templum. Et cum inducerẽt puerum Ieſum parentes eius, ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, & ipſe accepit eum in ulnas ſuas.* Cũ (inquit) parentes eius puerum Ieſum in templum inducerent, ut ſecundum conſuetudinẽ legis pro eo facerent, occurrit ſenex, brachia extendit, & parentibus ait, mihi eũ date, mihi debetur, mei officij ẽ, ad hoc miſſus ſum, huic obſequio reſeruatus ſum. Deinde lætus & exultans *accepit eum in ulnas ſuas.* Mox ſenectus fugit, & iuuenilis uigor adfuit & fortitudo. Qui prius ſeipſum ferre uix poterat, nũc leuiter puerũ ferens exultat. Eleganter igitur dictũ eſt, Senex puerum portabat, puer aũt ſenẽ regebat, quem uirgo pepit, & poſt partũ uirgo permanſit, ipſum quem genuit adorauit. *Et benedixit Deum & dixit: Nũc dimittis ſeruum tuũ Domine ſecundum uerbum tuum in pace. Quia uiderũt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Te (inquit) Domine benedico: ꝓmiſſio tua completa eſt, cõpletum eſt & deſiderium meum, quia uideo Chriſtum tuum Dominum meum. Dimitte igitur ſeruum tuum in pace: quia uidi Dominum Ieſum, quia uidi ſalutare tuum. Ieſus enim Saluator ſiue ſalutaris interpretatur. De quo ſcriptum eſt: Notum fecit dominus ſalutare ſu

um, ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam
ſuam Hoc enim lumen, hanc lucem, hunc ſolē, hūc
tantum ſplendorem paraſti atq; miſiſti ante faciē
omnium populorū. ad quid? Ad reuelationem, ad
illuminationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſ-
rael. Hoc enim lumine & gentes illuminantur, &
Iudæi glorificant. Magna enim gloria illis eſt, q̄d
de eorum gente hoc tantum lumen exortum eſt.

DOMINICA QVINTA

Matthæi xi.

In illo tempore: Reſpondē Ieſus, dixit:
Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ,
qa abſcondiſti hæc à ſapiētibus & prudenti
bus, & reuelaſti ea paruulis. Et reliq. Ho-
milia beati Auguſtini epiſcopi.

SAnctum euangelium cū legeretur, fratres,
audiuimus dominū Ieſum exultaſſe in ſpiri
tu & dixiſſe: ¶ *Confiteor tibi pater, domine
cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus
& prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Huc uſq;
interim uerba dñi. Si digne, ſi diligenter, ſi quod
primum eſt, pie conſideremus, inuenimus prim-
tus, non ſemper cum in ſcripturis legimus confeſ-
ſionem, debere nos intelligere uocem peccatoris.
Maxime aūt hoc dicendum fuit, & hinc admonen-
da charitas ueſtra, quia mox ut hoc uerbum ſonu-
it uox lectoris, ſecutus eſt etiam ſonus tunſiōis pe
ctoris ueſtri, audito ſcilicet quando dñs ait: Confi
teor tibi pater In hoc ipſo quod ſonuit confiteor,
pectora tutudiſtis. Tundere aūt pectus quid eſt,
niſi arguere quod latet in pectore, & euidenti pul
ſu occultum caſtigare peccatū? Quare hoc feciſtis,
niſi quia audiſtis, Confiteor tibi pater? Confiteor
audiſtis, quia confitetur non attendiſtis. Nunc er-
go aduertite: Si confiteor Chriſtus dixit, à quo lōn
ge eſt omne peccatū, non ſolius eſt cōfiteri pecca-
toris, ſed etiam aliquando laudatoris. Confitemur
ergo ſiue laudantes deum, ſiue accuſantes noſmet-
ipſos Pia eſt utraq; confeſſio, ſiue cū te reprehen-
dis, q nou es ſine peccato, ſine cum illum laudas, q
non poteſt habere peccatum. Si autē bene cogite-
mus, reprehenſio tua, laus ipſius eſt. Quare enim iā
confiteris in accuſatione peccati, in accuſatione
tuipſius? Quare cōfiteris? Quia ex mortuo factus
Eccl. 17. es uiuus. Scriptura quippe ait: A mortuo quaſi qui
non ſit, perit confeſſio Si perit à mortuo confeſſio,
qui confitetur uiuit. Et ſi peccatum confitetur, utiq;
que à morte reuixit. Si peccati confeſſor reuixit à
morte, quis illum ſuſcitauit? Nullus mortuus eſt
ſuipſius ſuſcitator. Ille ſolus ſe potuit ſuſcitare, q̄
mortua carne nō mortuus eſt. Etenim hoc ſuſcita-
uit, q̄d mortuum fuit. Ille ſuſcitabat, qui uiuebat in
ſe. In carne autem ſuſcitanda mortuus fuerat. Non
enim pater filium ſolus ſuſcitauit, de quo dictū eſt
Philip. 2 ab Apoſtolo: Propter quod & deus eum exaltauit.
Sed etiā dominus ſeipſum, id eſt, corpus ſuum ſuſci
Iohan. 2. tauit. Vnde dicit: Soluite templum hoc, & in tri-
duo ſuſcitabo illud. Mortuus eſt autem peccator,
maxime ille quem moles conſuetudinis premit q̄ſi
ſepultus Lazarus. Parum enim erat, quia mortuus;
etiam ſepultus Quiſquis igitur malæ conſuetudi-
nis, malæ uitæ, ſcilicet terrenarum cupiditatū mo
Pſal. 52. le premitur, ita ut in illo iam factum ſit, ſicut in
Eccle. 17 quodam Pſalmo mirabiliter dicitur: Dixit ſtultus
in corde ſuo, non eſt deus: fit talis de quali dictum
eſt: A mortuo uelut qui nō ſit, perit cōfeſſio. Quis
eum ſuſcitauit, niſi qui remoto lapide clamauit, di Iohan. 11.
cens: Lazare, ꝓdi foras? Quid eſt autem foras ꝓdi-
re, niſi q̄d occultum erat, foras ꝓdire? Qui confite-
tur, foras prodit. Foris aūt prodire non poſſet, ni-
ſi uiueret: uiuere non poſſet, niſi reſuſcitatus eſſet.
Ergo in confeſſione ſui accuſatio, dei laudatio eſt.
Dicit ergo aliquis: Quid prodeſt eccleſia, ſi iā con-
feſſor uoce dominica reſuſcitatus ꝓdit? Quid pro-
deſt eccleſiæ cōfiteri, cui dominus ait: Quæ ſolue- Matt. 18
ritis in terra, ſoluta erunt in cœlo? Ipſum Lazarū
attende, qui cum uinculis prodit. Iam uiuebat cō-
fitendo, ſed nondum liber ambulabat uinculis irre-
titus. Quid ergo facit eccleſia, cui dictum eſt: Quæ
ſolueritis in terra, ſoluta erunt, niſi quod dominus Iohan. 11.
ait continuo ad diſcipulos: Soluite illum, & ſinite
abire? Siue ergo nos accuſemus, ſiue deum laude-
mus, ſemper illi gratias agere ſtudeamus, à q̄ gra-
tia gratis datur, cuicunq; datur. Bis ergo deū lau-
damus, ſi pie nos accuſemus, deumq; laudemus.
Quando deum laudamus, tanquam eum qui ſine
peccato eſt prædicamus. Quando autem noſmet-
ipſos accuſamus, ei per quem reſurreximus, glori-
am damus. Hoc ſi fecerimus, nullam occaſionem
inueniet inimicus, qua nos circunueniat ante iudi-
cem. Cum enim tu ipſe fueris accuſator, & domi-
nus liberator, quid erit ille niſi calumniator? Meri
to ille hinc ſibi tutelam prouidit aduerſus inimi-
cos non conſpicuos, carnem & ſanguinem miſeran
dam potius quàm cauendam, ſed aduerſus illos ini
micos, contra quos Apoſtolus nos hortatur ut ar- Ephes. 6.
memur. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē
& ſanguinem, id eſt, aduerſus homines quos uide-
tis ſæuire in nos. Vaſa ſunt, alius utitur. Organa
ſunt, alius tāgit. Immiſit ſe, inquit, diabolus in cor
Iudæ, ut traderet dominum. Ait aliquis: Quid er-
go ego feci? Audi Apoſtolum: Neq; detis locum Iohan. 13.
diabolo. Tu malæ uoluntati locum dediſti, intra- Ephes. 4
uit, ꝓſſedit, utitur. Locum ſi non dares, non poſſi-
deret. Ergo nos admonens ait: Non eſt nobis col-
luctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduer
ſus principes & poteſtates Poſſet quiſq; putare ad-
uerſus reges terræ, aduerſus potentes ſeculi. Quā-
re? Ipſi non caro & ſanguis. Semel dictum eſt: Nō
aduerſus carnem & ſanguinem. Aduerte ab omni
homine. Quid ergo reſtat inimici? Aduerſus prin-
cipes & poteſtates ſpiritualis nequitiæ, rectores
mundi, q̄ſi plus dedit diabolo & angelis eius, plus
dedit, q̄s rectores mundi appellauit. Sed ne male
intelligas, exponit q̄d ſit mundus, cuius ſunt illi re
ctores. Rectores mundi tenebrarū harū. Quid eſt
mundus tenebrarū harum, quibus eſt rector? Dile
ctoribus ſuis & infidelibus plenus eſt mūdus. Hos
appellat Apoſtolus tenebras. Harū rectores diabo
lus & angeli eius. Hę tenebræ non naturales ſunt,
non incommutabiles ſunt. Mutantur, & lux effici-
unt. Credunt, & credendo illuminantur. Quod cū Ephe. 5.
in eis factum fuerit, audient: Fuiſtis enim aliquan-
do tenebræ, nunc autem lux in domino. Nā quan-
do tenebræ, in te, non in domino. Iterū quādo lux,
non in te, ſed in domino. Quid enim habes quod 1. Cor. 4
non accepiſti? Quia ergo ſunt inuiſibiles inimici,
inuiſibiliter ſunt expugnandi. Quippe hoſtē uiſibi
lem uincis feriendo, inuiſibilem uincis credendo.
Viſibilis ē hoſtis homo, uiſibile eſt & ferire. Inuiſibi
lis eſt hoſtis diabolus, inuiſibile eſt & credere. Er-
go eſt pugna inuiſibilis aduerſus inuiſibiles inimi-
cos. Ab his enim inimicis quomodo ſe tutum dicit
quidam? Hoc enim cœperam dicere, & neceſſe ha-
bebam

bebam de iſtis inimicis aliquanta cũ mora tracta-
re. Iam ergo cognitis inimicis, uideamus tutelam.
Pſal. 17. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis
ſaluus ero. habes quod agas. Laudans inuoca, ſed
dominũ laudãs inuoca. Si em̃ te laudaueris, ab ini-
micis tuis ſaluus nõ eris. Laudans inuoca dominũ,
& ab inimicis tuis ſaluus eris. Quia quod ait ipſe
dominus: Sacrificiũ laudis honorificabit me, & ibi
Pſal. 49. uia eſt ubi oſtendam tibi ſalutare meum. Vbi uia?
In ſacrificio laudis. Noli pedẽ extra hanc uiã mit-
tere, in uia eſto. Noli à uia recedere, à laude domi
ni nec unguem, nedum pedem. Si enim uolueris ab
hac uia deuiare, & pro domino te laudare, nõ eris
Pſal. 139. ſaluus ab illis inimicis, quia de ipſis dictũ ẽ: Iuxta
ſemitam ſcandalũ poſuerunt mihi. Quicquid ergo
putaueris boni habere te abs te, deuiaſti à laude
Galat. 6. dei. Quid iã miraris ſi te ſeducit inimicus, quando
tu tuipſius ſeductor es? Audi Apoſtolum: Qui e-
nim putat ſe eſſe aliquid, cũ nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.
Dñm ergo attende confitentẽ. ¶ *Confiteor tibi pa-
ter domine cœli & terræ.* Confiteor tibi, laudo te. Lau
do te, non accuſo te. Quantum autem pertinet ad
ipſius hominis ſuſceptionem, tota gratia, ſingula-
ris gratia, perfecta gratia. Quid meruit homo il-
le qui Chriſtus eſt, ſi tollas gratiam, & tantã gra-
tiam qua unũ oportebat eſſe Chriſtum, & ipſum
eſſe quem nouimus? Tolle iſtam gratiam, quid eſt
Chriſtus niſi homo? Quid niſi quod tu? Suſcepit a-
nimam, ſuſcepit & corpus, ſuſcepit plenum homi-
nem, cooptatam ſibi unam fecit dominus cum ſer-
uo perſonam. Quanta eſt ibi gratia? Chriſtus in
cœlo, Chriſtus in terra, Chriſtus ſimul in cœlo &
in terra: nec duo Chriſti, ſed idem Chriſtus in cœ
lo & in terra, Chriſtus apud patrem, Chriſtus in
utero uirginis. Chriſtus in cruce, Chriſtus apud
inferos ſubueniens quibuſdam. Eo autem ipſo die
Chriſtus in paradiſo cum latrone confitente. Et
ibi quid latro meruit, niſi quia illam uiã tenuit ubi
oſtendit ſalutare ſuum, à qua tibi pes non exeat?
In eo enim quod ſe accuſauit, deum laudauit, & ui-
Lucæ 23. tam ſuam beatã fecit. Præſumpſit quidem de dño,
& ait illi: Domine, memento mei dum ueneris in
regnum tuum. Conſiderabat enim facinora ſua, &
pro magno habebat ſi ei uel in fine parceret. Do-
minus autem continuo cum ille diceret, memen-
to mei. Sed quando? Cum ueneris in regnum tuũ:
Amen dico tibi, inquit, hodie mecum eris in para
diſo. Miſericordia obtinuit, quod miſeria diſtulit.
Audi ergo dominum confitentem. Confiteor tibi
pater, domine cœli & terræ. Quid cõfiteor? In quo
te laudo? Hæc enim confeſſio, ut dixi laudem ha-
bet. ¶ *Quia abſcondiſti hæc à ſapiẽtibus & prudẽti-
bus, & reuelaſti ea paruulis.* Quid eſt hoc fratres? A
contrario ſenſu intelligite. Abſcõdiſti hæc inquit,
à ſapientibus & prudentibus, & non dixit: Reue-
laſti ea ſtultis & imprudentibus, ſed dixit, Abſcon-
diſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti
ea paruulis. Sapientibus & prudentibus irriden-
dis, arrogantibus, falſo grandibus, uere autem tu-
mentibus oppoſuit, non ſapientes, non prudentes,
ſed paruulos. Qui ſunt paruuli? Humiles. Ergo ab
ſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. Nomi
ne ſapientiũ & prudentium ſupbos intelligi poſſe,
ipſe expoſuit, cũ ait: Reuelaſti ea paruulis. Ergo
abſcõditi nõ paruulis. Quid eſt nõ paruulis? Non
humilibus. Quid eſt nõ humilibus, niſi ſupbis? Hæc
uia dñi aut non erat, aut latebat, ut reuelaretur no
bis. Vnde dominus exultauit, niſi quia reuelatũ eſt
paruulis? Debemus eſſe paruuli, nã ſi uoluerimus
eſſe magni, quaſi ſapientes & prudẽtes, non nobis
illud reuelatur. Qui ſunt magni? Sapientes, & pru-
dentes, dicentes ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Ha-
bes remediũ à contrario. Si dicendo te ſapientem
ſtultus factus es, dic te ſtultum, & ſapiens eris. Sed
dic, ſed intus dic, quia ſic eſt ut dicis. Si dicis, noli
coram hominibus dicere, & corã deo non dicere.
Prorſus quod ad teipſum pertinet, quod ad tua, te
nebroſus es. Quid eſt em̃ aliud eſſe ſtultũ, niſi eſſe Rom. 1.
tenebroſum in corde? Denique de illis ſic ait: Dicen-
tes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Antequã hoc
diceret, qd rurſum? Et obſcuratum eſt inſipiẽs cor
eorum. Dic, quia tu tibi lumẽ non es. Vt multum,
oculus es, lumen nõ es. Quid prodeſt patens ac ſa-
nus oculus, ſi lumẽ deſit? Ergo dic à te tibi lumen Pſal. 17.
non eſſe, & clama quod dictum eſt: Tu illuminabis
lucernam meã domine, lumine tuo domine illumi-
nabis tenebras meas. Meæ enim nihil niſi tenebræ,
tu autem lumen fugans tenebras, illuminãs me, nõ
à me mihi lumen exiſtens, ſed lumen non partici-
pans niſi in te. Et iohannes amicus ſponſi Chriſti,
putabatur lumen. Non erat ille lumen, ſed ut teſti- Iohan. 1.
monium perhiberet de lumine. Quod aũt erat lu-
men, erat lumen uerum. Quid eſt uerum? Quod il-
luminat omnem hominem. Si uerum lumen eſt q̃d
illuminat omnem hominem, ergo audi & Iohan-
nẽ recte dicentem, recte confitentem: Nos aũt de
plenitudine eius accepimus. Vide ſi aliud dixit,
quam, tu illuminabis lucernam meam domine. De-
nique iam illuminatus teſtimonium ꝑhibebat. Pro-
pter cæcos lucerna dici teſtimonium perhibebat.
Vide quoniam lucerna eſt. Vos, inquit, miſiſtis ad Iohan. 5.
Iohannem, & uoluiſtis exultare ad horam in lumi-
ne eius. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ille lu-
cerna, hoc eſt, res illuminata, accenſa ut luceret,
quæ accendi poteſt & extingui. Sed ut non extin-
guatur, uentum ſuperbiæ nõ patiatur: Ergo confite-
or tibi pater, domine cœli & terræ, quia abſcondi-
ſti hæc à ſapientibus & prudentibus, lumen ſe pu-
tantibus, & tenebræ erãt. Et ꝓ eo quod tenebræ
erant, & lumen ſe putabant, nec illuminare potue-
rũt. Illi aũt qui tenebræ erãt, & tenebras ſe eſſe cõ-
fitebantur, paruuli erãt, & nõ magni: humiles, & nõ
ſuperbi. Recte ergo dicebant: Tu illuminabis lu-
cernam meã dñe. Se agnoſcebant, dominũ lauda-
bant, à uia ſalutari nõ recedebant, laudantes dñm
inuocabant, & ab inimicis ſuis ſalui erant. Poſtre-
mo aperuit cœleſte myſterium, quod ſcilicet pla-
cuerunt deo, ut paruulis magis quam prudentibus
iſtius mundi gratiã ſuã reuelaret. Quod Apoſtolus 1. Cor. 1.
Paulus ſtylo pleniore digeſſit, dicens: Nonne ſtul-
tã fecit deus ſapientiam huius mundi? Nam quoni
am dei ſapientiam non cognouit hic mundus ꝑ ſa-
pientiã, placuit deo per ſtultitiam ꝑdicationis ſal-
uos facere credentes. Ait ergo: ¶ Ita pater, quõ ſic
fuit placitũ ante te. Cœleſtium enim uerborũ arca
na atque uirtutes ſapientibus abſconduntur, & paruu-
lis reuelantur. Paruulis malitia, non ſenſu: ſapiẽtibus
uero ſtultitiæ ꝑſumptione, non prudentiæ cauſis.
Factique huius æquitatẽ dominus paternæ uolunta
tis iudicio confirmat: ut qui dedignantur paruuli
in deum fieri, ſtulti deinceps in ſapientia ſua fiant.
Vides quàm terribilis in conſilijs dominus. Diſce
uere humilitatis exempla, nec temere diſcutias ſu-
pernæ diſpenſationis cõſilia. Cũ enim intuliſſet utrũ-
que, ſcilicet q̃d alijs aduentus ſui ſacramenta reuela-
rit, ab alijs uero abſconderit, non mox rationem
reddidit,

reddidit, ſed ſic deo placitum dixit, oſtendens ma
nifeſte, quia iniuſtum eſſe non poteſt, quod pla-
cuit iuſto. Ac ne quid in illo minus quàm quod in
deo eſt, æſtimaretur, ſtatim ſubdidit: ¶ Omnia mi
hi tradita ſunt à patre meo. Pulcherrimus conne-
ctitur de fide locus, quando omnia ſibi tradita di-
cit à patre ſuo. Cum omnia legis, omnipotentem,
agnoſcis non decolorem, non degenerem patris.
Cum tradita legis, filium confiteris, cui per natu-
ram omnia unius ſubſtãtiæ iure ſunt propria, nõ
dono collata per gratiam. Tradita autem ſibi di-
cit omnia, non cœlum & terram, uel cætera quæ
ipſe condidit elementa: ſed hoc qui per filium ac-
ceſſum habent ad patrem, & ante rebelles, Deum
poſtea per fidem ſentire cœperunt. Vnde & alio
a. 6 loco dicit: Omne quod dat mihi pater, ad me ueni
et. ¶ *Et nemo nouit filium niſi pater: neque patrẽ quis
nouit niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare.* Quũ di-
ceret: nemo nouit filium niſi pater, nõ dixit, & cui
uoluerit pater reuelare, quemadmodum cum dixe
rat: Nemo nouit patrem niſi filius, addidit, & cui
uoluerit filius reuelare. Quod non ita intelligen-
dum eſt, quaſi à nullo poſſit cognoſci filius niſi à ſo
lo patre, pater autem non ſolum à filio, ſed etiam
ab illis quibus reuelauerit filius. Sic enim potius di
ctum eſt, ut intelligamus & patrem & ipſum fili-
um per filium reuelari, quia ipſe eſt mẽtis noſtræ
lumen: ut quod poſtea intulit, & cui uoluerit filius
reuelare, non patrem tantum, ſed etiã filium acci-
pias. Ad totum enim quod dixit, illatum eſt: Ver-
bo enim ſuo ſe pater declarat. Verbum enim nõ ſo
lum id quod quod uerbũ declaratur, ſed etiam ſe-
ipſum declarat. Vt ſcias autem quia ſicut filius pa-
trem quibus uult reuelat ipſum, audi dicẽtẽ ipſum
dominum Ieſum, cum laudaret Petrum quod eum
Matt. 16 filium dei eſſe confeſſus ſit: Beatus es Simon Bario
na, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater
meus qui eſt in cœlis. Audiamus ergo eum qui ſe-
quitur & dicit: ¶ *Venite ad me omnes qui laboratis
& onerati eſtis.* Mirum quibuſdam uidetur fratres
chariſſimi, cum audiunt dominum dicentem: Veni
te ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, &
ego reficiam uos. Tollite iugum meum ſuper uos,
& diſcite, quia mitis ſum & humilis corde, & in-
uenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim
meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Et non con-
ſiderant eos qui iugũ ipſum intrepida ceruice ſub
ierunt, & illam ſarcinam manſuetiſſimis humeris
acceperunt, tantis agitari & exerceri difficulta-
tibus huius ſeculi, ut non à laboribus ad qetẽ, ſed
à quiete ad laborẽ uocati uideant̃, cum Apoſtolus
2. Tim. 3 dicat: Oẽs qui uolunt pie uiuere in Chriſto Ieſu,
perſecutionem patientur. Ait ergo aliquis: Quo-
modo iugũ eius ſuaue eſt, & ſarcina leuis, quando-
quidẽ illud iugum & ſarcinã ferre, nihil eſt aliud,
quã pie uiuere in Chriſto? Et quomõ dicitur: Veni
te ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, &
ego reficiam uos, & non potius dicitur, uenite q
uacatis, ut laboretis? Nam & uacantes inuenit q̃s
2. Cor. 9 conduxit in uineam, ut ferrent æſtum diei: & ſub
illo iugo ſuaui & ſarcina leui, audiamus Apoſto-
lum dicentem: In omnibus cõmendantes noſmet-
ipſos ſicut dei miniſtros, in multa patientia, in tri
bulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in pla
2. Cor. 11 gis, &c. Et alio loco in eadẽ epiſtola: A Iudæis qnq
es quadragenas plagas una minus accepi, ter uir-
gis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ
feci, nocte & die in profundo maris fui, & cætera

pericula quæ numerari quidẽ poſſunt, ſed tolera-
ri, niſi ſpirituſancto iuuante, non poſſunt. Omnia
ergo illa quæ cõmemorauit aſpera & grauia, fre-
quentius & abundantius ſuſtinebat, ſed profecto
aderat ei ſpirituſſanctus, qui in exteriori hominis
corruptione, interiorem renouaret de die in diẽ,
& guſtata requie ſpũali, in affluẽtia deliciarũ Dei,
in ſpe futuræ beatitudinis, omnia præſentia delini
ret, aſpera & grauia omnia releuaret. Ecce quam
ſuaue iugum Chriſti portabat, & quam leuem ſar
cinam, ut omnia illa quæ ſuperius enumerata, du- 2. Cor. 4
ra & immania omnis auditor horreſcit, leuẽ tri-
bulationem diceret, intuens interioribus & fideli-
bus oculis, quanto precio temporaliũ emenda ſit
futura uita, non pati labores æternos impiorũ, &
ſine ulla ſolicitudine perfrui æterna felicitate iuſto
rum. Secari & uri ſe homines patiuntur, ut dolo-
res non æterni, ſed aliquãto diuturnioris ulceris,
acriorum dolorum precio redimantur. In langui-
dæ & incertæ uacationis breuiſſima atq; ultima ui
ta, immaniſſimis bellis maius homo atteritur, plu-
ribus fortaſſe annis in laboribus inquietus, quã in
ocio quieturus. Quibus tempeſtatibus & procel-
lis, quam horribili & tremenda ſæuitia cœli & ma
ris importuni ſunt mercatores, ut diuitias uẽtoſas
acquirant, maioribus quam quibus acquiſitæ ſunt
periculis & tempeſtatibus plenas? Quos æſtus, quæ
frigora, quæ pericula ab equis, à foſſis, à p̃cipitijs,
à fluminibus, à feris perferunt uenatores? Quem
laborẽ eſuriendi & ſitiendi, quãtas uiliſſimi & ſor
didiſſimi cibi & potus anguſtias, ut beſtiã capiant?
Et interdũ nec ipſius beſtiæ carnes, propter quã
hæc tãta ſuſtinẽt, epulis neceſſariæ, quanquam &
ſi aper ceruusq; capit̃, magis ſuaue ſit uenãtis ani-
mo quia captus eſt, quam comedentis palato quia
coctus eſt. Quantis cruciatibus prope quotidiana
rũ plagarũ tenera ætas puerorum ſubditur? Quã
tis etiam ſcholis uigiliarũ & abſtinentiæ moleſtijs
exercentur, non propter diſcendam ſapiẽtiam, ſed
p̃pter opes honoriſq; uanitates, ut numeros & li-
teras & diſertas fallacias eloqui diſcãt? Sed in his
omnibus qui hæc non amant, eadem grauia pati-
untur. Qui uero amant, eadẽ quidem, ſed non gra-
uia pati uidentur. Omnia enim ſæua & immania, Rom. 8
prorſus facilia & prope nulla efficit amor. Quan-
to ergo certius ac facilius ad ueram beatitudinem
charitas facit, quod ad miſeriam, quãtum potuit,
cupiditas fecit? Quam facile toleratur quælibet ad
uerſitas temporalis, ut æterna pœna uitetur, æter-
na requies comparetur? Non immerito ille uas ele Pſalm. 16
ctionis cum ingenti lætitia dixit: Non ſunt condi
gnæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriam,
quæ reuelabit̃ in nobis. Ecce unde iugum illud ſua
ue eſt, & ſarcina leuis. Etſi anguſta ẽ paucis eligẽ-
tibus, facilis tamen oĩbus diligentibus. Dicit Pſal-
miſta: Propter uerba labiorum tuorum, ego cuſto
diui uias duras. Sed quæ dura ſunt laborãtibus, eiſ- 2. Cor. 4
dem ipſis miteſcunt amantibus. Propter quod ita
diuinæ pietatis diſpenſatione actũ eſt, ut interior
homo qui renouatur de die in diem, nõ adhuc ſub
lege poſitus, ſed iã ſub gratia exoneratus ſarcinis
innumerabilium obſeruationum, quod erat reue-
ra graue iugum, ſed duræ ceruici conueniẽter im-
poſitũ, facilitatẽ ſimplicis fidei, & bonæ ſpei, & ſan
ctæ charitatis, quicqd moleſtiarũ exteriori homi
ni forinſecus intuliſſet ille prĩceps, q miſſus eſt fo-
ras, interiore gaudio leue fieret. Nihil eñ tam fa-
cile eſt bonæ uoluntati, quàm ipſa ſibi, & hæc ſuffi-
cit

eſt deo. Quantumlibet ergo ſæuiat iſte mundus, ne
tiſſime angeli nato in carne dño clamauerũt: Glo-
Luc. 2 ria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonę
Matt. 11 uoluntatis. Quia q natus erat, ſuaue iugũ eius eſt,
1. Cor. 10 & ſarcina leuis, ſicut dicit Apoſtolus: Fidelis deus
qui nõ ſinit tẽtari nos ſuper id quod poſſumus fer-
re, ſed facit cũ tentatione etiã exitum, ut poſſimus
ſuſtinere. Conuerſi ad dñm deum patrem oĩpotẽ-
tem puro corde, ei, inquantũ poteſt paruitas no-
ſtra, maxĩas atq; ueras gratias agamus, precantes
toto animo ſingularem manſuetudinẽ eius, ut pre-
ces noſtras in beneplacito ſuo exaudire digneť.
Inimicũ q̃q; à noſtris actibus & cogitatiõibus ſua
uirtute expellat, nobis multiplicet fidẽ, mentẽ gu-
bernet, ſpũales cogitationes concedat, & ad beati
tudinẽ ſuam pducat, p Ieſum Chriſtũ Dñm noſtrũ
filium ſuum, qui cum eo uiuit & regnat in unitate
ſpũſſancti deus, per omnia ſecula ſeculorũ, Amen.

DOMINICA IN SE-
ptuageſima, Matt. XX.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis
ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnũ cœ
lorum homini patrifamiliàs, qui exijt pri-
mo mane conducere operarios in uineam
ſuam. Et reliqua. Homilia B. Gregorij Pa
pæ, habita ad tres fontes.

IN explanatiõe ſua multa ad loquendũ ſctĩ e-
uangelij lectio poſtulat, q̃ nolo, ſi poſſum ſub
breuitate pſtringere, ne uos & extẽſa pceſ-
ſio, & plixa expoſitio uideať onerare. Regnũ
cœlorũ hoĩ patriſfamilias ſimile diciť, q ad ex
colendã uineã ſuã oparios cõducit. Quis uero pa-
triſfamiliàs ſimilitudinẽ rectius tenet, q̃ conditor
noſter, qui regit quos cõdidit, & electos ſuos ſic
in hoc mũdo poſſidet, q̃ſi ſubiectos dñs in domo?
Qui habet uineã, uniuerſam ſcilicet eccleſiã, quæ
ab Abel iuſto uſq; ad ultimũ electũ, qui in fine mũ
di naſciturus eſt, q̃t ſanctos ptulit, quaſi tot pal-
mites miſit. Hic itaq; paterſamiliàs ad excolendã
uineam ſuam mane, hora tertia, ſexta, nona & un-
decima oparios conducit, qui à mundi huius ini-
tio uſq; in finem ad erudiendam plebem fidelium p-
dicatores cõgregare non deſiſtit. Mane etenĩ mun
di fuit ab Adã uſq; ad Noe: hora uero tertia, à Noe
uſq; ad Abrahã: ſexta q̃q; ab Abrahã, uſq; ad Mo-
ſen: nona autem à Moſe uſq; ad aduentũ Dñi. Vn-
decima uero ab aduentu Dñi uſq; ad finem mũdi,
in qua pdicatores ſancti apoſtoli miſſi ſunt, q mer-
cedẽ plenã, etſi tarde uenientes, acceperunt. Ad eru
diendã ergo dñs plebem ſuã, quaſi ad excolendam
uineã ſuã, nullo tpe deſtitit oparios mittere, quia
& prius p patres, & poſtmodũ per legis doctores
& prophetas, ad extremum uero p apoſtolos, dũ
plebis ſuæ mores excoluit, quaſi per operarios in
uineæ cultura laborauit: quamuis in quolibet mo-
dulo uel menſura, quiſquis cum fide recta bonæ p-
dicator actionis extitit, huius uineæ oparius fuit.
Opator ergo mane hora tertia, ſexta & nona, an-
tiquus ille & Hebraicus populus deſignať, qui in
electis ſuis ab ipſo mundi exordio dum recta fide
deum ſtuduit colere, quaſi non deſtitit in cultura
uineæ laborare. Ad undecimã uero Gentiles uocã
tur, quibus & diciť: ¶ *Quid hic ſtatis tota die ocioſi?*
Qui enim in tranſacto tam longo mũdi tempore
pro uita ſua laborare neglexerant, q̃ſi tota die o-
cioſi ſtabant. Sed pẽſate fratres qd inquiſiti reſpõ

deant. ¶ *Dicant ei, Quia nemo nos conduxit.* Nullus
quippe ad eos patriarcha, nullus propheta uene-
rat. Et quid eſt dicere, ad laborem nemo nos con
duxit, niſi quia uitæ nobis uias nullus prædicauit?
Quid ergo nos à bono opere ceſſantes, in excuſa-
tione noſtra dicturi ſumus, qui pene à matris ute-
ro ad fidem uenimus? qui uerba uitæ ab ipſis cuna
bulis audiuimus? qui ab uberibus ſanctæ eccleſiæ
potum ſanctæ prædicationis ſumpſimus cũ lacte
carnis? Poſſumus uero & eaſdẽ diuerſitates hora-
rum etiã ad unumquẽq; hominẽ per ætatũ momẽ-
ta diſtĩguere. Mane quippe, intellectus noſtri pueri-
tia eſt: hora aũt tertia, adoleſcentia intelligi põt,
qa quaſi iam ſol in altum proficit, dũ calor ætatis
creſcit: ſexta uero iuuentus eſt, quia uelut in cẽtro
ſol figiť, dũ in ea plenitudo roboris ſolidať: nona
aũt, ſenectus intelligitur, in q̃ ſol uelut ab alto axe
deſcendit: qa ea ætas à calore iuuẽtutis deficit: un-
decima uero hora, ea ẽ ætas, quæ decrepita uel ue
terana dicitur. Vnde Græci ualde ſeniores non ge
rontas, ſed pſbyteros appellãt, ut plus q̃ ſenes eſ-
ſe inſinuent, q̃s prouectiores uocãt. Quia ergo ad ui
tam bonã alius in pueritia, alius in adoleſcẽtia, ali
us in iuuẽtute, alius in ſenectute, alius in decrepita
ętate pducitť, quaſi diuerſis horis oparij ad uineam
uocanť. Mores ergo ueſtros fratres aſpicite, & ſi
iã dei oparij eſtis, uidete. Penſet unuſq;q; quid a-
gat, & cõſideret ſi in dei uinea laboret. Qui enim
in hac uita ea quæ ſua ſunt quęrit, adhuc ad dñi ui
neam nõ uenit. Illi nanq; dño laborãt, qui nõ ſua,
ſed lucra dñica cogitãt: qui zelo charitatis, ſtudio
pietatis inſeruiũt, animabus lucrandis inuigilant,
pducere & alios ſecum ad uitã feſtinãt. Nã ſibi ui-
uit, qui carnis ſuæ uoluptatibus paſciť: & recte o-
cioſus redarguiť, quia fructũ diuini operis non ſe-
ctatur. Qui uero, & uſq; ad ætatem ultimã deo ui-
uere neglexit, quaſi uſq; ad undecimã ocioſus ſte-
tit. Vnde recte uſq; ad undecimã torpentibus di-
citur: Quid hic ſtatis tota die ocioſi? ac ſi apte di-
cať: Etſi deo uiuere in pueritia & in iuuentute nõ
uoluiſtis, ſaltem in ultima ætate reſipiſcite, & ad ui-
tæ uias, cum iam multũ laboraturi nõ eſtis, uel ſe-
ro uenite. Et tales ergo paterſamilias uocat, & ple
runq; añ remuneranť, quia prius ad regnũ de cor-
pore exeũt, q̃ hi qui iam in pueritia uocati eſſe ui-
debanť. An non ad undecimã uenit latro? q etſi nõ
habuit p ętatẽ, habuit tñ ſero p pœnã, q & Deũ in
cruce cõfeſſus ẽ, & pene cũ uoce ſentẽtię ſpũm ex-
halauit uitę. ¶ A nouiſſimo aũt reddere denariũ pa
terſamilias cępit, qa ad paradiſi requiẽ prius latro
nẽ q̃ Petrũ pduxit. Quãti patres añ legẽ, quãti ſub
lege fuerũt, & tñ hi qui in dñi aduẽtu uocati ſunt,
ad cœlorũ regnũ ſine aliqua tarditate puenerunt.
Eundẽ ergo denariũ accipiunt, qui laborauerũt ad
undecimam, quẽ expectauerunt toto deſiderio, q
laborauerunt ad primam, quia ęqualem uitę ęter-
næ retributionem ſortiti ſunt cum his qui a mun-
di initio uocati fuerant, hi qui in mundi termino
ad fidem uenerunt. Vnde & hi qui in labore pceſ-
ſerunt, murmurantes dicunt: ¶ *Hi nouiſſimi una ho-
ra fecerunt, & pares nobis illos feciſti, qui portauimus põ
dus diei & æſtus.* Pondus ſiquidem diei & æſtus por
tauerunt hi quos à mundi initio, quandiu hic con-
tingit uiuere, neceſſe etiam fuerat lõgiora carnis
tentamenta tolerare. Vnicuique enim pondus di-
ei & æſtus ferre, eſt per longioris uitæ tpa, carnis
ſuæ calore fatigarí. Sed quæri poteſt, quomodo
murmuraſſe dicti ſunt, qui ſaltem ſero ad regnum
uocan-

uocantur. Cœlorum enim regnum nullus murmurãs accipit: nullus qui accipit, murmurare poteſt. Sed quia antiqui patres uſq; ad aduentum Domini quantumlibet iuſte uixerint, ducti ad regnum non ſunt, niſi ille deſcẽderet, qui paradiſi clauſtra hominibus interpoſitione ſuæ mortis aperiret. Eorum ergo hoc ipſum murmuraſſe eſt, quod & recte pro percipiendo regno uixerunt & tam diu à percipiendo dilati ſunt. Quos enim poſt peractam iuſtitiam inferni loca, quanuis tranquilla, ſuſceperunt, eis profecto & laboraſſe fuit in uinea, & murmuraſſe. Quaſi ergo poſt murmurationem denarium accipiunt, qui poſt longa inferni tẽpora ad gaudia regni peruenerũt. Nos autem qui ad undecimam horam uenimus poſt laborem, non murmuramus & denariũ accipimus: quia poſt mediatoris aduentum in hoc mundo uenientes ad regnũ ducimur mox ut de corpore eximus, & illud ſine mora percipimus, quod antiqui patres cũ magna percipere dilatione meruerunt. Vnde & ijſdẽ paterfamiliás dicit: ¶ *Volo & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.* Et quia ipſa regni perceptio eius eſt bonitas uoluntatis, recte ſubiungit: ¶ *An non licet mihi quod uolo facere?* Stulta enim quæſtio eſt hominis contra benignitatem dei. Conquerẽdum quippe eſſet, non ſi daret quod non deberet, ſed ſi non daret, quod debuerit. Vnde apte ſubditur: ¶ *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Nemo aũt ſe de opere, nemo de tempore ſe extollat, cum hac expleta ſententia ſubſequenter ueritas clamet. ¶ *Sic erunt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi.* Ecce enim etſi iam ſcimus, quæ uel quanta bona egimus, adhuc ſupernus iudex qua ſubtilitate hæc examinet ignoramus. Et quidem gaudendum cuiq; ſommopere eſt, in regno dei eſſe uel ultimum. Sed poſt poſt hæc terribile eſt ualde quod ſequitur: ¶ *Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi.* Quia & ad fidem multi ueniunt, & ad cœleſte regnum pauci perducuntur. Etenim ad hodiernam feſtiuitatem quam multi cõuenimus, eccleſiæ parietes implemus, ſed tamen quis ſciat quam pauci ſunt qui in illo electorum Dei grege numerentur? Ecce uox omnium Chriſtum clamat, ſed uita omnium non clamat. Pleriq; Deum uocibus ſequuntur, moribus ſugiũt. Hinc etenim ad Titum Paulus dicit: Qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Hinc Iacobus ait: Fides ſine operibus mortua eſt. Hinc per Pſalmiſtam dominus dicit: Annunciaui & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. Vocãte autem domino, ſuper numerum multiplicantur fideles, quia nonnunquam etiam hi ad fidem ueniunt, qui ad electorum numerum non pertingunt. Hic enim fidelibus per confeſſionem admixti ſunt, ſed propter uitam reprobam illic numerari in ſorte fidelium non merentur. Hoc ouile ſanctæ eccleſiæ hœdos cum agnis recipit. Sed atteſtante euãgelio cum iudex uenerit, bonos à malis ſeparat, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Neq; etenim poſſunt qui hic carnis ſuæ uoluptatibus ſeruiunt, illic in ouiũ grege numerari. Illic eos à ſorte humilium iudex ſeparat, qui ſe hic in ſuperbiæ cornibus exaltant. Regnum cœlorum percipere nequeunt, qui hic in cœleſti fide poſiti, toto deſiderio terrena quærunt. Et multos tales intra eccleſiam fratres chariſſimi cernitis. ſed eos nec imitari nec * deſpicere debetis. Quid enim ſit hodie, aſpicitis: ſed quid cras futurum ſit unicuiq;, neſcitis. Plerunque & qui poſt nos uenire cernitur, per agilitatem nos boni operis antecedit, & uix eum cras ſequimur, quem hodie præire uidebamur. Ecce cum Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidantium ueſtimenta ſeruabat. Omnium ergo manibus ipſe lapidauit, qui ad lapidãdum omnes exertos reddidit, & tamen eundem ipſum in ſancta eccleſia laboribus anteceſſit, quem perſequendo martyrẽ fecit. Duo ergo ſunt, quæ pẽſare ſollicite debemus. Quia enim multi uocati, ſed pauci electi ſunt, primum eſt, ut de ſe quiſq; minime præſumat, quia etſi iam ad fidem uocatus ſit, utrum perenni regno dignus ſit neſcit. Secundum uero eſt, ut unuſquiſq; proximum quem fortaſſe iacere in uitiis cõſpicit, deſperare non audeat, quia diuinæ miſericordiæ diuitias ignorat. Rem fratres quæ nuper contigit refero, ut ſi nos peccatores ex corde eſſe conſpicitis, omnipotentis Dei miſericordiam amplius ametis. Præſenti anno in monaſterio meo, quod iuxta beatorum martyrum Iohannis & Pauli eccleſiam ſitum eſt, frater quidam ad conuerſionem uenit, deuote ſuſceptus eſt, ſed ipſe deuotius conuerſatus. Hunc ad monaſterium frater ſuus corpore, nõ corde ſecutus eſt. Non ualde conuerſationis uitam & habitum deteſtans, in monaſterio ut hoſpes habitabat, & monachorum uitam moribus ſugiens, recedere à monaſterij habitatione non poterat, quia uel quid ageret, uel unde uiueret, non habebat. Erat prauitas eius cunctis oneroſa: ſed hunc omnes æquanimiter pro fratris eius amore tolerabant. Nam ſuperbus & lubricus, ſi qua poſt hoc ſeculum uita ſequeretur, neſciebat. Irridebat uero, ſi quis illi hanc prædicare uoluiſſet. Itaq; cum habitu ſeculari uiuebat in monaſterio, uerbis leuis, nutibus inſtabilis, mente tumidus, ueſte compoſitus, actione diſſipatus. Menſe autem Iulio nuper elapſo, huius quam noſtis peſtilentiæ clade percuſſus eſt. Qui ad extremum ueniens, urgeri cœpit ut animam redderet. Et ultima iam corporis parte præmortua, uitalis uirtus in ſolo pectore & lingua remanſerat. Fratres aderant, eiuſq; exitũ inquantum Deo largiente poterant, oratione tuebãtur. At ille ſubito ad deuorandum ſe draconem uenire cõſpiciens, magnis cœpit uocibus clamare, dicens: Ecce draconi ad deuorandum datus ſum, propter ueſtram autem præſentiam deuorare me nõ poteſt. Quid mihi moras facitis? Date locum, ut ei deuorare me liceat. Cumq; hunc fratres ut ſignũ ſibi crucis imprimeret admonerent, reſpondebat uirtute qua poterat, dicens: Volo me ſignare, ſed non poſſum, quia à dracone premor. Spumæ oris eius faciem meã liniunt, guttur meum ore eius ſuffocatur. Ecce ab eo brachia mea comprimuntur, qui & caput meum in ſuo ore abſorbuit. Cũq; hæc pallens & tremens & moriens diceret, cœperunt fratres uehementius orationibus inſiſtere, & oppreſſum draconis pſentia, ſuis pcibus adiuuare. Tũ repẽte liberatus magnis cœpit uocibus clamare, dicẽs: deo grãs, ecce diſceſſit, ecce exijt, añ orationes ueſtras fugit draco qui me acceperat. Mox autẽ ſeruiturum ſe Deo & eſſe monachum deuouit, atq; à tempore illo nunc uſq; febribus premitur, doloribus fatigatur. Morti quidẽ ſubtractus eſt, ſed adhuc plenius uitę reſtitutus non eſt. Quia enim longis & diuturnis iniquitatibus preſſus eſt, longo languore fatigatur, & durũ cor ignis purgationis durius concremat: quia diuina diſpenſatione agitur, ut prolixiora uitia ægritudo plixior exurat. Quis unquam illum ſeruari ad conuerſionem crederet?

Tit. 1 — Iacob. 2 — Pſal. 39 — Matt. 25 — * deſperare — Actu 7

deret? Quis tantam dei miſericordiam conſidera-
re ſufficiat? Ecce iuuenis prauus draconem uidit
in morte, cui ſeruiuit in uita, nec uidit ut uitā fun-
ditus perderet, ſed ut cui ſeruierat ſciret, ſciendo
reſiſteret, ipſumq́ reſiſtendo ſuperaret, & cum à
quo non uidēs prius tenebatur, uidit poſtea ne tene-
retur. Quæ ergo lingua narrare uiſcera diuinæ mi-
ſericordiæ ſufficiat? Quis ſpiritus ad tantæ pieta-
tis diuitias nō obſtupeſcat? Has diuinæ pietatis di-
uitias cōſiderauit Pſalmiſta cum diceret: Adiutor
Pſal. 58 meus tibi pſallam, quia tu deus ſuſceptor meus es,
deus meus, miſericordia mea. Ecce perpendens in
quibus laboribus humana ſit uita conſtituta, deum
appellauit adiutorem. Et quia à tribulatione præ-
ſenti in requiem æternā nos ſuſcipit, appellat eti-
am ſuſceptorem. Sed conſiderans, quod mala no-
ſtra aſpicit & portat, culpas noſtras tolerat, & ta-
men nos per patientiā ad præmia reſeruat, noluit
deum miſericordē dicere, ſed hunc ipſam miſeri-
cordiam uocauit, dicens: Deus meus, miſericordia
mea. Reuocemus ergo ante oculos mala quæ feci-
mus, penſemus ex quanta dei benignitate tolera-
mur, conſideremus quæ ſunt pietatis eius uiſcera,
ut non ſolum culpas indulgeat, ſed cœleſte regnū
pœnitētibus etiam poſt culpas promittat, atq́ ex
omnibus medullis cordium dicamus ſinguli, dica-
mus oēs, deus meus, miſericordia mea. Tu autem.

DE EADEM DOMINICA SERMO
beati Iohannis Chryſoſtomi, quomodo pri-
mus homo toti prælatus ſit creaturæ.

Dignitas humanæ originis facile agno-
ſcitur, cōſiderata ſublimitate autoris.
Neque enim facile poterat eſſe uel le-
ue, quod manus ſacra confinxit, & cœ-
leſtis manus in uitalem ſubſtantiā ani-
mauit, maxime cum idem artifex deus poteſtatē
ſuam in omnē fabricam eidem homini fuerat tra-
diturus, ut quem ſecundum præſidē poſt ſe facere
diſponebat, eundum faceret plenum atq́ perfectū,
habentem in ſe & dignitatē qua præcelleret, & po
teſtatem qua cunctis animantibus imperaret, ſoli
ſeruiens illi, à quo ei cūcta fuerāt ſubiugata, ut im-
peraret mūdo, ſeruiret deo, creatorem ſuſpiceret,
creaturam ſibi parere compelleret, tātumq́ ditio-
nis ſeſe domino debere proſpiceret, quātum ipſe à
creatura exigeret, habens in propria poteſtate &
obedientiam & contemptum: obedientiam qua ui-
ueret, cōtemptū quo digne pro meritis interiret,
Vnde effectum eſt, ut contemnendo mortem inci-
deret, q obediēdo uiuere poſſet. Vnde poteſtatem
conceſſam dum in contemptū protulit, & uitæ pri-
uilegium perdidit, & mortis ſibi ſentētiam acqui-
ſiuit. Et tamen adhuc creatura eius ſeruat imperi-
um, licet ipſe creatori ſuo denegaret obſequium.
Vnde apparet qd ſuæ felicitati detraxerit, cū pec-
catorum merita eius ſtatum adhuc mutare nō poſ-
ſunt. Grauaris homo, iuſte grauaris, & inexcuſabi-
li pœna aſtringeris. Contemnis creatorem, & eius
imperas creaturæ. Deſpicis Dominum, & de eius
creatura exigis obſequium. Beneficijs dei perfrue-
ris, & eius potentiam non extimeſcis. Et cum tibi
per eū cuncta deſeruiant, ſolus ipſe illi non ſeruis.
Bis delinquis o homo, & geminū ac duplex crimē
incurris, dū nec pro cōditione ut ſeruus obſeque-
ris, nec pro poteſtate data domino famularis. Tibi
cœlum in die lucis ſplēdore ueſtitur, & ſolis fulgo-
ribus decoratur, in nocte clariſſimo lunæ ſpeculo
& aſtrorū fulgore uario polus ipſe illuſtratur, ut
diei noctisq́ uiciſſitudine & numeroſitas tēporū
dignoſcatur, & poſt diurnum laborem requies mi-
ſeris mortalibus præbeatur. Tempora alternis ui-
cibus immutantur, frondeſcunt ſyluæ, amœnātur
campi, prata uireſcūt, animantia cūcta diuerſis uſi-
bus procreata edunt fœtus, parent imperio, obſe-
quia ſeruant, ſcatent fontes, amnes fluunt, inſtitutis
terminis maria coercentur. Gaudet poſt hyemem
uerna temperies, æſtatis flagrantia decoquit meſ-
ſes, autūnitas temulenta ſuas exhibet ubertates:
hyeme * macerātur imbribus terræ: ſuis inſtitutis maritant
cuncta deſeruiūt, ſolus homo deo nō ſeruit. Quid
ſi tibi uniuerſa natura conſtāter diceret? ego tibi
à domino rerum parere præcepta ſum: ego circa
te iuſſa implere, inſtituta ſeruare, naſcētia cuncta
tribuere genitoris imperio iuſſa ſum: deniq́ pa-
reo, obtempero, ſeruio, & te mutato non mutor.
Pareo inquam rebelli, obtempero procaci, deſer-
uio contemptori. Cæterum ſi mihi inſtituta muta-
re, iuſſa peruertere, neceſſaria denegare rerū do-
minus præcepiſſet: creatura cuncta uiduata homi-
ne remaneret: nec qui contemneret, ulterius eſſet:
quia cōtemptor homo digne ac merito interiret.
Deniq́ quiſquis talis es, qui in hoc contemptu cō-
ſiſtis, qui creaturæ imperas, & creatori non ſeruis,
qui dominatum exerces, & dominum non agno-
ſcis, time dominum patientem, ne ſeuerum ſentias
iudicem. Corrigat te dilatio differentis, ne cenſu-
ra puniat iudicantis. Facile enim obſequio tuo fa-
cies deum propicium, ſi conuerſus iam mutaueris
uitium. Vſuratum enim redditur, quicquid dilatio-
ne temporis fœneratur: nec eſſe iam poterit im-
punitum, cui mora tēporis nō potuit dare reme-
dium. Quid retribuam domino? Si humana condi-
tio genitori quid debeat, noſcat, atq́ ſi eius benefi-
ciorum innumeram multitudinē momentis omni-
bus tractādo intelligat, inueniet ſuæ ſeruitutis ob-
ſequia continuis laudibus iugi gratulatione æqua-
re nō poſſe. Neq́ enim beneficia ab eo præſtita at-
que collata, uel modū poterunt habere, uel nume-
rum, certe nec terminum, quippe cum nec ſenſus
ad inueſtigandū ſufficiat, nec ſcientia ſuppetat ad
laudandum. Immenſitas enim beneficiorum ſupe-
rat cogitationes ſenſuum, & innumera multitudo
donorum uincit uolubilitatem uerborum. Nec ſi
totum uitæ tempus oris obſequia occupent, lau-
des teneant, gratiarum actiones inſiſtant, poteris
penſare quod debes. Qua in re dāda nobis eſt ope-
ra, ut totis uiribus deuotio mentis in diuina obſe-
quia exerceatur, & laudum glorias os noſtrum per
omne tempus frequentare cogatur, nō quo in iſtis
debita compenſentur, ſed ut noſtræ deuotionis uo-
luntas his conatibus dignoſcatur, ut quicquid fra-
gilitas detrahit ad complendum, hoc deuotio con-
ferat ad promerendum: ut iam quia uis, non quia
perficis expungaris: nec quia debita compenſas,
ſed quia parere deſideras. Velle enim ipſum expū-
gitur, quia per immenſitatem rerum idipſum qđ
cupimus explicare non datur. Quid retribuam, in-
quit, domino pro omnibus quæ mihi retribuit? Pſal. 115
Quærit propheta ſanctiſſimus, quibus meritis be-
neficia diuina compenſet, quo famulatus genere
munera percepta coæquet, quibus obſequijs tan-
tis poſſit muneribus reſpōdere, quo ſeruitutis ge-
nere innumera debeat dona, & infinita beneficio-
rum genera comparare. Sit licet excellens homi-
num meritum, ſit naturæ iura conſeruans, ſit le-
gum iuſſis obtemperans, impleat fidem, iuſtitiam
m teneat,

illis iuuenibus dicitur, qui ſic in adoleſcentia uixerunt, ut inde in iuuẽtute nõ erubeſcant. Inde quoque Salomon difficile eſſe dicit, cognoſcere uiã hominis in adoleſcẽtia ſua. Hinc eſt q̃d per Eſaiã prophetam his qui habitabant in terra auſtri dñs pręcipit, ut cum pane & aqua occurrerent illis qui ueniebant de terra aquilonis, & fugiebant de Babylonis captiuitate. Fugiebãt em̃ à facie gladij imminẽtis, à facie arcus extẽti, & à facie grauis ꝓlij. Talibus igit̃ cũ cibo & potu ſpirituali occurrere debemus, quos diabolũ ꝑſequentẽ fugere, & per pœnitẽtiã ad Eccleſiã redire uidemus. Sed q̃d dicemus de illis impedimẽtis, quę in ipſo portarũ introitu, & quũ iam ſe euaſiſſe putant adoleſcentes patiuntur? Dicit enim Ezechiel propheta: Conuerti me ad portã quæ reſpicit ad aquilonem, & ecce mulieres ſedebãt ibi plãgentes adonidem. Vides igitur quia in porta aquilonis ſedẽt meretrices. Veneris luxuriæq́ amores plãgentes & amatoria carmina componentes. Hæc ſunt igitur & ſimilia, quibus adoleſcentes impediuntur, ne in uinea Dei laborare, & in templum intrare & orare ualeant. Vnde non immerito ſacri Canones, niſi tranſacta hac ætate, epiſcopos & ſacerdotes fieri interdicit. Sequitur: *Cum ſero aũt factũ eſſet, dixit dominus uineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedẽ incipiẽs a nouiſſimis uſque ad primos.* Sero enim unicuiq; fit, quando ultimum diem cum uita finit. Dei uero procuratores angeli ſunt, qui ſanctorum animas deo repræſentant, & in requiem inducũt. De quibus Apoſtolus. Omnes enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatẽ capiunt ſalutis. Fit autẽ plerumq; ut illi q poſterius ueniũt, primi denariũ & mercedẽ recipiãt: quoniã ſæpe contingit, ut primi de hac uita exeant, qui poſterius laborare deo & ſeruire incipiũt. Primus enim denarium recipit, q primus de hac uita exit. Multi enim ſanctorum eadẽ die qua crediderũt, de hoc mũdo ꝑ martyriũ exierũt. Iſti igitur una & ultima hora in dei uinea laborãtes, prius ſuſceperũt denariũ, quã illi q à primæua ætate deo ſeruiẽtes, & poſt eos de hoc ſeculo exeũtes, ſicut prius laborare cœperũt, ita poſt eos denarios ſuſceperũt. Fit igitur aliquando (etſi nõ ſemꝑ) in Eccleſia Dei, quod in uinea patrisfamilias factũ fuiſſe narrat̃, ut uidelicet primi ſint nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Hoc aũt q̃a non ſemper fit, ideo in principio huius ſimilitudinis dñs ait: Multi aũt erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Si enim ſemper hoc fieret, non multos, ſed omnes dixiſſet. Sic igitur multi nouiſſimi & in mercede ſuſcipiẽda honorãtur, & in pretio nõ minorãtur. Vnde & cæteri murmurantes dicũt: *Hi nouiſſimi una hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus?* Quos quidẽ digne ſatis dñs redarguit, dum uni eorum reſpondit, dicẽs: *Amice nõ facio tibi iniuriam: nonne ex denario cõueniſti mecũ? Tolle quod tuum eſt, & uade. Volo aut̃ & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Hæc autẽ non ideo dicitur, ut de prouentu aliorũ ſanctos murmurare, uel nequam & inuidos oculos habere intelligere debeamus: ſed potius murmurationis & inuidiæ malum quantum ſit intelligamus & caueamus. Magnum enim uitium eſt, quod tantopere à Domino redarguitur. Vnde & Apoſtolus ait: Neq; murmurauerítis, ſicut quidẽ eorũ murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Multoties em̃ Iudæi murmurauerũt, multoties & propter murmurationem perierunt. Sancti quidem & boni ſunt quicunq; hunc denarium accipiunt. Hunc aũt accipiunt & primi & nouiſſimi. Primi igitur & nouiſſimi ſi boni ſunt, quomodo murmurare poſſunt? q̃modo nequã & inuidos oculos habent? Tales igit̃ iſti nõ ſunt, & ne tales fiant illorum exẽplo admonentur. Bonũ eſt enim in hac uinea laborare, ſed malũ eſt murmurare. Laboremus igitur, nec murmuremus. Illorũ reprehenſio ſit noſtra correptio. Alterum nos inuitat ad bonum, alterũ diſſuadet à malo. Iſtorum enim labor & remuneratio nos inuitat ad bonum: illorũ uero murmurationis reꝓhenſio nos à murmuratione cõpeſcit. In utroq; igitur cõſulit nobis dñs, dũ nos in altero laborare admonet, in altero uero murmurare diſſuadet. Quod autẽ ſequitur, *Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi.* Valde paucos eſſe oſtendit eos q ſaluantur ad cõparationem eorũ, qui per ſingulas horas uocantur. Suſcipiunt igitur denarium & primi & nouiſſimi: ſed neq; omnes primi, neq; omnes nouiſſimi: quia multi uocantur, & ad uineæ laborem inuitantur, qui neq; inter primos neque inter nouiſſimos connumerantur. Vnde Pſalmiſta, Annunciaui & loquutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. Multi enim ad uineam & fidem uocati ſunt, qui ad uitam prædeſtinati non ſunt.

DOMINICA IN Sexageſima, Luc. VIII.

In illo tempore, Cum turba plurima cõueniret, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum, dixit per ſimilitudinem: Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et reliqua,

Homilia beati Gregorij papæ.

LEctio ſancti euangelij, quam modo audiuimus fratres chariſſimi, expoſitione nõ indiget, ſed admonitiõe. Quã enim ꝑ ſemetipſam ueritas expoſuit, hanc diſcutere humana fragilitas non ꝓſumat. Sed eſt quod ſolicite in hac ipſa expoſitione dominica penſare debemus, quia ſi nos uobis ſemẽ uerbum, agrum mundũ, uolucres dæmonia, ſpinas diuitias ſignificare diceremus, ad credẽdum nobis mẽs forſitã ueſtra dubitaret. Vnde & idem dñs per ſemetipſum dignatus eſt exponere q̃d dicebat, ut ſciatis rerũ ſignificationes quęrere in his etiã quę per ſemetipſum noluit explanare. Exponẽdo ergo q̃d dixit, figurate ſe loq̃ innotuit, quatenus certos nos redderet, cũ uobis noſtra fragilitas figuras uerborũ illius aperiret. Quis enim mihi unq̃ crederet, ſi ſpinas diuitias interpretari uoluiſſem, maxime cũ illæ pungant, iſtæ delectẽt? Et tamẽ ſpinę ſunt, quæ cogitationũ ſuarũ punctionibus mentẽ lacerãt, & cũ uſq; ad peccatũ pertrahũt, quaſi inflicto uulnere cruentant. Quas bene in hoc loco, alio euangeliſta teſtante, nequaq̃ dñs diuitias, ſed fallaces diuitias appellat. Matt. 13 Fallaces em̃ ſunt, quę nobiſcũ diu permanere non poſſunt. Fallaces ſunt, quę mẽtis noſtræ inopiam non expellunt. Solæ autem diuitiæ ueræ ſunt, quæ nos diuites uirtutibus faciunt. Si ergo fratres chariſſimi, uere diuites eſſe cupitis, ueras diuitias amate. Si culmẽ ueri honoris quæritis, ad cœleſte regnũ tendite. Si gloriam dignitatũ diligitis, in illa ſupna angelorũ curia adſcribi feſtinate. Verba dei q̃ aure ꝑcipitis, mẽte retinete. Cibus em̃ mẽtis eſt ſermo dei. Et q̃ſi acceptus cibus ſtomacho lãguente reijcit̃, q̃ſi auditus

ſermo in uentre memorię non tenetur. Sed qſquis
alimenta non retinet, huius profectò uita deſpera
tur. Aeternę ergo mortis pericula formidate, ſi ci
bum quidē ſanctæ exhortationis accipitis, ſed uer
bauitæ, id eſt, alimenta iuſtitię in memoria nō te
netis. Ecce tranſijt omne quod agitis, & ad extre-
mum iudicium ſine ulla momenti interpoſitione
quotidie uolentes nolenteſq; ꝓperatis. Cur ergo
amatur quod relinqtur? Cur illud negligitur quo
peruenitur? Mementote q̃d dicitur: Si quis habet
aures audiendi, audiat. Oēs enim qui illic aderant,
aures corporis habebant. Sed qui cūctis aures ha
bentibus, ſi quis aures audiēdi habes, audiat, dicit,
aures proculdubio cordis requirit. Curate ergo, ut
acceptus ſermo in cordis aure remaneat: curate, ne
ſemen iuxta uiam cadat, ne malignus ſpiritus ueni
at, & à memoria uerbum tollat. Curate, ne petro-
ſa terra ſemen excipiat, & fructū boni operis ſine
perſeuerātiæ radicibus mittat. Multis enim libet
quod audiūt boni opis initia proponūt, ſed mox
ut fatigari aduerſitatibus cœperint, inchoata dere
linquunt. Petroſa ergo terra humorem non habu-
it, quia hoc quod germinauerat, ad fructum per-
ſeuerantiæ non perduxit. Multi nanq; cum uerbū
contra auaritiam audiunt, eandem auaritiam dete
ſtantur, rerum omnium contemptum laudāt: ſed
mox ut uiderit animus quod concupiſcat, obliuiſci
tur quod laudabat. Multi cum uerbum cōtra luxu
riam audiunt, pollutiones carnis non ſolum perpe
trare non appetunt, ſed etiam perpetratas erube-
ſcūt: ſed mox ut carnis ſpecies eorum oculis appa-
ret, ſic mens ad deſiderium rapitur, ac ſi adhuc ab
ea nihil ſit contra hęc eadem deſideria deliberatū,
& damnanda agit, quæ quicquid egiſſe ſe meminit,
iam & ipſa damnauit. Sæpe etiam cōtra culpas cō
pungimur, & tamen poſt fletū ad culpas redimus.
Sic Balaam Iſraelitici populi tabernacula cōtēpla
tus fleuit, ſibiq; ſe ſimilē fieri in morte depopoſcit,
Num. 23. dicens: Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fi
ant nouiſſima mea horum ſimilia. Sed mox ut ho-
ra compunctionis tranſijt, in auaritiæ nequitiam
exarſit. Nam propter promiſſa munera in eius po
puli mortem conſilium dedit, cuius morti ſe ſimi-
lem fieri optauit, & oblitus eſt quod planxerat,
cum extinguere noluit, quod per auaritiam arde-
bat. Notandum uero eſt, quod exponēs dominus
dicit: quia ſolicitudines & uoluptates & diuitię ſuf
focant uerbum. Suffocant enim, quia importunis
cogitationibus ſuis guttur mentis ſtrangulant, &
dum bonum deſiderium intrare ad cor nō ſinunt,
quaſi aditum flatus uitalis necant. Notandum eti-
am quod duo ſunt quæ diuitijs iūgit, ſolicitudines
uidelicet & uoluptates: quia profectò & per curā
mentem opprimunt, & per affluentiam reſoluūt.
Re enim contraria poſſeſſores ſuos & afflictos, &
lubricos faciunt. Sed quia uoluptas cōuenire cum
afflictione nō poteſt, alio quidem tempore per cu
ſtodiæ ſuæ ſolicitudinem affligunt, atque alio per
abundantiam ad uoluptates emolliunt. Terra au-
tem bona fructum per patientiam reddit, quia ſci
licet nulla ſunt bona quæ agimus, ſi non æquani-
miter etiam proximorum mala toleramus. Quāto
enim quiſq; altius profecerit, tanto in hoc mundo
inuenit quod durius portet: quia cum à præſenti ſe
culo mentis noſtræ delectatio deficit, eiuſdē ſecu
li aduerſitas creſcit. Hinc eſt enim quod pleroſq;
cernimus & bona agere, & tamen ſub graui tribu
lationum faſce deſudare. Terrena nanq; deſideria
fugiūt, & tamē flagellis durioribus fatigātur. Sed
iuxta dñi uocē fructū p patientiam reddunt, quia
cū humiliter flagella ſuſcipiūt, poſt flagella ad re-
quiem ſublimiter ſuſcipiunt. Sic uua calcibus tundi
tur, & in uini liquorē liquat. Sic oliua cōtuſionibus
exp̄ſſa, amurcam ſuā deferit, & in olei liquorē pin-
gueſcit. Sic per triturā areæ à paleis grana ſepara
tur, & ad horreum purgata pueniūt. Quiſqs ergo
appetit plene uitia uincere, ſtudeat humiliter pur
gationis ſuę flagella tolerare, ut tāto poſt ad iudi
cē mūdior ueniat, quāto nunc eius rubiginē ignis
tribulationis purgat. In ea porticu quę eūtibus ad
eccleſiā B. Clemētis eſt pula, fuit quidā Seruulus
noie, quē multi ueſtrum mecū nouerūt, rebus pau-
per, meritis diues, quē lōga egritudo diſſoluerat.
Nam à primęua ætate uſq; ad finē uitæ paralyti-
cus iacebat. Quid dicā? qa ſtare nō poterat, q nun-
q̃ in lecto ſuo ſurgere uel ad ſedendū ualebat, nū
q̃ manū ſuā ad os ſuū ducere, nunq̃ ſe potuit in la-
tus aliud declinare. Huic ad ſeruiendū mater cum
fratre aderat, & quicquid ex eleemoſina potuiſſet
accipere, hoc eorū manibus pauperibus erogabat.
Nequaquam literas nouerat, ſed ſcripturę ſacrę ſi
bimet codices emerat, & religioſos q̄ſq; in hoſpi-
talitatem ſuſcipiēs, hos coram ſe legere ſine inter-
miſſione faciebat. Factumq; eſt, ut quātum ad mē
ſuram propriam attinet, plane ſcripturam ſacram
diſceret, cū ſicut dixi, literas funditus ignoraret.
Studebat in dolore ſemper gratias agere, hymnis
deo & laudibus diebus ac noctibus uacare. Sed cū
iam tempus eſſet, ut tāta eius patientia remunera
ri debuiſſet, membrorum dolor ad uitalia rediit.
Cumq; iam ſe morti proximum agnouit, peregri-
nos uiros atque in hoſpitalitatem receptos admo
nuit, ut ſurgerēt, & cum eo pſalmos pro expecta-
tione ſui exitus decantarent. Cumq; cum eis & i-
pſe moriens pſalleret, uoces pſallentium repente
compeſcuit cum terrore magni clamoris, dicens:
Tacete tacete, nunquid non auditis quantæ reſo-
nāt laudes in cœlo? Cumq; ad eaſdem laudes quas
intus audierat, *aurē cordis intēderet, ſancta illa aure
aīa carnis uinculis ſoluta eſt. Sed exeūte illa, tāta
illic fragrantia odoris aſpſa eſt, ut omnes qui illic
aderant, inæſtimabili ſuauitate replerentur, ita ut
per hoc patenter agnoſcerent, quod eam laudes in
cœlo ſuſcepiſſent. Cui rei monachus noſter interfu
it, qui nūc uſq; uiuit, & cum magno fletu atteſtari
ſolet, qa quouſq; corpus eius ſepulturæ traderēt,
ab eorum naribus odoris illius fragrantia non re-
ceſſit. Ecce q̃ fine ex hac uita migrauit, q hic ęqua
nimiter flagella tolerauit. Iuxta uocē ergo domi-
nicam bona terra fructum per patientiā reddidit,
quæ exarata diſciplinæ uomere, ad remunerationis
ſegetem peruenit. Sed uos rogo attēdite fratres,
quod excuſationis argumētum in illo diſtricto iu
dicio habituri ſumus nos, qui à bono opere tor-
pētes, & res & manus accepimus, ſi præcepta do-
mini egenus & ſine manibus impleuit. Non cōtra
nos dominus tunc apoſtolos oſtendat, qui ad re-
gnum ſecum fideliū turbas prædicando traxerūt?
nō cōtra nos martyres exhibeat, qui ad cœleſtem
patriā ſanguinē fundendo puenerūt? Quid tūc di-
cturi ſumus, cū hūc de quo locuti ſumus, Seruulum
uiderimus? Cui lōgus languor brachia tenuit, ſed
tā hęc à bono opere non ligauit. Hęc uobiſcū fra-
tres agite, ſic in uos ad ſtudiū boni opis inſtigate,
ut cū uobis bonos modo ad imitandū proponitis,
eorum tunc conſortes eſſe ualeatis. Tu autem.

DE EADEM DOMINICA,
Sermo beati Iohannis Chryſoſtomi, de lapſu primi hominis.

eſt qui NEmo * qui neſciat principio hominē
ſic à deo plaſmatū, ut inſtrueretur pru-
dentia, cōſilio formaretur, rationis ca
pax, diuina prouidētia redderetur. In
ſtrueretur inquam prudentia qua ho-
ſtis calliditatem uitaret, conſilio, quo ſalutaria ac
recta perquireret: ratiōe, qua deo genitori parē-
dū eſſe cognoſceret. Etenim dominus deus uidēs
hominem quem fecerat innocētem, inſtruxit, mo-
nuit & armauit, quippe qui cum diabolo fuerat pu
gnaturus, uelut quibuſdam armis, hoc eſt, pruden-
tia, cōſilio, ratione, fuerat inſtruēdus. Addidit p̄-
terea legem qua dei uoluntatē agnoſceret, & qd
contēnenti euenire poſſet addiſceret. Qui quidē
homo incautus, dū plus diabolo perſuadēti, quam
deo iubenti conſenſit, & ſic uitam quā habuit per-
didit, & mortem quam ignorabat accepit. Stabat
Adam inter uxorem & diabolū, inter Euam & ho
ſtem, inter mulierem & ſerpentem. Diabolus per-
ſuadet ut noceat, Eua conſentit ut pereat. Diabo-
lus mulierem aſtutia fallendi circūuenit, mulier in
cauta ſerpentinum uirus accepit. Diabolus q̊d per
ſe non potuit, per uxorem Adam protoplaſtū cir-
cumuenit. Adā uero per uxorem inuenit interitū,
quam à deo acceperat in auxiliū. Prohdolor pro-
ſpera in contrarium cedunt, utilia perniciem ope-
rantur. Denique plus Adam domeſticis quam inimi
ci iaculis læditur, plus proprio quam hoſtili enſe
perimitur, plus mulieris quā externo gladio uul-
neratur. Acceſſit enim ſerpens ſubtilis ut falleret.
& acceſſit, non ut uiro, ſed ut mulieri ſerpentinum
uirus infligeret. Acceſſit inquam, ut unius conſen-
ſu utrique nocere potuiſſet. Sed ſoli perſuadet, quod
ambobus obeſſet, utriſque obfuit quod unius ani-
mum malitia ſerpentis infecit. Denique conſentiēs
mulier talis circa uirū extitit, qualem circa ſe ma-
litiam ſerpentis inuenit. Adeo perſuaſa eſt & per
ſuaſit, infecta eſt & infecit, decepta eſt & decepit.
Quæ quidem mulier feritur ſententia duplici, alte
ra propria, altera communi: propria, qua filios pa
rere in dolore præcepta eſt: communi, qua cum ui-
ro morti addicta eſt. Altera qua ſerpēti aſſenſit, al
tera qua marito perſuaſit. De cōſenſu enim in mor
tis ſententiam incidit, de perſuaſu in dolore filios
parere meruit. Hanc igitur ſententiam, & qui non
nouit, dum patitur diſcit: & qui neſcit, dum expun
gitur ſentit: & qui ignorat, dū experitur agnoſcit.
Proh nefas. Præceptum Domini contemnitur, &
perſuaſio ſerpentis auditur. Deſpicitur deus prouι
dens, & ſerpens auditur decipiens. Spernuntur ſa-
lutaria monita, & recipiuntur uenenata colloquia.
Vnde addicitur homo ex contemptu morti, q ma-
luit obedire ſerpenti. Spoliantur gloria, dignitate
priuantur, facti ſunt quod non erant, dū amittunt
quod fuerāt. Adeo gaudet ſerpens perpetraſſe q̊d
uoluit, lętatur hominem peremiſſe, quod optauit,
Exultat malitię effectus hominis deceptionem im
pleſſe. Et neſcit infelix uulneratum ſe, dū uul-
nerat, trucidatū dū trucidat, dū hominē perimit,
ſeipſum eſſe peremptum. Cōtriſtatus eſt deus ho
ante minē ſententiā mortis * meruiſſe quam uitæ, me-
ruiſſe interitum quam ſalutem, gloriam cōtēpſiſ-
ſe quam mortē, ſed tamen plus malitia ſerpentis
q̄ hoīs cōtemptu cōmotus eſt, plus fallacia diabo-
li q̄ hominis perfidiā deuotauit: adeo dn̄s deus &
ſæuitiā execratus eſt hoſtis, & caſum miſeratus eſt
hominis: crudelitatē hoſtis exhorruit, & deceptū
hominem paterna pietate condoluit: inimici atro-
citate permotus eſt, & hominem clementer dolu-
it qui deceptus eſt. Denique dominus deus, ubi es,
inquit, Adam? Ad confeſſionem prouocat dum in
terrogat. Vult eum fateri peccatum, dū ab eo in-
quirit admiſſum. Quęrit miſereri, dum cum reo de
culpa colloquitur. Veniā cogitat, qui cauſam con-
temptæ legis incuſat. Obiurgat culpam, ut poſſit
retribuere ueniā, ut quos formare inſtruendo nō
potuit, eos poſſit confitendo purgare. accipiūt in
dumenta pellicea, ut qui confeſſi iam delictum fue
rant, ueniā cultus humilitate perciperent. Oſten-
dit dominus, quibus officijs poſſint delicta purga-
ri, oſtendit confeſſione & deformitate cultus ueniā
poſſe facilime impetrari. Vt enim cōtumacia eſt,
celare q̊d deo teſte commiſeris, ſic periculoſum ſi
ſplendore cultus animi innocētiam mentiaris. Ne
mo itaque, nemo peccatorum uitia deſperata læ-
titia cōtegat, nemo infectio delictis animo diſſimu
lationis uirus infundat. Animi uitia, corporis mœ
rore mōſtrentur. Si uexatus eſt animus, lugeat cor
pus, quoniam quoties corpus in cauſa eſt, animus
mœſtitia condoleſcit. Certe quale eſt corporis ui-
tia ſine animi compaſſione eſſe non poſſe, tale eſt
animi uitia ſine corporis compaſſione non priua-
ri. Pariter contriſtentur, ut ueniam pariter conſe-
quantur, quoniam utroſque ſimul aut beneficio fo-
ueri, aut iniuria uexari neceſſe eſt. Nec enim aliud
homo eſt q̄ corporis animique cōcretio. Hæc enim
duo quantum diffinitionibus differūt, tantum ho-
minem dum iunguntur efficiūt. Vt enim in uita ſe
parari non poſſunt, ita nunquam boni malique me-
rito ſeparantur. Vt enim non poteſt à corporis bo
nis animus ſeparari, ita ab animi malis corpus non
poteſt diſſociari. Si enim in dei iudicio utreque ſub-
ſtantiæ aut ſupplicio aut p̄mio expurgentur, cur
non & in iſto ſeculo pariter aut mœſtitia aut lęti
tia perfruātur? Vnde tibi Chriſtiane excuſatio nul
la eſt, qui poſt ſeruitutem liberatus es, poſt captiui
tatem redemptus, poſt uexationem curatus, poſt
interitum reſtitutus. habes in monitis quod exer-
ceas, habes exempla quæ timeas. Adam enim nec
fallaciā diaboli notat, nec decepti cuiuſq̄ caſum de
fleuerat. Qui q̄dē forſitā poſſet euadere, niſi prior
cum hoſte dum confligit occumberet. Te iā inſtru
it dn̄s, tibi geſtorum exempla propoſuit. Ecce, in-
quit, ſanus factus es, noli iā peccare, ne qd tibi dete Iohan. 5
rius fiat. Noli, inquit, peccare poſt ueniā, noli uul-
nerari poſt curā, noli ſordidari poſt gratiā. Cogi-
ta, inq̄t, o homo grauiorē culpā eſſe poſt ueniam,
renouatū uulnus peius dolore poſt curam, moleſti
us hominē ſordidari poſt gratiam. Quare indulgē
tiæ ingratus eſt, qui poſt ueniā peccat, ſanitate in-
dignus eſt, q ſemetipſum poſtq̄ curatus eſt uulne-
rat, nec mūdari merētur qui ſemetipſum poſt gratiā
ſordidat. Porro q poſt abſolutionē non peccat, me
retur & p̄miū: q poſt curā cautus eſt ſanitatis poſ-
ſidet donū: qui gratiam illæſam tenuerit, æterni-
tatis accipiet regnum. Graue eſt enim hominem
inſtructum delinquere, grauius iam abſolutū pec-
care. Seruo peior eſt qui patronum poſt datam li-
bertatem offendit. Beneficijs ingratus eſt, qui da-
torem tumoris arrogantia deſpicit. Quare aut ſa-
lutem de exemplo acquire, aut de conſortio ſimilē
ſententiam metue, ne ſeuerum ſentias iudicem, q
benignum contempſeris perſuaſorem.

m 3 Homi-

anteire nō poſſunt, minime inſequunť. Nōnulli ue
ro tāta inuidentiæ flāma aduerſus eos accendunť,
ut æquo aīo uel oculis rectis, nequaq̄ illos reſpice
re poſſint. Hinc etiā oritur homicidiū, & niſi effe-
ctus ꝑpetrādi diuinitus ſubtrahať, aut occulte ue-
neni ſuffocatione, uel q̄libet ingenio, aut aperte iſto
materiali gladio taliū uita ꝑimiť. Quod uidelicet
idcirco ꝑagūt, ut illis ꝑemptis, q̄libet arte bona il
lorū uel honores iniuſte ꝑripiāt. Quidā uero nō ut
aliena lucra uel miniſteria aſſequanť, ſed tm̄ ut il-
lis quibus inuidēt, eadē amittāt. Quod ſi etiā illo-
Ioh. 3 rum uitā extinguere nequeāt, tenenť tñ iā homici
dij rei ex ipſa odij meditatione. Vnde Iohan. q̄q
in epiſtola ſua dicit: Oīs qui odit fratrē ſuū homi-
cida eſt, & ſcitis q̄a oīs homicida nō habet hęredi
tatē in regno Chriſti & dei. Vbi aūt iugis medita-
rio odij inſederit, nocēdi q̄q malitia nō deerit. In-
quirit nāq; ſemꝑ infelix in q̄ uiuentē lędere poſſit,
quē ut uoluit ꝑimere funditus nō potuit. Iūgit ſe-
metipſum amicitijs uel cauſidico illi cui forraſſis
pridē nec loqui uolebat, & cum ꝓ certo ſciat, q̄d ſi
ne cauſa calumniā illi intorqueat, nō uereť tñ dum
cōtra unū ſ͛quit, ꝓalterो plurium uel falſum teſti-
1 Cor. 6 moniū ꝑpetrare, nō recordatur illius ſentētię qua
1. Tim. 1 dicitť: Neq; pluri regnū dei poſſidebunt. Et illud:
Prou. 19 Falſus teſtis nō erit impunitus. Iam uero qualiter
pauꝑes à diuitibus opprimātur, quibus ue modis
atq; ingenijs, laboribus ſuis fraudenť, plenius illi
q agūt uel q patiunť, ſciūt q̄ nos q hæc partim ex
diuinis uoluminibus, partim ex opprimētiū erūpē
tibus foras neq̄iſſimis machinationū ſignis addi-
ſcere q̄rimus. Alij nāq;, & maxīe huius ſeculi prin
cipes, humana tm̄ grā q̄rundā iuſtitiā prauo iudi-
cio ſubuertunt, nec iudiciorū ſuorū aīas offendāt:
timēt etiā ſeditionis cauſa, tꝑalē amittere honorē,
niſi iuxta miniſtrorū ſuorū agant uoluntatē. Deri
uant ſubtilitatis ingenio leges, quas uel ipſi uel a-
lij ꝓmulgarūt ad aliud q̄d ipſe non ſonant, & tan-
diu calidatū argumentis inſiſtūt, uſqueq̄ quod iu-
ſtum ē, quaſi recte ꝑuertant. Ita nāq; præfatā edo-
Ibid. 5 cti legē, diabolica arte rimātur, ut etiam illa repu-
gnante, apertā iuſtitiā ad quē uoluerint iniquita-
tis errorē inflectāt. Quibus nimirū ꝑ Eſaiā a dño
dicitur: Væ q dicitis malū bonū, & bonū malū: po
nentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ꝑonen-
Eſai. 10 tes amarum in dulce, & dulce in amarum. Et de q̄
bus rurſum per eundē ꝓphetā loq̄tur, dicēs: Væ q
cōdunt leges iniq̄s, & ſcribētes iniuſtitiā ſcripſe-
runt, ut opprimerēt pauꝑes in iudicio, & uim face
rent cauſæ humiliū populi mei, ut eſſent uiduæ ꝑ-
da eorū, & pupillos diriperēt. Leges etenī iniquas
cōdunt & ſcribētes iniuſtitiā ſcribūt, qui locutio-
nis ſuę ſtylo ante humanos oculos praue diſſerūt,
Ibidem. quod intus in cordibus ſuis recte norunt. Ad quos
ꝑfecto lamētabili uoce idē ꝓpheta ſermonem diri
git cum ſubiungit: Quid facietis in die uiſitationis
& calamitatis de longe uenientis? Ad cuius fugie-
Sap. 6 tis auxiliū? & ubi derelinq̄tis gloriā ueſtrā? Qui-
bus etiam cōminando per quendam ſapientē, ſer-
mo diuinus loquitur, dicens: Audite reges & intel
ligite, diſcite iudices finium terræ, ꝑbete aures qui
continetis multitudines, & placetis uobis in tur-
bis nationum, quoniam data eſt à Domino pote-
ſtas uobis & uirtus ab altiſſimo, qui interrogabit
opera ueſtra, & cogitationes ſcrutabitur, quoniā
cū miniſtri eſſetis regni illius, nō recte iudicaſtis
legem iuſtitiæ, neq; ſecundum uoluntatē Dei am-
bulaſtis. Horrende & cito apparebit uobis, q̄ iu-

dicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet: & po-
tentes potenter tormenta patienť, & fortioribus
fortior inſtat cruciatus. Alij uero ſola rerū tꝑaliū
cupiditate, iudiciū mū rectum ꝑuertunt, modo cō-
ſeruant: quia & uni iuſtitiā ſubtrahunt, & eandem Eſai. 1
alteri uendunt. De illis etenim, qui muneris acce-
ptione rectum ꝑuertūt iudicium, per Eſaiam ꝓ
phetam dicitur Iudææ: Principes tui infideles, ſo-
cij furum, oēs diligunt munera, ſequuntur retribu-
tiones, pupillo non iudicant, & cauſa uiduæ nō in-
greditur ad eos. Ac de quolibet eorū ſpūſſanctus ꝑ Prou. 28
Salomonē dicit: Qui cognoſcit in iudicio faciē, nō
facit bene, iſte & ꝓ buccella panis deſerit ueritatē. Prou. 18
Et rurſum: Accipere pſonā impij, nō eſt bonum, ut
declines à ueritate iudicij. Tales nimirum uitādus
eſſe, in eodem libro eloquium dei admonet, cum di- Prou. 24
cit: Ne ęmuleris uiros malos, nec deſideres eſſe cū
eis, q̄a rapinas meditatur mens eorum, & fraudes
labia eorum loquuntur. Qualis autē retributio il-
los ſubſequatur, ibi manifeſtatur cum dicitur: Ra- Prouer. 21
pina impiorū detrahit eos, quia noluerunt facere
iudiciū. Horum oppreſſionibus ad uindictam iudi-
cij dñs ꝓuocatur, ſicut ipſe ꝑ Pſalmiſtam teſtatur. Pſal. 15
dicēs: Propter miſeriam inopum & gemitum pau
perum nunc exurgam, dicit dñs. O diues, o cupidi-
tate cæcus, o iudex peruerſus, ſi pauperē iacentem
ſub pedibus tuis deſpicis, dñm eius & tuum exur-
gētē aduerſus te iratum, cur nō expaueſcis? Solet
enim plerunq; de uobis uindicta ſubita fieri. Oſſa
etiā ueſtra & carnes, ſicut cuidā nuper contigiſſe
narratur, in ſepulchris igne conſumūtur. Sed cum
unus ad damnationem ſubtrahitur, cum gehennæ
incendijs ſpū mācipatur, & iam corpore in monu-
mento crematur, alter ad oppreſſionem nequius in-
flammatur. Audi terrenis felicitatibus diues, cœle- Prou. 22
ſtibus bonis egenus, audi q̄d tibi iudex omnium di
cat: Non facies uiolentiā pauperi, quia pauper eſt,
neq; conteres egenū in porta, quia dñs diiudicabit
cauſam eius, & configet eos qui confixerint aīam
eius. At contra, hi cauſam recti iudicij pręmio non
immutant, ſed uēdunt, nil ſe tali in facto deliquiſſe
exiſtimant. Proponunt enim quaſdā ſibi riſui di-
gnas fabulas, & dicūt: Cauſam cuilibet facere, & mu
nus non accipere, angelicum ē: facere & accipere,
humanum eſt, nō facere, & accipere, diabolicū eſt.
Quos ego interrogare ſtudeo, utrū hoc q̄d huma-
num dicunt, pc̄ūm ſit an non. Dicite q̄ſo, ſi mādā- Exod. 23
tum dei uiolare, peccatum ſit an nō. Et certe in uer Deut. 16
bis dei, in lege diuina gñaliter cunctis ſub uno ꝑci- Ibidem.
pit: Non accipias munera, q̄a munera excęcāt ocu
los ſapiētum, & mutāt uerba iuſtorum. Atq; iterū:
Iuſte q̄d iuſtum eſt exequeris. Quō eīn iuſte q̄d iu-
ſtum ē exequiť, q nō ꝓpter ipſam iuſtitiā, ſed pro-
pter pecuniā in iudicio rectā ſententiā ꝓferre ui-
det? Cur nō uidetis miſeri, inq̄tum ueſtra diſſipat
locutio? Qui dum malorū angelorum facta uerbo
deteſtamini, bonorum q̄ dicta laudatis, operibus bla
ſphematis. Cur q̄d laudatis nō imitamini, ſicut q̄d
uituperatis deteſtamini? An forte nec ad bonorū
angelorū, nec ad malorū numerum pertingere uos
creditis, quę nec illos nec iſtos imitari conamini? Sed
nolite uos fallere. Diabolicū eſt oīno, quicq̄d à p- Eſai. 33
ceptis dei uidetur deuiare. Quo cōtra de iuſto iu-
dice recte alibi dicitur: Qui excutit manus ſuas ab
oī munere, iſte in excelſis habitat, ubi ſubaudien
dum eſt, q̄a ſi is qui manus ſuas ab oi munere ex-
cutit, in excelſis habitat, q hoc nō facit, nō in excel
ſis cœlorū, ſed in inferioribus terrę, q̄bus inferi de-

clarantur, manebit. Ab hac muneris acceptiõe, im
munem ſe Samuel oſtenderat, cũ de principatu ple
bis Iſraelitice deiectus dicebat: Itaq; conuerſatus
coram uobis ab adoleſcentia mea uſq; in diẽ hanc,
ecce preſto ſum, loq̃mini de me corã Chriſto eius,
1 Reg. 12 ſi de manu cuiuſq̃ munus accepi, & contẽnã illud,
Iuſtitias reſtituamq; uobis. Et ne forte is q̃ pmio dationis
legum ✻ myſticas recte defendit ſiue diuina recõ
penſatione, inops ſpiritaliũ munerum exiſtere cre
deret, occurrit dñs, & p prophetã admonendo re
Eſai. 1 ꝓmittit dicẽs: Quærite iudiciũ, ſubuenite oppreſ
ſo, iudicate pupillo, defendite uiduã. Et ſi fuerint
peccata ueſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabunt:
& ſi fuerint rubra ſicut uermiculus, uelut lana alba
Eccleſ. 4 erunt. Hinc p Salomonẽ in æſtimabili pietate loq̃
tur & dicit: In iudicando eſto miſericors pupillis
ut pater, & ꝓ uiro matri illorũ, & eris uelut filius
altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis q̃ ma
ter. Sed tu o fornax ſuccenſa, o auaritiæ æſtibus in
flammata, magis ſtipulã quæ te ſuccẽdat, q̃ aboli
tionem pctõrum, quæ te ab igne defendat, inq̃ris.
Quid eſt quæſo q̃d acquiris, q̃d eſt q̃d amittis? Res
utiq; peritura quã acq̃ris, res ſemper manſura quã
amittis. Dic loquã, quod tibi magis pmium repro
mittere potuit, qua ut te ꝓ ſolo eius amore rectas
indicii ſemitas proferentẽ in filiũ aſſumens, non ſo
lum tanq̃ mater foueat, uerum etiã pluſquã mater
internis uiſceribus tui miſereat? At inq̃ũt multi:
Non accipimus de his q̃s inopia deprimit pauper
tatis, ſed de his qui diuitijs abundãt. Quibus e con
trã nos dicimus, q̃m nihil intereſt, utrũ diuiti an
paupi iuſtitia dei uendat. Similiter quoq; ex utroq;
plectetur, ſi quod dei eſt gratis non exoluerit, ſed
ſuis uſibus, lucriſq; negocijs applicuerit. Solent
quoq; hi muneris ipſius nomen immutare, & dicũt
ſe munus nõ accepiſſe, ſed ſalutationẽ. Quos utiq;
neſcio magis utrũ ſtultos, an etiã uerſutos appel
lem. Quibus nimirũ dicendũ eſt, ut attendant q̃d
eſt quod acceperunt, & non ſibi applaudant ex eo
q̃d nouũ nomen illi inferunt. At inquiunt: Nos da
tionẽ non requirimus, ipſi nobis ſponte ſua tribu
unt: quid ad nos pertinet, ſi uoluntarie donũ impẽ
dunt? Quibus e contrario reſpondemus nos: Verũ
eſt omnino quod dicitis: Sponte ſua tribuunt, ſed
ideo ſponte ſua tribuunt, quia aliter iuſtitiam non
inueniunt. Nam nollent utiq; dare, ſi aliter ad iu
ſtitiam poſſent peruenire: ac per hoc & uoluntarij
quodammodo, & inuiti uobis dationem exoluũt,
dumq; his & alijs q̃plurimis ſcripturarum teſtimo
nijs tales cõuincimus, nõ eos debere qualibet arte,
quolibet ingenio munus uel ſalutationes appete
re, amiſſa fronte pudoris, in querelã proſiliunt, di
centes: Si hæc ita ſe habent, quõ palatia ſtabunt?
quomodo iudices dominis ſuis placebunt? Quo cõ
tra ueraciter nos dicimus, quia inde magis palatia
ruunt, unde ſcd'm ueſtrã ſententiam quaſi ſtare ui
dent. Inde enĩ gens ſuper gentẽ uenit, inde regnũ
aduerſus regnũ conſurgit, inde una natio coram
alia cadit, inde fames, inde clades, inde excidia, in
de diſcrimina. Et unde dñs terrenus placat, inde
dñs cœleſtis ad iracundiã prouocatur. Hac de cau
1. Tim. 6 ſa B. Apoſtolus dicit. Qui uolunt diuites fieri, inci
dunt in tentationẽ, & in laqueũ diaboli, & deſide
ria multa & inutilia & nociua, q̃ mergunt hoiem
Prou. 28 in interitũ & pditionẽ. Hinc per Salomonem dici
tur: Qui feſtinãt ditari, nõ erũt innocentes. Et rur
Eccle. 11. ſus: Si diues fueris, nõ eris immunis à delicto. Hac
de cauſa difficultatẽ intrandi regnum cœlorum ta
libus proponit dñs dicens: Difficile q̃ pecunias ha
bent, regnum cœlorum intrabunt. Et iterum: Fa Matt. 19.
cilius ẽ camelum, &c. Quæ uidelicet ſcripturarum Ibidem.
teſtimonia dum heſterna die cuidã huius ſeculi o
pulentiſſimo principi proponerẽ, reſpondit mihi,
non de ſubſtantiuis pecunijs, ſed ✻ diuitijs intelli de uitijs
gi debere. Sed parce tibi quæſo optime amice, adi
me uanam ſecuritatem, intuere, quid de his Hier.
quid Amb. quid Auguſt. quid ſenſerit B. Gregori
us, illis crede, qui Apoſtolũ ſequentes, radicem om
nium malorũ, cupiditatem eſſe pecuniarũ dixerunt,
ſed appetitũ diuitiarum contemnentes. Vera ẽ eni
ſcripturæ ſententia, ſpũ dei prolata, qua dicit: Ni Eccle. 10
hil eſt iniquius q̃ amare pecuniã. Quo cõtra B. A- 1. Tim. 6
poſtolus dilectum diſcipulũ admonet dicens: Diui
tibus huius ſeculi pcipe, nõ ſublime ſape, nec ſpa
re in incerto diuitiarũ, ſed in deo uiuo, q̃ pſtat oĩa
nobis abundanter ad fruendũ, benefacere, diuites
fieri in opibus bonis, facile tribuere, cõmunicare,
theſaurizare ſibi fundamentum bonũ in futurũ, ut
apprehendant bonã uitam & ætnã. Ego autẽ, ut cœ
ptum extirpandæ cupiditatis non refugiã laborẽ,
ecce cupidi multũ qualibet arte acquiſiſtis, multũ
quolibet ingenio coaceruaſtis, ſed nunq̃d uos Sa
lomoni uos adæquare potuiſtis? Quid nunc ille poſ Eccle. 2
ſidet e ex his, in quibus laborauit? Nũquid nõ, ut i Ibidem.
pſe dixit, totum quod laborauit, uanitas fuit? Ipſe
eteni ait: Magnificaui opa mea, ædificaui mihi do
mos, plantaui uineas, feci hortos & pomaria, &
cõſeui ea cũctis gñis arborum, extruxi mihi piſci
nas aquarum, ut rigarent ſyluã lignorum germi
nãtium. Poſſedi ſeruos & ancillas, multãq; familiã
habui, armenta quoq; & magnos ouium greges,
ultra oẽs, qui añ me fuerunt in Hieruſalẽ. Coacer
uaui mihi argentum & aurum, & ſubſtantias rerũ
ac ꝓuinciarum. Feci mihi cãtores, & cantatrices,
& delicias filiorum hoĩm, cyphos & urceos in mi
niſterium ad uinum fundẽdum, & ſupgreſſus ſum
opibus oẽs, q̃ ante me fuerunt in Hieruſalẽ: & oĩa
quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec
ꝓhibui cor meũ, q̃n omni uoluptate frueret, & ob
lectaret ſe in his quæ pparauerã. Et hãc ratus ſum
partẽ meã, ſi uterer labore meo. Cumq; me uertiſ
ſem ad uniuerſa opa quæ fecerant manus meæ, &
ad labores in q̃bus fruſtra ſudauerã, uidi in oĩbus
uanitatem & afflictionem meam, & nihil pmane
re ſub ſole. Quid itaq; in hac uanitate peius q̃ ibi
hoĩem toto mentis deſiderio uelle diuitias cõgre Matt. 6
gare, ubi eum in ppetuum non licet habitare? Quo
niam Dñs admonet, dicens: Nolite theſaurizare
uobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demo
litur, & ubi fures effodiunt & furantur. Theſauri
zate autem uobis theſauros in cœlo, ubi nec æru
go nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt
nec furantur. Quid etiam infelicius, quàm pene
mundi cunctam felicitatem acquirere, & in pun
cto ad inferna deſcendere? Talium dementiam be Iob 21
atus Iob redarguit, dicens: Quare impij proſperã
tur, & bene eſt illis qui male agunt? Subleuati ſunt,
confortatique diuitijs ſemen eorum permanet co
ram eis, propinquorum turba & nepotum in con
ſpectu eorum, domos eorum ſecuræ ſunt & paca
tæ, & non eſt uirga Dei ſuper illos. Bos eorum
concepit & non abortiuit, uacca peperit & non
eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur quaſi greges
paruuli eorum, exultant luſibus, tenẽt tympanum
& cytharam, & gaudent ad ſonitum organi. Du
cunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna de
ſcendunt.

ſcendunt: Hinc dominus in euãgelio hæreditatem
diuidere cupientibus, ut ab omni auaritia præca-
uerent, ait duobus fratribus: Hominis cuiuſdã di-
Luc. 12 uitis hoberes fructus ager attulit, & cogitabat in
tra ſe, dicens: Quid faciã quod non habeo quo con
gregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciã. Deſtru
am horrea mea, & maiora ſaciam, & illuc coogre-
gabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, &
dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona po-
ſita in annos plorimos, reqoieſce, comede, bibe &
epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte
repetont animam toam à te. quę autem paraſti, cu
ius erunt? Quid qooque dementius, quam in acqui-
ſitione huius mũdi lætari, & unius animæ perditi-
onem incurrere? Vnde & dominus in euãgelio di-
Matt. 16 cit: Quid prodeſt homini, ſi uniuerſum mundũ lu-
cretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? Et
Ibidem rurſum: Quam dabit homo commutationem pro
anima ſua? Tu autem o Babylonis incẽdium, aĩam
tuam terreois commodis uenditãs, pauperi dicis:
Da da hoc aut illud, quia ſi nunc dare nolueris, gau
debis poſtea ſi dare potueris. Renitẽtiq; crimẽ im
pingis, repugnantẽ uinculis aſtringis, uerberas &
cędis: & ſic q̃quo pacto ad rem deſideratã ptingis.
Hæc inſatiabilis lues: Ecce quantum cõcupiſti, for
te totum acqoiſiſti, puta qa ſomniũ uidiſti: non eſt
1. Ti. 6 uerum quod uidiſti, non eſt tuum quod uidiſti: qa
Iob 1. ſicut nihil in hunc mundum ueniens defers, ſic nec
Iob. 27 rediens de mundo tolles aliquid. Pauli te uox con-
uenit: Nihil intulimus in hũc mundum, ſed nec au-
ferre quid poſſumus. Iob quoq; ſimiliter: Nudus
egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuer
tar illuc. Hinc idem de quolibet opolento, ac futu
ra non reſpicienti, dicit: Dioes cum dormierit, ni-
Pſal. 48. hil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inue
Pſal 48. niet. Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte
Ibid. 41 opprimet eum tempeſtas, tollet eum uentus urẽs,
& uelut turbo rapiet eũ de loco ſuo. Hinc per Pſal
miſtam dicitur: Dormierunt ſomnum ſuum, & cęt.
Luc. 16 Et ruſum: Ne timueris cum dioes factus fuerit
homo, & cæt. qm̃ cum morietur non ſumet omnia,
&c. Vnde pręmiſerat: Relinquent alienis diuitias
Iacob 4 ſuas, & ſepulchra eorum domos illorum in æter-
Iob. 7 num. Cur itaq; o infelices, non attenditis quid ha-
betis, quid eſtis, quod poſtmodum futori eſtis? Hoc
certe quod temporaliter habetis, nõ eſt ueſtrum,
Pſal. 75 quia uox eſt ueritatis, dicentis: Si in alieno fide-
Pſal. 48. les non fuiſtis, quod ueſtrum eſt, quis dabit uobis?
Ibid. 45 Quid aotem eſtis? Si ſolicite attenditis, uaporem
uentum & umbram uos inuenitis. quia & Iacobus
Luc. 16. dicit: Quæ enim eſt uita ueſtra? Vapor eſt, ad mo-
dicum apparens. Iob quoq; proſequitur: Memen-
Iacob 4. to qoia uentus eſt uita mea. Baldad Suites etiam
Iob. 7. occurrit, ueraq; ſententia dicit: Ignoramus, quoni-
am ſicot umbra dies noſtri ſunt ſuper terrã. Hinc
per Pſalmiſtam dicitur: Dies mei ſicut umbra de-
Iob. 8. clinauerunt. Atq; de q̃libet impio ſententiam pro-
Pſal. 01. fereos idem Pſalmiſta, ait: Vidi impium ſuperexal
Pſal. 36. tatum, & eleuatum ſicut cedros Libani. Tranſiui,
& ecce non erat: quæſiui eum, & non eſt inuentus
locus eius. Hinc ſupra memoratus Iob admirãdo
loquitur, dicens: Homo cum mortuus fuerit & nu-
datus, ubi quæſo eſt? Quid uero poſtmodum futu-
Iob 14 ri ſitis, mortuorum oſſa & cinis in ſepolchris de-
mõſtrãt. Vade itaq; o diues ad monumẽta regom
& diuitũ, & ibi te inſpice, ibi gloriã tpalẽ q̃ ipſi a-
mauerunt, q̃q; to anxius exequeris, inq̃re. Nunq̃d
nõ tibi uidet nõ q̃dẽ uerbis, ſed exẽplis hõ mortu-
us loqoi de ſepulchro: Quod tu es, ego Fui, q̃d ego
ſum, tu q̃q; poſt medicũ tps futorus es? Ego enim
q̃ndã opulẽtus & pinguis, poſt laſciuientes & innu
meras hoius uitæ uoluptates, ad mortẽ carnis per-
ueni, poſt mortẽ carnis in uermes, poſt uermes in
puluerẽ redactos ſum. Vbi nunc ẽ ſupbia uitæ? Vbi
illecebræ ac uoluptates carnaliũ uitiorũ? Vbi blan
diens uxoris affectus? Vbi ſuccreſcẽs filiorum pfe-
ctus? Vbi obediẽs famoiorũ apparatus? Vbi aĩom
diſtendẽs agrorũ uinearũ, nemorũq; redditus? V-
bi theſaurorũ grauiſſimũ põdus? Vbi ueſtiũ diuer-
ſo ſchemate anro, gẽmis ac margaritis fulgens or-
natus? Vbi ioq̃ hæc omnia ſunt? Attendis nimi-
rũ, niſi cæcus es, qa mecũ iam uon ſunt. Vtinã autẽ
& illius ex cuius ui talia q̃dammõ clamat & ueſtra
qbus talia clamat, hæc ſola dãnatio eſſet, & nõ po
tius æternũ ſubſequẽs tormentũ. Audite igit̃ quæ
ſit ĩpiorũ hãbitatio, q̃ ſit poſt huius uitę exceſſum
re,pbrorũ dãnatio. De illa nãq; ſempiterna mãſiõe
ſcriptũ ẽ: Cõuertant̃ torrẽtes eius I picẽ ardẽtẽ die Eſaie. 34
ac nocte, & nõ extinguet̃ in ſempiternũ. Aſcẽdit fu
mus eius à gñatiõe in gñrationẽ. Ad hãc impiorum
terram, ad hanc re,pborũ damnationẽ ante aduen-
tum mediatoris noſtri, & ſi nequaq̃ eorũ pœna ple
ctendi, illi etiã poſt mortẽ deſcẽdebãt, q in hac ui-
ta pie uiuebant. Vnde Beatus Iob dñm deprecans,
dicit: Dimitte me, ot plangã paululum dolorẽ me-
um anteq̃ uadã ad terram tenebroſam, & optam
mortis caligine, terrã miſerię & tenebrarum, ubi Iob. 10
umbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus hor
ror inhabitat. De hac malorum habitatione per E- Eſaie. 5.
ſaiam dicit̃: Dilatauit infernus aĩam ſuam, & ape-
ruit os ſuũ abſq; ullo termino, & deſcendẽt fortes
eius & ſublimes, glorioſiq; eius ad eũ. De hac in A-
pocalypſi angelus ait: Inferous & mors miſſi ſunt
in ſtagnum ignis Hæc mors ſecunda eſt ſtagnum Apoc. 20.
ignis. De hac quoq; dñs in euangelio dicit: Mitti-
te eũ in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtri- Matt. 22.
dor dentiũ. Hanc certe habitationẽ non ſolum im-
piorum aĩæ, uerumetiã q eorum corpora dilaniẽt
immortales uermes hæreditabunt, ſacra ſcriptu-
ra atteſtãte, quę ait: dñs oĩpotens iudicabit in eis, Iudic. 16
in die iudicij uiſitabit illos. Dabit eñi ignẽ & uer-
mes in carne eorũ, ut urant̃ & ſentiãt uſq; in ſem-
piternũ diẽ. Et rorſum: Vermis eorũ nõ morietur,
& ignis eorũ nõ extinguet̃, & erunt uſq; ad ſatieta
tẽ uiſionis oĩ carni. Pauete miſeri torreotẽ picem, Eſai. 66
qa & ſubito rapit, & eos q̃s rapuerit, ad ambulãdũ
liberos greſſus habere minime pmittit. Pauete hu
mũ ſulfuris, qa intolerabilẽ fœtorẽ exhalat. Perti
meſcite terrã in picẽ ardẽtẽ uerſam, qa q̃ ſuſcipit,
exurit ſimul & cõpeditos reddit. Formidate terrã
miſeriæ, qa oĩs indigentia ibi erit. Pertimeſcite os
inferni abſq; ullo termino patefactũ, quia crudeli
ter atq; inſatiabiliter conctos deuorãs, nec ſatura
ri, nec ſufficit dicere nouit. Fugite ſtagnum ignis,
quia quos ſuſcipit, demergit, necat & urit. Caue-
te tenebras exteriores, quia nullum ad eas lumẽ
accedit. Euadere corate fletum & ſtridorem den-
tiũ, quibus finis nuoquam aderit. Timete uermes
immortales, quia in manducando carnes ueſtras
nulla eis ſatietas erit. Et cum tot ac tanta uobis in
ęternũ adhæſeroot tormenta, ounquam deerit ſin
gularis auaritiæ oiumq; deterior excruciatio. Vñ
& Iacobus dicit: Agite nũc diuites, plorate ululan
tes in miſerijs q̃ aduenient uobis. Diuitię ueſtræ pu
trefactæ ſunt, aurũ & argenũ ueſtrũ ęruginauit, &
ærugo eorum in teſtimoniũ uobis erũt, & mãduca
bunt

bunt carnes ueſtras ſicut ignis. Vobiſmetipſis itaq;
conſulite, recordantes quæ ſint talia : recordantes
pertimeſcite, ne incidatis in talia : & qui non ſolū
digitum in ignem ad modicum tenere, uerum eti-
am famē ac ſitim frigus ac nuditatem tolerare re-
fugiatis, tot ac tanta quæ præmiſimus, in perpetu
um ſuſtinere uehementiſſime pauentes formidare,
ſed nec diei iudicij expectatio formidabilis à me-
moria ueſtra recedat, ſi quoquo modo, donāte do
Soph.1 mino noſtro Ieſu Chriſto, ab amore præſentis ſe-
culi mentio ueſtra ſemel ſe diſſūgat . De illo etem
die ſcriptū in ꝓpheta legimus: Iuxta eſt dies Dñi,
iuxta ac uelox nimis. Vox diei dñi amara, tribula-
bit ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulatiōis &
anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebra
rum & caliginis, dies nebulæ & turbinis , dies tu-
2. Pet. 3 bæ & clangoris. De illo per Petrum dicitur : Ad-
ueniet dies domini ut fur, in qua cœli magno im-
petu tranſient, elementa uero à calore ſoluentur.
Hinc propheta ex iudicis noſtri perſona loquitur
Soph.3 dicens: Expecta me, dicit dominus, in die reſurre-
ctionis meæ in futurum, quia iudicium meū, ut cō-
gregē omnes gentes, & colligam omnia regna, &
effundā ſup eos indignationē meā, oēm irā furoris
mei. i igne ei zeli mei deuorabit̄ oīs terra. Ecce
etem ira tribulatio & anguſtia, calamitas & miſe-
ria, tenebræ & caligo, nebula & turbo, tuba & clā-
gor, ignis elementa cōſumēs, tēpeſtas ualida cūcta
deuaſtans, ira iudicis intolerabilis, furor importa-
bilis. Et quis peccatorū talia non ptimeſcat? ſi Pau
lus ſanctorū labores & uirtutes exuperans , talia
Heb 10 formidat? Ipſe enī timebundus clamat: Terribilis
eſt quædā expectatio iudicij, & ignis æmulatio , q̄
cōſumptura eſt dei aduerſarios. Horrendū eſt inci-
dere in manus dei uiuentis. Ibi certe ad uindictam
malorū innumerabilis apparebit chorus angelorū,
& cœlis ac terris ardentibus, dño quoq; atq; apo-
ſtolis ſedentibus, ſeparabūt malos de medio iuſto-
Matt. 13 rum, & quodāmodo zizaniā à tritico ſeparātes, al
ligabunt in faſciculos ad cōburendū, dū pares pa-
ribus. i. auaros cū auaris, adulteros cum adulteris,
homicidas cū homicidis, fornicatores cū fornicato
ribus, fures cū furibus, raptores cū raptoribus, mē-
daces cū mendacibus, piuros cū periuris , uoraces
cū uoracibus, ebrioſos cū ebrioſis, elatos cū elatis,
ſupbos cū ſupbis aptauerint atq; cōiūxerint, ut par
ibi ſit manens ſuppliciū, quorū in hac uita par exti
tit cōuerſatio. Sed nec ullus erit reditus ad ueniā:
quia ibunt hi in ſuppliciū æternum, nec precibus i-
ram iudicis ad miām aliqs inflectet, quia oībus ſe-
cundū opa ſua reddet. Et quidē preces multiplica-
bunt, & eiulantes miſeri clamabūt: dñe dñe api no
bis, & tñ ab intus illis reſpondet̄: Amē dico uobis,
Mat. 7. neſcio uos qui eſtis. Diſcedite à me oparij iniqta-
Luc. 13 tis. ibi erit fletus & ſtridor dentiū . Dicūt fortaſſe
tales, ꝓ quibus talia ex diuinis eloquijs ꝓferimus,
Ecce terruiſti nos, & iā pene deſperatiē ſuccubui
mus: ſi hæc ita ſe habēt, qs noſtrū ſaluabit? Quid a-
gendū eſt nobis? Reſpōdeo, nō meis, ſed Dñi uer-
Matt. 7 bis: Intrate p anguſtā portā & arctam uiā, quæ du
cit ad uitā: qa lata uia & ſpatioſa porta ē quæ du-
cit ad pditionē, & multi ſunt q intrant p eā: qa an-
guſta porta ē & arcta uia eſt quæ ducit ad uitā , &
pauci ſunt qui inueniunt eam. Audite: Arcta uia &
anguſta porta illis ꝓponit̄, qui ſeculū derelinquūt,
domos, agros, uxores, filios, ſeruos atq; ancillas, &
oīa quæ terreni affectus ſunt ſecularibus implicāt,
ut ei placeant, cui ſe ꝓbauerunt. Verū ē qd dicitis,
ſed & nobis iuxta modulū ordinis ueſtri, ſcdm ui-
res mēſuræ ueſtræ, arcta uia & anguſta obijcit̄: qa
dñs duas tm̄ portas ac duas uias ꝓpoſuit . Per latā
uiam & ſpatioſam portā, multos dixit tendere ad
perditionem ·p anguſtam portā & arctā uiā, pau-
cos intrare oñdit. Quærite uos tertiā, ſicubi inue-
nire poteſtis, & ambulare atq; intrare per eā , ſed
nolite uos fallere. Nō eſt amplius, non ſupereſt a-
lia. Arcta enim uia & anguſta porta ſecularibus ē,
aliena non concupiſcere, non furto, non fraude, nō
mendacio, non periurio, non falſo teſtimonio, non
præmio, uel qualibet ſalutatione præripere , pro-
prijs ac iuſtis redditibus contentū eſſe, non plus q̄
unius animæ exigit indigentia congregare, nullis
niſi ꝓpriæ uxoris cōcubitibus miſceri, à ꝓpria etiā
coniuge illicitis tpibus abſtinere, indictū quoq; q̄-
drageſimæ dierū ieiunium illibatū obſeruare, ſpe-
ctaculis mūdi poſtpoſitis, eccleſiæ liminibus inſiſte
re, ſumptus alimoniarū non ad uoluptatem, ſed ad
neceſſitatē carnis percipere, & ſup hæc oīa pro q̄-
tidianis ac minutis exceſſibus, uel etiā grauioribus
peccatis eleemoſynarū largitati deditū eſſe , quæ
ꝓculdubio his, qui terrena poſſidēt, eminētior uir-
tus, ſpecialisq; delictorū abolitio eſt, ſi tñ peccare
qſque deſiſtat , dū hanc miām indigentibus admi- Eccleſ.3
niſtrat. Vnde ſcriptū ē: Sicut aqua extinguit ignē,
ita eleemoſyna extinguit peccatū Hinc etiam Do Luc.11
minus in euangelio admonet, dicēs: Verūtñ quod
ſupeſt, date eleemoſynam, & ecce oīa munda ſunt Tob 4
uobis. Hinc etiam per quēdā iuſtum dicit̄: Eleemo
ſyna ab omni peccato & morte liberat, & non pa-
titur aīam ire in tenebras. Fiducia magna erūt co
ram ſummo deo, eleemoſyna oībus facientibus e- Matt. 25
am. Quibus etiam atteſtante euangelio in fine di-
cetur: Venite benedicti patris mei , pcipite regnū
quod uobis paratum eſt ab origine mūdi. Eſuriui
enim, & dediſtis mihi manducare, hoſpes eram, &
collegiſtis me, nudus, & operuiſtis me, infirmus e-
ram, & uiſitaſtis me, in carcere eram, & ueniſtis ad
me Ipſa autē miæ erogatio ex uoto atq; hilarita-
te debet impendi, non ex triſtitia, quia hilarem da 2. Cor. 9
torem diligit deus. Intantū etiā decet huc profuſi-
us impendi, inquantum quiſq; ſe adeptum fuiſſe co
gnoſcit. Vnde rurſum quidā homo dei unicam ꝓ-
lem admonet, dicens. Quomodo potueris, ita eſto Tob.4
miſericors. ſi multum tibi fuerit abūdāter tribue.
ſi autē exiguum fuerit, etiā exiguum libēter impar
tiri ſtude. pmium enī bonū tibi theſaurizas in die
neceſſitatis. Quia uero nihil ꝓſit quēlibet eleemo-
ſynis inſiſtere, niſi ſtuduerit à malis actibus decli- Eccle. 34.
nare, quidam ſapiens teſtatur, dicens· Qui baptiza
tur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid ꝓfi Eſai.1
cit lauatio eius? Hinc p Eſaiam dominus quoq; ad- Pſal. 33
monens, ait. Lauamini, mundi eſtote Hinc Pſalmi-
ſta ait: Declina à malo, & fac bonum. Quod autem
magis loquendum q̄ laudandum eſt, nonnulli ideo
plura diripiunt, ut habeant unde largitori oñ im
pauca tribuāt. Sed quā ſit deteſtanda talium obla-
tio, ſcriptura ſacra indicat, quæ dicit: Qui offert ſa Eccle. 34
crificium de rapina pauperis, tanquā ſi quis uicti-
met filium in conſpectu patris ſui. Sicut eñ inter-
fectio filij atq; effuſio ſanguinis eius, coram oculis
patris qui hunc genuit, placere nō poteſt, ita omni
potenti deo oblatio de malis acquiſita Hinc p Eſa Eſai. 66
iam de talibus dicitur : Qui offert oblationem de
ſubſtantia pauperis , quaſi qui ſanguinem ſuillum
offerat. Qui recordat̄ thuris, quaſi q benedicat ido
lo. Nihil certe in ueteri teſtamento tam odibile, q̄
oblatio

oblatio ſanguinis ſuilli. Nihil tam execrabile in no
uo & in ueteri teſtamento, quam benedicere ido-
lo: & tamen miſericordia de rapinis pauperũ ob-
Ioh. 4 lata, his merito comparatur. Quo cõtra ſacra ſcri-
ptura præcipit, dicens: Ex ſubſtantia tua fac elee
moſynã, & noli auertere faciẽ tuã ab ullo paupe.
Ex ſubſtantia, inquit, tua, non ex aliena: quia ſicut
ex tua dei clementiam inuenis, ita ex aliena iram
dei incurris. Apte aũt hoc in loco illud etiã occur
rit, quod ſupra memoriæ defuiſſe cognoſco: Quia
nonnulli ex iuſtis laboribus atq; redditibus prępa
Apoc. 21 rant, quæ omnipotenti deo offerant. Quibus dicẽ-
dum eſt, quia quamuis putentur iuſta, non tñ poſ-
ſunt placere ſummo bono illorũ munera, qui non
ſtuduerunt immaculatã ſeruare uitã. Quid eſt enĩ
precioſius cõditori noſtro, aĩa noſtra an dona no-
ſtra? Quod ſi anima ſorduerit de his, nunquid mu-
nus aliud exterius placebit? Reſtat igitur, ut nihil
ex iniqtate largitori ueſtro offeratis, nihil ex ma-
lo uſui ueſtro aſſumatis, ſed ex iuſtis laboribus ac
iuſtis redditibus & illi offeratis, & uos uiuatis. Re
ſtat etiã, ut ſit res temporalis in uſum: ſolus ille q
& uos creauit, & bona tẽporalia pparauit, in deſi-
deriũ: ut cum tranſierint illa quę dedit, imo & uos
pariter cũ illis tranſieritis quę dedit, peruenìatis ad
illũ qui dedit, cum quo ſine fine gaudeatis, ſine fine
regnetis, in cuius regno ſicut ſol fulgeatis, ut lilia
& roſa uernantes redoleatis, oĩbus diuitijs peren-
niter affluatis, ubi ſanctis deũ timentibus ciuitas p
parata eſt, cuius fundamẽta oĩm lapidũ precioſo-
rũ ornatu ſubſiſtũt, q̃ habẽt portas ex ſingulis mar
garitis: cuius platea ex auro mundiſſimo cõſtat, p
cuius mediũ flumẽ aquæ uiuæ decurrit: ex utraq;
parte fluminis, lignũ uitę afferens fructus duode-
Apoc. 2 cim p mẽſes duodecim. Manna abſcõſum & panis
angelorũ edẽtibus dať, q ita ſaturitatẽ affert, ut nũ
q̃ faſtidiũ inferat: ſic eſuriẽ tollit, ut nunq̃ edẽti cu
Apoc. 22 piditatẽ adimat: ubi nullus ſole, nullus luna atq; lu
cerna indigebit, qa nox ibi nõ erit, & dñs deus oĩs
Eſai 60 potens lumẽ oĩm erit. Ab illa aũt luce q̃ tũc ſancti
uidebũt, hęc quã modo uidemus, lumẽ accepit. Lõ-
ge eminentior, longe præſtantior, q̃ iſta: quia illa
creatrix eſt, iſta creata: illa lux mentiũ eſt, hæc &
lux corporũ. Non ergo illa talis qualẽ uidere con-
ſueuimus oculis carnis, ſed nec illa bona, quæ præ-
miſimus, talia erunt, qualia uel uidere in hac uita,
uel audire uel cogitare aliquis poteſt, ſed multo
1. Cor. 2. excellentiora, multoq; beatiora: quia, ut ſcriptu-
Eſai. 64 ra ait, nec oculus uidit, nec auris audiuit & cæt. Il
lam ergo inquirite, illam deſiderate, ad illam men
tis deſiderio tendite. Ego certe, qui nullum adula-
tionibus decipere audeo, nulli, quod utile eſt ſub-
trahere quæro, quia hæc quæ præmiſſa ſunt non
contra auaros, ſed contra auaritiam: non contra
naturam, ſed contra uitia protuli. Quod melius
conſilium dare poſſum, non inuenio, quique etſi in
extirpatione cupiditatis, totum quod potui, labo-
rem non exhibui, tamen octoginta & eo amplius
ſcripturarum teſtimonijs, quaſi quibuſdam ictu-
bus, ſurculos eius incidendo percutiens, à mercede
uacuus non ero, fidelem retinens promiſſorẽ, me-
diatorem Dei & hominum Chriſtum Ieſum, qui
cum patre & ſancto ſpiritu uiuit & regnat Deus,
Amen.

DE EADEM DOMINICA, HO-
milia D. Euſebij Emiſſeni.

MVlta turba ſequebať Ieſum, multi undiq; con
ueniebant, multi de ciuitatibus ad deum pro
perabant, qui eius uerba audire, ipſumq; & mira-
cula quæ faciebat, uidere deſiderabant. Quũ autẽ
ſic ad eum oẽs confluerent, dixit per ſimilitudinẽ.
In parabolis enim loquebatur dominus, & ſine pa
rabolis loquebať nihil. Vnde & p prophetã dixit:
Aperiã in parabolis os meũ, loquar propoſitiones
ab initio. Nunc aũt ipſam parabolã uel ſimilitudi-
nẽ audiamus. *Exijt, inquit, qui ſeminat, ſeminare ſemẽ
ſuum, & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus uiam, & cõcul-
catum eſt, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud ce-
cidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt il
lud. Et aliud cecidit ſupra petra, & natum aruit, quia nõ
habebat humorem. Et aliud cecidit in terram bonam, &
ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat:
Qui habet aures audiendi audiat.* Non ſine cauſa cla-
mat Ieſus: qui enim clamat audiri deſiderat. Merit
to igiť clamabat dñs, quia pauci ibi erant qui eum
audirent. Audiebant quidẽ uocẽ audiebant & ſimi-
litudinẽ: illud tamen non audiebant, quod per illã
uocem & per ſimilitudinem illam ſignificabatur.
Vñ & aures audiendi reqrebat: qa non aures cor-
poris, ſed potius aures cordis hunc clamorem au-
diunt & intelligunt. *Interrogabant autem diſcipuli eĩ
us quæ eſſet hæc parabola.* Et iſti quidẽ nondũ aures
audiendi, eius uerbis adhibuerant. *Quibus ipſe dixit:
Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autẽ
in parabolis.* Vobis, inquit, qui creditis, uobis qui ſi-
dem habetis, uobis qui ueritatem diligitis, uobis
qui non carnalia, ſed ſpiritualia quæritis, uobis da-
tum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem
in parabolis. Sed quare cæteris in parabolis? *Vt uĩ
dentes non uideant, & audientes non intelligant.* Hoc
autem tale eſt ac ſi diceret: Vt uidentes umbram,
non uideant ueritatem, & audientes auribus cor-
poris, non intelligant auribus cordis. Hoc au-
tem eorum duritia & infidelitas facit, ut uerba
Dei intelligere non mereantur. *Eſt autem hæc para-
bola. Semen eſt uerbum Dei. Qui autem ſecus uiam, hi
ſunt qui audiunt, deinde uenit diabolus, & tollit uerbum
de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Nam qui ſupra
petram, hi ſunt qui quum audiuerint, cum gaudio ſuſcipi
unt uerbum. & hi radices non habent, quia ad tẽpus cre-
dunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autẽ in
ſpinis cecidit, hi ſunt qui audierunt, & a ſolicitudinibus
& diuitijs & uoluptatibus uitæ euntes ſuffocantur, &
non referunt fructum. Quod autem in bonam terrẽ, hi
ſunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum retĩ
nent, & fructum afferunt in patientia.* Ecce ipſo Do-
mino exponente didicimus, quid ſit ſemen, quid
ager, quid terra ſecus uiã poſita, quid terra petro-
ſa, quid ſpinoſa, & quid bona terra ſignificet. Semẽ
eſt uerbum Dei. Multum eſt ſemen, quia magnus
eſt ager. Hoc enim ſemine duo magna Horrea ple
na habemus, nouum uidelicet ac uetus teſtamen-
tum. Inde enim ſumimus, quicquid ubicunq; ſemi-
namus. Ager autem tantus eſt quantus & mũdus.
Vos, fratres mei, uos eſtis ager in quem hoc ſemen
ſeminatur. Videte ergo qualem terram huic ſemi-
ni exhibeatis: uidete ne ſitis illa terra, quæ ſecus
uiam poſita ſit: cuius ſemen illi uiatores mali con-
culcant, qui animæ malæ obedienti dicunt: Incur-
uare ut tranſeamus. Hoc autem ſemen diabolus
tollit, quia eius perſuaſione & deceptione ſit, ut cĩ
tiſſime à memoria dilabatur. Videte ne ſitis terra
petroſa, in qua uerbi Dei ſemen radices figere non
ualet, ſed cito areſcit: quia talis terra ad tempus
credit, & in tempore tẽtationis recedit. Videte ne
ſitis terra ſpinoſa: quæ q̃uis ſemen ſuſcipiat, in ea
tamen

tamen creſcere & fructificare non ualet, quia uitijs & diuitijs carniſq; uoluptatibus (quæ per ſpinas ſignificantur) comprimitur & ſuffocatur. Bene autem per ſpinas hæc figurantur: quoniã etſi carni mollia & ſuauia ſunt, animas tamen uulnerant & affligunt. Illi aũt ſunt bona terra, qui in corde bono & optimo audientes uerbum retinent: & non ſolum audiunt & retinent, uerum etiam operanť, & patientiæ fructum afferunt. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabũtur. Vnde ſcriptum eſt: Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et Iohannes Apoſtolus in Apocalypſi ait: Beatus q legerit & qui audiuerit uerba prophetiæ huius, & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt. Sed notandum eſt quod ait: In corde bono & optimo. Terra enim alia bona, alia melior, & alia optima eſt. Vnde & Matthęus Euangeliſta: Semen, inquit, cecidit in terram bonam, & attulit fructum, aliud triceſimum, & aliud ſexageſimum, & aliud centeſimum. Bona eſt enim, quę triceſimũ: melior, quæ ſexageſimum: optima uero, quæ centeſimum fructum affert. Si eñ libenter audias uerbum Dei, & quod audis, bene & Catholicæ intelligas, & id quod intelligis operaris, bona terra es. Quid eſt aũt bene & Catholice intelligere? primus uidelicet ſecundũ literam, poſtea uero ſecundũ ſpiritualẽ intelligentiã. Decem quidẽ ſunt uerba legis, in qbus tota lex pendet & ꝑphetæ. Quæ ſi dupliciter intelligamus, ad uiginti uſq; cõſcendimus. Ea aũt quæ dupliciter, id eſt, ad literã & ſpiritualiter intelleximus, ꝑ ſingula operemur, fiũt triginta. Bona igiť terra eſt, quę decẽ legis mandata prius ad literã, deinde uero ſpiritualiter intelligit, & ea quæ intelligit operať. Triceſimum ergo fructũ dant boni cõiugati, ſed nõ ſimpliciter, ut Iudęi, ſed dupliciter, ut Chriſtiani, legẽ credunt & intelligunt, & ea quæ intelligũt, operanť & cuſtodiunt. Nunc autem ad ſexageſimũ ueniamus, quem continentes reddunt, q tanto coniugatis meliores ſunt, q̃to hic numerus illum excedit, quum totus ille in iſto duplex inueniatur. Valde enim meliores ſunt, qui corporis & animæ continentiam & caſtitatem cuſtodiunt, quam illi qui ſolius animæ caſtitatem obſeruant. Conſtat autem ſexageſimus numerus, ex ſex & decem: quoniã ſexies decem, uel decies ſex, ſexaginta efficiunt. Et in decem quidem totã legis ſcientiam intelligimus, quoniã (ut iam diximus) in decem legis mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ. In ſex autem integra operatio deſignatur: quoniam in ſex ſolummodo diebus, omnẽ noſtrum laborẽ & operationẽ conſtituit deus. Dies nanq; Sabbati nõ ad laborem, ſed ad quietẽ poſitus eſt. Dant igitur Continentes fructũ ſexageſimum, ſi legẽ quæ in decem mandatis contineť, credunt & intelligunt, & ea quæ intelligunt, operari non negligunt. Reſtat nunc ut de his dicamus, qui fructum centeſimum domino reddũt. Cẽtenarius nanq; numerus, & ſecudnum ſe, & ſecundũ partes ſuas perfectus eſt, quoniã replicari quidem poteſt, creſcere autem non poteſt. Decies nanq; decem, centum faciunt: & decem quidem, & centum, & mille, quia non eſt ubi creſcant, perfecti numeri dicuntur. Illi igitur qui perfecti in eccleſia ſunt, centenariũ fructum congrue ſatis reddere intelliguntur. Et de talibus qdem Dñs ait: Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quę habes, & da pauperibus, & ueni ſequere me. Itemq;: Nolite cogitare de craſtino, & nolite ſoliciti eſſe animæ ueſtræ qd manducetis, neq; corpori quid induamini. Tales autem illi erant qui dicebant. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Soli igitur perfecti centeſimum fructum reddunt: inter quos nec ipſę uirgines poni debent, niſi & ipſi propter diuinitatem hanc habeant perfectionẽ. Sic igitur ſemen quod cecidit in terram bonam, attulit fructum, aliud triceſimum, aliud ſexageſimũ, atq; aliud centeſimũ.

DOMINICA IN QVINquageſima. Luc. xviij.

In illo tempore, Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos, & ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Et reliq. Homilia Gregorij papæ, habita in baſilica ſancti Petri.



REdemptor noſter ꝓuidẽs ex paſſione ſua diſcipulorum animos perturbãdos, eis longe ante & eiuſdem paſſionis pœnam, & reſurrectionis ſuæ gloriã pręclicit, ut eum morientẽ, ſicut pręclictum eſt, cernerent, etiã reſurrecturũ non dubitarẽt. Sed qa carnales adhuc diſcipuli, nullo modo ualebant capere uerba myſterij, uenitur ad miraculum. Ante eorum oculos cæcus lumen recipit, ut qui cœleſtis myſterij uerba non caperent, eos ad fidem cœleſtia facta ſolidarent. Sed miracula dñi ac ſaluatoris noſtri ſic accipienda ſunt fratres mei, ut & in ueritate credantur facta, & tñ per ſignificationem nobis aliquid innuant. Opa quippe eius, & per potentiã aliud oſtendunt, & per myſteriũ aliud loquunť. Ecce eñ qs iuxta hiſtoriã cœcus iſte fuerit ignoramus, ſed tamen quẽ ꝑ myſteriũ ſignificet nouimus. Cœcus quippe eſt genus humanũ, quod in parẽte primo à paradiſi gaudijs expulſum, claritatem ſupernæ lucis ignorans, damnationis ſuæ tenebras patitur, ſed tamen per redemptoris ſui præſentiam illuminatur, ut internæ lucis gaudia iam per deſiderium uideat, atq; in uia uitæ boni opis greſſus ponat. Notãdum uero eſt, q̃d cum Ieſus Hiericho appropinquare dicitur, cœcus illuminatur. Hiericho q̃ppe interpretatur luna. Luna aũt in ſacro eloq̃o ꝓ defectu ponitur carnis, quia dum menſtruis momentis decreſcit, defectũ noſtræ mortalitatis deſignat. Dum igitur conditor noſter appropinquat Hiericho, cœcus ad lumẽ redit: qa dũ diuinitas defectum noſtræ carnis ſuſcepit, humanum genus lumen quod amiſerat, recepit. Vñ enim deus humana patiť, inde hõ ad diuina ſubleuať. Qui uidelicet cœcus recte & iuxta uiam ſedere, & mendicans eſſe deſcribiť. Ipſa enim ueritas dixit: Ego ſum uia. Qui ergo æternæ lucis claritatẽ neſcit, cœcus eſt. Sed ſi iam in redemptorem credit, iuxta uiã ſedet. Iuha. 14
Si autem iam credidit, ſed ut æternam lucem recipiat rogare diſſimulat, atq; à precibus ceſſat, cœcus quippe iuxta uiam ſedet, ſed minime mẽdicat. Si uero & credit & exorat, & iuxta uiã ſedet cœcus, & mendicat. Quiſquis ergo cœcitatis ſuæ tenebras agnoſcit, quiſquis hoc quod ſibi deeſt lumẽ æternitatis intelligit, clamet medullis cordis, cla-

mer

met uocibus mentis, dicens: Ieſu fili Dauid, miſerere mei. Sed quid clamante cæco ſubiungitur, audiamus: ¶ *Et qui præibant, increpabant eum ut taceret.* Quid autem deſignant iſti qui Ieſu ueniente præcedunt, niſi deſideriorum carnalium turbas, tumultusq́ uitiorũ, qui prius q̃ Ieſus ad cor noſtrũ ueniat, tẽtationibus ſuis cogitationem noſtrã diſſipãt, & uoces cordis in oratione ꝑturbant? Sæpe nanq́ dum conuerti ad deũ poſt perpetrata uitia uolumus, dum cõtra hæc eadem exorare uitia quę perpetrauimus conamur, occurrunt cordi phantaſmata peccatorum quæ fecimus, mẽtis noſtræ aciẽ reuerberant, cõfundunt animum, & uocem noſtræ deprecationis premunt. Qui præibant ergo increpabant ut taceret, quia priuſquã Ieſus ad cor ueniat, mala quæ fecimus, cogitationi noſtræ ſuis imaginibus illiſa, in ipſa noſtra oratione nos conturbant. Sed quid ad hæc illuminandus cæcus fecit, audiamus. Sequitur: ¶ *Ipſe uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei.* Ecce quem turba increpat ut taceat, magis ac magis clamat, quia quanto grauiori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi inſiſtere ardentius debemus. Contradicit turba ne clamemus, quia peccatorum noſtrorũ phantaſmata plerunq́ & in oratione patimur. Sed nimirum neceſſe eſt, ut uox cordis noſtri, q̃ durius repellitur, eo ualẽtius inſiſtat, q̃tenus cogitationis illicitæ tumultum ſuperet, atq́ ad pias aures dñi nimietate ſuæ importunitatis erupat. In ſe, ut ſuſpicor, recognoſcit unuſquiſq́ quod dicimus: q̃a dum ab hoc mundo aĩm ad Deum mutamus, dum ad orationis opus cõuertimur, ipſa quæ prius delectabiliter geſſimus, importuna poſt & grauia in oratiõe noſtra toleramus. Vix cogitatio eorũ manu ſancti deſiderĳ ab oculis cordis abigitur, uix eorũ phãtaſmata per pœnitẽtiæ lamenta ſuperant. Sed cum in oratione noſtra uehementer inſiſtimus, trãſeuntem Ieſum menti figimus. Vnde illic ſubditur: ¶ *Stans autem Ieſus, iuſſit eum adduci ad ſe.* Ecce ſtat qui ante tranſiebat, quia cum adhuc turbas phantaſmatũ in oratione patimur, Ieſum aliquatenus trãſeuntem ſentimus. Cum uero orationi uehementer inſiſtimus, ſtat Ieſus ut lucẽ reſtituat: quia deus in corde figitur, & lux amiſſa reparatur. Qua tamen in re & aliud aliq̃d in nobis dominus innuit, q̃d intelligi de humanitate & diuinitate illius utiliter poſſit. Clamantem etenim cæcum trãſiens Ieſus audiuit, nõ ſedens, ſed ſtãs miraculum illuminatiõis exhibuit. Tranſire nanq́ humanitatis eſt, ſtare diuinitatis. Per humanitatẽ quippe habuit naſci, creſcere, mori, reſurgere de loco ad locum uenire. Quia ergo in diuinitate mutabilitas non eſt, atq́ hoc ipſum mutare tranſire eſt, profecto iſte tranſitus ex carne eſt, nõ ex diuinitate. Per diuinitatem uero ei ſemper ſtare eſt, quia ubiq́ pſens eſt, nec per motum uenit, nec per motum recedit. Cæcum igitur clamantem dominus tranſiens audiuit, ſtãs illuminauit: quia per humanitatem ſuam uocibus noſtræ cæcitatis cõpatiendo miſertus eſt, ſed lumen nobis gratiæ per diuinitatis potentiam infudit. Et notandum quid cæco uenienti dicat. ¶ *Quid tibi uis faciam?* Nunquid qui lumen reddere poterat, quid uellet cęcus ignorabat? Sed peti uult hoc quod & nos petere, & ſe concedere prænoſcit. Importune nanq́ ad orationem nos admonet, & tamen dicit: Scit nanq́ pater (Matt. 6) ueſter quid opus ſit uobis antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit ut petatur, ad hoc requirit, ut cor ad orationẽ excitet. Vnde & cęcus protinus adiungit: ¶ *Domine ut uideam.* Ecce cæcus à dño non aurũ, ſed lucẽ requirit, paruipendit extra lucẽ aliquid quærere: quia & ſi habere cæcus q̃dlibet poteſt, ſine luce uidere non poteſt quod habet. Imitemur ergo fratres chariſſimi eum quẽ & corpore audiuimus & mente illuminatum. Non falſas diuitias, nõ terrena dona, non fugitiuos honores à domino, ſed lucẽ quęramus, nõ lucẽ quę loco clauditur, quę tẽpore finitur, quę noctiũ interruptiõe uariatur, quę a nobis cõmuniter cũ pecoribus cernitur, ſed lucẽ quæramus, quã uidere cũ ſolis angelis poſſimus, q̃ nec initiũ inchoat, nec finis anguſtat. Ad quã profecto lucẽ uia, fides eſt. Vnde recte & illuminando cæco protinus reſpondetur: ¶ *Reſpice. Fides tua ſaluum te fecit.* Sed ad hæc cogitatio carnalis dicit: Quomodo poſſum lucem ſpiritalẽ quærere, quã uidere non poſſum? Vnde mihi certũ eſt ſi ſit quę corporeis oculis non infulget? Cui ſcilicet cogitationi eſt quod breuiter quiſq́ reſpũdeat: quia & hæc ipſa quæ ſentit, non per corpus, ſed per animã cogitat, & nemo ſuã aĩam uidet, nec tamẽ ſe dubitat animã habere, quã nũ uidet. Ex inuiſibili ergo anima, uiſibile corpus regitur. Si autem auferatur quod eſt inuiſibile, protinus corruit hoc quod uiſibile ſtare uidebatur. Ex inuiſibili ergo ſubſtantia in hac uita uiſibili uiuitur, & eſſe uita inuiſibilis dubitatur. Sed iã petẽti cęco q̃d factũ ſit, uel quid ipſe fecerit, audiamus. Sequitur: ¶ *Confeſtim uidit, & ſequebatur eum.* Videt & ſequitur, q̃ bonum quod intelligit, operatur. Videt & nõ ſequitur, qui bonũ quidẽ intelligit, ſed bene operari contẽnit. Si ergo fratres chariſſimi cæcitatẽ noſtrę peregrinationis agnoſcimus, ſi credẽdo in redẽptoris noſtri myſterio iuxta uiam ſedemus, ſi exorãdo quotidie ab autore noſtro uitę lucẽ petimus, ſi eãdem lucẽ iam per intellectũ uidendo illuminati poſt cęcitatẽ ſumus, Ieſum quem mente cernimus, opere ſequamur. Aſpiciamus qua graditur, & eius ueſtigia imitando teneamus. (Matt. 9) Ieſum enim ſeq̃tur, q̃ imitatur. Hinc nãq́ dicit: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sequere enim dicit, id eſt, imitare. Hinc rurſus admonet, dicẽs: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. (Ioan. 12) Cõſideremus ergo q̃ graditur, ut ſeq̃ mereamur. Ecce cũ ſit dñs & creator angelorũ, ſuſcepturus naturã noſtrã quã cõdidit, in uterũ uirginis uenit. Naſci tñ in hoc mundo per diuites noluit, parentes paupes elegit. Vnde & agnus qui pro illo offerretur defuit, colũbarum pullos, & par turturũ ad ſacrificiũ mater inuenit. Proſperari in hoc mũdo noluit, opprobria irriſiõesq́ tolerauit, ſputa, flagella, alapas, ſpineã coronam, crucemq́ ſuſtinuit. Et quia rerum corporalium delectatione à gaudio *interno (æterno) cecidimus, cum qua amaritudine illud reddatur oſtẽdit. Quid itaq́ homo pro ſe pati debet, ſi tanta deus pro hoĩbus pertulit? Qui ergo in Chriſto iam credidit, ſed adhuc auaritiæ lucra ſectatur, in ſuperbia honoris extollitur, inuidię facibus inardeſcit, libidinis ſe immũditia polluit, pſperari ad ea quę in mũdo ſunt cõcupiſcit, Ieſum in quo credidit, ſequi contẽnit. Diuerſo quippe itinere ambulat, ſi gaudia delectationesq́ appetit, cui dux ſuus uiã amaritudinis oſtendit. Reuocemus ergo ante oculos peccata quę fecimus, cõſideremus, quã terribilis iudex hæc puniturus adueniat. Mentem formemus ad lamẽta. Vita noſtra ad tẽpus amareſcat in pœnitẽtia ne ęternã amaritudinem ſentiat in uindicta. Per fletus q p

pe ad gaudia ducimur, ueritate pollicente, quę ait:
Beati qui lugēt, quoniā ipſi conſolabuntur. Ad fle
Matt. 5 tum uero per gaudia uenitur, hac eadē ueritate at-
teſtante quæ ait, Vę uobis qui ridetis nūc, quia lu-
gebitis & flebitis. Si ergo retributionis gaudiū in
Luc. 6 præuentione quærimus, pœnitētię amaritudinem
in uia teneamus. Sicq́ fit ut non ſolum uita noſtra
in deū proficiat, ſed ipſa hæc noſtra cōuerſatio ad
laudem dei & alios accendat. Vnde & hic ſubditur.
¶ *Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.* Tu autē.

DE EADEM DOMINI-

ca. Sermo beati Iohannis Chryſoſtomi, de fi-
de Abraham, & de immolatione Iſaac.

FIdes eſt religionis ſanctiſſimæ fundamē-
tum, charitatis uinculum, amoris ſubſidi-
um. Hæc ſanctitatem firmat, caſtitatem
roborat, dignitates exornat. In pueris
ſplendet, in iuuenibus floret, in proue-
ctis apparet. Gubernat ſexus, gradus prouehit, of-
ficia cuncta cuſtodit. In paupere grata eſt, in me-
diocri læta, in locuplete honeſta. Fides amicitii-
as ſeruat, collegia copulat, artes commendat. Nul-
lum deſpicit, nullum contemnit, nulli deeſt, niſi q
ei forte defuerit. Fides mandata tenet, præcepta
conſum ſeruat, promiſſa * confirmat. Fides familiares ef-
mar. ficit deo, amicos conſtituit Chriſto. Neque enim
pſpiciet quiſquam fidei promiſſa * percipiet, niſi profeſ-
ſionem actibus ſeruet: aut præmiorum poteſt cō-
pos exiſtere, qui promiſſam fidem conſeruare no-
luerit, ut iam aut impletæ fidei merces homini rē-
compenſetur, aut uiolatæ pœna competens tri-
buatur. Huius fidei ab Abraham ducamus exordi-
um, qui cum in excidua conſtitutus ætate, filium à
Deo promiſſum ſe crederet accepturum, & fidei
precium in filio conſpexit, & in ſtellarum ſuam ſo-
bolem numerum redundantem, fide comparauit
eadē. Deniq; unus filius Abrahæ exoptatur, & im-
mēſa ei multitudo promittitur. Solatiū unius hęre-
dis conqritur, & innumerabilis ſoboles deſtinatur.
Neſcis, inquit dominus, neſcis Abrahā quid deſti-
natū ſit tibi, ſed idcirco neſcis, qa qd merearis nō
reſpicis. Tantum enim de me tua meruit fides, tā-
tum tua obſequia ualuerūt, ut & quid deſideres no
rim, & facere quod mereris decreuerim. Nanq; ti-
bi naſcetur filius, cuius ſemē diffundetur in millia, ut
& ſimilitudini ſyderum coęquetur, & arenę immē-
ſitatibus comparetur. Credo, inqt Abraham, domi-
ne, credo quia potes, facturū te confido quod ſpō-
des. Nec enim confectam ſenectutē marceſcentis
meæ ætatis conſidero, aut Saræ coniugis ſterilem
effœtamq́ conditionem attendo, ſed tuæ maieſta-
tis potētiam tracto, nec cui talia promittātur, ſed
à quo promittātur agnoſco. Generare enim filios
ſenilis ætas non patitur, ſed tua domine iuſſione
completur. Steriles filios habere non poſſunt, ſed
hoc poſſe, tuę uirtutes efficiūt. Natura quidem ne-
gat, ſed potentia imperat. Aetas prohibet, ſed tua
poteſtas oſtendit. Impoſſibile quidem illud uide-
tur nobis, non tibi: homini, non tuæ domine maie-
ſtati: naturę, non deo, ſeruis, nō domino. Vnde cre-
do pater, credo domine iſtud te facturū eſſe quod
dicis, quia his uirtutibus cunctis gentibus innote-
ſcis. Tunc Sara concepit in utero, & peperit filiū,
patrem multarum gentiū deſtinatum. Naſcitur
Iſaac ornamentum generis, parentum gloria, pro-
pinquorum lętitia, familię decus, hęreditatis ſpes,
fidei precium, promiſſæ ſobolis teſtimoniū. In cui-
us natiuitate & dñs promiſſum reddidit, & Abrahā
uotum quod optauit, accepit. Gaudēt omnes, cun-
cti lętantē. Fit enim Iſaac dulcis cum naſcitur, dul-
cior cum nutritur. Nec enim poterat eſſe non dul-
cis, quem & patris fides cōdierat, & propria inno-
centia cōmendabat. Fit & Sara ex ſterili mater fœ-
cunda in filio, fœcundior futura ex ipſo. Redit iu-
uentus in ſenem, marcēs ętas reparatē in iuuenem,
& manente ſenectutis ętate, iuuenilia geruntē à ma-
tre. Deniq; blanditur, nutrit & lactat, & conſequē-
ria cōplet officia, quæ iam forſitan obliuiſceretur,
ſi ſuo tempore Sarę parere concederetur. Tunc lo-
cutus eſt dñs ad Abraham, dicēs: Accipe filiū tuū Gene. 22
quem diligis Iſaac, & uade in unum montiū, & of-
fer mihi illum in ſacrificium. Mox Abrahā tam ce-
leriter decernit iuſſis cœleſtibus eſſe parēdū, q̄ fue-
rat diuinitus imperatum. Verebatur enim ne uo-
tum mora offenderet, aut iuſſionē tarditas impe-
diret. Deniq; properat quod iuſſum eſt perficere, ſe-
ſtinat quod præceptum eſt adimplere. Fuit enim lę-
tus cū eū acciperet, lætior cū eum immolandum
dominus poſtularet. Oſtendit Abrahā chariſſimū
quidem ſibi eſſe filium, ſed multo chariorem filio
exiſtere dñm. Nec dulcedinem aut affectus pigno-
ris reſpiciebat, q iuſſionē ut perficeret, cogitabat.
Totos enim affectus conuertit in deum, cui iam ſe
nouerat mancipatum. Deniq; illā fidem ſeruabat
in ſeſe, cum filium iuberetur offerre, qua deū pro-
meruerat, cum eum mereretur accipere. Adeſt Iſa-
ac patri quidem ętate diſſimilis, ſed fide ac deuoti-
one ęqualis. Adeſt inquam Iſaac, qui ſi quid pater
diſponeret, ipſe fieri libenter optaret. Ita enim fili-
us paruit patri, ut pater diuinæ obtēperaret iuſſi-
oni: ut de cōſenſu filij pater ſecurus exiſteret, & uo-
lūtati patris ſeſe filius māciparet. Erat eñ in utriſ-
que unus animus, par ſenſus, & ſimilis circa deum
affectus, ut generoſitatem patris in filium tranſfu-
ſam conſpiceres, & innocentiam filij patri non de-
eſſe uideres, ut & paternę fidei particeps filius exi-
ſteret, & ſimplicitate filij patris ſublimitas redūda-
ret. Qua ſecuritate Abraham fretus, ſternit ſibi aſi-
nam, ad ſacrificium ligna cōcidit, pueros ſecū ad-
ducit. Cumq; ad ciuitatē ueniſſent, eſtote iſtic, in-
quit, ego & puer iſte ibimus ſoli: & cum adorauerī-
mus dominū, reuertemur ad uos. Statim pater cū
filio proficiſcitur ſolus. Ad quem idē filius: Pater,
inquit, ligna uideo, cultrum & ignē conſpicio, ho-
ſtiam quam immolaturus es quęro. Deſine, inquit,
deſine iſtud quęrere fili, quod ſibi dominus ad ho-
ſtiā procurabit: deſine quærere, quod ſibi dñs iam
præuidit. Magnum præſagium promittentis, ma-
gna innocentia inquirentis. Iſaac hoſtia, de hoſtia
patrē interrogat, ſacrificij effectus deſiderat. Ouis
ab eo quę deerat quęritur, ne ipſe qui loquitur im-
molet. Aſt ubi ad locum uentū eſt, uterq; montem
aſcendit. Aram pater extruxit, ligna compoſuit, fi-
lium colligauit. Patere me, inqt, fili, patere uotum
perficere, patere inquā per te iuſſionem dominī
adimplere. Deus enim q te condidit, expetit, q de-
dit, quærit: qui te creauit, te ſibi deſiderat immola-
ri. Non eſt eñ hoc parricidium, non eſt crudelita-
tis admiſſum, quia uotū eſt. Nec tibi fili à genitore
mors miſeranda infertē, ſed utriſq; nobis ſalubriter
prouidetur. Tanto eris acceptabilis hoſtia, quāto
libēter glorioſæ mortis acceperis beneficia. Quod
iuſſus pater es, pfice, inquit, q̇d diſponis, * conſtan- inſtat iter
ter adimple. Ego enim nec renuo, nec recuſo, q̄d
uolueris uolo, q̇d optas exopto, quod deſideras &
ipſe

ipſe deſidero. Deniq; eo uoto iſtā mortē excipio, q̃ te eā mihi inferre uelle cognoſco. Hæc etſi uerbis non dixit, tñ cūcta iſtá in actu oſtēdit. Mox pater extenſa manu gladium ſumit, dextram erigit, iugulare filium, ſacrificiū perficere, iuſſum dñi uoluit deuotus implere. & pendenti iā atq; imminēti mucrone, parce, inquit dñs, parce: fidē tuam quæſiui, nō filium ut iugulares optaui: nec amabile pignus tibi ſubtrahere, ſed deuotionem tuam uolui pertentare. Nunc cognoui quia amas dominū magis q̃ filium, imo magis amas filiū, quia diligis dominum: quia dum non peperciſti filio tuo propter deum, eundem tecum conſtituiſti dño glorioſum. Quare te benedictionibus cumulabo, & infinitam filiorum multitudinem ex eo tibi prouenire confirmabo. Statim procuratur aries, q pro Iſaac ſanctiſſimo mereretur occidi. Nec enī fas erat, ut Iſaac qui typum Chriſti portabat, á patre hoc in tempore mactaretur, quia perfecta ſacrificij hoſtia Chriſto dño ſeruabatur. Procurabatur, inquam aries, q pro Iſaac mereretur occidi, ut & promiſſum patris de hoſtia compleretur, & pſecto ſacrificio, patri Iſaac incolumis redderetur. Tunc uterq; lætus de monte deſcendit: pater, q̃d ſacrificiū notum ſaluo filio perfecerit: filius, q̃d iuſſa patris libenter optaſſet. Gaudet de patre filius, de filio pater. Gaudēt propinqui, familia cuncta lætatur: gaudent inquā q̃d & opus tantum perfectum ſit, & quod patrem cum filio incolumes illis dominus reuocarit.

DE EADEM DOMINICA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

MVlta iam conſummata erant quæ de filio hominis prophetæ dixerant, multa iam cōpleta erant, quæ de eius humanitate prophetauerāt: pauca reſtabāt adhuc, quæ ipſis diebus adimplenda erāt. Quæ ideo quidē ſuis diſcipulis Dñs prædicere uoluit, ut eum ſua ſponte paſſum intelligamus, & ea quæ uentura erant, eum præſciſſe & præuidiſſe nemo unquam dubitare audiat. Sequitur. *Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur & poſtquam flagellauerint, occident eum, & die tertia reſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt. Erat enim uerbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.* Omnia hæc prophetæ prædixerant, omnia hæc fieri oportebat. Vnde & quibuſdam alibi ait: O ſtulti & tardi corde ad credendū in omnibus quæ loquuti ſunt prophetæ. Nonne ſic oportuit pati Chriſtū, & ita intrare in gloriā ſuā? itemq;. Quomodo ergo implebūtur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri? Oportet etenim ut fiat quicquid Dñs fieri diſpoſuit. *Tunc autē* (ut Matthæus ait) *acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cū filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo.* Tūc, inqt, quando dñs aſcendebat Hieroſolymam, ut pro omnibus pateretur, tūc mater filiorū Zebedęi, id eſt Iacobi & Ioannis, á filijs admonita acceſſit ad Ieſum, ut primas ſedes filijs poſtularet. In q̃ manifeſte apparet, quia (ut Euangeliſta dicit) uerba Domini, diſcipuli non intellexerāt, quæ modo de ſua paſſione eis dñs nūciauerat. Si enim intellexiſſent, potius ad fletus & lachrymas conuerterētur, quam de dignitatibus aliquid loquerentur. Acceſſit igitur ad eū mater filiorū Zebedęi, adorans, & petens aliquid ab eo. Mulier iſta religioſa & Chriſto familiaris erat: ideo & magna petit, & confidēter ad Dominum accedit. Valde enim de Chriſto præſumebat, dum hoc filijs orat, quod ipſi filij pro ſe petere timebāt. Sed quid dicit? *Dic ut ſedeāt hi duo filij mei, unus ad dextram tuā, & unus ad ſiniſtrā in regno tuo.* Cum ambitiōe loquitur mater, & carnali affectu ambitioſis filijs primas in cœlo cathedras poſtulat. Vnde & merito eis à Domino dicitur, *Neſcitis quid petatis.* Neq; ita petere, neq; ita dare cōuenit primos ſedes. *Poteſtis bibere calicem, quē ego bibiturus ſum? dicunt ei: Poſſumus.* Obſcure eis loquitur Dominus, & fortaſſe nondum intelligebāt de quo calice eis loqueretur. Dicebat enim de calice paſſionis, de quo ad petrum Apoſtolum alibi ait: Calicem quem dedit mihi Pater, non uis ut bibam illum? Et Pſalmiſta, Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Dñi inuocabo. *Et ait eis: Calicem quidem meum bibetis.* Biberunt enim Iacobus & Ioānes calicem Chriſti, non quod ambo martyrio uitā finierint, ſed quod multas perſequutiones & anguſtias & tribulationes ambo ſuſtinuerunt. Et Iacobum quidem occidit Herodes: ſicut enim ſcriptū eſt, Occidit autem Iacobum fratrē Ioānis gladio. Ioānes aūt non occiſus, ſed in feruentis olei dolio miſſus, & in Pathmo inſula exilio relegatus, magnæ afflictionis & amaritudinis calicē bibit. *Sedere aūt ad dextrā meam uel ad ſiniſtram, non eſt meū dare uobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo.* Ac ſi dicat, Quod uos modo petitis, iā datū eſt. Non eſt meū dare uobis modo, nō ad me pertinet ordinare & diſponere modo, quis ad dexterā meā uel ad ſiniſtrā ſedere debeat in regno meo: hęc diſpoſitio non eſt hominis, non eſt huius tēporis: ab æterno factū eſt, quod modo fieri poſtulatis. Simul cū patre ante tempora diſpoſui, neq; iterū diſponere habeo, quā ſedē ibi unuſquiſq; ſuſcipiat. Quibus igit paratū eſt ſedere ad dextrā meam uel ad ſiniſtrā, ſiue uobis ſiue alijs, illorū erit: mutari non poteſt, quod paratū & diſpoſitū eſt. *Et audientes decē, indignati ſunt de duobus fratribus.* Adhuc enim & iſti carnales erant, neq; minus ambitioſi quā illi. Ideoq; indignabātur, & quod ſibi unuſquiſq; affectabat, hoc dari alijs inuidebat. *Ieſus autē uocauit eos ad ſe, & ait, Scitis quia principes gentiū dominantur eorū, & qui maiores ſunt, poteſtatē exercēt in eos, nō ita erit inter uos, ſed quicunq; inter uos uoluerit maior fieri, ſit ueſter miniſter, & quicunq; uoluerit inter uos primus eſſe, erit ueſter ſeruus.* Nō ita (inqt) erit inter uos, ſicut eſt inter mūdi huius poteſtates: ut ille cęteris dñetur, q maior cęteris eſſe uidetur: ſed potius oībus erit inferior, qui uoluerit eſſe ſublimior: & q plus ſe humiliauerit, maior á deo cōſtituetur. Hoc autē ad exemplum ſui oſtendit, dicens. Sicut filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animā ſuā in redemptionē pro multis. Sicut (inquit) filius ſe humiliauit, ſic ſe humiliet qui maior eſſe uoluerit, q quū in forma dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt, ſe eſſe æqualē deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiens, in ſimilitudinē hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem. Et quaſi ſeruus & miniſter, ſuorum diſcipulorum pedes lauare non eſt dedignatus. Hæc autem in uia loquebatur Dominus. His & ſimilibus ad ſui exemplum diſcipulos ſuos informabat, nec in ipſo itinere otioſus eſſe uolebat. *Factum eſt quum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam ſedebat ſecus uiam mendicans.* Hiericho namque interpretatur luna: cuius mutabilitas tanta eſt, ut nunquam in eodem ſtatu permaneat. Significat autem mundum iſtum, cuius mutabilitates infinitæ ſunt. Vt enim de alijs taceamus, quis ſolius hominis mutabilita-

tes dicere ualeat? Hanc antem ciuitatem qualibus & quibus armis & in quot diebus cœperit, Ioſue hiſtoria narrat. Quot ſi bene intelligatur, eodem modo, eiſdem armis, totidemque diebus, Ieſu Chriſto Domino noſtro mundus iſte ſubiugatur. Et tunc quidem appropinquauit Dominus Hiericho, quando factus eſt homo, & noſtræ carnis mutabilitatem ſuſcepit. Tunc igitur cęcus iſte illuminatus eſt, in quo multi cæci intelligũtur. Vnde & Matthæus non unum, ſed duos cæcos fuiſſe dicit: per q̃ duos populos, Iudæos uidelicet & Gentiles intelligimus. Orto namque iuſtitiæ ſole, populus q ſedebat in tenebris, uidit lucem magnã. Ipſe eſt enim qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Omnes enim cœci erant: & quãdo hæc lux mundo apparuit, uel pauci uel nulli illuminati erant. Sed nunquid & modo cæci nõ ſunt? Multi quidem cæci ſunt & modo. Quomodo enim cæci non ſunt, qui diabolum ſequuutur, & per deuia ultiorum præcipitantur? Vere utique cæci ſunt quos diabolus trahit. Vidiſtis cæcos aliquando à pueris, aliquando & à canibus trahi. Et melius quidem iſti trahuntur, quam illi qui à diabolo ducuntur. Iſti enim cadunt & ſurgunt: illi uero quos diabolus trahit, poſtquam ſemel in foueam p̃cipitant̃ nunq̃ ulterius leuãtur. Cęcus eſt autem omnis ſuperbus, omnis auarus, omnis adulter & fornicator. Denique omnes cæci ſunt, quicunque illam lucem non ſequuntur, quæ ait: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Quiſquis igitur es, qui te cæcum eſſe intelligis, redi ad uiam. Quanto enim quiſque iniquior eſt, tanto à uia longius eſt. Sed ad quam uiam? ad illam, per quam tranſit & ambulat Ieſus. Vniuerſæ enim uię Domini, miſericordia & ueritas. Ad has igitur redi, per has ambulare diſce, clama, & mendica: clama non ore, ſed corde: clamor cordis altius auditur, cœlos penetrat, & in Dei auribus reſonat. Clama ergo, & dic: Miſerere mei Domine fili Dauid. Mẽdica cum Propheta: Inclina domine aurẽ tuã ad me, exaudi me, quoniam egenus & pauper ſum ego. O quam diues iſte erat, qui ſic mendicabat, & ſe egenũ & pauperem dicebat! Noli audire turbam increpantem, & clamare prohibentẽ. Mala turba, quæ à tali clamore hominem exturbat. Hęc turba, uitiorum & malignorũ ſpirituũ exercitus intelligitur, qui nos ad deum clamantes, & miſericordiam poſtulantes ſemper impedire conatur. Si enim cæcus tacuiſſet, & turbæ increpanti crediſiſſet, adhuc illuminatus non fuiſſet. *Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe. Et quum appropinquaſſet, interrogauit eum, dicẽs: Quid tibi uis faciam? At ille dixit, Domine ut uideam.* Ecce quantum oratio poteſt, ecce quãtum ualet clamor mẽtis. Turbam uicit, Chriſtũ ſiſtit, clamore tenetur, qui ſortitudine teneri nõ poſſet. Stat Ieſus, uocat & expectat eũ, quid uelit interrogar. Nihil niſi lumẽ requirit, cum lumine loquitur, & à lumine lumen quærit: nihil melius quærere poterat. Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebũt. Et Ieſus dixit illi, *Reſpice fides tua te ſaluum fecit.* Et cõfeſtim uidit & ſequebatur eum, magnificans deum. Inter dicere & facere dei nulla diſtantia eſt: dixit illi, reſpice, & cõfeſtim uidit. Hoc autem fides fecit, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. *Et ſequebatur eum, magnificans Deum.* Cæci nõ ſequuntur Ieſum: illi eum ſequũtur, qui illuminati ſunt. Illi uero illuminati ſunt, qui in eum credunt, qui ueritatem intelligunt: & erroris tenebras à ſe repellunt. Et tales quidem eum magnificant & laudant: quia non eſt pretioſa laus in ore peccatoris. *Et omnis plebs at uidit, dedit laudem Deo.* Dignum eſt enim, ut omnes eum laudent, qui facit mirabilia magna ſolus.

IN DIE CINERVM.

Matth. VI.

In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

MAnifeſtũ eſt his præceptis omnẽ noſtrã intentionem in interiora gaudia dirigi, ne foris quęrẽtes mercedẽ, huic ſeculo cõformemur, & amittamus promiſſionem tanto ſolidioris atque firmioris quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit deus conformes fieri imaginis filij eius. In hoc aũt capitulo maxime animaduertendum eſt, non ſolum in rerum corporearum nitore atq; põpa, ſed in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſſe iactãtiã, & eo periculoſiorem, quo ſub noĩe ſeruitutis dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atq; ueſtitus, uel cæterarũ rerũ nitore præfulget, facile conuincitur rebus ipſis pomparum ſeculi eſſe ſectator, nec quenquã fallat doloſa imagine ſanctitatis. Qui autem in profeſſione Chriſtianitatis, inuſitato ſqualore ac ſordibus intẽtes in ſe hominũ oculos facit, cum id uolũtate faciat, nõ neceſſitate patiatur, cęteris eius operibus poteſt conijci, utrum hoc cõtemptu ſuperflui cultus an ambitione aliqua faciat. Quia & ſub ouina pelle cauendos lupos dominus pręcipit. ſed ex fructibus, inq̃t, eorum cognoſcetis eos. Cum enim cœperint aliquibus tentationibus ea ipſa illis ſubtrahi uel negari, quę iſto uelamine uel conſecuti ſunt, uel conſequi cupiunt, tunc neceſſe eſt ut appareat utrũ lupus in ouina pelle ſit, an ouis in ſua. Nõ enim propterea ornatu ſuperfluo debet aſpectus hominum mulcere Chriſtianus, quia parcum habitum ac neceſſarium etiam ſimulatores ſępius uſurpant, ut incautos decipiant: quia & illę oues nõ debẽt deponere pelles ſuas, ſi aliquando eis lupi ſe contegant. Quæri ergo ſolet, quid ſit quod ait: Vos autem ieiunantes ungite capita ueſtra, & facies ueſtras lauate, ne uideamini hominibus ieiunantes. Non (etiã dicet quiſpiã) recte præceperit, quamuis faciem quotidiana conſuetudine lauemus, unctis etiam capitibus cum ieiunamus nos eſſe debere: Quod ſi turpiſſimum oẽs fatentur, intelligendum eſt, hoc pręceptum ungendi caput, & faciem lauandi, ad interiorẽ hominẽ pertinere. Vngere ergo caput, ad lætitiã pertinet: lauare autem faciem, ad munditiam. Et ideo caput ungit, qui lætatur interius mente atq; ratione. Hoc enim recte accipimus caput, q̊d in anima pręeminet, & quo cętera hominis regi &. gubernari manifeſtum eſt. Et hoc facit, qui non foris quærit lætitiam, ut de laudibus hominum carnaliter gaudeat. Caro autem quæ ſubiecta eſſe debet, nullo modo eſt totius naturę humanæ caput. Nemo quidem unq̃ carnẽ ſuam odio habuit, ſicut Apoſtolus dicit, cum diligendam uxorẽ præcipit: ſed caput mulieris uir, cui uiro caput eſt Chriſtus. Interius aũt gaudeat in ieiunio ſuo, eo ipſo quo ſe ſic ieiunando à uoluptate ſeculi auertit, ut ſit ſubditus Chriſto, qui ſecundum hoc præceptũ caput

Matt. 7

Vngere caput.

Ephe. 5

1. Cor. 11

unctum habere deſiderat. Ita enim & faciem lauabit, id eſt, cor mundabit, quo uiſurus eſt deum, nō interpoſito uelamine propter infirmitatem contractam de ſordibus, ſed firmus & ſtabilis, quoniā
Eſai.1 mundus & ſimplex. Lauamini, inquit, mūdi eſtote, auferte nequitias ab animis ueſtris, atq̄ à cōſpectu oculorum meorū. Ab his ergo ſordibus facies no-
2. Cor. 3 ſtra lauanda eſt, quibus dei aſpectus offendit. Non enim ſordidi ſic reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandē imaginē transformabimur. Sæpe etiam cognitio neceſſariarum rerū, ad iſtam uitam pertinentium, ſauciat & ſordidat interiorem oculū noſtrum, & plerunq; cor duplicat, ut ea quę uidemur cum hominibus rectefacere, non eo corde faciamus quo dominus noſter præcipit, id eſt, non quia eos diligimus, ſed quia commodum ab eis aliquod propter neceſſitatem præſentis uitæ adipiſci uolumus. Debemus autem benefacere hominibus propter ſalutem ipſorum æternā, non ꝓpter temporale commodum noſtrum. Inclinet ergo deus cor noſtrum in teſtimonia ſua, & non in
Pſal. 118. emolumentum. Finis enim præcepti eſt charitas
1. Ti. 1 de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Qui autem propter ſuam de hac uita neceſſitatem fratri conſulit, non utiq; charitati cōſulit, qa non illi quem debet tanquam ſeipſum diligere, ſed ſibi conſuiit, uel potius nec ſibi: quandoquidē hinc ſibi facit duplex cor, quo impeditur ad uidendū deum: in qua ſola uiſione eſt beatitudo certa atq; perfecta. Recte ergo dominus præcipit, qui mandando cordi noſtro inſtat, dicens: Nolite uobis condere theſauros in terra, ubi tinea & comeſtura exterminant, & ubi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autem uobis theſauros in cœlo, ubi neq; tinea neq; comeſtura exterminant, ac ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuū. Ergo ſi in terra erit cor, id eſt, ſi in eo corde quiſq; operetur aliqd, ut terrenū cōmodum adipiſcatur, quomodo erit mundū quod in terra uolutatur? Si autem in cœlo, mūdum erit, quia munda ſunt quæcunq; cœleſtia. Sordeſcit tm̄ aliquid, cum inferiori miſcetur naturæ, quanuis in ſuo genere non ſit ſordidum. Quia etiam de puro argento ſordidatur aurum ſi miſceatur. Ita & animus noſter terrenorum cupiditate ſordeſcit, quāuis ipſa terra in ſuo genere atq; ordine munda ſit. Cœlum autem hoc loco non corporeum acceperim; quia omne corpus pro terra habendum eſt. Totum enim mundum debet contemnere, qui ſibi theſaurizat in cęlo. In illo ergo cælo de quo dictū
Pſal. 113. eſt per Pſalmiſtam, Cœlum cœli domino, terrā au
Matt. 24 tem dedit filiјs hominum, id eſt, in firmamento ſpirituali. Non enim in eo q̄d tranſiet, cōſtituere aut collocare debemus theſaurū noſtrū & cor noſtrū, ſed in eo quod ſemꝑ manet. Cęlū aūt & terra trāſient. Et hic manifeſtat de mundando corde ſe cuncta iſta præcipere, cum dicit: ¶ *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si autem oculus tuus nequam eſt totū corpus tuū tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Qui locus ſic intelligendus eſt, ut nouerimus omnia opera noſtra tunc eſſe munda, & placere in conſpectu dei, ſi fiant ſimplici corde, id eſt, intentione ſuperna fine illo charitatis, qa & plenitudo legis cha
Rom. 13 ritas. Oculū ergo hic accipere debemus ipſam intentionem, qua facimus quicquid facimus. Quæ ſi munda fuerit & recta, & illud aſpiciens quod aſpiciendum eſt, omnia opera noſtra quæ ſecundum eam operamur, neceſſe eſt ut ſint bona. Quæ opera omnia totum corpus appellauit, quia & Apoſtolus qui mēbra noſtra dicit quædam opera, quæ improbat, mortificanda præcipit, dicens: Mortifi- Col. 3
cate ergo membra ueſtra quæ ſunt ſuper terrā, fornicationem, immunditiam, auaritiam, & cętera talia. Non ergo quid quiſque faciat, ſed quo animo faciat, conſiderandum eſt. Hoc eſt enim lumen in nobis: hoc quia in nobis manifeſtum eſt, bono animo nos facere quod facimus. Omne enim q̄d manifeſtatur, lumen eſt. Nam ipſa facta, quæ ad hominum ſocietatem à nobis procedunt, incertum habent exitū, & ideo tenebras eas uocauit. Non enim noui, cum pecuniam porrigo indigenti & petenti, quid inde aut facturus aut paſſurus ſit, & fieri poteſt ut utatur, uel faciat ex ea, uel ꝓpter eam patiatur aliquid mali, quod ego cum darem, non euenire uoluerim, neq; hoc animo dederim. Itaque ſi bono animo feci, quod mihi cū facerem notum erat, & ideo lumen uocatur, illuminatur etiam factum meum, qualemcunque exitum habuerit. Qui exitus quoniā incertus & ignotus eſt, tenebrę appellatæ ſunt. Si aūt malo animo feci, etiā ipſum lumen tenebrę ſunt. Lumē enim dicitur, quia nouit quiſque quo animo faciat, etiam cū malo animo facit. Sed ipſum lumen tenebræ ſunt, quia non in ſuperna dirigitur ſimplex intētio, ſed ad inferiora declinatur, & duplici corde quaſi umbram facit. Si ergo lumē q̄d in te eſt, tenebrę ſunt, ipſe tenebræ quantæ erunt? Hoc eſt, ſi ipſa cordis intētio q̄ facis q̄d facis, quæ tibi nota eſt, ſordidatur appetitu rerum terrenarum & temporalium, atque cæcatur, quāto magis ipſum factum, cuius incertus eſt exitus, ſordidum & tenebroſum eſt? quia & ſi bene alicui proueniat, quod tu non recta & munda intentione facis, quomodo tu feceris, tibi imputatur, non quomodo illi prouenerit. Tu autem.

EODEM DIE

Matt. VI.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Et reli. Homilia de eadē lectiōe.

CLemens & pius Dn̄s deus noſter humanum genus quod prædeſtinauerat ad uitā, nō eſt paſſus relinquere in morte, ſed ita ut ſuaſione deceptum fuerat diaboli per guſtū pomi in paradiſo, ita etiam ſacroſancto ieiunio docuit eſſe liberandum, ut in præſenti lectione audiuit dilectio ueſtra. Cum ieiunatis, inquit, nolite triſtes eſſe coram hominibus pro appetitu laudis humanæ oſtendere, ſicut hypocritæ faciunt, qui omnia bona ſua quæ egerint, propter humanæ tantum laudis concupiſcentiam operantur, de quibus ſubditur: ¶ Amen dico uobis, quia receperūt mercedem ſuam, quam ab hoibus quæſierunt, & non ſolum præmio priuati ſunt ſempiterno, ſed etiam pœnas habent ſibi præparatas ęternas. Vnde etiam de ſancto ſeqtur ieiunio: ¶ *Tu autem cum ieiunas unge caput tuum, & faciem tuam laua.* Ac ſi diceret: Sancto igitur ieiunio, ſancta adaugere opera feſtinate. Quod uero caput ungere docet, faciemq; lauare, pijs hoc ipſum ieiunium opibus deo oīpotenti commendari uult. Caput ergo noſtrum Chriſtus eſt, omneſq; fideles eius membra eſſe dicuntur. Caput ergo noſtrum ungimus, faciemq; lauamus, cum ieiunia noſtra eleemoſynarum largitate, pauperumq; & pe-

 gtinos

grinorum cura, uenia quoq; delictorom in debito
ribus, orationibus ſanctis, humiliq; cõfeſſione, pœ
nitentia iachrymoſa uigiliarumq; aſſiduitate, dño
noſtro placabilia facimus. Talibus & his ſimilibus
iuſtitiæ uel miſericordiæ opibus oẽs ſordes à no
bis delictorum abloere ſtudeamus, ꝑcipueq; caue
re, ne homanæ laudis appetitu hæc ipſa ꝑdamus,
ſed potius domino largiẽte ita ſint bona noſtra ꝓ
ximis in exẽplum, ut uidentes bona opera noſtra,
glorificent patrem noſtrum, qui in cælis eſt, & nos
pro bonis quæ fecimus, duplicem à domino mer
cedem pro noſtra & aliorũ ſalute percipere mere
amur, ſicut ſancta nobis lectio repromittit. Et pa
ter tous qui uidet in abſconſo, reddet tibi. Ac ſi di
ceret: Nam com deus pium ac fidele ſtudium no
ſtrum uiderit, æternæ beatitudinis ꝑmio nos re
monerabit. Sequitur: ¶ *Nolite theſaurizare uo*
bis theſauros in terra, abi ærugo & tinea demolitur,
& ubi fures effodiuat & furantur. Theſaurizate uo
bis theſauros in cœlo, ubi neq; ærugo neque tinea
demolitur, & ubi fures non effodiunt neq; furan
tur. Quod ad ſuperiora reſpicit uerba, monẽs ele
moſynarom largitatem taotum in æternum recõ
di theſaurum. Fures aũt ſicut male ſeruatam pe
cuniam furantur, & ut tioea corrumpit & diſſipat,
ita diabolus q hic fur intelligitur, qcquid boni ꝓ
dño faciamus, omni ſtudio (ſicut mille habet artes
noceodi) totum hoc fauore hominum (quod hic ti
nea intelligitur) corrũpere, & æternæ retributio
nis gaudio omnimodis priuare conatur. Vnde dile
ctiſſimi, nobis omni ſtudio, iuxta poſſibilitatem ſu
am, unuſquiſque humanã laudem in exercitio bo
ni operis fugiat: & tamen exẽpla ſanctitatis omni
bus quantum poteritis, alijs ad uitam, & uobiſmet
ipſis ad gloriam ſempiternam demonſtrare ſatagi
te. Mementote quomodo hæc ipſa ſancta lectio
monet. ¶ *Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor*
tuum. Quiſqois deſiderat in cęlo habitare cũ Chri
ſto, eroget quod ualet, uel paruum quod habet in
terra, ut recipiat in cælo quę dederit. Quid ad hęc
dicere poſſumus? Si terrena iſta & tranſitoria in
digentibus non damus, ea nec in cœlo nec in ter
ra habebimus. Si ergo humiliter dederimus in ter
ra, ſublimiter in cælo præmia recipiemus æterna.
Amplectamur ergo dilectiſſimi beatam iſtam ſa
cratiſſimæ ſolennitatis iochoationem, & ſolenne
ieiuoium concordante propoſito bonæ uoluntatis
ineamus. Nihil a quoquam arduum, nihil aſperum
à nobis quæritur, nec aliquid quod uires noſtras
excedat indicitur, ſiue in abſtineotiæ caſtigatio
ne, ſiue in eleemoſynæ largitione. Sciunt enim ſin
guli, quid poſſunt, quidve non poſſunt. Ipſi modu
lum ſuum penſent, ipſi iuſta & rationabili conſide
ratione decernant, ut ſacrificium miſericordię, qc
quid oblatum fuerit, non cum triſtitia deo offera
tur. Nam eleemoſynę illis proſunt, qui uitam mu
taoerint. Das eñ in egeno Chriſto, ut peccata tua
redimas per Chriſtum. Nam ſi ideo illi das, ut lice
at tibi peccare impune, nõ Chriſtum paſcis, ſed iu
dicem cõtemnere conaris. Vos ergo ad hoc facite
eleemoſynas, ut orationes ueſtræ exaudiãtur, ac ut
adiouet uos deus ad uitam commutandam, & qui
commoratis eandẽ uitam, in melius commuteris:
ut per eleemoſynas & orationes atq; ieiunia delea
tur mala præterita, & futura uobis bona proueoi
ant ſempiterna, per domioum noſtrũ Ieſum Chri
ſtum, qoi cũ patre & ſpirituſancto uiuit & regnat
deus in ſecula ſeculorum, Amen.

EADEM QVARTA FERIA

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

TRiſtes enim dicuntur hypocritæ: quia ut reli
gioſi appareãt, triſtitiã quandã & ſeueritatẽ
in uultu oſtẽdũt, q̃ſi q multo ieiunio ſint cõfe
cti. Vnde & ſubditur, *Exterminaat facies ſuas, ut ap*
pareant hominibus ieiunantes. Facies enim ſuas ex
terminant, quia ultra ſuę pulchritodinis terminos
atque naturam, incultas: & informes horreſcere
ſinunt. Si enim ioformitas deo placuiſſet, tam pul
chra facie hominem nõ formaſſet. Sed quare hoc
faciũt? *Vt appareant hominibus ieiunaates*. Si eñ ſoli
deo ieiunium ſuum commeodare uoluiſſeot, nõ in
facie, ſed in corde illud oſtenderent. Scriptum eſt
enim, Homo uidet io facie, Deus autem corda in
tuetur. Quia igitor non deo, ſed hominibus place
re uolunt, illud exterminant quod ab hominibus ui
detur. Ideoq; qui laudem ab hominibus quærunt,
mercedem à deo non recipiunt. Et hoc eſt quod
ait: *Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam.* Sola
igitur intẽtio facit, ut noſtra ieiunia & cũcta opera
tio noſtra deo placeãt. Vnde in ſequẽtibus ait: Lu
cerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus
fuerit ſimplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si aũt
oculus tuos nequã fuerit, totũ corpos tuũ tenebro
ſum erit. Animæ nanq; oculus intẽtio eſt: quę ſi bo
na fuerit, omnis eius oꝑatio lucida erit. Vnde quæ
dã ſapiens ait. Non magoopere conſiderãdum eſt
quid aliquis agat, ſed qua intentione hoc faciat.
Qui enim ideo ieiunant, & facies ſuas extermi
nant, ut appareant hominibus ieiunãtes, qa ſtulta
& uana iotentione hoc faciunt, iſti qoidẽ (ſicut do
minus ait) receperuot mercedem ſuã. Similiter au
tem & illi qui omnia opera faciunt ut uideãtur ab
hominibus, nullam aliã mercedẽ habebũt. At uero
illis qui booa intentiooe hoc agunt, ꝑcipit Domi
nus, ut corã hominibus opera ſua faciant. Sic (in
quit) luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uide
ant ueſtra bona opera, & glorificẽt patrẽ ueſtrum
qui in cœlis eſt. Sola igitur intentio facit, ut opera
noſtra uel bona uel mala Domino appareant. Ho
mo eoim in facie uidet, deus autẽ corda intoetor.
Vnde & ipſe ait: Nolite iudicare, & nõ iudicabimi
ni: nolite condẽnare, & non condemnabimini. Iu
dicatis quæ neſcitis, condemnatis multoties quæ
ignoratis. Aliter uobis, & aliter mihi uidetur: cogno
ſcite prius intentionem, & ſic iudicate. Poteſt enim
fieri, ut unũ & ſimile opus non una inteotione fiat.
Palam eoim eleemoſynã dare, & bona & nõ bona
intẽtione fieri poteſt. Si eoim ideo das, ut bonũ ex
emplum alijs tribuas, & Deus inde glorificetur,
bona intentio eſt. Sic igitur in omnibus ſola inten
tio quærenda eſt: quæ ſi bona fuerit, totũ corpus
uirtutum, totaq; maſſa operationũ lucida erit. Sed
dicis: Qoomodo ergo ieiunabo? Audi quod ſequi
tur. *Tu autem quum ieiuaas, unge caput tuum, & faciẽ*
tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, ſed patri tuo
qui uidet in abſcondito: & pater tuus qui uidet in ab
ſcondito, reddet tibi. Hypocrita (inqoit) quando ie
iunat, faciem extermioat, quoniam extermioato
rẽ & triſtitiæ principem in corde habet. Tu uero
qui totius conſolatioois lætitięq; Dominũ in cor
dis habitaculo geſtas, hilarem & pulchrã faciẽ o
ſtẽde, appareat exterius in facie, quantũ lætitię bo
num pręſideat mẽti. Et uirtute ieiunij operãte ſic
ut animæ caput & facies ungitur & lauatur interius:
ſic etiã nõ mœroris, ſed gaudij pulchritudo reue
let exterius. Hoc enim ieiuniũ ſuo ordine celebratũ
opera

operatur in nobis,ut mēs noſtra ſancti ſpiritus o-
leo ungatur,et facies animæ peccatorū maculis ab
ſtergatur. Faciei aūt ſpiritualis ſanctaq; lætitia,hy
pocriſim tollit, eiusq; ſuſpicionē. Qualiſcunq; eñ
ſit facies,deus tamē nō faciē intuetur,ſed cor. Age
palam quicquid uis, finge et ſimula quod uis , ipſe
tamen in abſcondito uidet : & ſecundū hoc quod
ibi uidet reddet tibi ¶ *Nolite theſaurizare uobis the
ſauros in terra,ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fu-
res effodiunt & furantur. Theſaurizate uobis theſauros
in cœlo, ubi neq; ærugo neq; tinea demolitur, & ubi fu-
res non effodiunt,nec furantur.* In terra enim theſau-
rizanti dicitur, Theſaurizat, & ignorat cui cōgre-
gabit ea. Itemq; O ſtulte:hac nocte anima tua tol
letur à te:quæ aūt paraſti,cuius erunt ? De illo ue
ro q in cœlis theſaurizat,quid dicitur? Diſperſit,
dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculū ſæ
culi,cornu eius exaltabitur in gloria. Et dominus
ad diuitē: Si uis perfectus eſſe, uade, uende omnia
quæ habes,& da pauperibus, & ſequere me,& ha-
bebis theſauros in cœlo. Qui aūt ſic ſuos theſauros
reponit , ſecurus eſt , eosque amittere non timet.
Quicunq; igitur es,quicunq; cupis habitare alam
tuā in cœlo,& eſſe:ibi theſauros tuos repone. Vbi
enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuū. Si in cœ
lo eſt theſaurus,ibi erit & anima: ſi in terra eſt,in
terra erit. In terra utiq; de qua beatus Iob ad do
minū dicit: Dimitte me ut plangā paululū dolorē
meum antequā uadam,& non reuertar, ad terram
tenebroſam,& opertā mortis caligine,in terrā mi
ſeriæ,& tenebrarū,ubi umbra mortis,& nullus or
do,ſed ſempiternus horror inhabitat. Deniq; ubi
theſaurus, ibi eſt & cor : quia unuſquiſq; illuc per
uenire deſiderat,ubi diuitias ſuas cognoſcit eſſe cō
ditas. Beatus igitur qui diuitias ſuas in cœlo re-
poſuit,ut ſemper ibi mentem habeat, ſemperq; il
luc omnibus uiribus & deſiderio tendat.

FERIA QVINTA POST
Cinerum. Matth. VIII.

¶ In illo tempore : Cum introiſſet Ieſus
Capharnaum, acceſsit ad eum Centurio,
rogās. Et reliq. Hom. B. Auguſt. epiſcopi.

AVdiuimus cum euangeliū legeretur,fidē no
ſtram in humilitate laudari. Ad domū quip
pe cēturionis cum ſe promitteret dominus
Ieſus iturū,ut puerum eius ſanaret, ille reſpondit,
Non ſum dignus ut ſub tectū meum intres, ſed tā-
tum dic uerbo,& ſanabitur puer meus. Dicēdo ſe
indignū,præſtitit dignū:non in cuius parietes,ſed
in cuius cor Chriſtus intraret. Neque hoc diceret
cum tanta fide & humilitate, niſi illū quē timebat
intrare domū ſuam,corde geſtaret. Nam non eſſet
magna felicitas,ſi dominus intraret eius parietes,
Luc 7 & nō eſſet in pectore eius. Magiſter quippe humi-
litatis, & uerbo & exemplo diſcubuit in domo cu-
iuſdam phariſæi ſuperbi,nomine Simonis,& cum
in domo eius recumberet, non erat in corde eius
ubi caput reclinaret filius hominis. Ita eñ quendā
ſuperbum, quantū intelligitur ex uerbis ipſius do-
mini,ultro ſecū ire cupientē, à ſuo diſcipulatu re-
uocauit. Sequar te,ait,domine,quocunq; ieris. Et
Matth, 8 dominus in eius corde inuiſibilia uidēs: Vulpes,in
quit foueas habēt,& uolucres cœli nidos,filius aūt
hominis,non habet ubi caput ſuum reclinet . Hoc
eſt,habitant in te inſidiæ ſicut uulpes,habitat ſup-
bia ſicut cœli uolatilia, filius aūt hominis ſimplex
contra inſidias,humilis cōtra ſuperbiā,non habet
ubi caput ſuum reclinet. Et ipſa reclinatio capitis
nō erectionis,ſed humilitatis magiſtra eſt. Reuo-
cat ergo iſtum ire cupientē, trahit alium recuſan-
tem. Eodem quippe loco ait cuidā:Sequere me. Et
ille:Sequor,inquit,te dñe,ſed ſine me primo ire,et
ſepelire patrē meum. Pie quidē excuſauit, & ideo
dignior cuius excuſatio remoueretur,uocatio firma-
retur . Pium erat quod uolebat facere , ſed docuit
magiſter quid deberet præponere. Volebat enim
eum eſſe uiui uerbi prædicatorē,ad faciēdos uiuu-
ros. Erant autē alij p quos illa neceſsitas impleret-
tur. Sine,inqt,mortuos ſepelire mortuos ſuos. In
fideles quādo cadauer ſepeliunt,mortui mortuum
ſepeliunt. Illius corpus animā pdidit, illorū anima
deum. Sicut enim uita corporis anima eſt , ſic uita
animæ deus. Sicut expirat corpus cum animā emit
tit,ita expirat anima cum deū amittit. Deus amiſ-
ſus,animæ mors:anima emiſſa, mors eſt corporis.
Mors corporis neceſſaria,mors animæ uolūtaria.
Diſcumbebat igitur dominus in domo ſupbi cuiuſ- Luc. 7
dam phariſæi. In domo eius erat , ut dixi,& in pe-
ctore eius non erat. In huius uero centurionis do-
mum non intrauit, ſed pectus poſſedit. Zachæus Lucæ. 19
uero dominum & domo ſuſcepit,& animo. Huius
tamen fides in humilitate laudatur,dixit eñ: ¶ *Nō
ſum dignus ut ſub tectum meum intres.* Et dñs: *Amē di-
co uobis non inueni tantam fidem in Iſrael*,ſecundū car
nem. Et iſte iā Iſraelites erat ſecundum ſpiritum.
Venerat dominus ad Iſrael carnalem, id eſt,ad Iu-
dæos , ibi primum quærere oues perditas, in quo
populo etiam corpus aſſumpſerat. Non inueni tā-
tam fidem, ipſe dicit. Poſſumus nos metiri fidem
hominum,ſicut homines. Ille qui interiora cerne-
bat,ille quem nemo fallebat,perhibuit teſtimoniū
cordi hominis,audiens uerba humilitatis,pronun
cians ſententiam ſanitatis. Vnde autē hoc præſum
pſit ? ¶ *Et ego,inquit,homo ſum ſub poteſtate conſtitu-
tus, habens ſub me milites ,& dico huic uade,& uadit,&
alio ueni,& uenit,& ſeruo meo fac hoc, & facit.* Pote-
ſtas ſum quibuſdam ſub me , poſitus ſub poteſtate
quadam ſuper me . Si ergo ego, inquit , homo ſub
poteſtate,iubendi habeo poteſtatem, quid tu poſ-
ſis,cui omnes ſeruiunt poteſtates? Erat autem iſte
de gentibus,erat qppe centurio. Iā Iudæa gens ha-
bebat militem Romani imperij: ibi iſte militē age
bat ,quantum agere centurio poterat & ſub pote-
ſtate,& habens poteſtatem, ſubditos obedientes,
ſubditus regens. Dominus autē,quod intēdat præ
cipue neceſſario erat illas ueſtra,quamuis in popu-
lo Iudaico eſſet,iam prænunciabat eccleſiam toto
orbe terrarū futuram, in quam miſſurus erat apo-
ſtolos,ipſe à gentibus nō uiſus & creditus , à Iudæ
is uiſus & occiſus . Quomodo enim dñs huius do-
mum corpore non intrauit,& eius tamē fidē atq; Pſa. 17
ipſam domum abſens corpore, præſens maieſtate
ſanauit,ſic & idem dominus in ſolo Iudæo populo
corpore fuit,apud alias gētes nec de uirgine natus
eſt,nec paſſus, nec pedibus ambulauit,nec humana
ptulit,nec diuina mirabilia fecit. Nihil horū in cæ
teris gētibus egit , & tamen de illo impletū eſt qđ
dictam erat:Populus quē nō cognoui,ſeruiuit mi-
hi. Quomodo,ſi nō cognouit? In auditu auris obe-
diuit mihi. Iudæa gens cognouit & crucifixit , or-
bis terrarū audiuit & credidit. Hanc quodāmodo
abſentiam corporis ſui,& præſentiam uirtutis ſuæ
in omnibus gentibus, & in illa muliere ſignifica-
uit,quę fimbriā ueſtimenti eius tetigerat, cum re-
quiris,dicens: Quis me tetigit? Tanquā abſens re- Lucæ 8

Et Iohannes apoſtolus ait: Qui ſcit fratrem ſuum
peccare peccatum noo ad mortem, petat, & dabi-
tur ei uita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum
ad mortẽ, non pro illo dico ut roget qs. Vbi pri-
mo uidendum, qa prophetę p imprecationem qd
eſſet futurũ cecinerunt, nõ optantis uoto, ſed ſpi-
ritu præuidentis: q maxime ſolent figura impre-
cantis futura prædicere, ſicut figura præteriti tẽ-
poris ea quæ uentura erant, ſæpe cecinerunt. De-
inde in Apoſtoli uerbis intelligendum, eſſe quoſ-
dam fratres, p quibus non orare nobis percipitur,
cum dominus etiam pro pſecutoribus noſtris nos
orare iubeat. Quæ ſolui quæſtio oon poteſt, niſi
fateamur eſſe aliqua peccata in fratribus, inimico-
rum perſecutione grauiora. Fratres autem Chri-
ſtianos ſignificari, multis diuinarum ſcripturarũ
documẽtis probari poteſt. Peccatum ergo fratres
ad mortem puto eſſe, cum poſt agnitionẽ dei per
gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti quiſque oppu-
gnat fraternitatem, & aduerſus ipſam gratiã qua
reconciliatus eſt deo, inuidentiæ facibus agitatur.
Peccatũ ad mortẽ — Peccatũ aũt nõ ad mortẽ eſt, ſi quiſquã non amorẽ
ad fratrẽ alienauerit, ſed officia fraternitati debi-
ta, per infirmitatẽ aliq̃ animi non exhibuerit. Qua
Luc. 23 — ꝓpter & dñs in cruce ait: Pater, ignoſce illis, quia
neſciunt, quid faciunt. Nondum enim gratia ſpũs
ſancti participes facti ſocietatem ſanctę fraterni-
tatis inierãt. Et beatus Stephanus in Actibus apo-
Actu. 7 — ſtolorum orat ꝓ eis à quibus lapidatur, quia non-
dum Chriſto crediderant, neq; aduerſus illam cõ-
munem gratiam dimicabant. Apoſtolus uero Pau-
lus ꝓpterea credo, non orat pro Alexandro, quia
frater erat, & ad mortem, id eſt, qui in fraternita-
tem inuidentia oppugnando peccauerat. Pro his
autem qui non abrupant amorem, ſed timore ſuc-
cubuerãt, orat ut eis ignoſcat. Sic enim dixit: Ale-
2. Tim. 4 — xander ærarius multa mala mihi oſtendit. reddet
illi deus ſecundum opa illius, quem & tu deuita.
Valde enim reſtitit ſermõibus noſtris. Deinde ſub-
iungit pro quibus orat, ita dicẽs: In prima mea de-
fenſione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereli-
querunt, nõ illis imputetur. Et nota quod Apoſto-
lus non ait, reddat, ſed reddet illi deus ſecundum
opa eius: quod uerbum prænunciantis eſt, non im-
precantis: ſicut de illo hypocrita Iudæorum eſt di-
Actu. 23 — ctum, cui euerſionem imminere cernebat: Percuti-
et te deus paries dealbate. ¶ Quæritur autẽ, quo
modo huic præcepto, quo nobis iubetur orare pro
pſequentibus & calumniantibus nos, illud non eſt
Apo. 6 — contrarium, quod in Apocalypſi legitur, martyres
orare deum ut uindicentur? Sed hoc quẽpiam mo-
uere non oportet. Quis enim audeat affirmare, cũ
illi ſancti candidati ſe uindicare petiuerunt, utrũ
contra ipſos homines, an contra regnum peccati
petierint? Nam ipſa eſt ſyncera & plena iuſtitię &
miſericordię uindicta martyrum, ut euertatur re-
gnum peccati, quo regnante tanta ppeſſi ſunt. Ad
cuius euerſionem nititur Apoſtolus, dicens: Non
Rom. 6 — ergo regnet peccatum in ueſtro mortali corpore.
Deſtruitur autem & euertitur peccati regnũ, par-
tim correctione hominum, ut caro ſpũi ſubijcia-
tur: partim deprauatione pſeuerantium in pecca-
to, ut ita ordinentur, ut iuſtis cum Chriſto regnã-
tibus moleſti eſſe non poſſint. Quis ergo conuin-
cit ſanctos non talem ſuam uindictam à domino
Matt. 5 — eſſe deprecatos? Quod autem conſequenter poſi-
Ioan. 1 — tum eſt, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt: ex il-
la regula intelligendũ eſt, qua Iohannes dicit: De-
dit eis poteſtatem filios dei fieri. Vnius enim natu-
raliter filij dei, q neſcit omnino peccare, nos pote-
ſtate accepta efficimur filij, inquantum ea quæ ab
illo pręcipiuntur, implemus. Vnde apoſtolica diſci- — Rom. 8
plina adoptionem appellat, qua in æternam hære-
ditatem uocamur, ut cohæredes Chriſti eſſe poſſi-
mus. Filij ergo efficimur regeneratiõe ſpirituali,
ut adoptemur in regnum dei non tanquam alieni,
ſed tanquam ab illo facti & conditi. Itaq; non ait,
facite iſta qui eſtis filij, ſed facite ut ſitis filij patris
ueſtri. Nos autem cum patimur inimicos, hoc cla- — Luc. 23
mare debemus: Pater, ignoſce illis, phrenetici eñ
ſunt, à contrario ſpiritu poſſidentur, ut nos perſe-
quantur, & maiorem perſecutionem à diabolo pa-
tiantur. ¶ *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Scriptum eſt: — Matt. 5
Orietur timentibus uobis nomen Domini ſol iu-
ſtitię, ut etiam pluuiam accipias irrogationem do- — Mala. 4
ctrinæ ueritatis, quia & bonis & malis apparuit,
bonis & malis euãgelizatus eſt Chriſtus. Siue iſtũ
ſolem mauis accipere, nõ ſolum hominum, ſed etiã
am pecorum corporeis oculis prolatum: & iſtam
pluuiam, qua fructus gignuntur, qui ad refectio-
nem corporis dati ſunt, quod probabilius intelli-
gi exiſtimo, ut ille ſol ſpiritualis nõ oriatur niſi bo-
nis & ſanctis: quia hoc ipſum eſt quod plangũt iui
qui in illo libro qui ſapientia Salomonis inſcribi-
tur: Et ſol nõ ortus eſt uobis. & illa ſpiritualis plu- — Sapi. 5
uia non irriget niſi bonos: quia malos ſignificabat
uinea, de qua dictum eſt: Mandabo nubibus meis — Iſaie. 5
ne pluant ſuper eam imbrem. ¶ *Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis?* Filios & — Matt. 5
parentes amat latro, amat & leo, amat & draco,
amant & urſi, amant & lupi. Si enim amantes non
diligimus filios uel parentes, peiores leonibus uel
ſupradictis beſtijs ſumus. Si uero amantibus uicẽ
reddimus, adhuc nihil ab iſtis beſtijs diſtare uide-
mur. ¶ *Nonne & publicani hoc faciunt?* Publicani
ſunt qui ſectantur lucra, & exigunt uectigalia per
negociationes, & fraudes & furta, ſceleraq; & per-
iuria. ¶ *Et ſi ſalutaueritis fratres ueſtros tantum quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt?* Ethnici
ex Græco in Latinum interpretantur gentiles,
Ethnos enim Græce, gens dicitur. Si ergo, inquit,
etiã peccatores publicani ethnici erga dilectores
ſuos, natura duce, norunt eſſe benefici, quanto ma-
gis uos, quibus ut gradus profeſſionis eximior, ita
cura neceſſe eſt ſit ueritatis huberior, latiori ſinu
dilectionis amplecti debetis, & nõ amantes? Nã
diligere inimicos deus pręcipit, & petulantes hu-
manarum mentium motus publicæ charitatis frã-
git affectu, non ſolum iram ab ultione depellens,
ſed etiam in amorem mitigans iniurioſi, quia gen-
tium eſt amantes amare, & commune eſt diligere
diligentes. Plus diligẽdi ſunt inimici, quam amici.
Qui enim inimici ſunt corpori aduerſantur, & ani-
mæ præparant æterna præmia: quia qui carnalia
noſtra & terrena rapiũt, cœleſtia nobis & ſpiritua-
lia congregant. Nonne magis diligendus eſt quã
odiendus, qui nobis dat æternas opes? Amici uero
carnis noſtræ nobis ſuauia ſuadere contendunt,
quæ animæ noſtræ præparant æternam mortem.
¶ *Eſtote ergo uos perfecti, ſicut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt.* Quis autem hæc facit, niſi plene per-
fecteq; miſericors? Quo uno conſilio miſeria de-
uitatur, opitulante illo qui ait: Miſericordiam ma- — Oſeę. 6
gis uolo, quam ſacrificium: Perfectio namque mi-
ſericordię, qua plurimum animæ laboranti conſu-
litur

hm, id eſt, carnalē ſenſum in cogitationes noſtras penetrant, & turbæ uanorum phantaſmatum orantibus obſtrepunt. Claudendũ eſt ergo oſtiũ, id eſt carnali ſenſui reſiſtendum, ut oratio ſpiritualis dirigatur ad patrem, quę fit in intimo cordis, ubi oratur pater in abſconſo. Qui uero uult orationē ſuam uolare ad deum, faciat illi duas alas, id eſt, eleemoſynam & ieiunium, & aſcendet celeriter, & exaudietur. Et pater tuus qui uidet in abſconſo, reddet tibi, & hoc tali clauſula terminandũ fuit. Non enim monet nunc ut oremus, ſed quomodo oremus, neq; (ut ſupius) ut eleemoſynā faciamus, ſed quo aīo faciamus, q̃niã de corde mũdando pcipit, qđ non mundat niſi ſimplex intentio in æternā uitam ſolo & puro amore ſapientiæ. Tu autem.

EADEM VI. FERIA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

DOmino Ieſu Chriſto docente didicimus quia maximum & primum mandatum eſt, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ſecũdum autem ſimile eſt huic, Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Quod autem hic dicitur. *Et odio habebis inimicum tuũ*, illud eſſe puto, quod filijs Iſrael Dominus præcepit, ut Ammonitas & Moabitas interficerent, & nunquam cum eis pacem haberent. Similiter autem præcepit de Iebuſæis & Enæis & Cananæis, alijſque terræ illius habitatoribus, ut nõ illis parcerent, ſed in ore gladij omnes conſumerent. *Ego autem dico uobis, diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderũt uos*. Cætera enim quę ſupius dicta ſunt, nõ contraria legi, ſed quoddam legis ſupplementum eſſe uidentur, ſecundum hoc quod dixerat: Non ueni ſoluere legem, ſed adimplere. Quæ uero modo dicuntur, contraria ſibi eſſe uidetur. Oppoſita enim ſibi ſunt, odio habebis inimicum tuum, & diligite inimicos ueſtros. Dicit lex: Non diligas inimicum tuum. dicit Chriſtus: Diligite inimicos ueſtros. Quomodo ergo intelligemus uerba ueritatis, ut non ſint contraria legis? Quis eſt iſte inimicus quem odio habere & diligere pcipitur? Inimicus iſte, homo eſt. Inimicus q̃a peccator, amicus q̃a homo. Duo enĩ audiſti, hominem & peccatorem. Dilige igitur hominem, habe odio peccatorem: dilige naturam, non uitiũ: odio habe uitium, nõ naturam. Hoc enĩ modo, & Chriſtus legi, & lex Chriſto conueniet. Vnus enim idemq; homo, & amicus & inimicus eſt tibi. Vnus idemq; homo te perſeq̃tur, & non perſequit̃. Quod enim Deus in homine fecit, amicum tibi eſt, & non inſidiat̃ tibi: q̃d uero diabolus in homine fecit, inimicũ tibi eſt, tibiq; inſidiat̃. In uno igit̃ eodemq; hoīe & amicũ diligimus, & odio inimicũ habemus. Quod ergo lex dicit, Diliges pximũ tuũ, naturã hominis intellige: q̃ ideo tibi pxima eſt, q̃a de eadē maſſa factus es. q̃d uero ſequitur Et odio habebis inimicum tuum, uitium intellige quod eſt cauſa omnium inimicitiarum. Nullę enĩ inter homines inimicitię eſſent, ſi hoc ſolũ de eis ſublatum fuiſſet. Seq̃tur: *Benefacite his qui oderunt uos*. Hoc enĩ ipſe Dominus & docuit & fecit, ſicut Iudæis loquens ait. Multa bona opa operatus ſum uobis, propter q̃d horum uultis me occidere? *Et orate pro perſequentibus & calumniantibus uos*. Et hoc q̃dem compleuit ipſe, quãdo ipſe pro perſequutoribus ſuis orauit, dicens: Pater ignoſce illis: non enim ſciunt quid faciunt. *Vt ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt*. Quod ſic intelligitur: Vt ſicut eſtis filij Dei per creationem, ſic etiam ſitis eius filij per imitationem. Ipſe enim non ſolum amicis, uerum etiam inimicis benefacit. Et hoc eſt quod ait, *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Sic inimicos nutrit, ut amicos: & hos & illos ſui ſolis ſplendore illuminat, & ſuarum pluuiarum inundatione utrorumq; poſſeſſiones fœcũdat. Sed parua ſunt hæc: audi maiora. Qui ſolē ſuũ, filium ſuũ, ſolem iuſtitię, lucē quę illuminat omnē hominē uenientem in hũc mundũ, nũc oriri, nũc uideri, nunc in tenebris lucere, nũc ſup bonos & malos ſplendeſcere facit. *Et pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Prius enĩ per pphetas, inde p filiũ, poſtea uero p Apoſtolos & doctores, dei & doctrinæ pluuias omnipotens Dñs pluit. Magnæ ſunt iſtæ nubes: his eccleſia fœcundatur, his bonorum ſemina nutriuntur: his qui in fuſus non fuerit, totus aridus igne cremabitur. *Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres ueſtros tantum, quid amplius facietis? nonne Ethnici hoc faciunt?* Non enim intelligere debemus, ut eos qui nos diligunt, diligere non debeamus: alioquin nec Deum nec proximum diligeremus, quæ ſunt duo maxima legis mandata. Quid igitur niſi ut non diligamus eos tantum qui nos diligunt, ſed etiam eos qui nos non diligunt? Et non propter hoc tantum quia nos diligunt, (hoc eſt enim uicem reddere) ſed quia eiuſdem corporis mẽbra ſumus, & eiuſdem patris filij ſumus. Talis enim amor ſpiritualis eſt, & ideo indeficiens. Carnalis enim amor cito delabitur, ſicut & ipſa caro. Quali uidelicet amore publicani atque Ethnici ſe uiciſſim diligunt. Statim enim ut ſe ab alijs non diligi intelligunt, ipſi quoque alios non diligunt. Nos igitur omnes diligere, omnium ſalutem quærere, omnibus charitatis affectum oſtendere debemus. Quid enim eſt aliud ſalutare, niſi charitatis & dilectionis affectum oſtendere? Si enim augetur amor, & cõcordia creſcit. *Eſtote ergo uos perfecti, ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt*. Non dicit ut ſimus tantum perfecti, quantum pater noſter cœleſtis perfectus eſt (hoc enim impoſſibile eſt) ſed dicit ut ſimus perfecti ſicut ipſe eſt. Sic enim puer aliquis homo eſt, ſicut & iuuenis: quamuis uiribus & ſcientia non ſit perfectus homo, ſicut iuuenis. Simus igitur perfecti pro modulo noſtro, quoniam perfectus Dominus, bonos & perfectos uult habere fideles. Quæ ſit autem iſta perfectio, audi quid ipſe Dominus dicat: Si uis, inquit, perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Hæc autem ſpecialiter Apoſtolis dicuntur, eorumq; ſucceſſoribus per eos mandantur. *Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrē ueſtrum qui in cœlis eſt*. Si enĩ iuſtitiam noſtrã nõ debemus facere coram hominibus, quid eſt q̊d ſuperius ait: Sic luceat lux ueſtra corã hoībus, ut uidentes bona ueſtra opa, glorificent patrē ueſtrũ q̃ in cœlis eſt? Quomodo enim uidebũt bona opa noſtra, quę corã eis, ipſis uidentibus facere nõ audemus? Si enĩ fecerimus, mercedē nõ habebimus. Videamus ergo q̃d ſignificet, ut uideamini ab eis. In hoc enĩ tota quęſtio ſoluit̃. Nõ enim pdit mercedē, ſicut dicere uidet̃, q̃ iuſtitiã ſuam facit corã hoībus, ſed ideo q̃a facit ut uideat̃ ab hoībus. Qui enĩ ideo facit ut uideat̃ ab hominibus nõ iuſtitię mercedem quęrit, ſed hominũ laudem & uanã gloriam, populiq; fauorem. Ideoq; non habet mercedem apud

pud Deum, quoniam uanam mercedem laudis ſuſcipit apud homines. *Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam.* Dico ergo, Quare receperunt mercedem ſuam? Nunquid ideo quia pauperes tubæ ſonitu colligebant, quos fortaſſe aliter tam facile adunare non poterant? aut quia in Synagogis & in uicis hoc faciebant, nbi quia locus ſpatioſior erat, melius fieri uidebat? Non ideo quidem. Quare ergo? Vis audire quare? Quia ideo hoc faciebant, non ut à Deo mercedem reciperent, ſed ut honorificentur ab hominibus. Tantum igitur eis amor laudis & gloriæ cõtulit ut eleemoſynas darent, & mercedem non haberẽt. Quomodo ergo eleemoſynas facere debemus? Sequitur: *Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito: & pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi.* Quid enim per dexteram, uel quid per ſiniſtrã intelligamus? Si enim manus noſtras in his intelligere uelimus, neſcio quomodo alterius opera altera intelligat. Non enim in manibus, ſed in mente eſt intellectus. Deniq; cur dextera opus ſuum ſiniſtræ abſcondat, quæ tam conſors ei eſt, tamq; fideliter in omnibus ei auxiliatur? Aliud igitur p dexteram & ſiniſtram oportet intelligere. Dextera enim noſtra, amor Dei eſt: ſiniſtra uero amor laudis. Hæc enim ducit ad agnos, illa ducit ad hędos. Recordare illius Euangelij in quo agni conſtituũtur à dextris, hœdi uero à ſiniſtris. Si ergo facis eleemoſynam, fac amore Dei, qui hæc præcepit ut faceres. Hæc eſt enim dextera tua. Neſciat hoc ſiniſtra, id eſt, amor laudis. Non quæras inde fauorem uulgi, unde quæris placere Deo. Vtrunq; enim ſimul etſi habere deſideras, ſimul tamen habere non poteris. Sic igitur in omni opere noſtro neſciat ſiniſtra quid faciat dextera, ſi tantum amore Dei & iuſtitiæ agamus illud. Vnde & hic dicitur, Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Siue enim in Synagoga, ſiue in uicis & plateis eleemoſynam facis, in abſcondito tamen facis, quicunq; hoc faciens non ab hominibus, ſed à Deo uideri deſideras. E cõtra uero qui in abſcondito facit, & uideri cupiens, laudem ex hoc & gloriam quærit, non in abſcondito quidem facit, quoniam abſconditum nõ uult quod facit, tantumq; ei ualet ac ſi in publico faceret. Deus autem qui uidet in abſcondito, & cui abſconditum nihil eſt abſconditum, qui & corda ſcrutatur & uidet cogitationes, reddet unicuiq; ſecundum opera ſua. Et quum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, ut uideantur ab hominibus. *Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuã. Tu aũt quum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrẽ tuum in abſcondito. Et pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi.* Omnes enim hæ ſimilitudines pene idem ſignificant, atq; uno modo abſolui & intelligi poſſunt. Neq; enim peccat aliquis quia in Synagoga orat, quæ eſt domus orationis. In plateis ꝗſque orare non eſt peccatum. Quare ergo interdicitur? Audi quod ſequitur, & intelliges. *Vt uideantur ab hominibus.* Quid enim ſignificet uelle uideri ab hominibus, iam ſuperius dictum eſt. Hęc eſt cauſa quare oratio tua non ſuſcipitur, quia uis uideri ab hominibus. Vbicũq; enĩ oras, ſi ideo oras, ut uidearis ab hoĩbus non ſuſcipit̃ oratio tua. Sed ſi uis bene orare, intra cubiculum tuum, redi ad cor. Hoc eſt enĩ cubiculũ, in ꝗ deus ipſe qeſcit. Ibĩ igit̃ ora, ibi loquere: ibi & quid dicis, & cui dicis pſto ſunt. Claude oſtium: non indiget ſono oris, non indiget clamore uocis ille quem oras. Ad cor enim reſpicit Deus, in abſcondito uidet, non uerborum compoſitionem, ſed cordis compunctionem oſtendit. Vnde Pſalmiſta, Cor contritum & humiliatum deus non ſpernit.

SABBATO POST CInerum. Marci. 6.

In illo tempore: Cum ſero eſſet factum, erat nauis in medio mari, & Ieſus ſolus in terra. Et reliq. Tractatus uenerabilis Bedæ presbyteri.



LAbor diſcipulorum in remigando, & contrarius eis uentus, labores ſanctæ eccleſię uarios deſignat, quę inter undas ſeculi aduerſantis & immundorũ flatus ſpirituum, ad quietem patriæ cœleſtis, quaſi ad ſidam littoris ſtationem puenire conatur. Vbi bene dicitur quia nauis erat in medio mari, & ipſe ſolus in terra: quia nonnunquam eccleſia tantis gentiliũ preſſuris, non ſolum afflicta, ſed & fœdata eſt, ut ſi fieri poſſet, redemptor ipſius eam prorſus deſeruiſſe ad tempus uideretur. Vnde eſt illa uox eius inter undas procellasq; tentationum uertentium deprehenſæ, atq; auxilium protectionis illius gemebundo clamore quærentis, Vt quid Domine receſſiſti longe? Deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione. Quæ pariter uocẽ inimici perſequentis exponit in ſequentibus Pſalmi, dicens: Dixit enim in corde ſuo, oblitus eſt deus, auertit faciem ſuam, ne uideat uſq; in finem. Verum ille non obliuiſcitur orationum pauperum, nec auertit faciem ſuam à ſperantibus in ſe, quin potius & certãtes cum hoſtibus ut uincant adiuuat, & uictores in æternum coronat. Vnde hic quoq; apte dicitur, quia uidit eos laborantes in remigando. Videt quippe dominus ſuos laborantes in mari, quanuis ipſe poſitus in terra: quia ſi ad horam differre uidetur auxiliũ tribulatis impendere, nihilominus eos ne in tribulationibus deficiant, ſuæ reſpectu pietatis corroborat, & aliquando etiam manifeſto adiutorio uictis aduerſantibus, quaſi calcatis ſedatisq; fluctuum uoluminibus, liberat: ſicut hic quoq; conſequẽter inſinuatur cum dicitur. ¶ *Et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos, ambulans ſuper mare.* Stationes & uigiliæ militares, in terna horarum ſpatia diuiduntur. Quando ergo dicit quarta uigilia noctis ueniſſe ad eos Dominum, oſtendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis tempore eis auxilium præbitum. Laborabant ergo toto noctis opacæ tempore, ſed diluculo appropinquante, & luciſero ſolis dieiq; ortum promittere, uenit Dominus, & ſuperambulans, tumida freti terga comprimit: qa cũ preſſuris obſita fragilitas humana, puſillanimitatem uirium ſuarum conſiderat, nil erga ſe aliud quàm tenebras anguſtiarum, & æſtus cernit hoſtium confligentiũ. Cum uero mentẽ ad ſuperni lumẽ pſidij, & perpetuæ dona retributiõis erexerit,

Pſalm. 9 (margin, beside "Vt quid Domine receſſiſti longe")
ibidem. (margin, beside "uideat uſq; in finem")

ſterit, quaſi inter umbras noctis repente exortũ luciſeri conſpicit, q̃ diem ꝓximum nunciet. Lucifer nanque cum plurimum tres horas noctis, id eſt, totam uigiliam matutinam illuminare perhibetur: aderitq; dominus, qui ſopitis tentationum periculis, plenam libertatis fiduciam ſuę protectionis attribuat. Sequitur: *Et nolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantem ſuper mare, putauerũt phantaſma eſſe, & exclamauerunt. Omnes enim eum uiderũt, & turbati ſunt.* Adhuc hæretici putant phantaſma fuiſſe dominum, nec ueram aſſumpſiſſe carnem de

Theodorus hæreticus. uirgine. Denique Theodorus, Pharamitanus quondam epiſcopus, ita ſcripſit, corporale pondus non habuiſſe ſecundum carnem dominum, ſed abſque pondere & corpore ſuper mare deambulaſſe. At contra fides catholica, & pondus ſecundum carnem eum habere prædicat, & onus corporeum, & cum pondere atque onere corporali incedere ſuper aquas non infuſis pedibus. Nam Dionyſius egregius inter eccleſiaſticos ſcriptores, in opuſculis de diuinis nominibus hoc modo loquitur: Ignoramus enim, q̃liter de uirgineis ſanguinibus, alia lege ꝑter naturalem formabatur, & qualiter non infuſis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus, deambulabat in humidam & inſtabilem ſubſtantiam. Quomodo autem uolebat eos præterire dominus tanquam alienos, ad quos de periculo naufragij liberãdos aduenerat, niſi ut ad horã turbati & pauentes, ſed continuo liberati, amplius ereptionis ſuę miraculũ ſtuperent, ac maiores ereptori ſuo gratias referrent? Quia & in tẽpeſtatibus paſſionum, quę ꝓ conſtantia fidei à pſſidis ingerũtur, talis nonnunq̃ ꝓpulſio diuinitus oſtẽditur. Sępe enim ita fideles in tribulatiõe poſitos ſupna pietas deſeruiſſe uiſa eſt, ut quaſi laborãtes in mari diſcipulos præterire Ieſus uoluiſſe putaretur. Vnde eſt illud eccleſiæ, martyrũ certamine de

Pſal. 41. ſudãtis: Quare oblitus es mei? Quare me repuliſti? Quare triſtis incedo dum affligit me inimicus, dũ

Pſal. 113 confringũtur oſſa mea? &c. Sed dicant inimici terreni. Vbi eſt deus eorum? quaſi naufragiũ feſſis mi

Iſai. 44. nitantes apoſtolis. Dicit ipſe deus eorum: Cum pertranſieris per aquas, tecũ ero, & flumina nõ operient te: cum ambulaueris per ignẽ, nõ cõbureris, & flamma nõ ardebit in te. Vnde hic quoq; recte ſubditur: ¶ *Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit illis: Confidite, ego ſum, nolite timere. Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit uentus.* Prima trepidantium & periclitantium ſubuentio eſt, incuſſum cordibus expellere timorem: ſecunda, tempeſtatum furias ſuæ præſentiæ uirtute compeſcere. Nec mirandum, ſi aſcẽdente in nauiculã dño uentus ceſſauit. In quocunq; em̃ corde deus ꝑ gratiã ſui adeſt amoris, mox uniuerſa uitiorum & aduerſantis mũdi, ſiue ſpũum malignorum bella compſſa quieſcunt.

¶ *Et plus magis intra ſe ſtupebant: nõ enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor illorum obcæcatum.* Dñs q̃dem & in miraculo panum, q̃d eſſet cõditor rerum, oſtendit, & in ambulãdo ſuper undas, q̃d haberet corpus ab omni peccatorum grauedine liberum, edocuit: & in placãdo uentos, undarumq; rabiem ſedando, q̃d elementis dominaretur mõſtrauit. Sed carnales adhuc diſcipuli necdum hunc deũ eſſe cognoſcunt. Et q̃dem uirtutum magnitudinẽ ſtupebant, necdum tamen in eo ueritatem diuinæ maieſtatis cognoſcere ualebãt. ¶ *Cumq; egreſſi eſſent de naui, continuo cognouerunt eum. Et percurrentes uniuerſam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circumferre, ubi audiebant eum eſſe.* Cognouerunt eum rumore, non facie, uel certe pro ſignorũ magnitudine quæ patrabat in populis, etiã uultu plurimis notus erat. Et uide quãta ſit fides hominum terræ Genezareth, ut non tantũ præſentium ſalute contenti ſint, ſed mittant ad alias ꝑ circuitum ciuitates, quo omnes currãt ad medicum. ¶ *Et quocunq; introibat in uicos uel in uillas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut uel fimbriam ueſtimenti eius tangerent. & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.* Qui male habent, non tangunt corpus Ieſu, neq; totũ ueſtimentũ eius, ſed extremam fimbriã: & quicunq; tetigerint, ſaluabũtur. Fimbriã ueſtimẽti eius, minimũ mandatũ intellige, quod qui trãſgreſſus fuerit, minimus uocabitur in regno cęlorũ. Vel aſſumptionẽ carnis, ꝑ quã uenimus ad uerbum dei, & illius poſtea perfruimur maieſtate. Tu autem.

EODEM DIE HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

NE hoc autẽ Matthæus Euangeliſta ſic ait, quia poſtquam dominus ex quinq; panibus quinque millia hominum ſatiauit, iuſſit diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. *Veſpere autem facto, ſolus erat ibi, nauicula uero in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius uentus.* Ex eo autẽ tempore Iudæorum populo ueſperum fuit, ex quo Chriſtus ſol iuſtitiæ de hoc mundo receſſit. Eo enim uiuẽte, lux orta eſt eis: eo uero moriente, tenebræ factæ ſunt eis. Quod autem nauicula in medio mari iactabatur fluctibus, hoc ſignificabat quod poſt Chriſti aſcenſionem, ſancta eccleſia in hoc mũdo multa aduerſa eſſet paſſura. Vnde & bene dicitur quia uentus erat ei contrarius. Quid enim uentus contrarius, niſi tyrannorũ ſęuiẽs perſequutio? Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos, ambulans ſuper mare. Quarta enim uigilia ex eo tempore agitur, quo Saluator noſter in mundũ uenit. Prima em̃ uigilia fuit ab Adã uſq; ad Moyſen. Secunda à Moyſe uſq; ad Dauid. Tertia à Dauid uſq; ad Chriſtũ. Prima enim uigilia nimio ſomno grauata ſine lege fuit. Secunda legem habuit. Tertia prophetas. Quarta Euangelium. Quarta igitur uigilia uenit ad eos: quia magis in hac quam aliis omnibus, ſeruos ſuos Dñs uiſitare dignatur. *Ambulat aũt ſuper mare*, quia totus eſt ei ſubiectus mundus. *Et uidentes eum ſuper mare ambulantẽ, turbati ſunt. dicentes: quia phantaſma eſt: & præ timore clamauerunt.* Clamor confuſus & inordinatus eos timore nimio iudicat fuiſſe turbatos. Statimq; Ieſus loquutus eſt eis, dicens: *Habete fiduciam, ego ſum, nolite timere.* Sic enim & Moyſi ait Dñs: Ego ſum q̃ ſum, ſic dicit filijs Iſrael, Qui eſt miſit me ad uos. Vel ideo fortaſſe dixit, *Ego ſum*: ut cum quis eſſet agnoſcerent, audita uoce quam cognitam habebant. Sæpe enim alicuius uocem audientes à longe, q̃s ſit confeſtim agnoſcimus, etſi eũ non uideamus. *Reſpondẽs aũt Petrus, dixit: Domine: ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas. At ipſe ait, Veni.* Vbique enim beatus Petrus feruẽtiſſimę fuiſſe fidei demõſtratur. Neq; enim ꝓfundiſſimo pelago ſeſe crederet, niſi fidẽ rectiſſimã de domino haberet. Sciebat enim Saluatorem noſtrũ omnia poſſe, & nihil minus in mari quam in terra poteſtatem eum habere credebat. Veruntamẽ quod Petrus ſup mare graditur, nõ ſolũ magiſtro, uerũ etiam diſcipulis mũdus iſte ſubiectus eſſe mõſtratur. Quãuis & ꝓpter

hæreticos ita fieri oportebat, qui Chriſtum Dominum eo quod ſuper mare ambulauerat, non uerum, ſed phantaſticum corpus habuiſſe poſtea dicebant. Vincantur enim iſti, dum beatum quoque Petrum ſuper mare ambulaſſe audiūt, quem utiq; uerum corpus habuiſſe non dubitant. *Et deſcendēs Petrus de nanicula, ambnlabat ſnper aquam, nt neniret ad Ieſnm. Videns uero nentnm nalidum timuit: & quū cœpiſſet mergi, clamanit dicens: Domine ſaluum me fac. Et continuo Ieſus extendens manum apprehendit enm, & ait illi: Modice fidei qnare dnbitaſti?* Hoc autem facto beatus Petrus ea quæ ſibiipſi futura erāt, iam ex tunc ſignificabat. In Chriſti namque paſſione quaſi ſuper aquas confidenter ambulabat, quum diceret, Etſi omnes ſcandalizati fuerint, ego nunquam ſcandalizabor. Videns uero uentum ualidum, timuit: quia qnum Dominus à Iudæis teneretur, ipſe qnoq; ſimul cum aliis diſcipulis fugit. Merſus eſt autem quando negauit. Deinde uero clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac, quando egreſſus foras fleuit amare. Ipſum enim flere, clamare fuit. Sed continuo Ieſus extendens manū apprehendit eum, qnando uoce Angelica eum conſolando, & quodammodo ad ſe trahendo, dictū eſt mulieribus, Ite, dicite diſcipulis eius & Petro, q; a pcedet uos in Galilæam. In eo enim q̄d proprio nomine enm nocauit, quaſi manu apprehenſum, tremebundū & iam perire timentē, ad ſpem gratiæ eum eleuanit. In his antem, Eccleſiæ quoq; proſpera & diuerſa ſignificari poſſunt, qnæ quidē aliquādo mergi, aliquādo exurgere uidetur. *Et qnū aſcendiſſet in nanicnlam, ceſſauit nentus.* Non eſt autē intelligendum, ut tūc Ieſus in nauiculā aſcendiſſet, Prius enim uenit Capharnaū, ibiq; multa in Synagoga loquutus eſt, quæ Ioannes quidem ſcribit, Mattheus uero & Marcus ptermittunt. Dicit enim Ioannes quia uoluerunt eum diſcipuli in nauiculā ſuſcipere, ſed ſtatim fuit nauis ad terrā ad q̄ ibāt, id eſt Capharnaum. Vnde manifeſtū eſt eū tunc in nauiculam non aſcendiſſe. Iuſſerat enim dn̄s (ut ſuperius dictum eſt) ut diſcipuli ſui eum præcederent: qui quū ueniſſent Capharnaum, ibiq; eum non inueniſſent, flectentes iter ad eum reuertebantur. Et tunc quidem apparuit eis Dominus ambulans ſuper mare, expletis omnibus quę modo in hoc euāgelio dicta ſunt, poſtquam ea loquutus eſt quæ Ioannes narrat, uſq; ad illum locum in quo dicitur: Hæc aūt loquutus eſt Ieſus in Synagoga docens in Capharnaum, redierunt ad nauem. *Et qnū aſcendiſſet in nanicnlam ceſſanit nentns.* Nondum enim uētus ceſſauerat nec mare à ſuo feruore generat, ſed ſicut in nocte, ita & in die eiſdem adhuc fluctibus agitabatnr. Vt autem Ieſus aſcendit in nauiculam, mox uentus ceſſauit. *Qni antem in nanicula erant niſo tanto miracnlo ſtnpentes, adorauernnt eum dicentes: Vere filius dei es.* Marcus uero eos redarguit, & oblitos & excæcatos, dicit, quod ex hoc ſtupentes admirantur quod præterita die tam magnum miraculū in quinque panibus Dominum feciſſe cognouerant. Vnde ait: Non enim intellexerant de panibus. Si enim de pannm miraculo recordarentur, iam non erat ut de maris ſedati miraculo mirarētur. *Et qnnm transfretaſſent, nenerunt in terram Genezareth, & applicuernnt, qnnmq; egreſſi eſſent de naui, cōtinno cognonerūt enm.* Hoc autem manifeſtius Matthæus dicit. Videtur enim Marcus dicere, q̄d diſcipuli eum non cognouerint, donec de naui egrederent̄. Sed nō eſt ita. Non enim hoc de diſcipulis dicitur, ſed de omnibus hominibus regionis illius, q̄ ſtatim eū cognouerunt, & undiq; infirmos ſuos ei ad ſanandū obtulerunt. Et hoc eſt quod ait Matthæus, Et quum cognouiſſent eum uiri loci illius, miſerunt in uniuerſam regionem illam, & obtulerunt oēs male habentes, & rogabāt eum ut uel fimbriam ueſtimenti eius tangerent: & quicunq; tetigerūt, ſalui facti ſunt. Oremus autē & nos dn̄m, ut in nauiculā pectoris noſtri aſcendere dignetur, & ſuperbiæ uentoſitate, & uitiorum inſurgentiū procellas quieſcere faciat. Aſcendat etiam in nauiculā ſuam, id eſt in ſanctā Eccleſiā, & ſe ibi eſſe manifeſtet, qui ibi quodammodo non eſſe uidetur, dum tā to eam perſequutionū turbine patitur agitari, & imperet uētis & mari, & fiat tranquillitas magna. Qnod autem ait: *Et cnm cognoniſſent enm uiri loci illius, miſernnt in uninerſam regionem illam, obtulernnt ei omnes male habentes, nt eos ſanaret,* q̄d aliud ſignificat, niſi quia uiri ſancti qui Deum cognoſcere meruerunt, pro aliorum peccatis orare, & alios ei commendare & offerre debent? Sed quid eſt Chriſti ueſtimenti fimbrias tangere? Aliud enim eſt tāgere Chriſtū, aliud ueſtimenta Chriſti. Thomas enim Chriſtum tangens, dicebat: Dominus meus & deus meus. Philippus uero tangebat ueſtimenta & non Chriſtum, qum diceret, Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Propinquius igitur Thomas Chriſtum tangebat, quam Philippus. Vnde & illi dicitur: Quia uidiſti me Thoma, credidiſti: Huic autem: Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? qui uidet me, uidet & patrem. Ille igitur iam uidiſſe & credidiſſe, iſte uero nondum bene uidiſſe uel credidiſſe dicitur. Illi autem tangunt Chriſtum, qui in eum perfecte credentes, catholicæ fidei ueritatem cognoſcunt. Illi uero tangnnt ueſtimenta Chriſti, qui quamuis intelligere non ualeant, credunt tamen quod eis à uiris catholicis prædicatur. Tanto itaq; unuſquiſque longius tangit Chriſtum, quanto minus intelligit & cognoſcit Chriſtum. Omnes tamen ſanantur, qui uel fimbriam ueſtimenti eius tangunt: q̄m oīs qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

DOMINICA PRIMA

in Quadrageſima.

Sermo beati Leonis Papæ.

LIcet nobis dilectiſſimi, appropinquante feſtiuitate paſchali, ieiuniū quadrageſimale ipſe legitimi tēporis * curſus indicat, *recurſus* cohortatio tamē etiā noſtri ſermonis adhibenda eſt, qnæ auxiliante domino, nec inutilis ſit pigris, nec oneroſa deuotis. Nam cū omnem obſeruantiam noſtram ratio iſtorum dierū poſcat augeri, nemo eſt, ut confido, de uobis, qui ſe ad opus bonum non gaudeat incitari. Natura etenim noſtra, adhuc manente mortalitate, mutabilis, etiam ſi ad ſumma quæq; uirtutum ſtudio proueha tur, ſemper tamē ſicut poteſt habere quo recidat, ita poteſt habere quo creſcat. Et hæc eſt perfectorum uera iuſtitia, ut nunquam pſumant ſe eſſe pfectos: ne ab itineris nondū finiti intentione ceſſantes, ibi incidant deficiendi piculum, ubi pficiendi poſuerint appetitum. Quia ergo nemo noſtrū dilectiſſimi tam pfectus & ſanctus eſt, ut pfectior ſanctiorq; eſſe nō poſſit, oēs ſimul ſine differentia graduum, ſine diſcretione meritorū, ab his in quæ peruenimus, in ea quę nondū apphendimus, pia auiditate curramus, & ad mēſurā cōſuetudinis noſtræ, neceſſariā

nreceſſarij aliq̃d addamus augmētl. Parū em̄ teligioſus alio tempore demōſtratur, q̃ in his dicbus nō religioſior inuenitur. Vnde opportune auribus nō
1.Cor.6 ſtris lectio apoſtolicę prędicationis inſonuit, dicens: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis Quid enim acceptius hoc tēpore? Quid ſalubrius his diebus, in quibus bellum uitijs indicitur, & oim uirtutum ꝓfectus augetur? Semper quidem tibi o anima Chriſtiana uigilandū contra ſalutis tuę aduerſariū fuit, ne ullus pateret locus tentatoris inſidijs, ſed modo tibi maior cautio & ſolicitior eſt aſſumenda prudentia, qñ idem hoſtis tuus acrior ſæuit Inuidia. Nunc enim in toto mundo poteſtas ei antiquæ dominationis aufertur, & innumera illi captiuitatis uaſa rapiuntur. Renūciatur atrociſſimo prædoni à populis omnium nationum, oīmq́ linguarum, & nullum iam genus hominum reperitur, quod non iā tyrannicis legibus reluctet: dū per oēs fines terrarū, regeneranda in Chriſto multorum millium millia præparantur, & appropinquante nouæ creaturæ ortu, ſpiritualis nequitia ab his quos poſſidebat, extruditur. Fremit ergo expoliati hoſtis impius furor, & nouum quærit lucrum, quia ius perdidit antiquū. Capiat indefeſſus & peruigil prędo, ſi quas repiat oues à ſacris gregibus negligentius euagantes, quas per ꝓcliuia uoluptatum & per diuerſa luxuriæ in diuerſoria mortis inducat. Inflammat itaq; iras, nutrit odia, acuit cupiditates, irritat continentiam, incitat gulam. Quem enim tentare nō audeat, qui nec ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto conatus ſuæ fraudis abſtinuit? Nam ſicut euāgelica patefecit hiſtoria, cum ſaluator noſter poſt quadraginta dierum noctiumq́ ieiunium infirmitatis noſtrę, in ſe recepiſſet eſuriē, gauiſus diabolus ſignum ſe in eo paſſibilis atq; mortalis inueniſſe naturæ, ut exploraret potētiā quam timebat: Si filius, inquit, dei es, dic ut lapides iſti panes fiāt. Poterat utiq; illud oīpotens deus, & facile erat, ut ad creatoris imperium, in quam iuberetur ſpeciem, cuiuſlibet generis
natura * creatura trāſiret: ſicut cū uoluit, in cōuiuio nuptiarum aquam mutauit in uinum. Sed hoc magis ſalutiferis diſpenſationibus congruebat, ut nequiſſimi hoſtis aſtutia, nō potentia deitatis, ſed humilitatis myſterio uinceretur. Deniq; fugato diabolo, & omnibus artibus callidi tētatoris eliſis, acceſſerunt ad dominum angeli, & miniſtrabant ei. Cōfundantur ergo filij diaboli atque diſcipuli, qui repleti inſpiratione uiperea, ſimplices quoſq; decipiunt, negantes in Chriſto utranque ueram eſſe naturam, dum aut deitatē homine, aut hominē deitate deſpoliant, cum unius temporis gemino documento utraque falſitas ſit perempta: quia & per famem corporis perfecta humanitas, & per famulantes angelos demonſtrata eſt & manifeſtata diuinitas. Quia ergo dilectiſſimi, ſicut redemptoris noſtri magiſterio edocti ſumus, non in ſolo pane
Matt.4 uiuit homo, ſed in omni uerbo dei, dignumq́ eſt, ut populus Chriſtianus in quantacunq; abſtinentia cōſtitutus, magis deſideret dei uerbo quam cibo ſatiari corporeo, prompta deuotione & alacri fide ſuſcipiamus ſolenne ieiunium, non in ſterili inedia, quam plerunque & imbecillitas corporis, & auaritiæ morbus indicit, ſed in larga beneuolentia celebrandum: ut ſimus de illis de quibus ipſa ueritas dicit. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā,
Matt.5 quoniā ipſi ſaturabuntur. Delicię ergo noſtræ ſint opera pietatis, & illis cibis, qui nos ad æternitatē nutriant impleamur. Lætemur in refectionibus pauperū, quos impēdia noſtra ſatiauerint. Iocundemur in ueſtitu eorum, quorum nuditatem indumentis neceſſarijs teximus. Sentiant humanitatem noſtram ægritudines decumbentium, imbecillitates debilium, labores exulum, deſtitutio pupillorum, & deſolatarum lamenta uiduarum: in quibus iuuandis nemo eſt qui non aliquam poſſit exequi beneuolentiæ portionem. Nulli enim paruus eſt cēſus, cui magnus eſt animus: nec de rei familiaris modo pendet menſura pietatis: nunquam merito caret etiam in tenui facultate, bonæ uoluntatis opulentia. Maiora quidem ſunt * impēdia diuitum, & minora mediocrium, ſed non diſcrepat fructus operum, ubi non diſſidet affectus operantiū. ſtipēdia
In iſta autem dilectiſſimi exercendarum opportunitate uirtutum, ſunt & aliarum inſignia uirtutum, quæ nullo diſpendio horreorum, nulla pecuniæ diminutione capiātur, ſi laſciuia repellatur, ſi abdicetur ebrietas, & carnalis cōcupiſcentia caſtitatis legibus edometur, ſi odia tranſeant in dilectionē, ſi inimicitiæ conuertātur in pacē, ſi trāquillitas extinguat irā, ſi māſuetudo remittat iniuriam, ſi dominorū deniq; & ſeruorum tam ordinati mores ſint, ut & illorū poteſtas mitior, & iſtorū ſit diſciplina deuotior. Hac igitur obſeruātia dilectiſſimi obtinebit̃ miſericordia dei, & abolito peccatorū reatu, religioſe uenerandū paſcha celebrabitur.

DE EADEM DOMINIca. Matthæi IIII.

¶In illo tempore: Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, ut tētaretur à diabolo. Et reliq. Homilia beati Gregorij Papæ.



DVbitari à quibuſdam ſolet, à quo ſpiritu ſit Ieſus ductus in deſertum, ꝓpter hoc quod ſubditur: Et aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem. & rurſus, aſſumpſit eum in montem excelſum ualde. Sed uere & abſque ulla quęſtione cōuenienter accipitur, ut à ſancto ſpiritu in deſertum ductus credatur, ut illuc eum ſpiritus ſuus duceret, ubi hunc ad tentandum malignus ſpiritus inueniret. Sed ecce cum dicitur deus homo uel in excelſum montem, uel in ſanctam ciuitatem à diabolo aſſumptus, mēs refugit humana, hoc audire aures expaueſcūt. Sed tā non eſſe incredibilia iſta cognoſcimus, ſi in illo & alia facta penſemus Certe iniquorum omnium diabolus caput eſt, & huius capitis mēbra ſunt oēs iniq. An nō mēbrum diaboli fuit Pilatus? An non membra diaboli Iudæi perſequētes, & milites crucifigentes fuerunt? Quid ergo mirum, ſi ſe ab illo permiſit in montē duci, q̃ ſe ꝑtulit etiā à mēbris illius crucifigi? Non eſt ergo indignum redemptori noſtro, q̃d tentari uoluit, q̃ uenerat occidi. Iuſtū quippe erat, ut ſic tentationes noſtras ſuis tētationibus uinceret, ſicut mortem noſtram uenerat ſua morte ſuperare. Sed ſciendū nobis eſt, quia tribus modis tētatio agit̃: ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Et nos cum tētamur, plerumq; in delectatione, aut etiam cōſenſu labimur, quia ex carnis peccato propagati, in nobiſipſis etiā gerimus unde certamis

tamina tolerамus. Deus uero q in utero uirginis
incarnatus in mundum ſine peccato uenerat, nihil
contradictionis in ſemetipſo tolerabat. Tētari er-
go p ſuggeſtionem potuit, ſed eius mentē peccati
delectatio nō momordit: atq; ideo omnis illa dia-
bolica tētatio foris, nō intus fuit. Sed ſi ipſum ordi
nē tentationis eius aſpicimus, penſamus quāta ma-
gnitudine nos à tētatione liberamur. Antiquus ho
ſtis cōtra primū hoīem parētem noſtrū, in tribus
ſe tentationibus erexit: quia hūc uidelicet gula, ua
na gloria, & auaritia tentauit, ſed tētando ſupera
uit, quia ſibi eū per cōſenſum ſubdidit. Ex gula qp
pe tentauit, cum cibum ligni uetitum oſtendit, at-
q; ad comedendum ſuaſit. Ex uana autem gloria
tentauit, cū diceret: Eritis ſicut dij. Et ex ꝓuectu
Gene.3 auaritiæ tētauit cum diceret, ſcientes bonū & ma-
lū. Auaritia enim non ſolū pecuniæ eſt, ſed etiam
altitudinis. Recte enim auaritia dicit cū ſupra mo
dum ſublimitas ambitur. Si enim nō ad auaritiam
honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de
unigenito dei filio diceret: Non rapinā arbitratus
Phili.2 eſt, eſſe ſe æqualē deo. In hoc ergo diabolus paren
tem noſtrum ad ſuperbiam traxit, quod eū ad aua
ritiā ſublimitatis excitauit. Sed quibus modis pri-
mum hominem ſtrauit, eiſdem modis ſecundo ho-
tentando mini * tētato ſuccubuit. Per gulam quippe tētat,
dum dicit: ¶ *Dic ut lapide: iſti panes fiant*. Per uanā
gloriam tentat, cum dicit: ¶ *Si filius dei es, mitte te
deorſum*. Per ſublimitatis auaritiam tentat, cum re-
gna omnia mundi oſtendit, dicēs: ¶ *Hæc omnia tibi
dabo, ſi procidens adoraueris me*. Sed eiſdem modis
à ſecūdo homine uincitur, quibus primum homi-
nem ſe uiciſſe gloriabatur: ut à noſtris cordibus
ipſo aditu captus exeat, quo nos aditu intromiſſus
tenebat. Sed eſt aliud fratres chariſſimi, q̄d in hac
tentatione dominica conſiderare debemus, quia
tentatus à diabolo dominus, ſacri eloquij præce-
pta reſpondit, & qui eo uerbo quod erat, tentato-
rem ſuum mergere in abyſſum poterat, uirtutem
ſuæ potentiæ non oſtendit, ſola diuinę ſcripturę p̄
cepta edidit, quatenus nobis ſuæ patientiæ prębe
ret exemplum, ut quoties à prauis hominibus ali-
quid patimur, ad doctrinam potius excitemur q̄
ad uindictam. Penſate quanta eſt patientia Dei,
quanta impatientia noſtra. Nos ſi iniurijs, aut ali-
qua læſione prouocamur, furore pmoti, aut quan-
tum poſſumus noſmetipſos ulciſcimur, aut quod
non poſſumus, facere minamur. Ecce aduerſita-
tem diaboli dominus pertulit, & nihil ei niſi man-
ſuetudinis uerba reſpondit. Portat quem punire
poterat: ut hoc in laudem eius altius creſceret, ſi
hoſtem ſuum non extinguendo, ſed interim pati-
endo ſuperaret. Notandū uero quod ſubdit, quia re-
cedēte diabolo, angeli miniſtrabāt ei. Ex q̄ re, qd
aliud q̄ unius pſonæ, utraq; natura oſtenditur? qa
& homo eſt quem diabolus tētat, & idem ipſe de
us eſt, cui angeli miniſtrāt. Cognoſcamus ergo in
eo naturam noſtrā: qa niſi hunc diabolus hoiem
cerneret non tentaret. Veneremur in illo diuinita
tem ſuam, qa niſi ſuper oīa deus exiſteret, ei nul-
lo modo angeli miniſtrarent. Sed quia diebus his
lectio cōgruit (nam quadraginta dierum abſtinen
tiam noſtri redēptoris audiuimus, qui quadrage-
ſimæ tempus inchoamus) diſcutiendum nobis eſt,
cur hęc ipſa abſtinētia p quadraginta dierum nu-
Exod. 34 merū cuſtodit. Moyſes enim ut legē acciperet, ſe
3.Re.19 cundo, quadraginta diebus ieiunauit. Helias in de-
ſerto quadraginta diebus abſtinuit. Ipſe autor ho-
minum ad hoīes ueniens, in quadraginta diebus
nullū omnino cibū ſumpſit. Nos quoque inquantū
poſſumus, annuo quadrageſimæ tempore, carnem
noſtram per abſtinentiam affligere conamur. Cur
ergo in abſtinentia quadragenarius numerus cu-
ſtoditur, niſi quia uirtus decalogi p libros q̄tuor
ſancti euāgelij implet? Denarius enim quater du-
ctus, in quadragenarium ſurgit: quia tunc decalo-
gi mandata perficimus, cū * profecto quatuor li- perfectos
bros ſancti euangelij cuſtodimus. Ex qua re ſentii-
ri & aliud poteſt. In hoc eīm mortali corpore ex q̄
tuor elementis ſubſiſtimus, & per uoluptates eiuſ
dem corporis, præceptis dominicis contraimus.
Præcepta autem dominica per decalogum ſunt ac
cepta. Qui ergo per carnis deſideria decalogi mā
data contempſimus, dignum eſt ut eandem carnē
q̄ter decies affligamus. Quāuis de hoc quadrageſi
mali tempore eſt adhuc aliud quod poſſit intelli-
gi. A pſenti enim die uſq; ad paſchalis ſolēnitatis
gaudia, ſex hebdomadę ueniūt, quarū uidelicet di
es quadraginta & duo fiunt. Ex quibus dum ſex di
es dominici abſtinentię ſubtrahuntur, non plus in
abſtinentia q̄ triginta & ſex dies remanent. Dum
uero per trecētos & ſexaginta quatuor dies annus
ducitur, nos autē per triginta ſex dies affligimur,
quaſi anni noſtri decimas deo damus, ut qui nobiſ-
metipſis per acceptum annum uiximus, autori no
ſtro nos in eius decimis per abſtinentiam mortifi-
cemus. Vnde fratres chariſſimi, ſicut offerre in le-
ge iubemini decimas rerū, ita ei cōtēdite offerre
& decimas dierū. Vnuſqſq; inquantū uirtus ſuppe
ſit, carnem maceret, eiuſq; deſideria affligat, cōcu
piſcētias turpes interficiat, ut iuxta Pauli uocē ho Rom.12.
ſtia uiua fiet. Hoſtia quippe & immolatur, & uiua
eſt, qn̄ & ab hac uita homo non deficit, & tn̄ ſe à
carnalibus deſiderijs occidit. Caro nos lęta traxit
ad culpā, afflicta reducat ad ueniā. Autor etenim
mortis noſtræ, per fructum ligni uetiti, uitę pręce
pta transgreſſus eſt. Qui ergo à paradiſi gaudijs p
cibum cecidimus, ad hæc inquantū poſſumus per
abſtinentiam reſurgamus. Sed nemo ſibi eandem
abſtinētiam ſolam credat poſſe ſufficere, cum per
ꝓphetam dominus dicat: Nonne hoc eſt magis ie- Eſa.58
iunium quod elegi? ſubijciens: Frange eſurienti pa-
nem tuū, & egenos uagosq; induc in domum tuā.
Cum uideris nudum, operi eum, & carnē tuam ne
deſpexeris. Illud ergo ieiuniū deus approbat, q̄d
ad eius oculos manus eleemoſynarum leuat, quod
cū proximi dilectione agitur, quod ex pietate cō-
ditur. Hoc ergo quod tibi ſubtrahis alteri largire,
& unde tua caro affligit, inde egentis proximi ca-
ro reparetur. Hinc etenim p prophetā dn̄s dicit:
Cum ieiunaretis & plangeretis, nunqd ieiuniū ie-
iunaſtis mihi? Et cū comediſtis, & bibiſtis, nunqd Zac.7
non uobis comediſtis, & uobiſmetipſis bibiſtis? Si
bi enim comedit & bibit, q alimēta corporis, quæ
ſunt communia dona conditoris, ſine indigētibus
percipit. Et ſibi quiſque ieiunat, ſi ea quæ ſibi ad
tēpus ſubtrahit, nō pauperibus tribuit, ſed uentri
poſt modum offerenda cuſtodit. Hinc per Iohelem Iohe.2
dicitur: Sanctificate ieiunium. Ieiuniū qppe ſan-
ctificare, eſt adiūctis bonis aliis, dignam deo abſti
nentiam carnis oſtendere. Ceſſet ira, ſopiantur iur
gia. Incaſſum enim caro atteritur, ſi à prauis ſuis uo
luptatibus animus non refrenatur, cum per ꝓphe- Eſai.58
tam dominus dicat: Ecce in die ieiunij ueſtri inue-
nitur uoluntas ueſtra, ecce ad lites & contentiones
ieiunatis, & percutitis pugno impie, & omnes debi
tores

tores ueſtros repetitis. Neq; enim q à debitore ſuo hoc quod dedit repetit, aliqd iniuſtũ facit: ſed dignum eſt, ut unuſquiſq; q ſe in pœnitentia macerat, etiam hoc quod ſibi iuſte cõpetit, interdicat. Sic ſic nobis afflictis & pœnitentibus, à deo dimittitur quod iniuſte egimus, ſi pro amore illius, & hoc quod nobis iuſte competit, relaxemus.

DE EADEM DOMINICA HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

BAptizatus Ieſus, confeſtim aſcẽdit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cœli & uidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & uenientem ſuper ſe: & ecce uox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Quid eſt enim quod baptizato Domino cœli aperiuntur? Magnũ eſt hoc myſterium, magnamq; his qui baptizantur lætitiam præfigurat. Clauſum erat prius, nemo illuc ante baptiſmum ingrediebatur. Nunc autem apertũ eſt, ſed baptizatis tantũ eſt apertũ. Sic enim dñs ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnũ cœlorum. Et tũc *quidem ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu, ut tentaretur a diabolo. Et quum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.* Præcipui ſanctæ Eccleſię doctores Dominum Ieſum in deſertum à ſuo ſpiritu ductum eſſe exponunt. Quem ſi ab alio quoq; ſpiritu ductum fuiſſe expoſuiſſent, non eſſet in conueniens, quum Lucas Euangeliſta eũ in Hieruſalem in montẽ excelſum uaide à diabolo non aſſumptum, ſed ductum apertiſſime ſcribat, dicẽs: Et duxit illum diabolus in montem altiſſimum, & oſtendit illi omnia regna orbis terrę, in momento temporis: & paulo poſt, Et duxit eũ in Hieruſalẽ, & ſtatuit illum ſupra pinnã templi. Quod ſi ibi ab alio ſpiritu ductũ eſſe nõ eſt incõueniens: quare in deſertum quoq; ab alio ſpiritu eum ductũ fuiſſe incõueniẽs uideatur? Sed ſiue à ſuo, ſiue ab alio ductus fuerit, conſiderandum eſt quare ſe à diabolo tentari permiſerit. Nihil enim ſine utilitate & ratione fecit Saluator noſter. Et ibi maxime rationẽ quærere debemus, ubi ipſe aliqd agit, ſi tñ aliqd agit, qđ ſuę maieſtatis uideatur eſſe indignũ. Quis enim audire nõ horreat, qđ tãta uirtus à diabolo uel ducatur uel tẽtetur? Veruntamen quia ſua ſponte ducitur, imo ipſo lubente ducitur, (eius enim uelle, iubere eſt) nõ eſt hoc tantum horrendum, quantum quid ſignificet mirandũ & quærendum. Quis enim neſciat Pilatũ & Iudæos, qui eum occiderũt, nõ ſolũ membra diaboli, ſed eius quoq; ſeruos fuiſſe? Et quidem maior nobis iniuria eſſe uidetur ea, quã à ſeruis alicuius hominis patimur, quam ſi ab ipſo eorũ dño eã pateremur. Vnde nõ magis horrendũ eſt, quod Saluator noſter à diabolo ducitur & tentatur, quã quod à Iudęis occiditur & flagellatur. Sic enim Chriſtus occiditur non ſibi, ſed nobis. Nobis enim mortuus eſt: quia nobis eius mors neceſſaria erat. Niſi enim ipſe moreretur, nos nõ uiueremus. Mortuus igitur eſt, ut nos uiuamus. Similiter aũt nobis tẽtatus eſt, qa eius tentatio duplex nobis beneficiũ parat. Alterum quidẽ ut ſciamus quomodo tẽtatoribus noſtris, & his qui nobis iniuriã faciũt, reſpondere debeamus: alterũ uero, ut in nulla noſtra uirtute uel ſapientia cõfidamus, qñ inimicus noſter diabolus, qui ipſum dominũ noſtrũ tentare pſumpſit, tanquã leo rugiens ſemper circuit, quærens quẽ deuoret. Reddita igitur cauſa tẽtationis, uideamus & myſteriũ ſignificationis. Qñ enim multis modis diabolus hominẽ tentet, maxime his tribus tantum eos tentando aggreditur, id eſt, aut ciborum appetitu, aut uana gloria, aut honoris & diuitiarũ ſublimitate. Nititur autem eos qs tentat ad excelſa ducere, & in altum eleuare, ut ſicut ipſe eleuatus cecidit, ſic & alios exaltãdo ruere faciat. Ipſe eſt enim qui ait: In cœlum aſcendã, ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meũ, ſedebo in mõte teſtamẽti, in lateribus aquilonis, & ſimilis ero Altiſſimo. Alios itaque in deſertum ducit, alios ſupra templi pinnaculum poſuit, alios uero in montem excelſum exaltat. Et in deſertum quidem ducit, quãdo ab amore cœleſtis patrię & à diuina cõtemplatione mentes hominum auertit, & terrena quæq; & tranſitoria cogitare facit. Deſertum enim eſt, quicquid à deo longe eſt. Sed quia cogitare non magnum peccatũ eſt, niſi cogitationi delectatio ſuccedat, opponit menti diuerſas ciborũ delicias: ut ſicut primum hominem decepit per gulæ intemperantiã, ſic cæteros quoque decipiat. In pane enim omnia ciborum genera ſignificantur, ſecundum illud: Intrauit Ieſus in domũ cuiuſdã principis Phariſæorum ſabbato manducare panẽ. Quando hæc igitur tibi in mentẽ uenerint, & oblitus eorũ quæ animæ ſunt, ſola ea quibus caro delectatur, impinguatur, & ſuperbit, cogitare cœperis, recordare quia in deſerto es, tentat te inimicus, & panes ſuos tibi apponit. Non uult ut ieiunes, non uult ut abſtineas, nõ uult ut ſanctorum obſeruationes cuſtodias. Inuitat te ad carnis uoluptatem, inuitat te ad crapulã & ebrietatem. Scit enim quantum caro his ſuperbit & eleuatur, ſcit quantum anima his pmitur & ſuperatur. Reſponde itaq; ſicut Dominus tuus reſpondit, quando ipſe quoque ab eo tentabatur. Pane enim nutritur corpus, uerbo dei reficitur anima. Vtrunq; ergo bonũ eſt. Alterum tamen nimium appetere nimiumq; delectabilẽ quęrere, & in ſuſcipiendo tẽperantiã non habere, malũ eſt. Ex hoc enim luxuria omniſq; carnis petulantia naſcitur. Propter hoc & diues ille qui epulabatur quotidie ſplendide, qa ſuſceperat bona in uita ſua, oĩa mala nunc patitur poſt mortem ſuam. Videamus modo illos quos ſupra pinnaculum templi diabolus ſtatuit. In quibus mihi clericorũ ordo maxime ſignificari uidetur. Illi enim à diabolo ſupra pinnaculum templi eleuantur, qui dũ ſe idoneos eſſe putant qui Eccleſiam Dei regere poſsint, & pretio, & precibus, & quibuſcunque modis poſſunt, Eccleſiæ prælati & epiſcopi fieri nitũtur. Neque enim ſe aliter Chriſtus illuc à diabolo duci pateretur, niſi quia tales Chriſtianos ſuo nomine pſignitos in hoc facto ſignificare uolebat. Et bene qdẽ tunc omniũ perſonas, bonorũ ſcilicet, & malorũ, in ſe ſignificãdo ſuſcepit, qñ ſe à diabolo tẽtari permiſit. Non eſt aũt incõueniens qđ malos Chriſtianos in ſe dominus ſignificare uoluit, q p baptiſmi ſacramẽtũ eius corpori uniti ſunt, cũ ipſe alibi dicat: Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt, oẽm palmitẽ in me nõ ferẽtẽ fructũ, tollet eũ. Nota qđ ait, in me. Omnes enim palmites, etiã infructuoſi, p baptiſmi ſacramẽtum in ipſo ſunt, quãuis de ipſo aliquando tollẽdi ſunt. Quod autẽ ait: *Si filius Dei es, mitte te deorſum,* quid aliud niſi hoc dicere uidetur, iã inter filios dei computatus es, iã epiſcoput ordinatus es, iũ ab his q te nõ cognoſcunt, uideris eſſe qđ nõ es: fac igitur aliqd unde lauderis, unde magnus ab hominibus uidearis: *mitte te deorſum.* Semper enim hi tales ſe deorſum mittũt, q ſolas diuitias, gloriã & dignitatẽ quærẽtes, qtidie deteriores fiũt. Et hos

tū benigniſſimus Dominus docere non dedignaſ,
quomodo ſuo tentatori reſpondere debeant ,ſi tū
diabolū non tentantē,ſed ſe ſalutaria conſilia dan-
tem audire uelint. Ait enim: *Rurſum ſcriptū eſt, non
tentabit dominum deū tuū.* Hoc enim dñs reſpondit,
quando diabolus eum duxit ſuper pinnaculū tem
pli, & quando ei dixit, Si filius dei es, mitte te de-
orſum. Similiter igitur & tu , qa intelligis te ſu-
pra Eccleſiā Dei male ordinatū, & nonā Deo, ſed
à diabolo ibi poſitū, cæteriſq; prælatum , qui tibi
etiā quotidie dicit, mitte te deorſum, & te quoti-
die præcipitare & perdere nititur, recordare hu-
ius teſtimonij, q̊d non diabolo, ſed tibi & oībus ho
minibus à Dño dicitur. Reſponde igitur , nō tibi
credā, nō me deorſum mittā, ſed obediā ſcripturæ
mihi dicenti, Non tentabis Dñm Deum tuū. Quo
modo enim Deū non tentat, qui Eccleſiam quā iur
tim & per latrocinium inuaſit, contra canonū inſti
tuta & Dei uoluntatem tenet & poſſidet? Multū
enim Deū tētat, qui in eo peccato perſeuerat, quo
ſe perire non dubitat. His aūt ita diſpoſitis, nūc de
illis quoq; uideamus, qui ſupra montem excelſum
ualde à diabolo ducūtur, quibus etiā omnia regna
mundi, & eorū gloriā oſtēndit, & oſtēſa ꝓmittit,
ſi eū procidētes adorēt. Quos enim alios per iſtos
intelligamus, niſi imꝑatores, reges, duces, princi-
pes, cęterosq; huius ſęculi potētes, q̄s in montē ex
celſum, id eſt, in ipſarū dignitatū ſublimitatē, per
homicidia, piuria, ſurta, rapinas, proditiones, frau
des, & cætera huiuſmodi, diabolus ducit & exal-
tat? Et iſti quidē eū adorant, eum colunt, & uene-
rantur, eum quaſi Deū ſequuntur, & poſt eum in te
nebris demerguntur. Neq; enim audiunt quod di
cit Dñs Ieſus, *Dominū Deū tuum adorabis, & illi ſoli
ſerui es.* Iſti eum imitantur, ei ſeruiunt & obediunt.
Iſti ſunt eius milites & conſiliarij, iſti eius faciunt
uoluntatē. Miſeri qui non intelligunt cui ſeruiunt,
quē ſequuntur, & cuius ſe ſeruituti ſubijciūt. Quā-
to enim amplius ei ſeruierint, tāto maiora tormē-
ta ab eo ſuſcipiēt. Quia igit̃ dictū eſt de his qui in
deſertū ducūtur, & de his q ſupra pinnaculū tēpli
cōſtituūtur, & de illis q ſupra montē excelſum ual
de exaltātur. Nūc ad principiū redeamus, & quare
ſaluator noſter q̄draginta diebus & q̄draginta no
ctibus ieiunauerit, exponamus . Quęri eñ poteſt
q̄re neq; plus neq; minus ieiunauerit, & q̄re ſibi hoc
dierū numero ieiunare placuerit. Tātū enim Moy
ſen, tm̄ & Eliā ieiunaſſe legimus. Quadragenarius
enim numerus ex q̄tuor cōſtat & decē: q̄ter enim
decē, uel decies q̄tuor, quadraginta fiūt. Per qua-
tuor aūt nouū teſtamentū ſignificatur, q̄niā in qua
tuor euāgelijs cōſiſtit. Per decē uero ſignificatur
uetus, qa in decē mādatis legis cōtinetur. Quadra
ginta enim diebus ieiunat, q ab illis oībus ſe immu
nē & ieiunū cuſtodit, quæ utrumq; teſtamētum fa-
cere interdicit: ut ſicut caro exterius ieiunat à ci-
bis, ita & animus interius ieiunet à uitijs. Dicit eñ
ſcriptura, Nō occides, nō mœchaberis, nō furtū fa
cies, nō falſum teſtimoniū dices, nō cōcupiſces rē
ꝓximi tui & ſimilia. Hi ſunt illi cibi, à qbus utrūq;
teſtamentū pręcipit abſtinere. Qui ergo carnē ie-
iunijs macerat, niſi interius ab iſtis cibis ſe ieiunū
cuſtodiat, nō bene ieiunat. Ieiunemus igit̃ carne,
ieiunemus & mēte. Noti nobis ſunt illi cibi, à qui-
bus abſtinere debeamus. Ieiunauit itaq; dñs Ieſus
q̄draginta diebus & q̄draginta noctibus, q̄tenus
in ciborū ieiunio ſignificaret nobis ieiuniū corpo-
ris, & in dierū numero demōſtraret ieiuniū cordis.

FERIA SECVNDA

poſt Inuocauit. Matt. XXV.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu
is: Cum uenerit filius hominis in maieſta-
te ſua. Et reliq. Homilia de eadē lectione.

IN lectione quæ hanc præcedit, propoſuit dñs ſi-
militudinem hominis peregre proficiſcentis,
qui uocatis ſeruis ſuis diſtribuit illis pecunias,
prout unicuique conueniebat , alij quinque talen-
ta, alij duo, alij unū, & ſtatim profectus eſt. Poſt
multum uero temporis reuerſus, uocatis ſeruis ſu-
is poſuit rōnem cum eis. Et bene qdem operantes
pro apportatis lucris remunerauit, negligentē ue
ro ſeruum, & à bono opere torpentem damnauit.
Qua finita parabola, hoc quod modo exponendū
ſuſcepimus, conſequenter adiunxit, probans illam
quam præmiſit parabolam ad ſe ꝑtinere. ait ergo:
¶ *Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua.* Quia
enim tempus paſſionis eius inſtabat , & proxime
uenturo paſcha comprehendendus & alapizādus,
conſpuendus, flagellandus, ſpinis coronādus, & ad
ultimum crucifigendus, aceto potandus, & morti
tradendus erat, proinde ſe in maieſtate ad iudiciū
uenturum prænunciat, quatenus ſecutura ſcādala
paſſionis , cōpenſaret pollicitatio magnę glorifi-
cationis. Ait ergo: ¶ *Cum uenerit filius hominis in
maieſtate ſua & omnes angeli cum eo.* Notandum ſa-
ne, quod filium hominis in maieſtate uenturum dī
cit, per quod deſtruit opinionem quorundam hæ-
reticorum, qui dixerunt dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum à tempore reſurrectionis & aſcenſionis
non manere in natura ueraciter aſſumptæ humani
tatis: non attendētes quod angeli dixerunt: Sic ue
niet quemadmodum uidiſtis eum euntem in cœ- Actu. 1
lum. Et hic dominus manifeſte filium hominis fa-
tetur uēturum eſſe ad iudicium . Idem enim uerus
filius dei, idemq; uerus filius hominis, non tamen
duo, ſed unus eſt filius dei, qui in iudicio per ſolā
uidendus eſt humanitatem. Nam in diuinitate ſua
ſolis poſt iudicium apparebit electis, qa ſcriptum
eſt: Tollatur impius, ne uideat gloriā dei. Soli au-
tem regem ſeculorum in decore ſuo uidebunt ocu Eſai. 26
li mundi ſanctorum. Cum ergo, inquit, uenerit fili
us hominis in maieſtate ſua, hoc eſt, in diuinitatis
ſuæ potentia, per quam cum patre ſimul & ſpiritu
ſancto genus humanū iudicabit, bene meritis præ
mia, impijs & peccatoribus digna rependens ſup-
plicia, ſecūdum quam (ut dictum eſt) nunquā eum
reprobi uidere poterunt . Ille ergo qui quondā in
aſſumpto homine iudicandus ueniens non clama-
uit, neq; uocem eius quiſquam in plateis audiuit,
qa ita humilis uenit, ut à nemine cognoſceretur,
nunc deus manifeſte ueniet, deus noſter, & non ſi-
lebit, ſtipatus miniſterio angelorum, qui cū eo ad
iudicium uenient, ut in eorum præſentia iudicen-
tur, qui ſub eorum cuſtodia male uixerunt. Angeli
enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus, qui ſingulis ho
minibus ad cuſtodiam deputātur, de quibus domi
nus: Angeli eorum ſemper uident faciē patris &c.
Hinc & Pſal. dicit: Annunciauerunt cœli iuſtitiam Matt. 18
eius. Cœli nar. q; iuſtitiam eius annunciabunt, qa Pſa. 21
ſancti angeli iuſtiſſimum dei iudicium uenerāter
prædicabunt. ¶ *Tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis
ſuæ.* Sedem ſuper quam dominus ſeſſurus eſt in iu-
dicio, quidam iuxta literam nubem illam accipi-
unt, in qua dominus aſcendit in cœlum, in qua eti-
am uenturus eſt ad iudicium. Sed competētius ſe-
des

des dei ſancta intelligitur eccleſia, in qua dominus ſedebit, quia in eccleſia ſua glorioſus ipſe eam glorificans apparebit. ¶ *Et congregabũtur ad eum omnes gentes.* Omnes uidelicet homines à primo Adam uſq; ad eum qui in fine mundi naſciturus eſt, quiq; ab exordio mundi iam defuncti ſunt, uel qui uiui in corpore inueniendi ſunt. ¶ *Et ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem a dextris ſuis, hœdos autem a ſiniſtris.* Sicut (inquit) paſtor pecus ſecernit à pecore, ita dñs noſter qui eſt uerus paſtor, quẽ oues ſuæ agnoſcunt, eumq; ſequuntur, ſeparabit in die iudicij bonos à malis. Nam p oues deſignanť ſancti, ſimplicitate & innocẽtia gaudẽtes, qui ad dextrã domini ſtatuentur, quia in ſpe ſempiternæ felicitatis collocabuntur. Per hœdos autẽ (q ſunt petulca animalia & laſciua, & ad libidinẽ ſemper feruida) deſignantur reprobi, uoluptatibus & illecebris deditι, qui ponentur ad ſiniſtram, quia iuſte ſempiternę damnationi ſubijcientur. Sed & illud attendendũ, quia non capras, ſed hœdos in ſiniſtra ſtatuendos dicit, quoniam capram in bonã accepit ſignificatio-
Can, 4. nem. Signat enim ſanctorũ animas, quæ uelut greges caprarum tonſæ & lotæ aſcenderunt de lauacro, & gemellos edunt fœtus & ſterilitatem ignorant. Sciendum uero, quia in iudicio duo erunt ordines, alter bonorum, alter malorũ, qui tamen quadrifarie diuidentur. Duo enim erunt ordines bonorum: unus qui non iudicabitur, ſed cum domino iudicabit: ſicut erunt ſancti apoſtoli & perfecti,
Matt. 19. qbus dictũ eſt: Sedebitis ſup ſedes iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Alter erit ordo bonorum, qui iu-
Matt. 25 dicabitur & ſaluabitur, quibus dicetur: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare &c̃. Similiter duo erunt ordines reproborum. Vnus eorũ qui nõ iudicabũtur, & tamen damnabuntur, in q̃ erunt pagani deũ
Pſal. 1. ignorantes, de quibus Pſal. dicit: Non reſurgẽt im-
Iohan. 3 pij in iudicio. Et dominus: Qui non credit iam iudicatus eſt. Alter erit ordo illorũ qui iudicabunť & damnabuntur, quibus dicetur: Eſuriui & non dediſtis mihi manducare. ¶ *Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete præparatum uobis regnum a conſtitutione mundi.* Rex, Chriſtus uidelicet, qui eſt rex regum, & dominus dominantium, quique in die illa ſolus exaltabitur, & ſuæ poteſtatis autoritate ſententiam dictabit. Et dicet his qui à dextris eius erunt, hoc eſt, ſanctis qui ad ſortem ſupernæ beatitudinis pertinebunt: Venite benedicti patris mei & cætera. Vox iſta deſiderabilis, exoptabilis, & omni gratia ſuſcipienda, qua ſancti ad bona perpetua, & ad regnum uocantur ſine fine manſurum. Et merito benedicti dicuntur, hoc eſt, ad æternam benedictionem (quæ in Chriſto & per Chriſtum eſt) prædeſtinati. Patris aũt ſui regnum dicit, ad illum referens omnem poteſtatem, cuius eſt filius, quia à quo habet eſſentiam, ab illo habet & potentiam. Vnum tamen eſt regnum patris & filij & ſpiritusſancti, ſicut una eſt eſſentia, eademq; maieſtas. Quod regnum ab origine mundi illis præparatum aſſerit, quia ad illud ante ſecula prædeſtinati & præordinati ſunt. Nam &
Rom 8 Apoſtolus dicit: quos præſciuit & prędeſtinauit, illos & uocauit: & quos uocauit, hos & iuſtificauit. Quibus uero meritis talem meruerunt remunerationem, enumerat ſubdens: ¶ *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, & cooperuiſtis me. Infirmus, & uiſitaſtis me. In carcere erã, & redemiſtis me.* Quæ uerba aperte exprimũt opera pietatis, & beneuolẽtiæ munificentiã, quæ corporeã tolerãtibus indigentiã neceſſaria eſt. Verũ ſi hæc ſpiritualiter acceperimus, gratius aliquid impletione charitatis intelligere poterimus. Quia charitas non ſolũ circa carnem fratris quandoq; morituram, uerũ multo magis circa animã ſemp uicturã eſt exhibenda. Qui igitur eſurientẽ & ſitientẽ pane uerbi ſatiat, & aqua ſapientiæ potat, perfectæ charitatis opera adimplet. Qui errantẽ à uia ueritatis ſacra admonitione reuocat, & per pœnitentiã in domũ ſanctę eccleſiæ recipit, pietatis opera ueraciter agit. Qui uero infirmũ in fide ſuſcipit ſecundũ Apoſtolũ, & 1. Teſ. 5
tribulationũ ac inſcitię carcere clauſu, ſolatiũ compaſsionis ac ſermonẽ cõſolationis impẽdit, hic utique ueræ dilectionis iura adimplet, & ideo pietatis mercede remunerandus eſt. Et nota, q̃d nõ uirtutes maximas, ſed ſola dilectionis opera, q̃ actiuę uitæ neceſſaria ſunt, dñs in iudicio cõmemorat, ut liquide oſtendat, quia charitatis præcepta ſeruantibus debeanť regna cœlorũ, ſine qua nulla uirtus, nullum opus bonũ deo placere poteſt. ¶ *Tunc reſpondebunt iuſti, dicentes: Domine quando te uidimus eſurientem, & pauimus? ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hoſpitem, & collegimus te? nudum, & cooperuimus te?* Ita ſancti reſpondebunt, ſtupentes ad immenſam & ineffabilem maieſtatem regis Chriſti, & quia omne bonum quodcunq; fecerunt, quamuis fuerit maximũ, tunc illis minimum & breuiſsimum uidebiť, præ magnitudine terroris qui tunc erit, ſiue p̃ abundãtia inæſtimabilis retributionis. Deniq; & B. Effrem in Homilia quadã de die iudicij, quã plenam cõpunctione ſcripſit, dicit ſanctos tũc angelos, ſub quorũ cuſtodia uixerunt, interrogantes, q̃d unq̃ boni egerunt, ut tali gloria taliq; digni haberentur mercede? ¶ *Et reſpondens rex, dicet illis: Amẽ dico uobis, quãdiu feciſtis uni ex minimus his fratribus meis, mihi feciſtis.* Miranda domini & ſaluatoris pia dignatio, qui deuotionẽ iuſtorũ tali mercede cõpenſat, ut ſe in pauperibus paſtũ & ueſtitũ aſſerat, & quicquid illis impenſum eſt, ſe ſuſcepiſſe confirmet. Sane quod dicit: Quandiu feciſtis uni ex minimis meis, mihi feciſtis, poteſt quidem generaliter de omni paupere intelligi, quod uidelicet eleemoſyna cuiquam egeno propter Chriſtũ impenſa, ab ipſo ſuſcipiatur. Verũ cũ dñs notabiliter & quaſi demonſtrans dicat, uni de minimis iſtis, oſtendẽs nõ generaliter ſe de quibuſlibet pauperibus, ſed de his uidelicet tm̃ dicere, q ſpiritu pauperes ſunt, q pp̃ter deum uoluntariã perferunt egeſtatẽ, quibus maxime fideles de ſuis facultatibus ſubuenire, & ſibi amicos facere debẽt, ut ab eis in æterna regni cœlorum habitacula recipiãť. ¶ *Tunc dicet et his qui a ſiniſtris eius erunt, Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.* Reprobis ad ſiniſtrã poſitis (q etiã dũ in mundo uiuerẽt, ſiniſtra ſemper, hoc eſt, tranſitoria amauerunt, nec unquã ęternorum, qui ad dexterã figuranť, curam habuerunt) dicitur, Diſcedite à me maligni in ignẽ æternum. Maledicti uero uocantur hi, qui in malitia uitam conſumentes, æternæ maledictioni ſeipſos præparare non timuerunt. Nunquã quidem mali Pſal. 5
cum domino fuerunt, quia non habitabit iuxta eũ malignus. ſed tunc diſcedere uidẽtur, quia in præſenti mali bonis permixti uidentur, à quibus in iudicio ſeparabuntur. Sagena autem ſanctæ eccleſiæ maior

ſtæ malos piſces cum bonis capit, & uſq; ad littus ultimi examinis pertrahit. Sed tunc bonis in uaſa collectis piſcibus, mali foras proijcient. Sic & in agro dñi zizania cum tritico germinant, ſed cũ ad aream uentũ fuerit, triticum ad horreum recondi-tur, zizania uero faſciculis colliguntur, & igni cõburuntur. Siue diſcedere eos, hoc eſt à pñſentia ſuæ uiſionis iubet proijci, & in tenebras exteriores expelli. Diſcedere ergo maledicti iubentur in ignem æternum, ut ibi ſine fine ardeant, qui in pñſenti ignem uitiorum in ſe extinguere noluerunt. Iſte aũt ignis diabolo & angelis eius præparatus eſt: quia ſicut potentia dei iuſtis regnũ ab origine mundi præparauit, ita diabolo & angelis eius ac reprobis ignem æternum, in quo æternaliter crucientur, præordinauit. ¶ *Eſuriui enim, & nõ dediſtis mihi manducare. Sitiui & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Nudus eram, & non operuiſtis me. Infirmus, & in carcere, & non uiſitaſtis me.* Metuenda multumq; pertimeſcenda eſt iſta ſententia. Nõ enim dicit, aliena rapuiſtis, ſed, non dediſtis mihi manducare. Si ergo ita tenacitas damnatur, rapacitas quid meretur? Aut quid recipiet qui alienum tulerit, ſi ſic punitur qui de ſuo non dederit? Si tale iudicium erit ei qui non fecerit miſericordiã, quale erit ei qui fecit rapinam? ¶ *Tunc reſpondebunt & ipſi, dicentes: Domine, quando uidimus te eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, uel in carcere, & non miniſtrauimus tibi?* Excuſare nituntur, tanquã deum fallere poſsint, ſicut quondam homines decipiebant. Sed tunc nullam excuſationem habere poſſunt, qui dum potuiſſent conuerti, noluerunt, & eleemoſynis peccata ſua delere neglexerunt. ¶ *Et reſpondens, dicet illis: Amen dico uobis, quandiu non feciſtis uni de his fratribus meis minimis, nec mihi feciſtis.* Qui enim humilibus & deſpectis membris Chriſti beneficium impendere negligit, conuincitur Chriſto minus eſſe deuotus, atq; ideo nunquam ſe ei aliquid tribuiſſe gaudebit. Nã
1. Ioh. 4. qui non diligit fratrem quem uidet, deum quẽ non uidet quomodo poteſt diligere? Attendendum uerũ quod & hic ſicut & ſuperius, unitatis fit mentio, cum dicitur: Quandiu non feciſtis uni ex minimis meis, nec mihi feciſtis. Per quod innuitur, quia illius largitas accepta eſt deo, qui hanc ſimplici cordis intentione, in unitate fidei catholicæ ſtudet exhibere. Cæterum qui ſe ab unitate fidei hæretica prauitate diuidit, uel de ſuo opere bono laudẽ quærit humanam, huius miſericordia reproba à Chriſto iudicatur & indigna. ¶ *Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti aũt in uitã æternã.* Origenes dogmatizat, omnes reprobos, ipſum etiã diabolũ & angelos eius poſt multa ſecula poſſe indulgentiã peccatorum pmereri, & à ſupplicijs liberari: aſſerens diuinæ pietati aptiſsime cõuenire, ut ſicut hominẽ redemit ita quoq; puaricatorem angelũ ſaluet. Cui tñ aptiſsime hac ſentẽtia repugnat: Ibunt hi in ſupliciũ æternũ. Sed ille ex oppoſito dicit, hoc dñm dixiſſe ad incutiendũ timorẽ quibuſq; peruerſis, quatenus æterna expaueſcant ſupplitia, & peccare deſiſtant. Cui cõtra reſpõdendum: qa ſi hoc uerũ nõ eſt nec illud uerũ eſt qd ueritas ſubdit: Iuſti aũt in uitam æternã. Sed (quod dictu nefas eſt) ſicut illud falſo minatus eſt ut timore percelleret, ita hoc falſo pmiſit, ut uacua ſpe deciperet. Ad hæc fortaſſe aliquis dicat, iniuſtũ eſſe ut pro tẽporali & momẽtanea delectatione qs æternam ſoluat pœnã. Sed ſciendum illos æternis ſubigi tormentis, q obſtina

Origen. in errore de angelis malis ſaluandis.

ta uoluntate in malo perſeuerare, & nunq̃ ſuis ſceleribus terminum ponere uoluerũt. Inſup & ſi ſemper uixiſſent, ſemp utiq; peccare uoluiſſent. Iuſto igitur dei iudicio, tales ibunt in ſuppliciũ æternũ. Proinde oranda eſt dei miſericordia, & corda cũ manibus eleemoſynarũ leuãda, ut in præſenti uita ignis timoris ſui mala noſtra decoquat, quatenus in tremẽdi examinis iudicio: à malorum ſiniſtra locatione liberatos, in dextra cum omnibus ſanctis miſericorditer collocare: & in uitam æternã cum ſanctis angelis cõnumerare dignetur, in qua uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

EADEM FERIA II. HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

DOminus enim, qui prius humilis uenit in forma ſerui, iterum excelſus & ſublimis uenturus eſt in maieſtate ſua. Venient autẽ & omnes angeli cum eo ut ex ipſa ſui exercitus multitudine & uirtus & omnipotentia manifeſtetur. Et tunc quidem ſedebit in ſede maieſtatis ſuæ, quoniam tunc patri coæterno æqualis & ſimilis reuelabitur. Nuſquã enim melius regia dignitas quã in ſede regia manifeſtatur. ¶ *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.* Secundum illud: Viuo ego, dicit dñs, quia mihi curuabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua. Non aũt erit ei difficile, ſicut non fuit creare, ita & reſuſcitare. Et ipſe quidem paſtor bonus, qui oues ſuas bene cognoſcit: bonos à malis ſeparabit, ouesq; ſtatuet a dextris, hœdos autem à ſiniſtris. Oues enim dicuntur boni propter ſimplicitatem & innocentiam, hœdi uero dicuntur mali propter uanitatem & petulantiam. In ipſa autem poſitione dextræ & ſiniſtræ, iam ex tũc utraq; pars agnoſcere poterit, cui miſericordia, & cui pœna immineat. ¶ *Tũc dicet rex his qui a dextris eius erũt. Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum uobis regnũ a conſtitutione mundi.* Quare hoc? Vultis audire quare? ¶ *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus eram, & operuiſtis me: in carcere eram, & ueniſtis ad me.* Si enim ante mundi conſtitutionem regnũ eis paratum erat, conſtat quia ante quam fierẽt, ad uitam erant prædeſtinati. Qui uero ad uitam prædeſtinati ſunt, illi nullatenus perire poſſunt. Fit autem conditionaliter prædeſtinatio dei, nihilq; ſine aliqua conditione prædeſtinatum eſt. Prædeſtinatũ eſt enim ut ſaluaretur mũdus, ſed p aquã baptiſmatis & mortẽ filij dei. Prædeſtinati ſunt oẽs boni ad gloriã, ea tamẽ cõditione, ſi fidẽ tenuerint, ſi charitatẽ, ſi humilitatẽ, ſi ſapientiã, ſi miſericordiã & pietatem, & his ſimilia habuerint. Tales enĩ eos futuros puidit, qs deus ad uitã pdeſtinauit: & quaſi prædeſtinando eis diceret: Ego qdem uos ad uitam pdeſtino, ſi tamen tales fueritis, ſi mea mandata cuſtodieritis, ſi fidem & miſericordiam habueritis, & ſi in bono tandem inuenti fueritis. Qui igitur talis eſſe non uult, qui mandata dei cuſtodire nõ nititur, ideo nõ uenit ad prædeſtinationẽ quia nõ ſeruat cõditionem. Noli ergo attẽdere ad prædeſtinationem dei, quã ignoras: attende ad uerba quæ audis & intelligis. Sicut enim in pdeſtinatione ſua uerus eſt deus, & mutari nõ poteſt, ita & uerba eius uera ſunt, uel mutari nõ poſſunt. Vnde & in euãgelio dominus ait, Cœlũ & terra trãſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Sed audiamus quæ ſunt hæc uerba. Peccator (inquit) quacunq; hora conuerſus fuerit & ingemuerit, uita uiuet, & non morietur: & itẽ atque. Si uolueritis, & audieritis me,

bona terræ comedetis, quod ſi nolueritis, gladius deuorabit uos. & in euangelio: Qui crediderit (inquit) & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. & iterum: Si dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet uobis pater ueſter cœleſtis peccata ueſtra. Ne q̃ras aliã ꝑdeſtinationẽ. In his em̃ uerbis omnis uitæ & mortis prædeſtinatio cõſiſtit. Si hæc feceris, eſto ſecurus, & crede indubitanter quod ad uitam prædeſtinatus es. Quod ſi indurato corde hæc facere nolueris, & in hac malitia pſeueraueris, pro certo ſcias te ad mortem eſſe prædeſtinatum. Quamuis enim nullus homo ad peccatum ſit prędeſtinatus, omnis tamen homo ad gloriam aut ad ſuppliciũ prædeſtinatus eſt. Sequitur. ¶ *Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te uidimus eſurientem, & paniumus: ſitientem, & dedimus tibi potum? quando aũt te uidimus hoſpitem & collegimus te? aut quando te uidimus infirmum aut in carcere, & uenimus ad te?* Stupeſcunt enim admiratione, dum eum eſurientem uel ſitientem, dum hoſpitem, infirmũ, aut in carcere fuiſſe aliquando audiunt, quem nũc tãta gloria, tantaq; ſublimitate cõſpiciunt. Vnde & non immerito eũ interrogãt, quando uel ſic eum uiderint, uel ſic ei miniſtrauerint. ¶ *Et reſpõdens Rex dicit illis: Amẽ dico uobis, quandiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* In membris ſuis ſuſcipit ue Chriſtus: membra enim ſua ſunt omnes Chriſtiani. Et ideo quidem dicuntur Chriſtiani, quia mẽbra ſunt Chriſti. Vnde & Apoſtolus ait: Neſcitis quoniam corpora ueſtra, membra Chriſti ſunt? tollẽs ergo membra Chriſti, faciam mẽbra meretricis? abſit. Chriſtus igitur in eſurientibus eſurit, in ſitiẽtibus ſitit, in infirmis ægrotat, & in aliis ſimiliter patitur. Magna ergo reuerentia ſuſcipiendi ſunt pauperes Chriſti, cum magna ueneratione ſeruiendũ eſt eis, ſiquidem Chriſtus in eis ſuſcipitur: & honoratur in eis. ¶ *Tunc dicet & his qui a ſiniſtris eius erũt: diſcedite a me maledicti in ignem æternam, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.* Quare autem hoc præcipiat, ſubiungit cauſam. ¶ *Eſuriui enim, & nõ dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & non collegiſtis me, infirmus & in carcere: & nõ uiſitaſtis me.* Si igitur ignis æternus paratus eſt diabolo & angelis eius, manifeſtum eſt, quoniã ſic prędeſtinati ſunt mali ad mortem propter malitiam ſuam, ſicut boni ad uitam pro bonitate ſua. Sed quæ tormenta patientur qui aliena rapiunt, quum iſti talia patiuntur, quia ſua non tribuunt? Si talia ſuſtinebunt immiſericordes, qualia paſſuros putamus crudeles? Et ibunt iſti in ſupplicium æternum: iuſti autem in uitam æternam.

FERIA TERTIA.

Matth. XXI.

In illo tempore: Cum intraſſet Ieſus Hieroſolymã, cõmota eſt uniuerſa ciuitas. Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdem.

DOminus & deus, autor & reparator humani generis Chriſtus, ante mũdi cõſtitutionem præelegerat cum patre, & quãdo & ubi pateretẽ pro ſalute hominũ. Impleta ergo huius temporis plenitudine, inſtãte iam paſsione, appropinquare uoluit loco ſuę paſsionis, ubi inueniri poſſet ab his ꝑ quos eadẽ paſsio erat celebranda, ne quaſi refugiens mortem æſtimaretur. Non enim metuebat mortẽ, ſed poteſtate imperabat morti. Ait ergo euangeliſta ¶ *Quia cum intraſſet Ieſus Hieroſolymã cõmota eſt uniuerſa ciuitas, dicẽs: Quis eſt hic?* Ad ingreſſum ſaluatoris cõmota eſt ciuitas, admirata eſt populi frequentiã. Simile q̃d & in eius aſcẽſione de angelis legimus, q dum d̃m triũphali põpa aſcendentẽ cernerẽt, & carnẽ iam glorificatã ad cœlos uehentem, admirãtes dicebãt: Quis eſt iſte rex gloriæ? Pſal. 23
Notandum uero, q̃d ante ſex dies Paſchæ, ſicut alius euangeliſta dicit, uenit dominus Bethaniam, ubi Lazarum ſuſcitauerat, atq; in craſtinum Iohan. 12
in aſino ſedẽs, turbis diuinas laudes acclamãtibus, Hieroſolymam ingreſſus eſt, quod olim in paſchali agno myſtice fuerat præſignatum. Scriptum nãque eſt in lege: Decima die menſis primi tollat Exo. 12
unuſquiſq; agnũ per familias & domus ſuas, & ſeruabitis eum uſq; ad quartumdecimũ diem menſis huius, immolabitq; eum omnis multitudo filiorũ Iſrael uſq; ad ueſperam. Ergo ſecundum hanc de paſchali agno prophetiam, dominus Ieſus decima die mẽſis primi, hoc eſt, ante quinque dies paſchæ, ciuitatem Hieroſolymam ingreſſus, cõiurante aduerſum ſe ſeniorũ principumq; cõcilio, pręſtolabatur horã qua pro mundi ſalute deo patri ſe in odorem ſuauitatis hoſtiam offerret. ¶ *Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus a Nazareth propheta.* Superbis Iudæis quiſnam eſſet, qui cum tanta gloria ciuitatem intrabat interrogantibus, ſimplex turba quod nouerat fatebatur. Hic eſt, inquit, Ieſus propheta. Prophetam appellabant, quia errabant, & quid dicerent ignorabant. Neſciebant enim eum deum aut dei filium appellare, ſed error eorum perfecta ſciẽtia plenus erat. Nam Moſes de eo dixerat: Pro Deut. 18
phetam uobis ſuſcitabit dominus de fratribus ueſtris, illum audietis tanquam me. Et ipſe de ſe lo- Luc. 13
quitur: Non capit prophetam perire extra Hieruſalem. Ita uero accipiendũ eſt propheta, ut ſit dominus prophetarum, ſicut eſt rex regum & dominus dominantium. ¶ *Et intrauit Ieſus in templum.* Quod dominus in ciuitatem ingreſſus, primo templum adiit, formam religioſæ cõuerſationis, quam ſequi debeamus, oſtendit. Cum enim oppidum uel caſtellum, ſiue aliquem locũ ubi domus orationis deo ſit cõſecrata, ingredimur, prius ad illam feſtinare debemus, & poſtquam nos per orationis ſtudia deo cõmendauerimus, ſic demũ ad ea quæ neceſsitas fragilis uitæ exigit, ꝑagenda negocia protinus accedamus. ¶ *Et cœpit eiicere uendentes in illo, & ementes, & menſas nummulariorum, & cathedras uendentium columbas euertit.* Inter omnia miracula quę dominus in mundo corporaliter geſsit, hoc præcellentiſsimum & maximum eſt. Plus enim fuit, ut dicit beatus Hieronymus, hoc q̃d unus homo inermis multa millia armatorũ de tẽplo eiecit, quã q̃d Lazarũ quatriduanũ à mortuis ſuſcitauit. Fulgor enim diuinitatis reſplendebat in aſpectu humanitatis: atq; ideo uidentes inſolitã claritatẽ in facie hominis radiãtem, intuentes terga cędẽti dabant, & reſiſtere non audebant. Et dicit eis: ¶ *Scriptum eſt: Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Domus illa dei adhoc à Salomone primũ, & poſtea à Ieſu ſacerdote & Zorobabel cõſtructa fuerat, nõ quod deus in manufactis templis habitet, ſed ut ibi nomen eius inuocetur, ibiq; deuotæ plebis orationes audiret, uota ſuſciperet, munera & oblationes acceptaret. Sed illi eam ſpeluncam latronum fecerãt, quia ad hoc in templo reſidebant, ut aut non dantes munera corporaliter punirent, aut dãtes ſpiritualiter

Deut 16 tualiter necarent. Legis ſiqdem ꝑceptū erat, ut ter
in anno cōuenirent omnes ex diuerſis regni Iudai
ci partibus ad auguſtiſsimū & ſanctiſsimū in or-
be templum, in paſcha uidelicet, pentecoſte, & ſce
nopegia: & eiuſdē legis ꝑceptum erat, ne uacui in
conſpectu domini appacerent. Et plerunq; cōtin-
gebat, ut qui de remotioribus partibus ueniebant,
non haberent quod in ſacrificio domini offerrent,
quia ad longitudinem itineris ſecum pecora ſua
adducere non ualebant: proinde ſacerdotes habe-
bant pinguiſsima animalia quæ uſus ſacrificij ex-
poſcit, & ea non habentibus uendētes, accepta pe
cunia rurſus empta ſuſcipiebāt, hoc modo prædā
de ſimplici populo facientes. Verum erant quidā
ita pauperes, qui etiam ſumptibus & uictu indige
bant, & non ſolū hoſtias, ſed nec eas unde emerent
non habebant. Ad hoc ijdem ſacerdotes nūmula-
rios in templo ſtatuerunt, qui mutuam eis ſub hac
occaſione pecuniā darent. Sed quia lex uſuras pro
hibuerat, nec aperte ab eis duplicatā pecuniā exi-
gere poterant, excogitauerunt rurſus aliam frau-
dem, ut pro uſuris reciperent uarias ſpecies mune
rum, uuam paſſam uidelicet, & diuerſi generis po-
ma, ut quod in nummo non licebat, in his rebus exi
gerent quæ nūmis emuntur. Hoc appellabant ipſi
proprio ſermone colybiſtas, qui colybia, id eſt, ui-
lia munuſcula dabant, quæ græce tragemata, lati-
ne bellaria dicuntur. Iſtiuſmodi negotiaciones &
fraudes cernens dominus in domo patris ſui fieri,
Iohan. 1 ſicut beatus Iohannes dicit, facto flagello de reſti-
culis, innumeram multitudinem de templo eiecit.
Attendant iſtud eccleſiæ ſacerdotes, & caueāt ne
domum dei in ſpeluncam latronū uertant. Latro
enim eſt q lucra de religione ſectatur, & ex cultu
ſanctitatis ſtudet occaſioni negociationis. Proin-
de metuendū eſt illis, ne ſicut illi de tēplo materia-
li eiecti ſunt, ita iſti de tēplo ſpirituali eijciantur.
Quotidie enī dñs domū patris ſui ſanctā uidelicet
eccleſiā intrat, et occupatos lucris turpibus eijcit,
atq; unius criminis habet uendētes pariter & emē
tes. Vendentes enim ſunt, qui ſacros ordines ad ꝑ-
miū largiuntur. Ementes uero, qui pro iniuſtitia
pecuniam tribuunt: & dato precio patronis, emūt
peccatum. Notandum uero quod dicitur, menſas
nummulariorū, & cathedras uendentiū columbas
euertit. Quid enim per menſas nummulariorū, niſi
altaria intelliguntur, quę per auaritiam malorum
ſacerdotum, menſæ efficiuntur nummulariorum?
Quid uero per cathedras uendentium columbas,
niſi magiſtralis dignitas in eccleſia accipitur, quæ
& ipſa cum ad lucra deflexerit, ad nihilum redigi
tur? Quid uero ꝑ columbas, niſi ſpiritusſanctus ac
cipitur, q ſup dñm baptizatū in ſpecie colūbę ap-
paruit? Qui autē ſunt qui columbas uendunt, niſi
hi qui ſpiritum ſanctū per manus impoſitionē ad
præmium tribuunt? Sed dominus cathedras uen-
dentium columbas euertit, quia talium ſacerdo-
tium deſtruit. Quicunq; enim epiſcopus gratiam
ſpiritusſancti uendiderit, etiam ſi nunc in conſpe-
ctu hominum pontificali ſtola fulgere uideatur,
iam ante dei oculos ſacerdotio priuatus eſt. Hinc
& ſacri canones ſimoniacam hæreſim anathemati
zant, & ſacerdotio priuari præcipiūt eos, qui pro
ſpirituali gratia impenſa quærunt precium. Mo-
raliter: ſicut in ciuitate templum cæteris ædificijs
præeminet, ita in plebe fideliū uita religioſorum.
Templum ergo dei eſt ipſa mens fidelium, dicente
1. Cor 3 Apoſtolo: Vos eſtis tēplum dei, & ſpiritusſanctus
habitat in uobis. Hæc igitur mens fidelis, ſi relicta
innocentia, in læſionem proximi ꝑuerſas profert
cogitationes, ſpelunca utiq; latronū efficitur, nec
iam domus orationis uocatur, ſed latibulum latro
num. Nam illud meditatur agere, unde proximo
ſuo poſsit nocere. Non ergo fit in domo pectoris
noſtri negociatio, non ementiū uendentiumq; cō-
mercia, ne iratus Ieſus intret, & flagello diſtrictæ
ſeueritatis puniat concretas ſordes ſuæ māſionis.
¶ *Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templum, &
curauit eos.* Eiectis indignis & prophanatoribus
templi, cæcos & claudos mirabiliter ſanauit, ut ꝑ
hoc uirtutis ſuæ ſuis aduerſarijs daret inditium, &
uocem ſe laudantium puerorum, Hoſanna in excel
ſis clamantium, tali teſtimonio confirmaret: oſten
dens opere quod illi uocibus conſonabant, ſimul
etiam, ut uiſa Chriſti tanta potentia, conuerteren-
tur & crederent. Ideo enim illis cernētibus cæcos
illuminauit, ut illi fidei lumen reciperent, ideo clau
dos direxit, ut iſti claudicationem mentis abijce-
rent, & meliores pedes in recta operatione habe-
re inciperent. ¶ *Videntes autē pueros clamare in tem-
plo, hoſanna, benedictus qui uenit in nomine domini, di-
xerunt: Audis quid iſti dicant?* indigne ferentes, quod
Chriſto quaſi diuinas laudes, & quæ ſoli deo con-
ueniunt acclamarent. Verum dominus ita reſpon
ſum ſuum ex omni parte præmuniuit, & quod di-
ceret ita temperauit, ut nec calumniatorū inſidijs
pateret, uel laudes illas, quaſi à pueris errantibus
deferrent, abijceret. Non enī reſpondebat q̊d ſibi
illi audire uolebant. Bene dicūt pueri, iuſte de me
ſentiunt. Nec rurſus ait: Errant pueri, debetis ig-
noſcere inſcitiæ. Sed reſpondit, Audio, ſicq; uo-
ces illorum teſtimonio Pſalmiſtæ confirmauit, di-
cens: ¶ *Nunquam legiſtis, Ex ore infantium & lacten-* Pſal. 8
tium perfeciſti laudem? Deus enim pater ex ore in-
fantium & lactentium laudem perfecit, quia per
ſimplices & innocentes filio ſuo teſtimonium per
hibuit, per quod inimicos ſuos Iudæos infeſtiſsi-
mos perſecutores euidentiſsime confudit. ¶ *Et re-
lictis illis, abijt foras in Bethaniam.* quæ domus obedi
entiæ interpretatur. Quo iam præmonſtrabatur
quia ſynagogam erat relicturus, & ad domū obe-
dientiæ, hoc eſt, ad eccleſiam gentium trāſiturus.
Simul & illud intuendum, quod ita pauper erat, ut
nec tugurium haberet: ita nulli adulabatur, ut in tāt
ta urbe, tamq; populoſa à nemine reciperetur. Et
die quidem in Hieruſalem prædicabat, ſero uero
reuertebatur in Bethaniā: ubi erat amicus eius La
zarus cum Martha & Maria ſororibus. Felices cer
te, multumq; beati, q dominū hoſpitē habere me-
ruerunt, cuius præſentia triſtia cuncta moueban-
tur, ſalubria iucundaq; omnia prouidebantur. Sed
& illi nihilominus feliciſsimi, ſummeq; beatiſsimi,
qui ita ſe ab omni malitia caſtos immunesq; cuſto
diunt, ut illos dominus inhabitare & apud eos ma
nere dignetur. Hoc ergo uotis ſedulis, hoc ſanctis
deſiderijs expoſcamus, ut ita in nobis uniuerſa ui-
tia & quicquid fœtidum, quicquid aſpectibus ſuis
eſt indignum, expurget, ſic nos uirtutum floribus
exornet, quatenus penetralia cordis noſtri aptiſsi
mum ſibi habitaculum efficere dignetur, dominus
& redemptor noſter Ieſus Chriſtus, qui cum deo
patre & ſpiritusſancto uiuit & regnat deus per om
nia ſecula ſeculorum, Amen.

EADEM FERIA III. HOMILIA
D. Euſebij Emiſſeni.

In proxi-

IN proximo enim bella acturus, & de hoſtibus triumphaturus, cum triumpho & gloria ad impiā ciuitatē & ad locum certaminis dominus uenit. Certus enim de uictoria ante bellum (q̄d fieri nō ſolet) triumphū ſuſcepit. Ingreſſus igitur ciuitatē cum hac tanta gloria, cōmota eſt uniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic? Omnes enim obuiā ruunt, omnes eum uidere deſiderant, & ipſa facie cognoſcere cupiunt, quē iam in miraculorū fama cognouerant. Suſcitauerat enim dominus Lazarū illis diebus, ad cuius miraculi magnitudinē omnes ſtupebant. ¶ *Et intrauit Ieſus in templum dei, & eiecit omnes uendentes & ementes in templo, & menſas nummulariorum & cathedras uendentium columbas euertit.* Audite hæc Simoniaci, audite infandi negotiatores: aut ceſſate à negotijs, aut exite de tēplo. Nō unum uel duos, ſed indifferenter omnes uendētes & ementes dominus templis eiecit. Ipſe et menſas nummulariorum & cathedras uendentium columbas euertit. uos nummularij eſtis, uos colūbas uenditis, uos ſine nummo & pretio nihil agitis. Colūbas enim uendunt, qui uel Eccleſias uel ſancti ſpiritus gratias pretio largiuntur. Horum autē cathedras dominus euertit, ut per hoc eos non eſſe epiſcopos intelligamus. ¶ *Et dicit eis: Scriptum eſt, domus mea domus orationis uocabitur, uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.* Latrones enim uos eſtis. Qui enim non intrat per oſtium in ouile ouiū, fur eſt & latro. Oſtium enim Chriſtus eſt, qui quoniā ꝑ eum nō intraſtis, ueſtras cathedras euertit. Per hoc enim oſtium illi intrant, qui ſecundū canonū inſtituta conſtituuntur. Exite igitur de domo orationis: quæ, quoniam uos in ea habitatis, facta eſt ſpelunca latronum. ¶ *Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo, & ſanauit eos.* Qui igitur cæcus eſt, & ueritatem non intelligit, qui claudus eſt, & recto itinere nō incedit, feſtinet ad tēplum: ibi inueniet Ieſum, ibi illuminabitur & ſanabitur. ¶ *Videntes autem principes ſacerdotum & ſcribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Oſanna filio David, indignati ſunt, & dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis: Vtiq;. Nunquā legiſtis, Quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudē?* Quod enim principes ſacerdotū & ſcribæ indignantur, inuidia eſt: quod uero pueri deum laudāt, prophetiæ adimpletio eſt. Sic enim prophetauerat ipſe David, quod ex ore infantium & lactentiū prædicandus & laudandus dominus eſſet. ¶ *Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatē in Bethaniam, ibiq; manſit.* Manet enim dominus uſq; nunc in Bethania, quæ domus obedientiæ interpretatur: quia relicta Synagoga in Eccleſia habitat, quæ eius eſt obediens uoluntati. ¶ *Mane aūt reuertens in ciuitatē, eſuriјt: & uidēs fici arborē unā ſecus uiam, uenit ad eā, & nihil inuenit in ea niſi folia tantū. Et ait illi: Nunquam ex te fructus naſcitur in ſempiternum.* Dominus enim, qui nūquam ſine ratione aliquid agit, quando ſine ratione aliquid agere uidetur, alicuius rei magnæ ſignificatio eſt. Cui enim ratiocinabile uidetur, ut eo tempore in arbore fructū quęrat, q̄ ſine fructu arbores ſunt? Nunquid enim fructuū tempus ignorat: fructuū & arborū temporiſq; creator? Eſurit igitur dn̄s non ficus, ſed fidē: non fructus arboris quærit, ſed fructus operis. Hęc enim ficus, Synagoga eſt, quę ſecus uiam plantata, nullū tranſeuntibus ſolatiū p̄ſtat. Venit dn̄s ad eā, & nihil niſi folia inuenit in ea. Folia enim uerba ſunt, folia literę ſunt: hęc habet Synagoga: bene enim loquitur, ſed nō agit q̄ loquitur. Oīa aūt hęc de illa parte Synagogæ intelligi debent, q̄ in ſua infidelitate perdurat, & iniquitatis folijs obumbrata, ſpiritualis intelligentiæ fructum nō reddit. Huic enim maledixit dn̄s. Pro alia uero Synagogæ parte orauit, dicēs: Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciūt. Iſti igitur ꝗ maledicuntur, & ꝗ in æternum fructū nō reddūt, ſcribæ & phariſęi ſunt, ꝗ in Saluatoris noſtri morte nimia inuidia exarſerunt. ¶ *Et areſacta eſt continuo ficulnea. Et uidentes diſcipuli, mirati ſunt dicentes: Quomodo continuo aruit?* altera uero die, (ut Marcus ait) cū mane inde tranſiret, dixit Petrus ad Ieſum: Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit. Quotidie dominus infructuoſis arboribus & hominibus iniquis maledicit, & quotidie areſiunt, & igni tradūtur quibus maledicit. Maledicit autē & per ſe & ꝑ ſeruos ſuos. Vnde & ſubditur, ¶ *Reſpondens autē Ieſus, ait: Amen dico uobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, non ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis: Tollere & iactare in mare, fiet.* Hanc enim fidē Chriſti diſcipuli poſtea habuerunt, quia cæcos illuminātes, leproſos mundantes, mortuos ſuſcitātes, & alia miracula faciētes, uerū eſſe quod dn̄s promiſerat, ipſo experimento didicerunt.

FERIA QVARTA.

Matth. XIJ:

In illo tempore, Acceſſerūt ad Ieſum phariſæi & ſcribæ, dicētes: Magiſter uolumus a te ſignum uidere. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri,

NArratur in ſuperioribus q̄modo dn̄s dæmoniacum, ꝗ erat cæcus & mutus, triplici miraculo ſanauerit. Sed ſcribæ & phariſæi, qui ad hoc ſemper adhærebant, ut illius admiranda opera uel negarent, uel ſiniſtra interpretatione deprauarent, cœperunt blaſphemātes dicere, quod in Beelzebub principe dæmoniorum eijceret dæmones. Cōtra quos cum longa dominus diſputatione diſſeruiſſet, ſicut nunc euangeliſta dicit, reſponderunt ꝗdam de ſcribis dicentes: Magiſter, uolumus à te ſignum uidere. Sic in ſanatione ſigna poſtulabant, quaſi illa quæ uiderant, non re uera ſigna fuerint. Magiſtrum etiam ſub dolo appellabant, cuius doctrinæ aperta malitia repugnabant. Quæ uero ſigna, uel unde poſtulauerint, alius euāgeliſta apertius oſtendit, dicens: Volumus ſignum uidere de cœlo. Volebant igitur, ut uel in morem Heliæ ignem deſcendere p̄ciperet de cœlo, uel etiā in ſimilitudinem Samuelis æſtiuo tēpore faceret mugire tonitrua, coruſcare fulgura, imbres ruere, tanquā illa quæ dn̄s fecerat, non de cœlo fuiſſent, ſed opera potius Beelzebub. Sed ꝗ illa calūniabantur quę præ manibus habebant, & ſine utilitate ſua uel fidei fieri ſentiebant, multo magis illa calumniarentur, & dicerēt hæc non uirtute Chriſti, ſed uarijs aeris paſsionibus accidiſſe. Fortaſsis etiā dicturi erāt ſimiliter magos multa in Aegypto ſigna feciſſe de cœlo. Sunt qui dicunt illos petiſſe à domino, ut manna plueret de cœlo, quia ſecundū aliū euangeliſtam dixerunt: Quod ſignum oſtendis nobis? Patres noſtri māna manducauerūt in deſerto. Sed ſiue hoc, ſiue illud petierint, intentione tentādę calumniæ abſq; dubio fecerunt. Verum uideamus ꝗd eis dominus reſponderit. ¶ *Qui reſpondens, ait illis.*

Mar. 8 4. Re. 2

Iohan. 6

Gene

Generatio mala & adultera ſignum quærit. Egregie
ſatis adulteram uocat generationem Iudæorum,
quia legitimum uirum dimiſerat, & iuxta Ezec-
Eze. 16. hielis uaticinium, multis ſe amatoribus copulaue-
rat. ¶ *Et ſignum, inquit non dabitur ei, niſi ſignum Io-
næ prophetæ*. Quia enim illi ſignum de cœlo tentã-
do petierant, reſpondit eis dominus, non ſe ſignũ
de cœlo eis daturum, quod indigni erant accipere,
ſed tale quale Ionas naufragus, & ceto ſorbente
uoratus, tamen dei miſeratione liberatus, & acce-
pit & dedit. Non enim merebantur accipere ſignũ
diuinitatis, ſed humanitatis: paſſionis, non glori-
ficationis. Diſcipulis uero ſuis dominus ſignum
dedit de cœlo: qa eis æternę diuinitatis gloriã, &
prius in mõte transfiguratus, & poſt in cœlũ aſcen
dendo ſubleuatus, oſtendit. ¶ *Sicut enim fuit Ionas
in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit
filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus no-
ctibus*. Manifeſtiſſimũ eſt ex hoc loco, Ionam pro-
phetam typum domini ſaluatoris geſtaſſe. Ionas
namq; interpretatur columba ſiue dolens, quę no-
mina utiq; cõpetũt redemptori, ſuper quem bap-
tizatum ſpiritusſanctus in ſpecie columbę deſcen-
Eſai. 53. dit, & de quo Eſaias dicit: Vere languores noſtros
Ionæ. 2. ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Ionas
miſſus eſt ad predicandum Niniuæ, quæ interpre-
tatur ſpecioſa: & ſaluator ad ſalutem gentium
miſſus eſt, ut illis ad fidem conuerſis ſibi aptaret
eccleſiam, quam precioſo ſanguine mundaret, &
de turpi ſpecioſam faceret. Piſcis nanque qui Io-
nam uorauit in pelago, ſignificat mortem, quam
dominus pertulit in mũdo. Ionas in uẽtre ceti fuit
tribus diebus & tribus noctibus, ſic & Chriſtus in
ſepulchro iacuit tribus diebus & totidẽ noctibus.
Et ſicut Ionas in uentre ceti nõ permanſit, ſed eie-
ctus eſt in aridam, ita & ſaluatoris noſtri anima nõ
eſt relicta in inferno, nec caro eius uidit corrup-
tionẽ, ſed ꝑ gloriam reſurrectionis ꝑductus eſt ad
aridã immortalitatis. Quo exemplo declarat iu-
xta literam Iudæos (ſicut Niniuitę quondam fue-
rant) grauibus peccatis fuiſſe obnoxios, & niſi pœ
niterent ſubuerſioni proximos. Verum ſicut Nini
uitis, ita quoq; adhuc dari Iudæis tempus pœnitẽ-
tiæ, nec eos debere deſperare, ſi uellent pœnitẽti-
am agere. Oritur hoc loco non contemnenda quę
ſtio, quare dicatur dominus tribus diebus & tribus
noctibus fuiſſe in corde terræ, cum ſicut euangeli-
um loquitur paraſceuę hora ſexta ſit crucifixus, &
circiter horã nonã inclinato capite emiſerit ſpiri-
tum, ſabbato in ſepulchro quieuerit, & prima ſab-
bati ualde diluculo à mortuis ſurrexit. Sed hoc ſy
necdochicos accipiendum eſt, à parte uidelicet to
tum. Nam ſi partem paraſceuæ cum præterita no-
cte, qua comprehenſus eſt accipias, itemq; ſabbatũ
cum ſua nihilominus nocte, & rurſum noctem do-
minicam cũ eodem diẽ, quo illuceſcente ſurrexit,
inuenies profecto integrũ triduũ, & tres noctes.
Sciẽdũ etiam q̃d dupla erit mors noſtra, in anima
uidelicet & corpore. Domini uero mors ſimpla fu-
it, quia peccatum quod eſt mors animæ, non admi-
ſit, ſicut & eius reſurrectio ſimpla extitit. Dñs
aũt trigintaſex horis iacuit in ſepulchro, una ui-
delicet die & duabus noctibus. Duodecim uero ho
ræ diei, ad uiginti quatuor horas duarum noctiũ,
ſimplũ ad duplũ ſunt. Et duodecim quidem horæ
diurnæ ſimplæ, morti noſtri redemptoris cõuenis
unt. Viginti quatuor autem horæ nocturnę, ad du-
plam noſtrã conſentiunt mortem. Magno ergo ſa
cramento, una die & duabus noctibus iacuit in ſe-
pulchro: qa lucem ſimplæ mortis ſuæ, tenebris du
plę mortis noſtrę adiunxit. Veniens eñ ad nos q in
morte carnis & ſpũs eramus, unã ſuam, id eſt, car-
nis mortem pertulit, & duas noſtras abſoluit. Sim
plam ſuam noſtræ duplæ cõtulit, & duplã noſtrã
ſubegit. ¶ *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ genera-
tione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam ege-
runt in prædicatione Ionæ*. Condemnabunt Niniuitæ
gentem Iudæorũ, non poteſtate, ſed cõparatione
correctioris uitę: egerunt enim pœnitentiã in prę
dicatione Ionę. Quod qa Iudęi ad prędicationẽ do
mini non fecerũt, merito illorũ cõparatione dãna
buntur. ¶ *Et ecce plus quã Iona hic*. Ionas paucis die
bus prædicauit, Chriſtus tribus ſemiannis. Ionas
miſſus eſt ad Aſsirios, q barbari et increduli erãt:
Chriſtus ad Iudęos, q domeſtici et populus dei eſſe
debuerant. Ille exteris gentibus, iſte ciuibus locu-
tus eſt. Ionas tantũ uoce prædicauit, nihil ſigno-
rum exhibuit: Chriſtus tot miracula faciens ubiq;
non recipiebatur, ſed cõtra Beelzebub calumniã ſu-
ſtinebat. Plus ergo Iona hic, hoc eſt, in medio ue-
ſtrum. Hic enim loci aduerbiũ eſt. ¶ *Regina auſtri
ſurget in iudicio cũ generatione iſta, & condẽnabit eam,
quia uenit a finibus terræ audire ſapientiã Salomonis*.
Scriptura libri regũ refert, quomodo regina Saba 3. Reg. 10
gẽte ſua & imperij dignitate relicta, ꝑ tot difficul
tates itineris uenerit in Iudæã uolẽs audire ſapiẽ-
tiam Salomonis: quodq; multa munera ei obtule-
rit, ſed plura receperit. Iuſte ergo Iudæos in iudi-
cio condẽnabit, qa ipſa a finibus terre requiſiuit eũ,
quem ſapientiæ ſingularis dono nouerat eſſe famo
ſum. Iudęi ſecũ habentes dominũ, qui eſt uirtus &
ſapientia patris, non modo eum non audiebãt, ſed
& blaſphemabãt. Regina auſtri, inqt, ſurget in iu-
dicio cum generatione iſta. Patet ex hoc loco una
bonorũ & malorũ reſurrectio, cum regina electa
dicitur reſurrectura cũ reprobis. ¶ *Et ecce plus quã
Salomon hic*, hoc eſt in præſentiarũ inter uos cõuer
ſatur, qui Salomone incõparabiliter præſtantior
eſt. Myſtice in Niniuitis pœnitentibus, & electa re
gina auſtri, ſides eccleſiæ prædicatur, et Iſrael prę
fertur, ſancta enim eccleſia ex duabus partibus cõ-
gregatur, altera eorũ qui non peccauerunt, altera
eorũ q peccare deſierũt. ¶ *Cũ immundus ſpiritus ex-
ierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiẽ,
& non inuenit*. Poteſt quidem ſimpliciter intelligi,
quod hoc dominus ad oſtendendũ diſtinctionẽ ſuo
rum & ſatanæ operũ adiũxerit, quia uidelicet ipſe
polluta mundare uelit, Satanas uero ea quæ mun-
data fuerint, grauioribus ſordibus quærat attami
nare. Tũ etiã poteſt de quolibet hęretico uel ſchiſ-
matico ſiue falſo catholico non inconueniẽter acci
pi. Immundus namq; ſpiritus exit ab homine, quã-
do in baptiſmo per cõfeſsionem fidei catholicę, et
abrenuntiationẽ mundanorũ actuum, ab hæretico
uel ſciſmatico diabolus egreditur. Ambulat per lo
ca arida et inaquoſa, id eſt, circa corda ſanctorum,
quę ab humore fluxæ cogitationis purgata ſunt:
quærens requiem, id eſt, inueſtigans ſi qs in eis ne-
quitię ſuę greſſus fieri poſsit: ſed nõ inueniens, qa
in caſtis et mũdis mẽtib. locũ habere nõ poteſt, ſed
ſolum in prauorum cordibus gratam habet quie-
tem. Hinc & ad Iob de diabolo dominus ſub ſpe-
cie Leuiatan dicit: Sub umbra dormit in ſecreto Iob. 40.
calami, in locis humẽtibus, qa nimirũ in tenebroſis
& ſimulatricibus conſcientijs quieſcit, & laſciuis
et luxurioſis mẽtibus delectatur. ¶ *Tunc dicit: Re-
uertar*

uertar in domum meam unde exiui. hoc eſt, requiram hæreticum quem in baptiſmo dimiſi. Valde autem timendus eſt hic uerſiculus, ne forte culpa quam nobis dimiſſam credebamus, peius nos per incuriam uacantes à bonis operibus opprimat. Et ueniens, inuenit ſcopis mundatam & ornatam, uel ſecundum alium euangeliſtam, ſcopis mundatam, uacantem & ornatam. Veniens enim malignus ſpiritus, domum, id eſt, mentem talis hominis inuenit ſcopis mūdatam, hoc eſt, gratia baptiſmatis à peccatis originalibus ablutā, uacantē à bonis opibus, ornatā ſimulatis uirtutibus. ¶ *Tunc uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe: & ingreſſi inhabitant ibi*. Solet ſeptenarius numerus in ſacro elogo ꝓ uniuerſitate accipi, quia omne ſeculi tempus per ſeptē dies uoluitur. Per ſeptem igitur alios nequiores ſpūs, uniuerſitas omniū uitiorum deſignatur. Septem ergo neqores ſpūs ingrediunt̃, quia quēcunq; poſt perceptam in baptiſmo remiſſionē peccatorū, hęretica prauitas, uel ſeculi cupiditas arripuerit, omnium ſeruum facit eſſe uitiorū. Vnde bene ſpūs nequiores dicūtur, quia talis cum ſeptem capitalibus uitijs plenus ſit, ipſas tamē uirtutes habere ſimulat. ¶ *Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus*. Quia melius erat uiam ueritatis non cognoſcere, quam poſt agnitā retrorſum conuerti. ¶ *Sic erit & generationi huic peſſimæ*. Quibus uerbis aperte oſtenditur hæc ſimilitudo ſpecialiter ad Iudęos pertinere. Quod, inqt, ſpecialiter in uno quolibet geri ſolere narraui, gn̄aliter in generatione Iudęorū fieri non deſinit. Immundus nanq; ſpūs exijt à Iudæis, quando in monte Sinai legē accipientes dixerunt: Omnia quæ pręcepit dominus deus noſter, faciemus: & obedientes erimus. Exod. 24 Ambulauit ꝑ loca arida quęrens requiem, quia expulſus à Iudęis, ambulauit ſolitudines gentium, quæ arebāt æſtu uitiorum, & pinguedinem ſpūſſanćti non habebant, qua inebriari optabat Pſalmiſta, dicēs: Sicut adipe & pinguedine repleatur aīa mea. Psal. 72 Quę cum poſtea in dn̄m credidiſſent, ille nō inuento in eis loco, dixit ¶ *Reuertar in domum meam unde exiui*, hoc eſt, poſſidebo Iudæos, quos ante dimiſerā. Et ueniens inuenit mundatam ſcopis, per circunciſionem, uacantem, hoc eſt, cęleſti auxilio deſertā. & Chriſtum hoſpitem non habentē, qui dicit: Relinquet̃ uobis domus ueſtra deſerta: ornatā ſuperſtitioſis traditionibus & hypocriſi phariſęorū. Reuertitur ad eos diabolus, quia tales erāt: & additā ſeptenaria oīm dęmonū plenitudine, inhabitat priſtinam domum. ¶ *Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus*. Multo enim deteriores ſunt nunc Iudæi, Chriſtum in ſynagogis ſuis quotidie blaſphemantes, q̃ eſſent olim in Aegypto idola colentes. Grauius quippe eſt nō ſuſcipere eum qui uenerit, quam non credere uenturum. ¶ *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei*. Occupato in officio prædicationis domino, ſtabant foris mater & fratres eius, quærentes loqui ei. Cui quidam nunciauit: Mater, inquiens, tua & fratres ſtant foris, uolentes loqui tibi. Non ſimpliciter iſte domino hoc nunciaſſe putandus eſt, ſed ſub dolo, uolens experiri utrum operi diuino affećtum carnalium præferret propinquorum. Vnde prudentiſſime ſe matrem noſſe diſſimulat, ut oſtendat ſe potius cognoſcere & amare eos, qui per cognationem ſpiritus propinqui ſunt, quam qui per cognationem carnis. Vnde ſequitur: ¶ *At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?* Non autem dominus maternæ pietatis reſpuit officium, qui ꝑ legē pręcepit, dicēs: Honora patrem tuum & matrem: ſed dei patris miniſteria maternis præponit affećtibus. Hinc alibi dicit: Qui amat patrem & matrē ſuper me, non eſt me dignus. Exod. 20 Nec contemnit fratres, ſed cognationi carnis opus præferendum docet eſſe prædicationis. Matt. 10 Nemo autem turbetur, cū audit fratres, quia fratres domini in euangelio uocantur conſobrini eius, filij ſcilicet Mariæ matertere eius, quæ fertur fuiſſe mater Iacobi minoris, & Ioſeph, & Iudæ, quos & in alio euangelio fratres domini legimus appellatos. Myſtice uero mater domini, ſynagoga intelligitur, de cuius carne editus eſt: fratres aūt eſt populus Iudæorū. Saluatore igitur intus poſito, mater eius & fratres eius ſtant foris, quia dum Iudæi in Chriſtum credere nollēt, dum ad eum qui ad illorum ſalutem miſſus fuerat, intrare per fidem negligerent, turba gentium pręoccupans ingreſſa eſt, & tunc domini ſermonibus fruitur & doćtrina, illis foris ſtantibus, & circa terrenam legis intelligentiam & literę cuſtodiam diuerſantibus, qui q; quantum in ipſis eſt, magis Chriſtum ad docenda carnalia foris cogūt exire, quàm ipſi ad diſcēda ſpiritualia uolūt intrare. ¶ *Et extendens manus in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei*. Matrem & fratres dicit apoſtolos, impletores paternę uolūtatis, qui à deo patre illum miſſum credebant, paratiſſimoq; animo intendebant.. Nec negauit matrem de qua carnem aſſumpſerat (ſicut inſaniunt Marcioniſtæ & Manichæi, qui eum dicunt non habuiſſe uerum corpus, ſed phantaſticū) ſed ſpiritualem ꝓpinquitatē carnis prætulit conſanguinitati, ut & nos doceret, in cauſa dei nulliū de affećtione carnis recognoſcere. Vnde adhuc ſequitur: *Quicunq; fecerit uoluntatē patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt*. Quod dominus eum qui uoluntatem patris ſui fecerit, ſororem uocat, propter utrunq; ſexum, qui ad fidem colligitur, nō eſt mirum. Valde autem mirum, & quæſitu dignum eſt, quomodo etiam mater domini dici poſſit? Nam & diſcipulos fratres dignatus eſt appellare poſt reſurrećtionē, ita inquiēs: Ite, nunciate fratribus meis. Matt. 28 Qui ergo frater eſt in eum credendo, & patris uoluntatē implendo, quomodo etiam mater fieri poſſit, inueſtigandum eſt. Sed ſciendum, quia ſicut quis frater domini efficitur in eum credēdo, ita etiam mater prædicando. Quaſi enim mater Chriſti quis efficitur, cum per eius prædicationem amor domini in proximi mente generatur. Magna dignatio, ineſtimabilis bonitas, inenarrabilis miſericordia, hominem qui ſeruus uocari dignus non fuerat, fratrem domini appellari. Quam quia ex æquo perpendere nō ualemus, ſaltem digne uenerari ſatagamus, omniq; induſtria laboremus, ne aliqua uitiorū fœditate degeneres, & tanto nomine iudicemur indigni. Defendamus bonis moribus id quod nomine uocamur, ne non intelligentes honorem diuinæ filiationis, comparemur iumentis inſipientibus, & ſimiles illis ſimus. Et ut ea quæ loquimur, obtinere mereamur, illius ſemper adiutoriū nobis adeſſe poſcamus, qui cum eſſet unicus filius dei, propter nos dignatus eſt eſſe filius hominis, Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui cum patre & ſpirituſanćto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

EADEM FERIA QVARTA

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

QVanta eſt ſuperbia ſcribarum & phariſæorũ, tanta ſtultitia & infidelitas eorum. Non rogãt, nõ poſtulant, ſed inflato ſtomacho & erecta ceruice dicũt, *Volumus a te ſignum uidere.* Signa uidere uolunt, credere autem nolunt. Sed quare ſigna quærunt, qui iam tot ſigna uiderũt? Nunquid enim ſigna non ſunt, quod mortui reſurgunt? quod cæci illuminantur, leproſi mundantur, paralytici curantur, & dæmones eijciuntur? Omnia enim hęc ſigna ſunt. Vnde & puerum Centurionis ſanaturus Dominus, ait: Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis. Qui reſpondens, ait illis: *Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ.* Dum enim ſigna phariſæi uidere uolunt, audiũt non immerito q̃d audire nolũt. Generatio mala & adultera, quæ toties cum idolis fornicata, & deos gentium eſt ſequuta ſignum quærit. Iudæi enim ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt: & ſignum non dabitur eis niſi ſignum Ionæ prophetæ. Magnum eſt enim ſignum Ionę prophetæ, in quo Chriſti mors, ſepultura, & reſurrectio, in quo Iudæorum perditio, & ſalus Gentium ſignificatur *Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti diebus tribus & tribus noctibus, ita erit filius hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ.* Quid eſt autem, In corde terrę, niſi in affectu & deſiderio Iudæorũ? Et tale eſt, ac ſi diceret: Magnum ſit uobis hoc & mirabile ſignũ, quod tribus diebus & tribus noctibus ita me ueſtrę poteſtati ſubijciã, ut in me faciatis quicquid facere deſideratis. Terra autẽ dicuntur Iudæi, quia cœleſtium obliti, ſola terrena & tranſitoria quęrunt Hęc autem eſt illa terra ſpinoſa & petroſa, in qua uerbi dei ſemen creſcere & fructificare nõ poteſt. Multoties enim Iudæi uoluerũt capere & tenere Ieſum, & nõ potuerũt. Sed q̃d mirũ? Nunquã enim ſi noluiſſet, in eum poteſtatẽ habuiſſent. Vnde & Pilato ait: Nõ haberes in me poteſtatẽ, niſi fuiſſet tibi datũ deſup. itemq́ꝫ: Hęc eſt hora ueſtra & poteſtas tenebrarũ. Tribus igitur diebus & tribus noctibus fuit Dñs in corde terrę, id eſt, in uoluntate & poteſtate Iudæorũ: quia & illa nocte in qua raptus eſt, & tota nocte illius diei in qua crucifixus eſt, & tota nocte ſabbati, in eorum poteſtate fuit. Similiter autem & tota die in qua paſſus eſt, & tota die ſabbati, & principio diei dominicæ, in illorum fuit poteſtate: quia & uiuum crucifixerunt, & mortuum ſepelierunt, & ſepultum in cuſtodia habuerunt. Vſitatiſſimum etenim eſt, non ſolũ in ſcripturis, uerũ etiã in uulgata loquutione partẽ pro toto ponere. Sic enĩ à lõge proſpicientes, dicere ſolemus, Video hominem: cum non totum hominẽ, ſed ullis quam eius uideamus partem. Similiter autẽ dicimus, ille homo bene uidet, bene audit, & bene loquitur: quum ſoli oculi uideant, aures audiant, & ſola lingua loquatur. Similiter autem dicimus, Ille homo uulneratus eſt, cuius ſolus pes uel ſola manus uulnerata ſit. Fuit igitur Dñs in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, quanuis non integris tribus diebus & tribus noctibus Hæc aũt ſententia omnibus alijs planior mihi & uerior eſſe uidetur. Seqtur: *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiã egerũt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quã Ionas hic.* Bene quidẽ dicit, cũ generatiõe iſta: q̃a (ſicut Apoſtolus ait) omnes quidem reſurgemus, ſed non oẽs immutabimur. Omnes enim, ſiue boni ſiue mali, aſtabimus ante tribunal Chriſti. Condemnabunt aũt Niniuitę Iudęos: quia eorũ exẽplo dãnabũtur, q̃ non egerũt pœnitẽtiã in prędicatiõe Chriſti, ſicut illi in prędicatione Ionæ, q nõ ſolũ minor, uerũ etiã ſeruus eſt Chriſti. *Similiter aũt & regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condẽnabit eam, quia uenit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic.* Regina Auſtri Eccleſiã gẽtiũ ſignificat, quæ ex omnibus mundi partibus Chriſti fidẽ & ſapiẽtiam audire & recipere uenit. *Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærẽs requiẽ, & non inuenit.* Hanc autem ſimilitudinem ideo dominus dedit, ut Iudęorũ generationẽ malã & adulteram propter duritiã ſuã & cor impœnitens, non ſolum à Niniuitis, uerum etiam ab alijs gentibus merito damnandam & iudicandam eſſe oſtenderet: quoniam hæc impia natio pœnitere neſcit, ſed quotidie ſeipſa deterior fit, cuius nouiſſima peiora prioribus fient. Hoc enim ipſi ſignificabant, quum de Saluatore noſtro dicerẽt Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Sic igitur erit generationi huic peſſimæ, ſicut illi homini qui ab immundo ſpiritu poſſidetur. *Cũ immũdus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiẽ, & nõ inuenit.* Facile enim malignus ſpiritus & intrat in hominem & exit ab homine. Quoties enim homo à cogitatiõe uel locutione uel operatione offendẽdũ aliquid agit, diabolus adeſt. Si uero ex corde pœnitere incipiat, diabolus exit. Exiens aũt ambulat per loca arida, & inaquoſa, eos uidelicet tentando, in quibus malitiæ & uoluptatis humorẽ non inuenit, quoniam fluxa & humida quærit. Vnde & de eo dicitur, Sub umbra dormit, in ſecreto calami, in locis humẽtibus: q̃bus loca genitalia ſignificãtur. Tunc dicit, Reuertar in domũ meam, unde exiui. Quia enim in bonis requiem habere non poteſt, ad malos redit. Tẽtare nanque bonos diabolus poteſt, requiem autẽ in eis habere non poteſt: quoniam nunc eorum orationibus, nunc eorum fletibus, nunc eorum eleemoſynis, alijsq́ꝫ ſimilibus ſolicitatur, mouetur, & pellitur. *Veniens autem in domum ſuam, inuenit eam uacantem.* Vacantẽ quidem, quia nõ inuenit ibi charitatem, nec fidem rectam, nec humilitatem, nec patientiam, nec iuſtitiam, nec miſericordiam, nec cætera quibus ſanctorũ animæ muniuntur. Qualẽ igitur eam inuenit? *Scopis mundatam & ornatã.* Talem eam inuenit, qualem inuenire deſiderat. Inuenit eam malis ſcopis mundatam, & malis ornamẽtis ornatam. Malæ ſcopæ, quæ uirtutes pellũt, & uitia relinquũt. Malę ſcopę q̃ pauimẽta diſsipant, & puluerẽ non eijciunt. Luxuria uero, fornicatio, uoluptas, ſuperbia, auaritia, diſcordia, omniſque immunditia, ornamenta diaboli ſunt. His autem ornamentis inuenit eam ornatam *Tunc igitur uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreßi habitant ibi.* Non ſufficit ei ut ſolus talem domum poſſideat, ſocios quærit: ſpatioſus eſt locus, multis indiget habitatoribus. Sed qui ſunt iſti ſeptem ſpiritus? quare nequiores? Quia enim ſunt ſeptem gratiæ ſpiritusſancti, quibus omnis anima ad fidem conuertitur, & conuerſa defenditur, ideo iniquus iſte ſeptem ſpiritus illis contrarios aſſumpſit, q̃bus aduerſum eas domum ſuã tueatur: opponens uidelicet ſpiritum ſtultitię contra ſpiritum ſapientiæ: & contra ſpiritũ intellectus, ſpiritũ uertiginis & inſanię: cõtra ſpiritum cõſilij, ſpiritũ temeritatis, contra ſpiritũ fortitudinis, ſpũm incõſtantię & timoris, cõtra ſpiritũ pietatis, ſpiritum

tum impietatis: contra ſpiritum timoris Domini,
ſpiritum cõtemptus & odij. Infœlix illa anima, in
qua iſti ſpiritus regnant, & cui iſti ſpiritus domi
nantur. Iſti enim quodãmodo nequiores illo ſunt
qui eos cõduxit: quoniam iſti in hac uita animam
corrũpũt, ille uero poſt hãc uitã aĩam cruciat: ille
tentat, iſti occidũt: ille ianuas aperuit, iſti intro-
miſsi cuncta perdunt & diſſipant. Ille hominẽ ten
tare & uexare poteſt, animã uero niſi per iſtos oc-
cidere non poteſt. Sic iſti ſunt nequiores illo, quia
plus nocẽt iſti quàm ille. Ille enim conſiliãdo & tẽ
tando eſt nequior, iſti agendo & corrumpendo
ſunt nequiores. Illi Apoſtolus hominem tradidit
in interitu carnis, de iſtis uero dicit: Non regnet
peccatum in ueſtra mortali carne. Non eſt igitur
mirum, ſi fuerint nouiſſima hominis illius peiora
prioribus: quum prius uno, poſtea ſeptem prema-
tur dęmonibus. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce ma-
ter eius & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.* Fra-
tres enim eius, beatæ Mariæ nepotes dicit, Iacobũ
ſcilicet, & Ioſeph, & Iudam, & Simonem. Mos eſt
enim diuinæ ſcripturę, quoſcunq; propinquos, fra-
tres uocare. Dicit autem ei quidam: *Ecce mater tua
& fratres tui foris ſtant, quærentes te. At ipſe reſpon-
dens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fra-
tres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit:
Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fecerit
uoluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſo-
ror, & mater eſt.* Cum extraneis loquitur Ieſus, ma-
ter eius & fratres foris ſtant. Iſti cũ eo in domo ſe
dent, illi eũ foris expectant. Non uacat hoc à myſ-
terio. alicuius rei ſignificatio eſt. Vſq; hodie nãq;
uidemus Ieſum cum extraneis loqui. Cũ extrane-
is enim loquitur Ieſus, quando gentiũ populo hoc
Euangelium legitur. Mater eius Synagoga, & fra
tres eius Iudæi, foris ſtant. Foris quidem, quia in
eccleſia non ſunt. Expectant eum tamen, & cũ eo
loqui deſiderant. Vt enim Apoſtolus ait, Zelũ dei
habent, ſed non ſecundũ ſcientiam. Veruntamẽ nõ
loquentur cum eo, neque uidebunt eum, niſi prius
domũ intrauerint, & in eccleſia baptizati fuerint.
Nullus autem ſibi dominus aliũ dicit eſſe propin-
quum, niſi eos qui patris eius uoluntatẽ faciunt.
Eos autem & matrem & fratres uocat: quoniam
quaſi matrem & fratres eos diligit. Et his quidem
uerbis apertiſſime monſtratur, quod carnali amo-
ri, ſpiritualis amor præferri debet. Eo enim amo
re & matrem & fratres omnesq; propinquos no-
ſtros diligere debemus, quo matrem & fratres ſu-
os Chriſtus dilexit. Diligebat enim eos, nõ q̃a ma
gis ſecundum carnem propinqui erãt, ſed quia pa-
tris eius uoluntatem magis faciebãt. Ille igitur eſt
Chriſto propinquior, qui melior.

FERIA QVINTA

Iohan. viii.

¶ In illo tempore, Dicebat Ieſus ad eos
qui crediderant ex Iudæis: Si manſeritis in
ſermone meo, uere diſcipuli mei eritis. Et
reliqua. Homilia eiuſdem lectionis.

LOquẽte ad turbas domino, & diuinitatis
ſuę myſteria annunciante, ſicut ſuperius
ſanctus Iohannes euãgeliſta dicit multi
crediderunt in eũ. Iam multi in eum, nõ
tamen omnes credebant, quia necdũ omi
bus prędicatum fuerat: necdum in oẽm terrã apo-
licę p̃dicationis ſonus exierat, necdũ apoſtolis p̃-
ceptum fuerat: Ite, docete oẽs gẽtes. Ad hos ergo
q̃ in ſe crediderãt loquebat̃, dicens: *Si uos mãſeri-
tis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eritis.* Iam doctri Matt. 28
na ſpirituali initiati erãt, iã ibi eſſe cœperãt, & ide
eo dicit: Si mãſeritis in ſermone meo, hoc eſt, in fi
de, q̃ in uobis credẽtibus ineſſe cœpit, tũc uere di-
ſcipuli mei eritis. Diſcipuli utiq; bonitatis, diſcipu
li iuſtitię & ſummę ueritatis. Sed q̃ nobis puenlẽdũ
eſt? Nã fides fundamentũ eſt. Et ex hoc fundamẽ-
to ad q̃ celſitudinẽ p̃ficiemus? ¶ *Cognoſcetis, inquit,
ueritatẽ.* Veritas Chriſtus eſt, q̃ dicit: Ego ſum uia, Iohan. 14
ueritas & uita. Qui ergo ueritatẽ cognoſcit, dñm
cognoſcit. Pẽſandum eſt, cognoſcere illud q̃d nec
oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcẽ
dit. Nã fides eſt, q̃d nõ uides credere: ueritas uero
q̃d credidiſti uidere. Hinc ipſe alibi dicit: Qui dili-
git me, diliget̃ à patre meo: & ego diligã eũ, & ma
nifeſtabo ei meipſum. Hoc ergo p̃miũ, hãc ſacietat
tẽ nobis in ſuo ſermone p̃manẽtibus dñs p̃mittit,
quam Pſalmiſta exoptat, dicens: Satiabor cũ appa
ruerit gloria tua. Et ueritas liberabit uos, hoc eſt, Pſal. 16
liberos faciet, ut liberati ab amore ſeculi, deũ q̃ ſu-
p oĩa ſolus diligẽdus eſt, ſeculi ametis, & cũ Pſal-
miſta dicatis: Mihi aũt adhęrere deo bonũ eſt. ¶ *Di* Pſa. 72
*xerunt ergo Iudæi ad eũ: Semen Abrahæ ſumus, & nemi
ni ſeruiuimus unquã.* Nõ hoc dicebant qui credide-
rãt: ſed inter eos q̃dam qui nõ credebant, qui cũ
audiſſent dñm liberationẽ ſibi promittentẽ, unde
gratioſi & ſubditi eſſe debuerant, inde magis indi-
gnati ſunt quaſi ſeruos eos denotauerit, quibus li-
bertatẽ pollicebatur. Et re uera ſerui erant pecca-
ti, à qua peſſima ſeruitute non niſi per ueritatẽ libe
rari poterant. Verũ illi ſolũ carnis libertatẽ cogi-
tantes, cœperũt ſe de nobilitate carnis extollere,
dicẽtes: Semẽ Abrahę ſumus, & nemini ſeruiuimus
unq̃. Stulta & uana ſuperbia. Quid eſt quod dicũt Pſal. 80
Nemini ſeruiuimus unq̃? Ioſeph q̃ppe in Aegypto
ſeruiuit, de quo ſcriptũ eſt: Manus eius in cophino
ſeruierunt. Ipſe etiam Iudaicus populus in Aegy-
ptũ tranſlatus grauiſſima ſeruitute, nõ ſaltem auri
& argenti, ſed luti & lateris, à Pharaone & Aegy-
ptijs oppreſſus eſt. Vnde & ſępiſsime illis dñs impu
tat q̃d eos de domo ſeruituris & fornace ferrea Ae
gypti eduxerit. Sed forte dicturi erãt, patres ſuos,
nõ aũt ſe ſeruiſſe, quibus dñs tunc loquebatur. Et
quid eſt q̃d Romanis tributa ſoluebãt? Nam hinc
domino laqueum calumniæ tetenderant, quando
eum in dolo interrogabant, dicentes: Licet cẽſum
dare Cęſari, an non? Audiamus iam quid dominus
mentientibus, & de uana libertate tumentibus re-
ſponderit. ¶ *Amen amen dico uobis, omnis qui facit
peccatum, ſeruus eſt peccati.* Amen hebræus eſt ſer-
mo, latine uere interpretari poteſt. Eſt aũt ſi di-
ci fas eſt, iuramentum domini: quod uerbum ſolus
Iohannes euangeliſta legitur ſubinde iteraſſe, & a-
pud oẽs ita inuenitur interpretes, nec ab ullo trãſ-
latum eſt in aliam linguam, propter honorẽ domi
nici ſacramẽti. Ingeminat uero amen amẽ, ut ipſa
iteratione attentos faciat audiẽtes. Sentẽtia hæc
cũ magno timore audienda eſt. Quis enim non in-
tremiſcat quod dñs dicit: Omnes q̃ facit peccatũ,
ſeruus eſt peccati? nã quis eſt homo qui ſe audeat
dicere peccatorẽ nõ eſſe? Si ergo omnis homo eſt
peccator, utiq; oĩs homo ſeruus peccati. Miſe-
rabilis plane cõditio, ſeruũ eſſe peccati, ſeruum &
diaboli, q̃ peccati autor eſt. Et hominum quidem
plerunq; ſerui duros & immites dños fugiũt, fugi
endo requieſcunt, ſeruus uero peccati q̃ fugiat nõ

quia in eum credere, & à ſua impietate corrigi no
lebāt? Adhuc quare non poterāt audire? quia filij
diaboli elegerant manere. Vnde ſequitur: ¶ *Vos
ex patre diabolo eſtis.* Filios diaboli dicit eſſe Iudæ-
os, non naſcendo, ſed imitādo. Nam conſuetudinis
eſt ſacræ ſcripturæ, ex imitatione uel ſimilitudine
filios appellare, iuxta q̃d Ezechiel ꝓpheta loquit̃
ad Iudæā: Pater tuus Amorrꝗus, & mater tua Ce-
Ezec.16. thæa. Quia enim Iudæi imitati fuerāt impietates
Amorræorũ, inde parētes illos habuiſſe dicunt̃, de
qbus in moribus naſcerent̃, & cũ quibus pro ſimili
ſcelere dānarētur. Oīs ergo homo inquantũ à deo
creatus eſt: bonus eſt, inquantũ ergo per liberum
arbitrium peccando ſe ſubijcit diabolo, patrē ha-
bet diabolum. Nā & ipſe diabolus inquantũ habet
naturalē ſubſtantiā, & inquantũ creatura eſt, & à
deo factus eſt, bonus eſt: inquantũ uero ſupbiendo
& inobediēdo prolapſus eſt, diabolus factus eſt, &
malus eſt. Diabolus enim interp̃tatur deorſum ru-
ens. Ait ergo dñs Iudæis, diaboli imitatoribus:
¶ *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri
perficere uultis.* Quę erāt deſideria patris illorum,
ſupra ait: Quæritis me occidere. Hæc erant deſide
ria diaboli, quia & ipſe inuidit homini, & occidit.
nam Euam per ſerpentem ſeduxit, & per illā uirũ
decepit, ſicq́ occidit eum, quia ex iuſto fecit pecca
torem, & ex immortali fecit mortalem. ¶ *Ille, in-
quit, homicida erat ab initio.* Diabolus contra primũ
hoīem nõ ferro accinctus, ſed lœthifera perſuaſio
ne armatus uenit: nec gladio, ſed ferro necauit. O-
Pſal.56 mnis ergo qui alicui homini malũ pſuadet, dũ illũ
ad peccatum pertrahit, occidit. De talibus Pſalmi-
ſta dicit: Filij hoīm, dentes eorũ arma & ſagittę: &
lingua eorum gladius acutus. ¶ *Et in ueritate non
ſtetit, quia ueritas non eſt in eo.* In ueritate non ſte-
tit, quia prolapſus à ueritate, non uoluit permane
re in ſuę originis ſanctitate. Factus eīm fuerat ad i-
maginem & ſimilitudinē dei, ſed ſuperbiendo reti
nuit quidē imaginem, quia nõ perdidit naturā im-
mortalitatis, amiſit tamen ueritatē ſimilitudinis,
qa ex iuſto & bono angelo diabolus iniuſtus & ma
lus factus eſt. De quo adhuc ſubdit: ¶ *Cũ loquitur
mēdacium, de proprijs loquitur: quia mendax eſt, & pa-
ter eius.* ſubauditur mēdacij. Diabolus à ſemetipſo
mendax fuit, quia à nemine prius audiuit: nec didi
cit mendacium, ſed ipſe ſuum genuit mendacium.
Et ideo cum loquitur mendaciũ, de proprijs loqui
tur. Et ſicut deus uerax eſt, & pater ueritatis: ita
&q́ diabolus mendax eſt, & pater mendacij. Et q̃-
re mēdax eſt? Quia in ueritate nõ ſtetit, hoc eſt, in
deo nõ māſit quia deus uerax eſt. Nā & homo qa
& ipſe à ueritate declinauit, & peccando à deo diſ
ceſsit, mēdax uocatur, dicēte Pſalmiſta: Omnis ho
mo mendax. Et quia homo à diabolo deceptus, &
Pſal. 115 mēdax effectus fuerat, ideo filius diaboli erat, non
natura ut prius dictum eſt, ſed imitatione. ¶ *Quis
ex uobis arguet me de peccato?* Quia enim ipſe eos re
darguerat de eorum peccato, dat eis optiōem, ut
ſi poſsint, ipſi quoq́ eum de ſuo peccato reprehen-
dant. Et conſiderandũ, quanta ſit humilitas noſtri
redemptoris. Ad relaxanda hominum peccata ue-
nerat, & tamē non dedignatur oſtendere ſe pecca
torem non eſſe, qui ex potētia diuinitatis poterat
peccatores iuſtificare. ¶ *Si ueritatem dico uobis, qua
re uos non creditis mihi?* Veritas Chriſtus eſt. Et qd
eſt aliud ueritas, quam ueritatem loqui? Verita-
tem quippe loquebatur, cum diceret: Ego ex Deo
ꝓceſsi & ueni, quare uos nõ creditis mihi? Quare?
Niſi quia ex diabolo eſtis, & in patre mēdacij pe-
manere elegiſtis. ¶ *Qui ex deo eſt uerba dei audit.*
Audire uerba dei, eſt præceptis illius quę per ſcri-
pturas loquit̃ obedire. Proinde ſi ille uerba dei au-
dit qui ex illo eſt, & audire uerba eius non poteſt
quiſquis ex illo nõ eſt, interroget ſe unuſquiſq́, u-
trũ uerba dei auditu cordis pcipit, & intelliget un
de ſit. Iubet enim cœleſtē patriam deſiderare, car-
nis deſideria calcare, mundi gloriam fugere, aliena
nõ rapere, propria largiri. Hanc dei uocem ſi quis
in ſui cordis aure ſonuiſſe cognouerit, gaudēs co-
gnoſcat, q̃d ex deo ſit. Sed q̃d nõ ſine mœrore dici
poteſt, ſunt nõnulli q uerbum dei nec aure q̃dē cor
poris pcipere dignantur. Quid iſti aliud, niſi patē-
ter indicāt, quia mēbra diaboli ſunt, & in eius ſorte
potius q̃ in dei pmanere elegerunt. Quotidie dñs
p ſcripturas ſuas clamat, & nos ut pituri mundi ob
lectamēta fugiamus, & ad ea quę finiri neſciũt, pe-
rennium bonorum gaudia mētis deſideria tranſea-
mus, inuitat. Studeamus ergo nunc uocantē & ad-
monentē ſequi: ne ſi modo loquētis uerba contēni-
mus, cũ iudex in maieſtate uenerit, ab illo q̃ſi igno
ti & alieni cōtemnamur. Quin potius eum in præ
ſenti audire & præceptis eius obedire feſtinemus,
quatenus ab eo in beatam patris manſionem reci-
pi mereamur, præſtante eodem domino noſtro
Ieſu Chriſto, qui uiuit & regnat in unitate ſpiritus
ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DE EADEM FERIA QVINTA
Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

HAec eſt igitur cauſa, cur clamantem mulierē
deus non exaudit. Hæc eſt cauſa, cur miſeri-
cordia non miſeretur. Hæc eſt cauſa, cur ille
qui in principio erat uerbũ, quanuis multa uerba
mulier multiplicet, non tamen reſpondet ei uer-
bum. Non ſum, inquit, miſſus niſi ad oues quę peri
erunt domus Iſrael. Quid eſt igitur quod prophe-
ta ait, Erit radix Ieſſe qui exurget regere gentes,
in eũ gentes ſperabunt? Si non es miſſus niſi ad o-
ues quę perierunt domus Iſrael, quid eſt quod tibi
à patre dicitur, Poſtula à me, & dabo tibi gētes hę
reditatē tuā, & poſſeſsionem tuam terminos ter-
ræ? Itemq́, ſi non es miſſus niſi ad oues quæ perie
runt domus Iſrael, quid eſt quod in Eſaia pater lo-
quitur, dicēs: Parum eſt ut ſis mihi ſeruus ad ſuſci-
tandas tribus Iacob, & ad fæces Iſrael conuerten-
das: ecce dedi te in lucem gētium, ut ſis ſalus mea
uſque ad extremum terræ? Hoc enim teſtimonio
magis ad gentes quam ad Iſrael miſſus eſſe uide-
ris. Parum enim uidetur patri, & merito quidem
parum, ut qui eius æqualis es, pro tam uili pretio
eius ſeruus ſis, homo fias, ſeruilem formam ſuſcipi-
as, ſi tantũ tribus Iacob & fæces Iſrael conuertere
& uocare ueniſti. Pater dicit, ecce dedi te in lucem
gentium, ut ſis ſalus mea uſq́ ad extremũ terrę: &
tu dicis, nõ ſum miſſus niſi ad oues quę perierũt do
mus Iſrael. Contraria hæc eſſe uidentur, cõtraria
tamen non ſunt. Miſſus eſt enim ad oues quæ pe-
rierunt domus Iſrael, ut eas uocaret, eis ſanaret,
eis prædicaret, & ad fidem eas conuerteret. Et
hoc per ſe. Miſſus etiam ad gentes uocandas, ſa-
nandas, prædicandas, ad fidem conuertendas: ſed
per diſcipulos ſuos, & non per ſe. Miſſus eſt deni-
que prius prædicare Iudæos, deinde Gentiles.
Vnde & eiſdem Iudæis Apoſtolus ait: Vobis pri-
mum oportuerat prædicari uerbum Dei: ſed quia
repuliſtis illud, & indignos uos feciſtis æternę ui-
tę, ecce conuertimur ad Gentes. Sic igitur & miſ-

ſus,&nō miſſus eſt dn̄s. Audiuimus quid diſcipulis ſuis pro ea interpellantibus in itinere Chriſtus reſpōderit. Nunc aūt oideamus quid etiā uenieos domū egerit. Marcus enim Euangeliſta, qui omnia hæc quæ in Itinere dicta ſunt, ꝑtermittit, cætera quæ ſeqnonť nō in uia, ſed in domo facta ſuiſſe deſcribit. Ait enim. *Et indeſurgens abyt in fines Tyri & Sidonis. Et ingreſſus dumū, neminē nuluit ſcire: & nō potuit latere. Mulier aūt ſtatim nt audiuit de eo, cuius habebat filia ſpiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier Gentilis, Syrophœniſſa genere.* Quia enim nō erat miſſus niſi ad oues quę perierūt domus Iſrael, ideo clamāti mulieri nihil in uia reſpōdit. Inſuper & domū ingreſſus neminem ſcire uoluit,& tamē latere nō potuit. Sed quare neminē ſcire uoluit? Quia omnes illi Gentiles erant. Gentilibus autem nondum reuelari uolebat. Quare ergo latere nnn potuit? Inconueniens enim eſſe uidet,ut ille q oīa poteſt, latere uelit, & latere nō poſſit. Non igiť ſic eſt accipiendū, quaſi latere uoluiſſet, & latere non potuiſſet. Simplici enim ſermone hoc in loco uſitur euangeliſta. Quid eſt em̄, neminem uoluit ſcire, niſi quia præcepit eis diſcipulis ut eom ibi eſſe nemini dicerent. Neque enim hoc aliter diſcipuli intelligerent, niſi ipſe eis ne eū manifeſtarent, præciperet. Sciri igitur uoluit, & quia noluit, latere non potuit. Similiter autem de eodem ipſo alibi quoque dicitur, quia ipſe ſe finxit longius ire, cum ire longius noluiſſet. Latere igitur nolebat, domū tamen ingreſſus ſe latere uelle oſtendebat, quia nondū tēpus aduenerat, q̄ Gentili populo prædicandus erat. Mulier aūt quę poſt eom clamauerat in uia, poſtquam cum inter diſcipolos nō inuenit, interrogat ubi eſſet. Vt audiuit de eo, ſtatim domum intrauit,& procidit ad pedes eius. Sed qd dixit? Domine, adiuua me. Qui reſpōdēs ait: *Non eſt bonū ſumere panem filiorum & mittere canibus.* Miſera miſericordiā ſequitur, repulſa non erubeſcit, domū ingrediť, importune clamat, Saluatorem adorat,& iam tandem reſponſum audire meretur. Probat eam Dominus an patiētiam habeat, an humilitatem teneat. Canem eam uocat, canem ſe illa eſſe fatetor. *Non eſt* (inqoit) *bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Dicit illa: Etiam Domine. Canis ego ſum, de populo Gentili, de genere Cananeo: Non ſum digna pane filiorum, non um digna beneficio ſanctorū: ſed quia canis ſum, porrige mihi micas. Nam & catelli eduot de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Docet nos mulier iſta, qualiter orare debeamus. Euāgeliū non legerat: & ſicnt euangelium præcepit orat. Scriptū eſt enim: Peſite,& accipietis: quęrite, & innenietis: pulſate,& aperietur uobis. Tunc reſpōdēs Ieſus ait illi: O *mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut uis.* Cū improbitate panē petiſti, propter improbitatē tuā dabūtur tibi qootqnot habes neceſſarios. Vade, quia ſanata eſt filia tua. *Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.* Oremus igitur & nos dominum, ut ſanet filias noſtras. Oremus ot ſanet,& à peccatis liberet animas noſtras. Illa enim anima nexatur à dæmonio, quæ peccare non ceſſat & in crimine perſeuerat. Quæ ſi bene connerſa fuerit, & de Chriſti miſericordia non deſperauerit, dicetur eiā piíſſimo Domino: Fiat tibi ſicot uis, ſanabitur ex illa hora. Quia peccator quacunque hora conuerſus fuerit & ingemuerit, uita uiuet, & non morietur.

FERIA SFXTA.

Iohan. V.

In illo tēpore: Erat dies feſtus Iudæorū, & aſcendit Ieſus Hieroſolymā. Eſt aūt Hieroſolymis probatica piſcina. Et rel. Hom.



IN euāgelica lectione quam modo audiuimus, duo nobis miracula recitata ſunt: oo um inoiſibiliter per angelicam adminiſtrationē patratum, alterum per dominicam præſentiam uiſibiliter exhibitum. Ergo utriuſque nobis ſunt breuiter exponēda myſteria. ¶ *Erat, inquit euangeliſta, dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.* Quia enim deus pro hominibus homo factus erat, cum hominibus ſolennitates Dei lege conſtitutas celebrabat. ¶ *Erat autem Hieroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur hebraice Bethſaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.* Probatica græce, latine dicitur pecualis, πρόβατον quippe dicitur ouis. Et piſcina illa probatica uocatur, quia ibi ſacerdotes hoſtiarum quas in templo dei immolabaot, cadauera abluebant. Myſtice, probatica quæ quinque porticibus cingebatur, ſignificat populum Iodæorū, legis cuſtodia undiq; ne peccare debeat, munitū. Quioq; enim porticus, legē quæ in quinq; libris continetur, inſinuāt. Et bene idem populus ꝑ aquā ſigoificatur piſcinę, quia ſicut aqua piſcinæ ounc placida uentis ſtare, nunc eiſdem uentis irruentibus turbari ſolet, ita ille populus in quibuſdā uitæ munditiam ſeruare, in quibuſdam immundorum ſpūum ſoleb.t tētationibus agitari. Apte q̃q; eadem piſcina probatica uocatur, quia nimirum erant quidam in illo populo, qui merito ſimplicis & innocētis uitæ deo placere,& cum Pſalmiſta dicere poterāt: Nos aūt populus tuus & oues paſcuę tuæ. Multitudo languentium, quæ in memoratis Pſal. 94 porticibus iacebat aquę motū expectans, deſignat eos qui oerba legis audientes, hanc ſuis uiribus implere non poſſe dolebāt, atq; ideo dn̄icę gratię auxilium totis animæ affectibus exoptabāt. Iacebat, ioquit, multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum. Cęci erant, q oecdum fidei lumen habebant: claudi, qui bnna quæ agenda eſſent nooerāt, ſed adimplenda ea booi operis greſſibus aſſurgere non oalebant: aridi qui ocolum quidem ſcieotiæ habēt, ſed ſpei & dilectionis pinguedine egeot. Tales in quinq; porticibus iacebāt, ſed non niſi angelo in piſcinā deſcēdenti ſanari poterāt: quia per legē cognitio eſt peccati, gratia uero remiſſionis non niſi per Chriſtū dari poterat. Quę merito deſignabat angelus, q uiſibiliter deſcēdens in piſcinam, aquā mouebat, eiq; uirtutē ſanādi ſuggerebat. Motus enim aquæ, paſſionē dn̄i (quę turbata gente Iudæorum facta eſt) inſinoat. Deſcēdit ergo carne indutus, hic magni cōſilij angelus, id ē, paternę ſalūtatis nūcius, in piſcinā populi Iudęorum. Mouit illos miraculis & doctrina ſua, ut eum morte crucis afficerent, qui genus humanum non ſolum à languoribus peccatorum ſanare, ſed etiā

ab ipſa

ab ipſa morte æterna ſufficeret liberare. Deſcēden tes ergo in aquam piſcinæ turbatam ſanabantur, quia per paſsionem domini, quam motus aquæ deſignat, redēpti ſumus de maledicto legis. Lex ſiquidem Moyſi, quæ q̃d agendū quidue cauendum eſſe docuit, neminē tamē ad perfectum adduxit, quaſi eductos de ſedibus ignorātiæ prioris, in porticibus cōtinebat languidos, nec tamen ſanabat. Gratia aūt & fides dominicæ paſsionis, ſanat omnes infirmitates iniquitatū noſtrarū, & quaſi eiectos de porticibus in aquam piſcinæ turbatam immittit, quia à peccatis quæ lex oſtenderat, p aquam baptiſmatis abluit, iuxta q̃d Apoſtolus dicit: Quotquot baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte eius bapti-
Rom. 6 zati ſumus. Notandum uero nobis eſt, quod dicitur: ¶ *Quia qui primus deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat, a quocunq; languore detinebatur.* Vnus, inquit, ex tanta languentium multi-
Eph. 4 tudine ſanabatur, quia unus Deus, una fides, unū baptiſma. Quicunq; ergo in unitate catholicæ fidei myſterijs Chriſti in baptiſmo imbuitur, ab omni prorſus peccatorum languore ſanatur, qui uero ab unitate eccleſiæ diſcrepat, ſalutem quæ ab uno & per unum eſt, habere non meretur. His de primo miraculo, quod per angelum inuiſibiliter fiebat, præmiſsis, nunc de ſequente, quod per uerum angelum Chriſtum uiſibiliter patratū eſt, paucis loquamur, in quo etiā ſimiliter unus ſanatus eſt. Poterat quidem dominus omnes qui ibi erant infirmos ſanare, ſed unum tantum certi cauſa myſterij ſanare uoluit, ut profecto oſtenderet præter eccleſiam nemini patere locum ſalutis. ¶ *Erat ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cū uidiſſet Ieſus iacentē, & cognouiſſet quia multū iam tempus haberet, dixit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Domine, hominē non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinā. Dum uenio enim ego, alius ante me deſcēdit. Dicit ei Ieſus: Surge tolle grabatū tuū & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo, & ſuſtulit grabatū ſuum, & ambulabat.* Sanaturus dñs infirmū diuturno languore tabeſcentē, interrogauit, utrū uellet ſanus fieri, nō quod eum id uelle ignoraret, ſed ut eum ad maius ſanitatis deſiderium accenderet, qui iam longa decubatione pene ſalutē deſperauerat, nec ſaltē pro ſua reſtauratione rogare nouerat. Vnde & ille cauſam impoſsibilitatis cœpit obtendere & cōqueri q̃d hominē non haberet, q cū poſt motionē aquæ in piſcinā mitteret. Sed dñs languētis miſertus imbecillitatem pariterq; inſciani ſimplicitatem, ait illi: ¶ *Surge tolle lectum tuum & ambula.* Ille continuo receptis uiribus, & iamdudum amiſſum perſentiens robur, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domū ſuam. Iuxta ſpiritualem intelligentiam, homo iſte multorum annorum infirmitate detentus, deſignat peccatorē multorum & grauium ſcelerū numeroſitate depreſſum. Nam & ipſa temporis quantitas, quo languidus decumbebat, huic ſignificationi congruit. Nam triginta & octo annos in infirmitate habuiſſe dicit, duo uidelicet minus de quadraginta. Quadragenarius aūt numerus, q denario quater ducto cōficitur, p perfectione rectæ operationis in ſcripturis accipi ſolet. Ille enim recte uiuit, qui decalogum legis p quatuor ſancti euangelij libros implere ſtuduerit. A qua pfectione duobus minus habet, quiſquis dilectionē dei & proximi, quā legis & euangelij pariter ſcriptura commendat, ſecuare neglexerit.

Quod & dominus ſignanter expreſsit, qui ſanaturus infirmum præcepit, dicens: Surge, tolle lectum tuum, & ambula. Lectus noſter intelligitur, qui nobis in corporis uel animi infirmitate ſolatium exhibuit, quem ſanati portare præcipimur, ut ei quoque in ſuis neceſsitatibus adiutorium ſubminiſtremus. Ait ergo ei dominus quem ſanabat: Surge, tolle lectum tuum & ambula. Surge, inquit, uitiorum torporem quem diu ſuſtinuiſti languoris excute, & ad uirtutū exercitium erigere. Tolle lectum tuum. Porta proximum tuum, eius infirma patienter tolerando, à quo es diu multumque cum adhuc ſub graui faſce tentationum gemeres, ſuſtentatus. Hinc & Apoſtolus dicit: Alter
Gal. 6 alterius onera portate. Ambula uero, quotidianis bonorum operum profectibus, de uirtute in uirtutem pgredere. Surge peccata relinquendo, tolle lectum tuū fratri ſuccurrendo, ambula ſupernam patriam deſiderādo, & ad uidendā creatoris faciē feſtinando. ¶ *Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudæi ei qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Mira & uehementer ſtupenda Iudæorum dementia. Cum enim ad tam inopinatam hominis diu languentis ſanitatem credere & diuinam potentiā laudare debuerant, econtrario ſcandalizabantur, & ſaluatorē pariterq; ſaluatum calumniabant. Saluatorem quidē, quod die ſabbati hominem curaſſet, lectumq; ſuum tollere præceperit: ſaluatum uero reprehendunt, quia ſabbato grabatū portauerit. Dicebant ergo ei qui ſanatus fuerat: Sabbatū eſt, nō licet tibi tollere grabatū tuum. Legis literā ſtultiſsime defendebant, ignorantes diſpenſationem dñi ſaluatoris, qui ipſam legem quondam per ſeruū dederat, at nunc p ſemetipſum ueniens, eandem legem in gratiā ſancti euangelij mutare diſponebat, ut quod antea iuxta literā carnaliter à carnalibus obſeruabatur, deinceps ſpirituales ſpiritualiter obſeruādum ſuſciperent. Denique die ſeptimo populus ab omni opere ſeruili uacare præceptus fuerat. Spiritualis uero ſabbati obſeruatione, quod eſt in luce ſeptiformis ſpiritusſancti, ab omni peccato, quod reuera ſeruile opus accipitur, non una die, ſed omni uitæ noſtræ tempore feriati eſſe præcipimur, non ſolum à prauis operibus abſtinere, ſed etiam bonis operibus inſiſtere iubemur. Quod & in huius hominis ſanatione liquide monſtratū eſt, cum dominus eum quem à languore liberabat, non ſolum ſurgere, uerum etiam lectum ſuum tollere præciperet, uidelicet aperte inſinuans, eos qui uolūt à uitiorum tabe reſurgere, diſcuſſo torpore negligentiæ, cū fraternæ charitatis pignore, ad iuſsionē ſuī conditoris debere properare, nec malorum contradictione ſeu perſecutione à cœpto boni opis ſtudio ceſſare. Nam & iſte homo cū et Iudæi contradicerēt, eumque ne lectum ferret, phiberent, dicētes, Sabbatū eſt, nō licet tibi tollere grabatū tuū, nō ideo lectū depoſuit, ſed fiducialiter cœptis inſiſtens, reſpondit: ¶ *Qui me ſanum fecit, ille mihi præcepit, tolle grabatum tuum & ambula.* Illius potius uolens obtemperare mandatis, a quo ſanatus fuerat, quam illorum ſalſæ religioni credere, qui eius ſanitati & dñi ſui gloriæ inuidebant. ¶ *Et interrogauerunt eum, Quis eſt iſte homo qui dixit tibi, tolle grabbatum tuum & ambula? Ille autem,* ut ait euangeliſta, *ignorabat quis eſſet.* Iam ſaluatus erat, ſed adhuc ſaluatorē ſuum ignorabat, dignus tamē erat cui ſe ſaluator oſtēderet,

cuius imperio ſic deuotus obtemperaſſet. ¶ *Ieſus autem declinauerat a turba conſtituta in loco.* Declinauerat, inquit, à turba turbata, diuino eos deſerens auxilio, innuens cuius uirtutibus obſtinata malitia conabantur reſiſtere. ¶ *Poſtea inuenit eum Ieſus in tẽplo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es.* Per hoc quod is qui ſanatus fuerat, Ieſum nõ in turba, ſed in tẽplo cognoſcit, myſtice nos inſtruimur, ut ſi gratiam conditoris noſtri cognoſcere, & ad eius uiſionem deſideramus peruenire, fugiamus turbam cogitationum & affectuum prauorum, declinemus ſolicite cõuenticula hominũ improborum, q bonum noſtrum propoſitum, uel mala exempla demonſtrando, uel opera noſtra deridẽdo, aut etiã ꝓhibendo, conantur impedire. Confugiamus deuoti ad templum dei, ubi illi de pceptis beneficijs gratias agere, ac pro percipiẽdis exorare ſatagamus, noſq; ipſos tẽplum dei, in q̃ miſericorditer uenire & manſionem facere dignet, præparare curemus. Attendere aũt debemus, quid à ſe ſanato dominus dicit: ¶ *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quibus uerbis oſtenditur, quia ꝓpter peccata ſua languerat, nec niſi illis dimiſsis ſanari poterat. ſed credendum nobis eſt, q̃d dñs qui eum ſanauit exterius ab infirmitate, intus etiã ab ſoluit à ſcelere. Vnde & eum dñs caute præmonuit, ne ulterius peccaret, ne iterum peccãdo grauioris ſententiam dãnationis incurreret. Non autem ſemper propter ſola peccata datur hominibus infirmitas. Quinq; enim modi à ſanctis doctoribus depræhenſi ſunt, quibus infirmitas hominibus contingit. Aliquando enim dat̃ infirmitas hominibus pro gloria dei manifeſtãda, ſicut illi cæco nato, &
Iohan. 11 ſicut Lazaro, de quo dñs dixit: Infirmitas hæc nõ eſt ad mortẽ, ſed ut glorificet filius dei p eam. Nõnunquam uero ad probationẽ, & uirtutũ augmentum, ſicut beato Iob & Tobiæ, qui cum ante flagellum ſancti extiterint, ſanctiores ex flagello & probatiores apparuerunt. Datur plerunq; infirmitas ad uirtutum cuſtodiã, ſicut B. Paulo apoſtolo. Datur præterea infirmitas hominibus ob delicti caſtigationem, ſicut huic qui triginta & octo annis decubuerat languẽs, & ſicut illi paralytico, cui dñs di-
Matt. 9 xit: Confide fili, remittuntur tibi peccata. De qua-
Heb. 12 libus dicit̃: Flagellat deus omnẽ filium quẽ recipit. Quintus modus reproborum eſt, q̃bus datur infirmitas ut hic torqueri incipiant, & p hæc tormenta temporalia tranſeant ad æterna, quẽadmodum cõ-
Hie. 17 tigit Antiocho & Herodi, in q̃bus impletũ eſt q̃d ſcriptũ eſt: Duplici cõtritione cõtere eos. Quomodocunq; ergo diuina prouidentia nos iubeat infirmari, diſcamus ſemp flagellis pij patris humiliter ſubdi, & iudicia illius iuſtiſsima uenerari, arbitran-
Iob. 5 tes nos minus q̃ meremur ſuſtinere, illius ſentẽtię memores: Beatus homo qui corripitur à dño. Hoc enim agentes, & in præſenti de uerbere ꝓficere, & in futuro ad æternã requiem p flagella merebimur peruenire, ꝑſtante dño noſtro Ieſu Chriſto, q cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM DIE HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

AD diem feſtum Iudæorũ dñs aſcendit, ut populis undiq; cõuenientibus fidei doctrinam annũciet, ſalutis myſteria pandat, & ueritatis lumen oſtendat. ¶ *Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, quinq; porticus habẽt.* Hęc piſcina baptiſmatis aquas ſignificabat. Vnde non immerito probatica, id eſt, ouina dicebatur, quoniã oues dei ſiunt q in baptiſmate lauant̃. De quibus in Canticis Canticorũ eccleſiæ dicit̃: Dentes tui ſicut greges tonſarũ ouiũ, quę aſcenderũt de lauacro. Hæc aũt piſcina quinq; porticus habet, q a quinq; libri ſunt Moyſi, in q̃bus baptiſmi ſacramentũ pleniſsime cõtinet̃, eorumq; autoritate munit̃ & doctrina declarat̃. In his iacebat multitudo languentiũ, cæcorum aridorũ, expectantium aquæ motũ. Hi enim languentes q in prædictis porticibus iacebãt, Iudæi intelligunt̃, q ſub lege erant, legiſq; fræno & moderamine arctabantur, legis tamen medicamine non iuſtificabantur. Vnde Apoſtolus ait: Si enim data eſſet lex quę poſſet iuſtificare, uere ex lege eſſet iuſtitia: ſed cõcluſit ſcriptura omnia ſub peccato. Lex igit̃ & ſcriptura ſunt porticus illi qui languentes cõtinent, quia ſub peccato omnia claudunt. Nemo in porticibus ſanabatur, quia non erat data lex quę poſſet iuſtificare. Inde tamen languentes uidebant piſcinã, deſcendebant in eam & ſanabant̃, ut promiſsio ex fide Ieſu Chriſti per baptiſmũ daret̃ credentibus. ¶ *Angelus enim domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam, & mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat a quacunque infirmitate detinebatur.* Angelus enim Domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam, quando tempore præfinito ſaluator noſter ad baptiſmũ uenit. Ipſe enim eſt ille magni cõſilij angelus, de quo ſcriptum eſt: Et ſtatim ueniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem uos quæritis, & angelus teſtamenti quem uos uultis. Et ipſe quidem aquam commouit, ipſe baptiſmatis aquas ſanctificauit, omnemq; inimici latentem infeſtationẽ ſuo tactu ab eis remouit. Poſt cuius cõmotionem, tantam in ſe uirtutem aqua ſuſcepit, ut omnes hominum in eam deſcendentiũ ſanet languores, pellat ęgritudines, & ſoluat peccata. Sed notandũ q a ſolus ille ſanat̃, qui prior poſt motionem aquæ in piſcinam deſcẽdit, p quem totus populus Chriſtianus intelligit̃, qui ſolus & unicus, prior & ultimus, unus & inſcrutabilis in aquis baptiſmi & lauatur & ſanatur. Sed quis eſt qui poſt eum deſcẽdit, niſi ille qui huic corpori eccleſiaſtico nõ inhęret? Si eñ huius corporis eſſet, non poſt eum, ſed in eo deſcẽdere diceretur. Poſt eũ nanq; hæretici deſcendũt, & deſcendentes nihil ſibi proficiũt. ¶ *Erat autẽ quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum uidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia iam multũ tẽpus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei lãguidus: Domine, hominem non habeo, ut cum mota fuerit aqua mittat me in piſcinã. Dum uenio enim ego, alius ante me deſcendit.* Homo enim iſte eos deſignat, qui poſt baptiſmum peccata criminalia committunt, pro quibus graui longaq; pœnitentiæ ſubijciuntur, quia nimirũ corpus ægrotat, ſed anima ſanatur. Vt enim pro ſuis iniquitatibus hunc ægrotaſſe intelligas, ipſe dñs oſtendit, dicens: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Tales autem quia non bene pœnitent, etſi longo tempore languere, & pœnitere, & carnẽ macerare uideant̃, ualde tamẽ difficile curant̃. Si enim bene pœnituiſſent, non triginta & octo annos, ſed q̃draginta ex integro in hac tali infirmitate habuiſſent. Impleta eſt eu. omnis pœni-

sentia

tentia q̃ de hoc numero aliquid minus habet. Quare autem perfecta pœnitentia hoc numero deſignetur, attẽde Hic enim numerus ex quatuor conſtat & decẽ, quater enim decẽ, uel decies quatuor, quadraginta fiunt. In quatuor autẽ nouũ teſtamẽtum, in decem uero uetus figuratur, quoniã hoc in quatuor euangeliis, & illud in decem uerbis conſiſtit. Nulla autẽ pœnitentia proficit ad ſalutẽ, quæ noui ueterisq; teſtamẽti autoritate non agit. Hoc enim ipſe dominus ſignificans, quadraginta diebus & noctibus ieiunauit. Similiter autem & Moyſes & Elias. Hoc igitur numero pœnitẽtiam agat, id eſt, ſecundum utriuſq; teſtamenti doctrinam diſciplinamq; pœniteat, quicunq; ſibi ſuã pœnitentiam uult eſſe fructuoſam. Declinet igitur homo à malo, & faciat bonum, inquirat pacem & ſequatur eam. Hæc eſt enim uera pœnitẽtia. Sed nota quia miſericors dominus, etiam non bene & legaliter pœnitentes, bonam tamen uoluntatem habentes, & ſalutis remedia expectantes, uiſitare, ſanare, & illuminare dignatur. Vnde & huic languido dicit: Vis ſanus fieri? ac ſi diceret, ſanari q̃dem uis, ideo enĩ hic iacis, ideo ægrotas, ideo carnẽ maceras, & hanc qualemcunq; pœnitentiam agis. Reſpondit ei languidus: Domine, hominẽ nõ habeo, ut quum mota fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Quid enim his uerbis aliud ſignificat, niſi quandã baptizandi, & in illam piſcinã deſcendendi impoſſibilitatẽ? Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel baptizati ſunt, iterum per baptiſmũ renouari, & peccatorum contagione mundari. Vnde & iſte quamuis ſanetur, nõ tamẽ mergit̃ in piſcinã, quia eos ſignificat, q post baptiſmũ ſola pœnitẽtia ſanãtur. Quod aũt ait, Dum uenio enim ego, alius ante me deſcẽdit, de ipſo adhuc gentili & catechumeno dicere uidetur. Ipſe enim quum adhuc gentilis & catechumenus eſſet in piſcinã deſcendit, modo uero quia Chriſtianus eſt, in eam deſcendere nõ poteſt. Idẽ igitur ipſe alius eſt, & ipſe qui deſcendit ante ſelpſum. ¶ *Dicit ei Ieſus: Surge tolle grabatum tuum, & ambula.* Noli (inquit) iam ulterius hominem quærere q te mittat in piſcinã, ſurge tantũmodo, erige mẽtem, cõtẽplare cœlum, quæ ſurſum ſunt quære, nõ quæ ſuper terram. Hac enim uia illi qui baptizati ſunt, recuperant ſanitatem, ſi eos ægrotare cõtingat. Tolle grabatum tuum, porta & contine, in ſeruitutem redige carnem tuam. Lectus namq; animæ, corpus eſt. In quo ſi uitioſum fuerit, tota infirma & languida iacet anima. Vnde ſcriptũ eſt: Corpus q̃d corrumpitur, aggrauat animã. Et ambula, non ſis otioſus. Otietas enim animæ inimica eſt, q̃ & uitia nutrit, & uirtutes necat. ¶ *Et ſtatim ſanus factus eſt homo, & ſuſtulit grabatum ſuum & ambulabat.* Facile igitur eſt deo & ſanare hominem & peccata ſoluere. ¶ *Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudæi illi qui ſanus fuerat, Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula.* Maioris (inquit) authoritatis quàm uos ſitis, eſt ille q me ſanum fecit. Illi igit̃, & non uobis, me obedire oportet. ¶ *Interrogauerunt autem eum, Quis eſt ille homo qui dixit tibi, tolle grabatũ tuũ & ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet.* Nõ mirũ ſi iſte neſciebat quis eſſet, neq; enim facile eſt cognoſcere Ieſum, Vnde & ipſe dñs ait: Nemo nouit filium niſi pater, & nemo nouit patrẽ niſi filius & cui uoluerit filius reuelare. ¶ *Ieſus ergo declinauit a turba cõſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo.* Vbiq; eſt Ieſus, ſed nõ ubiq; cognoſcit̃. Nõ cognoſcit̃ in turba, cognoſcitur aũt in tẽplo. Fugiamus igitur turbã, & ſimul cũ Ieſu declinemus a turba. Eamus in templũ, ibi nos inueniat, ibiq; à nobis inueniat̃. Ideo enĩ ipſe ab hominũ turba diſceſſit, ut & nos à uitiorũ turba diſcedere doceat. ¶ *Et dixit illi Ieſus, Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat.* Hoc (inq̃t) cõtigit tibi q̃a peccaſti, iã noli peccare, nõ tibi ſit uolũtas peccandi. Non peccare enim, ualde difficile eſt, & pene impoſſibile eſt. Multi enim peccãt, q peccare nolũt. Vnde Apoſtolus: Nõ enim q̃d uolo, hoc ago, ſed q̃d nolo, illud facio. Magnũ igit̃ peccatũ eſt, uoluntas peccãdi. Voluntarie enim (ut ait Apoſtolus) peccãtibus nobis poſt acceptã notitiã ueritatis, iam non relinquit̃ hoſtia pro peccato. Quod de illis quidẽ intelligit̃, q uſq; in finem ſua ſpõte in peccatis pſeuerant. ¶ *Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum.*

SABBATO, Matt. XVII.

In illo tempore, Aſſumpſit Ieſus Petrũ & Iacobum & Iohãnem fratrẽ eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & trãſfiguratus eſt ante eos. Et reliqua. Homilia beati Leonis papæ.

EVangelica lectio dilectiſſimi, quæ per aures corporis interiorem mentiũ noſtrarũ pulſauit auditum, ad magni ſacramẽti nos intelligentiã uocat. Quam aſpirãte gratia dei facilius aſſequemur, ſi cõſiderationem noſtrã ad ea quę paulo ſuperius ſunt enarrata, referamus. Saluator enim humani generis deus Chriſtus, cõdens eam fidẽ, q̃ impios ad iuſtitiã, & mortuos reuocat ad uitã, ad hoc diſcipulos ſuos doctrinæ monitis & operum miraculis imbuebat, ut idem & unigenitus dei & filius hominis crederetur. Nã unum horum ſine alio nõ ꝓderat ad ſalutẽ, & ęq̃lis periculi erat, dñm Ieſum Chriſtum aut deum tantummodo ſine homine, aut ſine deo ſolum hominẽ credidiſſe, cũ utrunq; eſſet pariter cõfitendum, q̃a ſicut deo uera humanitas, ita homini inerat uera diuinitas. Ad cõfirmandum ergo huius fidei ſaluberrimã conditionẽ, interrogauerat diſcipulos ſuos dñs inter diuerſas aliorũ opiniones, q̃d ipſi de eo crederẽt q̃due ſentirẽt. Vbi apoſtolus Petrus ꝑ reuelationẽ ſummi patris corporea ſuperãs, & humana tranſcẽdens, uidit mẽtis oculis filiũ dei uiui, & cõfeſſus eſt gloriã deitatis, quia nõ ad ſolã reſpexit ſubſtantiã carnis & ſanguinis, tantumq; in hac fidei ſublimitate cõplacuit, ut beatitudinis felicitate donatus: ſacram inuiolabilis petrę acciperet firmitati, ſupra quã fundata eccleſia, portis inferni & mortis legibus ꝓualeret, nec in ſoluendis aut ligandis hominibus quorũcunq; cauſis, aliud ratũ eſſet in cœlo, quam quod Petri ſediſſet arbitrio. Hęc autem dilectiſſimi laudatæ intelligentiæ celſitudo, inſtruenda erat de inferioris ſubſtãtiæ ſacramẽto, ne apoſtolica fides ad gloriã confitendæ in Chriſto deitatis euecta, infirmitatis noſtræ receptionẽ indignam impaſſibili deo atq; incongruam iudicaret, & ita iam in ipſo humanã crederet glorificatã eſſe naturã, ut nec ſupplicio poſſet affici, nec morte diſſolui. Et ideo dicente domino, quod eum oportet ire Hieroſolymã, & multa pati à ſenioribus & ſcribis

phetarũ ora cecineront. Ipſum audite, q mundum
ſanguine ſuo redemit, q diabolũ ligat, & uaſa eius
rapit, q peccati chirohraphũ & ꝑuaricationis pa-
cta dirũpit. Ipſum audite, q uiam aperit ad cœlũ,
& p crucis ſupplicĩũ gradus uobis aſcẽſionis parat
ad regnũ. Quid trepidatis redimi? qd paueritis ſau-
cñ liberati. Fiat q̃d me oolẽte uolt Chriſtus. Abijci
te carnalẽ formidinẽ, & fideli uos armate conſtan-
tia. Indignũ eſt, ut in ſaluatoris paſsione timeatis,
q̃d ipſius munere nec in ueſtro fine metueritis. Hęc
dilectiſsimi nõ ad illorũ tantũ utilitatẽ dicta ſunt,
qui ea proprijs auribus audierũt, ſed in illis tribus
apoſtolis uniuerſa eccleſia didicit. Quicquid & eo-
rum aſpectus uidit, & auditus pcepit. Cõfirmetur
ergo ſecundũ p̄dicationem ſacratiſsimi euangelij
omnium fides, & nemo de Chriſti cruce, p quã mũ-
dus redemptus eſt, erubeſcat. Nec ideo quiſquam
aut pati pro iuſtitia timeat, aut de promiſſorũ re-
tributione diffidat, quia p laborem ad requiẽ, & p
mortem tranſitur ad uitã, dum omnẽ humilitatis
noſtræ infirmitatẽ ille ſuſceperit. In quo ſi in cõfeſ-
ſione & dilectione ipſius ꝑmaneamos, & q̃d uicit
uicimus, & quod ꝓmiſit accipimus. Quia ſiue ad
facienda mandata, ſiue ad aduerſa toleranda, pro-
miſſa ſemper uox patris debet auribus noſtris inſo-
nare, dicentis: Hic eſt filius meus dilectos, in quo
mihi bene complacui, ipſum audite: qui uiuit & re-
gnat cum patre & ſpiritoſancto, per omnia ſecula
ſeculorum, Amen.

DE EODEM DIE HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

Dominus & Saluator noſter (ſicut legitur
paulo ſuperius) ꝓmiſerat diſcipulis ſuis, di-
cens: Amen dico uobis, ſunt quidam de hic
ſtantibus, q non guſtabũt mortẽ, donec uideant fi-
lium hominis uenientẽ in regno ſuo. Si em̃ de illo
regno & de illa gloria hoc intelligamus, in q̃ mo-
do cũ angelis ſuis ſe iudicaturũ uenire ꝓmiſit, ſtare
nõ poteſt. Nemo em̃ ibi erat ubi dñs iſta dicebat,
q mortẽ iam nõ guſtaſſet ipſe tamẽ ad iudiciũ non-
dũ uenit. Qualiter aũt hæc intelligi debeãt, ſequẽ-
tia manifeſtãt. Ait em̃ Euãgeliſta: ¶ *Et poſt dies ſex
aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobũ, & Iohannem, fratrem
eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & trãſ-
figuratus eſt ante eos.* Iſti igit̃ ſunt, de quibus modo
dixerat: Qui non guſtabunt mortẽ, donec uideãt
filium hominis uenientẽ in regno ſuo, id eſt, appa-
rentem in uirtute & gloria regni ſui. Transfigura-
tus enim dñs, talis tunc in mõte tribus iſtis ſuis di-
ſcipulis apparuit, qualis poſt hãc uitã in regno ſuo
cunctis ſuis fidelibus apparebit. Sed quare ſalua-
tor noſter in illã ſuæ claritatis ſpeciẽ transfigura-
re ſe uoluit, niſi ut illius glorię quam p̄dicabat, nos
redderet certiores? unde & tres ſuos diſcipulos,
qui Eccleſiæ columnæ alibi uocãtur, adeſſe uoluit,
qui huius tantæ uiſionis teſtes exiſterent. Suffici-
unt enim iſti tres ad hoc teſtificandũ: q̃a (ſicut ſcri-
ptum eſt) in ore duorũ uel trium ſtabit omne uer-
bum. Quis enim non credat, quod Petrus & Iaco-
bus & Iohannes teſtantur? Recte autem in excel-
ſo monte iſta fiebant, quæ poſtmodum in cœlis fie-
ri debebant. Fiunt uero poſt dies ſex, quia (ut Apo-
ſtolus ait) huius uitæ labore finito, qui in ſex die-
bus agitur, relinquitur ſabbatiſmus, & requies po-
pulo dei. Multum igitur deſiderare debemos ut hi
ſex dies tranſeant, quatenus regem noſtrum in ſuo
decore, ſuęq; maieſtatis gloria uideamus. Scimus
enim (ait Iohannes) quia cum apparuerit, ſimiles
ei erimus, quia uidebimus eum ſicuti eſt. ¶ *Et re-
ſplenduit facies eius ſicut ſol, ueſtimenta eius facta ſunt
alba ut nix.* Nihil Euangeliſta ſole ſplendidius, nihil
niue cãdidius inuenire poterat, cui Chriſti faciem
& ueſtimenta aſsimilaret. Nos tamen ſplendidio-
rem eum eſſe non dubitamus. Non enim creatura
creatori ad plenum ſimilis eſſe poteſt. ¶ *Et ecce ap-
paruit Moyſes, & Elias cum eo loquentes.* Sed quare
Moyſes & Elias? In Moyſe nanq; legẽ, in Elia pro-
phetas uidemus. Vident igitur apoſtoli Moyſen,
& Eliam cum Chriſto loquentes, uident legẽ & ꝓ-
phetas ei teſtimonium dantes. Vnde & Abacuc ꝓ-
pheta ait: In medio duorũ animaliũ cognoſceris.
In medio nanq; uſq; hodie duorũ animaliũ, in me-
dio Moyſi & Eliæ, id eſt, in lege & prophetis Chri-
ſtus cognoſcitur & uidetur: lege libros Moyſi, le-
ge prophetarum libros, ibi Chriſtum inuenies, ibi
eum cognoſces & uidebis, ibi enim trãsfiguratur,
ibi ſuis fidelibus eius maieſtatis gloria reuelatur.
Loquebantur autem iſti duo uiri ut Lucas ait, ſi-
mul cum Ieſo de morte eius quam in proximo paſ-
ſuros erat in Hieruſalem. Et fortaſſe læti, quia ui-
debant ſuæ redẽptionis, totiusq; humani generis
diẽ appropinquare. ¶ *Reſpondẽs aũt Petrus dixit ad
Ieſum: Domine bonum eſt nos hic eſſe, ſi uis, faciamus hic
tria tabernacula, tibi unũ, Moyſi unũ, & Eliæ unũ.* Co-
gnouit igitur Petrus & Moyſen & Eliam, quos nun-
quam amplius uiderat, quãuis (ut alij Euangeliſtæ
dicunt) quid diceret, ignoraret. Ignorabat quidẽ,
quia non à ſeipſo loquebatur, alius enim erat q lo-
quebatur in eo. Plura tabernacula facere nõ eſt ne-
ceſſe, tria ſufficiunt. De tribus enim tabernaculis
Apoſtolus ſcribens ait: Hebr. 9. Tabernaculum fa-
ctum eſt primũ, in quo erat candelabrũ, & mẽſa, &
propoſitio panum, quod dicitur ſancta. De ſecun-
do uero ſic ait: Poſt uelamentũ autẽ ſecundũ taber-
naculum, quod dicitur ſancta ſanctorũ, aureum ha-
bens thuribulum, & arcam teſtamenti circontectã
ex omni parte auro, in qua urna aurea, habẽs man-
na, & uirga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ
teſtamenti. De tertia uero, ſic: Chriſtus (inquit)
aſsiſtens pontifex futurorũ bonorũ per amplius et
pfectius tabernaculũ non manu factom, id eſt, non
huius creationis, neq; per ſanguinẽ hircorum aut
uitulorum, ſed per propriũ ſanguinem introiuit ſe-
mel in ſancta, ęterna redemptione inuenta. Primũ
igitur tabernaculum eſt Synagoga, ſecundũ Eccle-
ſia, tertium cœlum, & primũ quidem fuit Moyſi, q
illius populi princeps fuit: ſecundum autem eſt
Eliæ, de quo dominus ait: Elias quidem uenturus
eſt, & reſtituet omnia, tertium uero, Chriſti, de
quo Apoſtolus ait: Non enim in manufacta ſan-
cta, introiuit Ieſus, ſed in ipſum cœlũ, ut appareat
uultui dei pro nobis. Primum in umbra fuit & figu-
ra, ſecundum in figura eſt, & ueritate, tertium in
ueritate ſola. In primo oſtenditur uita. In ſecun-
do datur. In tertio poſsidetur. Non enim ſacramẽ-
ta Eccleſię, ſicut ſacramenta Synagogæ, medicinã
docent & oſtendunt, ſed ipſa potius ſunt medicina
& remiſsio peccatorũ. Et primum q̃dem taberna-
culum habuit candelabrũ, patriarchas uidelicet et
ꝓphetas, habuit & menſam, legẽ ſcilicet iuxta lite-
ram, in qua menſa erant panes, id eſt cibi ſpiritua-
les, q in illa cõtinebant̃. Sed q̃d illud candelabrum
menſam & panes habuiſſe profuit? Apoſtolus enim
dicit: Cæcitas ex parte cõtingit in Iſrael. & ꝓphe-
ta: Quis cæcus niſi populus meus? Iterũ, Excæca cor
populi huius. Et Pſalmiſta: Fiat, inquit, mẽſa eorũ
coram

coram ipſis in laqueum, & in retributionem, & in
ſcandalum, paruuli petierunt panem, & non erat
qui frangeret eis. Sicut igitur Iudæi habẽtes non
habuerunt, & legẽ tenentes neſciuerunt. Secundũ
autem tabernaculum thuribulũ aureum habuit, ip
ſos uidelicet Apoſtolos, qui odorẽ notitiæ dei ma
niſeſtantes in omni loco, alijs erant odor uitæ ad
uitam, alijs odor mortis ad mortẽ, & arcam: arca
uero & eccleſia idem ſignificant, quę bene auro cir
cumtecta dicitur, quia & interius per ſcientiam &
ſanctitatem, & exterius per prædicationẽ & ope
rationem refulget. In hac autem eſt urna aurea, ha
bens manna: Chriſtus uidelicet dominus noſter,
ut per urnam humanitatem, & per manna diuini-
tatem intelligamus. In hac eſt uirga Aaron quæ
fronduerat, per quam beatã Mariã uirginem intel-
ligamus, quæ cõtra naturam floruit, contra natu-
ram cõcepit & peperit, ſicut & illa uirga cum eſ-
ſet ſicca, contra naturã & flores & frondes & nu-
ces germinauit. Tabulæ uero teſtamenti quæ ibi
erant, utrinſq; teſtamenti ſcientiã, ſanctam Eccle-
ſiam & habere & poſsidere ſignificabãt. De tertio
uero tabernaculo nihil tale dicitur: non candela-
brum, non menſa, non arca uel urna ibi ponitur,
nihil ibi eſt in figura, omnia in ueritate. Vnde
Apoſtolus ait: Videmus nunc per ſpeculũ in ænig-
mate, tunc aũt facie ad faciem, nunc cognoſco ex
parte, tunc autem ſicut & cognitus ſum. Hæc ſunt
igitur tria tabernacula, quæ beatus Petrus in exta
ſi poſitus, facere uoluiſſe narratur. Sequitur: ¶ *Ad-
huc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ec-
ce uox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in
quo mihi bene complacui, ipſum audite.* In nube enim
deus apparuit, quia in ſua maieſtate ab hominibus
uideri non poteſt. ſicut ipſe ait: Non me uidebit
homo & uiuet. Poſſumus autem per hanc nubẽ di-
uinam ſcripturam ſignificare, quæ aqua ſapientiæ
plena, intelligentibus lucida, non intelligentibus
obſcura apparet. In hac autem nube omnipotens
Deus audiri quidem poteſt, uideri aũt & intelligi
ſicuti eſt, omnino nõ poteſt. Vbiq; enim loquentẽ
audimus, nuſquam autem, niſi per ſpeculum & in
ænigmate, eum uidemus. Ipſe enim in prophetis,
ipſe in Apoſtolis loquitur. Vnde ipſe dominus ait:
Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus pa-
tris ueſtri, qui loquitur in uobis. Nubem igitur ui
dere poſſumus, ipſum autem qui in nube loquitur,
uidere nõ poſſumus. Nam & modo in hac nube ſa-
cri euangelij eum loquentẽ audiuimus, eum tamen
non uidemus. Cuius enim niſi illius uox eſt, hoc q̃d
iſtę literæ ſonant: ¶ *Hic eſt filius meus dilectus, in quo
mihi bene complacui?* Bene enim in filio ſuo ſibi cõ-
placuit, qui hominis creatione ſibi diſplicuit. Vn-
de & ipſe ait: Pœnitet me feciſſe hominem. Hunc
autem audire, huic & credere & obedire nos ad-
monet. Cui enim, niſi ſapientiæ, iuſtitiæ, & ueri-
tati, credere debemus? Ipſe enim eſt dei uirtus &
dei ſapientia, ipſe eſt uia, ueritas, & uita. ¶ *Et au-
dientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timue-
runt ualde.* Quid enim ſi ſpeciem eius uidiſſent, qui
eius uocem ferre nõ potuerunt? ¶ *Et acceſsit Ieſus,
& tetigit eos, dixitq; eis: Surgite & nolite timere.* Bea-
ti illi, quos tangit Ieſus, beati illi quos ſalus tangit
& uita, illi enim ſurgunt, illi ſine timore, & ſecuri
ſiunt. Rogemus igitur eum, ut & nos tangat, & à
ſomno ſtuporis & inſipientiæ excitet, atq; ad ſe ui
dendum oculos nobis aperiat. ¶ *Leuantes autẽ ocu-
los ſuos neminem uiderunt niſi ſolum Ieſum.* Sufficit
enim uidere Ieſum, ſufficit uidere illã lucẽ, quam
qui ſequitur, non ambulat in tenebris, ſed habebit
lumen uitæ. ¶ *Et deſcendentibus illis de monte præ-
cepit Ieſus, dicens: Nemini dixeritis uiſionem, donec fi-
lius hominis a mortuis reſurgat.* Conueniens enim
erat, ut hæc tanta eius gloria tunc primum prædi
caretur, quando carnis mortalitate exutus, nouę re
ſurrectionis gloria & decore indueretur.

DOMINICA SECVN-
da quadrageſimæ, ſermo B. Leonis papæ.

SEmper quidem nos dilectiſsimi ſapiẽter
& iuſte uiuere decet, & in id uoluntates no
ſtras actionesq; dirigere, quod diuinæ no-
nimus placere iuſtitiæ. Sed cum hi appro-
pinquant dies, quos illuſtriores nobis ſalu-
tis noſtræ ſacramenta fecerunt, diligentiori ſolici
tudine corda mandanda ſunt, & ſtudioſius exercẽ
da eſt diſciplina uirtutum, ut ſicut ipſa myſteria
quadam ſui parte maiora ſunt, ita & noſtra obſer-
uantia ſuperet in aliquo conſuetudinẽ ſuam, & cui
feſtiuitas eſt celebranda ſublimior, ipſe quoq; in
ea reperiatur ornatior. Si enim rationabile & quo
dammodo religioſum uidetur, per diem feſtum in
ueſtitu nitidior prodire, & habitu corporali hila-
ritatem mentis oſtẽdere, ſi ipſam quoq; orationis
domum propenſiori tunc cura & ampliori cultu
quantum poſſumus adornamus, nõne dignum eſt
ut anima chriſtiana, quæ uerum uiuumq; templũ
dei eſt, ſpeciem ſuam prudenter adornet, & redẽ-
ptionis ſuæ celebratura ſacramẽtum, omni circũ-
ſpectione præcaueat, ne ulla eam macula iniquita
tis obfuſcet, ut duplici cordis ruga dedecoret?
Nam quid prodeſt honeſtatis formam præferens
cultus exterior, ſi interna hominis, aliquorum ſor
deãt contaminatione uitiorũ? Omnia igitur, quæ
animi puritatem & ſpeculum mentis obnubilant,
abſtergenda ſedulo, & quadam elimatione raden-
da ſunt. Scrutetur quiſq; conſcientiam ſuam, ſeq;
ante ſe ſtatuat proprij cenſura iudicij. Videat ſi in
ſecreto cordis ſui, illam quam Chriſtus dat inue-
niat pacem, ſi deſiderium ſpiritus nulla concupi-
ſcentia carnis impugnat, ſi humilia non ſpernit, ſi
aliam non appetit, ſi iniquo non delectatur lu-
cro, ſi immoderato rerum ſuarum non gaudet au-
gmento, ſi deniq; aliena felicitate non uritur, aut
inimici miſeria non lætatur: & cum harum pertur
bationum nihil in ſe forte reperit, ſyncero cordis
diſquirat examine, qualium cogitationum ſpecie
frequentetur, & utrum nullis uanitatum imagi-
nibus acquieſcat, uel quàm cito animũ ab his quę
noxie blandiuntur abducat. Nam nullis illecebris
commoueri, nullis *tentationibus titillari, nõ eſt cu*iditat
iſtius uitæ, quę tota tentatio eſt, & qua nimirũ uin *ibus
citur, qui uinci ab eadem non ueretur. Superbum nimium
eſt enim de non peccandi facilitate præſumere, cũ
hoc ipſum præſumpſiſſe, peccaſſe ſit, dicente bea-
to Iohanne apoſtolo: Si dixerimus quia peccatum 1. Ioh 1.
non habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in no
bis non eſt. Nemo ergo ſe fallat dilectiſsimi, nemo
decipiat. Neq; ita quiſquam de cordis ſui puritate
cõfidat, ut putet ſe nullis tentationum periculis
ſubiacere, cum peruigil ille tẽtator, eos acrioribus
pulſet inſidijs: quos maxime uiderit abſtinere à pec-
catis. Nam à quo dolos ſuos continebit, qui ipſum
quoq; dominũ maieſtatis auſus eſt calliditatis ſuæ
fraude tentare? Viderat ſuperbiam ſuam baptizati
domini

domini Ieſu humilitate calcatam, intellexerat quadraginta dierum ieiunio omnem concupiſcentiã
de artib9 carnis excluſam, & tamẽ nõ deſperauit * in artibus militiæ ſuæ ſpecialis improbitas, tantumq; ſibi de naturæ noſtræ mutabilitate promiſit, ut quem ueſci experiebatur hominẽ, p̃ſumeret poſſe fieri peccatorem. Si ergo ab ipſo domino ſaluatore noſtro deceptionum ſuarum diabolus non reuocauit inſidias, quãto magis fragilitatem noſtram impugnare præſumit, quos exinde uehementiori odio, & inuidia ſæuiore perſeqtur, ex quo ei in baptiſmo renũciauimus, & ab illa cui dominabaſ origine in nouam creaturam diuina regeneratione trãſiuimus. Vnde quia dum mortali carne circundamur, nõ definit nobis antiquus hoſtis laqneos peccati ubiq; p̃tendere, & tunc maxime aduerſum Chriſti mẽbra ſęuire, quando ab eis ſacratiora ſunt celebrãda myſteria. Merito doctrina ſpũſſancti hac eruditione imbuit populũ Chriſtianum, ut ad paſchale feſtũ ſe per quadraginta dierum continentiam pręparet. cuius purificationis ratio iã nos inuitat ad obſeruantiã ſuę ſalubritatis, & diligentiã nobis * pro
proi oñ
ri caſtiga
tionis poſitę caſtigationis indicit. Quanto enim ſanctius quiſq; hos dies inuenitur egiſſe, tãto probabiliue paſcha dñi religioſius honoraſſe. In diebus ergo ſanctorũ ieiuniorum, pietatis opera, quibus ſemp ſtudendum eſt, abundantius exequamur, miſericordes ſimus ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei, ut in ipſis quoque eleemoſynarum diſtributionibus bonitatem patris cœleſtis imitemur, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Quamuis ergo fidelium ſit pręcipue adiuuãda paupertas, illi tñ, qui nondum euangelium perceperunt, in ſuo labore miſerandi ſunt, quia in omnibus hominibus naturæ diligenda eſt cõmunio, quæ nos etiã his beniguos debet efficere, qui nobis quacunq; ſunt cõditione ſubiecti, maxime ſi eadem gratia iã renati, & eodẽ ſanguinis Chriſti p̃cio ſunt redempti. Simul etiã cũ iſtis habemus, q̃d ad imaginẽ dei cõditi ſumus, nec carnali origine à nobis, nec ſpũalinatiuitate diuiſi ſunt, Eodẽ ſpũ ſanctificamur, eadẽ fide uiuimus, ad eadẽ ſacramenta cõcurrimus. Nõ ſpernatur hęc unitas, nec uilis ſit nobis tãta communio, ſed hoc ipſum nos per omnia faciat mitiores, quod eorũ utimur ſubiectione, cũ quibus uni deo eadem ſubijcimur ſeruitute. Si qui ergo horũ grauioribus dominos ſuos offendere delictis, indulgẽtiã nunc in diebus reconciliationis recipiant, auferat miſeratio ſeueritatem, & uenia deleat ultionẽ. Nullum cuſtodia teneat, nullum carcer includat, quoniam dominus noſter miſericordiam ſuã hac conditione promiſit, ut is remittenda ſibi noſſet peccata propria, qui remiſiſſet aliena. Diſſenſionũ materiæ dilectiſsimi, & inimicitiarum aculei conterantur, ceſſent odia, deficiant ſimultates, in unitatem dilectionis omnia Chriſti membra conueniant. Beati enim pacifici, quoniam filij dei uoca-
Matt. 5 buntur. Nec ſolum filij, ſed etiam hæredes, cohæredes autẽ Chriſti domini noſtri, qui uiuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM DOMINICA, Matth. XV.

¶ In illo tempore, Egreſſus Ieſus, receſſit in partes Tyri & Sidonis. Et reliq. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.



IN lectiõe ſancti euangelij, quę modo lecta ẽ fratres chariſsimi, audiuimus magnam mulieris fidem, patientiam, conſtãtiam & humilitatem. Cuius magis eſt admiranda mentis deuotio, quia ipſa quidem utpote gentilis, à diuinorũ eloquiorũ ſtudijs erat ſegregata doctrinis, nec tamen illis quas eadẽ eloquia p̃dicant, ſit priuata uirtutibus. Habebat nanq; magnã perfectionem, quæ pietatẽ ſaluatoris implorans, ait: ¶ *Miſerere mei domine fili Dauid.* Cũ enim eundẽ dominũ filiũ Dauid appellat, profecto patet, q̃a uerũ hunc hominem, utrum credit & deũ. Cũ pro filia rogãs, non illam ſecum adducit, non dñm ad eam uenire precatur, cõſtat apertiſſime q̃d eum uerbo ſalutem poſſe dare confidit, cuius præſentiam corporis nullam requirit. Sed in hoc q̃ deum poſt multas lachrymas tandem proſtata adorat, dicẽs: domine, adiuua me, nequaq̃ ſe de eius diuina maieſtate ambiguam docet, cuius adorandã ut dei didicit eſſe potentiã. Habet patientiæ uirtutẽ non exiguam, quæ dño ad primã petitionẽ eius non reſpondenti e uerbũ, nequaq̃ à precibus ceſſat, ſed amplior instãtia auxiliũ quod cœperat pietatis eius implorat. Reſpõdere aũt differt ei dominus, nõ quia miſericors medicus miſerorum pręces deſpicit, de quo ueraciſſime ſcriptum eſt: Deſideriũ pauperũ Pſal. 9
exaudiuit dominus: ſed ut perſeuerantiam mulieris nobis ſemper imitabilem demonſtret: quę quo magis contẽpta uidebatur à dño, eo ardentius cœptis p̃ſtabat in precibus. Reſpondere differt, ut diſcipulorum quoq; ſuorũ miſericordes animos (quã quaſi holes ad clamorem mulieris publice eos proſequentis erubeſcebant) ad poſtulandũ ſimul cum ea prouocaret. Nam ipſe temperamentum miſericordiæ ſuę nouerat, qui omnia in mẽſura & numero & pondere diſpoſuit. Reſpõdere diſtulit, ne daretur occaſio Iudęis calumniandi, q̃d gẽtiles in docendo uel ſanando prætulerit, ideo ipſi fidem eius ſuſcipere iuſte recuſauerint. ¶ *Et hoc eſt quod ait: Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.* Quia per ſe ipſe ſolus docebat Iudæos, qui per ſuos diſcipulos etiam gentiles ad fidei gratiã uocauit. De quibus dicit alibi: Et alias oues habeo quę Ioan. 10
nõ ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meã audient, & fiet unum ouile & unus paſtor. Hinc eſt, q̃d unam per ſe in corpore gentilẽ ſanaturus puellam, non hoc anteq̃ probata omnibus incõparabili fide matris perficit. Habet aũt eadem mater etiam conſtantię & humilitatis inſigne præcipuum, quæ canibus cõparata à domino, nec ſic quidem ab inſtantia precandi deſiſtit, uel à ſperando pietatis munere mentem reuocat, ſed ſuſceptam libenter complexata contumeliam, non ſolum canibus ſe ſimilem non negat, ſed & catellis ſe ipſam æquiparandam adiungit. prudẽtiq; argumẽto dñi ſententiam confirmat, nec cœptę à ſe tamẽ petitionis improbitate quieſcit. Confirmat nanq; ſententiã domini, cui dicenti. ¶ *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. reſpondit, etiã domine.* id eſt, ueraciter ut aſſeris ita eſt: quia non eſt bonum ſumere ſalutẽ plebi Iſrael cęlitus deſtinatam, & dare eam gẽtibus. Sed cum addit, Nã &

catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa domi-
norum ſuorũ,prudentiſſime demonſtrat,quantam
humilitatem,qualem intus gereat pectoris conſtã-
tiam,quæ indigna quidem ſit integris domini do-
ctrinis ,quibus Iudæi utebantur epulis refici,ſed
quãtulacunq; ei à domino foret impartita gratia,
hanc ſibi ad ſalutem proficere poſſe putauerit. Vn-
de recte à pio ſaluatore,qui preces illius nõ ſupba
dedignatiõe,ſed diſpẽſatiõe ,puida ad tẽpus diſtu-
lit,audire meruit: ¶ *O mulier magna eſt fides tua,fi-
at tibi ſicut uis.* Magnã quippe ſatis habebat fidem,
quæ nec prophetarum antiqua,nec recentia ipſi-
us domini miracula,præcepta uel promiſſa cognoſ-
cens,inſuper à domino toties contempta,perſeue-
rat in precibus,& quem fama tantum uulgante di-
dicerat ſaluatorem,rogando pulſare non omittit.
Propter quod & magnum ſuæ poſtulationis con-
ſequitur effectum , cum domino dicente,fiat tibi
ſicut uis , ſanata eſt filia eius ex illa hora . Merito
autem hæc mulier ,natura quidem gentilis, ſed
corde conſtans & credula, congregatæ de genti-
bus eccleſiæ fidem deuotionemq; ſignificat, quam
expulſi de Iudæa prædicatores ſancti,uerbo ſimul
& myſteriis gratiæ cœleſtis imbuerunt. Relega-
mus nanque ſuperiorem ſancti euangelij lectionẽ,
& inueniemus,quia uenientes ab Hieroſolymis ſcri-
bæ & phariſæi ,grauiſſimis dominum & diſcipu-
los eius perfidiæ ſuæ pulſauere tumultibus , quos
ipſe mox digna inuectione coercitos reliquit.

¶ *Et egreſſus inde ſeceßit in partes Tyri & Sidonis.*
Vbi manifeſte præfiguratur, quod poſt paſſionem
reſurrectionemq; ſuam dominus in pdicatoribus
ſuis ,Iudæorũ pfida corda relicturus, & in partes
gentiũ exterarũ eſſet ſeceſſurus. Tyrus quippe &
Sidon,quæ ciuitates fuere gentilium,monimenta
doctrinæ ac uitæ gẽtilis,in quibus ſtulti confidũt,
indicãt. Vnde bene mulier, quæ dñm credula præ-
catur,à finibus illis egreſſa phibetur:quia niſi pri-
ſcæ conuerſationis habitacula uana reliquiſſet, ad
Chriſti eccleſiam nunquam ueniret:niſi tota antiſ-
qui dogmata anathematizaſſet erroris,nequaquã
nouam fidei ſuſcipere gratiam poſſet: Vt cum bea-
tus Paulus in Iudaiſmo profeciſſet,poſtea uocatus
in eccleſia dei profecit ultra coætaneos ſuos. Filia
dæmonioſa pro qua poſtulat, anima quælibet eſt
in eccleſia,malignorum ſpuũm magis deceptioni-
bus,quam conditoris ſui mancipata pceptis,pro quã
neceſſe eſt mater eccleſia dñm ſolicite interpellet,
ut quam ipſa foris monendo,obſecrando, increpã-
do corrigere non ualet,ille interius aſpirando cor-
rigat,atq; ab errorũ tenebris cõuerſam,ad agnitio-
nem ueræ lucis excitet. Veruimetiã ſi ad primas ro-
gantis eccleſiæ lachrymas dñs rñdere,id eſt poſtu-
latam errãtibus ſoſpitatem mẽtis dare diſtulerit,
nec ſic quidem à petendo, quærendo,pulſando de-
ſiſtendum eſt,neq; impetrandi ſubeunda eſt deſpe-
ratio, ſed tãta potius pſeuerandum inſtantia, tam
obſtinato frequẽtandus clamore ſaluator,tãta eti-
am ſctõrum eius inter litanias appetẽda ſuffragia,
donec & ipſi de cœlis dño pro audiẽda ſupplicẽt ec-
cleſia. Sicq; fit , ut ſi mentẽ ab intentione ppoſita
non mutauerit,nequaquam fructu petitionis frau-
detur,ſed ſiue pro ſua fragilitate qs,ſeu pro alijs inter
uenerit,deſiderato potiatur effectu . Nam & ſi qs
noſtrum conſcientiã habet auaritiæ,elationis,ua-
næ gloriæ ,indignationis,iracũdiæ,uel inuidiæ,cæ-
terorum ue uitiorum ſorde pollutam, filiã pfecto
habet male à dæmonio uexatam , pro cuius ſanatio-
ne ſupplex ad dñm currat, quia nimirum de corde
cogitationem progenitam,diabolica tolerat arte
dementatam,cuius emendationem à pio conditos
re crebris,imo continuis debeat flagitare lamẽtis
& precibus. Si qs bona quæ geſſit,forte piurij,fur-
ti,blaſphemiæ,detractionis,rixæ,uel etiam corpo-
ralis immunditiæ, cæterorum ve huiuſmodi peſte
fædauit,filiam habet immundi ſpũs furijs agitatã,
quia uidelicet actionem quam bene laborando e-
diderat,iam diaboli fraudibus ſeruiẽdo ſtulte diſ-
perdidit: Ideoq; neceſſe eſt,ut cum reatum ſuũ co-
gnouerit,mox ad pces lachrymasq; cõfugiat,ſan-
ctorum crebris interceſſionibus auxilia quærat, q
pro animæ eius ſalute rogantes,dño dicant: Pre-
camur,dñe miſerator & miſericors,patiẽs & mul-
tæ miſerationis,dim itte eã,quia clamat poſt nos.
Dimitte reatum,& dona gratiam ,quia noſtrum
intimo affectu quærit pronus ſuffragium. Neceſſe
eſt debita ſubmiſſus humilitate,non iam ſe ouium
Iſraeliticarum,id eſt,mundarũ conſortio dignum
iudicet animarum , ſed potius cani comparãdum,
& cœleſtibus indignum arbitretur eſſe muneribus.
Nec tamen deſperando à precandi quieſcat inſtã-
tia, ſed indubitata mẽte de largitoris ſummi boni-
tate confidat:quia qui de latrone confeſſorem ,de
perſecutore apoſtolum, de publicano euangeli-
ſtam,de lapidibus potuit facere filios Abrahæ,ipſe
etiam canem impudentiſſimum conuertere Iſrae-
liticam poſſit in ouem , cui merito donatæ caſtita-
tis etiam uitæ paternæ paſcua largiatur,id eſt,pec-
catorem conuerſum à uia ſua mala iuſtum facere
dignetur,quem merito bonæ actionis ad regnum
cœleſte perducat. Videnſq; dñs tantum fidei no-
ſtræ ardorem,tam pertinacem orandi perſeuerã-
tiam,tandem miſerebitur,& nobis quoq; ſicut uos
ſumus fieri concedet,ut uidelicet expulſis uitioſa-
rum tumultibus cogitationum ,dimiſſis peccato-
rum nexibus, & pura nobis ſerenitas mẽtis,& per-
fectio boni redintegretur operis. Notandũ inter-
ea,quod hæc orandi pertinacia ita ſolum meretur
eſſe fructifera,ſi quod ore pcamur, hoc etiam mẽ-
te meditemur,neq; alto clamor labiorũ,q̃ cogita-
tionum ſcindatur intuitus. Sunt enĩ,qui intrantes ec-
cleſiam,multis pſalmodiã uel orationem ſermoni-
bus prolongãt,ſed alibi corde intẽdentes, nec ipſi
quid dicant recolunt. Ore quidem orantes,ſed mẽ-
te foris uagantes,omni ſe orationis fructu priuãt,
putantes a deo precem exaudiri , quã nec ipſi qui
fundunt audiunt,quod antiqui hoſtis inſtinctu fie-
ri ,nemo eſt qui animaduertere nequeat . Sciens
enĩ utilitatẽ orandi , & inuidens huibus gratiam
impetrãdi,immittit hominibus multimoda cogi-
tationum leuium,& aliquando etiam turpium no-
centiumq; phantaſmata, quibus orationem impe-
diat ,adeo ut nonnunquã tales tantoſq; diſcurren-
tium cogitationum fluctus pſtrati in oratione to-
leramus, q̃les nec in lecto reſupini iacentes tole-
rare nouerimus. Vnde neceſſe eſt fratres chariſſi-
mi,ut agnitã diaboli curemus ſupare malitiam, &
ipſi uidelicet animum ab huiuſmodi nebulis, quas
hoſtis aſpgere gaudet, inquantum poſſumus ſere-
nando,& pij defenſoris perpetuum flagitando pſi-
dium,qui potens eſt (quamuis indignis peccatori-
bus) & pure orandi,& perfecte impetrandi cõce-
dere gratiam. Multum autem iuuat orationis puri-
tas,ſi in omni loco uel tempore nos ab actibus te-
peremus illicitis,ſi ſemper ab ocioſis ſermocinatio-
nibus auditũ pariter caſtigemus & linguam, ſi in

lege

lege dei ambulare, & teſtimonia eius aſſueſcamus, toto corde ſcrutari Quæcũq; enĩ ſæpius agere loq uel audire ſolemus, eadem neceſſe eſt ſæpius ad animum, quaſi ſolitam propriamq; recurrãt ad ſedẽ. Et ſicut uolutabra ſues paluſtria, colũbæ lympida ſolẽt frequẽtare fluenta, ita cogitationes impurę mentem immundam perturbant, caſtam ſpirituales ſanctificant. Sane ſi ad exemplum Cananææ mulieris, in orando perſtemus, fixiq; maneamus, aderit gratia conditoris noſtri, qui cũcta in nobis errata corrigat, immunda ſanctificet, turbulenta ſerenet. Fidelis nanq; & iuſtus eſt, ut remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniq̃tate, ſi ad illum ſedula mentis uoce clamemus: q uiuit & regnat cum patre in unitate ſpiritusſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM DOMINICA, Matth. X V.

¶ In illo tempore, Egreſſus Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et reliq. Homilia diui Iohannis Chryſoſtomi.

Miratur euangeliſta. Ecce mulier ueteſta armatura diaboli, quæ hominem de paradiſo expulit, mater peccati, initiũ iniquitatis, p̃uaricationis materia: ipſa illa mulier uenit, ipſa natura. Noua res & admirãda: Iudæi fugiũt, & mulier ſeq̃tur: ¶ *Et ecce mulier a finibus illis egreſſa, rogabat eum, dicens: Miſerere mei Domine fili Dauid.* O præclara confeſſio. Euangeliſta fit mulier, deitatem eius & diſpenſationem annuncians. Confitetur enim & dominationem & incarnationem eius. Miſerere mei. Vide philoſophicam mulieris animam, dicentis: miſerere mei. Non, inquit, habeo conſcientiam bonorum operum, nec rectæ uitæ fiduciã. Ad miſericordiam confugio, ad tranquillum portum peccantium. Ad miſericordiam confugio, ubi ceſſat iudicium, ad miſericordiam confugio, ubi ineffabilis ſalus eſt. Dic mihi mulier quemadmodum auſa es, cum ſis peccatrix & iniqua, accedere ad eum? Ego, inquit, noui quid agam. Vide prudentiã mulieris. Non rogat Iacobum, non obſecrat Iohãnem, neq; pergit ad Petrum, nec intendit apoſtolorũ chorũ. Non quęſiuit mediatorẽ, ſed pro omnibus illis pœnitentiam accepit comitem, quæ aduocati locum impleuit: & ſic ad ſummum fontẽ perrexit. Propterea (inquit) deſcendit, propterea carnẽ aſſumpſit & homo factus eſt, ut & ego ei audeam loq. Surſum in cœlis Cherubim cum tremũt, & Seraphim metuũt, & deorſum meretrix loq̃tur cum eo, Miſerere mei. Nudus q̃dem ſermo, ſed immẽſitatem ſalutis continens: Miſerere mei. Propterea (inquit) ueniſti, propterea carnẽ aſſumpſiſti, propterea factus es quod ego ſum. O admiranda res. Surſum tremor, & deorſum fiducia. Miſerere mei. Non opus habeo mediatore, Miſerere mei. Quid habes opus? Miſericordiam, inquit, quæro. Quid pateris? Filia, inquit, mea male à dæmonio uexatur. Egreſſa eſt aduocatrix filiæ. Non affert infirmantem puellam, ſed defert fidem deuotam, hæc intra ſemetipſam conferens & dicens: Deus eſt ad quem uado. Abſentia uidet, occulta inſpicit, omnia nouit. Miſerere mei, filia mea male à dæmonio uexat. Fletus peſſimus, ſtimulus naturæ uiſcera mea diſrumpit. Quid faciam miſera? Vide prudentiam. Non dixit, miſerere filię meę: ſed miſerere mei. Illa enĩ inſenſibili paſſione tenetur, neſcit q̃d habet. non ſentit dolorem, uelatum cor habet, neq̃ſſimo ſpũ obductẽte. Miſerere mei ſpectatricis diuturnorum malorũ, quotidie cruciatus meos uideo. Vbi uadam? quo pergam? In eremum ire non audeo, nec illam ſolã relinquere in domo ſedere nõ poſſum, q̃a intrinſecus eſt inimicus: Fluctus in portu ſunt, in tranquillitate tẽpeſtas eſt: & quo nomine eam uocabo, inuenire non poſſum. Mortuam dicam? ſed mouetur. Viuam appellem? ſed neſcit q̃d faciat. Inuenire non poſſum, quo eam appellem nomine. Miſerere mei. Si mortua eſſet filia mea, non talia paterer. Tradidiſſem utique corpus in finũ terræ, & tempore euoluto obliuionem malorum haberem, & dolor conquieſceret. Nunc autem mortuum habeo pertinax corpus, ſine ſenſu uiuũ, ſpectaculum lamentabile increſcẽtia per momenta uulnera paſſionũ * multiplicia doloris. Cerno enim oculos eius trãſuerſos, aſpectum ſanguineũ, manus intortas, crinem diſſolutũ, contortum collum, ora ſpumantia, inimicũ * incendentem, & nõ apparentẽ: tortorem clauſum, & flagella reſonantia: neminem interrogantem, & illam cum clamore loquentem, Aſſum ſermocinatrix malorum meorum, præſto ſum ſtimulãte natura. Miſerere mei. Peſſima tempeſtas, paſſio & timor. Paſſio naturę, timor dæmonis. Accedere non poſſum neq; cõtingere. Adigit me paſſio, explodit timor. Miſerere mei. Conſidera mulieris philoſophiã, inſpice animam generoſam. Non perrexit ad diuinos, nõ uocauit magos, non alligaturas quæſiuit, non impoſtrices mulieres adduxit, illas quæ ſolẽt dæmones prouocare, & * inuocatiõibus ſuis uulnus augere. Reliquit illa omnia, dimiſit diaboli ſalſitates, oĩa purgamenta contempſit, & uenit ad ſalutarem animarum noſtrarum portum. ¶ *Miſerere mei domine fili Dauid, filia mea male a dæmonio uexatur.* Noſtis paſſionem, quanticunque fuiſtis patres. Adiuuate ſermonem meum, quantæcunq; matres uocatę eſtis. Non * poſſum interpretari tempeſtatem, quam ſuſtinuit mulier illa. Miſerere mei, filia mea male à dæmonio uexatur. Vidiſti inſtantiam mulieris, uidiſtis uirilitatem, uidiſti longanimitatem, uidiſti fidem? ¶ *Qui non reſpondit ei ſermonem.* O noua rerum materies. Rogat mulier, obſecrat, deprecatur, deflet caſum ſuũ, auget tragœdiam, enarrat paſſionem: & amator hominũ non reſpondit. Sermo tacet, fons clauſus eſt, medicus medicamenta retinuit. Quid tam nouum? quid tam admirabile? alios prouocas ad ſequendum, & hanc miſerabilem inſequentem abigis? Sed conſidera medici ſapientiam Qui non reſpõdit ei uerbum. Cur non reſpondit? quia fidem illius amplius prouocabat & animum perſeuerãtia exercebat, & diſcipulorum miſerationes exercitabat. ¶ *Dicant quippe ad eum diſcipuli eius: Dimitte eam, quoniam clamat poſt nos.* Vos, inquit, de foris clamare auditis, ego autem intrinſecus uideo. Grandis quidem uox ex ore procedit, ſed maior eſt mentis. Dimitte eam, quoniam clamat poſt nos. Alius euangeliſta dicit, ante nos. Diuerſi quidem ſermones, ſed una ſententia eſt: nec eſt mendacium in utriſq;. Verunq; enĩ faciebat mulier in cauſa doloris. Prius poſt tergum clamabat, & cum uidiſſet q̃a non reſpondit, ante cucurrit, quaſi canis domini ueſtigia lambẽs, Dimitte, inquiũt, eam. Theatrũ nobis clamoribus excitabit, omne cõuocabit uulgus. Et illi quidem quaſi homines ad clamorẽ illius erubeſcebant, ſed

Margin notes: multiplicata doloribus. / incedẽtẽ / incantationibus. / poteſtis

dominus temperamentum miſericordiæ ſuæ noue
rat. Dimitte eam, quoniam clamat poſt nos. ¶ *Ipſe
autem reſpondens, ait: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ
perierunt domus Iſrael.* Et cum hoc dixiſſet, peius
eius huius effecit. Medicus enim erat, ſecans non
ut diuidat, ſed ut coniungat. Hic paululum chariſ-
ſimi accommodate mentem ueſtram: theſaurum
enim inueſtigare uolo abſcõditum. Non ſum inqt,
miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus iſrael. O
domine, hoc eſt totum, ideo homo factus es, ideo
carnem aſſumpſiſti, gubernãtias tantas operatus
hunc pereuntē reliqueres? es, ut unũ ſaluares angulum, & ✱ hoc pereunte,
orbis terrarum uniuerſus deſertus eſt, & Schy-
tæ, Thraces, Indi, Mauri, Cilices, Cappadoces, Sy
ri, Phœnices? quantũcunq; ſol reſpicit terrã tranſi
ſti, & propter Iudæos ſolos ueniſti? Gentes autẽ
in deſolatione conſtitutas deſpicis, & illos conte-
mnentes patrem tuum, & idola adorantes, & in-
cenſa illis offerentes, inſuper & filios ſuos dæmo-
nibus conſecrantes, hęc oĩa diſſimulas, & nos mi-
ſeros expectãtes te deſpicis? Et certe oẽs prophe
tę & ipſe ꝓauus tuus Dauid ſecundum carnem di
Pſal. 2 xit: Poſtula à me: & dabo tibi gentes hæreditatẽ
tuam, & poſſeſſionem tuã terminos terræ. Et Eſa
ias q te in ſede maieſtatis tuæ contẽplatus, dicit:
Eſai. 11 Et erit radix Ieſſe, & q exurget imperare genti-
Rom 15 bus, & in ipſum gentes ſperabunt. Et Iacob patri
Gen. 49 archa dicit: Nõ deficiet princeps ex Iuda, neq; dux
de femoribus eius, donec ueniat cui repoſitũ eſt, &
Mala. 1 ipſe erit expectatio gentium. Malachias quoque
ꝓpheta dicit: Ab ortu ſolis uſq; ad occaſum, glori-
ficatur nomen meum in gentibus, & in omni loco
ſacrificia munda offeruntur deo. Et ipſe Dauid ita
Pſal. 46 dicit: Omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate deo
in uoce exultationis: quia deus excelſus terribilis,
rex magnus ſuper omnem terram. Aſcendit deus
Et alter in iubilo, & dñs in uoce tubę. ✱ Propheta dicit: Lę
Rom. 15 tamini gentes cum populo eius. Et reliqui omnes
aduentum tuum ſalutarem gentibus annunciarũt.
Nam & ipſe in aduentu tuo Magos ab oriente uo
caſti, & principia gẽtilitatis p illos ceſſare feciſti,
& euangeliſtas eos ad ſua remiſiſti. Et tu quidem
Magos per ſtellã conuocaſti, ꝓphetæ autem gen-
Matt 28. tibus annunciarunt. Exurgens ab inferis, dicis di-
ſcipulis tuis: Euntes docete omnes gentes, bapti-
zantes eos in nomine patris & filij & ſpũſſancti.
Et nunc cum ueniſſet miſeranda & infelix mulier,
ꝓ filię ſuę infirmitate obſecrans, & caſus ſuos de-
plorans, dicis: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ
Matt. 8 pierunt domus Iſrael? Nam & cum acceſſiſſet cen
Luc. 23 turio, rogans ꝓ famulo ſuo, dicis: Ego ueniam &
Mar. 2 curabo eum. Et latroni obſecranti reſpondes: Ho-
die mecũ eris in paradiſo. & paralytico dicis, Sur-
ge, tolle grabatum tuum, & uade in domum tu-
am. & Lazaro quatriduano mortuo, & iam fœ-
Iohan 11 tenti dicis: Lazare, ueni foras. Et q leproſos mun-
das, mortuos ſuſcitas, paralyticos ſtringis, cęcos il
luminas, latrões ſaluas, meretricem caſtificas, huic
miſerę nihil reſpondes? O noua res & admiranda.
Conſiderate chariſſimi conſtantiam uirilitatemq;
mulieris, & dñi benignam ſapientiã pariter & cle-
mentiam, quomodo dilatio & excuſatio eius diui-
tias contulit obſecranti, ut & tu ſi oraueris, & ſta-
tim non accepis quod rogaſti, non deſinas depre-
cando. Cõſidera enim diligẽtius chariſſime legis
diuinæ ſecretum. Quando Iudæi de Aegyptiorum
dñatione & tyrannide ſunt liberati, & effugeẽtes
manus Pharaonis, ad eremum prexerunt, intraturi
ri terram Cananæorum repletam idolorum culti-
bus, ✱ adorantẽ etiã ligna & lapides, legẽ accepe- adorãtẽ
rant, ut cum fuiſſent ingreſſi, non acciperent filias
eorum in matrimonio, neq; connubia mutuo iun-
gerent, neq; conuiuia ſociarent, ne p ſocietatẽ mu
tuam auerterent illos à mandatis dñi, & deprauas
rent mores eorum. Nihil tibi, inqt, & Cananæis,
ſed eſto in finibus tuis, & in gẽte tua negocia exer Exod 23.
ce & connubia iunge: qa linguam tuam habes, & Deut. 27
legem quę tibi p Moyſen data eſt, quam ſicut ma-
ceriam & ſepem quãdam inter uos & illos poſui.
Sicut enim uinea aut hortus maceria circũdatᷣ, ſic
Iudæis lex data eſt, ut tranſgredi nõ liceret. Prohi
bitum itaq; erat à lege, ut non miſcerentur Cana-
næis, neq; ullam communionem haberent cum il-
lis, ne amicitię cauſa, impietatis occaſio fieret. Cũ
ergo abominabiles Iudæis eſſent Cananæi, tan-
quam idololatræ & immundi, cum qbus nec fabu-
lari fas erat: & qa iſta mulier de finibus erat Ca-
nanęorum egreſſa, acceſſit autem ad Chriſtum, &
Chriſtus Iudęis dicebat inſidiantibus ſibi, qs ex uo Iohan. 8
bis arguet me de peccato, eo q̃d ꝑuaricauerim le-
gem? quoniam ergo homo erat, & omnia quæ le-
gis ſunt implebat, & ſicut iam dixi abominabiles
erant Cananæi Iudæis, q ſub legẽ mandante tan-
quam ſepe erant uallati: ueniens autem Chriſtus,
hoc eſt, natus ex uirgine, octaua circunciſus die,
pro quo in templo oblatio celebrata eſt, & omnes
cæremonię impletæ ſunt legis, & ideo impleuit le
gem, ne dicerent Iudęi, nõ potuit implere legem,
ꝓpterea diſſoluit eã: prius eam compleť, & poſt-
ea ſoluit, ut omnem illis quærimoniæ auferret oc-
caſionẽ. Clamabat enim & dicebat, Quis ex uobis Iohan. 8
arguet me de peccato? ne ergo occaſione accepta
dicerẽt Iudæi, non credimus tibi, qa inique feciſti
ſoluens legem: quia perrexiſti ad fines Cananæo-
rum, & confabulatus es cum illis, Quod ne fieret,
lege ꝓhibitum eſt: ideo nihil interim loquitur mu
lieri, ſed legem cuſtodiens, retardat ſalutem: & Iu-
dæos refrenat, & ✱ honore creat. ¶ *Qui non reſpõ-* hanc re creat
dit ei uerbum. Nolo mihi ✱ occaſio ſis quærimoni- occaſiões
arum o Iudæe, ecce non loquor, ecce non reſpon- querimo
deo. Adeſt occaſio benefaciendi, & pietatem me- niarũ in
am interim differo. Ecce naufragium imminet & uenias
gubernator quieſcit: & increſcente calamitate, dif
fertur ſanitas propter uos q ingrati extitiſtis, ut
omnis uobis auferatur occaſio detrahẽdi, ecce mu-
lier multitudinem ✱ in clamoribus ſuis congrega- mihi
uit, & nondum accepit reſponſum: ne forte dica-
tis, quia uobis popoſui Cananæos & tranſgreſ-
ſus ſum legem, & ideo mihi non credatis. Qui
non reſpondit ei uerbum, ſubauditur, eo quod
ad Iudæos ſermonem faceret, qui beneficijs eius
erant ingrati. Hæc autem omnia pro ineffabili cle
mentia ſua faciebat deus, ut illos paulatim ab infi-
delitate erigeret: & omnem cauillationem de ani
mis eorum tolleret. Nam & cum leproſum curaſ-
ſet, dicebat: Vade, oſtende te ſacerdotibus, & offer
munus quod præcepit Moyſes pro emundatione
tua. O inauditam rem. Dominus mundat & mit Matt 8
tit eum ad legem Moyſi. Et cur hoc facit conſide- Luc. 4.
ra, ne Iudæi uidelicet redarguerent eum, tãquam
præuaricatorem legis. Nam quomodo curauerit
leproſum, eloqui curationis modum non inuenio.
Ecce, inqt, leproſus accedens, rogabat eum dicẽs,
Domine, ſi uis, potes me mundare. Et extendens Matt. 8
Ieſus manum ſuam, tetigit eum, dicens: Volo mũ-
dare. Imperatiuo modo legendum eſt, non indica
tiuo.

tiuo. Quia dixerat ille, ſi uis: reſpondit dominus,
uolo. Potes, inquit, me mundare. & ipſe ait: Mun-
tangere dare. In lege non licebat* tãgi leproſum: quia qui
cunq; tetigiſſet, immũdus tota die fiebat. Nam &
beatus Heliſeus hoc ſciens, cum ad eum Naaman
ueniſſet leproſus alienigena, miſſus à rege ſuo, mã
dat illi per diſcipulum ſuum, dicens: Vade ad Ior-
danem fluuium, & lauare ſepties, & mundaberis à
4. Re. 5. lepra tua. Ipſe uero non fuit auſus ire & uidere le-
pram uel tangere illum. Et Heliſeus quidem mun
dauit leproſum, & Chriſtus curauit leproſum. Ne
ergo dicerẽt Iudæi, quid magnum fecit Chriſtus?
hoc fecit quod fecerat Heliſeus. Sed ille quidem
tangere auſus non fuit leproſum, ne contaminare-
tur: iſte autẽ tetigit, & mundauit. Et ideo tetigit,
ut oſtenderet quoniam qui ſeruus eſt, ſubditus eſt
legi, dominus autem eſt, qui imperat legi. Volo,
Mundare. Et ſtatim mũdatus eſt. Non inuenit euã
geliſta uerbis edicere uelocitatem curationis. Sta
tim enim dicẽdo, aliud quod diceret non inuenit.
Tãto enim fuit oꝑantis autoritas, ut ingreſſu ſer-
fugere detur monis* fugeret infirmitas. Et ideo dicit, uade, o-
ſtẽde te ſacerdoti, & offer munus tuũ ꝓ emũdatio-
ne tua, quod præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis,
quibus? Iudæis, ne dicant præuaricaſſe me legẽ. Nã
& occulte diuinitatem ſuam manifeſtabat illis, ut
ex operibus crederẽt quia filius ſit dei: & in illa die
ueniẽs leproſus coarguat eos, cui præceptum fue-
rat ſecundum legẽ offerre, & ideo multa propter
Iudęos faciebat: ſic & nunc reſponſionem ſuam ad
preces mulieris tẽperat & retardat. Miſerere mei,
quia filia mea male à dæmonio uexatur. ¶ *Qui non
reſpondit ei uerbũ. Accedentes autem diſcipuli eius di-
cũt: Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Reſpondit Do-
minus: non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt do-
mus Iſrael.* Ne forte dicerent Iudæi, dimiſiſti nos,
& ad extraneos perrexiſti, & ideo non credimus ti-
Matt. 11 bi, ecce de gentibus ueniũt, & non ſuſcipio: uos fu
gientes conuoco, dicẽs: Venite ad me oẽs q labora
tis & onerati eſtis, & uenire non uultis? Hanc re-
Pſal. 17 pello, & recedere non uult. Vere impletur illud qđ
ſcriptum eſt: Populus quẽ nõ cognoui, ſeruiuit mi-
Iſai. 65 hi, in auditu auris obediuit mihi. Et alibi: Apparui
his q me non quærebant, inuentus ſum ab his qui
me non interrogabant: ex quibus & Cananæa
erat, Dimitte (inquiũt) eam, quia clamat poſt nos.
Videamus ergo quid dicit dominus. Non ſum, in-
quit, miſſus niſi ad oues quę perierunt domus Iſrael.
Cõſiderate clementiã dñi. Non dixit, recede à me:
ſed, non ſum ad uos miſſus. Non ueni propter te,
ſed propter Iudæos, oues perditas domus Iſrael.
Quæ cum audiſſet. ¶ *Acceſſit & adorauit eum, di-
cens: Domine, adiuua me. Qui reſpondens, ait: Non eſt
bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.*
Conſidera precantis inſtantiam, & domini tempe
rantiam. O clemẽtia medici. in deſperationem ade-
ducebat eam, ut amplius rogaret, & augmentum
fidei faceret. Non eſt bonum (inquit) ſumere pa-
nem filiorum. Quorum filiorum? Iudæorum ui-
delicet, & mittere canibus. Quibus? Sine dubio
uobis. Hæc ad opprobrium dicebãtur Iudæorum,
q filij uocati, canes effecti ſunt, dicẽte Paulo: Vide
te canes, uidete malos oparios, uidete & circũciſio-
nẽ, nos enim ſumus circũciſio. Gentes uero canes
Phili. 3 appellati, facti ſunt filij. Filioli mei, quos iterũ par
turio, donec formetur Chriſtus in uobis. Laus Iu-
Gal. 4 dæorum, accuſatio illis erat. ¶ *Non eſt bonum ſu-
mere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit:
Etiam Domine.* O uiolentia mulieris, o intentio ani-
mi, o profectus fidei. Medicus dicit, non. Hæc di-
cit, etiam. Dominus dicit, non: iſta dicit, etiam.
Non quaſi procax aut impudẽs reputanda eſt, ſed
laudanda magis* quę expectat ſalutem. Non eſt, quia
inquit bonum ſumere panem filiorum, & mittere
canibus. Etiã domine. Tu canem me uocas, ego te
dominum uoco. Tu me iniurias, ego te glorifico.
¶ *Etiam domine, nam & catelli edunt de micis quæ ca-
dunt de menſa dominorum ſuorum.* Non reſpuo op-
probrium, tantum accipiam uel eſcam canis. Dicit
rem quæ in conſuetudine eſt. Tu fac quod debe-
tur cani. Quia canem me uocas, da mihi micas. O
dñe, aduocatus meæ factus es poſtulationis, abne
gando promittis. Etiam dñe. Nam & catelli edũt
de micis, quę cadunt de menſa dominorum ſuorũ.
Quid ergo? Qui abnegabat, qui repellebat, q non
reſpondebat, qui dicebat, non eſt bonum ſumere
panẽ filiorũ, & mittere canibus: q dicebat, nõ ſum
miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael: in
laudes mulieris ſubito erumpit, dicens: O mulier.
Propterea, inquit, laudo conſtantiam eius, laudo
fidem, * quę iniuriata ꝑmanſit, & rõne extorſit. Si quis
enim ab initio dimiſiſſem illã, nec illa paulatim eru-
dita fuiſſet, nec tu ſciſſes uirtutem animæ eius, nec
latentem fidei theſaurum, & ideo ſuſpẽdi donatio
nem, ut tu agnoſceres fidem. O mulier. Deus dicit,
o mulier. Audiant hæc qui iactanter orant, & faſti
dioſe precantur, quãdo dico, chariſsime, roga de-
um, obſecra eũ, famulare illi, dicit: Rogaui ſemel,
ſecundo & tertio, & decies & milies. Et quidnam
accepi, inquis? Ne recedas quouſque accipias. Finis
poſtulantis, acceptio deprecantis eſt. Tunc ceſſa
quando acceperis. Imo magis nec tunc ceſſes, ſed
tunc ꝑſeuera, agẽs gratias pro eo quod accepiſti,
ut ꝑſeueret tibi quod acceperis. Nonnulli introe-
untes eccleſiam, in mille uerſus extendũt orationẽ
ſuam, quaſi apud deum multitudo ſermonũ opus
ſit, tanquam ignorãti qd poſtules, q antequam co-
giles nouit. Nam & illi quidem quid dicunt neſci-
unt, labia* mouent ſolummodo, mẽs autẽ ſine fru- mouẽtur
ctu eſt, & aures eius ſurdæ ſunt. Tu non audis ora-
tionem tuam, & dñm uis audire precem tuam? Fle
xi, inquit, genua. Curuaſti quidem genua intus,
ſed mẽs tua foris uagatur. Corpus tuum intus, ſed
ſenſus foras. Os quidem loquebatur, ſed mens uſu
ras cogitabat, poſſeſſionum redditus ſupputabat.
deſcriptiones domorum uidebat, amicorũ uel ba
uoluebat, negligentias intuebatur famulorũ, para-
ſitorum urbanitates ridebat, mulierum ſpeciẽ con
ſiderabat. Diabolus enim cũ ſit aſtutus, ſcit quoni
am in tempore orationis grandia poſtulemus, &
ſæpius impetremus, impedire feſtinat improuidas
mẽtes: Nam aliquoties cum reſupini iacemus in le
ctulo, nihil tale cogitamus. Sed cum uenimus ad
orationem, cogitationum nos opprimunt nubes.
ut nos auocent, & ſine fructu efficiant. Hęc igitur
ſciens in orationibus fieri, imitare Cananæam, uir
mulierem, quæ uigilanter & cum ſumma ſapiẽtia
rogabat dñm, & ideo meruit impetrare. Sed forſi
tã dices: Non habeo filiam quæ dæmone plena ſit.
ſed habes animam peccatis refertam. Et qd dixit
Cananæa? Miſerere mei dñe, quia filia mea male à
dæmonio uexatur. Dicito & tu: Miſerere mei dñe,
quia anima mea male à dæmonio uexatur. Gran-
dis enim dæmon, peccatum eſt. Et ille quidem in ꝓ-
patulo habẽs, uelocius curari poteſt: qui autẽ oc-
cultat peccata ſua hoibus, & pœnitere nõ uult, ſed

contẽnens ſecurus delinquit & odibilis eſt, ille qui
dem pro ipſa uexatione ueniam habebit, iſte uero
reſpõſione priuabitur. Miſerere mei. Modicus qui
dem ſermo, ſed immenſum benignitatis continet
pelagus. Vbi eñ miſericordia poſtulatur, ibi uni-
uerſa cõprehenſa ſunt bona. Quod ſi * foras eccle
foris ſiam es, dic tu, miſerere mei dñe, non ſolum labia
mouẽs, ſed mẽte ingemiſcens: q͠a & tacẽtes audit
deus. Non quæritur locus, ſed deuotio mẽtis. Hie
Hiere. 38 remias in lacu cœni merſus erat, & fideliter orãs,
deum promeruit. Daniel in lacum leonum miſſus
Dan. 6 ad ſe dei miſericordiã inclinauit. Tres pueri in ca-
Dan. 3 mino ardẽti erant, & deo placuerunt. Latro in cru
Luc. 23 ce erat, & exauditus eſt fideliter poſtulãdo. Et ni-
hil obfuit crux, ſed confeſſio fidei paradiſum ape-
ruit. Iob in ſterquilinio erat, & p̄ patientiã ſuam
Iob 1 deum propiciabatur. Quod ſi & in balneis es, ora.
1. Cor. 3 Vbicunq; fueris, ora. Templũ dei eſtis, & ſpũſſan-
ctus habitat in uobis. Voluntas ſolummodo deuo-
tæ mẽtis opus eſt. Quod ſi in iudicio aſſiſtis, ora. Et
cum iraſcitur rex, ora: ubiq; deus præſens eſt: non
clauditur loco, inuocanti dicit, Adſum. Nam cum
Exo. 14 eduxiſſet Moyſes populũ de Aegypto, & p̄ deſer-
tum ad mare rubrum ueniſſet, Aegyptij poſt ter-
gum erant inſequẽtes populum. Ante mare freme-
bãt fluctus. Moyſes in anguſtia erat. Tacebat qui-
dẽ, ſed mẽte grãdia cogitabat, in medio tribulatio
nis erat. Inde Aegyptij inſequẽtes, hinc mare imi-
nẽs. Ad dominũ igitur mẽte clamabat, & uox
penitus non audiebatur. Ideo dominus dicit ad
eum, quid clamas ad me? cum ore quidem non cla-
maret, ſed corde. Et tu igitur quãdo aſtiteris furẽ-
Deum ti iudici ac rabido tyranno ora * ad dominũ tuum,
& orãte, te fluctus mitigabũtur. Iudex ad te, tu ad
dominum confugito. Iudex prope te, tu deum in-
pro uoca qui * in te eſt. Nunquid longe à te eſt, ut ua-
das ad locum aliquẽ? Deus nõ includitur loco, ſed
ſemp̄ in proximo eſt. Et qui loco non clauditur, fi-
de tenetur. Nam ſi hominẽ rogare uolueris, inter-
rogas quid facit: & audies, dormit: aut, nõ uacat,
aut certe non dignabitur miniſter reſpõdere tibi.
Ad deum autem nihil horum opus eſt: ſed ubicun-
que fueris & inuocaueris, audit te. Non oſtiarius,
non mediator, non miniſter opus eſt: ſed dicito, mi
ſerere mei, & deus ilico aderit. Adhuc te loquẽte,
dicit, adſum. O ſermo manſuetudine & benignita-
te plenus. Non expectat conſummari orationem,
ſed ſtatim tribuit petitionem. Miſerere mei. Hãc
imitemur Cananæã: Miſerere mei Dñe filia mea
male à dæmonio uexatur. ¶ *O mulier, magna eſt fi
des tua, fiat tibi ſicut* ais. Vbi ſunt hæretici? Nunquid
dixit, rogabo patrem meum, obſecrabo genito-
rem meum? Num oratione eguit? Non utique,
quia * qui autor ſalutis eſt, & * uniuerſitatis creator, &
uniuerſa uerbum deus, ideo dixit, o mulier, magna eſt fides
lis tua: quãuis & pro diſpẽſatione carnis orauerit. Et
quia magna eſt fides, copioſe effuſa eſt gratia. Vbi
autẽ oratio neceſſaria eſt, ibi infirmum eſt uas. O
mulier, magna eſt fides tua. Non uidiſti mortuum
ſuſcitatum, nec leproſum mundatum, nec prophe-
tas audiſti, nec legẽ meditata es, neq; mare in diui-
ſionibus ſcindi uidiſti. Nihil horum contẽplata à
me es, inſup & deſpecta & cõtempta à me es, & nõ
receſſiſti, ſed pſeueraſti petẽdo: O mulier, grandis
eſt fides tua. Mortua eſt mulier, & p̄conia eius ui-
gẽt. Vbicunq; ieris, audies Chriſtũ dicentẽ. O muli
Scotia er, magna eſt fides tua. In * Scythia, in India, in
Getia Mauritania, quãtãcunq; ſol reſpicit terrã, clamat
Chriſtus & non tacet uerbum: o mulier, grãdis eſt
fides tua, fiat tibi ſicut uis. Non dixit, ſanetur filia
tua: ſed, fiat tibi ſicut uis: tu iugiter eã cura, eſto me-
dicus, tibi committo medicamẽtũ ut imponas ei,
fiat tibi ſicut uis. Voluntas tua curat eã. Cananæa
uoluntate curauit, & filius dei, ſicut dicunt hic, à ſe
metipſo nõ curat. Fiat tibi ſicut uis. Neq; iuſſit mu
lier, neq; imperauit dæmoni: ſed ſola mulieris uo-
luntas curauit filiã dæmonemq; fugauit. Vbi ſunt
qui audent dicere, Chriſtum per orationem uirtu-
tes feciſſe? uide quid dicat. Fiat tibi ſicut uis. Conſi
dera ſermonis germanitatem. Patrem ſuum imita
tur. Quãdo enim faciebat deus cœlum, dixit: Fiat
cœlum. Et factũ eſt cœlum. Fiat terra, & facta eſt
terra: Fiat ſol: fiãt aſtra cœli, & facta ſunt uniuerſa. Gene. 1
Iuſſio adduxit ſubſtantiã parentelæ, ſermo com-
munionem oſtendit naturæ. ¶ *Et ſanata eſt, inquit,
filia eius ex illa hora* ex qua hora? Non ex qua uenit
mater eius domo, ſed ex qua domini ſermo pro-
ceſſit. Et cum rediſſet domum, inuenit eam ſanæ
mentis, & uoluntate, imo fide eius curatã. Pro his
autem omnibus gratias agamus deo, per Chriſtũ
dominum noſtrum, cum quo eſt deo patri una cũ
ſpiritu ſancto honor & gloria & poteſtas, per im
mortalia ſecula ſeculorum, Amen.

FERIA SECVNDA

Iohannis VIII.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iu-
dæorum: Ego uado, & quæritis me, & in
peccato ueſtro moriemini. Et reliqua. Ho
milia lectionis eiuſdem.

REfert ſuperius ſanctus euangeliſta Io-
hannes, quia cum doceret dominus in
gazophylacio templi, & diuinitatis
ſuæ myſteria apertiſſime populis pãde
ret, uoluerunt eum Iudæi apprehende-
re, ſed nemo miſit in eum manus, q͠a nondum uene
rat hora eius. Nondũ enim uenerat uolũtas ipſius,
& diſpoſitionis hora, quia ſicut uoluntarie natus,
ſic & uolũtarie paſſus eſt. Quia ergo illi dominum
apprehendere uoluerunt, ut oſtenderet ineſſicaci-
ter illos conari, quãdiu ipſe nollet, ideo dominus
eis dixit quod modo audiuimus: ¶ *Ego uado, et
quæritis me*. Ac ſi alijs uerbis diceret: Fruſtra me
perſequimini, incaſſum mihi manus inijcere tenta
ris. Ego enim præfiniui tempus, quãdo pro ſalute
humani generis pati debeã, Ego, inquit, uado, ego
uolens ad paſſionem pergo. Vos autem nec modo
mali aliquid mihi poteſtis facere, quia ego nolo.
Et quæritis me, non amore, ſed odio. Deniq; cum
Chriſtus de mundo diſceſſit, poſtquã per paſſionẽ
oculis ſe hominum abſentauit, quæſierunt eum Iu-
dæi, perſequendo in apoſtolis, & cæteris credenti
bus. Vnde & Saulo perſecutori dictum eſt: Saule
Saule, quid me perſequeris? Quæſierũt etiã ſancti Act. 9
apoſtoli amatores ipſius, illũ p̄ſentem habere cupi
entes, & deſiderio uiſiõis eius æſtuãtes. Hoc ergo
modo inquiramus Chriſtũ, quo eum quærebãt ſan
cti apoſtoli, & eum ſemper diligamus, ædificetq;
ille cor noſtrum, qui ait: Quæſiui uultum tuum, uul
tum tuum domine requiram, ne auertas faciẽ tuã à
me. Illo itaq; modo inquiramus Chriſtum, non il-
lo quo eum quæſierunt Iudæi inimici Chriſti. Illi
enim quærebant ut haberent, iſti ut perderent. Vn
de & ne putaretur bene illos eum quæſituros, ad

iunxit. ¶ *Et in peccato ueſtro moriemini.* Ille in peccato ſuo moritur, qui permanet in peccato uſq; ad mortem. Et quia præuidebat illos in ſua malitia ꝑſeueraturos, ideo dixit: In peccato ueſtro moriemini. Et quia uidebat in illis omnibus unam uoluntatem ſimilemq; malitiã, ideo in ſingulari numero dixit in peccato ueſtro. Quia uero pari affectu omnes eum perdere uolebant, qui ad ſaluandos eos uenerat, idcirco in plurali numero dixit, moriemini. ¶ *Quo ego uado, uos non poteſtis uenire.* Non poterant uenire quo ibat, quia in eum credere nolebant, & quia eum non diligebant. Atq; ideo ad illam gloriã, ad quam ille ꝑ mortẽ feſtinabat, ipſi uenire nõ poterãt. Hoc ipſum alibi apoſtolis loquẽs
Ioh. 13. dixit: Quo ego uado, uos non poteſtis uenire modo. Neq; enim tunc quo ipſe ibat uenire poterant. quia necdum pro illo pati erant idonei, ſed poſtea erant uenturi. Non ergo abſtulit eis ſpem, ſed prædixit dilationem. Iudæi uero nunquã quo ibat uẽturi erant, quia in eum credere nolebant. Et idcirco audierunt: In peccato ueſtro moriemini. Sed audiamus quid reſponderunt, uerba domini carnaliter tantum audientes, & non intelligentes. ¶ *Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dicit, quo ego uado, uõ poteſtis uenire?* Quia cæca mens, & ſuis tenebris obſcurata. Nunquid ſi dominus interficiat ſe, ſequi eũ ad mortem non poterant? Aut nunquid mori ipſi non ualebant? Ergo quo ego uado dixit, nõ de eo quo ibat ad mortem, ſed de eo quo uenturus erat poſt mortẽ, hoc eſt de gloria ad quã per paſſionẽ & mortẽ properabat, & ad hanc illi peruenire nõ poterant. Sed iam uideamus quid his dominus reſponderit: ¶ *Vos de deorſum eſtis, ego de ſuperius ſum.* De deorſum, inquit, eſtis, terrena ſapitis, & terrenis delectamini, terrenis inhiatis, ſurſum corda non leuatis. Ego de ſuperius ſum, hoc eſt à patre, quo nihil eſt ſuperius, quia pater de nullo eſt. De ſuperius erat, id eſt de deo patre erat, quia uerbum eius erat, & ab illo æternus & conſubſtantialis genitus fuerat ante omnem creaturam, ante tẽpus uel quicquid in tẽpore excogitari poteſt. Vos de hoc mundo eſtis, ego non ſum de hoc mundo. de hoc mundo erant, qa peccatores, quia iniqui & infideles erant. Sed nunquid apoſtoli & cæteri ſancti de hoc mundo nõ erãt? De mundo erãt, quia de Adam nati fuerant, ſed de mundo, id eſt, de carnali conuerſatione à dño electi fuerãt, iuxta quod alibi dicit: Ego uos elegi de mundo. De mundo ergo erant, ſed iam non erant de mundo, quia electi erant de mundo, & ad eum pertinebant, per quẽ factus eſt mundus. Iudæi uero quia perſeuerabant in peccato, permanebant in mundo. Propterea eis dictum eſt, in peccato ueſtro moriemini. ¶ *Dixi ergo uobis quia moriemini in peccato ueſtro. Si enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro.* Reddit illis ſpem, & oſtendit quomodo poſſint non mori in peccato ſuo, uidelicet ſi in eum crederent. Ergo inter eos quibus tunc dominus loquebatur, erant plurimi, qui non erant credituri, atq; ideo illi in peccato ſuo morituri erant, alij q credituri erant, & hi à peccatis liberandi erant. Notandum uero quod dicit, ſi non credideritis quia ego ſum, nec addit qd eſſet. Non dixit, ſi non credideritis quia ego ſum Chriſtus, uel quia ego ſum filius dei, uel ego ſum quẽ prophetæ ꝓdixerũt, nihil horum dixit, ſed tantum ego ſum. Nimirum, ut oſten
Exo. 3 deret ſe illum eſſe, q olim Moyſi dixerat, Ego ſum qui ſum. Eodem uerbo eſſentiæ uſus eſt loquẽs populo Iudæorum, quo tunc uſus eſt ad Moyſen, loquens ꝑ angelũ, quẽ dirigebat ad liberandũ populum ſuum. Ac ſi diceret, Ego qui tunc ueni per angelum ut mitterẽ Moyſen ad liberandũ populum meũ, ego per memetipſum ueni liberare genus humanum. Niſi ergo credideritis, quia ego ſum deus, moriemini in peccato ueſtro. Sed illi in ſua ſtultitia ꝑſeuerantes, & uerborũ dñi ſubtilitatẽ non intelligentes, reſponderunt: ¶ *Tu quis es?* Sed dominus ad inſtruendos eos qui in eum credituri erãt, reſpondit: ¶ *Principium qui & loquor uobis.* Principiũ ſe dominus appellat, qa omnia ꝑ ipſum facta ſunt. Ipſe enim dei ſapientia eſt, de q̃ Pſalmiſta deo patri dicit, Omnia in ſapiẽtia feciſti. Si igit̃ omnia fe- Pſal. 103.
cit in ſapientia, id eſt, in filio ſuo, utiq; ipſe eſt principium omniũ rerũ quas per eum deus pater creauit. Dicitur & pater principiũ, quia in principio erat uerbum, id eſt in patre filius. Vnum tamen eſt principium pater & filius, quia unus deus pater & filius. Principium, ait, q & loquor uobis. Ac ſi diceret: Ego ſum deus, qui ꝓpter uos humilis factus ad hoc deſcendi, ut uobis loqui poſſem ꝑ ſuſceptã formam. Credite ergo me eſſe principiũ, qa ut hoc credatis loquor uobis. ¶ *Multa habeo de uobis loqui & iudicare.* In alio euangelij loco dixit: Ego non iu- Ioh 8
dico quenquam, quid eſt quod nunc dicit, Multa habeo de uobis loqui & iudicare? Sed illud de primo aduentu dixit, quo non uenit ut iudicaret mundum, ſed ut ſaluaret. Quod autem nunc dicit, multa habeo loqui de uobis & iudicare, ſecundum aduentum ſuum inſinuat, quando ad iudicandos uiuos & mortuos uenturus eſt. ¶ *Sed qui me miſit, uerax eſt.* Ac ſi diceret, Idcirco ueritatem dico, quia filius ſum ueracis, pater enĩ uerax eſt, filius ueritas. Et ſicut eſt filius à patre, ſic ueritas à uerace. Et attendendum, quod omnem gloriam dat deo patri unicus filius, ut nos tali inſtruat exemplo, quia ſi ipſe qui eſt coæternus filius, omnẽ gloriam dat ei à q̃ eſt, multo magis nos deum in ſuis operibus glorificare debemus, cuius ſerui ſumus. ¶ *Et ego quæ audiui apud eum, hæc loquor in mundo.* Quid audierat apud patrem, niſi ueritatem? Veritatem ergo audierat, ueritatem loquebatur. Audiuit autem apud patrem, quia eſt à patre. Nihil enĩ eſt illi aliud audiſſe niſi eſſe, qa ab illo habet audientiã, à quo habet eſſentiam. ¶ *Et non cognouerant quia patrem eius dicebat Deum.* Quare non cognouerunt? Quia adhuc carnalibus inhærebant, necdum oculos cordis apertos habebant, quibus patris & filij æqualitatem intelligere ualerent. ¶ *Dixit ergo eis, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum.* Exaltationem hoc loco paſſionem ſuam notat, qua exaltatus eſt in cruce. Hæc namque exaltatio humiliationis fuit, non glorificationis, ſecundum quam humiliauit ſemetipſum, factus obe- Phili. 2
diens patri uſque ad mortem. Ait ergo: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum. Præuidebat enim ibi quoſdam, quos ante mundi conſtitutionẽ prædeſtinauerat, poſt ſuã paſſionem credituros. De quibus in Actibus apoſtolorum legimus, quia prædicante Petro una die crediderunt tria millia, alia die quinque millia, & deinceps multa millia. Tunc, inquit, cognoſcetis, quia ego ſum. Ac ſi diceret, Idcirco differo fidẽ ueſtrã, ut impleam paſſionẽ meam. Cum uero me in cruce exaltaueritis, ſicut quondam Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, tunc cognoſcetis me deum unius cum patre ſubſtantiæ. ¶ *Et a meipſo facio*

nihil. quia nec ſum à meipſo. Ab ipſo eſt mihi operatio, à quo & generatio Et ſicut docuit me pater, hoc loquor in mūdo. Non ſic docuit pater filiū, ſi indoctum genuerit, ſed docuit, hoc eſt, ſcientē genuit. Simplex enim natura veritatis, & hoc eſt illi eſſe quod noſſe, & ab illo habet ſcientiam à quo habet eſſentiam ¶*Et qui me miſit, mecum eſt*. Deus pater filium miſit, quia eum incarnari conſtituit. Miſſio enim, eius incarnatio eſt. Deus ergo pater cum filio eſt, quia unum ſunt pater & filius, una eſt illis ſubſtantia, eademq; deitas, indiuiſa maieſtas. Et tamen cum ſimul ſint, ſolus filius miſſus eſt, hoc eſt, ſolus filius incarnatus eſt, & ſic ſolus filius paſſus eſt. Deus ergo pater ſemper cum filio fuit, & eum non reliquit, & tamē ut dictum eſt, ſolus filij perſona carnem aſſumpſit, paſſioniq; & morti ſubiacuit. Dei autem patris perſona, ab iſta incarnationis & paſſionis iniuria fuit aliena. Vt enim aliquo notetur exemplo, ſicut arbor aliqua radium ſolis in ſe ſuſcipiens, ferro inciditur, cum tamen eadem ſolis nec incidi poſſit, nec ab arbore ſeparari, ita deus pater, & ipſa in Chriſto diuinitas, pati non potuit, ſed ſola humanitas Chriſti paſſibilis fuit. ¶*Quia quæ placita ſunt ei ſemper facio*. Quæ deo patri placita erant, ſemper faciebat, quia uoluntatem eius ſalutem humani generis operando adimplebat, & peccati totius perpetuo expers immunisq; pſeuerabat, quia peccatū non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius Quapropter & nos ſi membra eius eſſe uolumus, capitis noſtri exempla imitari ſtudeamus. Agamus quæ ſunt placita deo, caſtificemus animum ab omni cōcupiſcentia, edomemus illicitos carnis appetitus, mala quæ nos ppetraſſe meminimus, lachrymis pœnitentiæ diluamus, & bonis inquantum poſſumus operibus inſiſtamus, quatenus deum & inter ſeculi preſſuras adiutorem & protectorem habere, & in futuro ad illud ſummum bonum uiſionis eius mereamur feliciter peruenire, Amen.

DE EADEM FERIA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

EGo, inquit, uado, i. go ad patrē redeo, uos aūt q̄ritis me, non ut in me credatis, ſed ut me occidatis, & idcirco in peccato ueſtro moriemini. ¶*Quo ergo uado, uos non poteſtis uenire*. quare? quia non creditis, quia me occidere quæritis, quia ad uitam pdeſtinati nō eſtis. ¶*Nemo enim uenit ad patrē, niſi per me. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dixit, quo ego uado, uos non poteſtis uenire*. Non ipſe interficiet ſemetipſum, ſed uos quia interficietis ipſum, interficietis etiā uoſmetipſos, & idcirco nō uenietis ad ipſum. ¶*Et dicebat eis, Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum*. Vos, inquit, de deorſum eſtis, de terra eſtis, terram diligitis, & terrena ſapitis. Ego uero de ſupernis ſum, de cœlo, de patre, qui cunctis ſuperioribus ſuperior eſt. ¶*Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo*. Quantum enim ad humanitatem, ſicut cæteri homines, ita & Chriſtus de mundo eſt, quantū uero ad diuinitatem, non ipſe eſt de mūdo, ſed mundus de ipſo, quia non ipſe à mundo cœpit, ſed mundus ab ipſo. Omnia enim p ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vnde & ſuperius dicitur: In mundo erat, & mundus p ipſum factus eſt, & mundus eum nō cognouit. ¶*Dixi ergo uobis, moriemini in peccatis ueſtris*.. Nunc aūt addit rationē, quare in peccatis ueſtris moriemini. ¶*Si enim non crediaeritis quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro*. Quid eſt ego ſum? Nunquid eñ. enim Iudæi eſſe nō credebāt, quē & uidebāt & audiebāt? Nunqd & ipſe ſolus eſt, & alia nō ſunt? q̄ dicit: ¶*Niſi quia credideritis quia ego ſum*. Ille enim ſolus eſt, q ſemper eſt, qui immutabilis eſt, qui idem ipſe eſt, qui nunquā eſſe cœpit, qui nunquā deſinit eſſe, qui omnibus dat eſſe, q de proprio eſſe non muratur in eſſe uel non eſſe, de quo p Moyſen dicitur filijs Iſrael, Qui eſt miſit me ad uos. Qui igitur ſic eum eſſe non crediderit, morietur in peccato ſuo. ¶*Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dicit eis Ieſus, Principium, qui & loquor uobis*. Ego, inquit, ſum principiū, qui propter nos & ſecundū humanitatem & factus & creatus, & appareo uobis, & loquor uobis. . Quidam autem codices habent, quia & loquor uobis, & tale eſt ac ſi diceret, Ego ſum principium, principiū me eſſe credite, quia ut uos me credatis eſſe principium, homo factus ſum, & loquor uobis, & loquendo uiam ueritatis & ſalutis oſtendo uobis. Siue etiam, principiū me eſſe credite, quia ego qui mentiri nō poſſum, hoc loquor atq; teſtificor. ¶*Multa habeo de uobis dicere & iudicare, ſed qui miſit me uerax eſt*. Nō enim, inqt, modo uos iudico, etſi iudicio digni ſitis. quare? quia nō uenit modo filius hominis, ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum: iudicabit tamen quandoque & uero iudicio iudicabit, quia ueracis patris, uerax filius. Et hoc eſt quod ait: ¶*Qui me miſit uerax eſt, & ego quæ audiui loquor ab eo*. Non ſic eſt accipiendum, quaſi alter alteri loquatur, ſed audiuit, hoc eſt cognouit. Ab eo enim habet filius cognitionem, à quo & eſſe habet. Sicut enim dicitur uerbum & ſapientia dei, ſic dicit & cognitio dei. ¶*Et non cognouerunt quia patrem ſuum eſſe dicebat deum. Dixit ergo eis Ieſus, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum, & a meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater, hæc loquor*. Non omnibus qui ibi aderant, ſed quibuſdam hæc Ieſus loquitur. uidebat enim aliquos ibi, qui poſt eius paſſionem credituri erant. Multi enim ex his qui eum crucifixerunt poſtea corde cumpuncti, ad fidem cōuerſi in eum crediderunt, & eum ueraciter cognoſcentes, ſicut dei filium coluerunt & adorauerunt. In eo uero quod ait: ¶*Sicut docuit me pater hæc loquor*. patris doctrinam ſe eſſe oſtendit Quid eſt enim doctrina patris, niſi ſapiētia patris? Dicit ergo, ſicut docuit me pater, hæc loquor, & à meipſo facio nihil, non ſecundū humanitatē loquor, hæc doctrina nō eſt hominis, hęc doctrina diuinitatis eſt. ¶*Sicut docuit me pater hæc loquor*, id eſt, ſecundum ſcientiam & doctrinam diuinitatis loquor. Ipſum enim genuiſſe docuiſſe fuit ¶*Et qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper*. Quamuis enim filius à patre miſſus eſt, quamuis incarnatus & homo factus eſt, (hoc eſt enim miſſio, quod incarnatio) ſemper tamen in filio pater, & ſemper in patre filius eſt. Hic eſt ille filius dilectus, in quo ipſe ſibi bene complacuit. ¶*Hæc illo loquente multi crediderunt in eum*.

FERIA TERTIA

Matthæi XXIII.

¶In illo tempore: Locutus eſt Ieſus ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicens: Super cathedrā Moyſi ſederūt ſcribæ & phariſæi. Et reliqua. Homilia Herici de eadē lect.

Repudiatis

REpudiatis dñs ut dignum erat tentato-
ribus, ad ſeruos ſermonẽ conuertit, ut
illorum confuſio, iuſtorum fieret diſci-
plina. Inſtructuuſum nanq; eſt uerbum,
in quo ſic alter cõfunditur, ut non alter
erudiatur. Super cathedram, inqt, Moyſi ſederunt
ſcribæ & phariſæi Non quidem materialis cathe-
dra, cui inſedeat Moyſes, uſq; ad illud tẽpus ſer-
uabatur apud Iudæos, ſed per cathedrã Moyſi in-
telligitur doctrina quam ſcribæ & phariſæi, licet
non facerent, ꝑdicabant. ¶ *Omnia ergo quæcunque di-
xerint uobis, ſeruate & facite, ſecundum uero opera eo-
rum facere nolite.* Tanquam diceret eis: Doctrinã
quam docuit Moyſes legiſlator, prædicant & an-
nuncient ſcribæ & phariſæi, ſed quia quod ore præ-
dicant, opere deſtruunt, quod uobis annunciãt ſer-
uate, quod uero faciunt, facere nolite. Et mira bo-
nitate dominus à phariſæis tentatus, eorum ma-
chinas diſſipat, nihilominus propter ſacerdotij di-
gnitatẽ, hortaſ homines ut eis ſubijciant̃, non ope-
ra illorum, ſed doctrinam imitentur. Frequenter
enim & de homine malo, bona doctrina procedit,
ac uilis terra precioſum aurũ producit. ¶ *Alligant
enim onera grauia & importabilia, & imponunt in hume-
ros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere.* One-
ra grauia & importabilia, legis dicit mandata, quę
Iudæis maxime propter peccata uituli adorati
conſtat fuiſſe impoſita. Quæ quidem mandata ſcri-
bæ & phariſæi permixtis ſuis traditionibus, tan-
quam grauiſſima onera ſimpliciori populo impo-
nebant, quæ ipſi nec uno digito mouere, hoc eſt,
nec in minimis quidem præceptis uolebant perfi-
cere Tales ſunt modo indiſcreti ſacerdotes in ec-
cleſia, q omnẽ iuſtitiã populo mandant, ſed nec ip-
ſi modicam ſeruant Si enim faſcem lignorũ ſuper
alicuius humeros qui ferre non ualet poſueris, ne-
ceſſe habet ut aut faſcem à ſe reijciat, aut ſub ponde-
re ruat Sic & homini cui graue pondus pœnitẽtię
imponitur, neceſſe eſt ut pœnitentiã reijciat, id eſt,
ſcandalizatus amplius peccet. Nam ſi erramus mo-
dicam pœnitentiã peccantibus imponẽtes, melius
eſt tamen de miſericordia iudicari, quam de crude-
litate condẽnari. Qui enim uult apparere ſanctus,
circa uitam ſuam debet eſſe auſterus, circa aliorũ
benignus. ¶ *Omnia enim opera ſua faciunt ut uideantur
ab hominibus.* Scribæ & phariſæi quæ operaban-
tur, ad hoc faciebant, ut ab hominibus uiderentur,
hoc eſt, ut laudem & fauorem populi exterius ca-
perent Similiter & omnis quicunq; opera ſua ideo
tantum facit, ut ab hominibus uideatur, ſimilis eſt
ſcribis & phariſæis. Ex propoſito namque uniuſ-
cuiuſq; hominis accipit diabolus occaſionẽ Tolla-
mus hoc uitium à nobis, ne uelimus à nobiſipſis ui-
deri, hoc eſt laudari, & ſine labore oĩa uitia calcabi-
mus. ¶ *Dilatant enim phylacteria ſua & magnificant
fimbrias.* Quia Græco ſermone phylattin, ſeruare
dicitur, thora uero lex appellatur, phylacteria
uocat illas membranas, quas quaſi ex præcepto le-
gis in frontibus portabant, laudem captantes po-
pularem ob cuſtodiam diuinorum mandatorum,
quæ inibi ſcribebantur, non intelligentes, quia
lex diuina in corde ſit meditanda, & non in cor-
pore oſtẽdẽda. Præcepto etiã legis iubebatur fieri
fimbria parua & breuis in quatuor ſummitatibus
pallij, ut ſicut circunciſione legis à gentibus, ſic
etiam ueſte diſtarent. Sed ſuperſtitioſi magiſtri,
laudis popularis auidiſsimi, componebant ſibi grã-
des fimbrias, acutiſſimas ſpinas in eis ligantes, ut
ambulantes uel ſedentes crebro pungerent̃, & qua-
ſi admoniti ad eloquia diuina meditanda recurre-
rent. Ex qua re creditur in eccleſia inoleuiſſe, q̃d
quidam aliquã partem euangelij ſcriptã, uel reli-
quias martyrum deferre conſueuerunt. Sed ſcien-
dum q̃d cui in auribus euangelica poſita non pro-
ſunt uerba, eum circa collum ſuſpenſa non ſaluant,
quia uirtus euangelij non eſt in figuris literarum,
ſed in intellectu ſenſuũ. Sequitur. ¶ *Amãt enim pri-
mos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynago-
gis, & ſalutationes in foro.* Non prohibet eos domi-
nus ſalutari in foro, neque primos diſcumbere in
prandijs, quibus iure hoc officium debetur, ſed ab
illis docet eſſe cauendum, qui cum habere hæc di-
gni non ſint, ultra modum tamen ſibi ea exhiberi
deſiderant. Hæc autem uerba ſaluatoris ſi corpo-
raliter intelligantur, non ſolum non ędificant, ſed
adſiue magis deſtruunt auditorem. Audiens enim
aliqs laudabile eſſe in ultimo loco diſcumbere, diſ-
cũbit poſt omnes, & non ſolum iactantiam cordis
non amittit, ſed adhuc aliam iactantiam de ſua hu-
militate requirit, ut qui prius deſiderabat ab alijs
uideri iuſtus, etiã humilis eſſe uideatur. Sed hęc do-
mini uerba potius ſpiritualiter ſunt intelligenda.
Nõ eñ curat deus ubi corpus hominis iaceat, ſed in
qua parte mẽs ſit locata. Sine cauſa quippe loco ſe
humiliauit q corde ſe præfert. Et ſalutationes in
foro non ſolũ exigebant ſcribæ & phariſæi à popu-
lo, ut eos ſalutarent uoce magna dicẽtes: Aue rab-
bi, ſed ut flexis capitibus ad genua incuruarentur.
¶ *Et uocari ab hominibus rabbi.* Deſiderabant tamq;
uocari rabbi, & uolebant eſſe magiſtri, nomen ap-
petebant, & officium negligebant ¶ *Vos autem no-
lite uocari rabbi, unus eſt enim magiſter ueſter. Et patrẽ
nolite uocare uobis ſuper terram, unus eſt enim pater ue-
ſter qui in cœlis eſt.* In his omnibus prohibetur, ne
quod deo debetur, hominibus deferatur. Sed cum
omnia præcepta diuinę ſcripturæ à deo procedãt,
mouet multos cur contra præceptũ alterius ſcri-
pturæ quæ dicit, honora patrẽ, prohibeat uocari
patres uel magiſtros Nam & Paulus magiſtrũ gẽ-
tium ſe eſſe teſtatur. Sed aliud eſt eſſe patrem uel
magiſtrum natura, aliud permittente indulgẽtia.
Nos enim ſi hominẽ patrẽ uel magiſtrũ uocamus,
honorem deferimus his à quibus incrementũ uel
originem ſumpſimus, non eos auctores noſtræ uitę
oſtendimus. Tamen ſecundum quod à deo conditi
ſumus, & gubernamur, nec pater, nec magiſter
uocandus eſt alius niſi deus. Pater uocandus eſt qa
ex ipſo ſunt omnia: Magiſter, quia per ipſum ſunt
omnia, uel quia ipſe eſt ſingularis magiſter, qui o-
mnes interius naturaliter edocet. Homo enim nõ
præſtat homini intellectum docendo, ſed illũ tan-
tum exercet admonendo. Doctrina nanque co-
tis officium tenet, quæ ferrum non facit. ¶ *Qui
maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter.* Ac ſi dicat, Qui-
cunque uult fratrem per uenire regnando, prius
illum neceſſe eſt ut præueniat obſequendo Quod
& in ipſo Chriſto ueraciter impletũ eſſe nouimus,
qui cum maior ſit omnibus fidelibus, tamen ſuis
non ſolum exteriora miniſtrauit, ſed etiam ani-
mam ſuam pro illis in mortem tradidit. Hoc eſt
quod dicit: Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter
ueſter. Prælatis ſpecialiter præcipitur, ut quibus
ſpirituali regimine principãtur, eorũ indigentiam
taliter releuare, atq; ſupplementũ familiaris pau-
pertatis, ſtudioſa ſubminiſtratione procurent.
¶ *Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur, & qui ſe
humiliauerit,*

humiliauerit exaltabitur. Videmus multos honoribus & diuitijs huius ſeculi florere, & in his uſq; ad finē pſeuerare cernimus: ecōtrario nōnullos paupertate laborare, & in eadē egeſtate pmanere. Cū ergo iſti in inchoata felicitate, & illi in priſtina paupertate uſq; ad terminū uitæ pmaneant, quomodo uerū eſſe cōſtat q̄d dn̄s dicit, omnē hominē exaltatum humiliari, humiliatū exaltari? Sed q̄niam ueritas falli non poteſt, in futuro complenda non dubitamus. Omnis em̄ q in pſenti uita ſe exaltat, ut diuinis pceptis ſe ſubdere contēnat, hic in die iudicij
Matt. 25. cum ſupbis humiliatus, audiet à dn̄o: Ite maledicti in ignem æternū. Qui uero diuino amore hic ſe humiliare ſtuduerit, imitans illum qui dicit: Di-
Matt. 11. ſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, ipſe in futuro iudicio à domino exaltabitur, cum audire
Matt. 25 meruerit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum uobis à ſeculo paratum, Amen.

DE EADEM FERIA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

QVid eſt enim ſedere ſuper cathedrā Moyſi, niſi Moyſi doctrinam & legem prædicare, & populum regere & admonere? Hoc erat autem officiū ſcribarum & phariſæorū: unde & ſuper cathedrā Moyſi ſedere dicūtur. Sed q̄d eſt quod dominus alibi præcipit, dicens: Cauete à fermento Phariſæorū, quod eſt hypocriſis? Hic autē dicit: ¶ *Omnia quæcunque dixerint uobis, ſeruate & facite*.. Phariſæorum enim doctrina fermentum dicitur, ſed non illa quam docent, quando ſedent ſuper cathedrā Moyſi. Sedent enim ſuper cathedrā Moyſi, quando nihil aliud prædicant, niſi ea quæ præcepit Moyſes. Hæc autem & ſeruanda & facienda ſunt. Quando uero per fraudem & hypocriſim, nō legis uerba, ſed ſuas traditiones docēt, tūc eis obedire & credere non oportet, quoniam in Moyſi cathedra non ſedent. Qualiſcunq; igitur ſit prædicator, ſi tamen non ſua, ſed dei uerba annunciat, populus ei & obedire & credere debet. Sequatur eum in his quę dicit, nō quæ agit. Quod em̄ dicit, dei eſt: quod aūt agit, ſuū eſt. ¶ *Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominū, digito aūt ſuo nolunt ea mouere*.. His aūt uerbis clementiſſimus dominus nos admonere uidet̄, ut in peccatoribus ad pœnitentiā conuerſis, pietatem & miſericordiam habeamus, eorumq; onera potius cum eis portemus, quā ſupra uires eos oneremus. Vnde & ſacerdotes in lege iniquitatē ſanctuarij portare iubentur. Vnde & per Moyſen dominus ait: Qui percuſſerit ſeruum ſuum uel ancillam uirga, & mortui fuerint in manibus ſuis, criminis reus erit. Si enim multoties, ut paſtor Eccleſiæ peccantem ſeruum uel ancillam, id eſt maſculum uel fœminam ſibi ſubiectos, eorum facinora exaggerādo, & tormēta futura minādo, duramq; canonum pœnitentiā nunciādo, nimis aſpere uirga correctionis percutiat. Qui ſi in eius manibus mortui fuerint, id eſt, ſi eos propter immanitatem ſceleris & importabile onus pœnitētiæ, ueniā deſperare ſenſerit, eosq; uerbis mitioribus & antidoto pietatis nō cōfortauerit, quaſi q male medendo ægrū occiderit, reus erit. Habeat igit̄ pœnitentia modū, & unicuiq; rationabiliter onera imponant̄. Magis enim ad cordis contritionē, quā ad ieiuniū & carnis macerationē reſpicit deus. Magna em̄ miſericordia et fieri poteſt, qui iam ex corde pœnitet & peccare ceſſat. Qui uero aliter agit, etſi multum ieiunet tamē nihil agit. ¶ *Omnia uero opera ſua faciunt ut uideantur ab hominibus*.. Ideo em̄ ſcribę & phariſæi nullam de operibus ſuis mercedē ſuſcipiunt, q̄a omnia opera ſua faciūt nō ꝓ iuſtitia, uel animarū ſalute, ſed pro uana gloria, ut uideant̄ & laudent̄ ab hominibus. ¶ *Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias*. Phylacteria, id eſt, cartulas quaſdam in manibus, uel circa collum appenſas ferebant, in quibus uerba legis ſcripta erant, ut ſemper ad ea reſpicientes, à iuſtitia non declinarent. Hanc autem conſuetudinē ex eo loco ſumpſiſſe uidentur, ubi dicitur: Erit igitur hoc quaſi ſignū in manu tua, & quaſi appenſum quid, ob recordationem ante oculos tuos. Quod quidē ſi bono & ſimplici animo feciſſent, nō ualde reprehenſibile eſſe uidebatur. De fimbriarū quoq; uſu Moyſi à dn̄o dicitur, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos ut faciāt ſibi fimbrias p angulos palliorū, ponētes in eis uittas hyacinctinas, cū uiderint, recordabunt̄ omniū mandatorū domini, nō ſequant̄ cogitationes ſuas, & oculos per res uarias fornicantes, ſed magis memores pceptorū dn̄i, faciāt ea. Hoc aūt quid ſignificet, non multa indiget expoſitione, ſiquidē ipſe q ſcripſit, expoſuit. Ad hoc enim uittas hyacinthinas in fimbrijs ponere iuſſit, ut ſignū quoddā eis eſſet, quo cœleſtium mandatorū memores, uana & inutilia nō cogitarent. Sunt igitur fimbriæ, legis mādata. Vittæ uero hyacinthinę, ſanctę cogitationes, quæ ſe ſimul iunctę fuerint, ab omni uanitate oculos auertent, & totam mentem ad cœleſtia dirigunt. Videntes enim hyacinthum, cœlū recordamur, quoniam unius coloris ſunt cœlum & hyacinthum. Hoc autem in phariſæis dominus nō reprehendiſſet, niſi quia omnia opera ſua faciebant ut uiderentur ab hominibus. De quibus adhuc ſubdit: ¶ *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi*. His autem uerbis ſcribæ & phariſæi de uana gloria, ſuperbia, & ambitione notātur. His autē & nos admonemur, ne eos in talibus imitemur. Primæ namq; cathedræ ad ambitionē, cætera uero ad ſupbiam & uanā gloriā ſpectant. ¶ *Vos autē nolite uocari Rabbi, unus eſt enim magiſter noſter*. Quia enim omnis uana gloria peccatū eſt, peccat utiq; qui pro uana gloria ſic uocari deſiderat. Diſcipulus quoq; non effugiet culpā, qui magiſtri nomen ſibi uſurpat. ¶ *Omnes autē uos fratres eſtis, & patrē nolite uocare uobis ſuper terrā, unus eſt enim pater ueſter qui in cœlis eſt*. Ne uocemini magiſtri, q̄a magiſter ueſter unus eſt Chriſtus. Vnus eſt pater, unus eſt magiſter. Vnde & Iacobus ait, Nolite plures magiſtri fieri fratres mei. Vbi enim plures magiſtri, & ibi plures ſentētiæ, ubi plures ſententiæ, ibi ſciſma. Vnde Apoſtolus admonet, ut idipſum dicamus omnes. Bonū habemus magiſtrū, ipſum ſequamur, ipſa ſententia una ſit. Patrem uero in terra quærere nō debemus, q̄a omnes fratres ſumus, & unum in cœlis patrē habemus. illi credere, illi obedire oportet, cuius amore patres & matres, fratres & ſorores, magiſtros & doctores, & quęcunq; in mundo ſunt, & in terra uerſant̄, abijcere & abnegare debemus. ¶ *Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter*. Hoc enim de ſeipſo dominus ait, qui uſq; ad lauandos pedes diſcipulorū ſe humiliare dignatus eſt, præbens nobis humilitatis exemplū. Vnde & ſubditur. ¶ *Qui aūt ſe exaltauerit, humiliabitur, & quē ſe humiliauerit, exaltabitur*. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus aūt dat gratiam. Deponit enim potentes de ſede, & exaltat humiles.

FERIA

FERIA QVARTA

Matthæi XX.

In illo tempore, Aſcendens Ieſus Hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecreto, & ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam. Et reliqua. Homilia lect. eiuſdē.

DOminus ac redemptor noſter, præuidens diſcipulorum animos de ſua paſſione turbandos, longe ante eis & pœnam eiuſdem paſsionis, & gloriam ſuæ reſurrectionis prędicere uoluit, ut cum eum morientem cernerent, reſurrecturum quoq; ſicut eis prędixerat, minime dubitarent. Et crebro quippe hoc ipſum eis pnunciauerat, ſed q̃a tēporis acceſſu quod audierant, labiā memoria poterat, idcirco iturus ad paſsionem, & ſecum eos ducturus, iterato eis futura prædixit, q̃tenus eos cōtra uenientē tentationem pparaeret, ne uenictæ crucis pſecutione & paſsionis ignominia, terrerenť. Mala enim minus officiūt q̃ præſciuntur. Nam ſubitis caſus, etia fortiſſimos quoſq; obruere ſolēt. ¶ *Aſſumpſit*, inquam, *duodecim diſcipulos ſuos*. Initio ſuæ prædicationis plures dominus uoluit habere diſcipulos, e quibus duodecim elegit, quos & apoſtolos nominauit, quibus euangelij ſacramenta committeret, & p quos totū mundū ad ſuam fidē conuocaret. Quibus & alibi dicit: Vos eſtis q permanſiſtis mecum in tētationibus meis. His ergo aſſumptis, ait illis: ¶ *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabunt eum morte*. Attendendum quod dominus filium hominis tradendum & morte condemnandum dicit, qui cum ſit idem filius dei, & filius hominis Dominus Ieſus Chriſtus, ſolus tamen filius hominis, id eſt, humanitas, aſſumi, trādi, comprehendi, ac paſsioni mortique ſubiacere potuit. Simul & illud conſiderandū, quia pene in omnibus ſancti euangelij locis potius ſe dominus filium hominis quàm filium dei appellat, ut uidelicet nobis ad memoriam reducat, quid pro nobis factus ſit. Nam qui erat deus excelſus ſuper omnia, factus eſt homo humilis inter omnia. Sed quanto magis ille humanitatis ſuæ infima commēdat, tanto magis nos ſublimia diuinitatis eius uenerari ac glorificare oportet. Tradetur, ait, p̄rincipibus ſacerdotū. Primum enim ad Annam ſacerdotem, deinde ad Caiphæ domum adductus eſt, q erat pontifex anni illius. Et condemnabunt eum morte. Etenim morte eum condemnauerunt, quādo clamauerunt dicētes: Reus eſt mortis Et, Tolle, tolle, crucifige eum. ¶ *Et tradent eum gentibus ad illudendum*. Traditus eſt gentibus, quia ſicut textus paſſionis eius aperte loquiť, uinctum adduxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato præſidi, qui utiq; non Iudæus erat. Ipſe uero flagellatum eum tradidit militibus Romanis ad crucifigēdum. Sciendum autem Dominum à multis fuiſſe traditum. Tradidit nanq; eum Deus pater, iuxta quod Apoſtolus ait: Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Tradidit ſe ipſe filius, eodē Apoſtolo dicente: Qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. Tradiditq; eū Iudas Iudæis, Iudæi nihilominus tradiderunt eū Pilato, Pilatus, ut dictū eſt tradidit eū militibus. Si ergo deus pater tradidit eū, & ſi ſe ipſe tradidit, q̃d Iudas & Iudęi peccauerūt? Quid tantū ſceleris admiſerunt, ut ſic horrori & execrationi ſint omnibus in Chriſtū credentibus? Sed in re una diſpar fuit affectus. Quod enim deus pater cū ęterno ſibi filio fecit, amore & dilectione humani generis hoc fecit, Iudas uero & Iudæi odio & inuidia hoc fecerunt. Ideoq; deus pater digniſsime cum Chriſto filio ſuo benediciť, & cōtinuis laudibus p̄dicatur, illi uero æterna maledictione & ſupplicio condemnantur. ¶ Tradetur, inquit, *gentibus, ad illudendum & flagellandum*. Illuſus eſt dominus, quando (ſicut euangelium refert) ſuſcipientes eum milites uelauerunt faciem eius, & induerunt eum purpura, & plectentes coronā de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dexterā eius, & uenientes dixerunt: Aue rex Iudęorum. Et dabāt ei alapas. Flagellatus eſt, ad columnam religatus, in q̃ uſq; hodie fuſi cruoris indicia ferunť apparere. Quia uero prius flagellatus, deinde crucifixus eſt, ex Romano more factum eſt, qui reos & morti adiudicatos, primum flagellis uerberabāt, deinde ſecuri cædebant. ¶ *Et die tertia reſurget*. Solet ſcriptura diuina triſtibus læta ſubiungere. Vnde & dominus prædictā ſuę paſsionis ignominiam, futurę reſurrectionis gloria euacuauit, ſubdens: Tertia die reſurget. Et iure die tertia, quia autor uitæ, diu à morte teneri nō potuit. De quo pſalmiſta dicit, De torrente in uia bibit, quia uidelicet mortē noſtram in tranſitu guſtauit, & caro illius corruptionem non uidit. ¶ *Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, quid uis? At illa, Dic ut ſedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram tuam, in regno tuo*. Mater filiorum Zebedæi, ipſa eſt Maria mater Iacobi & Iohannis, cuius & in reſurrectione domini mentio agitur. Sed cum dominus ſuā ſuperius legať prædixiſſe paſsionem, quod uidelicet tradendus, illudendus, & flagellandus eſſet, quærendum unde mater filiorum Zebedæi ad hanc regni opinionem inducta ſit, ut filijs quæreret à domino regnandi gloriam? Ea enī quæ dominus in ſe implenda prædixerat, cōtraria uidebantur gloriæ regni. Sed quia dominus ſubiūxerat ſe die tertio reſurrecturum, putauit hęc mulier poſt reſurrectionem ilico eum in mūdo regnaturum, arbitrans in primo aduentu domini implendum, quod in ſecundo promittitur. Ideoq; immemor futurorū, auiditate fœminea pſentem gloriam cōcupiſcit. Sed & uſq; hodie Iudæorum opinio eſt Chriſtum ſuum cum uenerit, per annos plures feliciter in mundo regnaturum, omnibusq; gētibus imperaturum, ipſosq; Iudæos omni pace & proſperitate gauiſuros, atq; ab omnibus fore populis uenerandos. Hac opinione corrupta fuit hæc mulier, ideoq; errore muliebri & affectu materno, filijs uolebat regnū impetrare. Quod uero dn̄s interrogat q̃d illa uellet, non de ignorātia fecit, ſed ex diſpenſatione, ut uidelicet illius petitio nota fieret omnibus, ſicq; illi dn̄s apte reſpōderet. ¶ *Reſpondens Ieſus dixit, Neſcitis quid petatis*. Matre poſtulante, nō matri dn̄s, ſed filijs reſpōdit, q̃a non erat matris p̄ces ex filiorū uenire uoluntate. Neſciebant enī q̃d peterent, q conregnare & cōſedere Chriſto uolebant, q necdū merebanť. Necdum enim pro Chriſto pati poterāt, ut dicit Apoſtolus, Si cōpatimur, & conregnabimus. Delectat ergo eos culmē honoris, ſed prius debet eos uia exercere laboris. Iā deſiderāt ſublimiť regnare cū Chriſto, ſed prius debent pati pro Chriſto. Bonum certe erat

re erat eorum deſiderium, ſed inconſiderata petitio: atq; ideo dominus non uoluntatem aut propoſitum eorum culpauit quod de eius amore naſcebatur, ſed ſolam ignorantiam reprehendit, dicens: ¶ *Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Nomine calicis uel baptiſmi, in ſacro euangelio labor martyrij ſolet deſignari. Vnde alibi dicit dominus:

Lucæ 12

Baptiſmate habeo baptizari, ad quod coartoe uſq; dum perficiatur. In paſ-

Lucæ 22.

ſione quoq; patrem orat: Si uis, transfer calicem iſtum à me. Interrogat ergo illos, ſi poſſint bibere calicem quem ipſe erat bibiturus, per hoc ſe & illos per paſſionem inſinuans conſummandos. Quod illi intelligentes, reſponderunt: ¶ *Poſſumus. Et dominus: Calicem quidem bibetis.* Quæri ſolet, quomodo ambo hi fratres, Iohannes uidelicet & Iacobus, calicē domini biberint, cū ſolū Iacobū legamus pro Chriſto ab Herode capite cæſum, Iohannem uero in pace quieuiſſe, & propicia morte uitam finiſſe. Sed legimus in hiſtorijs, ipſum quoque cauſa nominis Chriſti multa ſuſtinuiſſe. Nam & cū cæteris apoſtolis cæſus in Actibus apoſtolorū inuenit̃, & deinceps à Domitiano Cæſare in feruentis olei dolium miſſus. Idemq; ab eodem principe propter inuictam euangelizandi cōſtantiam, in Patmos inſulam exilio narratur fuiſſe relegatus. Videmus ergo non defuiſſe Iohanni martyrium, & ipſum quoq; bibiſſe calicē paſſionis, quāuis perſecutor ſanguinem eius non fuderit. ¶ *Sedere autem ad dexterā meam & ſiniſtram, non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo.* Quod dicit, non eſt meum dare uobis, ita ſentiri poteſt. non eſt meum, ſed ueſtrum. Non eſt meum dare, quia regnum cœlorum in accipientis eſt poteſtate. Quicunq; enim talem ſe exhibuerit, ut dignus ſit regno cœlorum, hic talis illud accipiet, quia regnum cœlorum, non perſona ſed uita cōſequitur. Si itaq; & uos tales fueritis, ut ſitis digni accipere illud regnum, quod deus pater ſolis uictoribus, et uſq; in finem in bono perſeuerantibus pręparauit, uos quoq; illud abſq; dubio accipietis. Siue etiam alio ſenſu: Non eſt meum dare uobis, hoc eſt, non eſt meum dare illud regnum ſuperbis & elatis, ꝗd adhuc erant. Si ergo illud uultis accipere, nolite eſſe quod eſtis, id eſt nolite eſſe elati, quia tales indigni ſunt accipere regnū cœlorū. Ergo prius humiliamini, & tunc uobis quoq; præparabitur regnum cœlorum. ¶ *Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus.* Non contra matrem indignantur, ſed ad filios referunt præſumptionem huiuſmodi poſtulationis, quod quaſi ignorantes menſuram ſui, immodica cupiditate ad petendum regnū exarſerint. Iuxta quod dominus quoq; ſupra nō petenti matri, ſed tacentibus filijs reſpōdit: neſcitis qd petatis. Ex qua dñi reſponſione, ſimul & decem apoſtolorum indignatione, datur intelligi, quod filij matrem inſtigauerint ad grandia petenda. Ieſus autem uocauit eos ad ſe, & ait: ¶ *Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter uos, ſed quicunque uoluerit inter uos maior fieri, ſit miniſter ueſter. Et qui uoluerit inter uos primus fieri, erit ueſter ſeruus.* Humilis & benignus magiſter, forma quoq; omnium magiſtrorū, nec illos duos de immodica & irrationabili petitione, nec hos decem de indignatione & liuore quem contra illos habebant, redarguit, ſed tale ponit exemplum, quo manifeſte doceat illum uere eſſe maiorē, qui minorē ſe exhibuerit, illumq; exiſtere primū q fuerit ſeruus omniū. Qui ergo uoluerit * patrem præuenire regnando, ꝓueniat & illum ſe humiliando. Parem

Vincat eum obſequio, quē uult uincere dignitate. Fruſtra igit̃ illi grandia quærebant, fruſtra & iſti de illorum inſolenti deſiderio indignantur, cum à domino doceant̃, ad ſummę dignitatis culmē, nō potentia, ſed humilitate conſcendere. ¶ *Sicut filius hominis, non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis.* Proponit illis ex ſeipſo diſcendæ formā humilitatis, ut ſi docētis uerba paruipenderēt, imitarent̃ exempla. Non uenit, inquit, filius hominis miniſtrari, id eſt, ut miniſtraretur ei, ſed miniſtrare. Si ego, inquit, qui cum ſim dei filius & deus, ꝓpter uos homo factus, non ad hoc in mundū ueni, ut hominum obſequia uel miniſteria mihi inquirerem, ſed ut ipſe potius uobis obſequerer, uobis miniſtrarē, quare uos homines ab hominibus, mortales à mortalibus, ſeruitia ſuperbia requiritis, non ut naturæ (cui ſatis parua ſufficiunt) neceſſitatibus ſubueniatis, ſed ut maiores & celſiores cæteris appareatis? Attendant hoc eccleſiarum præpoſiti, & caueant, audiant à domino, quia gentilis, non eccleſiaſticæ conſuetudinis eſt, ſubiectis dominari, & ſuper eos quibus pręlati ſunt, poteſtatis dominiū exercere. Diſcāt igitur boni magiſtri exemplo, non ſe faſtu ſuperbiæ ſuper minores extollere, ſed potius illis ſe obtemperare, atq; æquales in omnibus exhibere ſtudeant quatenus ab illo qui non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, cœleſtem mereantur conſequi magiſtratum. Miniſtrauit autem dominus, quando in cœna linteo ſe præcinxit, & omniū diſcipulorum pedes lauit. Miniſtrauit etiam dominus, cum in crucis altari ſeipſum pro noſtra redemptione deo patri hoſtiam obtulit. Vnde ſequitur: Et dare animam ſuam redemptionem pro multis. Cōmendandum memoriæ, quod nō pro omnibus, ſed pro multis ſe dicit animam ponere, pro his uidelicet qui credere uoluerint, pro his qui ſunt de numero ſaluandorum, & ad uitam æternam prædeſtinatorum. Tu autem.

FERIA QVINTA.

Lucæ XVI.

In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo. Et reliqua.

Homiliam require in prima dominica poſt octauas Pentecoſtes.

DE EADEM QVINTA FERIA

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

HAec enim uerba & diuitibus & pauperibus ualde neceſſaria ſunt, quia & illis dant timorem, & his conſolationem. Audiant hic diuites pœnas ſuas, audiunt & pauperes gaudia ſua, ¶ *Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat.* Sanctorum etenim nomina ſcripta ſunt in cœlis: malorum uero nomina non ſunt ſcripta in libro uitę. Vnde & hoc loco diuitis nomen non dicitur, mendici uero dicitur. Hic Lazarus uocatur, ille quomodo uocetur neſcimus. Talibus enim dicturus eſt dominus: Amen dico uobis, neſcio uos. Quid igitur mirum, ſi illum neſcimus, quem ille neſcit qui omnia ſcit? Se uiciſſim uterque uidet,

ut illius

ut illius impietas maniſeſtetur, & huius patientia creſcat. Videt iſte diuitem delicijs affluentem, uidet ille pauperem inopia tabeſcentem, ille epulatur, iſte cruciatur. Neque ille tantum peccaret, ſi hunc non uidiſſet: neque ille tantum cruciaretur, ſi illius delicias non aſpexiſſet. Vterque igitur erat alteri materia mali: ille temporalis, iſte æterni. Habebat tamen pauper hanc unam conſolationem, quod canes ueniebant & lingebant ulcera eius. Canum enim lingua medicamẽtum quoddã eſt, & lingẽdo uulnera curat. *Factum eſt aũt ut moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in ſinũ Abrahæ, mortuus eſt aũt & diues, & ſepultus eſt in inferno.* Nã & Abrahã, ſicut & cæteri patriarchę & prophetæ, in inferno erat, inferni tamen pœnas non patiebatur. Sinus igitur Abrahæ ille locus intelligitur, in quo ſimul collecti ſancti quieſcebãt. Infernus autem pœnarum locus eſt, in quo iniquorum animę cruciantur. Eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormẽtis, uidit Abrahã à longe, & Lazarum in ſinu eius. Hoc eſt enim quod dñs ait, Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur uobis. Maiora tamẽ ſunt tormẽta diuitis, quã fuerant ulcera Lazari. Contra diues iã uidere incipit Lazarũ ſuperiorẽ, & iam ſuperiorẽ, ut niſi oculis eleuatis eũ uidere nõ poſſit. Videt Abrahum uidet & Lazarũ in ſinu Abrahę. & quis longe poſitus, uidet iã omnes delitias illi antepoſitas. Videt & cõcupiſcit: cruciatur, & nõ eſt q eius miſereatur. Et tanto quidẽ amplius cruciatur, quãto maiores delitias contẽplatur. Viſus enim multoties appetitũ parit: & ea quæ non uidemus, minus appetere ſolemus. Vnde & ait, *Pater Abrahã miſerere mei, & mitte Lazarũ ut intingat extremũ digiti ſui in aqua, & refrigeret linguã meã. quia crucior in hac flãma.* Micas panis de mẽſa diuitis Lazarus cõcupiuit. guttã aquę de digito Lazari diues quæſiuit. Sed quare de digito Lazari? Fortaſſe quia timebat, ne eũ accuſaret, & ut eum quẽ offenderat, uel talibus uerbis ad miſericordiã inclinaret: Aut quia non alium uidere ei concedebatur, niſi eundẽ ipſum pro quo cruciabatur. Non enim licet malis uidere q̃d uolunt, quamuis liceat bonis uidere, & audire & habere quæcunque uolunt. Fruſtra autẽ miſericordiam petit, qui miſericordiã non fecit. Vnde & ſubditur: *Et dixit illi Abrahã: Fili recordare quia recepiſti bona, in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala: Nũc aũt hic cõſolatur, tu uero cruciaris.* Hinc eſt enim quod dñs ait: Vę uobis diuites, qui habetis cõſolationem ueſtram. & Beati pauperes ſpũ, quoniã ipſorum eſt regnum cœlorũ. Diuitiæ igitur ad miſeriã, paupertas ad beatitudinẽ perducit: pauperibus cœlũ, diuitibus infernus aperitur, diuitibus utiq; q his diuitijs male utunt. *Et in his oĩbus, inter nos chaos & uos magnũ firmatũ eſt, ut hi qui uolũt trãſire ad uos, nõ poſſunt, neq; inde huc trãſmeare.* Magnũ enim chaos, dei diſpoſitio eſt, quæ tam firma & ſtabilis eſt, ut contra dei uoluntatem penitus immutari non poſsit. Igitur neque boni miſerando poſſunt tranſire ad malos, neque mali bonos trãſmeare ualent. Volũt tamen boni cõpatiendo tranſire ad eos, ſi Deus uelit, ſed quia hoc deus nõ uult, ipſa talis cõpaſsio deficit in eis, q̃niam oĩs eorum uoluntas in dei uolũtate cõſiſtit. Et ait: *Rogo ergo te pater ut mittas illum in domũ fratris mei, Habeo enim quinq; fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi ueniant in hũc locum tormentorum.* Hęc aũt colloquutio Abrahę & diuitis, nõ ſono uocis, ſed ſola mentis cogitatione facta eſt. Et bonis quidem omnia cognoſcunt: malis uero ea tantummodo ſcire datur, in quibus eorũ pœna magis creſcat & augeatur. Vnde & diues iſte pro fratribus ſolicitus magis torquetur, timẽs ne ipſi quoq; ſimilia patiãtur. Si enim illorũ penitus oblitus fuiſſet, minus aliq̃d tormẽti habuiſſet. *Et ait illi Abrahã: Habẽt Moyſen & prophetas, audiãt illos.* Sufficit enim hos audire, ſi his credere uoluerint. Omnibus enim ad ſalutem ſufficiũt ſoli Moyſi & prophetarum libri, ſi tñ bene intelligantur. *Et ille dixit: Nõ pater Abrahã, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad illos, pœnitẽtiã agent. Ait aũt illi. Si Moyſen & prophetas nõ audiũt, neq; ſi quis ex mortuis ſurrexerit credẽt ei.* Ideo enim Chriſto dño reſurgenti, uſq; hodie Iudęi credere nolũt, quia Moyſen & prophetas non audiunt. Vnde ipſe dominus: Si crederetis (inquit) Moyſi, crederetis utiq; & mihi, de me enim ipſe ſcripſit. Hęc autem ſi allegorice intelligãtur, diues iſte Iudaicũ populum ſignificat. Solus enim Iudæorũ populus legis & prophetarũ diuitijs & delicijs locupletatus, oẽs alios deſpiciebat, multisq; in cibus ſpiritualibus, quibus abundabat, communicare uolebat. Hoc enim uitio uſq; nũc populus ille laborat. & ſic oĩa cęlat, ac ſi reuelãdo perdere debuiſſet. Qui purpura quidem in regibus, in ſacerdotibus autem byſſo induebatur. Cuius quinque fratres, quinq; populi partes intelligũtur, reges ſcilicet, ſacerdotes, ſcribę & pharisęi, & cęteræ populi multitudo. Mendicus uero, id eſt, Lazarus, qui adiutus interpretatur, quem dominus adiuuit & à mortis periculo liberauit, gẽtilis populus eſt, qui prius quidem cœleſtium bonorum egenus & pauper ueritatem cognoſcere & deũ intelligere cupiebat, ſed nemo illi dabat, nemo illi ueritatis arcana reuelabat: ſed tandem canes, id eſt, Chriſti apoſtoli uenientes eius ulcera linxerũt, & lingẽdo curauerũt, Sicut enĩ canes, ita & apoſtoli & doctores medicamentũ lingua ferunt, quia prędicando ſanant. Videamus quod ſequitur. *Factũ eſt aũt ut moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in ſinũ Abrahę. Mortuus eſt aũt & diues, & ſepultus eſt in inferno.* Quotidie namq; & Iudęi & Gentiles moriũtur: quotidie Chriſtiani in cœlũ feruntur, quotidie Iudæi in inferno ſepeliuntur: ibique ſua tormenta ſentientes, dum ſecum recogitãt in quibus peccauerint, intelligunt quam ſtulti et increduli fuerint, quantum à fide & iuſtitia patris ſui Abrahæ deuiauerint. Et dum à Gentili populo, ſi fieri poſsit, adiuuari concupiſcunt, dumq; Abraham eorum uana & inutilia deſideria, & ſerã pœnitentiam cõſiderat, quodammodo Abraham loquitur cum eis, rogatur ab eis, & reſpondet eis. Sola enim cogitatio ſufficit eis ad colloquendum quæcunque uolunt. Quoniam autem de ſua ſalute deſperat, pro fratribus timet & orat, ne & ipſi decipiantur, & ſimilia patiantur.

FERIA SEXTA

Matth. XXI.

¶ In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum parabolam hãc: Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam, & ſepem circundedit ei. Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdem.

PAſſurus, ꝓ ſalute hominũ dei filius, uenit Hie-
ruſalem triumphali pompa, & ab exultan-
tibus turbis exceptus eſt, quo tali gloria ini-
micorum ſuorum animos ad ſuas necẽ maturan-
dam amplius incitaret: ibiq; per quinque dies nõ
ceſſauit docens populum, & propoſitis ſimilitudi-
nibus, ſcribarum & phariſæorum ſcelera redar-
guens. Nam quia ipſi interrogauerant eum, cum
eos de templo mirabili autoritate eijceret, in qua
poteſtate iſta facis? eique in ſermone laqueos tetẽ-
derant, cum ſimulata ueneratione interrogabant,
utrum liceret dare cenſum Cæſari, an non: idcir-
co ipſi ſuis artibus ſuperantur à domino, & in pa-
rabolis audiunt, quod apertius audire non mere-
bantur. Deniq; hæc ſimilitudo, Iudæorum inuidi-
am quam contra ſaluatorem concepãt, & paſsi-
onis eius totum complectitur ſacramentum. Ho-
mo iſte paterfamilias, deus omnipotens eſt: q ho-
mines in mundo quaſi dñs ſuos famulos poſsidet
in domo. Hic eſt ille paterfamilias, q habuit duos
filios, quiq; (ſecundũ alterius loci parabolã) con-
duxit oparios in uineã ſuam, qui plantauit uine-
am, plebem uidelicet Iſraeliticam, quã de omni-
bus gentibus in populum ſibi peculiarem elegit.
Iſai. 5 Hæc eſt illa uinea de q̃ Iſaias in Cantico locutus,
ad ultimũ addidit: Vinea domini ſabaoth, domus
Pſal. 79. Iſrael eſt, de qua & Pſalmiſta dicit: Vineã de Ae-
gypto tranſtuliſti, eieciſti gẽtes, & plãtaſti eam.

¶ *Et ſepẽ circũdedit ei & fodit in ea torcular, &
ædificauit turrim, & locauit eã agricolis.* Per ſepẽ
uel murum urbis, angelica præſidia deſignat. Se-
pẽ ergo uineę circũdedit, quia ex munimine mu-
rorum, & auxilio angelorum illam plebem ualla-
uit. Torcular, altare: qa ſicut in torculari uua ex-
primuntur, ita & in altari deo hoſtiæ immolãtur.
Hęc ſunt illa torcularia, quorũ titulo tres Pſalmi
ꝓnorãtur, ita, IN fine ꝓ torcularibus. Aedificauit
turrim, tẽplũ ſcilicet. Hęc eſt illa turris, ad quam
Mich 4 loqtur Michęas ꝓpheta, dicẽs: Et tu turris gregis
nebuloſa filia Sion. Locauit eam agricolis. Agrico-
las principes Iudęorũ dicit, quibus deus urbem tẽ-
plumq; & uniuerſam ſimul plebẽ tradidit guber-
nandã. ¶ *Et peregre profectus eſt.* Profectus eſt
pegre, nõ loci mutatione. Nã quo poteſt recedere,
Hiere. 23 qui per ꝓphetam loquit: Cœlũ & terram impleo?
Ibidem. Et alibi: Deus de ꝓpe ego ſum, & nõ deus de lon-
ge. Sed abijſſe dicitur, liberum illis relinquẽdo ar-
bitrium, utrum uellent operari in uinea, an non.

¶ *Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet.*
Tempus fructuũ fuit, ex quo interfectis hoſtibus
terrã promiſsionis ſecuri cœperunt incolere. Et pul-
chre nõ ꝓuentum, ſed tempus fructuũ dicit, quia
nullus huius uineę prouẽtus, nullus ꝓtenui popu-
li extitit boni opis fructus. ¶ *Miſit ſeruos ſuos ad
agricolas, ut acciperẽt fructus eius. Et agricolæ ap-
prehenſis ſeruis eius, aliũ ceciderunt, aliũ occide-
runt, aliũ uero lapidauerunt.* Serui qui primum ad
agricolas miſsi ſunt, Moyſes legiſlator, & Aaron,
& reliqui ſacerdotes intelliguntur, qui ꝑ quadra-
ginta annos continuos in deſerto fructuum legis
quam illis deus dederat, exigebant. Sed agricolæ
miſſos ad ſe ſeruos occiderunt, flagentes illos
Pſal. 105 uerberibus linguarum. Scriptũ eſt enim: Irritaue-
runt Moyſen in caſtris, Aaron ſanctũ dñi. Et ite-
Ibidem. rum. Vexatus eſt Moyſes, ꝓpter eos, qa exacerba-
uerũt ſpũm eius. De qua uinea qd ipſe Moyſes ſen-
Deut. 32 tiat, in Cantico Deuteronomij declarat, dicens:
De uinea Sodomorum uinea eorum, & de ſubur-
banis Gomorræ. Vua eorum uua fellis, & botrus
amariſsimus. Notandum quod alius euangeliſta
dicit, alium in capite percuſſerũt. Per hunc nanq;
ſeruũ intelligitur David, qa & ipſe ſeruus patriſ-
familias erat, qui eundẽ populum ad ſupna deſide-
ria incitabat, iucundam pſalmorũ melodiam cõ-
cinẽdo. Sed hunc in capite pcuſſerunt, quia ipſum
ſpũalis muſicę repertorem abiecerunt, dicẽtes: Nõ
eſt nobis pars in David, neq; hęreditas in filio Iſai. 2. Re. 20
Nobile quoq; regnum eius ignobili tradiderunt,
& religionem impietate mutauerũt. Sed ille huius
iniurię immemor, ꝓ hac uinea hũc patrẽ familias
ꝓcabatur, dicens: Dñe deus uirtutum conuertere, Pſal. 79.
reſpice de cœlo & uide, & uiſita uineam iſtam.

¶ *Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus.* Per ſer-
uos qui ſecundo loco miſſi ſunt, choros propheta-
rũ debemus accipe, qui ſuis oraculis populo ſubue-
niebant, & quę huic uineę imminerent ꝓdicebãt.
Sed & hos ſimiliter pſecuti ſunt, & occiderũt eos
qui ꝓnunciabant de aduẽtu Chriſti. Audiamus qd
Iſaias de huius uineę ſterelitate quęratur: Ego te
plantaui uineam electam, omne ſemen uerũ, quo Iſai. 5
modo conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ? Hie. 2

¶ *Fecerunt inquit illis ſimiliter.* Nam quoſdã lapi-
dauerunt, ut Ezechielem in Chaldęa, Ieremiã in
Aegypto: Alios occiderũt, ut Naboth. Alios ſecu-
erunt, ut Iſaiam. Nõnullos uecte ferreo pdiderũt,
ut Amos. Et oſtendit hic patiẽtia & ſuſtẽtatio do-
mini, q crebro ſeruos ad malos colonos direxit, q̃-
tenus ab illis * cõuenti pœnitẽtiã agerẽt. Sed illi
contẽnentes, iram ſibi in die irę theſaurizauerũt. confer

¶ *Nouiſsime aũt miſit ad eos filium ſuum, dicens:
Verebantur forſitan filiũ meũ.* Nouiſsime: inquit,
filium meum miſi, quia (ut ait Apoſtolus) quando
uenit plenitudo temporũ, miſit deus filium ſuum Gala. 4.
factum ex muliere. Non autem miſit, ut de malis
& pœnæ obnoxijs colonis ſententiam iudicialem
ferret, ſed adhuc poſt tanta ſcelera, poſt ſeruorũ
ſuorum impias mortes, locũ ueniæ miſericorditer
reſeruaret. Verebuntur filium meum. Quod quaſi
ambigens dicit, uerebũtur forſitan filium meum.
nõ ita eſt accipiendum, quod ignorãs dixerit. Nã
deus qui cuncta ſingulariter & ſumme nouit, igno-
rare non poteſt. Sed dubitare dicitur, ut in noĩe ſi-
lij poteſtas liberi arbitrij demõſtretur. ¶ *Agricolæ
autem uidentes filium, dixerũt: Hic eſt hæres, uenĩ-
te occidamus eũ, & habebimus hæreditatẽ eius.* Ex
hoc loco manifeſtiſsime comprobatur, principes
ipſos Iudęorũ non per ignorantiã, ſed per inuidiã
crucifixiſſe redemptorẽ. Nouerunt enim eum eſſe
filium dei intelligebant hunc eſſe illũ cui loqueba-
tur deus pater, Poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hę-
reditatem tuam & poſſeſsionẽ tuam terminos ter-
rę. Agnoſcebãt eum ad hoc ueniſſe in mundũ, ut Pſal. 2.
oẽs gentes ad fidem ſuã conuerteret, ideoq; qua-
ſi conſulentes ſibi, dicebant: Ecce totus mundus
poſt ipſum abijt. & ſi dimittimus eum ſic, oẽs cre- Iohan. 11
dent in eum. Hęreditas autem filij, eccleſia eſt, in
cunctis ei data nationibus, quam non moriens pa-
ter ei reliquit, ſed ipſe morte ſua illã miſericordi-
ter acquiſiuit, atq; a mortuis reſurgendo, illã ſub
teſtamenta uitę æternæ poſſedit. De qua Apoſto-
lus: Attẽdite, inquit, gregi, in quo uos poſuit Chri- Actu. 20
ſtus regere eccleſiam, q̃ acquiſiuit ſanguine ſuo.
Hanc hęreditatem nequam coloni occiſo hærede
pcipere cupiebãt, quia adhoc perſequebant Chri-
ſtum, ut fidem, quę per eũ eſt, extinguerent & car-
nalem iuſtitiã legis, iuſtitię euangelij pferrẽt, at-

quę omnibus gentibus imbuendis infererent. ¶ *Et apprehenſum, inquit, eum eiecerunt extra uineam & occiderunt.* Extra uineam uineæ hæres occiditur,
quia Chriſtus extra ciuitatem in loco qui dici-
Heb. 13 tur Golgatha, id eſt, Caluariæ crucifixus eſt. Vnde
Apoſtolus: Ieſus autē ut ſanctificaret per ſuū ſan-
guinem populum, extra portā paſſus eſt. Siue eie-
cerunt eum extra uineam, & occiderūt: quia prius
p incredulitatem à ſuis eū cordibus expulerūt, ac
ſic crucis ſupplicio affecerūt. Hoc olim pſignabat
quod Moyſes in tabernaculo dei, altare holocau-
ſti, in quo uictimarū ſanguis effundebatur, non in-
tra tabernaculum, ſed ad oſtium poſuit, innuēs my
ſtice, quia crucis ara extra portā Hieruſalem erat
erigenda, & Chriſtus dei patris filius non in domo
Mar. 12 Iudęorū, hoc eſt, in mentibus illorum recipiēdus,
ſed foris eſſet immolandus. Quod autem Marcus
euangeliſta mutato ordine dicit, & apprehendentes
occiderunt eum, & eiecerunt eum extra uineā, pii
ſinaciā infidelitatis illorū denotat, qui nec poſt ei
us paſſionē & reſurrectionē credere uoluerūt, ſed
quaſi cadauer inutile piecerunt, pdicatores uerbi
illius à ſuis finibus excludentes, & ad nationem po
pulos trāſmittētes. Cum ergo uenerit dn̄s uineæ,
quid faciet agricolis illis? Interrogat eos, nō quod
ignoret quid reſponſuri eſſent, ſed ut eos propria
eorum reſponſione condemnet. ¶ *Aiunt illi: Malos male perdet, & uineam ſuam alijs locabit agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.* Veniens dn̄s
malos male perdidit, quia incredulos & crudeles
ſui homicidas, digna puniuit ultione, locum, gen-
tem, ſimul & regnum eis auferendo, & per omnes
mundi terminos longe lateq; diſſeminando. Loca
uit autem uineā alijs agricolis, quia nobis ſcriptu-
rarum myſteria, & ſuam cognitionē tribuit ea cō-
ditiōe, ut ſuis temporibus fructū reddamus, id eſt,
nouerimus quid unoquoq; tempore nos loqui uel
agere conueniat. Sed hoc quod illi dixerūt, quod
ſcilicet malos male perderet, & uineam ſuam alijs
locaret dn̄s, Ipſe diuinitus pcuratum prophetico
oſtendit exemplo, reſpondens: ¶ *Nunquam legiſtis in ſcripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris.* Ipſos quos ſu-
perius colonos uocauerat, nunc ædificantes ap-
pellat, quia principes & ſacerdotes Iudæorum,
ſubditam plebem ad offerendos iuſtitiæ fructus,
quaſi uineam excolere, ipſi etiam hanc ut dn̄o ad
inhabitandum digna fieret, quaſi domum conſtru-
ere & exornare debuerunt. Nam & apoſtolus huic
ſenſui aſtipulatur, fidelibus loquēs: Dei agricultu-
1. Cor. 3 ra eſtis, dei ædificatio eſtis. Sed illi quaſi mali colo-
ni, fructum uineæ reddere nolunt, & quaſi mali cæ
mētarij electum & pcioſum lapidem, uel in funda
mento uel in angulo domus dei ponendum, ſubtra
here, hoc eſt, fidem Chriſti auditoribus conaban-
tur eripere. Ait ergo: Nūquam legiſtis in ſcriptu-
ris: Lapidem quem reprobauerunt ædificātes, hic
factus eſt in caput anguli: A dn̄o factum eſt iſtud,
& eſt mirabile in oculis noſtris? Ac ſi diceret: Quo
modo implebitͬ hęc pphetia, quę lapidem ab ædi-
ficantibus reprobatum, & in caput anguli factum
dicit, niſi Chriſtus à uobis reprobatus & occiſus
credituris gentibus pdicetur? Ipſe em̄ quaſi lapis
pcioſus (iuxta qd̄ Apoſtolus ait, Petra erat Chri-
ſtus) in capite anguli factus eſt, quia deus duos pa
1. Cor. 10 rietes, circūciſionis & pputij, in ſua fide copulauit,
& unam eccleſiam e duobus populis conſtituit.

¶ *Ideo dico uobis, auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Regnum Dei, hoc
loco ſanctæ ſcripturæ intelligendæ ſunt, quas do-
minus infidelibus Iudæis abſtulit, & nobis tradi-
dit, ut earū fructū faciamus. Iſta eſt illa uinea quæ
quondam locata eſt agricolis, ſed illi nomen tan-
tum ſcripturarum habuerunt, fructum uero illa-
rum nullum conſequi meruerunt. ¶ *Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem uero ceciderit, conteret eum.* Multum enim diſtat inter e-
um, qui per fragilitatem aut ignorantiam peccan-
do offendit Chriſtum, & eum qui p ſuperbiam ne-
gat Chriſtum. Qui ergo credens in Chriſtum pec
cat, ſup lapidem cadit & confringitͬ, ſed non omni
no conteritur, qa reſeruatur ad pœnitētiā. Si uero
quis negauerit Chriſtum, cadet, id eſt, irruet ſuper
eum lapis iſte, & ita cōteret eum æterno interitu,
ut ne teſta quidem remaneat, in qua parum aquæ
de fouea hauriatͬ. Poteſt & hoc dici, quod illi ſuper
lapidem cadebant, q tunc eum per ſimplicitatem
& ignorantiam contemnebant, & iniurijs afficie-
bant, ideo conquaſſantͬ, non tamen penitus contе-
runtur. Qui uero illum ſcientes dei filiū per inuidi
am negabant, & contra ſuam conſcientiam eius
opera Beelzebub aſſignabant, ſuper hos irruet la-
pis & conteret eos ſempiterna perditione, atque
comminuet ut ſint impij ſicut puluis ante faciem
uenti. ¶ *Et cum audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius, cognouerunt quia de ipſis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut prophetam eum habebant.* Principes ſacer-
dotum & ſcribæ propria redarguti conſcientia,
quærebant interficere dominū, quaſi mentientem
contra ſe. Sed hæc agentes, probant uera eſſe quæ
dixerat. Ipſe enim erat hæres, cuius mors iniuſta
uindicanda erat à patre. Ipſi uero erāt nequā colo
ni, qui ab occidendo filio dei ad modicum quidem
humano timore retardari poterāt, donec hora ei-
us ueniret, nunquam uero diuino timore aut amo-
re cohiberi uoluerunt. Hæc uero quæ de hac para
bola ſuper malitia Iudæorum expoſuimus, mora-
li intellectu ad unumquenq; noſtrum referre poſſu
mus. Cum em̄ alicui fideliū myſterium baptiſmi,
quod operando exercere debeat, committitͬ, quaſi
ei uinea quam excolat locatur. Mittitur unus & al
ter ſeruus, & tertius, q fructus accipiant, cum legitͬ
lex, prophetia & Pſalmi: quorum monitis inſtru-
ctus, bonorum fructus operum reddere debeat.
Sed ſeruus contumelijs affectus eijcitur, cū ſermo
dei uel contemnitur, uel etiam (quod grauius eſt)
blaſphematur. Inſuper & hæredem quantum in
ſe eſt occidit, qui immemor miſericordiæ Dei o-
mnipotentis, ipſum filium Dei reſpuit, & ſpiritui
ſancto quo regeneratus eſt, contumeliam facit.
Propter quod malis agricolis male perditis, da-
tur alteri uinea: quia dono gratiæ quod ingratus
ſpreuit, humilis quiſq; ditatur. Sed & hoc quod
de illis in fine euangelij dictum eſt, quia quærētes
tenere Chriſtū, timore turbarū ppediuntur, quoti
die uidemus agi in eccleſia. Multi enim ſunt in ec-
cleſia ſolo nomine fratres, q in eccleſiaſticę fidei &
pacis unitatem, quam non diligunt, propter coha
bitantium bonorum fratrum multitudinē, aut eru
beſcunt, aut timent impugnare. Sed his, ſicut dn̄s
ad Iob loquitur, cum tempus fuerit, in altum alæ Iob. 39
erigentur, quia nacta occaſione, eccleſiam perſeq,
& Chriſtum cum phariſæis cruci addicere, & oſtē-
tui conantur habere. Pertimeſcere debemus ipſi q

loqmur, & canere, ne exempla phariſæorum ſequamur. Curemus ſolicite, ne ſolo nomine tantum ſimus Chriſtiani, ne ſub ſpecie pietatis titulum ſubcelemus. Agamus domino gratias, qui ſcripturam, in qua quondam Iudæi florebant, illis pro irreuocabili malitia abſtulit, & nobis pro ſola miſericordia largitus eſt. Veneremur eum non ſicut ſimplices turbæ ut prophetam, ſed ut deum & dominũ prophetarum, ſaluatorem & redemptorem noſtrum. Qui uiuit & regnat &c.

DE EADEM FERIA VI. HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

IN figura huius hominis patrisfamilias, Deũ patrẽ ſignificat, qui uineã Sorec ex Aegypto trãſtulit, & in montibus Iſrael eam plantauit. Vnde & Pſalmiſta. Vineam (inquit) ex Aegypto tranſtuliſti & eieciſti & plãtaſti eam: de qua & propheta ait: Vinea facta eſt dilecto in cornu filio olei. Et paulo poſt. Vinea enim dei Sabaoth, domus Iſrael eſt. Huic autem ſepẽ circundedit, quia ſuæ uirtutis præſidio eam muniuit. Et fodit in ea torcular: per quod altare intelligitur, in quo, quaſi uinũ in torculari hoſtiarũ ſanguis quotidie ſundebatur. Aedificauit turrim in medio eius, tẽplum uidelicet, in q̃ Iudæorum populus maxime confidebat. *Et locauit eam agricolis*: quia terram illam, lacte & melle manantem, Iudæis tradidit ad inhabitandum. *Et peregre profectus eſt*: quia longe eſt à peccatoribus ſalus. *Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus eius, & agricolæ apprehenſis ſeruis ſuis, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium uero lapidauerunt.* Hoc eſt enim quod propheta ait. Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruſcas. Iſti enim ſerui, uiri ſancti & prophetæ fuerũt, quos ad illum populũ corrigendũ & ad ſeruitium inuitandum ſuum Dominus præmiſit. *Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerũt illis ſimiliter.* Vnde & Beatus Stephanus ait. Quẽ enim prophetarum non ſunt perſequuti patres ueſtri? & occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iuſti, & uos nunc proditores & homicidæ fuiſtis. *Nouiſſime autem miſit ad eos filium, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem uidentes filium, dixerunt intra ſe, hic eſt hæres, uenite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Manifeſta ſunt hæc, in quibus paſſionem ſuam Dominus prophetabat: nos autem omnia iam completa uidemus & credimus. Agricolæ enim, id eſt, principes ſacerdotum niſi Chriſtũ interficerent, & locum & gentem ſe amittere timuerunt. Ideoq; dederunt conſilium populo, ut eum interficerent. *Et apprehenſum eum eiecerunt extra uineam.* Quid eſt extra uineam, niſi extra ciuitatem? hoc eſt enim quod Apoſtolus ait. Quorum enim animalium infertur ſanguis in ſancta per põtificem, horũ corpora cremantur extra caſtra. Ita & Ieſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Compleuerunt igitur iſti malo ſuo, quod illi ſanctificabant in ſacrificio ſuo. *Cum ergo uenerit Dominus uineæ, quid faciet agricolis illis?* Interrogat autem Dominus ſententiam iudicij, ut ipſimet ſuo iudicio ſeipſos dãnarẽt. Aiũt illi: *Malos male perdet: & uineam ſuã locabit alijs agricolis: qui reddãt ei fructũ temporibus ſuis.* Quid eſt o principes ſacerdotum, quomodo nõ reſpõdetis, neſcimus, ſicut ſuperius cum de baptiſmo Ioannis uos Dominus interrogaret, niſi quia hanc parabolam nondum intelligitis? Si enim intelligeretis eam, aut nullum aut aliud daretis reſpõſum. Lucas tamen dicit, quod phariſæi audito hoc uerbo, reſponderint, abſit: quod tale fuit, ac ſi dicerent, abſit ut te occidamus, & ideo pereamus. *Dicit illis Ieſus. Nunquam legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? a Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?* Hæc enim ſuperior parabola idem ſignificat. Principes enim ſacerdotum, & ſcribæ, & phariſæi, qui legem exponentes & populum docentes, Synagogam ædificabant, Chriſtum Dominum noſtrum, lapidem uidelicet angularem, non ſolum reprobauerunt, uerum etiam morte turpiſsima occiderunt. Hic autem factus eſt in caput anguli, iungens duos parietes, unum in circunciſione, alterum ex præputio uenientem. Et hoc quidem à Domino factum eſt, & eſt mirabile in oculis noſtris. Cui enim non uideatur eſſe mirabile, quod ille, qui modo cum latronibus ſuſpenſus fuit, nunc ab utroque populo caput & Dominus habeatur, & ubique regnans ab omnibus adoretur? *Ideo dico uobis, quia auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Quia enim hæc & illa fecerunt, quia hunc lapidem reprobauerunt, & Dei filium occiderunt, ideo regnum Dei auferetur ab eis, & dabitur gentili populo qui eſt melior eis. Vnde & per prophetam Dominus ait. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & nõ miſericordiam conſequutam, miſericordiam conſequutam. *Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur, ſuper quẽ uero ceciderit cõteret eũ.* Illi enim ſuper iſtum lapidem cadent, qui male de Chriſto intelligentes, & à fide catholica aberrantes, in eum offendunt. Vnde Apoſtolus ait. Offenderunt enim in lapidem offenſionis: ſicut ſcriptum eſt. Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & omnis qui crediderit in illum non confundetur. Ipſe quoque Dominus ait Beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me. *Super quem uero ceciderit, conteret eum.* Super quem enim cadit Dominus, niſi ſuper eos quibus iraſcitur & indignatur? Ipſe eſt enim ille lapis, qui in Daniele abſciſſus de monte ſine manibus, totam illam famoſiſſimam ſtatuam comminuit, per quam omnis iniquorum multitudo ſignatur. *Et cum audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipſis diceret, & quærentes eum tenere, timuerunt turbam, quoniam ſicut prophetam eum habebant.* Apparet igitur quod eius uerba prius non intellexerũt, atque ideo ſua ſe reſponſione damnauerunt. Multoties enim Iudæi eũ tenere noluerunt, & non potuerunt: ut adimpleretur quod ipſe dixerat. Generatio praua & peruerſa ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: tribus, & non amplius. Hæc eſt igitur cauſa, quod eum tenere uolentes, tenere non poterant.

SABBATO

Lucæ XV.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri. Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdem.

SCribis & phariſæis contra noſtræ ſalutis autorē murmurantibus, ſicut regſi ſua quę hanc præcedit ſancti euangelij lectio declarat, propoſuit dñs duas parabolas: alteram hoīs de inuenta oue pdita gaudentis: alteram, mulieris ſuper perdita & reperta drachma gratulabunde exultātis, oſtendens in concluſione parabolæ, quantum ſit gaudium in cœlo ſuper conuerſis peccatoribus. Deinde dixit & hāc ſimilitudinem, non ſolum ſuum de conuerſis peccatoribus gaudium demōſtrans, uerumetiam inuidentium murmurationem reprehēdens. Ait ergo: ¶ *Homo quidā habuit duos filios.* Homo iſte, deus omnipotens pater intelligitur, qui duos habuit filios: quia ipſe eſt genitor & creator duorum populorum. Et maior Iudęos deſignat, qui in cultura unius dei permanſerunt: Minor uero ſignificat populos gentium, qui relicto creatore, colendo creaturam, etiam ad ipſum dei inimicum diabolum adorandum peruenerunt. ¶ *Et dixit adoleſcentior ex illis patri: Da mihi portionē ſubſtātiæ quæ me cōtingit, & diuiſit illis ſubſtantiam.* Subſtātia quæ inter fratres diuiſa eſt, ſenſus rationalis homini à Deo attributus intelligitur. Nam uiuere, intelligere, meminiſſe, ingenio aliquo præeminere diuini muneris ſubſtantia eſt. Quam ſubſtantiam tunc adoleſcētior filius à patre expetijt, cū homo in ſua uolens eſſe poteſtate, per liberum arbitrium ſe regere conatus eſt: ſicq; dominū creatorem ſuum quæſiuit ſuperbus abijcere. Diuiſit ergo eis ſubſtantiam: quia fidelibus ſuę protectionis gratiam, quam uere deſiderabant, impartijt: infidelibus uero naturalis tantum ingenij beneficium, quod ſibi ſufficere putabant, attribuit.

¶ *Et nō poſt multos dies cōgregatis omnibus, adoleſcētior filius profectus eſt in regionē longinquā.* Quod nō poſt multos dies cōgregatis omnibus profectus eſt, deſignat qa non multo poſt inſtitutionem humani generis uiſum eſt animę, ut bona ſua per ſeipſam gubernaret, quæ tamen per ſe ad bona opera facienda infirma & impotens eſt, niſi eius qui eā dedit fulciatur auxilio. ¶ *Et diſſipauit ſubſtantiā ſuam, uiuendo luxurioſe.* Viuendo luxurioſe dicit, amando hanc uitam prodigam: quæ pompis exterioribus ſpatiari gaudet, intus nō meruit inaneſcere. Longe uero profectus eſt, non loci, ſed animi mutatione. Quāto enim quis amplius delinquit, tanto longius a dei conditoris ſui gratia recedit. ¶ *Et poſtquā omnia conſummaſſet, facta eſt fames ualida in regione illa.* Fames in longinqua regione indigētiam ſignificat uerbi dei. In regione longinqua, id eſt, in obliuione conditoris. De qua dñs p prophetam minat̄. Mittā famem ſuper terram, non famem panis, neq; ſitim aquę, ſed
Amos. 8 audiendi uerbi dei. ¶ *Et ipſe cœpit egere, & abijt, & adhæſit uni ciuium regionis illius.* Merito egere cœpit, qui theſauros diuinæ ſapientiæ & diuitiarum cœleſtium dereliquit. Vnus ciuium regionis illius, cui iſte prodigus adhæſit, diabolus eſt, quē dñs principem huius mundi appellat, qa merito peruerſitatis ſuæ terrenis concupiſcentijs prępoſitus eſt. ¶ *Et miſit illum in uillam ſuā, ut paſceret porcos.* Villa carnalē concupiſcentiam ſignificat: de qua is, qui inuitatus ad ſpirituales epulas ire, excuſat, dicēs: Villam emi, & neceſſe habeo exire, &
Luc. 14 uidere illam. In uillam quoq; mitti, eſt cupiditatibus mundi ſubiugari. Porcos uero paſcere, eſt ea qbus maligni ſpūs delectantur, operari: q merito deſignantur per animal ſordibus & cœno ſemper gaudens. ¶ *Et cupiebat implere uentrē ſuū de ſiliquis quas manducabāt porci.* Siliqua genus eſt leguminis, folliculis maximū & ſonorū, ſed granorū paucitate ſterile, & pene uacuum. Ideoq; per ſiliq̄s deſignant̄ doctrinę ſeculares, ſterili ſuauitate reſonantes: in quibus laudes idolorū, id eſt, fabulę & carmina poetarum concrepant, qbus porci, id eſt, dęmones delectantur. His prodigus iſte ſaturari cupiebat: quia aliquid ſordidū, & q̊d ad beatā uitā pertineret, in talibus inuenire uolebat, nec poterat. Hoc eſt enim q̊d ſubiūgitur. ¶ *Et nemo illi dabat. In ſe aūt reuerſus dixit: Quāti mercenarij in domo patris mei abūdāt panibus, ego aūt hic fame pereo?* In ſe, inquit, reuerſus. Vnde iſte reuerſus fuerat? Ab his nimirum quæ foris per oblectamenta noxia illiciunt & ſeducunt, ad conſcientiæ interiora mētis intentione redierat. Quānti mercenarij in domo patris mei abundāt panibus, ego aūt hic fame pereo? Licet enim gentes in magna ueri ignorantia, & errore cultus dei uerſarētur, tñ prædicantibus apoſtolis cœperant quodammodo reſipiſcere, uerbi ſaturitate pcepta reuocari. Mercenarij aūt ſunt, qui intuitu ſupernę mercedis ſatagūt digna operari. Hi mercenarij in domo patris panibus abūdāt: qa tales in eccleſia ſpūalis gratię reficiunt̄ alimonijs. At uero qui extra ędes huius patrisfamilias poſiti ſunt, fame uerbi dei peūt, & uētrē ſiliqs implere cupiūt, qa ſciētiā ueritatis nō habentes, beatā uitā in ſtudijs inanis philoſophiæ reqrūt. Sicut enī panis q cor hoīs cōfirmat, uerbo dei merito comparatur, ita ſiliqua (quę foris nitida, intus uacua eſt, nec reficit uentrē, ſed onerat) ſeculari ſcientiæ cōparatur, quę ſermone ſonoro uilitate uacua eſt. *Surgā, inquit, quia peſſime me iacere ſentio. Ibo ad patrē meā.* à q̄ lōge receſſi. Ad patrē, inqt, ibo qa ſub porcorū principe miſerabili egeſtate tabeſco. Et q̄ piū & miſericordē nouerat patrē, qui quanq̄ offenſus, quanq̄ magnis ſceleribus irritatus, non dedignat̄ patris audire uocabulū? ¶ *Pater inquit peccaui in cœlū,* hoc eſt. in angelis & in ſanctis animabus, quæ ſunt pedes dei. Aīa, inquit, iuſti, ſedes ſapiētię: Et dñs dicit: Cœlum mihi ſedes eſt. Addidit: ¶ *Et corā te,* hoc eſt, Isai. 66 in ipſo interioris conſcientię ſecreto, quod dei ſolius oculi penetrare poſſunt. ¶ *Et iā nō ſum dignus uocari filius tuus, fac me ſicut unū ex mercenarijs tuis.* Meminit ſe eſſe filium, & pio affectu cūcta quæ patris ſunt, ſua nō eſſe ambigit, ſed prioris ignorantiæ memor, ad hæc nequaquā aſpirare pſumit. Ideoq; ſicut mercenariū ſe fieri poſcit, pro mercede, nō pro hęreditate * ſeruitutis, fac me, ingens, ſicut unū ex mercenarijs tuis. Verū ne seruitutis hoc quidē niſi paterna dignatione pmereri poſſe teſtatur. Quapropter taceāt Pelagiani, qui ore temerario garriūt, hominē ſua uirtute ſine dei adiutorio poſſe ſaluari, cum apertiſsime dicat ueritas: Sine me nihil poteſtis facere. ¶ *Et ſurgēs uenit ad patrē ſuū.* Ad patrem uenire, eſt ad eccleſię ſocie- Ioan. 15. tatē per fidē accedere, ubi eſt legitima & fructuoſa peccatorū confeſsio. ¶ *Cum autem adhuc longe eſſet,* hoc eſt, cū nōdum adhuc deum intelligeret, ſed iam pia deuotione quæreret, uidit illū pater, hoc eſt, miſertus eſt illius. Videre nāq; dei miſereri eſt, ſicut & de Petro ſcriptum eſt: Reſpexit Luc. 22 dominus Petrū. ¶ *Et miſericordia motus eſt: & accurrēs, cecidit ſuper colla eius, & oſculatus eſt eū.* Reuertenti filio pater occurrit, quia deus ſem-

per fuit cum ūnigenito filio. Et licet ſolus filius ꝓ
noſtra ſalute carnē aſſumpſerit, tñ in eo de[illegible] pa
ter ſemper manſit, & cū eo ad hanc noſtrā pere
grinationem deſcēdit. Apoſtolus enim dicit: De
2. Cor. 5 us erat in Chriſto mundū reconcilians ſibi. Hinc
Johan. 8 ipſe ſaluator ait: Qui me miſit, mecū eſt, & nō de
Ioan. 14 reliquit me ſolū. Et alibi: Pater in me manēs ipſe
facit opera. Et cecidit, inqt, ſuper collum eius, &
oſculatus eſt eū. Super collū filij cadere, eſt in am
plexus eius brachium inclinare. Deus ergo pater
ſuper redeuntis filij collū cecidit, quia brachiū ſu
um, hoc eſt, uerbum ſuum ad hęc mūdi infima im
menſa miſericordia fudit. Oſculatus eſt enim eum,
uidelicet ad ſpē uenię peccatorum uerbo gratiæ
reduxit, cū per filium diceret: Pœnitētiam agite,
appropinquabit enī regnum cœlorū. ¶ Dixitq; fili
us ad patrē: *Pater, peccaui in cœlū, & coram te, iā*
Matt. 4. *non ſum dignus uocari filius tuus.* Poſtquam ad pa
trem reuerſus eſt, hoc eſt, in eccleſia iam poſitus,
incipit peccata confiteri: ſed non dicit omnia, quæ
ſe dicturū ſupra promiſerat. Dixit enī: Iā nō ſum
dignus uocari filius tuus, ſed non addidit quę ſupi
us ſe dicturū meditabat. Fac me ſicut unū ex mer
cenarijs tuis. Cū enim adhuc lōge eſſet, & patrem
nō haberet, cupiebat ut mercenarius eſſet. At poſt
quam patris oſculo meruit honorari generoſiſsi
me, iā dedignatur mercenarius eſſe. Multā namq;
intelligit diſtantiam eſſe inter ſeruū, mercenariū,
& filiū. ſeruus namq; eſt, qui metu pœnarū gehē
næ, uel legum mundanarum formidine, à uitijs ab
ſtinet: mercenarius uero eſt, qui ſpe ac deſiderio
regni cœleſtis bona agit. filius uero eſt, qui affectu
boni & uirtutū amore, delectabiliter deo per cha
ritatē famulat. Quam ſummam & perfectionem
2. Co. 13 omnium uirtutum Apoſtolus cō[illegible], dicēs: Nūc
aūt manet fides, ſpes, charitas, tria hęc: maior au
tē horum eſt charitas. Ergo prodigus iſte primo
q̄ſi ſeruus ad ſe reuerſus, diræ famis cœpit ſuppli
cia formidare. Mox reuerti uolēs ad patrē, de ſta
tu mercenarij cœpit cogitare. Poſtq̄ uero accur
rēs pater amplexatus eſt eū & oſculatus, oblitus
ſtatū ſerui, oblitus & mercedē mercenarij, ſola iā
de hæreditate cœpit ſolicitus eſſe filius patris.
Dixit aūt pater ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolā
primā, & induite eū. Stola prima beata ueſtis eſt
innocentiæ, q̄ protoplaſtus Adā, bene à deo cōdi
tus accepit, ſed à diabolo male deceptus amiſit.
Vnde & poſt culpam ꝑuaricationis primi hōīes
cognouerunt ſe eſſe nudos, & amiſſa immortalita
tis gloria, pelliū mortalium acceperunt indumē
tū. Serui quibus hoc pręcipitur, ſunt ſancti prædi
catores, qui protulerunt primam ſtolam, qñ hōīes
deo recōciliatos pręcidicabant eſſe tanta gratia ſub
limandos, ut nō ſolū ciues angelorū, ſed etiā hęre
des dei & cohęredes fierēt Chri. ¶ *Et date annulū*
in manus eius. Annulo ſolet res ſecreta ſignari. Per
annulum ergo ſignaculū fidei debemus accipere,
quo cuncta dei promiſſa, in fidelium cordibus cō
firmantur. Annulo etiam ſponſa nuptiali fide pi
gnoratur: idcirco per annulum intelligit pignus
nuptiarum Chriſti & Eccleſię. Annulum ergo ꝓ
digus filius accipit, cū per fidē Chriſtus eccleſiam
ex gentibus ſibi aſſociauit. Et bene in manu datur
annulus, ut opera fidem aſtruant, & ipſa opera cō
firmentur. Dantur & calceamēta in pedes. Per cal
Ephe. 6 ceamenta officiū euangelizandi ſignatur. Scriptū
Rom. 10 eſt enim: Quam ſpecioſi pedes euāgelizantiū pa
cem, pręedicantium bona. Vt Apoſtolus: Calceati,
inquit, pedes in pręparationem euāgelij. Ergo fi
lio ad patris pietatem reuerſo, manus & pedes or
nant. Manus quidē, ut quiq; fideles recte uiuamus:
pedes uero, ut pijs ſctōrū moniti exēplis, ad ęter
na gaudia ꝓperemus. ¶ *Et adducite uitulū ſagi*
natū & occidite. Vitulus ſaginatus, ipſe eſt filius
dei, dñs Ieſus Chriſtus. Qui bene uitulus ſaginatus
dicitur, quia caro eius ſpūalis pinguedine & uirtute
fertili opima eſt, adeo ut ſola ſuffecerit ad totius
mundi tollenda peccata. Adducere autē uitulum
pręcepit & occidere, mortē eius per apoſtolos ſi
gnificans ꝓdicari. Quaſi enim recens uitulus iſte
occiditur, cum ab unoquoq; occiſus credit. Tunc
comeditur, cum ſacramētum paſsionis eius caſto
corpore & munda mēte percipitur. ¶ *Et māduce*
mus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat,
& reuixit: perierat & inuētus eſt. Intuēdum quod
pluraliter dicit, manducemus & epulemur. Quod
enim ſacra carne huius ſctī uituli nō ſolum ille qui
mortuus reuixerat, ꝑditus & inuētus fuerat, uerū
pater & ſerui illius epulati ſunt oſtēdit q̄ a lętitia
patris eſt noſtra ſalus, & illius gaudium eſt noſtro
rum remiſſio pctōrum: nec ſolum patris & filij, ſed
& ſpūſſancti: quia ſanctę trinitatis una eſt operatio,
unum gaudium, unaq; dilectio. Hoc pręſignabat
olim, q̄d Abrahā tribus angelis hoſpitio receptis,
uitulum tenerrimum & optimū legitur occidiſſe,
& eis appoſuiſſe, quia immolata pro noſtra redē
ptiōe caro Chriſti, totius trinitatis eſt lętitia. ¶ *Et*
cœperūt epulari. Epulę iſte nunc in eccleſia per to
tum orbē dilatatæ celebrantur. Quotidie enim in
ſancta eccleſia uitulus iſte ſacerrimus deo patri ꝑ
ſacerdotes offertur, & in uitam percipientes pa
ſcit æternam: quia cum quotidie immolatur, ſem
per integer permanet, & immolatus, & uiuus.
¶ *Erat uero filius ſenior in agro.* Filius ſenior po
pulus Iudęorum eſt, qui prius habuit cognitionē
dei, quiq; à deo per prophetam primogenitus ap
pellatus eſt filius: qui q̄uis lōge à patre nō diſceſ
ſiſſet, nō tñ domi, ſed in agro erat: quia idē popu
lus neq; cultū creatoris ex toto propter idola de
ſeruit, nec legis ſibi datę interiora myſteria pene
trauit, ſed ſuperficie tantum literę delectatus, ex
teriora, id eſt, terrena tātum operari nouerat: un
de & ei terrēna per prophetam dño dicente pro
mittebantur: Si uolueritis, & audieritis me, bona
terræ comedetis. ¶ *Et cū ueniret & appropinqua*
ret domui, audiuit ſymphoniā & chorū. Sæpe con 1. Cor. 4
tingit, ut aliquis diligens & ſtudioſus doctor Iu
dęorum, legis arcana ſcrutari incipiat, cumq; ex
eiſdem ſcripturis libertatē eccleſiæ percipit labo
rem ſeruilis operis, cui literā legis obſeruādo, intē
tus erat, perhorreſcit. Hoc eſt enim q̄ſi de agro
recedere, & domui appropinquare. Audit ſympho
niā & chorū, hoc eſt, ꝑdicatores ſancto ſpū plenos
conſonis uocibus intelligit prædicare. Deniq; &
Apoſtolus: Obſecro uos, inqt, ut idipſum dicatis
omnes. ¶ *Et uocauit unū de ſeruis, & interrogauit* Iſai. 1
eū quæ aū hæc eſſent. Vocat unum de ſeruis, cum
ſumit in manibus ad legendum aliquem ex pro
phetis, qui ſunt ueri ſerui huius patrisfamilias. Et
ſolicitus inueſtigans, quaſi requirit qua de cauſa
iucunda eccleſię feſta ſunt, quibus ſe uidet minime
intereſſe. ideoq; ei reſpōdet. ¶ *Frater tuus uenit,*
& occidit pater tuus uitulū ſaginatū. Quod eſt ap
te dicere: Gentilis populus deum cæteris igno
rās, qui per errorē longe à deo receſſerat, nūc ex
omnibus mundi partibus, ab extremis q̄q; terra
rum

ſum finibus ad eum conuertitur, & pro eius ſalute tanta exultatione nouum deo canticum cãtat. Propter quẽ etiã occiſus eſt uitulus ille pinguiſſimus, cui per Pſalmiſtam dicitur: Holocauſtum tuũ pingue fiat. ¶ *Indignatus eſt autem, & nolebat introire.*
Pſal. 19. Obſtinatio adhuc animo Iudęi foris ſunt, & nolũt fidem eccleſiæ intrare. ¶ *Pater ergo illius egreſſus, cœpit rogare illũ.* Nouiſſimo ſeculi tempore implebit uocatio Iudæorum, quia credituri ſunt ad prædicationem Heliæ & Enoch. Hãc ergo apertã Iudæorum uocationem, egreſſum patris uocat: tunc enim quodammodo egredietur, & rogabit eum, ut ingreſſa tam gentium plenitudine, quaſi minore filio omnis etiam Iſrael ſaluus fiat, cui ex maxima parte contingit cæcitas infidelitatis. ¶ *At ille reſpondẽs dixit patri ſuo: Ecce tot annis ſeruiui tibi & nunquã mandatũ tuum præterii.* Cum frequentiſſime legamus, illum populum cõtra mandatum domini idola coluiſſe, quid eſt quod nunc dicit, nunquam mandatum tuum præterii? Sed hoc non de omnibus Iſraelitis, ſed particulariter de quibuſdã accipiendum eſt, de his ſcilicet tantum, qui ſemper deum coluerunt, & nunq̃ ad idola confluxerunt. Hi tales quamuis in terrenis tantum delectarẽtur, quaſi in agro eſſent, ipſa tamen bona terrena, à ſolo deo ſperabant accipere. Quod & teſtimonio ipſius fratris confirmatur, cum reſpondit in ſequentibus: *Et nunquam dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer.* Hœdus animal ſtolidum eſt, & in ſcripturis diuinis peccatoris figuram tenere ſolet. Sed hoc loco, hœdi nomine Chriſtum debemus intelligere, quẽ ille populus in ſimilitudine carnis pecca-
Iohan. 9 cati ueniſſe conſpiciens, peccatorem eſſe exiſtimans
Iohan. 8 ait. Vnde & cæco illuminato dixerũt: Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Et alibi Samaritanum eum eſſe, & dęmonium habere blaſphemãt. Nec mirum uideri debet, ſi hic per hœdum Chriſtum figuratũ dicimus, cũ & in lege hoc nomine le-
Exo. 23. gatur appellatus, ait enim: Nõ coques hœdum in lacte matris ſuæ. Quod ergo dicit, non dediſti mihi hœdũ, tale eſt ac ſi dicat: Illum qui hœdus mihi uidebatur. Nam quia Chriſtum prophanatorẽ legis, & uiolatorem ſabbati dicebant, idcirco epulis eius iucundari nõ meruerunt. Quod uero ſequitur, ut cum amicis meis epularer, ex principũ perſona accipiendum eſt, qui cum amicis, id eſt, reliqua plebe epulari uolebant. Non dediſti mihi hœdum, id eſt, hac de cauſa illum mihi ſubtraxiſti, quia hœdus mihi uidebatur. Poteſt & ex perſona populi Hieroſolymitani dictum intelligi, cum cæteris populis Iuda. ¶ *Sed poſtquã filius tuus, hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, uenit, occidiſti illi uitulũ ſaginatum.* Meretrices cum quibus ſubſtantiam ſuam deuoraſſe dicitur, ſuperſtitiones gentilium & nefanda figmenta ſunt, in quibus naturale totum ingenium ✱ expanderunt: & relicto deo,
expen. quẽ uirũ animæ habere debuerunt, cũ turba dęmonum turpiſſima cupiditate fornicati ſunt. ¶ *At pater dixit: Fili, tu ſemper mecũ es.* Nõ redarguit quaſi mẽtientem, ſed eius perſeuerantiam in ſuo obſequio comprobans, ad colligendum ſibi, ſimulq́ cum filio epulandum inuitat. ¶ *Et omnia mea tua ſunt.*
Iohã 17 Ad patrem loquens quodam loco filius, dicit: Et omnia tua mea ſunt, & oĩa mea tua ſunt. Ecce hoc ſimillimum huic ſonare uidetur. Et omnia mea tua ſunt. Sed diſtincte & multum diſſimiliter: omnia quæ patris ſunt, habet is qui per naturam eſt filius dei, principalius, quam hi quos gratia fecit filios dei. Illius enim ſunt omnia patris per naturã, iſtorum per donatum dei clementiã. Ille ſicut unicus oĩa habet poteſtate, iſti ſicut adoptati conceſſa diuinitus pietate. Ille habet omnia per id quod de deo deus patri ęqualis natus eſt: iſti per hoc q̃d ex deo renati ſunt. Satis cum dicitur, oĩa mea tua ſunt, non ſic accipiendum eſt quaſi nõ ſint & ſua. Nam in terrena hæreditate quędã ſunt anguſtiæ, nec poteſt maior frater habere oĩa, ſi minor etiam partẽ habuerit. Sed in ſpiritualium & cœleſtium bonorũ hęreditate, ſic à perfectis & immortalibus filijs omnia poſſidentur, ut & ſingula ſint omnium, & oĩa ſingulorum, operante in omnibus charitate, quæ nil cum anguſtia nouit poſſidere. Pſal. 118.
Quam Pſalmiſta magna laude ſublimans, ait: Omnis conſummationis uidi finem, latum mandatũ tuum nimis. Huic igitur efficaciſſime ſtudeamus, per hanc, mutuis profectibus congaudere diſcamus. Diligamus id quod eſt ſupra nos tota anima, tota mente, tota uirtute. Diligamus quod eſt intra nos, id eſt, interiorem noſtrum hominem, aĩam uidelicet noſtram, eamq́ ſubdere deo ſemper curemus. Diligamus q̃d eſt iuxta nos, id eſt, proximum, ſicut noſipſos. Diligamus quod eſt infra nos, carnem uidelicet noſtram, ut eius illicitos appetitus frangamus, eamq́ ſpiritui obtemperare cogamus. Chriſtum ſedulo poſcentes, ut ſpiritum, animam, ſimulq́ corpus ſine quærela in ſuo ſibi aduentu cuſtodiat, deus & dominus noſter, qui cum patre & ſpirituſancto, uiuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM DIE HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

HOmo iſte, deus ipſe hoc in loco intelligitur, qui quoniam ad eius imaginẽ factus eſt homo, nõ dedignatur uocari homo, huius duo filij, duo populi ſunt, Iudęus ſcilicet & gẽtiles. Horum autem adoleſcentior, gentilis eſt, nõ tã ętate, ſed ſcientia. Inde enim puer centum annorum maledicitur. Inde & Apoſtolus ait: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Dicunt igitur pueri & adoleſcentes, nõ ſolum ętate, ſed & ſcientia & malitia. In ſenibus enim maturior eſt ſapientia. Senior igitur erat Iudaicus populus, ſiquidem ſapientior & melior. Hæc autem ſubſtantia, q̃ filio adoleſcenti & ſtulto, id eſt, populo Gentili omnium rerum creator & pater deus diuiſit, intellectus eſt memoria, ratio, ſenſus, ſcientia, oĩſq́ animę uirtus & poſſeſſio: nulla ſubſtantia talis, nullæ diuitię his diuitijs cõparari poſſunt. Has etenim diuitias & bonis & malis largitus eſt Dñs. *Congregatis igitur omnibus adoleſcẽtior filius, peregre profectus eſt in regionẽ longinquã, & ibi diſſipauit ſubſtãtiam ſuã uiuẽdo luxurioſe.* Omnis enim regio lõginqua eſt, quæ à deo lõge eſt. Longe autem eſt à deo, qui lõge eſt à fide, à pietate, à miſericordia, & iuſtitia. Ab his enim lõge fit, qui uitijs appropinquat. Cito igitur, & poſt dies nõ multos in longinq̃ regionem unuſquiſq́ proficiſci poteſt. Ibi autem miſer homo diſſipat ſubſtantiam ſuam, ibi pdit diuitias aĩę, inter uitia & peccata uiuendo luxurioſe. *Et poſtquã oĩa cõſummaſſet, facta eſt fames ualida in regiõe illa, & ipſe cœpit egere.* Virtutibus enĩ fugatis eget aĩa, & fame perit. De hac enim facta dicitur per prophetã: Immittam in uobis nõ famem panis, neq́ ſitim aquę, ſed audiendi uerbũ dei. Magna igitur fames eſt in regiõe illa: magna egeſtas eſt in peccatore illo, ubi uerbi dei memoria nulla

amicis meis epularer. Sed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, uenit, occidiſti illi uitulum ſaginatum. Ex parte enim mentitur, & ex parte uerum dicit ſenior filius. In eo enim quod ait, quia reuertenti filio, uitulum ſaginatum pater occiderit, uerum dicit: mentitur autem dum Dei præceptum nunquam ſe præteriſſe iactat. Inſuper & ingratus eſſe uidetur, dum tantorum quibus quotīdie mundabatur ſacrificiorum oblitus, nunquam unū hœdū ſe à patre ſuſcepiſſe conqueritur. Hæc autem quia Iudaicus populus ille ad fidē conuerſus cogitare poterat, dum Iudęos reprobari, & Gentiles eligi uidiſſet, ſic poſita ſunt, ac ſi ea loquutus fuiſſet. Quis enim non miretur tantam immutationem eſſe factam, ut Iudæos q̃s tantum dilexerat, in ſua cæcitate Dominus perire permitteret: & pro Gentili populo, quē odio habebat, unigenitum filium morti traderet? Sed hęc cogitādo ſimul cū filio ſeniore quaſi indignati, cōtra Dei diſpoſitionem quodāmodo loquimur. Nec ualde quidem mirandum eſt, ſi Iudæi nouiter ad fidem conuerſi, Gentibus communicare noluiſſent, cum hanc talem communionem lex eis per omnia interdixiſſet. Vnde iſte neque pro hac indignatione hic reprehenditur, ſed potius reddita ratione pater eū placere conatur, dicens: *Fili, tu mecum ſemper es, & omnia mea tua ſunt: Epulari autem oportebat & gaudere, quia hic frater tuus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt.* Semper enim ille populus (ſecundum quoſdam) cum deo fuit, & ſecundum quoſdam cum Deo non fuit. Vnde Apoſtolus, Cæcitas, inquit, ex parte contigit in Iſrael. Elias quoque cum diceret, Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderūt, & relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam. Ait ei Dominus, Reliqui mihi ſeptem millia uirorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. De his igitur & ſimilibus Dominus ait: Fili, tu ſemper mecū es. Pro qualibus & de Eccleſia dicitur, quod non habeat maculam neque rugam. *Si* enim ad uniuerſitatem ſpectes, multas maculas habet Eccleſia. Et tales q̃dem filij hæredes ſunt, talibusq́ omnis patris poſſeſsio debetur, eis ad beatitudinem ſufficiens & neceſſaria. Denique omnia quæ Dei ſunt, quodammodo noſtra ſunt, ſi taliter & habeamus, ut aliter ea habere nolimus.

DOMINICA TERTIA
in quadrageſima. *Sermo* Beati Leonis papæ.

PRedicaturus uobis dilectiſsimi ſacratiſsimum maximumque ieiunium, quo aptius utar exordio, quam ut uerbis Apoſtoli in quo Chriſtus loquebatur, incipiam, dicamque quod lectum eſt. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis? Quamuis enim nulla ſint tempora, quæ diuinis non ſint plena muneribus, & ſemper nobis ad miſericordiam dei per ipſius gratiā præſtetur acceſſus: nunc tñ omniū maiore ſtudio mentes ad ſpirituales profectus moueri, & ampliore fiducia animari oportet: quando ad uniuerſa pietatis officia, illius nos dei in quo redempti ſumus, recurſus inuitat: ut excellens ſuper omnia dominicæ paſsionis ſacramentum, purificatis & corporibus & animis celebremus. Debebatur quidem tātis myſterijs iſta inceſſabilis deuotio, & cōtinuata reuerentia, ut tales permaneremus in cōſpectu

2 Cor, 6

ſta

dei, quales nos in ipſo paſchali feſto dignū eſt inueniri. Sed quia hæc fortitudo paucorū eſt, & dū carnis fragilitati auſterior obſeruātia relaxatⁱ, dūq́ per uarias actiōes, uſq́ huius ſollicitudo diſtēditⁱ, neceſſe eſt de mūdano puluere etiā religioſa corda ſordeſcere: magna diuinæ inſtitutionis ſalubritate prouiſum eſt, ut ad reparandam mentiū puritatem, quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur: in quibus aliorum temporū culpas & pia opera redimerent, & ieiunia caſta decoquerēt. Ingreſſuri igitur dilectiſſimi dies myſticos, & purificandis animis ac corporibus ſacratius inſtitutos, pręceptis apoſtolicis obedire curemus, emundātes nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, ut caſtigatis colluctatiōibus, quę ſunt inter utranq; ſubſtantiam, animus (quem ſub dei gubernaculis conſtitutū, corporis ſui decet eſſe rectorem) dominationis ſuæ obtineat dignitatem, ut nemini dantes ullam offenſionem, uituperationibus obloquentiū ſimus obnoxij. Digna enim ab infidelibus reprehenſione carpemur, & noſtro uitio linguę impię in iniuriam ſuæ religionis armabunt, ſi ieiunantiū mores à puritate perfectæ continentiæ diſcreparint. Non enim in ſola abſtinentia cibi ſtat noſtri ſumma ieiunij, aut fructuoſe corpori eſca ſubtrahitur, niſi mens ab iniqtate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Sic igitⁱ nobis edendi eſt moderanda libertas, ut etiam aliæ cupiditates eadem lege frenentur. Manſuetudinis & patiētie, pacis & tranquillitatis hoc tempus eſt: in quo excluſa omni cōtaminatione ultiorū, perpetuitas eſt nobis obtinenda uirtutum. Nunc piarū mentiū fortitudo, donare culpas, negligere cōtumelias, & obliuiſci aſſueſcat iniurias. Nūc fidelis animus per arma iuſtitiæ à dextris ſe exerceat & à ſiniſtris: ut per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ſecuram cōſcientiā nec laudes inflent, nec opprobria defatigēt. Religioſorum modeſtia non ſit mœſta, ſed ſancta: nec inueniantur in eis ullarū murmura querelarum, quibus nunquam deſunt ſanctorum ſolatia gaudiorum. Nō timeatur inter opera miſericordiæ terrenarū diminutio facultatum. Semper diues eſt Chriſtiana paupertas: quia eſt plus quod habet, quam quod non habet: nec paueat in iſto mundo indigētia laborare, cui donatū eſt in omniū rerū domino oīa poſſidere. Operantibus ergo quæ bona ſunt, non eſt omnino metuendum, ne eis deſit facultas operandi: cum & in duobus nummis euangelicæ illius uiduæ ſit laudata deuotio, & pro calice aquæ frigidę pręmium habeat gratuita largitio. Ex affectibus enim piorū, benignitatis menſura taxatur: & nunquā eum miſerendi efficatia deſerit, in quo miſericordia ipſa nō deficit. Experta eſt hoc uidua illa de Sarepta, quę B. Helię in tempore famis unius diei cibum quem ſolum habebat appoſuit: & prophetę eſuriem neceſſitati ſuę pręferens, exiguum farinæ ac puſiliū olei incunctanter expendit. Sed nō ei defuit, quod fideliter erogauit: & in uaſis pia effuſiōe uacuatis, fons nouæ hubertatis exortus eſt: ut ſanctis uſibus non minueretⁱ eius ſubſtātiæ plenitudo, cuius non fuerat formidata defectio. His autem ſtudijs dilectiſſimi, ad quæ uos uoluntarie confidimus præparatos, non ambigitis diabolum, qui omniū uirtutum eſt aduerſarius, inuidere & ad hoc uim ſuę malignitatis armare, ut pietati laqueos de ipſa pietate prętendat: & quos non potuerit deijcere per diffidentiā, conetur ſuperare per gloriā. Quia difficile eſt, ut

2. Cor. 6.

Luc. 21

3. Re. 17

laudabilis

nes Et coartat eos interrogatione prudenti, ut cõ
fiteãtur ſpiritusſancti eſſe opus. Quod ſi expulſio,
inquit, dæmonum in filijs ueſtris, deo non dæmo-
nibus deputatur, quare idem in me opus non can-
dem habeat cauſam? Ergo ipſi iudices ueſtri e-
runt, non poteſtate, ſed comparatione, dum illi ex
pulſionem dæmonũ deo aſſignant, uos Beelzebub
principi dęmoniorũ. ¶ *Porro ſi in digito dei eycio dæmonia, profecto peruenit in uos regnũ dei.* Iſte eſt
digitus, quem & confitentur magi, qui contra
Moyſen & Aaron ſigna faciebant, dicentes: Digi-
Exodi. 8 tus dei eſt iſte, quo & tabulę lapideæ ſcriptæ ſunt
in monte Sinai Igitur manus & brachiũ dei filius
eſt, & digitus eius ſpiritusſanctus. Patris & filij &
ſpiritusſancti una ſubſtantia eſt. Nõ te ſcandalizet
membrorũ inęqualitas, cum ædificet corporis uni-
tas. Aliter, Digitus dei uocatur ſpiritusſanctus, ꝓ-
pter partitionẽ donorũ: quæ in eo dantur unicuiq;
propria, ſiue hominũ, ſiue angelorũ. In nullis enim
membris noſtris magis apparet partitio quam in
digitis. Quod autem dixit, peruenit in uos regnũ
dei, regnum dei nunc dicit, quo damnantur impij,
& fidelibus de peccatis ſuis pœnitentiam nunc
agentibus ſe cernũtur. ¶ *Cũ fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet.* Fortẽ dia-
bolum, atrium uero illius mundum, qui in maligno
pacato poſitus eſt appellat: in quo uſq; ad ſaluatoris ad-
uentum, maleq; parto patiebatur imperio, quia in
cordibus infidelium ſine ulla contradictione quie-
Joh. 14. ſcebat. Vnde & alibi princeps mũdi uocatur, di-
Ioha. 12. cente domino: Venit enim princeps mundi huius,
& in me nihil inuenit. Et iterum: Nunc princeps
huius mundi eijcietur foras. De qua hic eiectione
ſubiungitur: ¶ *Si autem fortior illo ſuperueniẽs ui-cerit eũ, uniuerſa arma eius auferet in quibus cõfide-bat, & ſpolia eius diſtribuet* De ſeipſo quippe loqui-
tur, quod non concordi fallax operatione, quem-
admodum calumniabantur, ſed fortiori potẽtia ui-
ctor, homines à dæmonio liberaret. Arma in qui-
bus male fortis ille confidebat, aſtutiæ doliq; ſunt
nequitiæ ſpiritualis. Spolia uero eius, ipſi homines
ſunt ab eo decepti, quę uictor Chriſtus diſtribuit,
quod eſt inſigne triumphantis. Qui captiuam du-
Ephe. 4 xit captiuitatem, dedit dona hominibus, quoſdam
quidem apoſtolos, alios euangeliſtas, hos prophe-
tas illos paſtores ordinans & doctores. ¶ *Qui non eſt mecum aduerſum me eſt, & qui nõ colligit mecum, diſpergit.* Non putet quiſquam de hæreticis hoc di-
ctum & ſciſmaticis, quanquã & ita ex ſuperfluo poſ-
ſit intelligi, ſed ex ſequẽtibus textuq; ſermonis ad
diabolũ referẽ, & q̃d non poſſunt opera ſaluatoris,
Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas
hominũ tenere captiuas, dñs liberare. Ille prędicat
idola, hic unius dei notitiam. Ille trahit ad uitia,
hic ad uirtutem reuocat. Quomodo ergo poſſunt
habere concordiam inter ſe, quorum opera diuer-
ſa ſunt? ¶ *Cũ immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa.* Quamuis ſimpliciter in-
telligi poſſit dominũ hęc ad diſtinctionem ſuorum
& ſathanę operũ adiunxiſſe, quod ſcilicet ipſe ſem-
per polluta mundare, ſathanas uero mundata gra-
uioribus feſtinat attaminare ſordibus, tamẽ & de
hæretico q̃libet uel ſciſmatico, uel etiam malo ca-
tholico poteſt nõ incõuenienter accipi, de quo tẽ-
pore baptiſmatis ſpiritus immundus q in eo prius
habitauerat ad confeſſionẽ catholicę fidei abrenũ-
ciationemq; mundanæ cõuerſationis eijciatur: lo-
caq; inaquoſa peragret, id eſt, corda fidelium, quæ
à mollitie fluxæ cogitationis expurgata ſint, calli-
dus inſidiator exploret, ſi quos ibi fortæ ſuę nequi-
tię greſſus figere poſſit. Sed bene dicitur, quęrẽs re-
quiem, & non inueniens, quia caſtas mentes effugi-
ens, in ſolo diabolus corde prauorum gratam ſibi
poteſt inuenire quietem. Vnde & de illo dominus, Iob. 40
Sub umbra, inquit, dormit, in ſecreto calami, in lo-
cis humentibus. In umbra uidelicet tenebroſa cõ-
ſcientias, in calamo qui foris nitidus, intus eſt ua-
cuus, ſimulatrices, in locis humẽtibus laſciuas mol-
leſq; mentes aſſinuãs. ¶ *Tunc dicit: Reuertar in domum meã unde exiui.* Timẽdus eſt iſte uerſiculus,
non exponendus, ne culpam quam in nobis extin-
ctam credebamus, per incuriam nos uacantes op-
primat. ¶ *Et cũ uenerit, inuenit ſcopis mundatam:*
hoc eſt, gratia baptiſmatis à peccatorum labe caſti-
gatam, ſed nulla boni operis induſtria cumulatã.
Vnde bene Matthæus hanc domũ uacantẽ, ſcopis
mundatã, atq; ornatã dicit inuentã, mundatam ui-
delicet à uitijs priſtinis ꝑ baptiſmum, uacantẽ, à bo- Matt. 12
nis opibus uel actibus per negligentiã, ornatam,
ſimulatis uirtutibus per hypocriſim. ¶ *Et tũc uadit & aſſumit ſeptem alios ſpũs nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi.* Per ſeptem ✻ alios ſpiritus, uniuerſa malos
uitia deſignat. Quemcunq; enim poſt baptiſma ſi-
ue prauitas hæretica, ſeu ✻ humana cupiditas ari- mũdana
puerit, mox omniũ proſternet in ima uitiorũ. Vn-
de recte nequiores tunc eum ſpiritus dicuntur in-
greſſi, quia nõ ſolum habebit illa ſeptem uitia, quę
ſeptem ſpiritualibus ſunt contraria uirtutibus, ſed
per hypocriſim, ipſas ſe uirtutes habere ſimulabit.
¶ *Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.*
Melius quippe erat ei uiam ueritatis non agnoſce-
re, quam poſt agnitionẽ retrorſum cõuerti. Quod 2. Pet. 2
in Iuda traditore, uel in Simone Mago, cęteriſq; ta-
libus ſpecialiter legimus impletum. Quo autẽ hæc
parabola generaliter tendat, ipſe ſecundum Mat-
thæũ ſaluator expoſuit, ubi ea terminata mox ſub- Matt. 12
didit dicens: Sic erit & generationi huic peſſimæ,
id eſt, quod de uno quolibet ſpecialiter geri ſo-
lere narrauit, hoc in tota generaliter huius populi
gente geri non deſinit. Immundus quippe ſpiritus
exiuit à Iudæis, quando acceperunt legẽ, & ambu-
lauit per loca arida, quærens ſibi requiẽ, expulſus
uidelicet à Iudęis ambulauit per gentiũ ſolitudines,
quæ cum poſtea domino credidiſſent, ille nõ inuẽ-
to loco in nationibus, dixit: Reuertar in domũ me-
am priſtinã unde exiui, habeo Iudęos q̃s ante dimi-
ſeram. Et ueniens, inquit, inuenit uacantem & ſco-
pis mundatã. Vacabat enim templũ Iudęorum, &
Chr̃um hoſpitem nõ habebat, dicẽtem: Dimittẽ Matt. 23
uobis domus ueſtra deſerta. Quia igitur dei & an-
gelorum præſidia non habebant, & ornati erant
ſuperfluis obſeruationibus phariſæorũ, reuertitur
ad ✻ eos diabolus, & ſeptenario ſibi numero dęmo- Iudęos
num addito, habitat priſtinã domũ, & ſunt poſte-
riora ✻ hoĩs illius peiora prioribus. Multo enim
nunc maiore dæmonũ numero poſſidẽtur, blaſphe- illius po-
mantes in ſynagogis ſuis Chriſtum Ieſum, quã in puli.
Aegypto poſſeſſi fuerant ante legis notitiam. Quia
aliud eſt uenturũ nõ credere, aliud eum non ſuſce-
piſſe cũ uenerit. Septenariũ autem numerũ adiun-
ctum diabolo, uel ꝓpter ſabbatũ intellige, uel pro- diabolũ
pter numerum ſpiritusſancti, ut quomodo in Eſaia ſuper
✻ per uirgã de radice Ieſſe, & florẽ qui de radice Iſaie. 11.
conſcendit, ſeptem ſpiritus uirtutum deſcendiſſe
narratur, ita & ẽ contrario uitiorum numerus in
diabolo conſecratus ſit.

niteniiã cõuerti uoluiſſent & potuiſſent, iã quidẽ regnũ Beelzebub deſolatũ fuiſſet. Hoc eñ in alijs regnis fieri uidemus. Non eſt igitũ ut illi dicunt, neque Satanas Satanam eijcit, quin potius omoes in omnibus ſibi inuicem auxiliantur. Vnde etiam per beatum Iob à dño de diabolo dicitur, Corpus illius qnaſi ſcuta fuſilia, & compactum ſquamis ſe ꝓmentibus una uni coniungitur, & ne ſpiraculnm quidem incedit per eas una alteri adhærebit, & tenẽtes ſe nequaquam ſeparabuntur. His enim uerbis malignos ſpiritus tantam inter ſe concordiam habere deſignat, nt nullatenus ab inuicem ſeparari queant. Corpus enim diaboli, totus ille malignorum ſpirituum exercitus intelligitur. Dicuntur autem ſcuta fuſilia maligni ſpiritus, propter fortitudinem. Dicuntnr & ſquamæ ſe prementes, ſeq́ mutuo tenentes, ſibiq́ inuicem adhærentes, propter nimiam concordiam & unitatem, quã habent in omni malitia & nocendi cupditate. Vtinam ſi fieri poſſet, hæc tanta illorum & pax concordia rumperetur, & regnum illud iniquitatis ſolueretur. Sequitur: *Et ſi ego iu Beelzebub eijcio dæmouia, filij ueſtri iu quo eijciuut?* Si, inquit, de me talia cogitatis, quid dicitis de diſcipulis meis? ſcio enim q a nõ bene intelligitis de diſcipulis, q tã nefanda de magiſtro cogitatis. Hoc eſt enim q̃d ſupius dixerat, Si patrẽfamilias Beelzebub uocauerunt, quãto magis domeſticos eius? Dicuntur aũt Apoſtoli filij Phariſçorũ, quoniam & ipſi & cæteri omnes qui credebant reſurrectionem quã phariſæi prædicabant, quaſi patres & magiſtros Phariſços habebãt. Vnde etiam illius ſectæ eos fuiſſe intelligi poteſt. Hæc enim ſecta cęteris melior erat, quãuis & ipſa in pluribus bona noo erat. Ideoq́ in Actibus Apoſtolorum Paulus qnoque Apoſtolus clamaſſe legitur, Phariſæus ſum, de ſpe & reſurrectione mortuorũ ego iudicor. Hæc eſt igitur cauſa cur Chriſti diſcipuli phariſçorũ filij dicãtur. Sequitur: *Ideo ipſi iudices ueſtri eruut.* Ipſi enim ſedebũt ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. *Porro ſi in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in uoi regnum dei.* Hoc aũt quid ſignificet, alius euangeliſta oſtẽdit, dicẽs: Si ego in ſpiritu dei eijcio dæmones, quod utiq́ uerum eſt & dubitari nõ debet, igitur peruenit in uos regnũ dei. Vbi enim eſt ſpiritus dei, ibi eſt & regnũ dei. Vocatnr autẽ digitus dei ſpiritusſanctus, propter multiplicem gratiarũ diuiſionem. In nulla enim corporis parte tãta diuiſio, quanta in digitis inuenitur. Et tale eſt ac ſi diceret: Ego quidem in ſpiritu dei & in uirtute diuinitatis dæmones eijcio, quoniam mihi ſubditi ſunt, quooiam in mea poteſtate ſunt, quoniam mihi reſiſtere non poſſunt, quoniam ligatos eos teneo & uioctos habeo. Et hoc eſt quod ait, *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, iu pace ſuut ea quæ poſſidet: ſi autem fortior illo ſuperueuieus uicerit eum, uuiuerſa arma eius auferet in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.* Fortis enim erat diabolus, ſed fortior ego ſum. Intraui in domũ eius, ueni in hunc mundum, quem ipſe ut domum propriam poſſidebat, ſed prope eſt ut princeps huius mũdi eijciatur foras. Ligaui eum, uaſa eius diripui, & miſeros homines quos ipſe inuaſerat, de eius ſeruitute liberaui. Non eſt igitur ipſe mecũ, neq́ cõgregat mecũ neq́ dæmooes eijcit mecum, oon ſanat homines ut ego, non congregat oues, neq́ ad uitæ paſcua ducit, ſicut ego. Quid igitur facit? Vis audire q̃d? ſpargit, diſſipat, occidit, & quoſcunq́ poteſt ad mortẽ & æternam damnationem ſecũ trahit. Hoc eſt enim q̃d dicit, *Qui non eſt mecum aduerſum me eſt, & qui nõ colligit mecũ, diſpergit. Cum immũdus ſpiritus exierit ab homiue, ambulat per loca iuaquoſa, quærẽs requiẽ, & uou iuuenieus, dicit, Reuertar iu domum meã uude exiui. Et ueuieus iuueuit eam uacautẽ, ſcopis mundatam, & ornatam: & tuuc uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus uequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi, & fiuut nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generatioui huic peſſimæ.* Hanc autem ſimilitudinem ideo dominus dedit, ut Iudæorum generationẽ malã & adulteram, propter duritiam ſuã & cor impœnitens, non ſolum à Niniuitis, uerum etiã ab alijs gẽtibus merito damnandã & iudicandã eſſe oſtẽderet. Quoniã hęc impia generatio pœnitere neſcit, ſed quotidie ſeipſa deterior fit, eius nouiſſima peiora prioribus fient. Hoc enim ipſi ſignificabant cum de Saluatore noſtro dicerẽt, Sanguis eius ſuper oos & ſuper filios noſtros. Sic igitur erit generatiõi huic peſſimę, ſicut illi homini qui ab immundo ſpiritu poſſidetur. Cum enim immundus ſpũs exierit ab homine, ambulat per loca arida, quęrẽs requiẽ & nõ inuenit. Facile enim malignus ſpiritus & intrat in hominem, & exit ab homine. Quoties enim homo uel cognitione uel operatione nefandũ aliquid agit, diabolus adeſt: ſi uero ex corde pœnitere incipiat, diabolus exit. Exiens aũt ambulat ꝑ loca arida & inaquoſa, eos uidelicet tẽtãdo, q maliię & uoluptatis humorẽ nõ habent, in q̃bus requiẽ non inuenit, quoniã fluxa & humida quærit. Vnde & de eodẽ dicitur, Sub umbra dormit, in ſecreto talami, in locis humẽtibus, q̃bus loca genitalia ſignificant. *Tunc dicit, Reuertar in domũ meã unde exiui.* Quia enim in bonis requiem habere nõ poteſt, ad malos redit, tentare nanq́ bonos diabolus poteſt, requiẽ aũt in eis habere nõ poteſt, q̃niã nũc eorũ orationibus, nũc eleemoſynis, alijsq́ ſimilibus ſolicitatur, mouetur, & pellitur. *Veniens aũt in domũ ſuã, inuenit eã uacautẽ.* Vacantem quidẽ, quia non inuenit ibi charitatem, nec fidem rectã, nec humilitatem, nec patientiam, nec iuſtitiam, nec miſericordiam, nec cætera quibus ſanctorum animę muniũtur. Qualem igitur eã inuenit? *Scopis muudatam, & oruatam:* talem eã inuenit, qualẽ inuenire deſiderat. Inuenit enim eã malis ſcopis mũdatã, & malis ornamentis ornatã. Malę ſcopæ quę uirtutes pellũt, & uitia relinquũt: malę ſcopę quę pauimẽta diſſipant, & puluerẽ nõ eijciunt. Luxuria uero, fornicatio, uoluptas, ſupbia, auaritia, diſcordia, omiſq́ immũditia, ornamẽta diaboli ſunt. His aũt ornamẽtis inuenit eam ornatã. *Tunc igitur uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitaut ibi.* Non ſufficit ei ut ſolus talem domũ poſſideat, ſocios quærit, ſpatioſus eſt locus, multis indiget habitatoribus. Sed qui ſunt iſti ſeptẽ ſpiritus? quare etiã ſeptẽ? quare nequiores? Quia enim ſeptẽ ſunt gratiæ ſpiritusſancti, q̃bus omnis anima ad fidẽ Chriſti conuertitur, & cõuerſa defenditur: ideo iniquus iſte, ſeptem ſpiritus illis cõtrarios ſecũ aſſumpſit, quibus aduerſus eas domũ ſuã tueatur. Opponẽs uidelicet ſpiritũ ſtultitiæ contra ſpiritũ ſapientiæ: & contra ſpiritũ intellectus, ſpiritũ uertiginis & inſanię: contra ſpiritum conſilij, ſpiritum temeritatis: contra ſpiritum fortitudinis, ſpiritum inconſtãtię & timoris: contra ſpiritum ſcientiæ, ſpiritum inſcientiæ: contra ſpiritum pietatis, ſpiritum impietatis: contra ſpiritum timoris domini, ſpiritum contemptus &

odiȷ. Infœlix illa anima, in qua iſti ſpiritus regnãt, & cui iſti dominantur. Iſti enim quodãmodo neq- ores illo ſunt, qui eos conduxit: quoniã iſti hac uiſ- ta animas corrumpũt, ille uero poſt hanc uitã ani- mas cruciat, ille tentat, iſti occidũt: ille ianuas ape- rit, iſti intromiſſi cuncta perdunt & diſsipant: ille hominẽ tẽtare & uexare poteſt, animam uero niſi per iſtos occidere nõ poteſt. Sic igitur iſti ſunt nequio- res illo, qa plus nocẽt iſti quã ille. Ille enim cõſiliã- do & tentãdo eſt nequior, iſti agendo & corrũpen- do ſunt neqores. Illi Apoſtolus hoĩes tradidit in in- teritũ carnis, de iſtis uero dicit, Nõ regnet pecca- tũ in ueſtra mortali carne. Nõ eſt igitur mirũ ſi fi- unt nouiſſima hoĩs illius peiora prioribus, cũ pri- us uno, & poſtea ſeptẽ aliȷs prematur dęmonibus. *Factum eſt aũt cum hæc diceret, uocem extollẽs quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uẽter qui te portauit, & ubera quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimo, beati qui au- diunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Hoc tale eſt ac ſi diceret: Beata quidem eſt mater mea, fœlix eſt uẽ- ter qui me portauit, ſed non ideo beata, quia ma- ter mea, neq; ideo fœlix, qa me portauit, ſed ideo fœlix atq; beata, quia uerbum dei audiuit, audien- do credidit, credendo cuſtodiuit. Hoc enim niſi fe- ciſſet, neq; fœlix, neq; mater mea eſſe potuiſſet.

FERIA SECVNDA

Lucæ IIII.

¶ In illo tempore, Dixerunt phariſæi ad Ieſum: Quãta audiuimus facta in Caphar naum, fac & hic in patria tua. Et reliqua. Homilia eiuſdem lectionis.

REfert ſuperius euãgeliſta, quia cum ue- niſſet dñs Nazareth, & in ſynagoga le- ctoris functus officio, ab omnibus in- tenta & ſtudioſa fuiſſet intẽtione audi- tus, omnesq; mirarentur in uerbis gratiæ, quæ pro- cedebant de ore illius, cœperũt phariſæi & ſcribæ inuidẽtes dicere: Nõne hic eſt filius Ioſeph fabri? Quorũ quãta eſſet cęcitas, hinc liquide cognoſci- mus, quia dñm quem in uerbis & factis mirabant, & Chriſtũ agnoſcebant, ob ſolam generis notitiã contemnebant, quia illum apud ſe multũ per æta- tum tempora profeciſſe uiderant. Vnde & eum qui

Luc. 2 de uirgine natus fuerat, filium Ioſeph appellabãt: qui ſponſus integerrimę matris eius, & baiulus ac nutricius eius fuerat. Et ait illis dñs: Vtiq; dicetis mihi hãc ſimilitudinẽ: Medice cura teipſum. Quid aũt uulgare cõtineret prouerbiũ, aperit euãgeliſta, cũ ſubiũgit: ¶ *Quanta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua.* Quod eſt dicere: Quia, inquiũ- unt, in Capharnaum plures te curaſſe fama uulgã- re comperimus, cura etiam teipſum, id eſt, fac ſimi- liter in patria: hoc eſt, in tua ciuitate. Patria enim uel ciuitas dñi, Nazareth erat: in q̃ ſecundũ aſſum- ptũ hoĩem & cõceptus eſt & nutritus. Et intuere, q̃d ſicut ſupius Chriſtũ fabrũ uel filiũ fabri, ita nũc eadem erroris inſania medicum cognominãt. Sed error iſte inſanus plenus eſt ſanæ fidei & ueritatis. Reuera enim filius erat fabri illius, q in principio cœlũ terramq; fabricatus eſt: quiq; ſicut uerus fa- ber igne operat & ſpũ, iuxta q̃d de Chriſto tanq̃

Matt. 3 fabri filio Iohãnes dicit: Ipſe uos baptizabit in ſpũ ſancto & igne. Hic faber in magna huius mũdi do- mo facit diuerſi generis uaſa: aliud quidẽ in hono-

Ipſe rem, aliud uero in contumeliã. * Ipſe etiã uaſa iræ, ſpũſancti igne molliendo, in uaſa conuertit miſeri-

cordię, iuxta quod Malachias ex pſona Dei patris Mala. 3 de Chriſto loqtur: Et ſedebit cõflans, & emũdans argentũ. Eſt ergo Chriſtus uere faber, de quo ſcri- Ioan. 1 ptum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et eſt medicus, quia per ipſum in cœlis & in terris omnia ſunt reſtaurata. Quiq; de ſe alibi dicit: Non eſt opus bene ualẽtibus medicus, Matt. 9. ſed male habẽtibus. Sed uideamus adhuc, quo ge- nere medicaminis iſte medicus utatur. Legimus in euangelio Ioannis, quia prętericns Ieſus uidit cæ- Iohan. 9 cum a natiuitate, & expuit in terram, & fecit lutũ ex ſputo & liniuit ſup oculos cæci, & dixit ei: Vade ad natatoria Syloæ, q̃d interp̃tatur miſſus, & abiȷt & lauit, & uenit uidens. Cuius mirabilis curatiõis myſterium, quia ſuo loco dño iuuante exponendũ eſt, hic ſuperſedemus. Monetur ergo Chriſtus ab irridentibus ciuibus ut ſeipſum curaret, hoc eſt, in ſua patria uirtutes faceret, quaſi non reuera alibi fecerit, quæ rumor ſemper incertus uulgauerat, cũ apud ſuos ciues tanquam apud domeſticos & affi- nes tale nihil feciſſet, quibus multo conuenientius talia beneficia impendenda erãt. Quod quare dñs non fecerit, alius euãgeliſta aperte oſtendit, & ex- cuſat dñm, dicẽs. Quia nõ poterat ibi uirtutẽ ullã Mar. 6 facere, niſi paucos infirmos curauit. Et mirabatur, inquit, propter incredulitatem illorũ. Non ergo uiluerat dño patria, ſed incredulitas eorũ hoc nõ merebatur. Amabat quidẽ ciues, ſed ipſi deſpiciẽ- tes Chriſtum quaſi notum, & non credentes, pa- triæ ſe charitate priuabant. ¶ *Ait autem: Amen di- co uobis, quia nemo propheta eſt acceptus in patria ſua.* Quod uero dominus in ſcripturis propheta ſoleat appellari, Moyſes teſtatur qui dicit, Prophe- tam uobis ſuſcitabit dominus deus ueſter de fratri- Deut. 18 bus ueſtris: eum tanquam meipſum audite. Non au- tem ſolum dominus, qui eſt caput & dñs omnium prophetarũ, uerumetiam Helias & Hieremias, cę- teriq; ſancti prophetæ minores atq; inferiores, plus ſemper odio habiti ſunt apud ciues, q̃ apud exteras nationes. Naturale enim quodãmodo & proprium eſt, ciues ciuibus inuidere: quia non prę- ſentia opera, non prudentiã, non uirtutem in uiro conſiderant, ſed fragilis infantiæ recordantur, uel- uti & ipſi non per eoſdem gradus ad maturã per- uenerint ætatem. ¶ *In ueritate dico uobis, multæ ui- duæ erant in diebus Heliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex, cum facta eſſet fa- mes magna in omni terra, & ad nullam earum miſſus eſt Helias, niſi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem uiduam.* Notiſſimo utitur ex libro regum exemplo uiduæ Sareptanæ, ad quam Helias famis tempore miſ- 3. Re. 17. ſus eſt, plus ut eam paſceret, quam ut ab ipſa paſce- retur: cum tamen in Iſrael tunc temporis innume- ræ eſſent uiduæ. Ac ſi aperte diceret: Non eſt con- trarium exemplis prophetarum, q̃d uobis meis ci- uibus beneficia operũ meorũ ſubtraho. ſicut enim quondam fame totam terram præmente, nemo in Iudæa repertus eſt, qui dignus eſſet Heliæ hoſpi- tio, ſed exteræ nationis uidua quęſita eſt, quæ a tã- to propheta uiſitaretur: ſic & uos modo, qui me inuidiæ & perfidiæ cauſa ſpernitis, ipſi uos ſupno munere priuatis. Hoc prophetę iuxta hiſtoriã fa- ctum myſtice ſuperbiam Iudæorum, & fidem ac ſa- lutẽ gentiũ deſignat. Nam uidua iſta ſancti ã præ- monſtrat eccleſiam, quæ uidua erat, quia diutius a ſuo conditore deſerta remãſerat. Hæc filium pau- perẽ egena * ſtirpe nutriebat: quæ populũ rectæ ſtipe fidei neſciũ, uerbo ſecularis ſciẽtię abſq; utilitatis

fructu

fructu docebat. Bene hæc uidua in Sarepta Sido-
niæ fuiſſe dicit. Sidonia nanq; uenatio inutilis, Sa
repta uero incendium uel anguſtia panis interpre-
tatur. Quibus omnibus gentilitas exprimitur, quę
inutili uenationi dedita erat, lucris & negocijs tē-
poralibus inſeruiēs. Erat q; in Sarepta, in incēdio
uidelicet carnalium cupiditatum, panis q; ſpiritua-
lis patiebatur anguſtias. Ad hanc miſſus eſt Helias,
id eſt, ſermo propheticus, qui in Iudęa periclitaba-
tur, clauſa cœli ianua, id eſt, ceſſante ſcripturarum
intelligentia, merito infidelitatis Iudæorū. Venit
ergo propheticus ſermo ad eccleſiā, ut paſceretur
& paſceret, ut uidelicet receptus à fidelibus, credē-
tiū corda reficeret. Vbi ergo antea ſpūalis erat an-
guſtia, nunc farina & oleū bñdicitur, id eſt, fructus
& hilaritas charitatis, uel gratia dñici corporis &
ſacri chriſmatis munera cōſecrant: & hactenus hęc
diuina munera apud eccleſiā nō deficiūt. Pulchræ
uero hæc mulier myſticum factura panē, prius ſe
dixit duo ligna colligere. Vbi nō ſolum per quod
lignum nominauit, uerum quod duo ligna dixit, fi-
guram crucis euidētiſſime exprimit, in qua nobis
uitæ æternę pparatus eſt panis. ¶ *Et multi lepro-
ſi erant in Iſrael ſub Heliſeo propheta, & nemo eorū mū-
datus eſt, niſi Naaman Syrus.* Quoniam hiſtoriæ nar-
4. Re. 5 ratio ſatis omnibus liquet, quæ ad myſteriū perti-
nēt uideamus. Naamā qui decor interpretatur, po-
pulus eſt nationum, qui antequā in Chriſtum cre-
deret, perfidię* nō ſcelerū lepra* maculoſa erat:
& maculoſus ſed in Chriſtū credendo per baptiſmū ab omni ſœ-
ditate mētis purgatus eſt. De quo bene dicitur q̄d
puellę conſilio monitus ſit, ut ad prophetam Heli-
ſeum ueniret: quia gratia ſupnę inſpirationis quā
puella ſignificat, populus gentium incipit ſalutem
quæ eſt in Chriſto, ſperare. Iubetur à propheta ſe-
ptiet in Iordane mundari: quia nimirum illud ba-
ptiſma credentes ſaluat, quod ſeptiformi ſpū rege-
neras. De quo illud ſignāter dicitur, quod poſt q̄
lauit, reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruu-
li: quia cunctos in Chriſto baptizatos, in unā pur-
gat gratia mater infantiā. Siue quod ſicut puer re-
nouatus eſt, ſignificat, quia per baptiſmū in Chri-
ſto uetere homine depoſito, uitia reſpuere ſcimus,
eiuſq; corpori cōfirmamur, de quo ſcriptū eſt: Par-
Iſai. 9 uulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Nec il-
lud uacat à myſterio quod partē terræ ſanctæ ſe-
cum tuliſſe dicitur: quia baptizati corporis & ſan-
guinis dñici debent perceptione confirmari. His
igitur exēplis duorum prophetarum, Heliæ atq;
Heliſei probatur dominus nō cauſa impotētię ci-
uibus uirtutū doctrinā negaſſe, ſed propter eorū
inuidiam atq; infidelitatem. ¶ *Et repleti ſunt o-
mnes in ſynagoga ira, hæc audientes: & eiecerunt eum
extra ciuitatem.* Quod dominus ſupra de his dixe-
rat, hoc ipſi uerum eſſe teſtantur. Nam repleti, ira
ſurrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatē. Hoc
nempe eorū ſacrilegium, quod nunc in euangelio
feciſſe memorātur, ita per Pſal. olim prænuncia-
tum fuerat: Retribuebāt, inquit, mihi mala pro bo-
Pſal. 34. nis. Cum enim dñs per populos ſaluationum bene-
ficia diffunderet, illi e cōtrario iniurias illi irroga-
bant. Nec mirum, ſi ſaluatorem habere non merē-
tur, quia ſaluatorem de ſuis finibus expulerunt.
¶ *Et duxerunt, inquit, eum uſq; ad ſupercilium montis,
ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipita-
rent eum. Ipſe autē tranſiens, per medium illorum ibat.*
O peſſimo magiſtro peiores diſcipuli, diabolus enī
tantū dñm tētat uerbo, iſti facto. Ille hortatur ut
deorſum ſe mittat, iſti adhortātur ut mittant. Fe-
rūt autē hi q ſctōrum locorū miracula curioſe inue-
ſtigare, & diligenter ſcribere ſtuduerunt, q̄d cum
dñs de manibus eorū elapſus, per mediū illorū de
rupis uertice deſcēdiſſet, atq; ſub ipſa rupe delite-
ſceret, ſubito ad tactū ueſtis ipſius ſaxū illud ſub-
terfugit, & inſtar cerę liquatū ac reſolutū, ſinū quē-
dā q̄ corpus dñicū muniretur & reciperetur effecit,
tantæ utiq; capacitatis, quantæ ipſum corpus dñi
extitit quantitatis. In quo hodie q; uniuerſa linea-
menta & rugæ ueſtis quæ à tergo domini erāt, ue-
luti manu ſculptoris expreſſa ſeruātur. Et illi qui
dē ipſum ad hoc mōtis ſuperciliū duxerunt, ut illū
præcipitarēt: ſed ſubito illorū mēte mutata, & ma-
ieſtate ineffabili ſtupefacta, per medium illorū trā-
ſiens deſcēdit, adhuc illis locum reſeruās pœniten-
tiæ, ut uel ſic intelligentes eius potentiā, à cōſilio
mortis eius inferendæ animū reuocarent. Nondū
enim uenerat hora paſſionis eius, quæ nō ſabbato,
ſed paraſceue paſchæ futura erat. Nondū locū ei-
uſdem paſſionis adierat, quæ non in Nazareth, ſed
in Hieroſolymis implenda erat, ubi & p agni pa-
ſchalis immolationem eius mors prænūciabatur.
Sed neq; hoc genus mortis elegerat. Neque enim
modo a Nazarenis præcipitari, neq; alibi ab Hie-
roſolymitis ſe permiſit lapidari, nec multo ante
ab Herode ſe puerum uoluit perimi, quia ante ſe-
cula elegerat mortem crucis, cuius ſigno frōtes fi-
delium munirentur, quæ celerrimo dextrę motu
exprimi poteſt, cōtra diaboli tētamēta, ſimulq; ut
ſe monarchiā totius orbis per crucis poſitionē ob-
tinuiſſe monſtraret, cuius cacumen ad cœlos ten-
dit, ima petunt inferos, terrā cornua tegunt. Hinc
Apoſtolus eiuſdem crucis myſterium exponēs, di-
cit, Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœle-
ſtium, terreſtriū, & infernorū, & omnis lingua cō- Phil. 2.
fiteatur, quia dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei
patris. Cū quo uiuit & regnat in unitate ſpiritus-
ſancti deus, per oīa ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM SECVNDA FERIA

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

LEgitur ſuperius in hoc euangelio, quod cū do-
minus ueniſſet in patriam ſuam, & ſecundum
conſuetudinē Synagogam introiſſet, traditus
eſt ei liber Eſaię prophetæ. In quo cum legiſſet, &
ſicut uoluit expoſuiſſet, omnes ei teſtimonium da-
bant, & admirantes dicebant, Quomodo hic lite-
ras ſcit, cū non didicerit? Et paulo poſt mente mu-
tata, inuidia quadam & indignatione dicere cœpe-
runt, Nonne hic eſt filius Ioſeph? Hoc igitur ſolum
minus habere uidebatur, quod extraneus nō erat,
quod eius parētes nouerāt, & quod ibi nutritus fu-
erat. Si enim aliunde ueniſſet, eiſq; omnino inco-
gnitus eſſet, tūc eis per omnia uenerabilis omniq;
reuerentia dignus haberetur. Et ait illis: Vtiq; di-
cetis mihi hāc ſimilitudinē, Medice, cura teipſum,
*quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in pa-
tria tua.* Hoc enim derogando dicebant, & ea quæ
de ipſo audierant non credebant. Et tale eſt ac ſi
dicerent: Si medicus es, ſi infirmos curare & lan-
guores pellere potes, q̄d nos nō credimus, cura pri-
us teipſum, cura carnem tuam, parentes ſcilicet, ui-
cinos, propinquos, & patriam tuam, & ea quæ in
Capharnaum & alijs ciuitatibus te feciſſe audiui-
mus, fac & hic in patria tua, ut nos uideamus. Ait
enim: *Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus
eſt in patria ſua.* Ideo (inquit) non curo patriam me-
am, quia ei acceptus non ſum, quia fidem in ea non

inueolo, & quia mihi ſicut cæteri nõ credit patria
mea Delectatur in uerbis meis, admiratur in ſer-
monibus meis, & ſcandalizatur in parentibus me-
is. Tantoq; minus cognoſcit, quãto plus præ cæ-
teris me notũ habuit. *In ueritate dico uobis, multæ ui-
duæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quãdo clauſum eſt cæ-
lum annis tribus & menſibus ſex, cum facta eſſet fames in
omni terra, & ad nullã illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sa-
reptam Sidoniæ ad mulierem uiduam.* Non ad uos (in-
quit) miſſus ſum, non uos curare & ſanare ueni,
quia non ad omnes uiduas miſſus eſt Elias. Hoc e-
nim ille ſignificabat: & quod ego in ciuitate, hoc il-
le in urbe faciebat. Illam ego uiduã curare, illã ci-
bis ſpiritualibus ſatiare, & ab omni fame, & penu-
ria eripere ueni. De qua ſcriptum eſt: Viduam eius
benedicens benedicã, pauperes eius ſaturabo pani-
bus. Hæc enim uidua & ſancta Eccleſia uniuerſali-
ter, & unaquæque fidelis anima ſingulariter intel-
ligi poteſt. Venit enim dominus uocare omnes,
prædicare omnibus, ſed non uenit ſanare & à fa-
me eripere oẽs. Niſi enim ueniſſet, & loquutus eis
fuiſſet, peccatum non haberent: nunc autem excu-
ſationem non habent de peccatis ſuis. Prædicãte
itaq; Dño cœlum aperitur, fames tollitur, & fide-
les animę cœleſti nectare inebriantur, econtrà au-
tẽ infidelibus & iniquis minatur, dicens: Ecce ego
mittã in uobis non famem panis, neq; ſitim aquæ,
ſed audiendi uerbũ dei. Seqtur: *Et multi leproſi erãt
in Iſrael ſub Eliſæo propheta, & nemo eorum mundatus
eſt niſi Naaman Syrus.* Similitudo eadem eſt quę ſu-
perior. Multi enim leproſi, multi ſunt peccatores.
Vnus Naaman unus populus gentium, ſiue unuſ-
quiſq; fidelis intelligitur. Hic autem ad dominum
ueniens, & eius tandem ſermonibus credẽs, bapti-
zatur, ſanatur, & mũdatus eſt. *Et repleti ſunt omnes
in Synagoga hæc audientes ira.* Repleti ſunt quoniã
hæc aduerſum ſe dicta fuiſſe intellexerunt, ſeque
indignos æſtimari cognouerunt, quos ille talis tã-
tusque propheta uiſitare debuiſſet. *Et ſurrexerunt
& eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum
uſque ad ſupercilium mõtis, ſuper quem ciuitas illorum
erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipſe autem tranſi-
ens per medium illorum ibat.* Sæuiant homines quan-
tum uelint, fremant & iraſcantur, ſecurus eſt Do-
minus, nihil timet, omnia in poteſtate habet, & ni-
ſi ipſe uelit, teneri non poteſt. Non tamen reſiſtit,
ſed per medium inimicorum tranſiens, canes con-
temnit hinc inde latrantes.

FERIA TERTIA

Matt. XVIII.

¶In illo tempore, Reſpiciens Ieſus in di-
ſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro: Si pec-
cauerit in te frater tuus. Et reliqua. Homi-
lia lectionis eiuſdem.

TOta hæc ſancti euangelij lectio morali-
bus nos pręceptis inſtruit, & qualiter er-
ga eos qui in nos delinquunt, facere de-
beamus, ſatis neceſſaria admonitione
oſtẽdit. Ideoq; tãto propenſius eſt au-
diẽda, tãtoq; ſtudioſius addiſcẽda, quãto cõſtat, q̃d
ſine huius doctrina illibatæ charitatis uinculũ, q̃
ſtatus eccleſiæ continetur, ſolidũ atq; indiruptum
ſeruari non poteſt. Ait ergo dñs ad diſcipulos, ad
habendam cũ fratribus pacem erudiẽs: ¶ *Si pecca-
uerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te &
& ipſum ſolũ.* Notandum uero prius eſt q̃d ſi in nos
frater peccauerit, & q̃libet cauſa animũ noſtrũ læ-
ſerit, dimittẽdi nobis cõcedit poteſtas, imo ingeri-
tur neceſſitas: qa aliter nobis noſtra ſcimus debita
nõ relaxari, niſi & nos debitoribus noſtris dimiſe-
rimus. Si uero qs in deũ peccauerit, nõ eſt arbitrij
noſtri, ſed ſolius eſt dimittere dei. Scriptũ eſt eñ:
Si peccauerit uir in uirũ, placari ei poteſt deus: ſi
aũt in deũ peccauerit, qs orabit ꝓ eo? Sed nos or- 1.Re.
dine cõuerſo, in ulciſcẽda dei iniuria, lętali pieta-
te torpemus, in noſtris uero cõtumelijs odia exer-
cemus. Prius tñ corripiẽdus eſt q in nos peccat, ſe-
orſum, ne putet nõ eſſe pctm̃ quod facit: ſicq; amiſ-
ſa ſemel uerecũdia in peccato ꝑmanere uelit. Et ſi
qdẽ nos audierit, lucrifaciamus aĩam eius: qa ꝑ illi-
us ſalutẽ nobis q̃q; daſ remiſſio peccatorũ, Iacobo Iacob.5
apoſtolo dicẽte: Qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab
errore uię ſuę, ſaluabit animã eius à morte, & operit
multitudinẽ peccatorũ. Ergo docet q̃ ordine ſcã-
dala uitare poſſumus, uidelicet ſi neq; ipſi aliquẽ lę-
dimus, ſi peccantẽ zelo iuſtitię corripimus, ſi pœni-
tẽti uiſcera pietatis toto corde pãdimus. Cũ ergo
fratrẽ delinquẽtẽ corripimus, ſi nos non audierit,
adhibendi ſunt fratres unus aut duo: ut qui ab uno
corrigi non potuit, à pluribus corrigatur, uel eo-
rũ teſtimonio cõuincaſ. Porro ſi nec illos audierit,
tunc eccleſię dicere præcipimur, ut ab oĩbus dete-
ſtetur & dijudiceſ: quatenus ſi noluit pudore cor-
rigi, ſaltẽ corrigatur multorũ opprobrijs. Si autẽ
nec eccleſiam audierit, ſit tibi ethnicus & publica-
nus. Ethnos græco ſermone gẽs dicitur: inde eth-
nicus, id eſt, gentilis deriuatur, q ſic permanet ut
natus eſt, & non eſt Chriſto renatus. Publicani ue-
ro ſunt, q publice peccãt, uel qui publicis negocijs
inſeruiũt per fraudes ac furta & ſcelerata piuria.
Sane cũ incorrigibilem fratrẽ ſicut ethnicũ & pu-
blicanũ dicit habendũ, oſtẽdit grauioris criminis
eſſe reũ, qui ſub ſpecie fidelis, opera agit infideli-
um, q̃ eum q aperte infidelis, & publicanus exiſtit.
Sed & hic caute attẽdendũ, q̃d non paſſim aut leui-
ter, ſed obedienti, & pœnitentiam commiſſi ſui a-
gẽti ac ueniam petenti fratri dimittere iubemur.
Vnius enim ſceleris rei tenentur apud Deum, &
is q peccantẽ uidẽs fratrẽ, corrigere noluerit, ſed
negligẽs paruipenderit, atq; ille q fratri pœnitẽ-
tiã agẽti dimittere noluerit. Nam dñs cũ dixiſſet,
Si peccauerit frater tuus, corripe, ſtatim ſubiun-
xit: Si dixerit, pœnitet me dimitte. Igitur lar-
giẽda eſt uenia poſt increpationẽ, ſcilicet illi q pœ-
nitentiã egerit, & ſe ab errore cõuerterit: quia nec
difficilis uenia, nec remiſſa debet eſſe indulgentia.
¶ *Amẽ dico uobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, erũt
ligata & in cœlo.* Quia dixerat durũ & impœniten-
tẽ fratrẽ, ut ethnicũ & publicanũ habendũ, ne ali-
quis ita uecors, & deſperatione peſtifera cõtem-
ptor exiſteret, ut tacitus apud ſe loquereſ: Si me
deſpicis, & ego te deſpeciam: ſi me honoras, utiq;
mea ſentẽtia honoraberis: Idcirco dñs apoſtolis
poteſtatẽ ligãdi tribuit & ſoluendi, ut hi q condẽ-
nantur, ſciãt humanã ſententiã diuina firmari, & Matt.16
quod fuerit ligatũ in terra, ligari nihilominus in
cœlo. Hæc uero poteſtas ſpecialiter ſanctis eccle-
ſiæ epiſcopis collata eſt, generaliter uero omĩ ec-
cleſiæ data creditur. Nam q̃d & dñs alibi beato Pe-
tro hãc poteſtatẽ ligandi atq; ſoluẽdi dedit, utiq;
in Petro qui typũ gerebat eccleſiæ, omnibus fide-
libus hoc cõceſſiſſe nõ dubitatur. ¶ *Iterũ dico uobis,
quia ſi duo ex uobis cõſenſerint ſuper terrã, de oĩ re quã-
cunq; petierint, fiet illis a patre meo qui eſt in cœlis.* Ma-

gna

gnã fidelibus autoritatẽ & fiduciã tribuit, & e cõtrario magnũ contẽptoribus metũ incutit, dicens à patre deo in cœlis fieri, quicquid duorum conſenſu ſuper terram fuerit cõſtitutũ. Et hoc primo ad cõcordiã nos ꝓuocat, quo ſollicitius feſtinemus ad pacẽ, cum ſe dicit inter duos uel tres aliquid ſtatuentes, mediũ fore. Nam ſequitur: ¶ *Vbi enim fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* In medio, inquit, ſum eorum, ut uel recipiam humilem pœnitentem, uel proijciã ſuperbum & contumacẽ. Et quicquid illi iudicando ad hominũ ſalutẽ agunt in terra, meo deſuper iudicio roboratur in cœlo. Spiritualiter uero illud dicere poſſumus: qa ubi ſpũs, anima & corpus conſenſerint, nec bellũ inter ſe diſcordantiũ habuerint uoluntatem, carne aduerſus ſpiritum, & ecõuerſo ſpiritu aduerſus carnem concupiſcente, de omni re quã petierint à patre, impetrare poſſint. Nec dubitandũ iuſtã & acceptã eſſe deo petitionẽ, ubi ea uult caro quæ ſpũs. ¶ *Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? uſque ſepties? Dixit illi Ieſus: Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſq; ſeptuagieſſepties.* Superioribus uerbis domini prouocatus apoſtolus Petrus, ſolita ſibi fiducia accedens, interrogauit quoties deberet in ſe peccãti dimittere, an ne uſq; ſepties? Cui reſpondit dominus: Non ſolum uſq; ſepties, ſed uſque ſeptuagieſſepties, id eſt, quadringentis nonaginta uicibus, ſi toties in die peccare contigerit. Impoſſibile eſt enim quadringẽtis nonaginta uicibus in fratrem poſſe delinquere. Et hęc multiplicatio ſecundũ B. Hieronymũ facta eſt. Cæterum B. Auguſtinus docet hunc numerum ſimpliciter & non multiplicitur accipiẽdum, idcirco quod totus per aduerbium fit. Ars enim arithmetica docet, ut numerus aliquis ſi per ſolũ fiat aduerbium, uel per ſolum nomẽ, non multiplicetur. ſi uero ex nomine, ſimul & aduerbio: ut uerbi gratia: ſepties ſeptuaginta, uel cõuerſim ſeptuagieſſeptẽ poſſunt multiplicari. Quod ergo dicit ſeptuagieſſeptẽ, lxxvij. uicibus idẽ doctor intelligit. Sed iam ueniendũ eſt ad myſterium. Neq; enim ab re eſſe poteſt, q̃d dñs hunc alium & alium numerum in relaxãdis fratrũ erratibus conſtituere uoluit. Conſtat enim ex ſeptenario & undenario. nam ſiue ſepties undecim, ſiue undecies ſeptem dicamus, ſeptuaginta ſeptẽ perficiemus. Et ſeptenarius quidem numerus eſt numerus ſacratiſſimus ex donis ſeptiformis ſpiritus. Vndenarius uero numerus figuram tenet omnis peccati: in undenario nanq; tranſgreſſio eſt denarij. Et nos cum peccamus, decalogũ profecto

Exod.20 præceptorum dei trãſgredimur. Hinc eſt, quod in tabernaculo dei undecim ſaga cilicina fuiſſe memorant. cilicium nanq; habitum pœnitentium, & pro peccatis mœrẽtium deſignat. In tabernaculo ergo dei undecim ſaga cilicina fieri iuſſa ſunt, qa ſancta eccleſia nõ ſolũ ex iuſtis & immaculatis, uerũ etiã ex peccatoribus pœnitentibus & cõuerſis exiſtit. Huius numeri ſacramentũ Petrus apoſtolus agnoſcens, Iuda perdito, noluit apoſtolos in undenario numero permanere, ſed electo Matthia, duodenariam ſummã curauit ſupplere. Septuagieſſepties ergo dominus præcepit, ut oſtẽdat quia quoties & quoties aliquis peccauerit, toties & toties ei dimittere, & nũq̃ dimittẽdo ceſſare debemus. Quod eñ per hũc numerum peccatorũ ſignificatur remiſſio, illud quoq; manifeſtat, q̃d B. Lucas catalogum do-

Luc.3 minicę generationis ſeptuaginta ſeptẽ generationibus terminauit, incipiẽs à Ioſeph, & uſq; ad ipſum deum conditorẽ perueniens. Quia enim dei filius ad ſoluenda mũdi peccata ueniebat, ideo iure eius incarnatio ſeptuaginta ſeptem generationibus texitur, & hoc aſcendendo. Quia uidelicet filij dei incarnatio, noſtra fuit exaltatio: & unde ille deſcendit, inde noſtra abiectio aſcẽdere meruit. Quod uero hic numerus ex ſeptenario & undenario multiplicatus exurgit, ſignificat, qa oĩs peccatorũ remiſſio ꝑ gratiã ſpũſſancti fit, cuius donis priuari merẽtur, quicunq; fratribus in ſe peccantibus dimittere noluerint. Sane aliter fratri pœnitẽti aliter pręcipimur inimico perſequẽti ueniã dare. Huic nanq; dimittendum eſt, accepta remiſſione peccati, quo nos inſonteſq; læſit, ut ſocia dehinc nobis charitate cõmunicet: illi uero, ut cum malum uult, nobis autem facit, nos illi ſemper bonum uelimus, & ſi poſſumus, etiam faciamus. Non enim illis quandiu in malo perſeuerãt peccati ſui ueniã dare poſſumus, licet uelimus. Habemus hinc duo cõuenientiſsima Gene.45

exẽpla. Ioſeph nanq; fratribus ſuis ſalubriter caſti 2.Re.2.

gatis, beneuole ignouit. Dauid uero ꝑſecutoribus ſuis pœnitẽtibus, & in malitia perdurantibus, quãuis eos fleuerit, ueniã tñ illis ꝑſtare nõ potuit. Hęc ergo ꝑcepta tenendę charitatis, quę à Chriſto, qui eſt autor pacis audiuimus, ſedulo opari curemus. Ne grauemur dimittere minima, cũ ſciamus nobis innumerabilia peccatorũ in baptiſmo dimiſſa. Sed & quotidie delinquẽtes, quotidianum à domino ueniam poſtulemus. Exemplo nanq; ſuo nos ipſe ad facilitatem indulgẽtiæ ꝓuocat, qui totius mũdi peccata non ſolum dimittere, uerum etiam proprio ore dignatus eſt expiare, Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui cũ patre & ſpirituſancto uiuit & regnat deus in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

EADEM FERIA III. HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

HAec autem Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus, epiſcopis uidelicet & ſacerdotibus Dñm ſpecialiter dixiſſe, ex eo maxime intelligi poteſt, quod mox ipſe in ſequẽtibus ait: *Amen dico uobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Vnde & bene ſubditur. *Si peccauerit in te frater tuus.* Peccat enim in paſtorem qui oues affligit: peccat in epiſcopum, qui populo ſibi commiſſo iniuriam facit. Ad hos enim pertinet corripere, ad hos pertinet excommunicare & de eccleſia pellere. Hoc autem quo ordine faciamus, ipſe dñs nos docuit, dicens: *Vade & corripe eum inter te & ipſum.* Si enim hoc faciamus, non eſt unde frater noſter merito ſcandalizari debeat, præſertim cum bona ſuadentes, ueritatem ei dicamus. Qui ſi nos audierit, noſtra humili alloquutione domino reconciliabitur: ſi autem non audierit, adhibe tecum adhuc unũ uel duos, ut in ore duorum uel trium teſtium ſtet omne uerbum. Paucos adhuc dominus adhibere iubet, ne ille qui corrigitur, multorum redargutione ſcandalizatus, deterior fiat. Sufficiunt tamẽ iſti ad teſtimonium, ſi uel de iniuſta conuentione, uel ſe non ita ut dicitur eis reſpondiſſe contra epiſcopum uel ſacerdotem aliquando agere uoluerit. *Quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ:* quatenus uel omnium obiurgatione erubſcat, qui paucorum humili alloquutione ſatisfacere noluit. Vnde & Apoſtolus ait: Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio quæ fit à pluribus. *Si autẽ eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus,* ut excõmunicatus & ab

eccleſia ſeparatus, nullus eccleſiæ filius ei cōmunicet, qui eccleſię credere noluit, eiusq; conſilijs obedire contēpſit, & cæteri hoc audientes timeant, atq; unius exemplo corrigantur multi. *Amen dico uobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terrā erunt ſoluta & in cœlo.* Hoc epiſcopi audiant, & hunc ligandi & ſoluendi ordinem teneāt. Prius ſingulariter, aut per ſe, aut per alium peccantes cōueniant: deinde cum paucis, poſtmodū uero cū tota eccleſia, quā ſi audire contēpſerint, iam tunc eos ligare nō dubitēt. Qui enim ſic ligātur, & in cœlo & in terra ligati ſunt. *Iterum dico uobis, quia ſi duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quācunque petierint, fiet illis a patre meo qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo aut tres cōgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Qualiter enim intelligere debeamus hoc q̄d ait, De omni re, determinatur dū dicitur *in nomine.* Non enim malam petitionem facere poſſunt, qui in eius nomine cōgregantur, & in quorum medio ipſe eſt, id eſt, in quorū corde ipſe præſidet, quia ideo ibi eſt ut corda regat, cōſilia dirigat, petitiones diſponat, eosq; ſibi inuicē in bono cōſentire faciat. Videt̃ aūt huic loco illud conuenire q̄d alibi dicit̃, Quicq̄d petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. Illi enim ſibi in bono cōſentiūt, in noīe Ieſu cōgregātur, & petūt, q ea poſtulāt quę ad ſalutē ptinent. Quid enim niſi ſalus in ſaluatoris nomine q̄ritur? Ieſus enim ſaluator interp̄tatur. Qui igitur ſalutē nō petit, q̄uis uocet Ieſum, nō tñ petit in nomine Ieſu, qa hoc non petit, quod interp̄tatur Ieſus. Dicatur ergo, Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quancunq; cum fide & ſine hæſitatione petierint in nomine meo, fiet eis. Vnde hoc? *Quia ubi ſunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorum.* Quod ſi duo uel tres ſibi in bono conſentiētes & in Chriſti nomine petentes ſic exaudiuntur, quāto magis plures? quāto magis totā eccleſiam deus exaudit? Sed dicis: Quid ſi in nomine Ieſu pro damnatorū ſalute petant? nunquid exaudiūtur? Nam pro Iudæis & ſchiſmaticis & hæreticis quotidie eccleſia orat, & non exauditur. Orauit & Dominus pro Iudæis, dicens: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Sic igitur pro multorum ſalute orant ſancti, & nō exaudiuntur, determinandū eſt igitur & iſtud, ut ſic dicatur: Si duo ex uobis in bono cōſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint in nomine meo, ſi tamen tale ſit, quod Dei ordini & diſpoſitioni cōueniat, fiet eis à patre meo qui in cœlis eſt. Aliter enim non exaudiuntur, quāuis ſibi conſentiant, quamuis petant in nomine Ieſu. Quoties igitur oramus & non exaudimur, ideo fit, quia aut in nomine Ieſu non petimus, aut quia contra eius ordinem & diſpoſitionem petimus. Ipſe enim ſcit quos elegit, ipſe ſcit q̄d nobis opus ſit, antequā petamus. *Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei, uſq; ſepties? Dicit illi Ieſus. Nō dico tibi uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties?* Quod tale eſt ac ſi diceret, q̄ties peccauerit, toties dimitte: ſi ſepties ſepties, ſi decies decies, ſi cēties cēties, ſi millies, millies, ut nō ille plus in te peccare, quā tu illi dimittere poſſis. Aliter nō dimittetur tibi. Vnde ſuperius dixit, niſi dimiſeritis hominibus peccata eorū, nec pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra. Ecce lex, o homo, tibi à dño poſita eſt: ſi dimiſeris, dimittetur tibi, ſi nō dimiſeris, nō dimittetur tibi. Quoties aūt peccaueris & indulgentiā quæſieris, dimittetur tibi, ſi & tu fratri tuo dimiſeris, non tantum ſepties, ſed & uſq; ſeptuagies ſepties. Neq; enim fruſtra Pſalmiſta ait: Viā iniquitatis amoue à me, & de lege tua miſerere mei. De lege (inquit) tua miſerere mei, ut quoties peccauero, mihi dimittas, ſicut me iubes fratri meo in me peccāti, ſemper dimittere, ſemp quidem, quia non tātum ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties. Putabat enim beatus Petrus ſibi ſufficere, ſi ſepties dimitteret: quoniā ſcribę & phariſęi legem & prophetas exponētes, & nō intelligētes, multū in ſuis ſermonibus hūc numerū cōmendabant, quē ſatisfactioni & emēdationi ſufficere poſſe putabāt. Vnde ſeptem diebus azyma comedūt. Vnde & leproſus quando mundatur, & uir qui fluxum ſeminis patitur, ſeptē diebus ſeparatur. Separatur aūt ſeptē diebus & mulier menſtruata. Similiter quādo pariebat, ſeptē diebus immūda erat. Naaman quoq; ex præcepto Eliſæi ſepties immergitur in Iordanē: & ſacerdos offerēs ſacrificium, tingens digitum in ſanguine, ſepties illum contra Dominum ſpargit. Pſalmiſta quoque ſic ait, Septies in die laudem dixi tibi. Propter hęc igitur, & alia multa quę de hoc numero ſecundū literam Iudæi intelligebant, dixit beatus Petrus. *Vſque ſepties.* Legis uero & prophetarū magiſter, aitius oïa intelligēs, addidit ſup hæc ſeptuagies ſepties. Verūtñ ſi bene intelligatur ſepties, nihil minus eſt ſepties quā ſeptuagies ſepties. De hoc aūt in Leuitico ſufficienter diximus.

FERIA QVARTA.

Matth. XV.

¶ In illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ & phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorū? Et reliq. Homilia lectionis eiuſdem.

Quia dei filius pro ſalute omniū in mūdū uenerat, ideo loca ſingula citis greſſibus pcurrebat, ut omnibus ꝓdeſſet, uniuerſis ſuccurreret, poſtremo cūctorum in cōmuni ſaluti cōſuleret. Deniſque ut ſuperius euāgeliſta loquitur, uenit dñs cum diſcipulis in terrā Gerazenorū, ut illis quoq; optatum leuamen ſua uiſitatione ferret: ibiq; phariſæi iuſtitiæ inimici eum perſecuti ſunt, non ſtudio diſcēdę ueritatis, ſed cauſa perſtruendę falſitatis. Nā ſicut lectum eſt. ¶ *Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ & phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas cum panem manducant.* Quam uera eſt confeſſio Domini, qua ſuperius deum patrem laudans, dixerat: Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Matt. 11. Ecce Gerazeni qui minus docti erant, ad dominum ueniunt, infirmos ſuos ſecum deferunt, remedia ſalutis ſibi ſuisq; tactu ſalutem fimbriæ domini requirunt. Atq; ideo cupitæ ſalutis remedia plena, id fide promerente conſequuntur. At uero ſcribæ & phariſæi, qui populi doctores eſſe debuerant, non ad audiendum uerbū, non ad aliquā animæ uel corporis capiendam medelam, ſed ad mouendas quæſtionum pugnas conueniunt: eosq; de non lotis manibus uituperare laborant, in quibus nil immunditiæ ſordidātis reperire ualebant. Reuera enim ſeipſos magis culpare debuerant, q lotas aqua manus habentes, cōſciētiam liuore pollutam geſtabant. Quare inquiunt,

diſcipuli tui tranſgrediuntur ꝑcepta ſeniorū? Stu-
penda demētia, eū qui eſt filius dei, reprehendūt,
cum hominum traditiones non ſeruet. Nō enim,
aiunt, lauant manus ſuas cū panē manducant. Pro-
prium & q̊dammodo conſuetudinarium erat Iu-
dæis, crebro manus lauare, & aliquando totū cor-
pus, maxime ſi contigiſſet eos cum quolibet gen-
tilium loqui. Sed iā uideamus qua ſententia ueri-
tatis reuincuntur filij falſitatis. ¶ *Ait illis: Quare
& uos tranſgredimini præceptum Dei propter traditio-
nem ueſtram?* Ac ſi diceret: Cū uos ꝑcepta dei pro-
pter traditionē hominum negligitis, quare diſci-
pulos meos reprehenditis, quod ſeniorū traditio-
Exod. 20. nes paruipendant, & diuina iuſſa cuſtodiāt? Nam
deus dixit: Honora patrē tuum & matrē. Et qui
maledixerit patri uel matri, morte moriať. Honor
in ſacro eloquio dupliciter accipiť, uidelicet non
ſolum in ſalutando & cōguleſcendo, ſed etiā in e-
leemoſyna, & rerū neceſſariarū collatione. Hinc
1. Tim. 5 Apoſtolus dicit: Presbyteri duplici honore digni
habeanť, ut non ſolum illis officium uenerationis
deferatur, uerum etiam opportuna ſubſidia mini-
ſtrentur. ¶ *Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri
uel matri, munus quodcunq; ex me, tibi proderit, & nō
honorificabit patrem aut matrem ſuam: & irritum fe-
ciſtis mandatum dei propter traditionem ueſtram.* Vni-
uerſorum conditor & parens deus, imbecillitates
uel ætates parentū conſiderans, in lege ꝑceperat,
ut filij parentes honorarent, & eis uitæ neceſſaria
miniſtrarent. Hanc ꝓuidentiam legis dei, ſcribæ
& phariſæi ſubuertentes, & impietatē pro pieta-
te inducentes, docebant peſſimos filios, ut quę in
uſus pauperum & parentū erant deputanda, deo
offerrent, & ita fiebat, ut liberorum oblatio ſub
occaſione templi in lucra cederet ſacerdotū. Ipſi
etiam parentes, ea quæ ſciebant à filijs deo conſe-
crata, ne ſacrilegium cōmitterent, tangere nole-
bant, ac per hoc egeſtate & fame afficiebanť. Cum
igitur pater indigens & imbecillis á filio aliquid
expoſceret, reſpondebat ei doctus à magiſtris in-
gratis: O pater, noli cōtriſtari, ſed patienter ne-
ceſſitatis huius penurias ꝑferre ſtude, quia munus
q̊d eſt ex me oblatum deo, tibi ꝓderit, ſi nō corpo-
raliter, at certe ſpiritualiter. Poteſt & hūc ſub in-
terrogatione habere ſenſum: O pater, munus q̊d
ex me eſt, tibi proderit? Ac ſi diceret: Exigis ut
donum q̊d oblaturus eram deo, in tuos uſus conſu-
mā, & hoc tibi proderit? Dicebant hoc ſcribæ &
phariſæi, ut parentes miſeri timerent accipere q̊d
oblatum uidebant, & eligerent magis inopē uitam
Eſai. 29. ducere, q̄ deo conſecratum contingere. ¶ *Hypo-
critæ, bene prophetauit de uobis Iſaias, dicēs: Populus
hic labijs me honorat, cor aūt eorum lōge eſt a me:* Pro-
uidens propheta Iſaias Iudæorum ſimulationem,
quod contra euangelij ꝑdicationē uenturi, & Chri-
ſto repugnaturi eſſent, bene de iſtis prophetauit,
non quod hoc quod de illis dicebatur, bonū eſſet,
ſed quia ipſa ſancta prophetia optime eorum mo-
ribus cōueniret. Ait ergo ex perſona domini: Po-
pulus hic labijs me honorat. Iudæi deum labijs ho-
norabant, cum legem ab eo datam ſcrutarentur,
pſalmos etiam & diuinos hymnos modularentur.
Sed cor eorum longe erat ab eo, qa ſemper in ma-
lum proni ferebantur, cordibus idola colentes, de
quibus ſcriptum erat, quod reuerſi ſunt cordibus
in Aegyptum. Honorabant labijs deum, quando
ad Chriſtum ſubdola fraude dicebant: Magiſter,
ſcimus quia uerax es, & uiā dei in ueritate doces.
Sed cor eorum longe erat ab eo, qa idcirco loque-
bantur iſta, ut poſſent eum Cæſaris tradere pote-
ſtati. Hoc enim ſignauit euangeliſta cū ꝑmiſit, qa
abeuntes phariſęi, conſilium inierunt, ut caperent
Ieſum in ſermone. ¶ *Sine cauſa autem colunt me, do-
centes doctrinas & mandata hominum.* In uanū illum
labijs & lingua colebant, q̊rum corda auerſa erāt,
qui cum cęteris dei cultoribus mercedem expecta-
re non poterant, ipſo domino alibi dicente: Non
omnis qui dicit mihi, domine dñe, intrabit in re-
gnum cœlorum. Doctrinas uero & mandata ho- Matt. 7.
minum docebant, qa ꝑcepta dei negligentes, ſuas
(ut ſupra dictū eſt) traditiones ſtatuere uolebant.
¶ *Et conuocatis adſe turbis, dixit eis: Audite & intel-
ligite, non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed
quod exit de ore.* Hoc uerbum quod eſt cōmunicare,
ſanctarum ſcripturarum eſt ꝓprium. Siquidem Iu-
dæi, qui ſe populum & partem dei eſſe iactant, cō-
munes cibos uocabant, quibus in cōmuni omnes
homines utuntur, ꝑter ipſos Iudæos, ſicut & lepo-
res, oſtreæ, ſuilla caro, & huiuſmodi animantia, à
quibus ꝑceptum eſt abſtinere. Cōmune ergo illud
uocabant, quod cęteris hominibus ad utendum pa-
tet, & non eſt de ſorte dei, atq; ideo immundum.
Inde & hoc uerbum q̊d eſt cōmunicare, pro pol-
luere & coinquinare ponitur apud eos. tranſlato-
res poſuerunt, coinquinat. Ait ergo: Nō quod in-
trat in os, coinquinat hominē. Ac ſi diceret: Nihil
quod extra hominem eſt, & in hominem ingrediť,
ipſum poteſt coinquinare, ſed quæ de homine ꝓ-
cedunt, illa hominem polluunt. Obijciat ſane ali-
quis, quod intrat in os, non coinquinat hominem,
quare non ueſcimur idolothytis? Apoſtolus enim
dicit: Non poteſtis calicem domini bibere, & cali- 1. Cor. 10
cem dæmoniorum. Sed ſciendum, quia ipſi cibi &
omnis creatura dei, per ſeipſam munda eſt, inuoca-
tione autē dæmonum dum idolis offertur, fit im-
munda. Et idcirco à ſanctis uiris iuſte reſpuitur.
¶ *Tunc accedentes diſcipuli, dixerunt ei: Scis quia au-
dito hoc uerbo, phariſæi ſcandalizati ſunt?* Scandaliza-
bātur, quia uidebant uno ſermone domini omnes
ſuperſtitiones obſeruationum ſuarum eliſas, qui
tantūmodo in cibis ſumendis uel abominandis,
atq; lauacris & uarijs baptiſmatibus ſuā religionē
conſtare arbitrabantur, ignorantes q̊d Apoſtolus 1. Cor. 8
dicit: Eſca aūt nos nō cōmendat deo. Scandalum
uero græcus eſt ſermo, quē nos offendiculum uel
ruinā, id eſt, impactionem pedis poſſumus dicere.
Phariſæi ergo in uerbo dei ſcandalizabanť, qui ꝑ-
uerſæ mētis obſtinatione cæcati, non ſalutē in do-
ctrina Chriſti, ſed ꝑditionis æternę ruinæ occaſi-
onem inueniebant. *At ille reſpondēs, ait: Omnis plā-
tatio quā nō plātauit pater meus cœleſtis, eradicabitur.*
Hunc locum ſibi fauere arbitranť hi, q dicunt du-
as eſſe naturas in hominibus, alterā bonā à deo, al-
terā malā á principe tenebrarū diabolo. Et plan-
tationem quā non plantauit pater, natura mali ac-
cipiūt. Sed ſciendū qa omnis natura á deo eſt, &
bona eſt. Sed quia ineſt hominibus liberū arbitri-
um, ideo bona eſt plantatio naturæ, ſed plerunq;
mala fit mala uoluntate. Hinc Hieremias ait: Ego Hiere. 2.
te plantaui uineā electam, quō cōuerſa es in ama-
ritudinē uitis alienæ? Ergo quod deus plantat, ne-
mo poteſt eradicare, niſi ipſa natura ꝑbeat aſſen-
ſum. Sane poteſt hic oriri nō abſurda quęſtio. Nā
ſi oīs plantatio q̄ non plantauit pater, eradicabiť,
ergo eradicabitur & illa de qua Apoſtolus dicit:
Ego plātaui, Apollo rigauit. Sed attendendum q̊d

ſequitur: Deus autem incrementũ dedit. Igiť plan
tante Paulo, Apollo rigãte, deus ſuis operarijs co-
operatur, & cum eis plantat & rigat. ¶ *Sinite il-
los, cæci ſunt, et duces cæcorum.* Cæci erant phariſęi,
q tenebroſas traditiões quas ipſi adinuenerãt, ob-
ſeruantes, lucẽ mandatorũ dei nõ cõſiderauerunt.
Pſal. 118. De qua Pſalmiſta dicit: Lucerna pedibus meis uer
bũ tuũ, & lumẽ ſemitis meis. Nõ ſolũ cęci, ſed & du
ces cæcorum dicunť, quia tales non ſolum ſibi nõ
proſpiciunt, ne in foueã perditionis incidant, ſed
etiã ſibi obſequentes, in pcipitium mortis ſecum
trahunt. Hos ergo & omnes peruerſos doctores
præcipit ſaluator ſinendos, & ſuis erroribus ac li-
bero arbitrio dimittendos, ſciens eos poſtquã ſe-
mel exciderint, aut uix aut nullatenus ad ueritatẽ
Titi. 3. poſſe retrahi. Hinc & Apoſtolus pcipit, dicens: Hę
reticũ hominem poſt primã & ſecundã correptio
nem deuita. ¶ *Reſpondens autẽ Petrus, dixit: Ediſ-
ſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit: Adhuc et uos
ſine intellectu eſtis?* Sancti apoſtoli adhuc minus do-
cti erant, & ideo uerba dei abſolute prolata non
intelligebant, ſed quod aperte dictum fuerat, &
patebat auditu, parabolice dictũ putabant, ideoq;
in re manifeſta myſticam requirebant intelligen-
tiam. Proinde corripiuntur à dño, qa per figuras
dictum putarẽt, quod pſpicue locutus fuerat. Ad-
huc, inquit, & uos ſine intellectu eſtis? Non intel
ligitis, quia omne qd intrat in os, in uentrẽ uadit,
& in ſeceſſum emittitur? Hanc dñi ſententiam hę
retici calumniantur, eumq; reprehendunt, quaſi
phyſicæ diſputationis ignarum, qui ait omnes ci-
bos in uentrẽ ire, & in ſeceſſum digeri. Dicunt eñ
ſuſceptas eſcas, & ex attritu dentium collique fra-
ctas, per artus, uenas, medullas, neruoſq; diffundi.
Vnde & uidemus multos qui uitio ſtomachi per-
petẽ patiunť uomitum, poſt prãdia ſtatim euome
re quod ingeſſerunt, & tñ corpulentos eſſe, qa ad
primum eſcæ attactum liquidior cibus & potus p
membra funditur. Sed hi tales cum uolunt repre-
hendere imperitiam alienam, oſtendunt ſuã. Quã-
uis enim tenuiſſimus humor & liquens eſca ſit, ta-
men & ipſa cum artubus & uenis ſuſcepta fuerit &
decocta, per occultos meatus, qs poros dicunt, ad
inferiora purganda dilabitur, & ſic in ſeceſſum ua-
dit. ¶ *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt,
et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt co-
gitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes,
furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* Notandum, quod
dominus cogitationes malas de corde dicit exire.
Nam Plato philoſophus dicit ſedem animæ in ce-
rebro eſſe, ſed oportet ut principaliorem ſedem
aĩæ in corde accipiamus, ubi qſi in quodã meditui
lio cõſiſtens, cogitationes diſponit, & mẽbris cor-
poris uitalem ſubminiſtrat affectũ. Simul etiã hac
ſcientia arguunť, qui dicunt cogitationes à diabo
lo immitti, & non ex ppria uoluntate naſci. Dia-
bolus enim adiutor & incenſor eſſe poteſt malarũ
cogitationum, autor uero eſſe non poteſt. Sed ne-
quaq̃ recipiendum eſt, diabolũ ſecreta cordis poſ-
ſe rimari. Ille enim ſemp in inſidijs poſitus, qd ani
mo uerſemus, ex habitu & geſtibus ipſius corpo-
ris æſtimat, cum tamẽ penitus cogitationes cor-
dis nequeat intueri, qd ſibi ſoli reſeruauit, cui di-
3. Reg. 8. ctũ eſt: Tu ſolus noſti corda filiorũ hominũ. Cũ
ergo ipſas cogitationes uidere nõ poſſit, ſignis q-
buſdam & motibus illas deprehendit. Verbi gra-
tia: Si nos uiderit pulchrã mulierẽ crebro inſpice
re, intelligit cor amoris iaculo uulneratũ, & pra-
uis ſuggeſtionibus ſtimulat ad fornicandũ. Si nos
contra pximum rancorem uocis, uel trucem aſpe
ctum leuare conſpexerit, intelligit cor inuidia ta-
beſcere, ſicq; p irã ad homicidij facinus inflãmat.
Si ieiuniorum tẽpore uiderit nos ad feneſtrã cre-
bro reſpicere, & in ſolis radio curioſius horã de-
notare, gulæ uitio cõuincit animum ſauciatũ. Si
gemmarũ, uel auri, uel quarumlibet rerũ pulchri-
tudinẽ nos ardenter intueri conſpexerit, intelligit
in corde latere malum auaritię, & idcirco puocat
ad furta. Attendendum uero, quod hæc quæ apta
ſunt opera, ſaluator cogitationes appellat, qa pri
mum cõcupiſcentia corde concepta, cogitationũ
fontibus nutritur, & ſic demum ad operationẽ per
ducitur. Et ideo dominus hæc opa cogitationes
uocat, qrum indicia hoſtis callidus per quaſdã ha-
bitudines morum inueſtigãs, humanum genus de-
cipere feſtinat, & ad agenda quę diuinus ſermo p
hibet, inſtigat, ut hominem ad imaginem dei con
ditum polluat. Vnde & dominus, enumeratis co-
gitationibus malis, ſubiunxit: *Hæc ſunt quæ coinqui-
nant hominem, non lotis autem manibus manducare, nõ
coinquinant hominem.* Sed phariſæi iuxta literam
cuncta accipientes, & ſpiritualia prophetarũ uer-
ba ſpiritualiter intelligere nolentes, quæcunq; il-
li de cordis ſimul & corporis munditia pcipiebãt,
dicentes: Lauamini, mũdi eſtote. Et alibi: Munda- Iſai. 1.
mini qui fertis uaſa domini, hæc iſti in ſola corpo Iſai. 52.
rum munditate ſeruanda credebant. Sed fruſtra
manus abluebant, fruſtra baptizabanť, qui fonte
ſaluatoris ablui contemnebant. Sed quid prodeſt
exterius excandidare cutem, & interius inuidia &
auaritia, cæteriſq; uitijs ſordidã geſtare mentem?
Tales enim recte cõparantur ſepulchris dealba-
tis, quæ ſi foris candida uidenť, interius uero ſor-
dibus & fœdo cadauere plena ſunt. Ergo ſecundũ
Apoſtolum mundemus nos ab omni inquinamẽto 2. Cor. 7.
carnis & ſpiritus, ſatagamus habere mundam ani-
mã in corpore mundo, ut ſic perficiamus ſanctifi-
cationem in timore Chriſti, cui eſt honor & glo-
ria in ſecula ſeculorum, Amen.

EADEM FERIA QVARTA HO-
milia D. Euſebij Emiſſeni.

SEniorum nanq; traditiones, non prophetarum
dicta, ſed maiorum cõſuetudines uocantur, qui-
bus docentur & manus & urceos, & calices, &
omnia uaſa frequenter lauare, ſemperq; munda &
nitida habere. His autem Iudæi magis quam legi
& pphetis obedientes erant. Habebãt aũt & alias
multas traditiões & cõſuetudines, quę etiã legi &
prophetis contrariæ erant, de quibus dominus
ſubſequenter eos redarguẽs, ait: *Quare et uos tranſ-
gredimini mandatum dei propter traditionem ueſtram?
Nam Deus dixit: Honora patrem tuum et matrem tuã,
et qui maledixerit patri uel matri, moriatur. uos autem
dicitis, Quicunq; dixerit patri uel matri, munus quod-
cunq; eſt ex me, tibi proderit, et honorificabit patrem
ſuum aut matrem ſuam, et irritum feciſtis mandatum
Dei propter traditionem ueſtram.* Hoc autem Mar-
cus Euangeliſta aliquanto planius dicere uidetur.
Ait enim: Vos autem dicitis, Si dixerit homo pa-
tri aut matri, donum quodcunque eſt ex me, tibi
profuerit, & ultra non dimittitis eum quicquam
facere patri ſuo aut matri, reſcindentes uerbum
Dei. Quod tale eſt, ac ſi diceret: Deus parentes
honorare pcepit, uos autem honorem male inter-
pretantes, parentes ſuos filios inhonorare doce-
tis. Dicitis enim hoc parentibus ad honorem ſuf-
ficere,

ficere, ſi uerbis & oratione à filijs honorentur, quoniam Moyſes eos honorare præcepit, ſed q̄modo honorentur non præcepit. Er hoc agentes non dimittitis eos quicq̄ ultra facere parentibus ſuis, qm̄ male à nobis inſtructi, uanis uerbis eos cõſolantur, ut ſic eos honorare uideantur. Hooor enim in diuina ſcriptura magis in obſequijs quã in uerbis intelligitur, ſecundum illud: Honora dominum de tua ſubſtantia. & Apoſtolus: Honora uiduas, quæ ueræ uiduæ ſunt. Vnde & homines dicere ſolent: Ilie & ille bene me honorauit, ſi illum in domum ſuam ſuſcepit, & libenter ei ſeruiuit, & affluenter neceſſaria miniſtrauit. Tali igitur honore parẽtes noſtros honorare debemus. Per hoc aũt intelligere datur, quod ſcribæ & pharifæi ſuis utilitatibus ꝓuidentes, à parentum ſeruitio filios retraherent, & ad tẽpli ſeruitia, & munera, & ſacrificia offerenda eos inuitarent. Quibus cum illi ſe id minime facere poſſe reſponderent, quoniam pauperes ſuos parẽtes de ſuis facultatibus eos ſuſtentare oporteret, dicebãt magis deo obtemperandũ eſſe q̄ hominibus. At ille econtra: Cur igiť Deus parentes honorare præcepit? Quibus illi dixerunt: Nemo melius parentes ſuos honorat, quã ille q pro ſe & ꝓ illis munera dño offert. Qui igiť bene parentes ſuos cupit honorare, dicat patri & matri ſuæ: Munus quodcunq; eſt ex me, non mihi tantum, ſed & tibi ꝓderit, ſicut pro me, ita & pro te munera offero: omnis mea oblatio, non mea tãtum, ſed & tua eſt. Hoc aũt parentes cum audirẽt, magis uolebant fame torqueri, quã talia munera impedire. Hoc igiť ingenio ſcribæ & phariſæi, & parentes fame cruciabant, & filios ſuos facultatibus ſpoliabant. Et hoc eſt quod ait: *Et ultra non dimittitis eam quicquã facere patri ſuo aut matri, reſcindentes uerbum Dei.* Verbum enim dei reſcindunt, q illud tã male interpretantur. Mala interpretatio, qua homo decipiť, miſericordia tolliť, & auaritia nutritur. Nihil ultra parentibus faciũt, oïa eis offerunt, quæ parentibus dare debuerant. Peccaot equidem illi, qui ſic ſuos parentes honorãt, ſed plus illi peccant, qui ſic eos honorare docent. *Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Elias, dicens: Popalus hic me labijs honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Iſti enim ſunt de quibus dicitur: Qui loquuntur pacẽ cum ꝓximo ſuo, mala autem ſunt in cordibus eorum. Sine cauſa autem dñm colunt, qa nullam de ſeruitio ſuo retributionem ſuſcipient. Deus enim non uerba, ſed corda attendit. Redarguit autem eos, quia legis & prophetarum pręcepta relinquentes, hominum doctrinas & mandata docebant, ea ſcilicet quæ ſeniorum traditiones uocabant. *Et conuocatis ad ſe turbis, ait eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Vos inquit, audite & intelligite, quoniam iſti quidem audire uolunt, ſed intelligere nolunt, excæcauit enim eos malitia eorum. *Tũc accedentes diſcipuli eius dixerunt: Scis quod phariſæi audito hoc uerbo, ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens, ait:* Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Omnis igitur plantatio philoſophorum, omnis plantatio hæreticorum, omnis plantatio ſcribarum & phariſæorum, quæcunq; contra Deum eſt, contra ueritatem, contra iuſtitiam eſt, eradicabitur. Quæ enim plantatio contra hæc non eſt, etiamſi ab illis fiant, illorum tamen non eſt. Plantat enim deus plantationem ſuam, non ſolum per bonos, uerum etiam per malos. Vnde etiam & eorundem ſcribarum & phariſæorum plantationem alibi cõmendat dominus, dicens: Super cathedrã Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi, quæcunq; dixerint uobis, facite: Non tamen ſimpliciter quæcunq;, ſed illa tantum omnia quæ Moyſi cathedrę doctrinæq; cõueniant. Talis enim doctrina & plantatio, & illorum eſt, quia per eos fit, & illorũ non eſt, qa eorum traditio nõ eſt. Omnis enim doctrina, ſi bona eſt, à q̄cunq; fiat, dei eſt. *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Cæcus enim ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foueam cadunt* Hęc autem cæcitas, non corporis, ſed cordis eſt. Cæcus enim eſt, qui errorem ſequitur, & ueritatem non intelligit, quoniã lumen mentis intellectus eſt. In foueam autem cadunt, qui in infernum deſcendunt. *Reſpondens aũt Petrus, dixit ei: Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit: Adhuc & uos ſine intellectu eſtis?* Erant enim Apoſtoli ſine intellectu, dum ea non in parabolis, ſed plano dominus dixerat. Vnde & illi merito redarguuntur, quia ea quæ ad literam intelligi debent, allegorice exponere conantur. Noone intelligitis quia omne quod in os intrat, in uentrem uadit, & in ſeceſſum emittitur? Manifeſtum eſt enim quod cibus in uentre digeritur, eiuſq; pars ad corpus nutriendum per membra diffunditur, alia uero pars, quæ corpori neceſſaria nõ eſt, in ſeceſſum emittiť. Vnde etiam uigilanter dictum eſt *omne*, & non *totum*. Si enim *totum* dixiſſet, non eſſet uerum. Non enim totum quod in uentrem uadit, in ſeceſſum emittitur, aliud eſt enim totum, & aliud omne. Si enim dicas, omnis homo corporeus eſt, uerum dicis: ſi uero dicas, totus homo corporeus eſt, uerum non dicis, quoniam anima (cũ ſit pars hominis) incorporea eſt. Sic igitur omne quod in uentrem uadit, in ſeceſſum emittitur. Omnia igiť quæ ad corpus nutriendum in uentrẽ uadunt, etiã ſi minima ſiot, & digeſtionem & egeſtionem ſuſcipiunt. Quæ autem ꝓcedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. Taceant igitur philoſophi, qui mentem & rationẽ, memoriam & intellectũ, in cerebro eſſe cõfirmant. Qui enim fecit hominem, ipſe ſcit quid in unaquaq; parte hominis poſuerit. Ipſe enim ſerutatur renes & corda. Sed dicunt: Si hæc in corde & nõ in capite ſunt, quare capitis ægritudine amittuntur, & eiuſdem bona ualetudine recuperãtur? Cur inſanis & phreneticis, ut ad mentem redeant, capiti & non cordi medicamen apponitur? Eis enim qui talia patiuntur, pene omnis cura nõ cordi, ſed capiti adhibeť. Sciant iſti mentem & rationẽ, memoriam & intellectũ, principaliter & ꝓprie in corde ſedem habere, quæ ſicut capitis infirmitate aliquando impediunť, ita eiuſdem ſanitate conualeſcunt. Scimus enim uiſum in oculo eſſe, cui ſi manũ opponas, mox uiſus tolliť, ſi manus tolliť, uiſus recipiť. Sed nunquid idcirco nõ in oculo, ſed in manu uiſum eſſe dicis, qa eius impedimento uiſus tollitur? Sic igitur ratio, q̄uis capitis impedimento tollatur, non in capite tñ, ſed in corde eſſe creditur. Calor enim naturalis, q pulſuum uehiculo per totum corpus ex corde diffunditur, in infirmo capite, aliqua re nobis incognita, aliquando corrumpitur, cuius corruptione poſtquam cor tangitur, & mens & ratio in eo obſcuratur. Vnde fit ut ſanato capite corruptio tollatur, & mens & ratio conuertat. Sequitur; *De corde enim exeũt cogitationes malæ, homicidia,*

adulte-

adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ inquinant hominem. De corde enim exeunt, quæ in corde generantur, ibiq; ſedem habent. Siue enim hominis adinuentione, ſiue à diabolica pſuaſione ibi fiant, de corde tamen ea exire non dubium eſt. Hæc autem coinquinant hominẽ, hæc homines à deo ſeparant, & abominabilem faciunt. Non lotis autẽ manibus manducare, nõ coinquinat hominẽ. Manducare enim non lotis manibus, ruſticitas eſt, non peccatum.

FERIA QVINTA

Lucæ iiij.

In illo tempore, Surgens Ieſus de ſynagoga introiuit in domũ Simonis. Et reli.

Homiliam require ſabbato poſt Pentecoſten.

EADEM FERIA V. HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

SCire enim oportet, quæ ſit uxor Petri, ut poſſimus ſcire quæ ſit ſocrus eius. Petri nanq; uxor Eccleſia eſt, quoniam ei à domino ſpecialiter tradita eſt, dicente dño: Si diligis me, paſce oues meas. Eius igĩ ſocrus eſt ſynagoga, qa ipſa eſt mater eccleſiæ. Vnde eidem in Canticis Canticorũ dñs ait: Sub arbore mala ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi uiolata eſt genitrix tua. Hęc aũt iacet in domo Petri, & febricitat, quoniã uſq; hodie inter Chriſtianos Synagoga infirma moratur & habitat. Vbicunq; eſt Eccleſia, ibi eſt domus Petri, huius aũt manum circa finem mundi dñs tanget, & tũc febre fugata ſurget, & miniſtrabit dño. Tunc enim eius manum tanget, qñ ipſius opera approbabit. *Veſpere autem facto, obtulerunt multos dæmonia habentes, & eijciebat ſpiritus uerbo, & omnes male habentes curauit, ut adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem: Ipſe infirmitates noſtras accepit: & ægrotationes portauit.* Verbo enim ſpiritus eijcit ille, de quo ſcriptum eſt: In principio erat uerbum. Verbo qdem, quia propria uirtute. Sed quare facto ueſpere, niſi quia hac ultima ætate, hac extrema hora ſanandum & curandum, ad pellendum uenerat dæmonia? Neq; enim debuerat populus ille curari, niſi facto ueſpere, q ad medicum non redit uſq; ad ueſperã. Vnde Pſalmiſta ait: Conuertentur ad ueſperam, & famẽ patientur ut canes, & circumibunt ciuitatem. Tunc enim uenient, tunc conuertentur, tũc ægros ſuos, tunc animas ſuas multo languore cõfectas, Iudæi ad dominum afferent, & ſanabit eos, & eijciet dæmonia ab eis. Cum enim plenitudo gentiũ introierit, tunc Iſrael ſaluus fiet. Et ſi fuerit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris, reliquiæ conuertentur ad dñm. *Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit ire trans fretum.* Puto enim quod Ieſus ideo trans fretum propter turbas ire iuſſit, quia niſi per aquas baptiſmatis tranſeuntes, uitiorum turbas & malignorũ ſpirituum exercitus euadere non poteramus. *Et accedens unus ſcriba ait illi: Magiſter, ſequar te quocunq; ieris.* *Dixit ei Ieſus: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* Nihil deum latet, nulla ſimulatio eius oculis abſconditur, omnia uidet, cogitationi reſpondet. Dicit ſcriba: Magiſter ſequar te quocunque ieris. dicit Ieſus: Nõ eſt ita, non uis me ſequi, nõ uis mea pcepta ſeruare, non uideo in te ubi caput meum reclinem. Caput Chriſti Deus eſt. Deus aũt in humili habitat & in quieto, & tremẽte ſermones eius. In te aũt, quaſi dicat, Vulpes foueas habent, & ideo cũ ſimulatiõe & calliditate loqueris. Vulpes enim, ppter aſtutiam maligni ſpiritus dicuntur, dicuntur aũt & uolucres cœli, quoniã in hoc aere obtinent principatum. Et iſti qdem in peccatoribus & iniquis hominibus nidos & foueas faciunt, quoniã in eorum cordibus malas cogitationes & iniquitatum germina pariunt. *Alius autem diſcipulus eius ait illi: Magiſter, ſequar te. Ait illi, Sequere. At ille ait: Domine, permitte me primum ire, & ſepelire patrẽ meũ. Ieſus autẽ ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Alio enim ſpiritu loquebatur iſte. Vnde & merito nõ ſcriba, ſed diſcipulus dicitᷣ, neq; ſequi dominum prohibetur, imo uero ſequi & imitari iubetur. Volebat tamen primum ire, & ſepelire patrem ſuum. Opus quidem pietatis facere uolebat, pietatis tamen patri & dño non placebat. Quare hoc? quia aliud ſignificabat, nobiſque in hoc facto exempla dabat. Et tale erat ac ſi diceret: Veniſti ad uitam, uis redire ad mortẽ? Ego ſum uita, ego ſum pater & creator tuus, me ſequere, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortui enim mortuos ſepeliunt, qñ peccatores (q Deo mortui ſunt, mortui qdem, qa uita, de qua modo diximus, in eis nõ eſt) mortalia opera, & criminalia peccata in ſe abſcõdunt & cęlant. Et non ſolum hæc, uerum etiam & patrẽ ſuum diabolum (de quo Iudæis dñs ait, Vos ex patre diabolo eſtis) in ſepulchro pectoris ſui ſepeliunt, & quaſi bonum aliquod ſeruant & occultant. Talem igitur patrem ſepelire, & ſic ſepelire dominus prohibet.

FERIA SEXTA.

In illo tempore, Venit Ieſus in ciuitatẽ Samaritanorũ, quæ uocatur Sychar, iuxta pdium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat aũt ibi fons Iacob. Et reliq. Homilia lectionis eiuſdem.



EX hac lectiõe uera noſtri redẽptoris, q̃ ex nobis & pro nobis aſſumpſit, humanitas commendatur. Cũ enim eſſet uerus filius dei, beate ſummus, & ſumme beatus, bona cuncta tribuens, nullius egẽs, propter nos redimẽdos homo factus, ita ſeſe noſtrę infirmitati contemperauit, ut omnia quæ noſtrę fragilitati cõueniunt, in ſe excepto peccato ſuſciperet. Deniq; is qui panis uitæ erat, eſurijt, fons iuſtitię ſitiuit, fatigatus eſt ex itinere, q erat uia, quiq; lux erat mundi, noſtro pmiſit membra ſopori. Modo nempe ait euangeliſta: Ieſus fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontẽ. Sed uidendũ, ex quo itinere dñs fatigatus dicatur. Supra legitur, quod cum audiſſet Ieſus qa dixerũt de eo phariſęi, q̃d plures diſcipulos facit & baptizat q̃ Iohãnes, q̃uis Ieſus ipſe nõ baptizaret, ſed diſcipuli eius, reliqt Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. ¶ *Venit ergo in ciuitatẽ Samaritanorũ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædiũ quod dedit Iacob filio ſuo Ioſeph, ubi erat fons Iacob.* ac deinde, ¶ *Ieſus fatigatus ex itinere.* Pro nobis ergo & ex nobis fatigari potuit, qui in ſe motu ſtabilis, & ſtatu mobilis ſemper fuit. Sedebat ſuper fontem, ut laſſitudinis incommodum reuelaret.

ret. Et perſonam & dignitatē magiſtri intende-
bat. Sedere nanq; magiſtrorum eſt. Venit ergo do-
minus in ciuitatem Samaritanorum, ut illis quoq;
in tranſitu doctrinę ſuæ beneficiū impartiret. Ad
prædium uero quod dedit Iacob filio ſuo Ioſeph,
acceſſit idcirco, ut illum ſe eſſe oſtenderet, quem
S. Ioſeph pręſignauerat, quē uere ſol & luna uene-
rant, & cui aſtra omnia famulant, quemq; fratres
impij, Iudæi uidelicet, iniuſto odio perſequebant.
Sedit ſuper fontem, quia ibi nouerat uenturā mu-
lierem, quam crediturā ante ſecula pręſciebat. Vn-
dē ſequitur: ¶ *Venit mulier de Samaria haurire a-*
quam. Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Quid eſt quod do-
minus à muliere Samaritana potum expoſcit, qui
in ſequentibus ſpiritualis affluentiam fontis in ſe
credentibus daturum promiſit? Sed ſitiebat, non
tam aquam, quā mulieris ſalutem & fidem. Denique
qualis ſit ſitis domini, ex ſequentibus claret, ubi
dicit: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem patris
mei. Qualis ergo cibus eius, talis & potus eſt. Hoc
ergo deſiderabat, hoc ſitiebat, ut in illa uoluntatē
patris perficeret. Sed carnalis adhuc mulier, ſitim
domini carnaliter accipiens, reſpondit: ¶ *Quomo-*
do tu cum Iudæus ſis, bibere a me poſcis, quæ ſum mulier
Samaritana? Hoc quare miretur, oſtendit ſubinſe-
rens: ¶ *Non enim contuntur Iudæi Samaritanis.* Non
coutuntur, id eſt, non cōmunicant Samaritanis Iu-
dæi, nullius rei uſum cum illis habēt, nec in aliquo
participes ſunt eorum. Execrantur enim illos, &
odiunt, quod ipſorum regionem poſſideant, uel
quod deum ſimul & idola colant. Vnde & pro ma-
gna contumelia ducebant, ſi quem Samaritanum
uocaſſent, q̄ nomine Chriſtū crebro leguntur iniu-
riaſſe. Sed audiamus quid dominus adhuc erran-
ti, & in tenebris agenti mulieri reſponderit. ¶ *Si*
ſcires, inquit, donum dei, & quis eſt qui tibi dicit, Da mi-
hi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquā
uiuam. Donum dei, quid eſt aliud quā ſpiritusſan-
ctus? Hoc donum poſt ſuam aſcenſionē fidelibus
dedit, quia aſcendens in altum, captiuam duxit ca-
ptiuitatē, dedit dona hominibus. Et ſicut alibi idē
Iohan. 7 euangeliſta dicit: Nondum erat ſpiritus datus, q̄a
Ieſus nondum erat glorificatus. Oſtendit ergo do-
minus ſe non talem ſitire aquam, qualem illa intel-
ligebat. Fidē nanq; eius ſitiebat, & idcirco ei ſiti-
enti ſpiritum dare uolebat. Hæc eſt aqua de qua
alibi ſtans in templo, dicebat: Qui ſitit, ueniat &
bibat, & de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Quod
exponens euangeliſta, ſubiunxit: Hoc autem dice-
bat de ſpiritu quem accepturi erant credentes in
eum. Ait ergo: Si ſcires donum dei, & quis eſt q̄
dicit tibi: Da mihi bibere, tu forſitā petiſſes ab eo,
& dediſſet tibi aquam uiuam. Scire Chriſtum nō
poterat, quia donum dei, id eſt ſpiritumſanctum
non habebat. Et ideo qui Chriſtum ignorabat, a-
quā uiuā petere ab eo neſciebat. Sed adhuc in car-
nali ſenſu mulier pſeuerans, reſpondit: ¶ *Domi-*
ne, neq; in quo haurias habes, & puteus altus eſt, unde er-
go habes aquā uiuam? Nunquid tu maior es patre noſtro
Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij
eius, & pecora eius? Notandum uero, quod hic pute-
um dicit, cum ſuperius fontem nominauerit, quia
nimirum omnis puteus fons, non aūt omnis fons
puteus. Quæ uerba ſicut aperta & plana tranſcur-
rentes, audiamus quid ei dominus reſponderit, ſu-
periora ſua uerba exponens. Ait enim: ¶ *Omnis*
qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum, qui autem bi-
berit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.
Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalien-
tis in uitam æternam. Quibus ſermonibus domini
delectata, & tanti muneris conſors eſſe cupiens,
& adhuc prudentiam carnis amplectens, reſpon-
dit: ¶ *Domine, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neq;*
ueniam huc haurire. Ait illi dominus: Vade, uoca uirum
tuum, & ueni huc. Dicit ei: Non habeo uirum. Dicit ei Ie-
ſus: Bene dixiſti, quia non habeo uirum. quinque enim ui-
ros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus uir. Noue-
rat certe dominus illam non habere uirum, & iſta
loquebatur, ut paulatim eam à carnali intellectu
retraheret, & ad intelligendum quis eſſet qui cū
ea loquebatur, perduceret. Denique mulier audi-
ens quæ circa ſe erant, primo eum ꝓphetam, poſt-
modum Chriſtum confeſſa eſt. Sed hæc hiſtoriæ
ſic eſt plana ſimplicitas, ut in ea ſenſuum lateat al-
ta profunditas. Si ergo aliquid iam de hoc dono
dei, & de ſpirituali aqua guſtauimus, ſpiritualiter
iſta tractemus. Et primo uideamus quid ſignifi-
cet quod hora ſexta dn̄s ad puteū ueniſſe dicitur.
Hora ſexta, ſextā mundi ætatē ſignificat, quando
tanq̄ in ſenectute mundi, dn̄s & redemptor homi-
nem indutus, uenit ad puteum, ad tenebroſam ui-
delicet mundi huius ꝓfunditatem, de illa cœlorū
ſublimitate ad infimas terræ partes dignatus eſt
deſcendere. Hora ergo ſexta dn̄s ad puteū uenit,
qn̄ ſol ad inferiores circulos à ſummo cœli centro
incepit declinare, q̄a nouiſſima ſeculi, ut dictū eſt,
ætate, filius dei ad terrenū laborem noſtrū digna-
tus eſt deſcendere, ut nos doceret exuere ueterem
hominē cum actibus ſuis, & induere nouum, qui
ſecundum deū creatus eſt. Quod fatigatus uenit,
infirmitatem carnis: quod ſedit, humilitatē oſten-
dit. Fatigatus ergo reſedit: quia & imbecillitatem
carnis pro nobis ſuſcepit, & homo humilis inter
homines apparuit. De hac infirmitate carnis eius
dicit ꝓpheta: Vidimus eū, & non erat aſpectus, & Iſai 54.
deſiderauimus eū deſpectū, & nouiſſimum uirorū,
uirum dolorum, & ſcientem infirmitatem. De hu-
militate uero eius ait Apoſtolus: Humiliauit ſe- Philip. 2.
metipſum, factus obediens uſq; ad mortē, mortem
autem crucis. Mulier hęc Samaritana gentium eſt
eccleſia, quæ bene Samaritana uocatur. Samaria
enim pro idololatria ſolet accipi. Hinc propheta
Chriſti prænuncians incarnationem, dicit: Ante- Iſaiæ 8.
quam ſciat puer uocare patrem aut matrem ſuā,
accipiet uirtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ.
Chriſtus nanq; uirtutem Damaſci accepit, quan-
do ei magi aurū obtulerunt, in quo quondam ipſa
potentiſſima ciuitas cōfidebat. Accepit ſpolia Sa-
mariæ, id eſt, homines idololatriæ captiuitate op-
preſſos, ad libertatem nouæ gratiæ reduxit. Apte
igit̄ hæc mulier Samaritana dicit̄, q̄a ſancta eccle-
ſia ante Chriſti aduentū idololatriæ dedita cultui
erat, nihilq; aliud agere nouerat, quam circa ſecu-
li curas uanis cupiditatibus occupari. Hoc enim ſi-
gnificat, quod cū hydria ad puteum hæc mulier
aquam haurire ueniebat. Poſcebat dominus ab ea
bibere, ſalutem gentiū ſitiens, quatenus eas ab er-
rore erueret, & ad Chriſtianæ fidei religionē ad-
duceret. Quinq; uiri q̄s habuerat, q̄nq; ſenſus cor-
poris accipiunt, uiſus uidelicet, auditus, guſtus, o-
doratus & tactus. Et uiſu q̄dem alba & nigra, quoq̄
modo colorata uidemus. Auditu rauca ſonoraq;
captamus. Olfactu odorifera & fœtētia diſcerni-
mus. Guſtu dulcia ſimul & amara pcipimus. Tactu
uero, q̄ p oīa corporis mēbra diffundit̄, calida & fri-
gida, mollia & dura, lenia & aſpa ſentimus. Iſtis q̄n-
que

que ſenſibus eccleſia gẽtium ante aduentum Chri-
ſti ſubdita ecat, & iuçem mentis non habens, car-
nalem uitam ſine ulla intelligentia tranſibat. Et
quia iſtos ſenſus non erroc reperit, ſed natuca cõ-
tribuit, recte uiri quaſi legitimi dicuntur, quibus
primis temporibus ſeculi omnes homines ſeruie-
bant. Sed iam uenerat tempus, quo non illis ſen-
ſibus rectoribus anima uteretuc, ſed haberet uirũ,
id eſt, rationalem ſpiritũ, cui illos priores uiros,
id eſt, quinque ſenſus in famulatum ſubijceret, nec
iam anima quinque uiris ſubdecetur, ſed uerbum
Dei amplecteret, ſpiritu Chciſto inhæreret, nec
præſentibus delectaretur, ſed æternorum amore
frueretuc. Sed quoniam adhuc priſtino errore te-
nebatur, nec ea poſt quinq; uiros, id eſt, poſt tem
pus quinque ſenſuum carnalium uerbum dei acce-
perat, ſed diabolus complexu adulterino illectam
obtinebat, ait dominus: Voca uirum tuum, & ue-
ni huc. quod eſt dicece: Remoue te ab affectione
carnali, in qua nunc es, & ſpiritu intelligentiæ
euocato præſens adeſto. Vir enim animæ, eſt quo-
dammodo ſpiritus hominis, qui animalem affecti
onem tanquã coniugem regit. De quo Apoſtolus
dicit: Nemo ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi
ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt. Sed cũ illa reſpõ-
1.Cor.2 deret, non habeo uicum, audiuit, Bene dixiſti, qui-
que enim uicos habuiſti, & pcimo tempore, quin-
que ſenſibus corporis ſeruiuiſti. Nunc ergo quem
habes, non eſt tuus uic, quia non eſt in te ſpiritus
qui intelligat deum, cũ quo legitimum poſſis ha-
bece coniugium, ſed erroc diaboli dominatur, qui
te adulterina commaculatione corrumpit. Et foc
taſſe ad hoc pectinet, quod hæc mulier poſt quin-
que carnales reſponſiones, ſexto iam Chriſtum no
minat. Nam prima eius reſponſio fuit, Quomodo
tu cũ Iudæus ſis, bibece à me poſcis, quæ ſum mu-
lier Samaritana? Secunda, Domine neq; in quo
haurias habes, & puteus altus eſt. Tertia, Domi-
ne, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam in æternũ.
Quarta, non habeo uirum. Quinta, Video quia pro-
pheta es tu, patres noſtci in monte hoc adocaue-
runt. Sexta autem iam reſponſione Chriſtum fate-
tur, dicens: Scio qa Meſſias uenit, q dicituc Chri
ſtus. Sed adhuc errat, quia uenturũ eum expecta-
bat, quem præſentem habebat. Nondum enim ui-
rũ ſuum uocaucrat, ſed uicinum erat, ut error iſte
tanq̃ adulter expelleretuc, & intellectus rationa-
lis introduceret. Ait ergo mulier: ¶ *Domine, uideo
quia propheta es tu* Iã quaſi uic cœperat intellectus
eius apropinquare, ſed nondum plene aduenie-
bat. Prophetam enim dominum putabat, nec per
omnia errabat. Nam & ipſe pcophetam ſe uocare
dignatus eſt, dicens: Nõ capit pcophetam perire
extra Hieruſalem. Et longe ante Moyſes de eo di
xerat: Prophetam uobis ſuſcitabit deus de fratci-
bus ueſtcis, tanquam me, ipſum audite. ¶ *Patres
Luc.13. noſtri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis, quia Hi
Deut.18 eroſolymis eſt locus ubi adorare oportet*. Contentio
ecat inter Iudæos & Samaritanos, quia Iudæi ſo-
lummodo Hieroſolymis in templo à Salomone
conſtructo deum adorabant, Samacitani uero lon
ge poſiti, & ipſi deũ, ſed non in illo templo adora-
bant. Ideoq; Iudæi ſe extollebant, & meliores ſe
dicebant, qui deum in templo à ſapientiſſimo ho-
minum ædificato colebanc. Quibus dicebant Sa-
maritani: Quare meliores nobis uos eſſe putatis,
quia templum habetis, quod nos non habemus?
Nunquid patres noſtri qui deo placuerunt, nõ in
monte hoc adorauecunt? & ipſi certe templũ non
habebant, ſed hic adocabant, ubi & nos adoramus.
Vtriq; contendebant, illi pro templo, iſti pco mõ-
te, & utciq; ueritatis ecant ignaci. Sed quid domi-
nus muliecem doceat, audiamus. *Dixit Ieſus, Mulier
crede mihi, quia uenit hora, quando neq; in monte hoc,
neq; in Hieroſolymis adorabitis patrem.* Ccede, inqt,
mihi. Eſt enim in te qui credit, quia cœpiſti adeſſe
intellectui, quando me prophetam agnouiſti: Cre
de ergo mihi, quia ſcciptum eſt: Si non credideci- Iſaiæ.7
tis, non intelligetis. Venient autẽ, ait, dies, quan-
do neq; in monte hoc, neq; in Hiecoſolymis ado-
rabitis patrem. Tempus euangelicæ gratiæ, quod
iam inſtabat, dicit, quando ablata omni umbra fi-
guracum, ueritas pura luce mentes ccedentium il-
luſtratura erat. Deus enim non loco continetur,
qui cœlum & terram adimplet, nec in templis ma-
nufactis, ſed in ſanctis mentibus habitat. ¶ *Vos,
inquit, adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſci-
mus.* Multum honorem Iudæis tribuit, qui dei co-
gnitionem habebant, legem & prophetas accepe
rant, quorum eſt teſtamentum, & legiſlatio & pro-
miſſio, quorum patces ex quibus Chciſtus, qui eſt
benedictus in ſecula. Hoc eſt enim quod dicit:
¶ *Salus ex Iudæis eſt, quia ſaluator ex illo populo na-
tus eſt.* Honorabat Iudæos, ſed non iſtos repcoba-
bat. Ipſe enim ecat lapis angularis, qui ex genti-
bus parietem parieti ex Iudæis copulat. Quod ue
ro ait, Nos adoramus quod ſcimus, non ad omniũ
perſonas eſt ceferendum, ſed ad illos tantum, qui
ſapientes & ueritatis doctores erant, quales erãt
apoſtoli, quales fuerant pcophetæ, cæteriq; q uel
Chriſtum uenturum fide expectauerunt, uel ueni
entem fideliter ſuſceperunt. ¶ *Dicit illi mulier: Scio
quia Meſſias uenit, qui dicituc Chriſtus.* Pietas catho
lica ſatis nouit, quia Meſſias Hebcaice, Chriſtus
Græce, unctus Latine dicituc. Scio, inquit, ac ſi di-
ceret: Quid neceſſe eſt nos pco monte, illos pro
templo contendece? Cum enim Chriſtus uenerit,
montem ſpernet, templum euertet, & nos doce-
bit ut in ſpiritu & ueritate adocare noſcamus. Scie
bat iam hęc mulier à quo docenda eſſet, ſed docen
tem nondum agnoſcebat, ideoq; digna erat quæ
non differretur, ſed cui Chriſtus iam manifeſtace-
tur. ¶ *Dicit ei Ieſus: Ego ſum, qui loquor tecum.* Ecce 1.Cor.11
adeſt uir quem uocare iubebat. Factum eſt ſecun-
dum Apoſtolum caput muliecis, uir: caput autem
uiri, Chriſtus. Sed illa poſtquam audiuit, ego ſum,
nihil reſpondit, quia manifeſte iam Chriſtum co-
gnouit. ¶ *Et continuo diſcipuli eius uenerunt, & mi-
rabantuc quod cum muliere loquabatur.* Venecunt diſ-
cipuli, qui ecant in ciuitate, ut cibos emecent. Mi
rantur tantam Chciſti dignationem, tantam cle-
mentiam, qua pecditam ouem quærebat, qua gen-
tilem & erroneam mulierem docebat. Hanc eius
miſericocdiam, hanc eius bonitatem inæſtimabi-
lem mirabantur, non mali aliquid ſuſpicabantur.
¶ *Reliquit ergo mulier Hydriam ſuam, & abijt in ci-
uitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & uidete homi
nem qui dixit mihi omnia quæcunq; feci.* Proiecit hy-
driam ſuam, quam ob nimiam auiditatem ſuã non
iam uſui, ſed oneci deputabat, ut expedita atq; ex-
onerata Chriſtum annunciaret. Sed & myſtice,
ſancta eccleſia poſtquam ad fidem Chciſti uenit,
hydciam pcoiecit, quia cupiditatibus ſeculi renũ-
ciauit. Hydcia enim illa, amocem ſeculi figurali-
tec exprimebat, qua ſibi homines de tenebroſa,
ac in imum demerſa cõuerſatione, quaſi de puteo,
uo-

uoluptatem hauriebant. Qua percepta iterum ſitiunt, quia expleta uoluptas non ſatiat, ſed ad maiorem ſitim mali operis accendit. Venite, inqt, & uidete hominem, q dixit mihi omnia quæcunq; feci. Paulatim uenit ad prædicandũ Chriſtum. Primo uocat eum hominem, ne ſi Chriſtum primo diceret, auditores iraſcerentur & indignarentur, ſicq; ad eum exire noilent. ¶ *Interea rogabant eum diſcipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem uos neſcitis. Dixerunt ergo diſcipuli eius: Nunquid aliquis ei attulit manducare?* Quid mirum, ſi mulier Samaritana ſuperius non intelligebat quam aquam dominus ei promitteret? ecce ipſi diſcipuli nunc non intelligunt de qua eſca Dominus dicat. Sed uerius magiſter inſtruit eos, non ſicut mulierem per anfractus & ſermonum circuitus, ſed aperte oſtendit ſpiritualem nominare cibum. Ait enim: ¶ *Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ut perficiam opus eius.* Voluntas patris eſt, ut credamus in filium eius, ſicut alibi dicit: Hæc eſt uolũtas patris mei qui miſit me, ut credatis in eũ

Ioh. 6 quem miſit ille. Opus uero patris, prouiſio noſtræ redemptionis. Cibus ergo Chriſti, fides noſtra & ſalus eſt. Atque ideo perficiebat uoluntatem patris, omnes in ſe credere docendo. Perficiebat opus eius, humanæ redemptionis myſterium menſurando. ¶ *Nonne uos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt, & meßis uenit?* Opus illum urgebat, & quodam feruore properandæ ſalutis noſtræ exardeſcebat, iam operarios, id eſt, prædicatores, in mundum mittere uolebat. Vos, inquit, dicitis quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis uenit. Sed ego uobis aliam meſſem iam ortam, iam maturam, & ad metendum paratam oſtendo. ¶ *Ecce, inquit, dico uobis. Leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quia albæ ſunt ad meßem.* Ergo tempus eſt ut meſſores mittantur. Quod eſt aperte dicere, intellectu mentis conſiderate, Deum mundo reconciliari & tranſacta hyeme infidelitatis, adeſſe fidei calorem, iamque parata eſſe corda gentium, ut ex illis meſſem iuſtitiæ ueſtra prædicatione colligatis. ¶ *In hoc enim uerbum eſt uerum, quia alius eſt qui ſeminat, alius qui metit. Ego miſi uos metere, quod uos non laboraſtis. Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis.* Non miſit Dominus ſeminare diſcipulos, ſed metere. Diriguntur enim ubi iam alij laborauerunt, id eſt, ad Iudæos primum, quibus prophetæ Chriſtum prius annunciauerant. Et ubi laboratum erat, utique ſeminatum erat. Quod uero ſeminatum erat, iam maturum, falcem & trituram quærebat. Diriguntur ergo apoſtoli, quo iam prędicauerant prophetæ. Ipſi enim ſeminauerũt hoc, quod ad huius

Iohan. 4 mulieris notitiam peruenerat. Vnde dicebat: Scio quia Meſſias uenit, q dicitur Chriſtus. Hęc meſſis pri-

Actu. 4. mum in Iudæa collecta eſt, quando prædicante Petro una die crediderunt tria millia, alia die quinque millia, & deinceps multa millia. Et eſi q crediderant, afferebant rerum ſuarum precia, ponentes ante pedes apoſtolorum, ut expediti à ſarcinis ſeculi, liberi Chriſtum ſequerentur. De hac meſſe pauca grana p orbem ſparſa, innumeram meſſem per totum mundum genuerunt, quæ in fine ſeculi colligenda eſt. Intuendum uero quod ſupra dixit: Vt & q ſeminat, ſimul gaudeat, & q metit. Prophetę em̃ ſeminatores, & apoſtoli meſſores, diſparis temporis labores habuerũt, ſed unam mercedem acceperunt, & fructum pariter in uitam æternam congregauerunt. ¶ *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter uerbum mulieris teſtimonium perhibẽtis, quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cum ueniſſent ergo Samaritani ad illum, rogauerunt eum ut ibi maneret. Et manſit ibi duos dies, & multo plures crediderunt in eum propter ſermonem eius. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus, ipſi enim audiuimus & ſcimus, quia hic eſt ſaluator mundi.* Primo quidem Samaritani famam domini audierunt, poſtmodum conſpexerunt. Nec hoc ſufficit, ſed etiam rogauerunt eum, ut ſaltem aliquot dies apud illos maneret. Nec iã ſe propter hoc de quo mulier teſtimonium perhibuerat, credere dicebant, ſed ſeipſos uere cognouiſſe & ſciſſe quia ipſe eſt ſaluator mundi. Ciia credulitas Samaritanorum, exaggerat multum & aggrauat infidelitatem Iudæorum. Samaritani uero certe nullum miraculum uiderant, non mortuum reſuſcitatum inſpexerãt, non mare pedibus tranſmeatum acceperant, ſed tantum quod mulier dicebat, quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Iudæi uero innumera quotidie mirabilia cernentes, non ſolum non credebant, uerumetiam ſuę ſalutis perſequebãtur autorẽ. Sic etiam quotidie fit apud gẽtiles. Cum enim à Chriſti amicis Chriſtum prędicari audiunt & credunt, quaſi per famam mulieris prædicãtis ad Chriſtum ueniunt. Sicq; eo apud illos manente, iam robuſtius per ſeipſos quãta ueritas Chriſtianæ fidei, quanta ſit ſalus in Chriſtum credentibus, ex tempore cognoſcunt. Nec uacat quod biduo apud eos manſiſſe dicitur, quia nimirũ in ſe credentes Chriſtus duobus præceptis inſtruit charitatis, docens eos deum diligere ſuper omnia, proximum ſicut ſeipſos. Biduo ergo apud Samaritanos manſit, quia in eorum cordibus requieſcit, quos gemina charitatis lampade feruere cognouerit. Nec illud omittendum, quod nulla noctis, ſed ſolius diei ſit mentio. Nam quæ poteſt eſſe ſocietas luci ad tenebras? Iohannes enim dicit: Deus charitas eſt. Idem quoq; alibi dicit: Deus lux 1. Iohã 4

eſt, & tenebræ non ſunt in eo ullę. Si ergo deus cha- 1. Ioh. 1

ritas eſt, & deus lux eſt, ergo charitas lux eſt. Vbi ergo charitas lux eſt, quis tenebris locus eſſe poteſt? Et econtrario, ubi charitas non eſt, ibi nulla lux, ſed omnia tetra obſcuritate nigra ſunt. Hinc Iohannes: Omnis qui non diligit fratrem ſuum, in 1. Ioh. 2

tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat. Qui autem diligit, in lumine manet. Hanc igitur inquantum poſſumus efficaciter teneamus, ut Chriſto inhabitante gaudere mereamur. Proijciamus à nobis noxiarum hydriam cupiditatum, & ad bona quæ deo inſpirante cognouimus, nobiſcum alios trahere feſtinemus. Clementiam noſtri redemptoris pijs uocibus ac bonis actibus exoremus, ut quibus iã ſuã dare dignatus eſt cognitionem, cum uirtutum profectu ad ſuæ glorię dignetur perducere uiſionem, Amen.

DE EADEM FERIA HOMILIA
D. Euſebij Emiſſeni.

HOmo enim eſt illud prædium, de quo Iacob filium ſuum Ioſeph benedicens ait: Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo. Ibi autẽ erat fons Iacob. Si enim Iacob erat ille fons, bonã aquam habebat, cum ſcriptum ſit: In eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael. Fons iſte ꝓfunda patriarcharũ fides & doctrina eſſe uidetur.

nerit, ille nobis annunciabit omnia. Ac ſi diceret, Obſcure loqueris, & ea quę dicis nō intelligo: ſcio tamen quia Meſsias ueniet qui dicitur Chriſtus: ille cū uenerit, omnia nobis annunciabit, ille & tua & aliorū prophetarum obſcura myſteria nobis reuelabit. *Dicit ei Ieſus, Ego ſum qui loquor tecum. Et continuo uenerunt diſcipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur.* Quare mirabātur? quia hoc fortaſſe in uſu non habebat. Nemo tamē dixit: Quid quęris? aut qd loqueris cum ea? nullam ſuſpicionē habentes in eo de ea. Illis autem uenientibus, ſiluit mulier, multum fortaſſe (niſi illi ueniſſent) adhuc loquutura. Reliquit ergo hydriam ſuam, reliquit prauam intelligentiam ſuam, cum qua de fontibus Iſrael carnaliter & nō ſpiritualiter bibere ſolebat. Abijt in ciuitatem, abijt ad Eccleſiam gētium, iuit in uniuerſum mundum prædicare Euangelium omni creaturę. Et dicit illis hominibus: Venite & uidete hominē, qui dixit mihi omnia quęcunque feci. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum ſignificantes eos, qui relicta Gentilitate, uſque hodie conuertūtur ad eū. *Interea rogabant eū diſcipuli, dicētes: Rabbi manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem uos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?* Ecce diſcipuli non intelligunt de quo cibo Dominus loquatur: ſicut & mulier ſuperius nō intelligebat aquam, de qua ei Dominus loquebatur. *Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem eius qui miſit me, ut perficiam opus eius.* Hoc cibo delector, hoc reficior: quem (qa adhuc carnales eſtis) nondum ad plenum intelligitis. *Nonne uos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis uenit? Ecce dico uobis leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem.* Videns enim Ieſus totam ciuitatem illam ad ſe confluentem, & iam ad credendum maturam & paratam, ſub meſſionis figura de ea loquitur. Diſcipulos ad uidendum inuitat, & oculos eis lauare præcepit, ut uerbi Dei falcem arripientes, metere incipiāt, dum meſſes iam albas ad colligendum uident eſſe idoneas. Et ne labor ipſe grauis & aſper eſſe uideatur, operis mercedem eis promittit, dicens: *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam, ut & qui ſeminat ſimul gaudeat, & qui metit.* Seminatores enim prophetę fuerūt, qui fidei & doctrinę ſemina primi in illo populo ſeminarunt. Meſſores uero, Apoſtoli: qui populos iam pene inſtructos & credulos in Eccleſiæ aream collegerunt: pro quibus nimirum fructum ſuſcipient, uitā ęternam: quatenus ſeminatores & meſſores ſimul gaudeant, ſimulque æterna beatitudine perfruantur. *In hoc enim eſt uerbum uerum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit. Ego miſi uos metere, quod uos non ſeminaſtis: alij laborauerunt, & uos in labores eorū introiſtis.* Niſi enim prophetæ ſeminaſſent, & Chriſti aduentum & cætera quæ de eo ſcripta ſunt prænunciaſſent, tantam fidelium meſſem in illo populo Apoſtoli nō collegiſſent. Et in hoc eſt uerbum uerum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metet. In hoc enim euāgelij uerbum uerum & indubitabile eſſe probatur, quia hoc quod Apoſtoli affirmant, prophetæ prædixerunt. Quod iſti dicunt factum, illi dixerūt eſſe futurum. Vnde non tantū ſua quātum prophetarū teſtimonia cōfirmantes, non ſua, ſed aliorū ſemina metunt. Credāt igitur prophetis, qui Apoſtolis credere nolunt, & in ore tātorum teſtiū ſtet omne uerbū. Nemo illud uerbum uerū eſſe dubitet, quod utriuſque teſtamenti teſtimonio roboratur. *Ex ciuitate autē illa multi crediderūt in eū Samaritanorum, propter uerbum mulieris teſtimonium perhibentis. Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cum uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum ut ibi maneret: & manſit ibi duos dies.* Rogemus igitur eum & nos, ut & nobiſcum maneat duos dies: duos dies dixi, quatenus duo pcepta charitatis, duorumque teſtamentorum fidem nos & amare & tenere doceat. Hæc enim ſufficiunt nobis ad illuminationem, ſufficiunt & ad ulię plenitudinem, quia charitas nunquam excidit, charitas finem non habet. Magni igitur dies iſti, qui finem non habēt. Sequitur. *Et multo plures crediderūt in eum propter ſermonē eius, quam propter ſermonem mulieris.* Inſtabat mulier & prædicabat, & uerbum per quem omnia facta ſunt, pro ut poterat uerbis adiuuabat. Dicebant igitur ei, iam deſpicientes audire eam. *Quia iam non propter tuam loquelam credimus,* non tua prędicatione indigemus. *Ipſi enim audiuimus & ſcimus, quia hic eſt uere ſaluator mundi.* Sciebat enim dominus Ieſus quales iſti erant, quando eos meſſes maturas uocabat, dicens: Videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem. Hoc enim teſtimonium eis non dediſſet, niſi eos ad audiendum & credendum uoluntarios præuidiſſet.

SABBATO

Iohannis viij.

¶ In illo tempore, Perrexit Ieſus in montē Oliueti, & diluculo iterum uenit in templum. Et reliq. Homilia lectionis eiuſdem.

OMnipotentiſſimus Dominus, conditor & benigniſsimus amator hoim, dn̄s noſter Ieſus Chriſtus, cuius uniuerſæ uiæ miſericordia & ueritas, hanc ſibi maxime circa ſuam paſſionem effecerat conſuetudinem, ut in diebus quidem in templo quod Hieroſolymis erat uerbum Dei prædicaret, ſigna & miracula oſtenderet, quibus ſe Dei eſſe filium declararet: ſero autem reuerteretur in Bethaniā: & apud amicum ſuum Lazarum, ſororesque eius Mariam & Martham noctibus hoſpitaretur: ſicque interdum diluculo ad ſimile prædicationis opus Hieroſolymam reuerteretur. Secundum hunc igitur ſibi conſuetum morem, cum tota die in die feſto ſcenopegię, id eſt, tabernaculorum, in templo prædicaſſet: ueſperāte iam die, ſicut aſſerit ſanctus euangeliſta, perrexit in montem Oliueti, & inde rurſum diluculo uenit in templum. Myſtice, mons Oliueti ſublimitatē dominicę pietatis ac miſericordiæ deſignat, quod in ipſo ſatis claret uocabulo, quia mons Oliueti à miſericordia nomen trahit. ἔλεος namque Græce, Latine miſericordia dicitur. Natura quoque olei myſterio aptiſsime conuenit, atque gratiam prędemonſtrat miſericordiæ. De qua Pſalmiſta: Suauis dn̄s uniuerſis, & miſerationes eius pſa.144
ſuper oīa opera eius. Oleique punctio feſſis dolentibus membris ſolet afferre leuamen. Et Pſalmiſta miſerationes domini gratioſa laude cōmemorāns Qui propiciatur, inquit, omnibus iniquitatibus tuis, q ſanat omnes infirmitates tuas. Pergebat ergo Pſal. 102
dn̄s in montem Oliueti, ibique manebat, ut arcem in ſe miſericordiæ conſtare, immo ſe oſtēderet eſſe ipſam miſericordiam, ſecundum Pſalmiſtę uocem, Deus, inquit, ſuſceptor meus es: deus meus miſericordia mea. Tempus uero diluculi, quo prędicaturus Pſal. 58.

rus Hieroſolymã redibat, tempus nouæ gratiæ ex ortum deſignat, quãdo remota legaliũ umbra fi gurarum, lux euãgelicæ ueritatis mundo reuelã da erat. ¶ *Et omnis, inquit, populus uenit ad eum, & ſedens docebat eos.* Seſſio domini, humilitatẽ incar nationis eius inſinuat, per quam mundo ſubueni re dignatus eſt. Domino ergo in templo ſedente, omnis populus uenit ad eum, quia poſtquam per ſuſceptam humanitatem, uiſibilẽ ſe hominibus pꝛ buit, cœperunt multi pdicationem eius audire, & in eũ credere: & tanto libentius, quanto eum ſibi p aſſumptam carnem proximũ factum eſſe memi nerant. Multi autem diximus, quia plurimi ſuper ba mente ſalutem quam attulerat contempſerũt. Vnde multũ ante per prophetã pdictum fuerat:

Pſal. 33. Audiant manſueti, & lætentur. Manſuetis igitur & ſimplicibus ſermonem dñi mirantibus, & intẽ tiſſime audiẽtibus, qd cuncti ſcripturæ fecerint audia mus. ¶ *Adducunt autem ſcribæ & phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes præcepit nobis huiuſmodi lapidare, tu ergo quid dicis?* O captioſa ue neratio, o ſimulatum uenenatæ mentis obſequiũ, o labia doloſa in corde, & dolum ex corde loquẽ tia. Interrogant non ut quod rectum eſt diſcant, ſed ut ueritati laqueos nectant. Sciebant enim ide circo uel maxime dñm à turbis amari quia miſeri cordiã prædicabat, & peccatores benigniſſime ſuſ ſcipiebat: ideoq; cum inueniſſent mulierem in ad ulterio, exultabãt inueniſſe ſe tentandi occaſio nẽ. Adduxerunt ergo eam ad dñm, percontantes quid de ea fieri iuberet. Dicebant enim ad inuicẽ: Si dixerit, lapidanda eſt hæc mulier iuxta decre tum Moyſi, quaſi miſericordia obliuiſcitur, quã præ dicabat, deridebimus, ſicq; eum odiuſum turbis à qbus diligitur faciemus. Si uero lapidari eã, phi buerit, quaſi legis aduerſarium, & fautorẽ ſcelerũ publice cõprehendemus, & mortis ſupplicio con demnabimus. Sed quid peruerſitas ualet humana

Prou. 21 contra poteſtatem diuinam? Scriptum namq; eſt: Non eſt ſapiẽtia, non eſt prudentia, non eſt conſi lium contra dñm. Sequitur enim: ¶ *Ieſus autem in clinauit ſe deorſum, & digito ſcribebat in terra.* Per hoc quod ſe dominus inclinauit, humilitatem aſ ſumptæ humanitatis oſtẽdit. Per digitum, qui cõ iunctionibus articulorum compoſitus, atq; ideo cæteris membris flexibilior eſt, ſublimitas diſcre tionis exprimitur. Per terrã uero, humanũ cor oſ tẽdit, quia illud bonarũ uel malarũ actiunũ red dere ſolet fructus. Expectatus autem à phariſæis dñs, ut de adultera ſentẽtiã ferret, nõ ſtatim iudi cat, ſed prius inclinãs ſe, in terra ſcribit, ac ſic de mum illis obnixe inſiſtentibus iudicat, ut nos hoc exemplo typice moneat, quatenus cum ipſi mala proximorum conſpicimus, non ſtatim ea temere reprehendendo dãnemus: ſed prius ad noſtri cor dis conſcientiam humiliter conuerſi, digito diſ cretionis ea ſolicite diſquiramus, utrum ſint opes ra deo placentia, an diſplicentia, ſicq; diligẽti me ditatione inueſtigemus. Temerarium eſt enim iu dicare de erratibus alienis, ſi adhuc reprehendes ris proprios. Hinc & Apoſtolus dicit: Fratres, & ſi

Gala. 6. præoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, uos q ſpũales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpũ lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. ¶ *Cum au tem perſeuerarent interrogãtes eum, erexit ſe, & di xit eis: Qui ſine peccato eſt ueſtrum, primus in illam la pidem mittat.* Phariſæi q dẽ & ſcribæ ex omni parſ te laqueos tetenderãt, credebantq; ſe eum poſſe oſtendere uel immiſericordem, uel iniuſtum. Sed dñs fraudes illorum facillime ſicut fila araneæ pꝛ trãſijt, ſeruans per omnia & iuſtitiæ diſtrictiũnẽ & pietatis manſuetudinẽ. Ait enim: Qui ſine pecs cato eſt ueſtrum, ecce tẽperantia miſeratis. Rur ſus, primus in illam lapidẽ mittat, ecce iuſtitia in dicatis. Ac ſi patenter diceret: Dicitis qa Moyſes huiuſmodi lapidare pcepit, ſed hoc à iuſtis & non à peccatoribus fieri pcepit. Primo ig'it iuſtitiã le gis implete, & ſic mũdis manibus & corde ad las pidandã ream concurrite. Primo ſidẽ & miſericor diam, ſpũalia uidelicet pcepta pficite, & ſic ad car nalia iudicia uenite. Huc iudiciu dato, dñs iterũ ſe inclinans, ſcribebat in terra. Poteſt intelligi dñm feciſſe hoc iuxta morem humanæ cõſuetudinis, ut quaſi aliud agens, & uultu aliud intendens, liberã eis facultatem egrediendi daret, quos ſua reſpõ ſione perculſos, & in ruborem actos, citius exituros quam plura interrogaturos eſſe cernebat. Deniq; ait euãgeliſta: ¶ *Qui audientes, unus poſt unum exi bant, incipientes à ſenioribus.* In hoc uero quod ante datã ſententiã & poſt inclinato ſe ſcribebat in ter ra, figuraliter admonuit, ut & priuſquã peccantẽ fratrẽ corripiamus, & poſtea antequam ei miniſ ſteriũ correptionis impẽderimus, ſolicita atq; hu mili inueſtigatione ppendamus, utrum aut ipſis de quibus alium caſtigamus, aut alijs peccatis ob noxij ſimus. Sæpe em contingit, ut ille q alium de homicidio iudicat, ipſe per odiũ fratris ante ocu los cõditoris reus homicidij habeatur, qa ſcriptũ eſt: Omnis q odit fratrẽ ſuum, homicida eſt. Non nunq; aliquis alium de fornicatione accuſat, & in ſe facinus ſuperbiæ abſconditum celat. Cum ergo peccantem aliquẽ corripimus, penſemus ſolicite quã deiecti, quã fragiles ex nobis ſimus, ſi non di uinę pietatis auxilio ſuſtentaremur. Ita enim fiet, ut nequaquã contra eum quem corripimus, ſuper biamus, nec pteruo ſpũ condemnemus: ſed memo res propriæ conditionis, manſueti ac leniter ad e mendationẽ dulci ſalubri exhortatione prouo cemus. ¶ *Erigens autem ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, ubi ſunt qui te accuſabãt? Nemo te condemnauit? Quæ di xit: Nemo domine.* Nullus quippe auſus eſt cõdẽnai re peccatricẽ mulierẽ, quia dominus ancipiti uerſ bi ſui gladio eorũ cõſciẽtias penetrãre, ſinguli in ſe cernebãt quod magis dãnari deberẽt. Sed quia accuſatores iuſtitiæ autoritate, pſtrauit, eam quæ accuſabatur, magno pietatis munere ſubleuauit. Sequitur enim: *Dixit ei Ieſus, Nec ego te condẽnabo, uade, & amplius noli peccare.* Tanquã pius preteri ta peccata ignoſcit: & quaſi iuſtus, ne amplius pec care præſumat, interdicit. Quia enim deus erat & homo, per id quod homo erat, accuſatæ miſereri potuit: per id uero quod deus eſt dimiſſo ſcelere eam abſoluit. Veneremur ergo eum per id quod deo patri æqualis eſt: diligamus eum, per id quod nobis proximus fieri dignatus eſt. Precemur eius miſericordiã pijs uocibus, iuſtis operibus, ut nos ab omnibus peccatorum nexibus ſoluat, & de cæ tero non peccare concedat, ſicq; mentes noſtras ſancti amoris ſui flammis accendat, ut ſecundum beneplacitum ſuum in omni bono nos perſeue rabiles faciat Ieſus Chriſtus Dominus noſter. Amen.

Cur chri ſtus deo nuo ſcri pſerit in terra.

1. Ioh. 3.

EODEM SABBATO HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

Quod

QVod enim Ieſus in montē Oliueti ire & orare ſolebat, ſanctam eccleſiā oliuarū arboribus conſitā ſe diligere ſemperq́ habitare ſignificabat. De his enim oliuis ille erat q dicebat: Ego ſicut oliua fructifera in domo dñi, ſperabo in miſericordia dei mei in æternum & in ſeculum ſeculi. Tales oliuę ſunt, quicunq pacem & miſericordiam diligunt. Sed cū iterū Ieſus ueniret in templum, & ſedēs doceret populum, econtra inimici eius ſcribæ & pharisæi, qui ſemper ei inſidiantes, iniquo odio eū perſequebantur, adducūt mulierē quandā in adulterio deprehenſam, & ſtatuūt eam in medio, & dicunt ei: *Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio: in lege autē Moyſes mandauit huiuſmodi lapidare, tu ergo quid dicis.* Sciebant enim miſericordem & pium eſſe. Vnde potius eū ad miſericordiā & pietatē, quā ad legis uerba attendere ſperabant: quod ſi feciſſet, illico eū de legis trāſgreſſione accuſare uolebāt. Vnde & ſubditur. *Hoc autem dicebāt tentantes, ut poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinās ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. Cū autem perſeuerarent interrogātes eū erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt ueſtrum, primus in illā lapidem mittat.* Quod Ieſus digito ſcribebat in terra, tale erat acſi diceret: Vos legis mihi teſtimonia affertis, uos legis mihi uerba narratis, q legē ipſam nō intelligitis. Hic eſt ille digitus qui eā ſcripſit: hoc digito illę tabulę exaratæ ſunt, de quibus dicitur. Deſcendit Moyſes de mōte, ferēs duas tabulas in manibus ſuis, ſcriptas utraſq digito dei. Ego igit legē compoſui, & uos legis exēplis me irritare nitimini. Stulti eſtis, ſi meis argumentis me capere & ſuperare ſperatis. Præcepit enim lex mulierē huiuſmodi lapidare, ſed nō ſicut uos intelligitis, neq à talibus q̄les uos eſtis. Ego ſum finis legis, in me lex completa eſt, ecce omnia noua facio, ſpū aliter intelligant, quę hactenus ad literā intelligebātur. *Qui igitur ſine peccato eſt, primus in illā lapidē mittat.* Quis enim ſine peccato? Si enim dixerimus qa peccatū non habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis nō eſt. Poteſt enim aliquis ſine crimine eſſe, ſed ſine peccato qs erit? Peccatū hoc igitur in loco pro crimine ponitur, alioquin impoſſibilia iuberet Ieſus. Et Apoſtolus quidem ad epiſcopatū tales elegi pręcepit, qui ſine crimine ſint. Iſti igitur, ſunt, qui in huiuſmodi mulierem primi lapidem mittere debent. Dicendum eſt itaq quid mulier adultera, & quid lapides iſti ſignificēt. Eſt enim mulier adultera, omnis anima hæretica prauitate corrupta Hæc autē tunc lapidatur, quando ad Epiſcoporū uel ſacerdotum conſiliū ducta, & de ſua iniquitate cōuicta, à toto conſilio excōmunicatur. Sed primus in illam lapidem mittit ille, qui ſine peccato eſt, per quē epiſcopum intelligimus, quē Apoſtolus ſine crimine eſſe præcepit. Deinde autem quicunq illi ſunt, qui excommunicationē confirmāt, omnes in illam lapidem mittunt. Hoc igitur Moyſes ſignificauit, quando mulierē adulteram lapidare pręcepit. Hoc dominus expoſuit, quando eū qui ſine peccato eſſet, primum in illam lapidem mittere iuſſit. Sed hoc Iudæi non intelligebant, & quid contra dicerent non habebant. Sic enim ſuum ſermonem imperauit Ieſus, ut legi nō cōtradiceret, & pietatē nō amitteret. *Audientes aūt unus poſt unum exibāt incipiētes a ſenioribus: & remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans. Quare exibant?* Quia omnes ſe peccatores eſſe ſciebant: ille autem ſolus remanſit, qui ſolus erat ſine peccato, adhuc mulier timebat, adhuc in medio ſtabat: hinc miſericordiam, & inde iudicium expectabat. Quid eſt enim in medio, niſi inter miſericordiam & iudicium? Bene igitur Pſalmiſta ait: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. *Erigens autem ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, ubi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit. Quæ dixit: Nemo Domine. Non igitur cōdemnauit eam Ieſus in eo quod ait, Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat.* Si enim eam cōdemnaſſet, nequaquam ei dixiſſet, nemo te condemnauit. *Dixit autem ei Ieſus, Nec ego te condemnabo.* Noli timere, eſto ſecura, crede tantummodo conſiliis meis: non abiicio peccatores, pœnitentes ſuſcipio: *Vade, & amplius noli peccare.* Sic igit liberata eſt miſera, iubente miſericordia.

IN DOMINICA LAETARE, Sermo Beati Leonis Papæ.

APoſtolica dilectiſsimi * ſententia nos admonet, ut deponētes ueterē hoīem cum actibus ſuis, de die in diem ſancta conuerſatione renouemur. Si enim templum dei ſumus, & mentium noſtrarum ſpūſſanctus inhabitator eſt, dicente Apoſtolo: Vos enim eſtis tēplū dei uiui, multa uigilantia laborandum eſt, ut cordis noſtri receptaculum tanto hoſpite nō ſit indignum. Et ſicut in domibus manufactis laudabili diligentia prouidendum eſt, ut ſi quid aut infuſione imbriū, aut turbine procellarū, uel ipſa fuerit antiquitate corruptū, cito in integrum cura reſtituat: ita iugi oportet ſolicitudine pęcaueri, ne qd in noſtris animis incompoſitum, ne qd inueniatur immūdum. Quāuis enim ędificium noſtrum ſine ope ſui non ſubſiſtat artificis, nec fabrica noſtra poſſit eſſe incolumis, niſi ei præſuerit ꝓtectio conditoris: tamen qa rationabiles lapides ſumus, & uiua materies, ſic nos auctoris noſtri extruxit manus, ut cum opifice ſuo etiā is reparatur, operetur. Gratia igitur dei obedientia ſe humana non ſubtrahat, nec ab illo bono, ſine quo nō poteſt eſſe bona, deficiat, aut ſi qd ſibi impoſſibile aut arduum in mādatorum effectibus experitur, non in ſe remaneat, ſed ad iubentem recurrat, qui ideo dat præceptum, ut excitet deſideriū, & præſtet auxilium, dicente propheta: Iacta in dominum cogitatum tuum, & ipſe te enutriet. An forte quiſquam tam inſolenter ſuperbit, & ita ſe illæſum, ita immaculatum eſſe præſumit, ut nullius renouationis iam indigeat? Fallitur prorſus iſta perſuaſio, & nimia uanitate ueteraſcit, quiſcunque inter tentationes huius uitę, ab omni uulnere ſe credit immunem. Plena omnia periculis, plena ſunt laqueis. Incitant cupiditates, inſidiantur illecebræ, blandiuntur lucra, damna deterrēt, amaræ ſunt obloquentium linguæ, nec ſemper ueracia ſunt ora laudātiū. Inde ſæuit odium, hinc decipit mendax officium, ut facilius ſit uitare diſcordem, quam declinare fallacem. In ipſis autem uirtutibus obtinendis tam dubius modus, & tam incerta diſcretio eſt, ut ſi quiſquam inter bonorū malorumq́ confinia, ſubtiliſſimi diſcriminis potuerit ſeruare mēſuras, difficile ſit ut bene ſibi cōſciam probitatem obtrectātium lingua non mordeat, & iniquorum euadat opprobria, cui eſt amica iuſtitia. Iam cum ad ipſas rerum temporalium uarietates cogitatio humana conuertitur, quantæ ſe opponūt caligines, quāti prauarum opinionū oboriuntur errores, ut de obiectu contrariorū

doctrina

Col. 3

Pſal. 54.

ſumat materia quęrelarū. Nam licet omniū fideliū corda non dubitent, nullis mundi huius partibus nulliſq; temporibus prouidentiam iam abeſſe diuinam, nec de ſtellarū poteſtate, quæ nulla eſt, ſecularium negociorū pendere prouentus, ſed eq̃ſſimo & clementiſſimo ſummi regis arbitrio cūcta
Pſal. 24. diſponi, quoniam ſicut ſcriptum eſt: Vniuerſę uiæ domini, miſericordia & ueritas: tamen cum quædam non ſecundum deſideria noſtra ꝓcedunt, & ſub humani errore iudicij ſupior eſt plerūque iniqui cauſa quam iuſti, uicinum nimis atque contiguum eſt, ut etiam magnos animos iſta * conci-
concutiant
tent, & in aliquod illicitæ cauſationis murmur impellant. Siquidem iſtis uarietatibus etiam excellentiſſimus ꝓpheta Dauid, uſq; ad piculum ſe turbatum ꝓfitetur, & dicit: Mei autē pene moti ſunt
Pſal. 72. pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui in pctōribus, pacē peccatorū uidens. Vide quia paucorū eſt tam ſolida fortitudo, ut nulla inæqualitatum pturbatione quatiantur, & multos fidelium non aduerſa tantum, ſed etiam ſecunda corrumpant, ſanandis uulneribus quibus humana infirmitas ſauciatur, diligens eſt adhibēda curatio. Ideo enim de piculis quibus hic mundus plenus eſt, quę dā breuiter pcucri, ut dicente ſcriptura: Quis glo-
Pro. 20 riabit caſtū ſe habere cor, aut mūdū ſe eſſe à pctīs? omnes ſibi intelligant delictorum indulgentiam, & reparationis neceſſariam eſſe medicinam. Quādo autē dilectiſſimi ad remedia diuina melius decurrimus, quam cum ipſa nobis ſacramenta redēptionis noſtrę tēporū lege recurrunt? Quæ ut digniut celebremus, ſaluberrime nos q̃dcaginta dierum ieiunio præparemus. Non enim hi tantum, q̃ p mortis Chriſti reſurrectioniſq; myſteriū, in nouam uitam baptiſmo ſunt regenerante uēturi, ſed etiā oēs populi renatorū, & utiliter & neceſſarie ꝑſidium ſibi huius ſanctificationis aſſumunt: illi, ut quæ nondum habent, accipiant: iſti, ut accepta cuſtodiant. Dicente nanque Apoſtolo: Qui ſtat uideat ne cadat, nemo eſt tanta firmitate ſuffultus, ut de ſtabilitate ſua debeat eſſe ſecurus. Vtamur er-
1. Co. 10 go dilectiſſimi ſaluberrimi tēporis uenerabilibus inſtitutis, & ſolicitiore cura cordis noſtri piacula tergamus. Quātūlibet enim caſte & ſobrie mortalis hæc uita ducatur, quodam tamē puluere terrenæ conuerſationis aſpgitur, & nitor mentium ad dei imaginem conditarū, non ita a fumo totius uanitatis alienus eſt, ut nulla poſſit ſorde fuſcari, & nō ſemp indigeat expoliri. Quod ſi etiam cautiſſimis eſt animis neceſſarium, quāto amplius illis eſt expetendum, qui tota forte anni ſpatia aut ſecurius aut negligentius trāſierunt? Quos charitate debita admonemus, ut non ideo ſibimet blandiantur, quia nobis conſcientiæ ſingulorum patere nō poſſunt, cum oculos dei ſimul uniuerſa cernentis, non abdita locorū, non parietum ſepta ſecludant, nec ſolum ei acta & cogitata, uerum & agenda & cogitāda ſint cognita. Iſta ergo eſt ſciētia ſummi iudicis, iſte eſt tremendus aſpectus, cui peruiū eſt omne ſolidū, & apertū omne ſecretum, cui obſcura clarent, cui muta reſpondent, ſilentium cōfitetur, & ſine uoce mens loqtur. Nemo patientiā bonitatis dei de pctōrum ſuorum impunitate contemnat: nec ideo illum æſtimet nō offenſum, q̃a nec dū expertus eſt iratum. Non ſunt longæ uitę mortalis induciæ, nec diuturna eſt licentia inſipientiū uoluntatum, in ęternarum dolorem trāſitura pœnatum, ſi dum iuſtitiæ ſententia ſuſpēditur, pœnitentiæ medicina non quæritur. Confugiamus ergo ad præſentem ubique miſericordiam Dei, & ut ſanctum paſcha Domini digna obſeruantia celebretur, cunctorum ſe fidelium corda ſanctificent. Miteſcat ſæuitia, manſueſcat iracundia, remittant ſibi omnes culpas inuicem ſuas, nec exactor ſit uindictæ, qui petitor eſt ueniæ. Dicentes enim, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, duriſſimis nos uinculis illigamus, niſi quod pfitemur impleamus. Vnde ſi orationis huius ſacratiſſimum pactum, non tota ſui conditione ſeruatum eſt, nunc ſaltem conſcientiā ſuam unuſquiſque cognoſcat, & alienis ignoſcendo delictis, * abſolutionem ſuorum obtineat pec- abolitionem.
catorum. Dicente nanque Domino: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis & pater noſter qui in cœlis eſt delicta ueſtra. Non lon- Matt. 6.
ge eſt ab unoquoque quod poſcit, cum de benignitate ſupplicis, ſententia pendeat iudicantis, qui humanarum precum miſericors & iuſtus auditor, æquitati ſuæ de noſtra lenitate præſcribit, ut nō habeat in eos ius ſeueritatis, quos non inueniſſet cupidos ultionis. Clementes autem & mites animos, etiam largitas decet. Nihil enim eſt dignius quam ut homo ſui ſit autoris imitator, & ſecundum modum propriæ facultatis, diuini ſit operis executor. Nam cum aluntur eſurientes, & ueſtiuntur nudi, fouentur infirmi, nonne auxilium domini manus explet miniſtri, & benignitas ſerui, munus eſt domini? Qui cum ad effectus miſericordię ſuæ adiutore non egeat, ita ſuam omnipotentiam temperauit, ut laboribus hominum per homines ſubueniret, & merito deo gratię referrent de pietatis officijs, cuius opa uiderētur in famulis. Propter quod ipſe dñs diſcipulis ſuis ait: Sic luceat
Matt. 5. lumen ueſtrum corā hominibus, ut uideant opa ueſtra bona, magnificent patrē ueſtrum qui in cœlis eſt, per Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

DE EADEM DOMINIca. Iohannis VI.

¶ In illo tempore: Abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis. Et ſequebatur eum multitudo magna, quia uiderant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.



QVI ſigna & miracula Dñi ac ſaluatoris ceſte, cum legūt uel audiūt, accipiunt, non tam in his q̃d foris ſtupeant attendunt, quam quid horum exemplo ipſi intus agere, quid in his myſticum perpendere debeant, inſpiciunt. Ecce enim propinquante paſcha die feſto Iudæorum, ſequentem ſe multitudinem dominus uerbo ſalutis pariter & ope curationis erigebat. Nam ſicut alius euangeliſta ſcribit, loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura indi-
Luc. 9. gebant ſanabat, eademq; doctrina & ſanatione cōpleta, paucis de cibarijs abundantiſſime refecit. Et nos ergo fratres chariſſimi, huius exemplo facti,
pro-

propinquante paſcha die feſto noſtræ redemptio
nis adiuncta fratrum caterua, dominum toto cor
de ſequamur, quo actionum itinere ingreſſus ſit,
diligentiſſime contemplemur, ut ueſtigia eius ſe
qui mereamur. Qui eñ dicit ſe in Chriſto manes
re, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.
Quicqd in nobis imperitiæ nocentis ineſſe depres
henderimus, crebra uerbi illius auditione terga
mus: qcquid uitij tentantis, morbi uidelicet ſpiri
tualis, nos interius uaſtare ſenſerimus, ſolito pie
tatis illius munere poſtulemus emūdari. Sed & ſi
ei unitos nos cœleſtis uitæ dulcedine conſpexeri
mus, eius gratiā flagitemus, ut neceſſariæ nos cō
punctionis & cæterarum uirtutū ſpūalium donis
ſatiare dignet, quatenus tēpore ſacroſanctæ reſur
rectiōis illius interius exteriusq́ decēter ornati,
ſacramenta noſtræ ſaluris puro corpore ſimul &
corde ſumamus. Verum qa breuiter iſta ꝑlibaui
mus, libet diligentius totā ſacræ ſeriem lectionis
intueri, & quicquid in eo myſticum indagare uale
mus, ueſtrę pandere charitati. ¶ *Abijt Ieſus trans
mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis.* Primo dicendū iu
xta hiſtoriam, quia mare Galilææ, quod multis ꝓ
diuerſitate circumiacentium regionum uocabulis
diſtinguitur, illis tantum in locis Tiberiadis uoca
tur, ubi Tiberiadem ciuitatem aqs (ut aiūt) calidis
ſalubrem ab occidente ꝑmonſtrat. Siqdem inter
fluēte Iordane, duodeuiginti paſſuum millibus in
longum, & qnq; extenditur in latum. Myſtice au
tem mare turbida ac tumentia huius ſeculi uolu
mina ſignificat, in qbus praui qlibet iniuſte dele
ctati, quaſi in profundis dediti piſces, mentem ad
ſuperna gaudia non intendunt. Vnde bene idem
mare Galilææ, id eſt, rota cognominatur: quia ni
mirum amor labentis ſeculi, quaſi in uertiginem
corda mittit, quæ ad perennis uitæ deſideria erigi
Pſal.11 non permittit. De qualibus Pſalm. In circuitu, in
qt, impij ambulant. Sed abeuntem trans mare Ga
lilææ Ieſum multitudo maxima ſequebat, quę do
ctrinę, ſanationis & refectionis ab eo cœleſtis ſum
ma munera perciperet: qa priuſquā dñs in carne
appareret, ſola illum gens Iudæa ſequebatur cre
dendo. Poſtquam uero ꝑ incarnationis ſuæ diſpen
ſationem fluctus uitę corruptibilis adijt, calcauit,
tranſijt, maxima mox eum multitudo credētium
ſecuta eſt nationum, ſpūaliter inſtrui, ſanari ac ſati
142 ari deſiderās, & cum Pſalmiſta depcans: Dñe ad te
confugi, doce me facere uolūtatem tuam. Miſere
6 re mei dñe, qm̄ infirmus ſum: ſana me dñe, qm̄ con
turbata ſunt oſſa mea. Et iterū de percipiendis ab
22 eo uitæ perpetuę alimentis cōfiſa, dñs (inquit) pa
ſcit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me
collocauit. Quod autem ſubiens in montē Ieſus,
ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis, ſed uenientē ad eum
multitudine aſcendit, atque hanc in ſuperioribus
reficit, quā in inferioribus paulo ante curauerat,
nequaquā fruſtra factum credamus, ſed ad ſignifi
cādum myſtice, quia doctrinam & chariſmata ſua
dominus iuxta percipientiū capacitatem diſtribu
it. Infirmis quidem adhuc mentibus, ac paruulis
ſpū, ſimpliciora credens ſacramenta, celſioribus
autem quibuſq;, & perfectioribus ſenſu, ſecretiora
ſuę maieſtatis arcana reſerans, arctiora deuotę cō
uerſationis itinera ſuggerens, & altiora ꝑmiorū
cœleſtium dona promittēs. Deniq; cuidā ſciſcitā
ti, quid faciens uitam ęternā poſſideret, quaſi infe
rius adhuc poſito, cōmunia ſuę dona largitatis im
pendit, dicens: Non occides, non mœchaberis, nō
furtum facies, non falſum teſtimonium dices, ho
nora patrem tuum & matrem. Cui poſtmodum Mat.19.
maiora quærēti, & ueluti ad montē uirtutum aſcē
dere cupiēti: Si uis, inquit, perfectus eſſe, uade, uē
de omnia quæ habes: & da pauperibus, & habebis Ibidem
theſaurū in cœlo, & ueni, ſequere me. Cuius diſcre
tionem moderaminis, non ſolum per ſe dñs in car
ne docens exhibuit, uerum nunc quoque per uer
bi ſui miniſtros exhibere non ceſſat. Vnde de eiſ
dem ſub unius boni ſerui perſona teſtatur, quia da
re debeāt cōſeruis in tempore tritici menſurā, id
eſt, pro captu audientium opportune & menſura
te, uerbi dapes ſuggerere. Quod uero appropin
quante paſcha, dñs turbas docet, ſanat & reficit,
poſſumus ita myſtice interꝑtari, quia paſcha trāſi
tus dicit. Et quoſcunq; dñs interna munerum ſuo
rum ſuauitate recuperat, ad ſalubrem profecto
tranſitū ꝑparat, ut carnis uidelicet concupiſcenti
as, mētis ſublimitate trāſcendāt, infirma mūdi de
ſideria, proſpera pariter & aduerſa cœleſti ſpe &
amore conculcent. Et ſi necdum anima uel carne
ad ſuperna ualeat ptingere, quia hoc nimirū in fu
turo promittitur, quicquid tamē carnale quaſi al
tum amplecti conſpiciunt, comparatione æterno
rū quaſi nihilum deſpiciāt, iuxta exemplū illius,
qui uidens impium ſuperexaltatum & eleuatum
ſuper cedros Libani, trāſijt tēporalia contēplādo, Pſal.36
& quaſi non eſſe uidebat, quem cito tollendū ꝑui
debat. Quod ſubleuaſſe oculos Ieſus, & uenientem
ad ſe multitudinem uidiſſe perhibetur, diuinę pie
tatis indicium eſt, quia uidelicet cunctis ad ſe ue-
nire cupiētibus, gratia miſericordię cœleſtis occur
rere conſueuit. Et ne quærendo errare poſſint, lu
cē ſui ſpūs aperire currētibus ſolitus eſt. Nā quod
oculi Ieſu dona ſpūs eius myſtice deſignent, teſta
tur in Apocalypſi Ioannes, q figurate loquens de
illo: Et uidi, inqt, agnū ſtantē tanq̄ occiſum, habē Apo.5
tem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſe
ptem ſpūs dei, miſſi in omnem terram. Quod ten
tās Philippum dñs: ¶ *Vnde, inquit, ememus panes
ut manducent hi*, ꝓuida utiq; diſpenſatione facit, nō
ut ipſe quę nō nouerat diſcat, ſed ut Philippus tar
ditatē ſuę fidei, quā magiſtro ſciēte ipſe neſciebat,
tētatus agnoſcat, & miraculo facto caſtiget. Neq;
enim dubitare debuerat ꝑſente rerū creatore, quā
educit panē de terra, & uino lętificat cor hoīs, pau
corum denariorū panes ſufficere turbarum milli
bus nō paucis, ut unuſqſq; ſufficiēter acciperet, &
iam ſaturatus abiret. Quinq; autē panes, qbus mul
titudinem populi ſaturauit, quinq; ſunt libri Moy
ſi: quibus ſpūali intellectu pateſactis, & abundan
tiore iā ſenſu multiplicatis, auditorū fidelium quo
tidie corda reficit. Qui bñ hordeacei fuiſſe referū
tur, propter nimirum auſteriora legis edicta, & te
gumenta literæ groſſiora, quę interiorem ſpūalis
ſenſus quaſi medullā celabāt. Duo aūt piſces quos
addidit, pſalmiſtarum non inconuenienter & pro
phetarum ſcripta ſignificāt, quorum unum canen
do, alterum, colloquendo ſuis auditoribus futura
Chriſti & eccleſiæ ſacramenta narrabāt. Et bene
per aquatilia animantia figurantur illius æui ꝑco
nes, in quo populus fideliū ſine aquis baptiſmi ui
uere nullatenus poſſet. Puer qnq; panes, & duos
piſces habuit, nec tamen eos eſurientibus turbis diſ
tribuit, ſed dño diſtribuendos obtulit, populus eſt
Iudæorum, literali ſenſu puerilis, q ſcripturarum
dicta clauſa ſecum tenuit, quę tamen dñs in carne
apparēs accepit, & qd intus haberent utilitatis ac

dulcedinis oſtendit,& quã multiplici ſpũs gratia,
quæ pauca ac deſpecta uidebantur, exuberantee
pateſecit,& hæc per apoſtolos ſuos,apoſtolorũq́
ſucceſſores, cũctis nationibus miniſtrãdo porre-
xit. Vnde bene alij ferunt euangeliſtæ,quia panes
& piſces dñs diſcipulis,diſcipuli autẽ miniſtraue-
rũt turbis. Cum enim myſterium humanę ſalutis
initio cœpiſſet enarrari per dñm,ab eis qui audie
runt,in nos confirmatum eſt. Quinq; ſiquidem pa
nes& duos piſces fregit,& diſtribuit diſcipulis ſu
is,quando aperuit illis ſenſum,ut intelligerẽt oĩa
quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi &,pphetis & Pſal-
mis de ipſo. Diſcipuli appoſuerunt turbis, quãdo
profecti pdicauerunt ubiq; dño cooperãte,& ſer-
monem confirmante ſequentibus ſignis. Fœnum
in quo diſcumbens turba reficitur,cõcupiſcentia
carnis intelligitur,quã calcare & pmere debet o-
Iſai 40. mnis q ſpũalib9 alimẽtis ſatiari deſiderat Ois e-
nim caro ſœnũ, & ois gloria eius tanq̃ flos fœni.
Diſcumbat ergo ſup ſœnum,ut florem fœni cõte-
rat,id eſt,ut caſtiget corpus ſuum, & ſeruituti ſub
ijciat,uolupiates carnis edomet,luxurię fluxa re-
ſtringat. Quiſq; panis uiui cupit ſuauitate refici,
qſqs ſupnæ gratiæ dapibus renouari amat,ne inſi
ma uetuſtate deficiat,caueat Quinq; millia uiri q
mãducauerunt, pfectionem eorum,q uerbo uitæ
reficiuntur,inſinuãt. Virorum qppe noĩe,ſolẽt in
ſcripturis perfectiores qq; figurari, q̃s fœminea
mollities nulla corrumpit,quales cupit eos eſſe,q
1.Co.6. bus dicit Apoſtolus: Vigilate,ſtate in fide, uirili-
ter agite & cõfortamini. Millenarius autem nume
rus ultra quem nulla noſtra cõputatio ſuccreſcit,
plenitudinem rerum de qbus agitur, indicare cõ-
ſueuit. Quinario uero numero, qnq; notiſſimi cor
poris noſtri ſenſus exprimunt,uiſus uidelicet,au-
ditus,olfactus,guſtus & tactus. In qbus ſingulis q
cunq; uiriliter agere & cõfortari ſatagunt,ſobrie
& pie & iuſte uiuendo, ut cœleſtis ſapiẽtię mere-
antur dulcedine recreari,hi nimirũ qnq; millibus
uirorum, quos dñs myſticis dapibus ſatiauit,figu
rantur Nec pterẽũdum, quod refecturus multitu
dinẽ,gratias egit. Egit qppe gratias,ut & nos do
ceret de pceptis cœlitus muneribus gratias ſemp
agere,& ipſe quãtum de noſtris pfectibus gratu
letur,& de noſtra ſpũali refectione gaudeat, inti
maret. Vultis enim noſſe fratres quantum noſtræ
Luc.10. congaudeat ſaluti? Narrat euangeliſta Lucas,de-
diſſe eum diſcipulis poteſtatem calcandi ſupra o-
mnem uirtutem inimici, eorumq; noĩa ſcripta in
dicaſſe in cœlis,& ſtatim inſert: In ipſa hora exul
tauit in ſpũſancto,& dixit: Cõfiteor tibi pater do
mine cœli & terrę,qa abſcõdiſti hęc à ſapiẽtibus
& prudẽtibus,& reuelaſti ea paruulis. Claret er-
go qa ſaluti ac uitæ fideliũ cõgratulatur,q patrẽ
gratias agendo collaudat,quod ea quę ſupbienti-
bus abſcondit,humilibus ſpũ ſecreta reuelauerit.
Quod autem ſaturata multitudine, iuſſit diſcipu-
los colligere quæ ſuperauerant fragmenta, ne p-
irent,hoc ſignat profecto,qa pleraq; ſunt arcana
diuinorum eloquiorũ,quę uulgi ſenſus nõ capit.
nonnulla quę p ſe quidẽ minus docti aſſeq neque-
unt,ſed à doctoribus expoſita mox intelligere q̃-
unt. Hæc ergo neceſſe eſt,ut q ualent,diligentius
ſcrutando colligant,& ad eruditionem minorum
ſuo uel dicto uel ſcripto faciat puenire,ne alimẽ-
ta uerbi illorum deſidia peant,plebibusq; tollan-
tur,q hæc domino donante interpretãdo collige-
re norunt. ¶ *Collegerunt, inquit, & impleuerunt*
duodecim cophinos fragmentorum. Quia duodenario
numero ſolet perfectionis cuiuſlibet ſumma figu-
rari, recte per duodecim cophinos ſragmentorũ
plenos,oĩs ſpũalium doctorum chorus exprimit,
qui obſcura ſcripturarum,quę per ſe turbæ neque
unt,& meditando colligere, & meditata & man-
data literis,ſuo pariter & turbarum uſui cõſerua-
re iubẽtur. Hoc ipſi fecere apoſtoli & euãgeliſtę,
non pauca legis & prophetarũ dicta myſtica ſuis
(interpretatione addita) inſerẽdo opuſculis. Hoc
ſequaces eorum eccleſiæ toto orbe magiſtri, etiã
integros nõnulli utriuſq; teſtamẽti libros diligẽ-
tiori explanatione diſcutiendo, q quãuis hoĩbus
deſpecti,cœleſtis tamẽ gratiæ ſunt pane fœcũdi.
Nam ſeruilia in cophinis ſolẽt opa fieri. Vnde de
populo q in luto quondam ac lateribus ſeruiebat
in Aegypto, dicit Pſalmiſta: Manus eius in cophis
no ſeruierunt. ¶ *Illi ergo homines cũ uidiſſent quod fe-* Pſal.80
cerat Ieſus ſignum, dicebant, Quia hic eſt uere prophe-
ta,qui uenturus eſt in mundum. Recte quidem dice-
bãt dñm prophetam magnum, magnę ſalutis pco
nem iam mundo futurum. Nam & ipſe prophetã
ſe uocare dignatur, ubi ait: Quia nõ capit pire p- Luc.13
phetam extra Hieruſalem. Sed necdum plena fide
pficiebant, q hunc etiam deum dicere neſciebãt.
Ergo illi uidentes ſignum quod fecerat Ieſus, di-
xerũt: Quia hic eſt uere propheta,q uẽturus eſt in
mundum. Nos certiori cognitione ueritatis & fi-
dei,uidentes mundum quem fecit Ieſus,& ſigna q
bus illum replenit,dicamus: Quia hic eſt uere me
diator dei & hoĩm,qui implet mundũ diuinitate,
& mũdus p ipſum factus eſt,qui in ppria uenit ge
nus humanũ quęrere& ſaluare q̃d perierat,ac recrea
re mundũ quẽ fecerat,qui cũ ſuis fidelis per præ-
ſentiã diuinitatis eſt in mundo oĩbus diebus uſq;
ad conſummationem ſeculi,qui in conſummatio
ne ſeculi per humanitatẽ uenturus eſt in mundũ,
ut reddat ſingulis ſecundum opera eorum, impi-
os quidem & peccatores æternum proijciens in
ignem,iuſtos autem in uitam introducẽs æternã,
in qua uiuit & regnat cum patre in unitate ſpũſ-
ſancti deus,per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM DOMINICA HOMI-
lia D. Euſebij Emiſſeni.

MAgna Dominus miracula facturus, & noui
mirabiliſq; panis delitias populo daturus,
montem aſcendit, quatenus & nos quotieſ-
cũq; ſpiritualibus nouiſq; epulis ſatiari cupimus,
non montis,ſed mẽtis altitudinẽ ingenij ſublimi-
tatem aſcẽdamus. Quoniam autẽ talibus delitijs
refecti,feſtiuitatem agere, & Chriſti carnem &
ſanguinem ſuſcipere digni ſunt, merito hic dici-
tur quia proximum erat Paſcha, dies feſtus Iudęo
rum. Securi enim ad hanc feſtiuitatem uenĩũt, qui
talibus epulis ſunt repleti. *Cum ſubleuaſſet ergo ocu-*
los Ieſus, & uidiſſet quia multitudo maxima uenit ad eũ,
dixit ad Philippum: Vnde ememus panes ut mãducent
hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipſe enim ſciebat
quid eſſet facturus. Sciebat enim Dominus quid fa-
cturus erat,ſed tentando Philippum, audire uole
bat quid de eius omnipotentia ſentiebat: ſimul-
que nouum illud miraculum diſcipuli reſponſio-
ne extollebat, cũ ex quinq; panibus tot homines
reficeret, quibus (ſecundum illius teſtimoniũ) du-
centorum denariorũ panes nõ ſufficerent,ut unuſ-
quiſq; modicum quid acciperet. Si eñ Philippus
reſpõdet dicẽs: *Ducentorum denariorum panes nõ ſuf-*
ficiunt, ut unuſquiſq; modicũ quid accipiat. Dixit ei unus
ex

ex diſcipulis eiũr, Andreas frater Simonis Petri *Eſt puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos?* Puer iſte populus Iudaicus eſt, ſenſu adhuc & intelligentia puerilis, quinq; uero panes, quinq; libri Moyſi intelliguntur. Quos panes populus ille ubiq; ſecum portat, & non comedit, quia legit tantum ſcripturas, & non intelligit. De his beatus Matthæus Euangeliſta ſic ait: Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicẽtes: Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas, ut euntes in caſtella, emãt ſibi eſcas. Ieſus aũt dixit eis, nõ habẽt neceſſe ire, date illis uos manducare. Veſpere enim Dominus turbas reficit, quia nouiſſima hora & ultima ætate prædicare cœpit. Vnde Iohannes ait: Filioli, nouiſſima hora eſt. Et Apoſtolus: Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. Hoc autem agit in deſerto, id eſt in populo ſylueſtri, indomito, indiſciplinato, & indocto. De quo Pſalmiſta ait: In terra deſerta, & inaq̃ſa, ſic in ſancto apparui tibi, ut uiderẽ uirtutem tuam & gloriam tuã In hoc deſerto & Ioannes Baptiſta ꝑdicabat, dicens: Ego uox clamantis in deſerto, Parate uiã domino. Si autẽ diſcipuli eius ſcirẽt hoc quod dñs facturus erat, ſicut ſciebat mater eius ad nuptias inuitata, nequaq̃ ei dixiſſẽt, Dimitte turbas ut euntes in caſtella emant ſibi eſcas. Illa enim ſpũ Dei plena, iam futura prænoſcẽs dicebat: Vinum non habent. quoniam ſciebat filium ſuum, nouum uinum ibi eſſe daturum. Sed quid ait dominus? *Date illi uos mãducare. Reſpõderũt ei: Nõ habemus hic niſi quinque panes & duos piſces.* Vides igitur quia nõdum Chriſti diſcipuli intelligebant, quid duo piſces & quinque panes ſignificarent. Ideoque tantæ turbæ putabant non poſſe ſufficere, quod uniuerſo mundo ſufficiebat. Quinque enim panes, quinque ſunt libri Moyſi: In quibus (ſi ſpiritualiter intelligantur) totum & nouum & uetus teſtamentum pleniſſime continetur. Quorum quidem diuitię cunctis hominibus ad manducandum ſufficiunt. Semper enim creſcunt, ſicut & iſti panes: & q plus comedit, plus abundat. Duo uero piſces intellectus, & memoria ſunt. Sine his panes iſti neque comedi, neque in uentre animæ retineri ualẽt. Talis enim cibus intellectu comeditur, & memoria retinetur. Igitur nec panis ſine piſcibus, nec piſces ſine panibus ſaporem habent. Quid enim legere prodeſt ſi non intelligas? quid uero intelligere, ſi id quod intelligis memoriæ nõ commendes? Comedamus igit̃ panes, comedamus & piſces. Legamus & intelligamus, & ea q̃ intelligimus memoria retineamus Qui aũt aliter agunt, uenit diabolus & tollit uerbũ de corde eorũ, ne credentes ſalui fiãt. Iuſſit igitur dñs panes illos ſibi afferri: & cũ feciſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cœlum benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autẽ turbis. Ecce Saluator noſter ſuper fœnum turbas diſcumbere facit, quatenus hoc cibo ille ſe intelligat eſſe indignum, qui nondũ ſupra fœnum diſcubuit. Propheta enim dicit, Vere fœnum eſt populus: ſiccatum eſt fœnũ, & cecidit flos. Quicunq; igitur es qui uis ſatiari de panibus Chr̃i, diſcũbe prius ſup fœnũ: imo prius teipſum fœnũ eſſe cognoſce. Nõ iã luxuriet in te uiriditas carnis. Audi Apoſtolum dicẽtem: Mortificate mẽbra ueſtra quę ſunt ſuper terrã. Intellige q̃a flos & pulchritudo huius uitę cito areſcit. *Aſpiciens autẽ Dominus quinq; panes & duos piſces, aſpiciens in cœlũ benedixit & fregit, & dedit diſcipulis ſuis.* Magna munera diſcipulis daturus, prius in cœlũ dñs aſpicit: ut & nos intelligamus, quoniã omne datum optimum, & omne donũ perfectum, de ſurſum, eſt deſcẽdens à patre luminũ. Omnis enim ſapiẽtia à domino deo eſt, & cũ eo fuit ſemper, & eſt ante euũ. Vnde & de ſeipſo dñs ait: Ego ſum panis uiuus q de cœlo deſcendi. Illuc igitur dominus aſpicit, unde ueniũt omnia bona. Benedicit autem panes, ut ſua benedictione multiplicẽtur. Sic etenim & primis ſeminibus à principio Dñs benedixit. cuius benedictione ſemel accepta uſq; hodie fructificare nõ ceſſant *Et fregit*: quod ualde neceſſarium erat. Quid eſt enim panes frãgere, niſi ſcripturarũ myſteria reuelare? Ipſe enim diſcipulis ſenſum aperuit, ut ſcripturas intelligerẽt Ipſe eos panes frãgere & ſcripturas exponere docuit. Hoc eſt enim q̃d ait: *Et dedit diſcipulis ſuis, diſcipuli dederunt turbis.* Ipſe eñ diſcipulos ſuos, diſcipuli uero nos docuerũt. Vnde Apoſtolus ait: Ego enim accepi à Dño, quod & tradidi uobis. Nos quoq; panes alijs frãgimus, q̃s à Chriſti diſcipulis fractos accepimus, coſq; quotidie turbis apponimus, dum hæc ſacri Euangelij uerba exponimus. *Et manducauerunt omnes & ſaturati ſunt.* Manducantium aũt fuit numerus quinq; millia uirorum, exceptis mulieribus & paruulis. Non ſunt panes niſi quinque, manducantes autem plus millibus quinque. Illi manducant, panes creſcunt, certamen fit inter panes & homines: uincunt panes, ſuperantur homines: illi ſufficiũt, iſti deficiunt: niſi enim manducare homines ceſſaſſent, fortaſſe in infinitũ panes creuiſſent. Sic igitur & cibus ſpiritualis, ſic panis utriuſq; teſtamenti, quãto plus comeditur, tãto amplius creſcit. Nonne uides q̃modo panis iſte mihi quoq; in faucibus creſcit? pauca enim uerba ſunt quæ exponunt: quę ſi qs comedẽdi auidus & ruminãdi ualidus, q & dentes fortiores & ſtomachũ ſaniorẽ haberet, ruminare adhuc & plus frangere uoluiſſet, multas adhuc delitias ex his parare ſibi potuiſſet. Sequitur: *Et ſuſtulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.* Valde enim plures ſunt reliquiæ panum, quam fuiſſent ipſi panes. Duodecim enim ſunt cophini reliquiarũ, panes uero omnes antequã manducarentur intra unum cophinũ poni potuiſſent. Si quis autem iſta miratur, miretur & cætera omnia quæ Dominus operatur Quid enim fecit deus quod mirabile non ſit? Cœlũ & terrã fecit, mirabile eſt: Homines & cuncta animalia creauit, & hoc mirabile. Sed cur quidẽ illud quoq; mirabile nõ eſt, quod ex pauco ſemine ꝑ ſingulos annos tãta nobis horrea replet? Quid, cũ terrę humoridẽ ſit, & unaquaq; arbore uel herba mutat ſaporem? & cum ſecundũ ſe neq; dulcis, neque amarus ſentiatur, in alijs tamẽ dulcis & alijs amarus inuenitur? Sic igitur quære per ſingula, & nihil inuenies quod non ſit mirabile. Noli autẽ iſta mirari, ſed potius illum mirare, qui hæc & alia omnia tam admiranda creauit. Illud quoque conſiderandũ eſt, quod tot ſunt cophini quod & Apoſtoli. Vnuſquiſque Apoſtolorũ ex iſtorum quinque panum fragmẽtis cophinum ſuæ mentis repleuit, ut haberet unde ſibi cõmiſſum populum reficere poſſet Vide modo in hoc uno cophino beati Matthęi Euangeliſtæ, quę ante mentis noſtræ oculos effudit, quãtæ delitiæ cõtineantur. Quem de piſcibus quoq; multum ſuſcepiſſe dubitare nõ poſſumus,

cum

cum tam bene hæc intellexerit omnia, & intellecta memoriæ commendauerit. Similiter autem & beatus Iohannes cophinum ſuum ex his panibus impleuit, qui eos hordeaceas fuiſſe deſcribit. Vere itaq; hordeacei erãt, ad comedendũ inſuaues & difficiles, ideoq; dñs eos fregit, & piſces eis addidit, cum quibus facilius comedi potuiſſent.

FERIA SECVNDA

Iohannis II.

¶ In illo tempore: Prope erat Paſcha Iudæorũ, & aſcendit Ieſus Hieroſolymã. Et inuenit in tẽplo uendentes oues & boues & columbas, & nummularios ſedẽtes. Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdem.



DIVVS Iohannes qui ultimus omnium euangeliſtarum ſuũ ſcripſit euangelium, idcirco plenius ac ꝓfundius ea quæ à tribus euangeliſtis omiſſa fuerant, deſcribere curauit. Illi eñ ea tantum ſcripſerunt, quę à domino duobus annis ante paſſionẽ eius geſta ſunt, incipientes à tẽpore quo Iohannes Baptiſta miſſus eſt in carcerẽ. Ergo diligentiſſime euãgelij narratione cõſiderata, reperimus bis dñm ſaluatorẽ ad Paſchalẽ ſolẽnitatem celebrandam Hieroſolymã ueniſſe. Semel primo anno ſuæ ꝓdicationis, quod Iohannes ſcribit: & iterum ipſo quo paſſurus erat anno, qñ quinto die ante paſcha aſino ſedens, Hieroſolymã intrauit. Vtraq; tamen uice auaritiam ſcribarum, ſacerdotumq; impietatem deteſtans, q̃ in templo exercebant, eos cum oĩbus qui negotia ibidem habebant, eiecit. Qua de re patet, non hãc eſſe ipſam lectionem quæ apud Matthæum & Lucam legitur, quoniam bis idem miraculũ in paſcha geſtum eſt. Primo ſcilicet anno ꝓdicationis, q eſt tertius ante paſſionem, & ſecundo imminente iam hora ipſius paſſionis. His per exceſſum neceſſario ꝓmiſſis, ad exponendũ per ordinẽ accedamus ſancti euangelij lectionẽ. ¶ *Prope erat Paſcha Iudæorũ, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.* Quod dominus appropinquante paſcha Hieroſolymã aſcendit, nobis profecto exemplum dedit, quanta cura & ſtudio diuinis ſubdi debeamus imperijs. Si enim ille qui erat dei filius, in infirmitate noſtræ carnis apparens, decreta legis à ſe data implebat, ſolennitates legitimas cum cæteris hominibus frequentando, quid nobis qui ſerui ſumus, agendum eſt? q̃to ſtudio & hæ & aliæ feſtiuitates bonis operibus ſunt ꝓueniendæ, & digna reuerentia cum uenerint celebrandæ? ¶ *Et inuenit in templo uendentes oues & boues & columbas, & nummularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoq; & boues, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit.* Non eſt putandum quod hæc uenalia in ipſo templo fierent, ſed potius in porticibus, quibus ipſum templum cingebatur. Oues ergo & boues & columbæ ad hoc ibi emebantur, ut in ſacrificio domini offerrentur. Nummularij uero ad hoc ibi reſidebant, ut inter emptores uenditoresq; hoſtiarum fieret prompta pecuniæ taxatio. Ergo quodammodo honeſta erat & licita negotiatio iſta, quia ad hoc (ut dictum eſt) emebantur hoſtiæ, ut deo offerrẽtur. Quid ergo putamus feciſſet dominus, ſi inueniſſet eos rixus diſſidentes, aut fabuloſis, ocioſis aut turpibus & obſcœnis colloquijs uacantes, aut quolibet alio ſcelere occupatos, ſi ita in eos deſæuit, qui ea negociabantur in templo, quæ domino offerre uolebant? Hæc cõtra illos dicimus, qui eccleſiam ingreſſi, non ſicut in domo dei cum metu & reuerentia ibi conſiſtũt, ſed laſciuientibus obtutibus uagi, inanibus fabulis occupantur, cachinno ſoluuntur, ſpretaq; intentione orandi, peccata pro quibus exorare debuerant, augent. Quodq; grauius eſt, ſi quis eos pro huiuſmodi ſtulta præſumptione redarguere auſus fuerit, odijs eum & maledictis perſequuntur, nec diuinum ex hoc iudicium formidãt, cuius templum auſu nefario prophanant. Hoc ſane, q̃d tunc corporaliter geſtum eſt in templo, quotidie geri in eccleſia nullus q recte ſapit, ignorat. Quotidie nanq; dominus ſanctam ſpiritualiter intrat eccleſiam, & qualiter in ea unuſquiſq; uerſetur, attendit. Cauendum ergo & ualde pauendum eſt, ne improuiſus ueniens, peruerſum in nobis aliquid, unde merito flagellari, & de eccleſia eijci debeamus, inueniat. Maxime uero hoc obſeruare debemus in ea quæ ſpiritualiter domus dei uocatur, ne quid ibi ineptum geramus, ne dicatur de nobis q̃d per prophetam dominus dixit: Dilectus meus in Hier. 11
domo mea fecit ſcelera multa. Nec obliuiſcamur noſipſos templum dei eſſe, ideoque ab omni immunditia & iniquitate conſcientiam noſtram immunem cuſtodiamus, illud cum tremore recolentes 1. Cor. 3
quod dicit Apoſtolus: Si quis templum dei uiolauerit, diſperdet illum dominus. Notandum autem eſt, quod uendebantur in templo oues & boues & columbæ. Boues quippe terram exarant, & ſuſcipiendis ſeminibus præparant. Quid ergo per boues, niſi doctrina cœleſtis accipitur? Boues ergo uendunt, qui uerbum euangelij non pro auditorum utilitate, nec cauſa amoris Chriſti, ſed intuitu lucri temporalis auditoribus impendunt. Oues, ſimplicia & manſueta animalia, ueſtiendis hominibus ſua uellera præſtant. Et quid per oues, niſi opera ſimplicitatis & innocentiæ ſignantur? Vendunt ergo oues, qui gratia humanę laudis opera agunt pietatis. De quibus dicitur: Receperunt mercedem ſuam. Quid uero per columbas Matt. 6
quæ felle carent, niſi ſpirituſſanctus intelligitur, qui in ſpecie columbæ ſuper baptizatum dominũ oſtenſus eſt? Columbas igitur uendunt, qui ſpirituſſancti donum per impoſitionem manus, uel ad præmium uel ad uulgi fauorem tribuunt, qui ſacros ordines non pro uitæ merito, ſed pro gratia largiuntur. Nummularij uero ſunt hi, qui in eccleſia apte terrenis rebus inſeruiunt, quæ ſua ſunt quærentes, non quæ Ieſu Chriſti. Omnes itaque iſtos facto flagello de reſticulis, eiecit de templo. Quid per funiculum, niſi crementa intelliguntur malarum actionum? Hinc Iſaias dicit: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculo uanitatis. Et Salo- Iſai. 5.
mõ: Funiculis peccatorũ ſuorum unuſquiſq; con- Prou. 5.
ſtringitur. Cũ enim peccator aliquis prioribus peccatis grauiora accumulat, q̃ſi funiculum q̃ flagelletur, paulatim agendo ꝓlongat. Eiecit ergo hos dñs, eiecit cum eis boues & oues, cæteraq; uenalia, quia talium doctrina pariter cum ſuis autoribus reprobanda eſt, & à domo dei depellenda. Nummulariorum quoq; æs effunditur, & menſæ

ſubuer-

ſubuertuntur, quia damnatis in fine mundi repro-
bis, etiam illarum rerum quas dilexerũt, auferent
1.Ioh. 2. figuræ, iuxta quod Iohannes dicit: Mundus trãſit,
& concupiſcentia eius. ¶ *Et his qui columbas uen-
debant, dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere domum
patris mei domum negociationis.* Venditionẽ colum-
barum in templo fieri ꝓhibuit, quia gratia ſpiri-
tusſancti nõ ad præmium danda eſt, ſed gratis ac-
cepta, & gratis debet dari. Vnde omnes qui eandẽ
pro præmio uel accipere uel dare uoluerint, ſimi-
Simoniaci. les ſunt ſcribis & phariſæis. Domum uero dei fa-
ciunt domũ negociationis, q ſacros ordines dan-
do uel accipiendo premium uel à manu uel ab ore
requirunt, & miniſterium quod perceperunt, non
ſimplici intentione, ſed pro humana retributione
in eccleſia peragunt, nec ſtudẽt ut deus in his quę
agunt glorificetur, ſed ipſi potius laudentur & re-
munerentur. Sed & hoc non negligenter præter-
eundum eſt, quod hic utraq; domini ſaluatoris na-
tura nobis commendatur. Humana quidem, quia
ſicut homo ad celebrandam paſchæ ſolennitatem
cum cæteris aſcendit. Diuina uero, ſecundum quã
his quos eijciebat de templo, dixit: Nolite face-
re domum patris mei domum negociatiõis. Aper-
te namq; ſe filium dei oſtendit, qui templum dei pa
tris ſui domum appellat. ¶ *Recordati uero diſci-*
Pſal. 68. *puli ſunt, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comedit
me.* Zelus in hoc loco, in partem bonam accipi-
tur. Eſt enim zelus feruor quidam, quo mens re-
lecto humano timore, pro defenſiõe ueritatis ac-
cenditur. zelo ergo dei patris ſaluator impios ne-
gotiatores eiecit de templo. Sed & nos quantum
poſſumus, zelemus domum dei, & ne quid prauum
in ea geratur, ſtudioſe curemus: Quod tunc re-
ćte agimus, ſi fratrem qui templum dei eſſe debu-
erat, uideamus uel ſuperbia tumidum, uel luxuria
eneruatum, uel ebrietati deditum, ſeu cuiquam
ultio ſubſtratum, & in quantum uires ſuppetunt,
corrigere, & ad emendatioris uitæ ordinem re-
ducere ſatagimus. Vel etiam in ipſa domo oratio
nis, ubi corporis Chriſti ſacroſancta conſecran-
tur myſteria, ubi angelorum & ipſius dei præſen-
tia eſſe non dubitatur, ne quid inhoneſtum aut in-
decens agatur, ſollicite procuremus. ¶ *Reſpon-
derunt Iudæi, & dixerunt ei: Quod ſignum oſtendis no-
bis quia hæc facis? Reſpondit illis Ieſus: Soluite tem-
plum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* De quo
templo hoc dixerit, oſtendit euangeliſta cum ſub-
dit: ¶ *Hoc autem dicebat de templo corporis ſui.*
Templum digniſſimum, ſanctum corpus ſuum di-
Col. 2. cit, ſacrarium diuinitatis, quia ut Apoſtolus ait:
In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis cor-
poraliter, & ſunt in illo omnes theſauri ſapientię
& ſcientiæ abſconditi. Hoc templum ſoluendum
erat in paſſione, excitandum citiſſima diei tertij
reſurrectione. Non dicit ſicut illi confinxerunt,
in paſſione deſtruam, ſed honeſto uerbo, uos, in-
quit, ſoluite. Neque enim conuenit, ut nosipſi no-
bis manus inferamus. Vos ergo (ait) ſoluite, quia
ab illis excruciandus & crucifigendus erat. Meri-
to igitur de templo illo typico eiecti fuerant, qui
ipſum uerum dei templum, in q̃ nulla prorſus pec-
cati macula eſſe poterat, ſoluere per mortẽ quæ-
rebant. ¶ *Dixerunt ergo ei Iudæi: Quadraginta &
ſex annis ædificatum eſt hoc templum, & tu in tribus di-
ebus excitabis illud?* Carnaliter domino reſponde-
runt, quia ſuperiora eius uerba carnaliter intel-
lexerunt. Quod enim ipſe de ſui corporis templo
dixerat, hoc iſti de materiali templo dictum pu-
tabant. Verum quod dicunt quadraginta & ſex
annis templum ædificatum: non primam, ſed ſe-
cundam indicant ædificationem. Primum nanque
templum à Salomone, in maxima regni pace, de-
centiſſimo opere, ſeptem annorum ſpatio perfe-
ctum eſt. Hoc deſtructum poſtea à Chaldęis, rur-
ſum poſt ſeptuaginta annos iubente rege Perſarũ,
relaxata populi captiuitate, à filijs transmigratio-
nis ſub Zorobabel & Ieſu principibus reædifica-
ri cœptum eſt. In quo opere ſic impediti ſunt im-
pugnantibus ſe uicinis gentibus, ut una manu gla
dium tenerent, altera lapidem in parietis ſtructu-
ram ponerẽt. Atq; ita factũ eſt, ut per quadraginta
ſex annos inchoata tẽpli fabrica, uix potuerit im-
pleri. Hic autem annorum numerus, perfectionẽ
dominici corporis aptiſſime congruit. Tradunt
namq; phyſici, tot dierum ſpatio formam humanẽ
corporis in utero matris perfici. Suſceptum nan-
que ſemen primis ſex à conceptione diebus, lactis
ſimilitudinem habet, nouem ſequentibus uertitur
in ſanguinem, reliquis duodecim coagulatur, & in
carneam ſoliditatem redigitur, alijs uero decẽ &
octo formatur uſq; ad perfecta membrorum line-
amenta, hinc iam uſq; ad tempus editiõis magni-
tudine ſemper augetur. Sex autem & nouẽ & duo-
decim, & decem, & octo in ſumma collecti, qua-
draginta quinq; faciunt. Quibus ſi ipſum diem ad-
ijcias, quo diſcretum per membra corpus incipit
ſumere incrementum, quadraginta ſex abſq; erro
re reperies. Per quod uidelicet tot dies in ædifica
tione corporis domini, quot annos in fabrica legi-
mus, numerantur. Poſſumus quoq; ipſum hunc nu
merum in nomine Adam, ſupputato ipſarum lite-
rarum numero, inuenire, cuius nomẽ ex principa
libus quatuor climatum mundi literis apud Græ-
cos cõſtat. Per quod innuitur, ipſum primum pa-
rentem noſtrum de paradiſo eiectum, & in totum
orbem fuiſſe diſſeminatum. Nomina quippe qua-
tuor mundi partium ſecundum Græcos ſunt, ἀνα-
τολὴ, δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία, hoc eſt, oriens, occidens,
ſeptentrio & meridies. Nomen uero Adam ex α,
δ, α, μ, conſtat. Quarum literarum ſecundum Græ-
cos eſt α unũ, δ quatuor, & rurſum α unũ, & μ qua-
draginta, quæ ſimul ſunt quadraginta ſex. Non ni-
mirum diebus corpus Chriſti in utero uirginali
formatum ac perfectum eſt. Per quod deſignaba-
tur, primum Adam per orbem diſperſum, ꝑ ſecun
dum Adam, id eſt, Chriſtum, colligendum, atque
in unionem fidei congregandum. ¶ *Cum ergo ſur
rexiſſet a mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia
hæc dicebat, & crediderunt ſcripturæ, & ſermoni quem
dixit Ieſus.* Nondum ſancti apoſtoli ſcripturas in-
telligebant, quia necdum Chriſtus à mortuis re-
ſurrexerat, nondum illis ſpiritum ſanctum aper-
te dederat. At ipſo die reſurrectionis ſuæ appa-
rens illis, aperuit illis ſenſum, ut intelligerent om
nia quæ de ipſo in lege Moyſi & prophetis & pſal
mis erant ſcripta. Tunc recordati ſunt uerborum,
quæ ante paſſionẽ dominum dicentem audierant.
Et crediderunt, inquit, ſcripturę prophetarũ quę
eum reſurrecturum prædixerat, & ſermoni quem
dixit eis Ieſus, hoc uidelicet quod præmiſſum eſt:
Soluite templum hoc, & in tribus diebus excita-
bo illud. ¶ *Cum autem eſſet Ieſus Hieroſolymis in
paſcha in die feſto, multi crediderunt in eum. Ipſe au-
tem non credebat ſeipſum eis, eo quod ipſe noſſet o-
mnes, & non opus erat ei ut quis teſtimonium per-
hiberet*

hiberet de homine, ipſe enim ſciebat quid eßet in homi-
ne. Patet cauſa quare dominus ad feſtiuitates Iu-
dæorum celebrandas corporaliter uenerit, ut ui-
delicet plures per eius prędicationem crederent.
Ait enim euangeliſta, quia cum eſſet Ieſus Hiero-
ſolymis, multi crediderunt in eum, ſed ipſe nō cre
debat ſemetipſum eis, quia illi non ſic credebant
in eum, ut digni eſſent eum quibus Chriſtus fami-
liariter habitaret. Licet enim iam credere putarē-
tur, ipſe introrſus corda eorū intuebatur, hoc eſt
enim quod dicitur, eo q̄d ipſe noſceret omnes.
Nec uolebat à talibus prædicari, quos pręuidebat
in ſua paſſione poſſe ſcandalizari. Non enim illi
opus erat, ut quis teſtimonium perhiberet de ho-
mine, ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. Hi ni
mirum typum tenebant catechumenorum, qui iā
credunt in Chriſtum, ſed ipſe non ſe credit eis, q̄a
nondum renati ſunt aqua baptiſmatis. Nemo eñ
Iohan. 3. poteſt introire in regnū dei, niſi prius renatus fue
rit ex aqua & ſpirituſancto. Inde etiam mos eccle
Mos ec- ſiaſticus obtinuit, ut catechumenis non credant
cleſię an- myſteria corporis & ſanguinis Chriſti, quāquam
tiquus. ipſi ſe in Chriſtum credere fateantur. Nos uero q
& in Chriſto iam renati, & uiuificis corporis ei-
us ſacramētis ſumus initiati, agamus nomini eius
æternas gratias, eiusq́ miſericordiam dignis in-
quantum ſufficimus laudibus extollamus, qui no-
bis ita ſe dignatus eſt incōprehenſibili pietate con
tradere, ut ipſe in nobis, & nos in eo maneremus.
Magnum eſt certe quod præſumimus, ſed ſecuri
Iohan. 6 ſumus de eius ueraciſſima ꝓmiſſione, qua ait: Qui
manducat meam carnem, & bibit meum ſangui-
nem, in me manet, & ego in eo. Proinde inſpicia-
mus diligenter penetralia cordium noſtrorum, &
quicquid uitijs fœdum, quicquid ſordidum depre
henderimus, his præcipue diebus feſtinemus ora-
tionibus & ieiunijs, ac lachrymis emundare pro-
fuſis. Pręueniamus faciē eius in confeſſione, ſi cupi
mus eius in futuro uultū cernere ſine cōfuſiōe. Ad
cœleſtem patriam gaudentes tendamus, ut nulla
nos ſeculi obiecta præpediant, nec proſpera reuo
cent, nec aduerſa retardent. Neq; enim uile aut ca
1. Cor. 2. ducum aliquid nobis promittitur, ſed illud q̄d nec
oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
aſcendit. Ad quod mereamur peruenire, opitulan
te ipſo, qui nos dignatus eſt uocare.

FERIA TERTIA

Iohannis VII.

In illo tempore, Iam die feſto median-
te, aſcendit Ieſus Hieroſolymam in tem-
plum, & docebat. Et mirabantur Iudæi,
dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum
non didicerit? Et reliqua. Homilia lecti-
onis eiuſdem.

IN lectione quæ hanc ꝓcedit, narrat ſanctus
euangeliſta, quia ambulabat dn̄s in Galilæā,
non enim uolebat ire in Iudæam: quoniam
Iudęi quærebant eum occidere. Cū ergo ibi
eſſet, & (ut ita dictum ſit) propter concita-
tam contra ſe perſecutionem deliteſceret, eſſetq́
Iohan. 7. in proximo dies feſtus ſcenopegiæ, dixerunt fra-
tres eius ad eum: Tranſi hinc & uade in Iudæā ite-
rum, ut & diſcipuli tui uideant opera tua quæ fa-
cis. Quos uidens dominus labilem & caducā hui-
us mundi gloriam quærere, & cœleſtem paruipen-
dere, reſpondit: Vos aſcendite ad diem feſtū, ego
non aſcendam ad diem feſtum iſtum. Cum igitur
hæc & plura alia ad redarguendos cōfundendoſ-
que humanæ laudis cupidos dixiſſet, tunc quidem
manſit in Galilæa. ¶ *Iam autem mediante die feſto,*
(nam per octo dies agebatur ipſa ſolennitas, ſicut
nunc lectum eſt) *& ipſe Ieſus aſcendit.* ¶ *Et mira-*
bantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum
nō didicerit? Quidnam hoc eſt quod dominus ante-
quam ad feſtiuitatem ueniret, quærebant eum, &
murmur magnus erat de ipſo? Ecce adeſt, q quæ-
rebatur, docet qui latebat, palam loquitur, & non
tenebatur. Sed illud erat exempli, hoc poteſtatis. Mat. 10.
Latuit enim, ut nos doceret ꝑſecutionem fugere,
ſecundum quod alibi præcipit: Si perſecuti uos
fuerint in una ciuitate, fugite in aliā. Et mirabant̄,
inquit, Iudæi. Mirabantur, non tamē ab infidelita
te cōuertebantur. Sed unde mirarentur aperitur,
cum ſubditur: Vnde hic literas ſcit, cum non didi-
cerit? Nouerant ubi natus, & quomodo fuerat e-
ducatus. Nunq̄ eum uiderant literas diſcentē, au-
dierant tñ eum de lege diſputantem, legis & pro-
phetarum teſtimonia proferentem, q̄d nemo alius
faceret, qui legem ipſam non legiſſet. Nemo autē
ipſam legem legeret, niſi prius literas didiciſſet.
Hac de cauſa mirabantur, nō intelligentes eum le-
gis autorem eſſe & dominum. Quod ſi credere uo
luiſſent, nequaq̄ mirarentur, ſi ille legem noſſet, q
ipſam legem dediſſet. Verum hæc illorum admira
tio, facta eſt ueritatis magiſtro, altioris doctrinæ
inſinuandę occaſio. Reſpondit enim dominus ali-
quid profundum, & attentius inſpiciendum. Nam
ſequitur: ¶ *Reſpondit eis Ieſus, Mea doctrina non eſt*
mea, ſed eius qui me miſit. Paucis uerbis quaſi cōtra-
rium aliquid dominus dixiſſe uidetur. Non enim
ait, iſta doctrina non eſt mea, ſed mea doctrina nō
eſt mea. Quærendum ergo quid ſit, mea doctrina
non eſt mea. Si enim ſua, quomodo nō ſua? Sed re-
colamus quid beatus Iohannes in exordio huius
euangelij dixerit, & ibi reperire poterimus huius Iohan. 1.
ſolutionem quæſtionis. Ait enim: In principio e-
rat uerbū, & uerbum erat apud deum, & deus erat
uerbum. Quæ eſt ergo doctrina patris niſi uerbū
patris? Verbum enim, alicuius eſt uerbum. Et ideo
ſuam doctrinam dixit non ſuam, quia ipſe non à
ſe eſt, ſed uerbum patris eſt. Quod ergo ait: Mea
doctrina non eſt mea, tale eſt, ac ſi diceret: Ego q
doceo, non ſum à meipſo. Cum enim credamus &
confiteamur filium patri eſſe æqualem per diuini-
tatē, nec ullam recipiamus inter generantē & geni
tum, uel naturæ uel ſubſtantiæ differentiam, tamē
ille pater, ille filius. Et pater quidem de nullo, q̄a
de ſe deus eſt. Filius uero non de ſe, ſed de patre
genitus eſt deus, ſicut ſpirituſſanctus à patre pro-
cedit & filio. Et hi tres unus deus, unum lumen,
una potentia, una maieſtas. Et quia hoc tam pro-
fundum myſterium uidebat non omnes poſſe in-
telligere, dat conſilium quid agentes ad illud per-
tingere ualerent. ¶ *Si quis, inquit, uoluerit uolun-*
tatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, utrum ex
deo ſit, an ego loquor a meipſo. Si quis uoluerit uolū-
tatem patris facere, hoc eſt, ſi quis uoluerit in fi-
lium eius credere, cognoſcet de doctrina mea,
hoc eſt, intelliget. Ergo intellectus eſt merces fi-
dei. Non ergo intelligēdum eſt ut credamus, ſed
prius credendum ut intelligamus. Scriptum nan-
q; eſt: Si non credideritis, non intelligetis. Ergo
faciamus uoluntatem patris, hoc eſt, credamus in Iſaiæ 7.
filium dei patris. Hæc eſt uoluntas patris, iuxta
quod

q̃d alibi idẽ filius dicit, hoc eſt opus dei, ut creda-
Iohan. 5. tis in eũ quem miſit ille. Cognoſcenda ſane eſt ne
ceſſario huius uerbi ſtructura. aliud enim eſt cum
dicimus per datiuum caſum, credo tibi: aliud per
accuſatiuum, credo in te. Dicimus certe nos crede
re Paulo, ſed non in Paulum. Dicimus credere nos
Petro, ſed non in Petrum. Ergo aliud eſt credere
deo, aliud credere in deum. Credere enim deo, eſt
uerbis illius fidem accommodare, ſecũdum quod
etiam dæmones credunt ei, & contremiſcunt. Cre
dere uero in deum, eſt deum credendo amare, cre-
dendo diligere, mẽbris eius credendo incorpora
ri. Hęc eſt fides quam à nobis exigit deus, quę per
dilectionem operatur. Si quis ergo facit uolunta-
tem patris credendo in filium eius, cognoſcet de
doctrina Chriſti, quia non aliunde, non de nihilo,
ſed de patre eſt, manens in patre, æqualis patri.
Qui a ſeipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Qui-
bus uerbis Antichriſtum notat, theſaurum mali-
tiæ, & perditionis filium: Qui (ut Apoſtolus ait)
2. Teſ. 2. aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dici-
tur deus, aut quod colitur: ita ut in tẽplo dei ſede-
at, oſtendens ſe tanquã ſit Deus. Hic ergo cum ue
nerit, à ſemetipſo loquet̃, ſua ſe autoritate ueniſ-
ſe, non à deo miſſum dicens: nec dei, ſed ſuam quæ-
ſiturus gloriã. De quo alibi dicit: Ego ueni in no-
Iohan. 5 mine patris mei, & non ſuſcepiſtis me: ſi alius ue-
nerit in nomine ſuo, illum accipietis. ¶ *Qui autem
quærit gloriam eius qui miſit eum, hic uerax eſt, & iniu-
ſtitia in illo non eſt.* Se utiq; dominus his uerbis inſi
nuat, qui cum ꝑ diuinitatem ęqualis eſſet patri, ta-
men per ſuſceptã ſerui formam apparẽs in tempo
re, qui erat creator temporum, non ſuã, ſed patris
quæſiuit gloriã. Vel nobis certe per hoc præbuit
exemplum humilitatis, ut nos q puri homines ſu-
mus, nec ex nobis boni quicquam poſſumus, totũ
deo tribuamus, ad eius laudem & gloriam refera
mus, cum uel boni aliquid facimus, uel eius largi-
ente clemẽtia recte ſcripturas illius intelligimus.
Sed nos ecõtrario bona q̃ agimus nobis ſupbe aſ-
ſcribimus, mala uero noſtra creatori noſtro irro-
gamus, cauſantes q̃d tales nos fecerit. Chriſtus ue
ro dñs noſter gloriã patris quęrebat, & idcirco ue
rax eſt, & iniuſtitia in illo nõ eſt. In Antichriſto ue
ro iniuſtitia eſt, & uerax non eſt, qa ſuam, non dei
gloriam quæſiturus eſt. Non eſt à deo miſſus, ſed
uenire permiſſus. ¶ *Nonne Moyſes dedit uobis legẽ?
Et nemo ex uobis facit legem quid me quæritis interfi-
cere?* Illi quidẽ gloriabantur ſe legis præcepta im-
plere, ſed apta reuincunt̃ ſentẽtia. Lex enim homi
cidium uetat, quomodo ergo legem faciebãt, qui
ſaluatorẽ interficere cogitabãt? Nam ſi legem re-
cte legiſſent, & ope impleuiſſent, in ipſis ſcripturis
ſuis Chriſtum agnoſcerent, & nunquam de eius
morte tractaſſent. ¶ *Reſpondit ei turba.* Turba in-
quit incerta ſemp & turbata, nulla rationis ordi-
ne prędita. ¶ *Dæmonium habes. Quis te quærit inter-
ficere?* O ſcelus inexpiabile: o blaſphemia neque in
hoc ſeculo neq; in futuro remittenda. Nam peius
fuit hoc dicere, quam Chriſtum occidere. ei nam-
que dicebant, dæmonium habes, qui ſuo imperio
dæmonia expellebat. Obturandæ eſſent aures ad
tam ſceleſtam contumeliam, niſi ipſius domini ex-
emplo diſceremus habere patientiam. Neq; à furi
oſis & turbatis hæc audiẽs turbatus eſt, ſed in ſua
ueritate trãquillius ꝑmanens, non reddidit malum
pro malo, nec maledictũ pro maledicto. Quibus
ſi reſpondere uoluiſſet, uos potius habetis dęmo-

nium, uerum utiq; diceret. Niſi enim pleni eſſent
dæmonio, loqui non poſſent tam peruerſe de deo.
¶ *Reſpondit ergo eis: Vnum opus feci, & omnes mi-
ramini.* Acſi diceret: Quid tantum miramini in ſa-
natione unius hominis, quantum miraremini, ſi o-
mnia opera mea uideretis? Vnam enim rem fece- Iohan. 5
rat, ſanauerat in ſabbato paralyticum, q triginta
& octo annis decumbebat, & turbati ſunt, quia nõ
intelligebant eum eſſe autorem ſabbati. Non de-
ſtruxerat ſabbatum, hominem in eo ſanãdo: quia
ad ſalutẽ hominum, ſabbati cuſtodia fuerat data.
¶ *Propterea Moyſes dedit uobis circuncisionem, non
quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus.* Moyſes quidem le-
gem decreuit, ut circuncisio ſeruaretur, ſed non i-
pſe autor eſt circuncisionis. Multo enim ante legẽ
tempore Abraham primus recepit circuncisionẽ
à domino, in ſignum magnæ fidei ſuæ. ¶ *Et in ſab-
bato circunciditis hominem.* Tanquam diceret: Re-
uincit uos Moyſes. Præcipitur in lege, ut hominẽ
octaua die circũcidatis: ꝑcipit̃ etiã ut ſabbatize-
tis ſeptimo die. Si ergo octaua dies illius q natus
eſt, euenerit die ſeptimo, hoc eſt, in ſabbato, q̃d fa-
cietis? Vacabitis, & cuſtodietis ſabbatum, an cir-
cuncidetis infantẽ, ut impleatis octauæ diei ſacra
mentũ? Sed noui quia circuncidetis, quoniam ſi-
gnum ſalutis eſt, & nõ debet homo in ſabbato ua-
care à ſalute. Nũc ergo mihi indignamini, quia to
tum hominẽ ſanum feci in ſabbato. Quia & cura-
tus eſt ut ſanus eſſet in corpore, & credidit, ut ſa-
nus eſſet in anima. ¶ *Sed ſi circunciſionem accipit homo
in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moyſi, mihi cur indigna-
mini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato?* Illa
quippe circuncisio ob tres præcipue cauſas data
fuerat. Primo, ut ſignum eſſet magnæ fidei Abra-
hæ. Secundo, ut per eã à cæteris nationibus diſcer
nerentur in corpore, ſicut fimbrijs palliorũ diſtin
guebant̃ in ueſte. Tertio, ut illam in uirili mẽbro
ſuſcipientes, caſtitatẽ mẽtis & corporis ſe obſerua
re debere cognoſcerẽt. Et tantum ualebat tũc cir
cuncisio, quantũ & in nouo teſtamento baptiſma,
qa omnia pc̃tã per eam dimittebãtur, excepto q̃d
ianuam regni cœleſtis nequaq̃ aperire poterat.
Non ergo à tã utili & proficua re, propter inanis
ocij ſabbatum, uacare debebant. Myſtice uero illa
circuncisio figurabat baptiſma, quod nunc in eccle
ſia geritur, quo ueriſſime omnia peccata dimittũ-
tur, & cœleſte regnum credẽtibus aperitur. Exhi-
bebatur uero circuncisio in uirili mẽbro, per quod
humana propagatio miniſtratur, ut oſtẽderetur,
per unum hominem peccatum intraſſe in mundũ,
& per peccatum mortem. Et ſicut omnis homo
cum præputio naſcitur, ita etiam omnis homo cũ
originali peccato generatur, à quo cum omnibus
uitijs per baptiſmum, quod eſt uera & ſpiritualis
circuncisio, expoliamur. Petrinis autem cultris
circuncidebantur homines, quia ut ait Apoſtolus:
Petra autem erat Chriſtus. Per cuius nominis in-
uocationem, ſimplex aqua baptiſmatis ſpirituali 1. Co. 10
potentia fœcundatur, ut hominibus ſpiritualem
poſſit præſtare generationem. ¶ *Nolite iudicare
ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.* Secun-
dum faciem iudicare, eſt perſonam in iudicio con
ſiderare. Et iſti perſonaliter conſiderabant, quia
illis qui in ſabbato paruulos circuncidebant, non
iraſcebantur: domino autem indignabantur, quia
in ſabbato totum hominem ſaluum feciſſet. Iuſtũ,
inquit, iudicium iudicate: quod ſi facitis, neq; me,
neque Moyſen condemnabitis: ſed ueritate per-

u ſpecta,

qui miſit me. Tale qdē etiā diſcipulis ait: Non enim uos eſtis q loqmini, ſed ſpūs patris ueſtri q loquit̃ in uobis. Si qs uoluerit uoluntatē eius facere, cognoſcet de doctrina utrū ex deo ſit, an ego a meipſo loq̃r. Soli igit̃ illi hāc doctrinā intelligere & cognoſcere poſſunt, q patris uoluntatē faciūt. Eſt aūt uolūtas patris, ut in eū credamus quē ipſe miſit. Niſi igit̃ crediderimus, nō intelligemus. Vnde & Eſaias ait: Niſi credideritis, nō intelligetis. Fides igit̃ nobis eſt neceſſaria, ut ad hāc doctrinā puenire ualeamus. Sed qd eſt q̃d ait: Vtrum ex deo ſit, an ego à meipſo loquar, niſi utrū ſcd'm diuinitatē loq̃r? Loquitur em̃ dn̄s à ſeipſo, ſed ſecundū alterā partē ſuiipſius. Qui à ſeipſo loqtur gloriā propriā quærit: qui aūt quęrit gloriā eius q miſit illū, hic uerax eſt, & iniuſtitia in illo nō eſt. Nō generaliter de oībus, ſed ſpecialiter de ſeipſo & de Antichriſto dicit Ieſus. Ille em̃ nō à ſpirituſancto loquet̃, ſed à ſemetipſo: Ille nō dei, ſed ſuā gloriā quęret, q ſupra omne q̃d dicitur deus, aut q̃d colitur, ſe exaltabit, ita ut in tēplo dei ſedeat, oſtēdēs ſe tāq̃ ſit deus. Ecōtra uero Chriſtus q uerax eſt, imo q ueritas eſt, & in q̃ iniuſtitia nulla eſt, ubiq; patris q miſit illū, & nō ſuā gloriā quęrit. Vnde & ipſe ait: Zelus domus tuę comedit me, & opꝓbria exꝓbrantiū tibi ceciderūt ſuper me. *Nōne Moyſes dedit uobis legē, & nemo ex uobis facit legē.* Hoc autē q̃re dixerit, ſubiungēs oſtēdit *Quid me quæritis interficere?* Si enim legē feciſſent, ſi legis mādata cuſtodiſſent, nunq̃ innocentē & iuſtū interficere quęſiſſent. *Reſpōdit turba, & dixit: dæmoniū habes, quis te quærit interficere?* Sic enim reſpōdit turba, ſicut ſordida, & turbata, ſicut turbulenta & turbida. *Reſpōdit Ieſus & dixit eis: Vnum opus feci, & oēs miramini.* Non eorū reſpōſione mouetur, nō cōuitijs conuitia reddit: unū, inqt opus feci, & omnes miramini. Miramini quidē nō quia magnū aliqd feci, (talis enim admiratio bona eſt) ſed quia in ſabbato feci. Quare ergo & uobiſipſis nō indignamini, q in ſabbato circunciditis hominē? Si circunciſionē accipit homo in ſabbato, ut nō ſoluat̃ lex Moyſi, mihi indignamini, qa totū hoīem ſanū in ſabbato feci? *Propterea Moyſes dedit uobis circūciſionē,* uidelicet ut uos ab infirmitate ſanaret. *Non quia ex Moyſe eſt circunciſio, ſed ex patribus.* Prius enim quam de circunciſione aliquid diceret Moyſes, circunciſi ſunt Abraham, Iſaac, & Iacob, & multi alij. Omni ergo die fieri licet, quicquid ad ſalutē ptinet. & idcirco in ſabbato circūciditis hīem. Iniuſtū eſt igit̃ ut mihi indignemini, qa totū hoīem ſanū feci in ſabbato. Si em̃ mihi nō licet, nec uobis licet. Licet autē: ſi enim non licuiſſet, Moyſes non iuſſiſſet. Præcepit enim Moyſes ut octauo die circuncidatur infantulus, ſiue ipſum ſabbatum ſiue alius quilibet dies occurrat. *Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.* Aut ſimul me cum Moyſe reꝑhendite, aut me quoq; ſimul cū Moyſe iuſtificate. Ambo enim idē facimus, ambo in ſabbato ſalutē opamur. Sed illū nō reprehēditis, qa timetis: hoc etenim eſt ſecundū faciē iudicare. *Dicebāt ergo quidā ex Hieroſolymis: Nonne hic eſt quē quærūt Iudæi interficere? ecce palam loquitur, & nihil ei dicūt. Nūquid uere cognouerūt principes, quia hic eſt Chriſtus? Sed hūc ſcimus unde ſit: Chriſtus aūt cū uenerit, nemo ſcit unde ſit.* Hoc aūt tale eſt ac ſi dicerent: decepti ſunt principes noſtri, ſi Chriſtū hūc eſſe putāt, cuius nos & natiuitatis locū & parētes cognouimus. Quod enim dicūt, Chriſtus aūt cū uenerit, nemo ſcit unde ſit, ex eo loco hoc teſtimoniū ſumpſiſſe uidētur, ubi dicit̃: Generationē eius qs enarrabit? Sciebāt tn̄ Iudæi in Bethleē Iuda Chriſtum dn̄m naſciturū eſſe: ſecūdū illud: Et tu Bethleē terra Iuda, nō eris minima in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populū meū Iſrael. Clamabat ergo docēs in tēplo Ieſus, & dicēs: *Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis, & a meipſo nō ueni, ſed eſt uerus qui miſit me, quē uos neſcitis.* Quid aūt aliud his uerbis ſignificatur, niſi qa & me ſcitis & me neſcitis? Cū enim unū ſit & pater & filius, q patrē neſcit, & filiū neſcit. Sciebāt igitur eū, quia hominē eū eſſe credebāt: & neſciebāt eum, quia deum eſſe ignorabant. Sciebant quoque eſſe de Nazareth, ſed non ſciebant eum eſſe de patre. Dicat igitur & me ſcitis: & unde ſum ſcitis: & à meipſo non ueni (ſicut de quo ſupra dixi) alius ueniet in nomine ſuo, illū accipietis. Sed eſt uerus qui miſit me pater. Verus igitur & ego: ego enim & pater unum ſumus, quē uos neſcitis. Ego ſcio eum: & ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis uobis mendax. Ego enim eū ſcio, qa ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. Ab ipſo enim eſt: quia deus de deo, lumen de lumine, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ eſt. Pater enim de nullo, filius de patre, ſpūs uero ſanctus ab utroq; procedit. Quid eſt autē quod ait, *qui miſit me,* niſi qui me hominem fieri & carnem ſuſcipere uoluit? Hæc autem operatio, totius Trinitatis, & non ſolūmodo patris eſt. Notandum igitur quomodo ubiq; patrem honorat atque glorificat. *Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo in illum miſit manus, quia nondum uenerat hora eius.* Illa uidelicet, qua tradendus & crucifigendus erat. Hæc autē hora, niſi eo uolente, uenire nō poterat. Poteſtatem enim habebat, (ſicut ipſe ait) ponēdi aīam ſuā & iterū ſumendi eā. *De turba autem multi crediderunt in eum.* Hoc eſt enim quod ipſe alibi ait: Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ, qui abſcondiſti hæc à ſapiētibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. *Et dicebant: Chriſtus cum uenerit, nunquid plura ſigna faciet, quam quæ hic facit?* Septimum argumētum, & huic aſſertioni ualde idoneum. Sic & ipſe Dominus ait: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipſa teſtimonium perhibent de me.

FERIA QVARTA

Iohannis IX.

¶ In illo tempore: Præteriens Ieſus uidit hominem cæcum à natiuitate. Et interrogauerunt eum diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic aut parētes eius, ut cæcus naſceretur? Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdem.

VEnerat filius dei ad ſolennitatem ſcenopegiæ, & nouiſſimo die eiuſdem feſtiuitatis ſtans in templo, docebat populum qui ad diem feſtum confluxerat. Redarguebat Iudæos infideles & de myſterijs ſuę diuinitatis inſtruebat fideles. Sed miſeri, & totius boni inimici Iudęi, uerba illius ferre nō ualentes, ad lapides confugerunt, quęrentes obruere, quē non poterāt intelligere. Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat. Necdum quippe uenerat hora quā pręfinierat paſſioni, qa nō in ſcenopegia, ſed in paſcha pati diſpoſuerat. ¶ *Prætериens ergo Dominus, ſicut nunc euangeliſta loquitur, uidit hominem cæcum a natiuitate,* hoc eſt, cæcum

priùs, quia mendicus erat, dicebant: *Nonne hic eſt qui ſe-
debat & mendicabat? Alij dicebant quia hic eſt, alij au-
tem, non, ſed ſimilis eius eſt.* Hūc errorem aperti ocu-
li fecerunt. illuminatus quaſi mutauerat uultum.
Sed ille non ingratus, nec collati immemor bene-
ficij, dicebat: ¶ *Ego ſum.* Confitebatur eſſe ſe il-
lum. Dicebant ergo illi: Quomodo aperti ſunt ti-
bi oculi? Reſpondit: Ille homo qui dicitur Ieſus,
lutum fecit ex ſputo, & unxit oculos meos, & di-
xit. ¶ *Vade ad natatoria Siloe, & laua, & abij laui &
uideo.* Bene iam uidebat, qui ſic gratiam ſibi da-
tam annunciabat. Iam ergo euangelizabat Chri-
ſtum, prædicat illuminatorem ſuum. ¶ *Dicebant
ergo ei: Vbi eſt ille? Ait: Neſcio.* Adhuc inunctus, nec
dum ſpiritualiter erat illuminatus. Prædicabat
autem Chriſtum, ſed quem prædicaret, ignora-
bat. Nam ut ſupra ille ait homo, neſciens deum
dicere, quia quaſi catechumenus erat, & doce-
ri neceſſe habebat. ¶ *Adducunt eum ad Phariſæos
qui cæcus fuerat. Erat autem ſabbatum in die illa, quan-
do lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Iterum er-
go phariſæi interrogabant eum quomodo uidiſſet. Ille
ergo dixit eis: Lutum poſuit mihi ſuper oculos, & laui
& uideo. Dicebant ergo ex phariſæis quidam: Non eſt
hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit.* Non om-
nes hoc dicebant, ſed quidam. Iam enim inunge-
bantur, iam ueritas eorum cordibus ſubrutilare
incipiebat. Iſti uero qui Dominum reprehende-
bant, potius cæci erant, nec inuncti erant, nec ui-
debant. Reprehendebant enim dominum, quod
non cuſtodiret ſabbatum, cum ipſe perpetuo ab o-
mni ſeruili opere uacaret, quia peccatum non fe-
cit. Hoc eſt namque ſpiritualiter ſabbatum cuſto-
dire, feriatum eſſe à peccato, quod eſt opus ſerui-
le, quia omnis qui facit peccatum ſeruus eſt pec-
cati. Sed illis iſta dicentibus, alij qui iam illumi-
Iohan. 8 nationi appropinquabant, dicebant: ¶ *Quomodo
poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat
inter eos.* Schiſma Græce latine ſciſsio. Sciſsi er-
go erant, quia pars ueritati aſſentiebat, & pars fal
ſitati applaudebat. Chriſtus dies inter lucem &
tenebras diuiſus eſt. ¶ *Dicunt ergo cæco iterum:
Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos?* Interroga-
bant quid de ſuo illuminatore ſentiret, ut occaſio-
nem inuenirent, qua eum de ſynagoga proijce-
rent. Sed ille quid de eo exiſtimaret, conſtanter
aperuit. Ait enim: ¶ *Quia propheta eſt.* Necdum in
corde illuminatus, ſed inunctus tantum, neſcit di-
cere filium dei, ſed cōfitetur prophetam eſſe, nec
Luc. 13 tamen errans per omnia, fallebatur. Ipſe enim de
ſe ait: Non capit prophetam perire extra Hieruſa
lem, & nemo propheta ſine honore, niſi in patria
ſua. ¶ *Non crediderunt de illo, quod cæcus fuiſſet &
uidiſſet, donec uocauerunt parentes eius qui uiderat,
& interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius ueſter
quem uos dicitis, quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo
nunc uidet? Reſponderunt eis parentes eius, & dixe-
runt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus na-
tus eſt: quomodo autem nunc uideat, neſcimus, aut quis
eius aperuit oculos, neſcimus. Ipſum interrogate, æta-
tem habet, ipſe de ſe loquatur.* Videbant enim & ſibi
& illi calumniam ſtrui, & ideo dicunt: Scimus
quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt.
Si autem uultis ſcire quomodo nunc uideat, ipſum
interrogare debetis, quia ætatem habet, olim
loquitur. Iuſte quippe pro infante loqui coge-
rentur, quia infans per ætatem loqui rationabili-
ter non poteſt. Hæc autem illos non ob ignoran-
tiam, ſed ob metum dixiſſe euangeliſta oſtendit,
cum ſubdit. ¶ *Hæc dixerunt parentes eius, quia time-
bant Iudæos.* Iam enim conſpirauerant Iudæi, ut ſi
quis eū profiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynago-
gam fieret. Pro magno apud illos tūc tēporis du-
cebatur, ſi quem de ſynagoga eieciſſent. Sicut enī
modo homicidæ, uel adulteri, uel cęteris capitali-
bus criminibus rei, ab eccleſia pelluntur, ita tunc con
feſſores Chriſti à ſynagoga Iudæorum eliminabā
tur. Hoc metuebant incurrere parentes cæci nati,
ideoq́ dixerunt: Ipſe de ſe loquatur. ¶ *Vocauerūt
rurſum hominem qui cæcus fuerat, & dixerunt ei: Da
gloriam Deo.* Gloriā deo dare, eſt, ueritatem de aliq
qua re quaſi præſente deo loqui. Sed iſti uolebant
ut negaret Chriſtum. Nam quid eſt aliud dicere,
da gloriam deo, quā nega donum quod accepiſti?
cum certe hoc non ſit gloria deo dare, ſed eū blaſ-
phemare. ¶ *Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt.*
Sic illum uolebant dare gloriam deo, ut ſicut ipſi,
diceret Chriſtum peccatorem. Sed ille, ut neque
pareret calumniæ, neque ueritatem ſubcelaret,
non dixit, ſcio enim iuſtum, ſed reſpōdit: ¶ *Si pec-
cator eſt neſcio: unum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo
uideo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo ape-
ruit tibi oculos?* Ille qui toties interrogatus, toties
reſponderat, iam quaſi quodam tædio affectare-
tur, propter illorum duritiam & incredulitatem,
cum quadam aporia reſpondit: Dixi uobis iam &
audiſtis, quid iterum uultis audire? ¶ *Nunquid &
uos uultis eius diſcipuli fieri?* Quia enim ipſe iam cre
debat, iam domini diſcipulus factus erat, ideo di-
cebat: Nūquid & uos, ſicut ego, uultis in eū crede
re, & diſcipulatui eius inhærere? ¶ *Maledixerunt
ei, & dixerunt: Tu diſcipulus illius ſis.* Maledictū hoc
ueniat ſuper nos Chriſtianos. Si enim cor eorū in
tueatis, maledictū eſt, quia hoc maledicentis affe-
ctu protulerunt. Si uerba ipſa perpendas, exopta-
bilis eſt benedictio. Quis enim non deſideret diſci-
pulus eſſe Chriſti? ¶ *Nos autem, Moyſi diſcipuli ſu-
mus.* Falluntur, ſemetipſos decipientes. Nam ſi diſci
puli Moyſi eſſent, crederēt Moyſi annūciāti Chri-
ſtum & cognoſcerēt eū qui p Moyſen pnunciatus
eſt. Sic enim ait dn̄s: Si crederetis Moyſi, crederetis Ioh. 5.
& mihi. ¶ *Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus,
hunc autem neſcimus unde ſit.* Deſpicientium uerba
ſunt. Nam quomodo neſciebant unde eſſet, cum
ubi natus fuiſſet, & de qua tribu eſſet, noſſent?
Hinc & ſupra dixerunt: Sed hunc ſcimus unde ſit.
Tale quid & in libro Regum legimus: Cum enim
Dauid adoleſcens Goliā uiris fortibus formidabi
lē ſtrauiſſet, ait Saul ad Abner: Cuius eſt iſte puer
Abner? Certe armiger eius fuerat, citharam corā
eo crebro pcuſſerat, & tūc quis eſſet interrogabat. 1. Re. 17
Quaſi enī nō agnoſcebat, in q̄ ætatem adoleſcētis
& habitum paſtoralem cōtemnebat. Simili modo
miſerādi homines, dei filium cernētes hominem,
intantum contemptibilem & nouiſſimum iudica-
bant, ut dicerēt: Neſcimus unde ſit: cōſueto more
hominū, qui quos abijciunt, ne ſcire ſe dicūt. ¶ *Re-
ſpondit ille & dixit: In hoc mirabile eſt, quia uos neſci-
tis unde ſit, & aperuit oculos meos.* Tanquam dice-
ret: Hic quem uos neſcire uultis, latet humilitate,
proditur ſignorum uirtute. Neſcitur unde ſit, & ſic
ut deus cæcus uideat facit. ¶ *Scimus autem, quia
Deus peccatores non audit: ſed ſi quis Dei cultor eſt, &
uoluntatem eius facit, hunc exaudit.* Tanquam inun-
ctus, & necdum illuminatus loquitur: exaudit nā-
que Deus etiam peccatores. Denique exauditus

Apoſtolos regenerandis hominibus ubiq; gentiũ miſſus eſt. *Abijt ergo, & lauit, & uenit uidens. Itaq; uicini, & qui uiderant eum prius quia mendicus erat, dicebant, Nonne hic eſt qui ſedebat & mendicabat? Alij dicebant quia hic eſt, alij autem nequaquam, ſed ſimilis eſt eius. Ille uero dicebat, quia ego ſum.* Dicebãt ergo ei: *Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit: ille homo qui dicitur Ieſus lutum fecit & liniuit oculos meos.* Quid eſt enim lutum fecit, niſi uerbum caro factum eſt? Tetigit autem oculos mentis noſtræ, ut eũ uideamus & ueritatem intelligamus. *Et dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & laua: & abij, & laui & uidi.* Conſidera modo quanta lætitia hęc uerba plena ſunt, quanta exultatione redundãt. *Dixerũt illi: Vbi eſt ille? ait, neſcio.* De homine illi interrogabant, de homine ille reſpondit. Non eſt igitur inconueniens quod ait, *Neſcio*: quia etſi iam Chriſtianus erat, ꝓpheta tamẽ non erat. *Adducũt eum ad phariſæos, qui cæcus fuerat. Erat autem ſabbatum, quando lutum fecit Ieſus & aperuit oculos eius.* Qui igitur illuminari uolunt, ſabbatizent à peccato, à ſeruili opere requiẽ habeãt. Tale nanq; ſabbatum colit eccleſia, ex quo deũ cognouit & uidit. *Iterum ergo interrogabãt eum phariſęi quomodo uidiſſet.* Ille aũt dixit eis: *Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex phariſæis quidam, Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit.* Nondum enim iſti illuminati erant, qui ſabbati obſeruantiam ſic intelligebant. Nondum enim tetigerant lutũ, nondum uenerant ad lauacrum. *Alij dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere?* Iſti enim iam quodã modo propinquabant ad lucem, & uidere incipiebant. *Et ſchiſma erat inter eos. Dicũt cæco iterum: Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit, quia propheta eſt.* Bene quidem dixit, ſed melius dicere poterat, niſi timuiſſet. Nam ipſe quoq; dominus ꝓphetã ſe eſſe oſtendit dicẽs: Non eſt ꝓpheta ſine honore niſi in patria ſua. *Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuiſſet & uidiſſet, donec uocauerunt parentes eius qui uiderat, & interrogauerunt eos dicentes: Hic eſt filius ueſter, quem uos dicitis quia cæcus natus eſt? quomodo ergo nunc uidet? Reſponderunt eis parentes eius, et dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt, quomodo autem nunc uideat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos nos neſcimus, ipſum interrogate, ætatem habet, de ſe loquatur.* Hæc autem quare illi dixerint euãgeliſta exponẽs ait: *Hæc dicebant parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conſpirauerant Iudæi, ut ſi quis eum confiteretur Chriſtum, extra Synagogam fieret, propterea parentes eius dixerunt, ætatem habet, ipſum interrogate: Vocauerunt ergo rurſum hominem qui cæcus fuerat, & dixerunt ei: Da gloriam Deo.* Quid eſt da gloeiã deo? nega hunc eſſe Chriſtum, nega te eſſe Chriſtianũ. Hoc autem non eſt dare, ſed auferre gloriam deo. *Nos ſcimus quia homo peccator eſt. Dixit ergo ille: Si peccator eſt, neſcio, unum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo uideo.* Ego (inquit) eius peccata ignoro, ego eũ de peccatis nõ accuſo: unum ſcio, illud dico & prædico, Cæcus eram, & eo iubente modo uideo. *Dixerũt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?* At ille indignatus quia toties eadẽ uerba dicebant, ait: *Dixi uobis iam, & audiſtis, quid iterum uultis audire?* Quid toties eadem repetere iuuat? nunquid & uos uultis diſcipuli eius fieri? Si ſcirẽ uos quoq; eius diſcipulos fieri uellẽ, ſicut ego ſum, iterũ atq; iterũ & adhuc multoties eadẽ dicere nõ recuſarem. *Maledixerunt ergo illi & dixerũt: Tu diſcipulus illius ſis, nos aũt Moyſi diſcipuli ſumus.* Beati illi ſuper quos talis maledictio cadit. Vtinam & ſuper nos iſta maledictio ueniat. Sequitur: *Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt deus: hunc aũt neſcimus unde ſit. Reſpondit ille homo, & dixit eis: in hoc mirabile eſt, quia uos neſcitis unde ſit, & aperuit meos oculos.* Vbi eſt ergo ſapientia ueſtra? Vbi eſt doctrina quam prædicatis? Cur legem legitis, ſi non intelligitis? Dicitis peccatorem hunc eſſe: inauditum, & inuſitatũ eſt ut peccatores talia operentur. *Scimus enim quia peccatores deus non audit, ſed quis dei cultor eſt & uoluntatem eius facit, hunc exaudit.* Non eſt mirandum ſi rudis adhuc nouiterq; illuminatus, contra eccleſię doctrinã aliquid ignoranter loquatur, neq; enĩ uerũ eſt, ut deus pctõres nõ audiat. *A ſeculo non eſt auditũ, quia aperuit quis oculos cæci nati. niſi eſſet hic a Deo non poterat facere quicquam. Reſponderunt & dixerunt ei: in peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Quia enim cæcus natus fuerat, plus cęteris eũ peccatorẽ eſſe putabant. Quod ipſos quoq; diſcipulos Chriſti ſenſiſſe intelligi poteſt qui Dominum interrogantes dicebant: Quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus naſceretur? *Et eiecerunt eum foras.* Multum ei profuit quod foras eiecerunt eum, quia foras eiectus Ieſum uidere & cognoſcere meruit. Non enim Iudæi poſſunt uidere Ieſum, niſi prius de ſynagoga exeant. *Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras, & cum inueniſſet eum dixit ei: Tu credis in filium Dei? Reſpondit ille & dixit: Quis eſt domine, ut credam in eum?* Non de eſſentia dubitat, ſed de perſona interrogat. Nondum enim perſonaliter eum cognoſcebat, quem tamen dei filium eſſe credebat. *Dixit ei Ieſus: Et uidiſti eũ, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait: Credo Domine: & procidens adorauit eum.* Dixit ei Ieſus: *in iudicium in hunc mundũ ego ueni, ut qui non uidẽt uideant, & qui uidẽt cæci fiãt.* His autẽ uerbis, quid hæc illius cæci illuminatio ſignificaret, oſtẽdit. In iudicium (inquit) ego ueni in hunc mundũ. In quod iudicium? Iuſtificationis & damnationis. Iuſtificantur enim inſipientes, dãnantur ſapientes: iſti illuminantur, illi excæcãtur: iſti lucẽ ſequuntur, & illi in tenebris demerguntur. *Et audierunt quidam ex Phariſæis qui cum ipſo erant, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci ſumus?* Si illi (inquiunt) qui uident, cæci fiunt, nunquid & nos, quia uidemus, cæcos eſſe dices? *Dicit eis Ieſus. Si cæci eſſetis non haberetis peccatum. Nunc autem quia dicitis uideamus Peccatum ueſtrum manet.* Ideo (inquit) manet peccatum ueſtrũ, quia dũ uos uidere putatis, non quęritis ut uideatis. Si enim apud uos cęci eſſetis, id eſt, ſi uos cęcos eſſe intelligeretis, peccatum nõ haberetis, quia lucem quæritis.

FERIA QVINTA.

Lucæ. VII.

¶ In illo tempore: Ibat Ieſus in ciuitatem quæ uocatur Naim, & ibãt cum eo diſcipuli eius & turba copioſa. Et reliqua.

Regere homiliã dñica 17. poſt feſtũ Pentecoſtes.

DE EADEM FERIA QVINTA

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.


HAec enim uidua q̃ multa turba ſeqtur, ſancta eccleſia eſt, de qua dicitur: Viduã eius bñdicẽs bñdicã. Vidua quidem eſt, non quod uirũ nõ habeat, ſed qa uidere eũ non poteſt, quẽ adhuc poſt multa tempora uenturũ expectat. Dicitur enim uidua, quaſi à uiro diuiſa. Idipſum autem & ꝑ uiduã mulierem, & per hanc ciuitatem figuratur.

Huic autē ciuitati dominus appropinquat, q quo
tidie eccleſiā ſuā uiſitare nō ceſſat. De hac ciuitate
toties defunctus effertur, quoties aliquis in pecca
to mortuus ab ea ſeparatur, quē tamen pia mater
lachrymis proſequitur, quia nec fugientis filij ec
cleſia obliuiſcitur. Luget enim (ut Apoſtolus ait)
quotidie de omnibus illis q peccauerunt, & pœ
nitentiam non egerunt de peccatis ſuis. *Quam cum
uidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper illā, dixit ei.
Noli flere, & acceßit, & tetigit loculū. Hi aūt qui porta
bant ſteterunt, & ait illi: Adoleſcēs, tibi dico ſurge, & re
ſedit qui erat mortuus, & incœpit loqui: & dedit illū ma
tri ſuæ.* Mœrentiū conſolator deus, illorū maxime
lachrymas intuetur, qui illorum deflent peccata.
Tangit loculum, ſiſtit portitorem, & mortuū ſuſci
tat, dum ſuę uiſitationis attactu ad pœnitentiā ho
minē reducit. Mali iſti portitores, qui ad ſepeliē
dum hominē ferunt, boni à ſepulchris ad uitā ho
minē reducunt. Iſti enim portitores, uitia & malig
ni ſpiritus, hęretici & ſeductores intelliguntur.
Hos enim niſi Dominus ſiſteret quoſcunq; ſemel
acciperent, ſepulturæ & æternæ damnationi tra
derēt. Suſcitatus igitur adoleſcēs, ſedet, loquitur,
& matri redditur, quia ad pœnitentiam cōuerſus,
iā non ad flagitia & mortē ruit, ſed in eccleſię pa
ce quieſcit, dei magnalia loquitur, ſua peccata cōfi
tetur, & deo & eccleſię pomnia reconciliatur. Nō
autem uacat à myſterio, quod cum plures mortu
os dominus ſuſcitauerit, tres tantum euangeliſtæ
eum ſuſcitaſſe ſcripſerūt. Suſcitauit enim filiam Ar
chiſynagogi adhuc intra domū manētem, & in ab
ditis penetralibus iacentem. Suſcitauit autē & hūc
uiduę mulieris filium, iam quidem extra ciuitatis
portas elatum, ſed nondum humatum. Suſcitauit
præterea Lazarum non ſolū ſepultum, uerumetiā
fœtentem quatriduanum. Iſti ergo tres mortui
tria mortis genera ſignificant. Moritur enim ho
mo cogitatione, moritur operatione, & moritur
peccādi cōſuetudine. Sed hęc tertia mors illis alijs
duabus peior eſt, ſicut & ſecunda ualde prima de
terior eſt. Peccat enim mala cogitando, ſed plus
peccat male operādo, & eo amplius in peccato p
ſeuerādo. Qui enim cogitādo illicita & nefaria con
cupiſcit, mortuus eſt, ſed adhuc in domo manēs, &
peccatū interius celās, nōdum ad ſepulchrum effer
tur. Et iſte quidem facile ſuſcitatur, ſi eum uiſitaue
rit, uocauerit, & tetigerit Ieſus. Talem enim ani
mā, quia facile excitatur, non penitus mortuā, ſed
quaſi dormientē dominus reputat, dicens: non eſt
mortua puella, ſed dormit. Si uero malū quod in
tus cogitauit, foris oſtēdat, & in effectū perducat,
non ſolū mortuus eſt, uerum etiā extra domum, i
mo extra ciuitatem elatus, & longe ab eccleſia fa
ctus, iam ſepulchro & perditioni proximus eſt.
Pro hoc igitur neceſſe eſt ut ploret, lachrymetur,
& oret mater eccleſia, quatenus ad perditionem
ruenti occurrat Ieſus, ſuſcitet eum ad uitā reducat,
portitorem ſiſtat, matri reddat, & eccleſiæ recon
ciliet. At uero ſi & cogitatione, & operatione &
lōga cōſuetudine peccādi mortuus eſt, hic q̄ſi La
zarus quatriduanus iā fœtet. Suſcitatur tñ & iſte,
ſed non tā facile ſicut illi. Quanto enim amplius in
peccato aliquis perſeuerat, tanto difficilius ab eo
ſeparatur. Hoc autē ex eo oſtenditur quod in mor
te Lazari lachrymatus eſt Ieſus, & nō qualicunq;
ſed magna uoce uocauit eū, dicēs: Lazare ueni fo
ras. Qui quaſi lōgis prauę cōſuetudinis funibus ir
retitus, manibus pedibus q; ligatus prodiſſe refert.

FERIA SEXTA

Iohannis XI.

¶ In illo tempore: Erat quidā languēs La
zarus à Bethania, de caſtello Mariæ &
Marthæ ſororum eius. Et reliqua. Homi
lia lectionis eiuſdem.



INter omnia miracu
la quæ dei filius, ut
ſuā panderet diuinis
tatē operatus eſt, ſup
eminet hoc, & quaſi quē
dā obtinet principatum,
q̄d circa Lazarum fecit.
Et quidem ſingula opera
eius admiratiōe digniſſi
ma ſunt. Quis enī non ue
nerabiliter admiretur, q̄d
claudi rectis greſſibus in
ceſſerunt, q̄d mutis linguarū clauſtra ſoluta ſunt,
q̄d cæcorum diu clauſa lumina, tactu ſacræ manus
eius reſerata ſunt? Quis hæc & plura alia conſide
rās, nō diuinā potentiā ſtupens admiretur? Sed hæc
oīa parua ad ingentē Chriſti maieſtatem uidebā
tur, niſi amicus eius Lazarus moreretur. Quē ido
circo mori permiſit, ut eum nouo & omnibus ſecu
lis admirando ordine ſuſcitando, ſeſe uitæ mor
tisq; dominum eſſe declararet. Acceſſit etiā ad ſin
gularem dignitatem miraculi, ſpeciale meritū di
gniſſimi deſcriptoris. Nullus quippe alius omniū
euāgeliſtarū hoc deſcripſit, ſed ſoli dilecto domi
ni Iohanni reſeruatum eſt: quia nimirū res tā uni
ca & tam egregia nullū alium, quam dilectiſſimum
Chriſto uirginem habere debuit relatorē. Verum
quoniam hæc lectio ex maiore ſui parte p ſe clara
eſt, & per ſingula expoſitiōe nō eget, capitulatim
magis q̄ uerbatim eā explanandam ſuſcepimus, ut
ad ea q̄ magis neceſſaria ſunt attingamus. Deniq; ſu
pra legitur q̄d cum eſſet dñs in tēplo & in porticu
quę Salomonis appellatur, doceret, nō ferētes Iudęi
uerba diuinitatis eius, ſuſtulerūt lapides ut lapida
rent eum: dñs uero inter manus ſe lapidare uolētī
um illęſus exiuit de tēplo, & abijt trans Iordanē,
ubi prius fuerat Iohannes baptizans. Cum ergo
ibi eſſet, infirmabatur Lazarus in Bethania, quod
erat caſtellum Mariæ & Marthę, proximum Hie
roſolymis. ¶ *Maria autem erat quæ unxit dominū
unguento, & exterſit capillis ſuis pedes eius.* Quoni
am tunc temporis plures erant huius nominis, ne
erremus in nomine, oſtenditur ex notiſſima actio
ne. Ipſa enim eſt Maria quæ quondam, ut Lucas Luc. 7
euangeliſta narrat ſuperius, peccatrix ueniens ad
pedes domini, perunxit, lachrymis rigauit, capillis
deterſit, ſicq; multorum criminum ueniā à domi
no promeruit. Miſerūt ergo ad illū, * quoniā ab qui
ſens erat trans Iordanē nunciātes q̄d frater illarū
Lazarus infirmabatur: ut tam ſibi quā fratri ſuc
curreret, & iſtas dolore, illū ęgritudine liberaret.
Sed uideamus quid nunciantes dixerunt. ¶ *Domi
ne, ecce quem amas, infirmatur.* Non dixerunt, ueni
ut languētem ſanes: nō hoc certe auſę ſunt dicere,
ſufficiebat illis, ſi tantū noſſet q̄d infirmaretur, ſcie
bant enim q̄d non deſereret quem amabat. Ecce
inquiunt, quem amas, infirmatur. Tanq̄ dicerent:
Satis eſt ut hoc noueris domine, nec opus eſt, ut
ad nos ueniens fatigeris. Ibi præcipe, & hic quod
iuſſeris fiet. ¶ *Audiens autē Ieſus, dixit: Infirmitas hæc*

non eſt ad mortẽ,ſed pro gloria dei,ut glorificetur filius dei per eam Quare dicis dñe,ad mortem nõ eſt,cũ Lazarus ineuitabiliter ſit mortuus? Nouerat & hoc dñs,& ut ſic fieret ipſe uoluerat,ſed poſt mortẽ eũ ſuſcitare decreuerat. Quod ergo reſpõdit,infirmitas hæc nõ eſt ad mortẽ,tale ẽ,ac ſi dicat:mors hęc non eſt ad mortem. Non enim moritur,ut ſicut cęteri homines mortui,à morte teneatur,ſed ut mirabiliter reſuſcitetᷣ. Pro gloria dei,ut filius dei glorificetur per eã,ſubaudiendum,infirmitatem. Hęc autem glorificatio non ipſum auxit,qui ſumme perfectus eſt,& proficere non nouit, ſed nobis profuit,quatenus per hoc tantũ miraculũ in eũ crederemus,& æternã animę mortem euaderemus. Sed uideamus diligẽtius qd dixerit. Ait enim: Pro gloria dei. deinde adiũxit, ut glorificetur filius dei per eam. Ergo filius dei,deus. Hoc cõtra hæreticos,q dixerunt Chriſtũ non eſſe natura deũ,ſed gratia. Vnde quidam illorum dixit: Non inuideo Chriſto facto deo,hoc & ego fieri poſſum ſi uolo. ¶ *Diligebat autem Ieſus Martham,& ſororem eius Mariam,& Lazarum.* Ille languebat, illę dolebat, ſed ſpem maximam habebant, quia diligebatur ab eo,q & dolentium eſt conſolator,& languẽtium ſanator, ipſorum etiam mortuorum ſuſcitator. ¶ *Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodẽ loco duobus diebus.* Noluit tunc dominus uenire, diſtulit ſanare, ut poſſet mirabilius reſuſcitare. Mãſit ergo illic donec quatriduum impleretur. ¶ *Deinque poſt hæc dixit diſcipulis ſuis: Eamus in Iudæam iterum.* Territi ſunt diſcipuli, quod audiebant illũ uelle iterum in Iudæam uenire. Nouerant conſpirationem immaniſſimam,qua illum Iudæi perſequebantur, & morti tradere laborabant, idcirco dicebant ei. ¶ *Rabbi,nunc quærebant te Iudæi lapidare,& iterum uadis illuc? Reſpondit eis, qui humanam rabiem timere non poterat: Nonne duodecim horæ ſunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si autem ambulauerit in nocte:offendit,quia lux in eo non eſt.* Audierant ſancti diſcipuli dominum in Iudæam iterum uelle uenire, ac formidantes ne bonus magiſter à Iudæis comprehenderetur,quaſi conſiliũ ei dare, & ab incepto reuocare uolebãt. Nõ adhuc perfecte intellexerũt diſpenſationem propter quã uenerat. Ad hoc enim deus hoĩem induerat,ut ꝓ ſalute hominum moreretur. Sic & beatus Petrus cum audiſſet dominum de paſſione ſua loquentẽ, quaſi reuocare eum uolẽs,dixit: Abſit hoc à te domine,nõ morieris. Cum ergo apoſtoli domino conſulere quodãmodo uelleñt ,redarguit eos dicẽs: Nonne duodecim ſunt horę diei? Se ꝑfecto diem appellauit,q eſt dies ex die,lumẽ de lumine,quiꝙ de ſe alibi dicit: Ego ſum lux mundi. Et ut ſe diem oſtenderet, duodecim apoſtolos elegit. De quibus nunc dicit: Nõne duodecim horę ſunt diei? Ac ſi diceret: Vos qui eſtis horę diei,quare ſic cõſilium dare uultis? Horæ diem ſequuntur,& die moderante peragũtur. Sed forte dicat aliqs: Iudas ex duodecim unus erat,nunquid & ipſe hora diei erat,qui ipſum diẽ tradidit ad mortẽ? Sed quando hoc dominus dicebat,non ipſum Iudam attendebat,ſed Mathiã in locum illius præuiſum eligebat. Deniq Iuda in locum ſibi debitum abeũte,electus eſt Matthias apoſtolus,& ſic perfectus mãſit numerus apoſtolicus. Chriſtus ergo dies eſt,& qui in hac die ambulauerit errare non poterit. Illi enim adhęret qui dixit: Ego ſum lux mundi,qui ſequitur me, nõ ambulat in tenebris,ſed habebit lumẽ uitę. Nã qui ſine hac luce eſt,errare poteſt,ambulare non poteſt. ¶ *Hæc ait, & poſt hæc dixit eis: Lazarus amicus noſter dormit,ſed uado ut a ſomno excitem eum.* Mortuus quidem erat,ſed Chriſto uiuebat. Nullus quippe tanta facilitate poſſet aliquem excitare à ſomno,quãta Chriſtus Lazarũ reſuſcitare ualebat à tumulo. Deniꝙ & omnes defuncti (ſi potentiã dei conſideres,à q in nouiſſimo ſunt reſuſcitãdi) dormientes poſsũt uocari, iuxta ꝗd apoſtolus dicit: Nolo uos ignorare fratres de dormiẽtibus. Et alio loco: Oẽs quidẽ reſurgemus,ſed non omnes immutabimur.

Matt.16

Ioh.8

1.Teſ.4

1.Co.15

¶ *Dicunt autem ei: Domine,ſi dormit,ſaluus erit.* Sicut uerba domini intellexerunt, ſic reſponderunt. Si dormit,inquiũt,ſaluus erit. Solet enim ſomnus in ægrotãte iuuene indicium eſſe ſalutis. Et dominus quidem dixerat de morte eius,illi aũt intellexerunt quia de dormitione ſomni dixerat. ¶ *Tunc dixit eis Ieſus manifeſte: Lazarus mortuus eſt,& gaudeo propter uos,ut credatis, quia non eram ibi.* Lazarus languens, non mortuus fuerat nunciatus: ſed quid latere poſſet eum , cuius oculis omnia nuda & aperta ſunt? Quomodo ignoraret mortẽ Lazari,qui ipſum Lazarũ creauerat? Gaudebat igitᷣ propter diſcipulos,qui mirabãtur ſic eum cuncta noſſe:nam per hoc uerum deũ certius & manifeſtius eum eſſe credebãt. Licet enim iam crederẽt,tamẽ talis erat illorũ fides,quę adhuc ꝓficeret,quę miraculis ædificata creſceret. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas q dicitur Didymus, ad cõdiſcipulos: Eamus & nos,& moriamur cũ illo. Quibus uerbis uerum prodit amantis affectum. Amabant quippe apoſtoli incomparabiliter dñm: quia eorum uita ex illius ꝑſentia pendebat,adeo ut aut cum eo uiuere,aut certe cum eo mori iucundũ haberent. Eamus,inquit,& moriamur cum eo. Quia uidemus,inquit,eum ad inimicos properare,& ad mortem:neq à tali conſilio ualemus reuocare:eamus & nos ut cũ eo moriamur:ne poſt eius necem & deſerti & inconſolati remaneamus. ¶ *Venit itaque Ieſus,& inuenit eum quatuor dies in monumento habẽtem.* Sic ipſe uoluerat,ad hoc antea uenire diſtulerat, ut illud quatriduũ impleretur,& glorioſius reſuſcitaretur. Sed quoniam ea quę ſunt ad literam,ſatis patent per ſe,ad indagandũ myſteriũ aſcendamus. Significatur ergo per hunc Lazarum peccator aliquis,qui iam nõ ſolũ peccauit,uerum etiam peccandi conſuetudinẽ recepit. Sed fortaſſis alius tacitus dicat: Quõ Lazarus typum peccatoris gerebat,quẽ ſic dominus amabat? Sed ſolẽt aliquando ſignificationes rerũ ex cõtrario accipi. Deniꝙ Dauid rex & propheta adulteriũ in Berſabee uxore Vrię admiſit: & ipſum fidelẽ & innoxium militem ſuum gladio filiorũ Ammõ interfecit. In quo facto ſi reſpicias hiſtoriã, quis dubitet Vriam innocenter occiſum,merito iuſtitiæ & innocentiæ,Dauid adultero & homicidæ ꝑferendum? Sed ſi arcanum interroges myſterium,per Vriam diabolus,per Dauid ex cõtrario intelligitur Chriſtus. Veruntamẽ cum hoc nõ idcirco merita diuerſarũ partiũ depreciãtur. Et ſæpe uidetur nomen diaboli deterrimũ auro ſcriptũ, nomẽ uero Chriſti ſplendidiſſimum atramẽto fœdatum. Ergo per Lazarũ,ut præmiſimus,peccator aliqs figuratur. Amabatur à Chriſto,quia Chriſtus pro peccatoribus ſuam dignatus eſt exhibere ꝑſentiã. Ipſe enĩ dixit: Nõ ueni uocare iuſtos,ſed peccatores. Quærendũ nunc,quid deſignetur per quatuor dies,qui-

2.Re.11

Matt.9

bus

bus mortuus in ſepulchro iacebat. Omnis homo
moriturus,naſcit̃ cū peccato originali. Hinc Apo-
Rom.5. ſtolus dicit,Quia per unū hominem peccatū intra
uit in mundum,& per peccatum mors. Hęc eſt pri
ma dies mortis,quam dedit origo propaginis. De
inde naſcendo adoleſcit homo,uenit ad annos ra-
tiōis capaces,incipit in ſe habere naturalē legem,
qua docētur naturaliter homines, ut quod ſibi fie
ri nolunt,alijs non faciant. Sed & hanc tranſgredi-
untur,& pati furtum nolunt,& furtum faciunt,ec
ce altera dies mortis . Acceſſit adhuc lex data per
Exo. 20 Moyſen.Pręcipit̃ nanq; ibi: Non occides, nō mœ-
chaberis,non furtū facies,honora patrē tuū & ma
trē. Scripta eſt hęc lex,ſed ipſa quoq; contēnitur:
& ſic iā quaſi tertia dies mortis. Poſt hæc omnia
uenit Chriſtus,attulit euangeliū,ꝑdicauit regnū,
malefacientibus minatus eſt gehennā,bene uiuen
tibus uitā promiſit æternā. Quid plura? Etiā euā-
gelium cōtemnitur,& eſt quarta dies mortis. Poſ-
ſunt & aliter hi quatuor dies exponi. Diximus nā
que per Lazarum figurari peccatorem,qui iā ma-
la peccandi conſuetudine & deſperatione ſepultus
eſt. Ad cōſuetudinē uero peccati quarto quodam
progreſſu peruenitur. Primo enim eſt titillatio in
corde,ſecundo cōſenſus,tertio factum,quarto cō-
ſuetudo. Quidā enim quū illicita cogitatione pul-
ſantur,ita eam à corde repellunt, ut penitus nulla
mala delectatione moueantur. Quoſdā delectant
quędam,ſed non adducuntur ut conſentiant ad de
lectationem:accedit conſenſus, & ſic in opus erū-
pitur. Iam factum in cōſuetudinem uertitur,& im
pletur illud mortis quatriduum:& quaſi quædam
fit deſperatio,ut dicatur,iam fœtet,quatriduanus
enim eſt. ¶ *Martha ergo ut cognouit quia Ieſus ue-*
nit,occurrit illi. Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo
Martha ad Ieſum: Domine ſi fuiſſes hic , frater meus
non fuiſſet mortuus ,ſed & nunc ſcio, quia quæcunque
popoſceris a Deo, dabit tibi Deus. Quam moderatis
uerbis utitur , quæ ita temperanter dolet interi-
tum fratris? Non enim dixit,Rogo te ut ſuſcites,
ſed tantū ſcio,quia quęcunq; popoſceris à deo,da
bit tibi deus. Tanquā diceret:Certa quidem ſum,
quia potes:ſcio potentiam in te eſſe indeficientē,
ſed ſi uis,facis. Nō ergo pręſumo à te petere ut fa
cias,qa neſcio ſi uelis. ¶ *Dicit ei Ieſus: Reſurget fra*
ter tuus . Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſur-
rectione in nouiſſimo die. Dominus quidem in præ-
ſenti fratris reſurrectionē promittebat: ſed Mar-
tha de ea reſurrectione qua oēs homines reſurre-
cturi ſunt,eū dixiſſe putabat. Viderat certe crebro
dominum mortuos ſuſcitaſſe,ſed tantum erat quā
tum nec ipſa fides auſa eſt tentare. De illa reſurre
ctiōe ſecura erat,de hac autem incerta manebat.
¶ *Dicit eis Ieſus: Ego ſum reſurrectio & uita.* Ac ſi di
ceret: Quare dubitas nunc fratrē poſſe reſurgere,
cū ego qui ſum reſurrectio & uita, illū reſurrectu
rum promittā? Per quem reſurget quādo reſurre-
cturi ſunt & cęteri homines,per eum poteſt & mo
do reſurgere. Ipſe ergo eſt reſurrectio & uita, qa
per eū reſurgimus à peccato,ut uiuamus iuſtitiæ.
¶ *Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit , uiuet.*
hoc eſt , ſi mortuus fuerit in carne , uiuet ſpiritu.
Non eſt enim deus mortuorū. De morte enim cor
poris hic loquitur. Quicunq; enim in Chriſtū cre-
dit,& ſecundū quod credit,uiuit,etiā ſi carne mo-
riat̃,uniuerſale cunctorū hominum perſoluēdo,ui
uit tamen in anima Chriſto,qui uita eſt animę,in-
hęrendo. Et omnis,inquit,qui uiuit, ſubaudiendo
in carne,& credit in me,& ſi mortuus fuerit ad tē
pus morte corporis,non morietur in æternū,pro-
pter uitam ſpiritus,& immortalitatē reſurrectio
nis.¶ *Credis hoc?* Sciebat hoc,quem nil latere po- Ro. 10
teſt,q̃d crederet, ſed confeſſionem qua ſaluaretur
quęrebat. Corde enim creditur ad iuſtitiā,ore au-
tem fit confeſſio ad ſalutem. ¶ *Ait illi,utique domi*
ne. Ego credidi,quia tu es Chriſtus filius dei uiui, qui in
hunc mundum ueniſti . Cum ergo credidit eum filiū
Dei,credidit uitam & reſurrectionem, quodq; o-
mnis qui in eum crederet, in æternum non morie
tur. Nam ſupra dominus utrū hoc crederet, inter
rogauerat. ¶ *Et cum hæc dixiſſet,abijt & uocauit Ma*
riam ſororem ſuam ſilentio,dicens: Magiſter adeſt,& uo
cat te. Si ſilentiū hic ſuppreſſam uocem dixit. Ma
giſter adeſt,& uocat te. Illa ut audiuit , ſurgit ci-
to ,& uenit ad eum. ¶ *Nondum enim uenerat Ie-*
ſus in caſtellum ,ſed erat adhuc in loco illo ubi occurre-
rat ei Martha . Iudæi igitur qui erant cum ea in domo,
& conſolabantur eam, cum uidiſſent Mariam quia cito
ſurrexit & exijt,ſecuti ſunt eam dicentes: quia uadit ad
monumentum ut ploret ibi. Putantes enim Iudæi qui
ad ipſam conſolandam conuenerant, quod ad fra-
tris tumulum properaret , lachrymis ſolatium
quæſitura , & dolori ſuo fletibus ſatisfactura, ſe-
cuti ſunt eam ,diuina id agente prouidentia : ut
plures tam præclarum miraculum quatriduani
mortui reſurgentis cernerent,ſicque in Chriſtum
crederent. ¶ *Maria ergo cum ueniſſet ubi erat domi*
nus,uidit eum,& cecidit ad pedes eius, dicens: Domine,
ſi fuiſſes hic,frater meus non fuiſſet mortuus. Ac ſi quę-
ratur,dicens : Dum nobiſcum præſens fuiſti,non
mors,non infirmitas aliqua nobis appropinquare
auſa fuit,apud q̃s uitam hoſpitari nouerat. At ubi
abſceſſiſti , adfuit inuidia, morſq; fratrem noſtrū
adhuc poſitum in ſeculo,acerba funere rapuit: q̃d
ſi tu adfuiſſes,amicus tuus Lazarus mori non po-
tuiſſet. ¶ *Ieſus ergo ut uidit eam plorantem,& Iu-*
dæos qui cum ea uenerant plorantes , infremuit ſpiri-
tu,& turbauit ſemetipſum , & dixit: Vbi poſuiſtis eum?
O fremitus pietatis , o turbatio turbatorum ſub-
latura mœſtitiam,& æternam prærogatura læti-
tiam. Turbauit ergo ſemetipſum dominus pote
ſtate,quia nullus alius poterat eū turbare. Turba
tus eſt,quia ipſe uoluit,ſicut mortuus eſt,qa mor-
tem ipſe ad ſe uenire permiſit. Sed magnū aliquid
in hac ſua innuit perturbatione. Diximus ſupra ꝑ
Lazarum quatriduanū, peccatorem ſignificari de
ſperatum,& lōga peccati conſuetudine quaſi mo-
le ſepulchri depreſſum , ac mala opinione fœtentē
& tabidū. Suſcitaturus eum Chriſtus infremuit,
& turbauit ſe,ut oſtēdat,eum qui talis eſt,pertur-
bari & ingemiſcere debere,atq; intimo cordis ru
gitu fremere,& attendere quæ fecit, & ſic ſecum
agere: Quid mihi miſero contigit? dimiſſa erāt mi
hi in baptiſmo oīa peccata: ſed ecce poſt lauacrū
ſanctum peius ſordidatus ſum,poſt medicinā gra
uius uulneratus,peccaui grauiter,ſed nec unq̃ pec
catis meis terminū ponere uolui ,& ſemp me dei
clementia ad pœnitentiā expectauit, & peccantē
ſtatim punire noluit: tamē ego miſerrimus,& æter
nis cruciatibus dignus, eius māſuetiſsimā lenitatē
ſemper nouis atq; recētibus ſceleribus irritare nō
uerebar. Quando iſta peccator ſecum plangit, iā
fremit & turbat̃ in eo Chriſtus. Ad hoc enim nūc
fremuit,ut doceret peccatorem fremere, & pecca
ta ſua accuſare debere,ſi uult ad uitam animæ re-
dire . Vbi, inquit, poſuiſtis eum? Nunquid ignora-
bat

bat ubi poſitus eſſet, quē reſuſcitare uolebat? Sed
Gene.3 interrogat, ut oſtēderet ſolū ea ſe cognoſcere q̄ iu-
ſta & ſancta ſunt: peccatorē uero ignorat, q̄ a re, p̄s
bat. Vnde Adę poſt peccatū dicitur: Vbi es? Et re-
Luc.13 probis in iudicio dicturus eſt: Neſcio uos unde ſi
Matt.25 tis. Quid eſt enim dicere, neſcio uos, niſi uos in lu
ce iuſtitiæ non agnoſco? ¶ *Dicunt ei: Domine, ueni
& uide.* hoc eſt, miſerere. Videre nanque eius miſe
reri eſt. ¶ *Et lachrymatus eſt Ieſus.* quia fons pieta
tis erat. Sed illæ lachrymę inexplicabile gaudium
erant pariturę. Hinc pulchre ſedulius: Lachry-
mis impleuit amicum Maieſtate deum. Fiebat enī
eum, p̄ parte humanitatis, quē reſuſcitare poterat
per potētiā diuinitatis. Lachrymatus eſt etiā dn̄s
ea de cauſa, qua ſuperius fremuit & turbatus eſt, ut
peccatores doceret fletibus & lachrymis indigere
profuſis. ¶ *Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo ama
bat eam. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat
hic qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut hic non more-
retur?* Poterat hoc certe dominus: ſed permiſit ut
Lazarus moreretur, quatenus maiore miraculo
ſuſcitaretur. ¶ *Ieſus autem iterum fremens in ſemet-
ipſo, uenit ad monumentum: erat autem ſpelunca, &
lapis ſuperpoſitus erat ei.* Per lapidē quo mortuus p̄
mebatur, figuratur lex, qua peccatores reus con-
demnatur. Et bene lex per lapidē accipitur, quia
1. Tim.1 in lapideis tabulis ſcripta fuit. Mortuus ergo ſub
lapide, reus eſt ſub lege. Nā hi qui bene uiuunt, ſub
lege non ſunt, quoniam iuſto lex nō eſt poſita, ſed
iniuſtis ac peccatoribus. Hunc lapidē dominus iuſ-
ſit remoueri, quādo gratiam ſancti euāgelij iuſſit
per totum orbem prædicari. ¶ *Dicit ei Martha ſo-
ror eius qui mortuus erat: Domine, iam fœtet, quia tri-
duanus eſt.* Iam quaſi deſperabat, potiusque ti-
mebat remoto lapide fœtorem excitari, quā fra-
trem poſſe reſuſcitari. ¶ *Dicit ei Ieſus: Nonne dixi
tibi, quia ſi credideris, uidebis gloriam Dei.* cum uide-
licet quatriduanum & fœtidum ſuſcitauero. Sed
& cum deſperatus aliquis à ſepulchro peccatorū
eripitur, dei potentia ab intuentibus prędicat̃: q̄a
ubi abundauit iniquitas, ſuperabūdat gratia. ¶ *Tu
lerunt ergo lapidem. Ieſus autem eleuatis ſurſum ocu-
lis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me.
Ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter
populum qui circunſtat, dixi, ut credant quia tu me miſi-
ſti.* Quibus uerbis quid aliud quam gloriam dei pa
tris in hoc, ut in alijs operibus requirebat? Nam
quia per humanitatē minor erat patre, ab illo La-
zari quærebat reſuſcitationem, atq; ab eo ſe dice-
bat exauditum, & hoc propter circunſtantem tur
bam, ut eum uel ſic crederēt dei filiū, & ab eo miſ
ſum, q̄niam patrem filij compellebat affectus. Iam
inferi turbabātur, iam ſub pedibus domini reſera-
tus patuit infernus. Oēs mortui expectabant no-
mina ſua uocari. ¶ *Clamabat ergo Ieſus uoce ma-
gna, dicens: Lazare, ueni foras.* Vno nominatim uo-
cato, cæteri recepti ſunt. Sed quātā in huius mor
tui reſuſcitatione facta eſſe dicūtur? fremuit dn̄s,
fleuit, turbatus eſt, uoce magna clamauit, q̄a uide-
licet difficile & cū clamore à peccati morte reſur
git, quem moles malæ conſuetudinis premit. ¶ *Et
ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pe-
des inſtitis, & facies eius ſudario erat ligata. Dicit eis
Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire.* Potuit quidem Do-
minus quem uellet mortuum ſine clamore reſuſci
tare, ſed noluit ſecreti gratia ſacramenti. Ad ma-
gnam enim uocem Domini ſurgit mortuus, quan-
do magna Dei gratia reſipiſcit peccator. Prodit

de monumento, quando confitetur peccata ſua:
ſed tamen adhuc ligatus eſt, adhuc reus eſt, nec ſu
is uiribus abſolui poteſt. Præcipit ergo dominus
diſcipulis ut eum abſoluant, & abire ſinant, quia
ipſis & reliquis miniſtris ſanctę eccleſiæ & ſucceſ
ſoribus eorum, data eſt poteſtas dimittēdi pecca-
ta. Ait enim: Quæcunque ſolueritis ſuper terram, Matt 18
erunt ſoluta & in cœlo. Simul etiam commendata
eſt hoc loco unitas Chriſti & eccleſiæ. Quia etenī
Chriſtus caput eſt, & eccleſia corpus eius. Chriſtus
ſuſcitat, diſcipuli ſoluūt, ut liquide mōſtretur, ne-
minem ſine unitate fidei catholicę poſſe à peccato
rum morte ſuſcitari. Sane nō eſt hoc loco omittē
dum, q̄d in ſancto euangelio tres tantum mortuos
reſuſcitaſſe dominus legitur. Plures quidē reſuſci-
taſſe mortuos nō dubitatur, quoniā quidem beatus
Iohannes dicit: Multa alia ſigna fecit Ieſus in con Ioh.20
ſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ nō ſunt ſcripta
in libro hoc. Sed tres tantū referuntur, certi cauſa
myſterij. Deniq; ſuſcitauit filiam archiſynagogi Luc.8
adhuc intra domeſticos parietes conſtitutā. nec
permiſit ſecū quenq̃ intrare, niſi Petrū, Iacobū &
Iohannē, & patrem & matrem puellæ. Suſcitauit
etiam filium uiduæ mulieris, extra portā ſuę ciui-
tatis delatum, multis coram poſitis & cernētibus. Luc 7
Suſcitauit pręterea Lazarum iam ſepultum, iā fœ
tidum. Iſta tria genera mortuorū ſignificant tria
genera hominum peccatorum, quos & hodie ſuſci
tat Chriſtus. Nam per filiam archiſynagogi, quæ
intra domū paucis uidentibus reſuſcitata eſt, deſi-
gnantur hi, qui peccatum intus in conſciētia clau-
ſum habent, & necdum ad opus prorumpunt. Ver
bi gratia: Cum motus eſt aliquis mala cōſcientia,
deliberat ſi adſit facultas implere quod illicite cō
cupiuit, iā mortuus eſt, ſed intra domum clauſus
eſt. Dicit enim dn̄s: Qui uidit mulierem ad concu-
piſcēdum eam, iam mœchatus eſt eā in corde ſuo. Mat.5.
Necdum corpore ad eam acceſſit, ſed corde cōſen
ſit. mortuus iam eſt, ſed nondum elatus eſt. Hic ſi
aliquādo diuina inſpiratione deprehēderit malā
conſcientiā, ponit nequam conſenſum, reuiuiſcit
ad ſalutem in ſecreto cogitationis. Sunt alij q̄ poſt
cōſenſum ad perpetrandum facinus exeunt, & qua
ſi mortuus de latebris animi proferẽ, ut q̄d late-
bat in ſecreto, appareat in publico. Sed hi tales
plerunq; diuinitus admoniti cōuertūtur, & ad ui-
tā animę reſuſcitantur. Sunt p̄terea nōnulli qui fa
ciendo quod malum eſt, etiam ſe mala conſuetudi
ne implicant, adeo ut ipſa mali cōſuetudo non per
mittat eos intelligere malum eſſe q̄d faciunt, & nō
nunquam defendunt malū quod agunt, iraſcuntur
cum reprehendūtur. Hi quaſi iam ſepulti & ingētī
mole, id eſt, pondere malæ conſuetudinis obruti
ſunt. Ad hos q̄ppe dignatẽ dn̄s uenire occulto ſuę
miſericordiæ inſtinctu, ſi tñ habuerint ſorores, id
eſt, ſpirituales animæ uirtutes, quarū interuentu,
poſſunt reuocari ad uitam. Verum quandam oſtē-
dit dominus difficultatem cum fremit ſpiritu, cum
turbat ſeipſum, cum clamat uoce maxima, ut oſtē-
dat, q̄d magnę obiurgationis clamoribus opus eſt
aduerſus eum, qui in peccādi cōſuetudine duraue-
rit. Nō ergo de his deſperandū eſt. Ad uocē nanq;
dn̄i cōtremuit infernus, ſurrexit q̄triduanus mor
tuus, liberatus eſt peccator, etiā à cōſuetudine cō-
mittēdi reatus. Sed prius eū intrinſecus p ſeipſum
uiuificat, poſtea per ſacerdotum miniſterium ab-
ſoluit. Nullus quippe peccator abſoluēdus eſt, an
teq̃ per dignam pœnitentiā correctus, & intrinſe
cus

cus appareat uiuificatus. ¶ *Multi autem ex Iudæis qui uenerant ad Mariam & Martham, & uiderant quæ fecit, crediderunt in eum.* Facto tam glorioſo & cũctis ſeculis prædicando miraculo, non oẽs, ſed multi Iudęorum credidiſſe dicũtur. Quo loco duriſſima infidelitas & rõuertibilis in malo pertinacia nota eſt. Et reuera tantum erat peccatum illorum, ut aliter non poſſent digne fidem Chriſti ſuſcipere, Pſal. 82. niſi prius filium dei interficerent. Hinc Pſalmiſta: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomẽ tuum domine. Prius enim confuſione & ignominia repleti ſunt, cum poſt Chriſti aſcenſionem audiẽtes Apoſtolos eius reſurrectionem prædicantes, cœperunt erubeſcere, & perpendere quantum ſcelus in uece ſaluatoris admiſiſſent: ſicq́ꝫ nomen eius quęſierunt, cum perculſi timore apoſtolis dixerunt: Quid faciemus uiri fratres? indicate nobis. Quibus beatus Petrus: Pœnitentiam, inquit, agite, Actu. 2. & baptizetur unuſquiſq́ꝫ ueſtrum in remiſſionẽ peccatorũ. Sic enim ante ſecula decreuerat, ut morte ſua illum qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum, deſtrueret: ipſosq́ꝫ mortis ſuę miniſtros mortuus ſibi ſubiugaret. Quorirca nos inſigni mortis triumphatori gratias digniſſima exultatione ſoluamus, illum diebus & noctibus laudum prœconiis extollamus, pręcipue miſericordiam illius imploremus: quatenus nos ita ſuis per omnia faciat obedire mandatis, q̃ nullo in nobis regnante peccato, ipſi mẽte & deſiderio adhærere, atq́ꝫ ad gaudiũ beatæ uiſionis mereamur feliciter peruenire.

DE EADEM VI. FERIA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

IN magnis laudibus Mariæ ſcripſit hęc Euangeliſta, quæ dominum ungere eiusq́ꝫ pedes tangere meruit. Beatæ illæ animæ, quæ ad ſimilitudinem huius Mariæ, cum aromatibus, cum unguento, & bono odore ad Dominum accedunt. Hęc eſt illa quæ in Canticis canticorum loquitur, dicens: Cum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum. Tres mortuos Dominum ſuſcitaſſe legimus: Filiam ſcilicet principis ſynagogę, in domo: Filium mulieris uiduæ, extra portam ciuitatis: & hũc Lazarum, in ſepulchro quatriduanũ. Per hos enim tres mortuos, tria mortis genera ſignificantur. Moritur enim homo praua & illicita cogitando, moritur male operãdo, moritur in peccatis perſeuerando. Cogitas aliquid agere quod non licet, mortua eſt anima tua, ſed in domo adhuc & in occulto iacet mortua, quia latet peccatũ & nondum diuulgatum eſt. Si uero cogitationem ad effectum perducas, non ſolum mortua eſt, ſed iam etiam extra ciuitatis portã elata, & per peccatũ ab Eccleſia ſeparata, & perditione proxima eſt. At uero ille qui peccatũ aliquod magnum cõmiſit, & multo tempore in eo perſeuerat, non ſolũ mortuus eſt, & ſepultus, uerumetiam iam fœtet, quia eius turpiſsimam famam circunquaq́ꝫ audire abhorret. Omnes tamen hos ſuſcitat Ieſus, ſi à peccato ceſſent, & ex corde pœniteant, & pro eis parentes & ſorores, & mater uidua deprecetur. Vnde ſcriptum eſt, Confitemini alterutrum peccata ueſtra, & orate pro inuicem, ut ſaluemini. Multũ enim ualet deprecatio iuſti aſſidua. Sed quid per quatuor dies, quibus Lazarus in ſepulchro mortuus iacuit, niſi quatuor ætates intelligimus? Quatuor enim ætatibus, quaſi quatuor diebus fœtens, in peccati ſepulchro mortuus iacet ille qui in pueritia, & adoleſcentia, in iuuentute, & ſenectute, in malo quod cœperat perſeuerat. Infantia enim, quia ignorantię plena eſt, his diebus nõ annumeratur. Conſidera igitur quanta ſit benignitas Saluatoris noſtri, qui poſt tantam perſeuerantiam in malo, putidum & fœtentem reſuſcitare non dedignatur. *Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce, quem amas infirmatur.* Audis igitur quia dominus amat peccatores, peccatores utiq́ꝫ iã pœnitẽtes. Tales enim ſignificat Lazarus, de qualibus ipſe dñs ait: Gaudeo magis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra nonaginta nouem iuſtos, qui non indigent pœnitentia. *Audiens autẽ Ieſus, dixit eis: infirmitas hæc nõ eſt ad mortem, ſed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam.* Non ideo, inquit, moritur Lazarus, ut in morte maneat, ſed ut pro gloria Dei à mortuis reſurgat. *Diligebat Ieſus Martham & ſororem eius Mariam, & Lazarum.* Diligit enim dominus & actiuam uitam, & contemplatiuam, & peccatores ad pœnitentiam conuerſos. De his autem alias diſputabitur. *Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus: Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis, Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Reſpondit Ieſus, Nonne duodecim horæ ſunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet: ſi autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo.* Quid eſt (inquit) quod dicitis? me ſequimini, poſt me uenite, ego ſum lux mũdi: ego ſum dies, uos horæ. Nonne duodecim ſunt horæ diei? Ideo ego uos duodecim elegi, quia duodecim ſunt horæ diei. Quia igitur horæ eſtis, diem ſequimini: hoc enim horarum proprium eſt. Si quis autem hũc diem ſequitur, ſi quis in eo ambulauerit, ſi quis mihi crediderit, nõ offendet. Quare? Quia lucem huius mundi uidet. Ego ſum lux mundi. Si uero in nocte ambulauerit, ſi errorem & tenebrarum principem ſequutus fuerit, (hoc eſt enim in nocte ambulare) offendet & cadet. Quare? quia lux nõ eſt in eo, quia erroris tenebræ obcæcauerunt oculos eius. *Hoc ait, & poſt dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado ut a ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius, Domine ſi dormit, ſaluus erit.* Aſſolet infirmis ſomnus ſignum eſſe ſalutis. *Dixerat autem* (ait Euangeliſta) *Ieſus de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret.* Et tale erat ac ſi diceret, dormit Lazarus, ſed mihi: alijs autem mortuus eſt, facilius ego eum de morte reſuſcitare poſſum, quam aliquis homo eum de ſomno excitare ualeat. Vado igitur ut à ſomno excitem eum. *Tunc ergo dixit Ieſus manifeſte: Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter uos, ut credatis, quoniã non eram ibi. Sed eamus ad eum.* Gaudeo (inquit) quoniam non eram ibi. Si enim Ieſus ibi eſſet, ille mortuus non eſſet. Vbi enim eſt uita, mors eſſe non poteſt. Ego (inquit Dominus) ſum reſurrectio & uita. Gaudeo, inquit, ſed propter uos. Quare propter uos? ut credatis, ut illius reſurrectiõe fides ueſtra roboretur, cuius mortem ego abſens uobis annũcio. *Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad condiſcipulos, Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Hoc enim dixit Thomas, quia tanto odio aduerſus Ieſum & diſcipulos eius Iudæos inflãmatos eſſe ſciebat, ut nihil niſi mortẽ & pœnã ab eis expectaret. *Venit itaq́ꝫ, & inuenit eũ quatuor dies iam in monumento habentem.* Quid quatuor dies ſignificent, ſuperius diximus. *Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymã quaſi ſtadijs quindecim. Multi autem Iudæorum ue-*

neràt

nerant ad Martham & Mariam, ut conſolarētur eas de fratre ſuo. Martha ergo ut audiuit quia Ieſus uenit, occurrit illi: Maria autem ſedebat domi. Quare autē ubique Martha ſolicita ſit, & Maria quieta, illi ſciunt, qui per eas actiuam & cōtemplatiuam uitam ſignificari intelligunt. *Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, ſi hic fuiſſes, frater meus non fuiſſet mortuus.* Quomodo enim mori poſſet, ſi ibi uita fuiſſet? de ſe enim Dominus ait: Ego ſum uia, ueritas, & uita. *Sed & nunc ſcio quia quæcunque popoſceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. At illa. Scio, inquit, quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die.* De illa reſurrectione certa ſum: hunc autem te facere poſſe non dubito: ſed utrum facias, certa non ſum. *Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & uita.* per me reſurgunt & uiuunt, quicunque uiuunt & reſurgunt. *Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, uiuet.* Qui igitur non credit, nō uiuet, uiuet autem, ſed in pœnis. Talis autem uita, mors eſt potius dicenda quam uita. Vera enim uita mortis amaritudinem nō habet. Qui igitur credit in Chriſtum, quamuis temporaliter moriatur, uiuet tamē in æternum. Similiter autem ille qui uiuit, & credit in eum (credere enim uiuere eſt, quia uita animæ fides eſt) nunquam moritur *Credis hoc? Ait illi, Vtiq; Domine: ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei, qui in hūc mūdū ueniſti. Et cū hæc dixiſſet, abijt, & uocauit Mariam ſororem ſuam ſilētio, dicens: Magiſter adeſt & uocat te. Illa ut audiuit, ſurrexit cito, & uenit ad eū. Nondum enim uenerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi igitur qui erant cum ea & conſolabantur eam, cum uidiſſent Mariā quia cito ſurrexit, & exijt, ſequuti ſunt eā, dicentes, quia uadit ad monumentū ut ploret ibi. Maria igitur cum ueniſſet ubi erat Ieſus, uidens eum cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus.* Ambę ſorores idē dicūt, idē intelligunt, & ueram uitā Chriſtū eſſe credunt, quo præſente & uolēte nemo moritur. *Ieſus ergo uidēs eam plorantem, & Iudæos qui uenerāt cum ea plorantes, infremuit ſpū, & turbauit ſeipſum.* Nō aliūde turbatus eſt, ſed ipſe turbauit ſeipſum, & magnū aliqd ſignificauit nobis p hoc ipſum. Iſte em̄ fremitus & hęc turbatio nos docet qd nos quoq; in tali re agere debeamus; qñ uel pro nobis ipſis, uel p alijs in peccatis turpiter degentibus & fœtentibus deū oramus. Nos enim (ait Apoſtolus) qd oremus neſcimus, ſed ſpūſſnnctus orat p nobis gemitibus inenarrabilibus. Vnde & Pſalmiſta: Sacrificiū deo ſpūs contribulatus, cor cōtritū & humiliatū deus nō ſpnit. *Et dixit Ieſus: Vbi poſuiſtis eū?* Sic em̄ & primo homini a deo dicit, Adā ubi es? Quod quidē tale fuit, ac ſi diceret: Cōſidera modo de quāta gloria in quantā miſeriam deuolutus es. Et taliter qdem illi ponunt, qui per Lazarū ſignificātur. Sed à qbus ponuntur, niſi à mulieribus? Mulierū nanq; cōſilio fnctū eſt, ut omnis homo moriatur, & in ſepulchro ponat. *Et lachrymatus eſt Ieſus.* Lachrymemur igit & nos p oībus illis qs in fœtore uitiorum iacere ſentimus, ſi forte nr̄is lachrymis dñs eos reſuſcitare dignetur. *Dixerūt ergo Iudæi: Ecce quō amabat eū. Quidā autē dixerūt ex ipſis, nō poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere ut & hic nō moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, uenit ad monumētū. Erat aūt ſpelūca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus, Tollite lapidem.* Non em̄ poſſunt reſurgere q lapide pmunt & claudunt. Lapis iſte litera legis eſt, qnia in lapide ſcripta data eſt: litera enim occidit, ſpūs aūt uiuificat. *Dixit ei Martha ſoror eius qui fuerat mortuus: Domine iā fœtet, quatriduanus enim eſt.* Quid eſt enim fœtor & qd dies qtuor ſignificēt, ſupius diximus. *Dicit ei Ieſus, Nōne dixi tibi, quia ſi credideris, uidebis gloriā dei? Tulerūt ergo lapidē. Ieſus aūt ſurſum eleuatis oculis, dixit, Pater gratias ago tibi quoniā audiſti me, ego aūt ſciebā quia ſemper me audis.* Ieſus enim ſecundū eam partē qua homo eſt fremuit, turbatur, lachrymat, orat, exaudit, & gratias agit. Hęc aūt qre dixerit, quare orauerit & gratias egerit, mox reddidit cauſam dicēs: *Propter populū qui circūſtat dixi, ut credāt quia tu me miſiſti.* Hinc eſt enim qd alibi ait: Ego à meipſo nō ueni, ſed pater meus miſit me. Hęc cū dixiſſet, uoce magna clamauit. Qui magno ſomno grauatur, magna uoce excitādus eſt. Magno em̄ ſomno grauatur, q in peccato ſepultus, neq; in pueritia, neq; in adoleſcētia, neq; in iuuētute, neq; in ſenectute excitat. Hoc enim ſignificāt illi quatuor dies, qbus Lazarus iā fœtēs iacuit in ſepulchro. *Et ſtatim prodijt qui erat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis: & facies illius ſudario erat ligata.* Nulla deſpationi dat occaſio, cū Lazarus fœtēs & qtriduanus à mortuis reſurgat. Et ualde qdē mirabile, nō ſolū qa mortuus reſurrexit, uerūetiā qa pedibus manibusq; ligatus, foras pceſſit. Et hoc fortaſſe ſignificatio eſt, ut intelligamus qa peccator qcunq; hora cōuerſus fuerit & ingemuerit, uita uiuet & nō morietur. Ligatus tamē adhuc eſſe uidetur, donec ab epiſcopis ſolutus, Eccleſiæ ſacramētis recōcilietur. Iſte enim talis, quāuis foris ligatus appareat, intus tn̄ ligatus nō eſt: quia peccatorū uinculis ſolutus, iā deo per pœnitentiā iunctus eſt. Vnde & Lazarus ac ſi penitus ligatus non eſſet, de ſepulchro liber exiuit. Quē tn̄ dñs ſoluere iuſſit, quatenus & nos eos oſtēdamus eſſe ſolutos, q audita uoce Euāgelij, in anima per pœnitentiā ſuſcitari meruerūt. *Multi ergo ex Iudæis qui uenerāt ad Mariā & Martham, & uiderant quæ fecit Ieſus, crediderūt in eū. Quidam autem ex his abierunt ad Phariſæos, & dixerūt eis quæ fecit Ieſus.* Hoc autem utrum eius gloriā pdicādo, an eū accuſando dixerint, dubitari poteſt.

SABBATO,

Iohannis VIII.

¶ In illo tēpore, Dicebat Ieſus turbis Iudæorū: Ego ſum lux mūdi. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumē uitæ. Et reliq. Homilia lectionis eiuſdem.

POſtquā dñs & redemptor noſter mulierem in adulterio deprehenſam, à ſæuitia Iudæorum ſe lapidare uolentiū eripuit, & a reatu adulterij miſericordiſſime abſoluit: ne alicui fortaſſis in dubium ueniret, utrum nam is quem uerum hominem putabāt, poſſet peccata dimittere, dignatur apertiſſime quis ſit, ex diuinitatis potentia demōſtrare. Ait enim: ¶ *Ego ſum lux mundi.* Lux quippe erat incomprehenſibilis, & incircunſcripta diuinitas, quæ ſub uelamine aſſumptæ carnis latebat, cuius autoritate huic mulieri & cuicunq; uolebat, peccata dimittebat. Hæc eſt illa uera lux, quę illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, dei uidelicet ſapientia, quæ de illo lumine æterno & indeſinenti proceſſit. Cuius ſplēdorem humana fragilitas aliter ſufferre nō potuiſſet, niſi ſe illa ſicuti nube carnis circūdediſſet p quam ueluti per dulciſſimum ſpeculū diuini huius luminis claritatem humanis mētibus innoteſceret. Ergo pur- Iohan a

ganda eſt interioris hoīs acies, & ab omni ultio-
rum labe quaſi humore noxio immunis cuſtodien-
da, ut ueri huius luminis aſpectu digna reddatur.
¶ *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habe-*
bebit lumen uitæ. Ac ſi uerbis aliis manifeſtius dice-
ret: Qui in pſenti meis iuſsis obſeqtur, & mea in-
quantū ſufficit exēpla imitatur, in futuro nō time
bit tenebras æternæ dānationis, ſed lumine uitæ
æternę perfruetur, ubi ſublato metu mortis, de ſo
la dabitur perennitate gaudere. Hę ſunt metuen-
dæ tenebrę omni nocte tetriores: nec oculis exte
rioribus qbus alba & nigra uidemus, ſed interio-
ribus qbus iuſta & iniuſta diſcernimus, qbus non
corporeas & uiſibiles formas aſpicimus, ſed uerita
tem intelligibiliter contēplamur. ¶ *Reſponderunt*
ei phariſæi: Tu de teipſo teſtimoniū perhibes: teſtimoni-
um tuū non eſt uerū. Sic iſta reſpondent, tanq̄ ſolus
ipſe teſtimonium perhiberet, atq; uerū non eſſet
eius teſtimoniū, cum cōſtet qa antequam ueniret
dñs, & per carnē uiſibilis appareret, multos teſtes
præmiſit, & quaſi lucernas ſpiritu prophetiæ ac-
cēdit, qui eius natiuitatē, paſsionem, reſurrectio-
nem & aſcenſionem prędixerūt. Ex quibus præci-
puus & magnus fuit Iohannes baptiſta, cuius ma-
gnitudinem ipſe ſaluator atteſtatur, dicens: Inter
Matt. 11. natos mulierū non ſurrexit maior &c. Et alibi idē
Iohan. 5 dñs eundē lucernā uocat, dicens: Ille erat lucerna
ardēs & lucens. Hic ergo teſtimoniū dño noſtro
Luc. 3 Ieſu Chriſto phibuit, dicēs: Ego uos baptizo, ſed
qui poſt me uenit, fortior me eſt, cuius nō ſum di-
gnus corrigiā calceamēti ſoluere. ſed Iudęi iſta nō
attendētes, & horū facti immemores, quaſi ſolus
ſibi teſtimoniū daret, dicebant: Tu de teipſo teſti-
moniū perhibes: teſtimoniū tuū non eſt uerū. Sed
audiamus qd eis dñs reſponderit. ¶ *Et ſi ego teſti-*
moniū perhibeo de meipſo, teſtimonium meum eſt uerū,
quia ſcio unde ueni, & quo uado. Quibus uerbis ſe ſi-
mul & deum patrem oſtendit, cui omnem gloriā
dabat unigenitus Dei filius. Si, inquit, ego perhi-
beo teſtimonium de me, uerum eſt meum teſtimo
niū, quod patris teſtimonio confirmat. Scio enim
unde ueni, quia ab eo miſſus ſum: & quo uado, qa
pacto myſterio meę incarnationis reuertar ad pa
trem. Nō aūt quādo ad nos uenit, patrē deſeruit:
nec rurſum qñ ad patrē rediit, terras. Neq; enim
tale lumē eſt Chriſtus, q̄d locis tēporibusq; com-
prehēdatur, ſicut ſol iſte corporeus, qui nō poteſt
accedere ad occidentē, niſi recedat ab oriente. Nō
ita de illo uero lumine, q̄d eſt Chriſtus, ſentiendū
eſt, quod ubiq; totum eſt, quod ubiq; ineffabiliter
Iohan. 1. lucet. Ipſe enim alibi dicit: Deum nemo uidit unq̄.
Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarra
uit. In terris loquebatur, & apud patrem ſe eſſe di
cebat, ſed p aſcenſionē iam receſſurus de mundo,
Matt. 28 promiſit fidelibus, dicens: Ecce ego uobiſcum ſum
omnibus diebus uſque ad conſummationem ſecu-
li. Verum igitur erat teſtimonium quod de ſe per
hibebat, quia à patre miſſus, eius teſtimonium ha-
bebat: atq; hoc impleto, eo unde uenerat, redibat.
¶ *Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico quen*
quam. Hoc de primo eius aduentu accipi debet.
Duo enim ſunt domini aduentus. Primus miſeri-
cordiæ, ſecundus iudicii: ille peractus eſt, iſte in fi
ne ſeculi futurus eſt. Si eīm primo dñs iudicare ue-
niſſet, omnes puniendos reperiſſet. Prius ergo prę
roganda erat miſericordia, poſt iudicium exercen
Pſal. 100 dum. Quia & Pſalmiſta dixit: Miſericordiam & iu
dicium cantabo tibi domine. prius miſericordiā,
poſt iudicium ſe dixit domino cantaturū. Per hāc
miſericordiā factus eſt pro hominibus homo, op-
pbria, irriſiones, ſputa, flagella, & poſtremo ipſam
crucē ſuſtinuit, ut hominem perditū ſaluaret. De
hoc ergo primo ſuo aduentu, quo miſericorditer
uenerat genus humanum redimere, ait: ¶ *Ego non*
iudico quenquam. Nā de ſecūdo, quo iudex uenturus
eſt, ſubiungit: ¶ *Et ſi iudico ego, iudicium meum uerū*
eſt. Vnde autem uerum eſſet iudicium eius, aperit
cum ſubdit: Quia ſolus non ſum: ſed ego, & qui mi
ſit me pater, id eſt, incarnari me conſtituit. Miſſio
enim iſta, incarnatio eſt. Miſſus ergo à patre filius
fuerat, ſed à patre non receſſerat. In mundum nā-
que uenit per humanitatem, ſed māſit cum patre
per coęternam illius diuinitatem. Inde ergo uerū
erat iudiciū eius, qa ipſe uerus erat dei filius. ¶ *Et*
in lege, inquit, ueſtra ſcriptum eſt: Quia duorum homi-
num teſtimonium uerum eſt. In lege ueſtra, ingt, ſcri- Deut. 17
ptum eſt: in lege quæ uobis data eſt. Sic quotidie
dicimus orātes, Panē noſtrum, id eſt, quem nobis
dari expoſcimus. Quærēdum uero, quomodo duo
rum hominum teſtimoniū uerum ſit: nunquid illi
duo falſi teſtes non fuerunt, qui in paſſione Do-
mini falſum teſtimoniū protulerunt? Aut nūquid
illi duo presbyteri etiā falſi teſtes non fuerūt, qui
in ipſo libro Danielis contra Suſannā caſtiſſimam,
falſi criminis teſtimoniū tulerunt? Sed hoc modo Dan. 13
cum in lege diceretur, In ore duorum uel triū ſta-
bit omne uerbum: trinitatis cōmendatum eſt my-
ſterium, quæ etiā Suſannę caſtitati intus in cōſciē-
tia ſuo teſtimonio ſuffragabatur, cū à duobus preſ
byteris falſo accuſabatur. Et eſt ſenſus: Si duorum
hominū teſtimonium uerum eſſe ueſtra lex appro-
bat, qui nonnunq̄ falſum dicere poſſunt, etſi nō ſtu
dio mentiēdi, tamē errore decepti, dum putāt ue-
ra eſſe quę falſa ſunt. Si ergo horum teſtimonium
improbare uel reiicere nō audetis, qua ratione me
um, & dei patris, & ſpiritusſancti teſtimonium, q̄d
ſumma ueritate ſtabilitum eſt, uerum nō eſſe dice-
re pręſumitis? Accipite potius noſtrum teſtimoni
um, ne ſentiatis iudicium. ¶ *Ego ſum qui teſtimoni-*
um perhibeo de meipſo. Ipſe de ſeipſo teſtimonium
perhibet, nec requirit alium teſtem, quā ſeipſum,
quia omnia nouit etiam antequā fiant, & quicqd
ex quo fonte pcedat, euidentiſſime cōſiderat. Oīa
enim nuda & aperta ſunt oculis eius, nec ab aliquo
reqrit qualis ſit uita ſingulorum, q iudex eſt omni
um hoīm, quiq; reddet unicuiq; ſecundum opera
ſua. Sequitur: ¶ *Et teſtimonium perhibet de me, qui*
miſit me pater. Non ſolus, inquit, de me teſtimoni-
um perhibeo, qa pater qui miſit me, ipſe teſtimo-
nium reddit mihi. Sed Iudæi uerba Chriſti carna-
liter accipientes, patrē Chriſti carnaliter intelle-
xerūt, ideoq; dixerūt: ¶ *Vbi eſt pater tuus?* Videbāt
nanq; in aperto hoīem, ſed non intelligebāt in oc
culto deum. Vbi, inquiunt, eſt pater tuus? Audiui-
mus, aiunt, te dicentē, quia non eſſes ſolus, ſed qui
te miſit pater, tecum eſſet, te autem ſolū uidemus,
patrem tecum uidere non poſſumus. Oſtende er-
go nobis patrem tuum. *Et dominus: Neq; me ſcitis ne*
que patrem. Ac ſi diceret: Si uultis ut patrem uobis
oſtendā, quaſi me iam ſciretis, ſed adhuc neq; me
ſcitis, neq; patrem meū. Nā quia me ignoratis, ide-
circo meū patrē ſcire nō poteſtis. Prius eſt ut me
cognoſcatis, & tunc ad patris mei notitiā puenire
poteritis. ¶ *Si enim me ſciretis, forſitan & patrē meū*
ſciretis. Vna eſt enim cognitio patris & filii, quorū
una eſt ſubſtātia, nec alter ſine altero cognoſci po
teſt.

teſt. Nouerant igitur Chriſtũ ſecundũ carnẽ, ſecũ
Iohan. 7 dum ꝗ alibi de eis dixit: Et me ſcitis, & unde ſim
ſcitis, ſed ignorabãt eius diuinitatẽ. Dicit aũt for-
ſan, nõ dubitãdo, ſed infidelitatẽ increpãdo. Hoc
enim aduerbium cũ ab homine dicitur, dubitatio-
nẽ ſignificat: cũ à deo, cui nihil occultũ eſſe poteſt,
increpationẽ. Nam & Apoſtolus cũ diceret: Puto
1. Co. 7. q̄a ſpiritum dei habeo, non ſe ſpiritũ dei habere
dubitabat, ſed dubitantes & incredulos arguebat.
Cũ ergo dicit: Si me ſciretis, forſitã & patrẽ meũ
ſciretis, increpat infideles q̄ neſciebãt unã eſſe co-
gnitionẽ patris & filij, nec ab altero poſſe cogno-
ſci. Hinc alibi dicit Philippo poſcẽti, ut eis oſtẽde-
ret patrẽ: Qui me uidet, uidet & patrẽ meũ: Quia
Iohã. 14 enim unũ ſunt pater & filius, idcirco una eſt cogni-
tio, una ſciẽtia. ¶ *Hæc uerba locutus eſt Ieſus in gazo-
phylacio docens in tẽplo.* Gazophylacium locus erat
in templo, ubi theſauri recondebantur. Gaza q̄p-
pe lingua Perſica diuitię, phylaſſo gręce dicit̃ ſer-
uo. Gazophylaciũ ergo cõpoſito noĩe uocatur, q̊d
diuitię ibi ſeruarentur. Magna porro conſtantia,
ingens fiducia loquẽtis dñi demonſtratur, qui in
ipſis tẽpli penetralibus corã ſcribis & phariſęis ini-
micis ſuis, diuinitatis ſuę uerba imperterritus loq̄ba-
tur. Myſtice uero gazophylacia myſteria deſi-
gnãt ſcripturarũ quę tẽplo adhęrebant. Chriſtus
nanq; tẽplũ, cui oĩa legis & ꝓphetarũ adhærebãt
myſteria, & ad eũ ptinent, atq; nõ niſi in eo implẽ-
da erãt. Hęc Gazophylacis ſpũalia, poſt eius reſur-
rectionẽ aperiẽda erãt, ipſo apoſtolis intelligẽda
tribuente, & cuncta in ſe impleta monſtrante. Vn-
de euangeliſta dicit, quia reſurgẽs à mortuis, illis
Luc. 24. apuit ſenſum, ut intelligerent oĩa quæ de ipſo ſcri-
pta ſunt. Sed tunc dñs in Gazophylacio locutus
eſt, q̄a ipſis Iudæis in parabolis nõ intelligẽtibus
& non credentibus loquebatur ¶ *Et nemo appre-
hendit eũ, quia nondum uenerat hora eius.* hora uide-
licet uoluntatis & diſpoſitionis ipſius. Sicut enim
uoluntate natus, ſic & uolũtate paſſus eſt. Quiq; ſi
uoluiſſet, nunq̄ pateretur, ſi non pateretur, nunq̄
genus humanũ redimeretur: ſi non redimeretur,
nullus hoĩm ſaluaret̃. Ad hoc ergo deus homo fa-
ctus eſt, ut ex infirmitate humanitatis redimeret,
q̃s ex diuinitatis potẽtia creauit. Vnus ergo idẽq;
filius dei & filius hominis, deus & dñs noſter Ie-
ſus Chriſtus, nõ cõfuſus, nec uerbo diuiſus, perfe-
ctus deus & perfectus homo, cuius beneficijs ęter-
nis ſit ſempiterna gratiarumactio. Qui cũ patre
& ſpirituſancto uiuit & regnat.

EODEM DIE HOMILIA D.
Euſebij Emiſſeni.

EGo, inquit, ſum lux mũdi: ego ſum illa lux quę
illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc
mundũ: ego ſum illa lux, quę ſoli ſplẽdorem,
oculis uiſum, & mẽti tribuit intellectũ: per me ſol
ſplendet, oculi uidẽt, & anima intelligit. Ego igi-
tur ſum uera lux, per quẽ illuminãtur cũcta, & ſine
quo tenebreſcũt oĩa: hac luce illuminãtur cęci, re-
ſurgũt mortui, & ad uidendũ deum mẽtis oculi a-
periuntur. Merito itaq; hac luce abeunte, tenebrę
factę ſunt in uniuerſa terra. *Qui ſequitur me nõ am-
bulat in tenebris.* In q̄bus tenebris? Sunt enim tene-
bræ noctis, ſunt & tenebrę ignorantiæ & erroris.
Si eñ de noctis tñbris intelligamus, nemo in no-
cte ſeq̄tur lucẽ. Qui uero hanc lucẽ non ſeq̄tur, nõ
eſt Chriſtianus. Nunquid igitur in nocte Chriſtia-
ni non ſumus, quia in nocte ambulamus in tñbris,
& nemo qui Chriſtũ ſequitur ambulat in tñbris?
Non eſt igitur hoc intelligendum de tenebris no-
ctis, ſed potius de tenebris ignorantiæ & erroris.
Chriſtus enim & ſapientia & ueritas eſt. Vbi au-
tem ſapientia & ueritas, ibi error & ignorantia
eſſe non poteſt. Non ambulat igitur in tenebris i-
gnorantiæ & erroris, qui Chriſtum ſequitur. In
his aũt tñbris totus mũdus ſedebat, q̄n lux mũdi
Chriſtus apparuit. Vnde ſcriptũ eſt: Populus q̄ ſe-
debat in tñbris, uidit lucẽ magnã. Dicat igit ſalua-
tor noſter. *Qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris, ſed
habebit lumen uitæ.* Sequi aũt, imitari eſt: at uero lu-
men uitę, quod uitam pręſtat æternam. Per quod
nimirum doctrinam & agnitionem ueritatis in-
telligimus. *Dixerunt ergo ei Phariſæi: Tu de teipſo te-
ſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt uerum.*
Miſeri Phariſęi, qui teſtimonium ueritatis uerum
non eſſe dicunt. Veritas enim mentiri nõ poteſt.
Sed fortaſſe hoc ideo dicebant, quia ſcriptum eſt:
Laudet te os alienũ, & non tuũ. Non enim ad lau-
dẽ ſui, neq; ꝓ uana gloria talia dominus loqueba-
tur, ſed ut eos inſtrueret q̄ credere debuiſſent. Vn-
de & ipſe ait: Si ego glorifico meipſum, gloria mea
nihil eſt. Sequitur: *Et ſi ego teſtimonium perhibeo de
meipſo, uerum eſt teſtimonium meum.* Vnde hoc? Quia
ſcio unde uenio, & quo uado. Mirabilis argumen-
tatio. Ideo ergo uerum eſt teſtimonium tuũ dñe,
quia ſcis unde uenis & quo uadis. Dic ergo nobis
unde uenis & quo uadis. *Exiui* (inquit) *a patre, &
ueni in mundum. iterũ relinquo mundum, & uado ad pa-
trem.* Si enim à patre exiſti, & ad patrẽ uadis, filius
dei es: Si filius dei es, mentiri nõ potes. Verum eſt
igitur teſtimonium tuum, quia ſcis unde uenis &
quo uadis, id eſt, quia filius Dei es. *Vos autẽ neſcitis
unde uenio & quo uado.* Quare neſcitis? Quia non
creditis me eſſe filium dei. Illi enim ſoli hoc ſciũt,
qui dei filium me eſſe credunt. Scimus igitur nos
quod à patre exiuit, & ad patrẽ uadit: qualiter ta-
men à patre exiuit, & qualiter ad patrẽ iuit, neſci-
mus. Quomodo enim uadit uel uenit q̄ ubiq; eſt?
Qui enim uadit illuc uadit ubi nõ eſt: aut quomo-
do exijt à patre & redit ad patrem, qui ſemper eſt
in patre, & in quo ſemper eſt pater? hoc enim ipſe
ait: Ego ſum in patre, & pater in me eſt. *Vos ſecun-
dum carnẽ iudicatis: ego nõ iudico quenquam.* Quid eſt
ergo quod alibi dicit: Pater non iudicat quenquã,
ſed omne iudicium dedit filio? ſic filius quoq; non
iudicat quenquã. Iudicat igitur filius, ſed nõ ſicut
Phariſæi: non ſecundum carnẽ. Vnde & ſubditur:
*Et ſi ego iudico, iudicium meum uerum eſt, quia ſolus nõ
ſum, ſed ego & qui miſit me pater.* Eadem argumẽta-
tione iudicium ſuum uerum eſſe ꝓbat, q̃ teſtimoni-
um ſuum eſſe probauit: uidelicet q̄a Dei filius eſt.
Ideo (inquit) uerum eſt iudicium meum, q̄a ſolus
nõ ſum, quia homo ſolummodo non ſum: omnis e-
nim homo mendax, ſed deus & homo ſum, & cum
patre ſimul unum idemq; ſum, quanuis in perſona
alius ſum. *Et in lege ueſtra ſcriptum eſt, quia duorũ ho-
minum teſtimonium uerum eſt.* Alioquin iniuſte dam-
nati ſunt illi duo ſenes, q̃s Daniel occidere iuſſit.
Quid igitur? Mentitur lex, quæ duorum hominũ
teſtimoniũ eſſe dicit? Abſit. Si enim tales fuerint
teſtes, quales leges & canones quærunt, duorum
hominum teſtimoniũ uerum eſt. Quod ſi ſpiritua-
liter intelligatur, per duos hoĩes duorũ teſtamẽto-
rũ uiri catholici figurãtur, quorum utiq; teſtimo-
niũ uerum eſt. Si uero duorũ hominum uerum eſt,
q̃s cõtradicere audeat, q̊d pater teſtatur & filius?
Hoc eſt enim q̊d ait. *Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo*

re permiſſus,ut in eccleſię principe remedium pœ
nitentiæ conderetur, & nemo auderet de ſua uir
tute confidere, quando mutabilitatis periculũ nec
B.Petrus potuiſſet euadere. Dñs aũt Ieſus qui in
tra pontificale concilium ſolo corpore tenebatur,
trepidationẽ diſcipuli foris poſiti diuino uidit in
tuitu,& pauẽtis animum mox ut reſpexit,erexit,
& in fletus pœnitudinis incitauit.Felices,ſancte
apoſtole,lachrymę tuę,quę ad diluendã culpã ne
gatiõis,uirtutẽ ſacri habuere baptiſmatis. Affuit
enim dextera dñi Ieſu,quę labentẽ te prius q̃ de
ijceretis exciperet, & qua firmitatẽ ſtandi in ipſo
cadẽdi periculo recepiſti. Vidit in te dominus nõ
fidem fictam, non dilectionẽ auerſam, ſed conſtã
tiam fuiſſe turbatam. Abundauit fletus, ubi nõ de
fecit affectus,& fons charitatis lauit uerba formi
dinis:nec tardũ eſt remediom abolitionis, ubi nõ
fuit iudicium uoluntatis.Cito itaq; in ſoliditatem
ſuam redijt petra, tãtam recipiens fortitudinem,
ut quod tunc in Chriſti expauerat paſſione,in ſuo
poſt ſupplicio non timeret. Tu aotem.

DE EADEM DOMINI
ca, Iohannis VIII.

¶ In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iu-
dæorum & principibus ſacerdotum: Quis
ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatẽ
dico,quare non creditis mihi? Et reliqua.
Homilia beati Gregorij papæ.



PENſate fratres cha
riſſimi manſuetudi
nem Dei. Relaxare
peccata uenerat, & dice
bat: ¶ *Quis ex uobis argu
et me de peccato?* Non dedi
gnatᷣ ex ratione oñdere ſe
peccatorẽ nõ eſſe,q ex uir
tute diuinitatis poterat
peccatores iuſtificare. Sed
terribile eſt ualde quod ſe
quitur. ¶ *Qui ex Deo eſt,
uerba dei audit: propterea uos non auditis, quia ex deo
non eſtis.* Si enim ipſe uerba Dei audit qui ex Deo
eſt, & audire uerba dei non poteſt quiſquis ex il
lo non eſt, interroget ſe unuſquiſque ſi uerba Dei
in aure cordis percipit,& intelliget onde ſit. Cœ
leſtem patriam deſiderare ueritas iubet,carnis de
ſideria cõteri, mundi gloriã decliuare,aliena non
appeti *apperere,ꝓpria largiri. Pẽſet ergo apud ſe unuſ
quiſq; ueſtrũ, ſi hęc uox dei in cordis eius aure cõ
ualuit,& ſi iam ex deo ſit,agnoſcit. Nam ſunt nõ
nulli,q pręcepta dei nec aure corporis ꝑcipere di
gnantur. Et ſunt nonnulli,qui hęc quidẽ corporis
aure percipiũt,ſed nullo ea mẽtis deſiderio cõple
ctuntur. Et ſunt nonnulli,q libẽter uerba dei ſuſci
piũt,ita ut etiã in fletibus cõpungantᷣ,ſed poſt la
chrymarum tempus ad iniquitatem redeũt: hi ꝓ
fecto uerba dei nõ audiunt,q hęc exercere in ope
re contemnũt. Vitam ergo ueſtram fratres chariſ
ſimi ante mentis oculos reuocate,& alta cõſidera
tione pertimeſcite hoc q̃d ex ore ueritatis ſonat,
Propterea uos non auditis,qa ex deo nõ eſtis. Sed
hoc q̃d de reꝓbis ueritas loquitᷣ,ipſi hoc de ſemet
ipſis reprobi ſuis operibus oſtendunt. Nam ſequi
tur: ¶ *Reſponderunt ergo Iudæi,& dixerunt ei: Nonne
bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium
habes?* Accepta autem tanta contumelia,quid dñs
reſponderat, audiamus: ¶ *Ego dæmonium non ha
beo, ſed honorifico patrem meum, & uos inhonoraſtis
me.* Quia enim Samaritanus interpretatur cuſtos,
&ipſe ueraciter eſt cuſtos,de quo Pſal. ait: Niſi do Pſal. 26.
minus cuſtodierit ciuitatem,fruſtra uigilat qui cu Iſai. 21.
ſtodit eam. Et cui per Iſaiam dicitur, Cuſtos quid
de nocte,cuſtos quid de nocte? reſpondere domi
nus noluit,Samaritanus non ſum, ſed ego dæmo
nium non habeo. Duo quippe ei illata fuerant: u
num negauit,ſed alterum tacendo conſenſit. Cu
ſtos nanq; humani gñeris uenerat, & ſi Samarita
num ſe nõ eſſe diceret,eſſe ſe cuſtodẽ negaret. Sed
tacuit quod recognouit, & patiẽter repulit quod
dictum fallaciter, audiuit,dicens: Ego dæmoniũ
non habeo. In quibus uerbis quid aliud niſi ſuper
bia noſtra cõfunditur: quę ſi exagitata uel leuiter
fuerit, atrociores iniurias reddit,q̃ accepit,facit
mala q̃ poteſt,minatᷣ & quę facere nõ poteſt. Ecce
iniuriã ſuſcipiẽs deus nõ iraſcitur, nõ cõtumelio
ſa uerba reſpõdet. Qui ſi eiuſdẽ iſta dicentibus re
ſpondere uoluiſſet,dęmoniũ uos habetis, uerũ ꝓ
fecto diceret,quia niſi impleti dęmonio eſſent, tã
peruerſa de deo loqui non poſſent. Sed accepta in
iuria,etiam quod uerũ erat,dicere ueritas noluit,
ne non dixiſſe ueritatem,ſed prooocatus cõtume
liam reddidiſſe uideretur. Ex qua re quid nobis in
nuitur,niſi ut eo tempore quo à proximis & falſi
tate contumelias accepimus,eorum etiã uera ma
la taceamus,ne miniſteriũ iuſtę correptionis in ar
ma uertamus furoris? Sed quia q̃ſquis zelo dei uri
tur, ſæpe à prauis hominibus dehoneſtatur, in ſe
metipſo dñs nobis patientiæ præbuit exemplum,
qui ait: Sed honorifico patrem meum,& uos inho
noraſtis me. Sed quid nobis ad iſta faciendum ſit, han. 8
adhuc ſuo nos exemplo admonet, cum ſubiungit:
¶ *Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quærat
& iudicet.* Scimus certe quod ſcriptum eſt,quia pa
ter omne iudicium dedit filio ſuo,& tñ ecce idem
filius iniurias accipiens,gloriã ſuam non quęrit,il Ibidem.
latas cõtumelias patris iudicio reſeruat: ut nobis
ꝓfecto inſinuet,q̃ntũ nos eſſe patiẽtes debeamus,
dum ſe adhuc ulciſci non uult & ipſe qui iudicat.
Cum uero malorum peruerſitas creſcit, oon ſolũ
ꝑdicatio * frãgi oon debet,ſed etiã augeri. Quod minui
ſuo dñs exemplo nos admonet,qui poſtquam dæ
monium habere dictus eſt, prędicationis ſuę bene
ficia largius impendit, dicens: ¶ *Amen amen dico
uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem nõ ui
debit in æternum.* Sed ſicut bonis neceſſe eſt, ut me
liores etiam per contumelias exiſtant, ita ſemper
reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam accepta
uera prędicatione, iterum dicunt: ¶ *Nunc cognoui
mus, quia dæmonium habes.* Quia enim ęternę morti
inhæſerant,& eandem mortem cui inhęſerant nõ
uidebant, dum ſolam mortem carnis aſpicerẽt, in
ueritatis ſermone caligabant, dicentes: ¶ *Abrahã
mortuus eſt, & prophetæ: & tu dicis, ſi quis ſermonem
meum ſeruauerit, mortẽ nõ guſtabit in æternum.* Vnde
& ipſi ueritati eundem Abrahã & prophetas qua
ſi uenerantes prætulerunt. Sed aperta nobis ratio
ne oſtenditur, quia qui deum neſciunt, dei quoque
famulos falſo uenerãtur. Et notandum quod uidit
eos dñs aperta ſibi impugnatiõe reſiſtere,& tamẽ
eis ſe iterata nõ deſinit uoce ꝑdicare, dicẽs: ¶ *Abra
ham pater ueſter exultauit ut uideret diem meum, uidit
& gauiſus eſt.* Tunc quippe diem domini Abraham
uidit, cum in figura ſummæ trinitatis tres ange

uerba Dei audit: *& propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Si enim ex Deo omnia ſunt, quomodo iſti ex Deo nõ ſunt? Omnia enim ex Deo ſunt, quia ab eo creata ſunt. Vnde & de ſaluatore noſtro ſuperius dicitur. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Sũt igitur iſti ex Deo ſecundũ naturã, ſed nõ ex Deo ſecundũ malitiam: ſunt ex Deo ſcdm creationẽ, ſed nõ ſunt ex Deo ſecundũ corruptionẽ. Quicquid enim ex Deo eſt, bonũ eſt: & quicquid bonũ nõ eſt, à Deo non eſt. Sic igit̃ mali ex Deo ſunt & ex deo nõ ſunt. *Reſponderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Nonne benedicimus nos quia Samaritanus es tu & dæmoniũ habes?* Miſeri Iudæi, uos ipſi uerũ eſſe ꝓbatis id q̃d modo Dñs ait, q̃a ex Deo non eſtis. Si enim ex Deo eſſetis, hæc Dei filio non diceretis. Ideo eñ hęc dicitis, q̃a ex patre diabolo eſtis. *Reſpondit Ieſus: Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & uos inhonoraſtis me.* Vbique Dominus ad patientiæ & mãſuetudinis exemplum nos prouocat. Accepta iniuria non iraſcitur, neque conuitia conuitijs reddit, & dæmonium ſe non habere reſpondit, ſe tamen Samaritanum eſſe non negat. Si enim Samaritanum ſe eſſe negaſſet, ipſemet ſuis uerbis cõtradixiſſet, quia alibi ſeipſum Samaritanum uocat. Recordare illius euangelij ubi Samaritanus ſanat uulneratum hominem a latronibus, qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho. Et quia Samaritanus interpretatur cuſtos, merito Dominus Samaritanus uocatur. De quo ſcriptum eſt: Cuſtos quid de nocte? Et Pſalmiſta: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, in uanum uigilant qui cuſtodiunt eam. *Ego non quæro gloriam meã, eſt qui quærat & iudicet.* Non enim quærebat Dñs gloriã ſuã, qui de tanta ſublimitate ſe humiliãdo factus eſt opprobriũ hominũ, & abiectio plebis. *Sed eſt pater qui quærat & iudicet.* Quærebat eñ pater gloriã filij, ipſumq́ ſuper oĩa iudicabat, qñ dicebat: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui: ipſum audite. Hęc igit̃ gloria ſup oẽm gloriã eſt. Sequit̃ *Amẽ dico uobis, ſi quis ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortẽ nõ guſtabit in æternũ.* Quare (inquit) nõ creditis mihi? q̃re ſermonẽ nõ ſeruatis? *Amẽ amẽ dico uobis, ſi quis mihi crediderit, & ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortẽ non guſtabit in æternũ.* Quid eſt mortẽ non guſtabit? Mortis dolorẽ & amaritudinẽ nõ ſentiet: mortis utiq; non tẽporalis, ſed æternę. Quod eñ dixit in æternũ, tale fuit ac ſi diceret, Mortẽ non guſtabit æternã. *Dixerunt igitur Iudæi: Nũc cognouimus quia dæmoniũ habes. Abrahã mortuus eſt, & prophetæ, & tu dicis, Si quis ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortem nõ guſtabit in æternam. Nũquid tu maior es patre noſtro Abrahã, qui mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt, quẽ teipſum facis?* Ac ſi dicãt, Talis homo nunq̃ fuit qualis tu es, ſi uerũ eſt q̃d dicis, ſi uerũ eſt, ut illi nõ moriant̃, qui ſermonem tuũ ſeruabũt. Maior es tu quã Abrahã, & oĩbus ꝓphetis maior es tu. Illi enim mortui ſunt, tu uero non ſolum immortalis es, ſed hos etiã immortales facis, qui tibi credunt & obediunt. Nimium te exaltas, nimium te glorificas. *Reſpõdit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt, eſt pater meus qui glorificat me, quẽ uos dicitis, quia deus ueſter eſt, & non cognouiſtis eum. Ego autẽ noui eũ, & ſi dixero quia non noui eum, ero ſimilis uobis mendax. Sed ſcio eũ, & ſermonẽ eius ſeruo.* Sed dicet aliquis: Quomodo ipſe nõ glorificat ſeipſum, ſi pater glorificat ſeipſum, cũ idem ſit pater & ipſe? Ipſe enim dicit: Ego & pater unum ſumus. Si enim unũ ſunt, quẽ pater glorificat, & filius glorificat. Glorificat igitur & ipſe filius ſeipſum. Quid eſt ergo quod ait, Si ego glorifico meipſum gloria mea nihil eſt? Quia enim Saluator noſter & Deus & homo eſt, ſi ſecundum diuinitatẽ glorificat ſeipſum, magna eſt gloria eius. Magna quippe gloria eſt, paralyticos curare, cęcos illuminare, leproſos mundare, uentis imperare, ſuper mare ſiccis pedibus ambulare, & mortuos ſuſcitare. Sed omnis iſta gloria, diuinitatis eſt. Si uero ſecundum humanitatẽ glorificat ſeipſum, gloria eius nihil eſt. Glorificantur enim homines, non quia homines ſunt, ſed quia ſapientia & fortitudine, alijsq́ uirtutibus præditi ſunt. Hęc autem ubicunque ſunt, non hominis, ſed Dei ſunt. Ideoque Apoſtolus ait: Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo. Itẽq́, Gloria noſtra hęc eſt teſtimoniũ cõſcientię noſtræ. Sequitur: *Abraham pater ueſter exultauit ut uideret diem meũ, & uidit & gauiſus eſt.* Omnes enim patriarchæ & prophetæ, Chriſti natiuitatis diem cum magno deſiderio expectabant, per quẽ ad ſupernę beatitudinis gloriã ſe uenturos eſſe ſciebãt. Poteſt tamen per hunc diẽ illius tẽporis dies intelligi, quo dum ſtaret Abrahã ad ilicẽ Mambre, uidit tres uiros, in quibus per ſpiritũ ſanctum Chriſtum agnoſcens, unum adorauit. Sed quid mirũ, ſi prius quã Chriſtus homo fieret, Abrahã eũ uidit, cũ ipſe quoque Nabuchodonoſor in fornace ignis eũ ſe uidiſſe teſtetur? *Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondũ habes, & Abrahã uidiſti? Dixit eis Ieſus: Amẽ dico uobis, antequã Abrahã fieret, ego ſum.* Secundũ diuinitatẽ loquitur, ſed illi hoc non intelligunt, quia nõ Deũ ſed hoĩem uident Hominẽ utique paruæ ętatis, & lõge à tẽporibus Abrahæ. Et cum uerborũ rationẽ quærere debuiſſent ab eo, cuius uerba non uana & otioſa eſſe ſciebãt, ut quia ipſi per ſe eũ intelligere non poterãt, Ipſe eis uerba ſua expoſuiſſet, ad lapides concurrũt, & eum occidere uolũt. Vnde & ſubditur: *Tulerũt ergo lapides, ut iacerent in eũ: Ieſus autẽ abſcõdit ſe, & exiuit de tẽplo.* Abſcondit ſe Ieſus, & exiuit de tẽplo, non ſecundũ quod eſt antequã Abraham, ſed ſecundum hoc quod eſt filius Abrahæ. Facile eſt itaque duas naturas in Chriſto cognoſcere: unam ſecundum quam omnis creatura ei obedit, alteram ſecundum quam turba iniquorum impia ſæuit. Quod autem Ieſus ſe abſcondit, non timor eſt, ſed ſignificatio, figura eſt non trepidatio. Abſcondit ſe Ieſus, ſed malis occultatur uita & iniquis. Vſq; hodie nanque quærũt Iudæi Ieſum, & nõ inueniunt. Legunt in lege & prophetis, ueritatẽ tamẽ inuenire non poſſunt. Quare hoc? Quia Ieſus abſcõdit ſe, & exiuit de tẽplo. Vnde ipſe ait: Ecce relinquetur uobis domus, ueſtra deſerta. Voces quoq; angelorũ, ut Ioſephus refert, in tẽplo auditę ſunt dicentiũ: Relinquamus has ſedes. Beati igitur Chriſtiani, quibus ſolis uita reuelatur. Beati mũdo corde: quoniam ipſi Deum uidebunt.

FERIA SECVNDA

Iohannis vij.

¶In illo tempore: Miſerunt ſcribæ & phariſæi miniſtros, ut cõprehenderent Ieſum. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicũ tempus uobiſcũ ſum, & uado ad eũ qui me miſit. Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdẽ.

ubi ſum ego: uos non poteſtis uenire. Quærebant enim Iudæi Ieſum: & quia male quærebant, nõ inueniebant. Quærunt enim adhuc, & non inueniunt: ſcripturas legunt, & non intelligunt. Ibi quærunt Ieſum: ſed quia carnaliter quærunt, non inueniunt. Vis inuenire Ieſum? Vade ad templum, uade ad eccleſiam, ibi ſedet in medio doctorũ, in cõuentu epiſcoporum & presbyterorum. Sed quid eſt quod ait, *ubi ſum ego, uos non poteſtis uenire?* Vbi enim tunc erat Ieſus? nonne inter eos? Quomodo ergo uenire non poterant, ubi ipſe erat? Erat enim in cœlis Ieſus ſecundum diuinitatem: quo utiq; uenire non poſſunt, quicunq; in eũ credere nolunt. *Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gẽtes? quis eſt hic ſermo quẽ dixit? Quæritis me & non inuenietis: & ubi ſum ego uos non poteſtis uenire?* Non poſſunt Iudæi uerba Chriſti intelligere, quia animalis homo non percipit ea quæ ſpiritus Dei ſunt. Putant eum corporaliter ad gentilem populum pergere uelle, quaſi illuc eum ſequi non potuiſſent, ſi illuc ire Dñs uoluiſſet. *In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus & clamabat, dicens: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.* Inuitat eos dominus ad bibendum, quia fons eſt, inuitat utique, ſed ſitientes, & bibere & credere cupiẽtes. Quod autem ait, Flumina de uentre eius fluent aquę uiuæ, Euangeliſta expoſuit dicens: *Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Viua igitur aqua, ſpiritus. Hac enim aqua & lauamur & uiuificamur. Proxima ſibi ſunt ſpiritus & aqua. Vnde & ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Hinc eſt etiam quod dicitur, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnũ Dei. Merito igitur ſpiritus aqua uocatur, & non qualiſcunq;, ſed uiua aqua. Hac autẽ aqua plenus eſt, q in Chriſtũ credit. Hac Apoſtoli abundabant: huius flumina de eorũ uentre fluebant. Vide modo quã magnum flumen de iſtius qui hic loquitur pectore fluit, cuius fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Omnia igitur flumina, omnia ſanctarum ſcripturarum uolumina ex hac aqua fluunt. Sed q̃re dixit, *Quem accepturi erant credentes in eum?* Vis audire quare? quia nondum erat ſpiritus datus, q̃a Ieſus nõdũ fuerat glorificatus. Poſt Chriſti nãque glorificationẽ & aſcẽſionem uiſibiliter in linguis igneis ſpũſſanctus Apoſtolis datus eſt: q̃d nũquã antea factum eſt. Vnde & ſaluator noſter eiſdẽ ſuis diſcipulis dicebat, Niſi ego abiero, paracletus nõ ueniet ad uos: ſi aũt abiero, mittã eũ ad uos. Oportebat igitur prius glorificari Ieſum, ut ſpũſſanctus daretur credentibus. *Ex illa ergo turba cum audiſſent hos ſermones, dicebant: Hic eſt uere propheta. Alij dicebant, Hic eſt Chriſtus.* Et illi, & illi benedicebant: ſed melius illi qui dicebãt eum eſſe Chriſtũ. Et ideo melius, quia plus quam prophetam eũ eſſe credebant. *Quidam autem dicebant: Nunquid a Galilæa Chriſtus uenit? nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello, ubi erat Dauid, uenit Chriſtus?* Vides ergo quam neceſſariũ fuit, ut Chriſtus naſceretur in Bethleem. Puto enim iſtos ignoraſſe, Saluatorem noſtrum in Bethleem natum fuiſſe. *Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eũ.* Hoc eſt enim quod Dominus ait, Nolite putare quia ueni pacem mittere in terrã: non ueni pacẽ mittere, ſed gladium. *Quidam autẽ ex ipſis uolebant apprehendere eum, ſed ille nolebat, & quia nolebat nemo miſit ſuper illum manus.* Volebant illi apprehendere eum, ſed ille nolebat: & quia nolebat, nemo miſit ſuper illum manus. Oblatus eſt igitur, q̃a ipſe uoluit. Vnde ipſe quoque ait: Nemo tollet à me animam meam, ſed ego pono eam, & iterum ſumo eã. *Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & phariſæos, & dixerunt eis: Quare non adduxiſtis eũ? Reſponderunt miniſtri, Nunquã ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo.* Ac ſi dicerent: Vtinam & uos præſentes fuiſſetis, utinam & uos eius uerba audiſſetis: nunq̃ fortaſſe ulterius aduerſus eũ aliquid ageretis. Nũquam enim ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo, qui maius uidetur eſſe quam homo. Ipſe enim eſt Deus & homo. *Reſponderunt ergo eis Phariſæi, Nunquid & uos ſeducti eſtis?* Seducti itaque, ſed bene. Bene enim ſeducuntur, qui de malo ad bonum ducũtur. At illi, *Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem maledicti ſunt.* Non enim iſti maledicti ſunt, ſed uos potius maledicti eſtis, qui in eum credere noluiſtis, per quem à legis maledictione ſolui debuiſtis. Excæcantur igitur ſapientes, illuminantur inſipientes: ſicut ipſe Dominus ait: In iudiciũ ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. *Dicit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eum nocte, qui unus erat ex ipſis: Nunquid lex noſtra iudicat hominẽ niſi audierit ab ipſo prius, & cognouerit quid faciat?* Nemo enim ſecundũ legem damnatur, niſi à ſeipſo confeſſus, uel ab alijs conuictus. *Reſponderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? ſcrutare, & uide, quia propheta a Galilæa non ſurgit.* Hoc igitur de Chriſto intelligunt, quem in Bethleem, & non alibi naſciturum, pphetæ prędixerãt. *Et reuerſi ſunt unuſquiſq; in domum ſuam,* ualde dolentes quia facere nõ potuerunt uoluntatẽ ſuam.

FERIA TERTIA.

Iohannis vij.

In illo tẽpore, Ambulabat Ieſus in Galilæam, non enim uolebat ambulare in Iudæam, quia quærebant eum Iudæi interficere. Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdẽ.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus p omnia memor noſtræ ſalutis, in cunctis quæ faciebat futuris fidelibus ſuis exempla quæ imitari deberent proponebat. Quia enim perſecutionem infidelium uidebat cauſa ſui nominis in ſancta eccleſia excitandam, ſciebat infirmiora membra ſua immanitatem perſecutionis tolerare nõ poſſe: ne hi tales ſalutem deſperarẽt, & q̃ſi à Chriſto ſe alienos arbitrarẽtur, ſi unquam paſſionem territi refugiſſent, dignatus eſt eis dominus pcepto ſimul & exemplo cõſulere. Pręcepto quidem, quo tales in genere perſecutionis tempore fugere permiſit, dicens: Si uos pſecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Exemplo uero, quo adhuc puer ad declinandam Hærodis ſęuitiam, non ſolum de ciuitate in ciuitatem, uerum etiam de regione ad regionẽ fugere dignatus eſt, delatus à parentibus in Aegyptum. Factus etiam iuuenis, cum eum Iudæorum principes propter euangelij prędicationẽ uellent interficere, crebro Iudæam deſeruit, & trãſijt ad alias regiones: ne uidelicet mẽbra illius hoc facere metuerent, quod nouerant in ſuo capite pręceſſiſſe, neue alicui pro crimine obijceretur, ſi quãdo Matt.10.

captus

plicitate cordis ſeruiens,ab irreligioſis & malitio
ſis uituperatur,& ab alijs bonus, ab alijs ſeductor
uocatur.Hoc igitur ualet plurimum ad cōſolatio-
nem noſtram. Quare enim exhorreſcant membra
Chriſti,quod ipſi illatum eſt capiti ſuo? Non refu
giant ſerui Chriſti audire à ſeculi amatoribus,q̊d
dictum eſt de Chriſto à Iudæis murmuratoribus.
¶ *Nemo tamen palam loquebatur de illo propter me-*
tum Iudæorum . Quod dicit, nemo palam loqueba-
tur de illo , ad illos tantum reſpicit qui dicebant
quia bonus eſt:hi enim ſilentio & uoce minima &
ſono preſſiore,id eſt, ſuppreſſo ore loquebantur.
Illi uero q̧ dicebāt,ſeducit turbas,clarius reſona-
bant:eorum ſonitus clarius audiebatur tanquam
arentium foliorū.Sed deo gratias,permutatę ſunt
in melius uoces . Quamuis enim necdū uenerit illa
gloria Chriſti,quam deuoti prę ſtolamur,per quā
æternitatis p̄mia nos adepturos ſperamus,tamen
ita per uniuerſum mūdū iam dilatata creuit eccle
ſia,ſic ſeſe per oēs orbis partes quaquauerſum dif-
fudit,ut eius laudes ab omnibus fidelibus libera&
excelſa uoce pſallantur,palamq; dicat̃ ab uniuer-
ſis,quia bonus eſt. Si q̧ uero ſunt hęretici,qui pau-
ci uelut nauis tabulę poſt naufragiū remanſerunt,
non aperte,ſed uelut in angulo ſuſurrāt potius q̃
Pſal. 62. loquuntur,quia ſicut dicit Pſalmiſta: Obſtructum
eſt os loquentium iniqua. Clauſo nanq; ore infide
lium,aperta ſunt ora fidelium,& iam laudant no-
men Chriſti in choro,& pſallūt ei in tympano &
pſalterio:quia exaltatus in cruce traxit ad ſe oīa,
ut in omnibus gētibus ipſe ſolus colatur,& habea
tur deus ſup omnia benedictus in ſecula. Cui cū pa
tre & ſpūſancto eſt honor& gloria per omnia ſe-
cula ſeculorum,Amen.

DE EADEM FERIA HOMILIA
D. Euſebij Emiſſeni.

HOc enim faciebat Ieſus, nō q̊d mortē uel q̊d
Iudæos timeret , ſed ut fidelibus ſuis exēplū
prębereт. Vnde & alibi ait:Si uos perſequuti
fuerint in ciuitate una,fugite in aliā. *Erat autem in*
proximo dies feſtus Iudæorū,ſcenopegia. Scenopegia
nanq; feſtiuitas erat tabernaculorū,& inhabitāt fi
lij Iſrael in umbraculis ſeptē diebus. Sed(ſicut Apo
ſtolus ait)omnia hęc in figura cōtingebant illis. Il
la enim feſtiuitas hanc noſtrā feſtiuitatē ſignifica-
bat in qua uiri ſancti à Chriſti reſurrectione uſq;
ad ſeculi cōſummationē à ſeruili & iniquo opere
quieſcentes,in bono opere perſeuerāt. Bene autē
fiebat diebus ſeptē,p̧ quos ex tunc oēs iſti dies ſi-
gnificātur,ſiquidē nō ſunt dies niſi ſeptē. Sed q̄re
in umbraculis habitabāt,niſi q̧a umbracula cito de
ficiūt,utpote nō habētia fundamentū,paruoq; tē-
pore in eis habitatur? Vnde & Apoſtolus ait. Non
enim habemus hic manentē ciuitatē,ſed futurā in-
quirimus. Et Pſalmiſta, Quoniam incola ego ſum a-
pud te in terra,& pegrinus, ſicut oēs patres mei.
(Dixerūt aūt fratres eius: Trāſi hinc,& uade in Iu
dęā,ut & diſcipuli tui uideāt opa tua quę facis. Ne
mo q̧ppe in occulto aliq̧d facit,& quęrit ipſe in pa
lā eſſe) Qui ſint aūt iſti fratres,ſæpe iā diximus. I-
ſti enim ſunt q̧ eius propinq̧ erāt ſecundū carnē,
cōſanguinei uidelicet uirginis Marię. Mos etenim
eſt ſanctarū ſcripturarū, quoſlibet ualde propin-
quos,fratres uocare. Carnales igitur fratres,car-
nale conſiliū dabāt,quo ſaluator noſter mūdi glo-
riā acq̧reret,& ſuū nomē lōgius dilataret. Ideoq;
nō in occulto,ſed palā & in conuentu multorum
miracula Chriſtum Dominū facere admonebant.

Oſtendūt enim plures diſcipulos in Iudæam eum
habuiſſe , qualis fuit Nicodemus, & multi alij qui
eius opera uidere cupiebant , in eo quod dicunt,
ut & diſcipuli tui uideant opera tua,quæ facis. *Si*
hæc facis,manifeſtas teipſum mundo. Hoc autem tale
eſt,ac ſi dicerent:Aut ceſſa à miraculis,aut ſi ea fa
cis , ita fac ut mundo per miracula manifeſteris.
Neque enim fratres eius credebant in eum.. Quamuis
enim credebant eum eſſe prophetam,nondum ta-
men Dei filium eſſe credebant. *Dicit ergo eis Ieſus,*
Tempus meum nōdum aduenit, tempus autem ueſtrum
ſemper eſt paratum. Dicitis,inquit, mihi ut me mū-
do manifeſtem, dicitis ut laudem & gloriam quæ
ram , ſed tempus gloriæ meæ nondum aduenit.
Veniet autē in iudicio,quando mihi curuabitur o-
mne genu,& confitebitur omnis lingua. *Tēpus au-*
tem ueſtrum ſemper eſt paratum, quo & mundi lau-
de,omniumq; fauore,& uana gloria decipiamini.
Non poteſt mūdus odiſſe uos:me autē odit,quia ego teſti
moniū perhibeo de illo,quia opera eius mala ſunt. Quid
eſt enim quod ait, nō poteſt mundus odiſſe uos,cū
ipſos mundi amatores(qui per iſtos ſignificātur)
tā multa per odiū inter ſe bella,lites,& contentio
nes habere uideamus? Quod igitur ait: *non poteſt*
*mūdus odiſſe uos,*tale eſt ac ſi diceret,nō poteſt mū-
dus odiſſe ueſtros mores,opa ueſtra,& malitiā ue
ſtram,ſi enim odiſſet,nō feciſſet:ac per hoc de hoc
mundo mundus non eſſet. *Me autem odit , quia ego*
teſtimonium perhibeo de illo,quia eius opera mala ſunt.
Hæc enim maxima & principalis cauſa eſt ,quare
omnes iniqui & ipſum Chriſtum,& membra Chri
ſti odio habent. Hinc eſt quod tyranni , ſacrilegi,
adulteri,periuri,omneſq; facinoroſi in Eccleſiam
inſurgunt. *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc:ego au-*
tem non aſcendo ad diem feſtum iſtum,quia tempus me-
um nōdum impletum eſt. Vos(inquit) qui hominum
laudem quæritis , qui populi fauorem concupiſci-
tis,qui mundi gloriam deſideratis, uos aſcendite
ad diem feſtum hunc :ubi non miſericordia, non
Dei gratia,non peccatorum remiſſio, ſed laus ſo-
la & inanis gloria quęritur. Ego enim qui talibus
non delector,& huiuſmodi gloriam non appeto,
non aſcendo ad diem feſtum iſtum. Quare? *quia tē*
pus meum nondum impletum eſt. Prius enim plenitu-
do Gentium intrabit,prius omnis Iſrael ſaluus fi-
et,prius ad iudiciū ueniam,quam huius tanę glo
rię tempus adueniat. *Vt autem aſcēderunt fratres ei-*
us,tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum. Aſcendit uti-
que ad diē feſtum,ſed non ad illum ad quē fratres
eius aſcenderunt. Alioquin uerum non eſſet quod
ipſe ait,ego non aſcendo ad diem feſtum. Dies fe-
ſtus domini nō exterius,ſed interius:non in facie,
ſed in mēte agitur. De quo Pſalmiſta: Quia cogita
tio(inquit)hominis confitebitur tibi, & reliquiæ
cogitationum diem feſtū agēt tibi. Sic igitur age
diem feſtum,ſi ad tuam feſtiuitatem uis uenire Ie
ſum. Noli hoc agere in manifeſto,neq; ut ab homi
nibus uidearis. Qui enim hoc agūt,receperūt mer-
cedem ſuam . Nonne audis quia ipſe Dominus nō
in manifeſto , ſed quaſi in occulto uenit ad diem fe
ſtum? Venit enim Dominus in occulto ad diem fe
ſtum,quia quāuis tota illa feſtiuitas in eius hono-
re & gloria agebatur,ipſe tamē à paucis uel a nul
lis ibi intelligebatur. Erat igit̃ in die feſto,ſed oc-
cultus. Miſeri Iudæi,in quorū feſtiuitatibus ſemp̧
manet occultus. Hoc eñ ſignificabat Iſaac, q̧a qñ
Iacob filio ſuo bñdicebat,eū non cognoſcebat. *Iu-*
dæi ergo quærebāt eū in die feſto,& dicebāt,Vbi eſt ille?

Vſque hodie nanque in omni Sabbato & in omni
ſua feſtiuitate legunt Iudæi,& quærunt Ieſum:nõ
tamen inueniunt,quia non bene quærunt, quęrũt
enim cum inuidia & murmuratione. Vnde & ſub
ditur. *Et murmur multum erat de eo in turba, quidam
enim dicebant, quia bonus eſt,alij autem dicebant, non,
ſed ſeducit turbas.* Quid igitur mirũ, ſi de uiris ſan-
ctis & religioſis, iniqui homines aliquando male
loquuntur,cum de ipſo dei filio talia loquerẽtur?
*Nemo tamen palam loquebatur de illo,propter metum
Iudæorum.* Iidem igitur ipſi qui bonũ eſſe dicebãt,
palam hoc dicere non audebant, quia magis ho-
mines quam Deum timebant.

FERIA QVARTA

Iohannis X.

¶In illo tempore, Facta ſunt encænia in
Hieroſolymis, & hyẽs erat, & ambulabat
Ieſus in templo in porticu Salomonis. Et
reliq. Homilia lectionis eiuſdem.

ENcęnia plurali numero,uocabatur feſtiui
tas dedicatiõis templi,quam populus Iu-
dæorum ex antiqua patrum cõſuetudine
per annos ſingulos celebrare ſolebat. En
cæniare nanq; græce initiare,uel inchoa
re latine dicitur. Verum non ab re eſſe credendum
eſt,quod S. Euangeliſta tempus quoq; quo iſta de
dicatio facta eſt,intimare curauit,dicens: ¶ *Et hy
ems erat.* Per hoc quippe oſtendit,quod hæc encæ
nia non ad primam templi dedicationem , ſed ad
eam quæ ultima fuit pertineret:ter nanq; templũ
ipſum dedicatum in ſanctis literis inuenimus. Pri
ma ſiquidem eius dedicatio à Salomone , magna
gloria ,& totius regni pace autumnali tẽpore fa-
cta eſt. Secunda à Zorobabel & Ieſu ſacerdote ma
gno,& reliquis filijs tranſmigrationis,ueris tem-
pore perfecta eſt. Tertia à Iuda Machabæo & fra-
tribus eius, hyemis tempore facta eſt:quãdo etiã
ſpecialiter conſtitutum eſt, ut ſingulis annis hæc
eadem dedicatio ſolemnibus frequentaretur offi-
cijs. Quæ conſtitutio uſq; ad tẽpus ſaluatoris ſer-
uata eſt,ſicut ex ſancti euãgelij lectione datur in-
telligi. Verum hæc obſeruatio ab illis cœpta,ſalu-
briter nunc in eccleſia, uenerabiliterq; haberi di-
gnoſcitur,cũ per annus ſibi iugiter ſuccedẽtes di-
es anniuerſaria dedicationis eccleſię diuinis laudi
bus à populo fideliũ deuote ſatis excolitᷣ: tantoq;
ꝓpenſius ac maiori ſtudio celebratur, quanto eſſe
gratiſſima redemptori nõ dubitatᷣ: adeo ut in hac
die ipſum tẽplũ intrare & diuinitatis ſuę myſteria
populo pãdere dignatus ſit. Sane etẽm p aſperita
tẽ hyemis,duritia denotatur infidelitatis, quæ in
mẽtibus quorundã Iudęorũ tunc erat,quibus conue-
niebat illud qđ dñs alibi dicit: Quoniã abundabit
Mat. 24 iniqtas,refrigeſcet charitas multorũ. ¶ *Et ambula
bat Ieſus in templo,in porticu Salomonis.* Porticũ Sa-
lomonis dicit,in qua rex ille quondã potẽtiſſimus
ad adorãdũ ſtare ſolitus erat,atq; ideo ex eius no
mine cognominari cœperat. Solẽt aũt porticus q
bus templum illud cingebatur,nomine templi ap
pellari. Si ergo tũc dei filius in templo , in quo ſan
guis brutorũ animaliũ fundebatᷣ, uoluit corporali
ter ambulare,multo amplius nunc domum ſuę ec-
cleſiæ,ubi corporis & ſanguinis ſui ſacramẽta con
ſecrantur,inuiſere & inhabitare dignabitur & gau
debit. Et ſi porticum in qua rex ille, quãuis poten
tiſſimus & ſapientiſſimus,tamẽ mortalis atq; ter
renus,ſtare ſolebat, perambulare non deſpexit: mul
to magis penetralia cordium noſtrorũ ſuę pſentia
maieſtatis dignabitur illuſtrare: ſi tñ noſtras men
tes porticũ Salomonis,id eſt,ſi eas timoris ſui ple
nas,qui eſt initium ſapientiæ, uiderit. Neq; enim
putare debemus,quod hæc tãtũ domus, in qua ad
adorandum conuenimus,ſit templum dei. Nos e-
nim ipſi qui conuenimus,templum dei & dici & eſ
ſe debemus,Apoſtolo dicente: Vos eſtis templum
dei uiui. ¶ *Circundederunt ergo eum Iudæi , & dixe-* 2. Cor. 6
*runt ei: Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chri
ſtus,dic nobis palam.* Apparet cur præmiſerit euan-
geliſta,hyẽs erat. Circundederũt eum Iudæi,non
ſtudio agnoſcendę ueritatis, ſed gratia ingerẽdæ
tentationis,& ſtruẽdæ calũnię,ut inuenirent quo-
modo eum accuſarent. Quouſq;,aiunt,animam no
ſtram tollis? Cauſantur,quod animas eorũ (incer-
tos ac ſuſpenſos eos dimittẽdo) tolleret,q ad hoc
uenerat,ut animas in ſe credentium ſaluaret. ¶ *Si
tu es Chriſtus,dic nobis palam.* Iudæi Chriſtum purũ
tantum hominem futurum ,& regem cæteris ex-
celſiorem uſq; in præſens faciũt. Quapropter per
peſſi ſunt exterminium,& demoliti, ita ut uix ali-
quis eorum auſus ſit confiteri ſe in publico Hebræ-
um fore:& quouſq; Antichriſtum ꝓ Chriſto ſuſci
piãt,dementiſſime arbitrari non deſinũt. Volebãt
ergo ut ſe dominus Chriſtum eſſe diceret, quate-
nus poſſent eum quaſi Auguſto repugnantẽ, & im
periũ ſibi uſurpantẽ, pręſidis poteſtati tradere pu
niendum. Quapropter dñs ita prudẽter ac tempe
rate ſuam reſponſionem circuntulit,ut illis aditũ
calumniæ obſtrueret,& quia ipſe Chriſtus eſt,ſu-
tureis fidelibus aperta uoce pandere auderet. ¶ *Re
ſpõdit enim eis dicens: Loquor uobis,& nõ creditis.* Ec-
ce apertiſſime oſtendit,quod ipſe ſit Chriſtus. Di
cens enim, loquor uobis: reſpondit ſe uerbum,id
eſt,filium Dei,coęternum & conſubſtantialem pa
tri.tanquam diceret: Ego me filium dei eſſe ſemꝑ
operũ atteſtatione pronũcio:ſed uos ueſtra infide
litate excæcati,nec mihi loquenti creditis,nec ope-
ra quæ facio attendere uultis. Quæ ſi digne conſi-
deraretis,dei filium me eſſe proculdubio credere-
tis. ¶ *Opera quæ,inquit,ego facio in nomine patris mei,
ipſa teſtimonium perhibent de me.* Et nota quod ſuo-
rum operum omnem gloriam Deo patri aſſcribit,
cum ea in eius ſe nomine facere aſſerit. Ipſa ergo
opera quæ faciebat,cæcos illuminando,paralyti-
cos ſanitati reſtituendo, de paucis panibus multa
millia hominũ reficiẽdo,mortuos etiã,quatriduã-
nos quoq; & fœtidos ad uitam reuocando: ipſa in
q̃ opera teſtimoniũ reddebant,quod eſſet uerus fi
lius dei,cuius gloriam in omnibus opibus ſuis req
rebat. ¶ *Sed uos non creditis.* Cauſamq; cur nõ cre-
derent reddens, ſubdit. ¶ *Quia non eſtis ex ouibus
meis.* Oues ſuas,fideles & ſibi obſequentes dicit:q
eum paſtorem diligunt & ſequuntur, atq; ad paſ-
cua æternæ ſatietatis boni paſtoris ſequendo ue-
ſtigia perueniunt. Ergo hos qui in ſe credere no-
lebant, dicebat non eſſe ex ouibus ſuis, quia uide-
bat iam æternæ perditioni pparatos, nec ſui ſan-
guinis pretio ad uitam perpetuam comparãdos.
¶ *Oues meæ uocem meam audiunt ,& ego agnoſco eas,
& ſequuntur me.* Vſitato more ſanctæ ſcripturæ a-
gnoſcere pro eligere ponitur. Vnde ſcriptum eſt:
Nouit Dominus qui ſunt eius . Neſcire uero pro
improbare. Illud enim deus ignorat , quod dignũ
æternæ uitæ nõ approbat. Vnde impijs in iudicio 2. Tim.
dicturus eſt :Neſcio uos. Oues ergo Chriſti uocẽ
eius

eius audiunt, quia præceptis illius ex animo obe-
diunt. Et ipſe eas cognoſcit, quia ut ipſe Apoſto-
lus de ſe & ſui ſimilibus dicit: Elegit nos ante con
ſtitutionē mundi, ut eſſemus ſancti & immaculati
in conſpectu eius. Sequuntur aūt eum, & hic man-
ſuetudinis & innocentiæ eius uias incedendo, &
poſt cū eo ad gaudia ſempiternę uitę feliciter in-
trando. unde ſequit: ¶ *Et ego uitā æternā do eis.* Hęc
ſunt illa paſcua quę pollicitus eſt ſe daturū ouibus
ſuis, nulla unq̃ ariditate marceſcentia, ſed indefe-
ctiua amœnitate uernantia. ¶ Et non peribūt, in-
quit, in ęternum: quia paſtor eorum & ſaluator ta-
lis eſt, apud quem nihil eorum omnino poſſit peri-
re. Videbātur quidem perire ſancti martyres ocu-
lis inſipientium, cum hanc mortalē uitā per tor-
menta amittebant: ſed non peribant in æternum:
qa ſoluti uinculis carnis, debita ſibi p̄mia à Chri-
ſto percipiebant. Vnde cōſequenter adiungit: Et
non rapiet eas quiſquam de manu mea, id eſt, po-
teſtate mea. Eos enim quos ſemel prædeſtinando
Chriſtus aſſumpſerit, nulla uis diabolicę tētationis,
non immanitas humanę perſecutionis de poteſta-
te eius poteſt auferre. Nam & ſi ſunt quidam qui
poſt perceptam gloriā de numero ouium Chriſti
pereunt, hi certe in dei oculis oues non ſunt. Nite-
bantur quidē perſecutores rapere pios cōfeſſores
Chriſti de manu eius, cum eos tormentis uarijs fi-
dem Chriſti negare cōpellebāt, ut eorum animas à
Chriſto alienas efficerent, uel cum ſuperati con-
ſtantia morientium, corpora eorum aut ignibus
exurēda tradebant, aut aqua diſſoluenda imerge-
bant, tanq̃ à Chriſto poſſent ea reſuſcitandi tolle-
re facultatem. Sed nemo poteſt rapere de manu
eius, q ſanctos inter certamina ut uincāt adiuuat,
& uictores in cœlis coronat. Quibus etiā uerbis
illorum redarguit temeritatē, qui ſibi mortis la-
queos tetenderant. Stultiſſime enī de eius nece co-
gitabant, cū non ſolum in ipſum nihil poſſent age-
re, uerumetiam neminem de ſuis poſſent auferre.
Verū ne hęc dicēdo ſuā uidere‾ q̃rere gloriā totā
hanc potentiā ad patrē refert, ſubiūgens: ¶ *Pater
meus quod dedit mihi maius omnibus eſt.* Hoc q̃d deus
pater mediatori dei & hominū dedit, maius om-
nibus eſt. Dedit illi, ut ſit eius unigenitus filius,
nec natura diſſimilis, nec uirtute īferior, nec tē-
pore poſterior. Et hoc gignēdo dedit, quia deus
deum genuit: hoc eſt quod maius omnibus eſt. Id-
circo idem Iohānes locuturus de uerbo dei, tran-
ſcendit omnē angelicam & humanā creaturam,
& ſic peruenit ad illud quod maius eſt oībus, In
Iohan. x uero principio erat uerbum. Hoc * uere quod dei filius
habuit ante ſecula per diuinitatē, accepit in tem-
pore per humanitatem. ¶ *Et nemo poteſt rapere de
manu patris mei.* Supra dixit, Non rapiet eas quiſq̃
de manu mea. Hic dicit, Nemo poteſt rapere de
manu patris mei: ut liq̄do ītelligeremus hoc, uir-
tutem ſuā eſſe & patris, atq; Chriſtū ſe eſſe cre-
dendum: qui non, ut cæteri ſancti, per gratiā acce-
perit ex tempore: ſed ſemper extiterit dei filius.
Quod etiā ſubſequēti ſententia oſtēdit cum dicit.
¶ *Ego et pater unum ſumus.* Vnū, inquit, ſumus: una
nobis ſubſtantia, una diuinitas, p̄fecta æqualitas.
Quibus uerbis non ſolū Iudæorū quæſtionē, qui
tentantes an ipſe eſſet Chriſtus interrogabāt, ab-
ſoluit, uerū etiā hæreticorū quos futuros præui-
dit inſaniam, quam ſit deteſtanda, monſtrauit. Sa-
bellius namq; dogmatizat unam perſonā eſſe pa-
tris & filij, quem conuincit cum dicit, Ego & pa-
ter, ubi apertiſſime duæ ſonāt p̄ſonæ. Sed Iudæi
qui eatenus loquētem dominū quaſi patienter au-
dierāt, cum dixiſſet, Ego & pater unū ſumus, am-
plius uim uerborum eius ferre non ualentes, quia
ipſi corda lapidea geſtabāt, ad lapides cucurrerūt.
Nā ſequitur: ¶ *Suſtulerūt lapides Iudæi, ut lapidarēt
eum.* Verum quia nec tūc uolebat pati, nec ſe ab il-
lis lapidari diſpoſuerat, illata iam iamq; ferientia
brachia ſuo nutu continuit, & adhuc eos alloq̄tur.
¶ *Reſpondit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi uobis
ex patre meo,* uidelicet in ſanitatibus infirmorum,
in aſſidua exhibitione doctrinæ & miraculo-
rum, quæ uniuerſa ex patre ſe dicit oſtendiſſe, ut
ſe indicaret eius p omnia gloriā quęrere. ¶ *Propter
quod, inquit, eorum opus lapidatis me?* Et *reſponderunt
ei: De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia.*
Quanquam inuiti & non uolentes cōfitentur, nec
poſſunt negare multorum beneficiorum bona ſi-
bi à Chr̄o impenſa fuiſſe, ſed miſeri, qui q̃d ille de
ſua & patris æqualitate dixerat, pro blaſphemia
deputabant. Conſiderādū uero quod dicūt ¶ *Tu
homo cum ſis, facis teipſum deum.* Ecce infideles Iu-
dæi intellexerunt, quod Arriani adhuc intellige-
re negligūt. Id enim quod dominus dixerat, Ego
& pater unum ſumus, intellexerunt non poſſe di-
ci unum, niſi ubi eſſet æqualitas, quod iſti pro blaſ-
phemia idcirco receperāt, quia cum tātum homi-
nem eſſe credebant, deum nullatenus credere uo-
lebant. ¶ *Reſpondit eis Ieſus: Nonne ſcriptum eſt in le-
ge ueſtra, Ego dixi, dij eſtis?* In lege ueſtra, dixit, in
lege uobis data. Sed & hoc notandum, quod hoc
Pſalmographi teſtimoniū in lege ſcriptū dicit, qa
nimirum omnes ſcripturæ aliquādo lex appellan-
tur generali uocabulo, nōnunquā diſtincte per ſe
lex accipitur & à prophetis diſtinguitur, ſicut ip-
ſe dominus alibi dicit: Lex & p̄phetę uſque ad Io-
hannē. Plerūq; in tria ſanctæ diſtribuuntur ſcri-
pturæ, ut eſt illud: Tunc aperuit illis ſenſum, ut in-
telligerent omnia quæ de ipſo erant ſcripta in le-
ge Moyſi, & prophetis, & pſalmis. ¶ *Si illos dixit
deos, ad quos ſermo dei factus eſt, et non poteſt
ſolui ſcriptura,* hoc eſt, nō poteſt argui falſitatis,
atq; ideo nō audetis illā reijcere. Si ergo ille dixit
deos ad q̄s ſermo dei factus eſt, quē pater ſanctifi-
cauit, & miſit in mūdum, uos dicitis quia blaſphe-
mo, quia dixi, Filius dei ſum. Ac ſi diceret: Si id-
circo homines dij appellati ſunt, qa ſermo dei ad
ipſos factus eſt, ipſum uerbum dei (quod erat in
principio apud deū) quomodo non eſt deus? Si il-
li dij uocari meruerūt, q participes facti ſunt ſer-
monis dei, ipſe ſermo dei, unde participatur, cur
non ſit deus? Notandum uero quod dicit, Quem
pater ſanctificauit, & miſit in mūdum. Sanctifica-
uit namque pater filium, non quod unquā ille ſan-
ctus non fuerit, ſed ſanctificauit, quia illū ſanctū
genuit. Sicut enim deus deum, immenſus immen-
ſum, ſic ſanctus ſanctū, pater filium genuit: & mi-
ſit in mūdum, quia eum incarnari cōſtituit pro ſa-
lute hominum. ¶ *Si non facio opera patris mei, no-
lite mihi credere: Si autē facio, & ſi mihi nō uultis cre-
dere, operibus credite, ut cognoſcatis & credatis: quia in
me eſt pater & ego in patre.* Ac ſi diceret: Si tantum-
modo nudis uerbis dei filiū me dico, & non etiam
operum exhibitiōe me id eſſe cōprobo, eū eos q̄s
aut natura impfectos edidit, aut uitiū deprauauit,
aut certe infirmitas afflixit, potēti maieſtate re-
ſtauro, nolite credere mihi. Si uero illa facio quæ
nullus niſi dei filius facere poſſet, ſi mihi non cre-

FERIA QVINTA HOMILIA D Euſebij Emiſſeni.

IN hoc Euangelio Phariſæi ſuperbia deprimitur, & peccatricis mulieris humilitas cōmēdatur. Phariſæus iſte, Iudæorum populus eſt: hęc mulier peccatrix, Gentilitas intelligitur. Illū Dominus à lepra curauit, huic peccata dimiſit. Non eſt igitur qui faciat bonū, non eſt uſque ad unum. Omnes enim (ut ait Apoſtolus) peccauerunt, & egent gloria Dei. Venit Ieſus in domū phariſęi, uenit ad populum Iudęorum. Vnde ipſe ait, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierūt domus Iſrael. Sed quare uenit? Vt mādicaret cum illo, ut carnalibus & ſpiritualibus cibis frueretur cum illo, & patris uoluntatē operaretur in illo. Ipſe enim dixit, Meus cibus eſt, ut faciā uolūtatē patris mei qui in cœlis eſt. Ad tempus enim cōuerſatus cum Iudæis, legis & ꝓpherarum cibū ſuſcipiebat cum eis, & annonā diuini eloquij miniſtrabat eis Hoc aūt cognouit mulier quæ erat in ciuitate peccatrix: hoc Gentilitas intellexit, quę in huius mūdi ampliſſima ciuitate conuerſabatur. Et quid egit? Vis audire quid? ¶ *Attulit alabaſtrum unguenti* Per quod nihil melius quam pectus, & cordis ſecretarium, plenum fide & charitate intelligere poſſumus. Tale enim alabaſtrum, huiuſmodi unguētum ſeruare cōſueuit. Idipſum enim ſignificauit & regina Auſtri, quę ueniens à finibus terrę audire ſapientiam Salomonis, pretioſiſſima ei aromata ſecum attulit. Nullum autē unguentum, nulla aromata ſic Domino redolent, ſicut fides & charitas cæterǫque uirtutes. ¶ *Et ſtans retro pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius.* In eo enim ꝙd mulier retro ſtat, deuotio & humilitas agnoſcitur. In eo enim quod lachrymis pedes rigat, uera pœnitentia & compunctio demonſtratur. Et quoniā eaſdē lachrymas capillis tergit, & tergēdo ne uideatur abſcondit, & dolet, ſeſe utiq; de illis non eſſe oſtendit, qui omnia opera ſua faciunt ut uideantur ab hominibus, de quibus Dominus ait, qa receperūt mercedē ſuā. ¶ *Et oſculabatur pedes eius, & unguento ungebat.* In oſculo enim pacem, amorē, & dilectionem mōſtrabat: in unguento uero, cordis intima blandimenta, & deuoti in Chriſtū obſequij affectionem ſignificabat. Huic autē unguēto illud oleum contrarium eſt, de ꝙ dicitur, Oleū autē peccatoris nō impinguet caput meum. Quā ſimilis eſt iſte phariſæus illi alio, de quo alibi dicitur, Duo homines aſcenderunt in templū ut orarent., unus phariſæus, & alter publicanus, qui in ſua confidens ſuperbia, ſtans hæc apud ſe orabat, Deus gratias ago tibi, quod non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, uelut etiā hic publicanus. Sicut enim ille illum publicanum, ita & iſte iſtam peccatricē mulierē horrebat & deſpiciebat. Vnde & ſubditur. ¶ *Videns autem phariſæus qui uocauerat eum, ait intra ſe, dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum: quia peccatrix eſt.* Neſcis phariſæe ſtulte, neſcis nuper te mundauit à lepra, quē modo non credis eſſe prophetam. Et propheta quidem eſt, & optime ſcit quæ & qualis ſit mulier quę tangit eum, & qa peccatrix eſt. Ad hoc eñ ipſe uenit, ad hoc ipſe de cœlis deſcēdit. Nō enim uenit uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitētiā Hoc & ipſe teſtatur. eius uerba ſunt hęc. Nō horret igiť ꝑtōres, q pro ꝑtōribus factus eſt homo. *Et reſpōdēs Ieſus, dixit ad illū: Simō habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus debebat denarios quingētos, & alius quinquaginta. Nō habētibus illis unde redderēt, donauit utriſque. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon dixit, Aeſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicaſti.* Valde enim iuſtū & rationabile eſt, ut ille plus diligat cui plus donatur. Illud quoq; æquū eſſe uidetur ut qui plus diligit, magis ametur. Merito igitur hāc peccatricē mulierē dñs diligebat, à qua ſe multū diligi ſciebat. Ideo enim dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multū. Vide ergo quā pulchra ſimilitudo de eo qui plus & de eo qui minus debebat, in qua phariſæus ſecūdum ſuā reſponſionem intelligere poterat, qa minus ipſe quā Maria Chriſtum diligebat, ſiqdē ſe nec tantum debere, nec tantum ſibi quātū illi dimiſſum eſſe credebat. Vnde & ſubditur: ¶ *Et cōuerſus ad mulierē, dixit Simoni: Vides hanc mulierē? intraui in domū tuam, aquā pedibus meis nō dediſti: hæc autē lachrymis rigauit pedes meos. Oleo caput meum nō unxiſti, hæc autē unguēto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Cui autē minus dimittitur, minus diligit.* Ad mulierem cōuerſus eſt Dñs, quia de muliere loquutus erat. Sed quid ait? Vides (inquit) hanc mulierē? nō talis eſt qualem tu eam eſſe arbitraris, aliter uidetur à me & aliter uidetur à te: tu exterius, & ego interius: tu in facie, & ego in corde uideo. Mihi eius fides, eius amor non eſt occultus. Intraui in domum tuā, aquā pedibus meis nō dediſti: hæc autē lachrymis rigauit pedes meos. Quātum igitur intereſt inter aquā & lachrymas, tantum eſt inter tuum & illius amorem. Sed hęc pręter literam aliud ſignificare uidentur. Neq; enim credibile eſt, eū qui Chriſtū ad conuiuiū inuitauerat, eius pedibus aquam dare noluiſſe. Diximus enim per phariſæum Iudæos, per mulierē Gentiles ſignificari, Chriſti uero pedes, humanitatem: ſicut eius caput, ipſius diuinitatem ſignificat. Hoc enim Apoſtolus ait: Omnis uiri caput, Chriſtus: Chriſti caput, Deus. Chriſti igitur pedibus Iudęi aquam non dant, neq; eos lauant, imo uero quātum poſſunt ſordidāt & deturpant, quia ſaluatorē noſtrum cum iniquis deputātes, uitiorum puluere & terrena contagione iudicāt eſſe pollutum. At uero Apoſtolus Petrus, Chriſti pedes lauabat, cum de eo diceret, Qui peccatum non fecit, nec dolus inuētus eſt in ore eius. Nemo enim ſic loquutus, nemo ſic mundus, ſicut ille qui ſine peccato eſt. Vnde & eccleſia iam baptizata & à peccatis mundata, dicit: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Nos autē non aquam, ſed & lachrymas Chriſti pedibus damus, qa eius humanitati nos humiliter inclinamus & inde peccatorum ueniā expectamus, eamq; adoramus & ueneramur, & cum lachrymis dep̄camur. Sequiť: ¶ *Oſculum mihi non dediſti. hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos.* Oſculum enim, pacis & dilectionis ſignum eſt. Oſculum igitur Iudęi Chriſto Domino nō dederunt, quē gratis & ſine cauſa odio habentes, uſq; ad mortem pſecuti ſunt. Vnde & ipſe ait, Quia odio habuerūt me gratis. Gentiles uero eius pedes oſculari non ceſſant, qa ab eius amore non ſeparātur, & in ipſius nominis confeſſione mori non timent. Quodammodo enim Chriſti martyres oſculabātur eū, dum eum cōfitētes & bene de eo loquētes, moriebāt pro eo. ¶ *Oleo caput meū nō unxiſti: hæc autē unguēto unxit pedes meos.* Maiorē igitur reuerētiā Chriſti huma-

palā ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionē iuxta deſertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Non utique ille qui eſt dominus uirtutum, formidare poterat, nec eum ſuæ diuinitatis poteſtas deſeruerat: quia ſi uellet, poterat palam inter Iudæos cōuerſari, & nihil mali ab illis pati. Sed recedendo, ac ſæuitiam inimicorum declinando, nobis exemplum dare dignatus eſt, ut ſi tempus perſecutionis ingruerit, non dubitemus refugij latebras quærere, & furorem ſceleratorum hominum latendo deuitare. Sane quod dominus relictis Iudæis abijt in regionem iuxta deſertum, ſignificat, quia illos qui quondam plebs Dei, & populus acquiſitionis fuerant, propter ſuam perfidiam & incredulitatem relicturus erat, & ad gētes quæ quondam deſertæ fuerant à Deo, per apoſtolicam prædicationem erat tranſiturus. Nam & ciuitatis ipſius uocabulum in qua cum diſcipulis cōmoratus eſt, huic rei congruit aptiſſime. Ephrē namque fructificatio interpretatur, nimirum ſanctam eccleſiam præſignans ex gentibus, quæ quondam ſterilis & infœcūda, poſtquam uerbum fidei Chriſti ſuſcepit, ſpūalibus bonorū opum fructibus abūdare ſtuduit. Et quæ aliquādo terra uſta ac ſqualida, nihil uirēs gignere nouerat, modo arboribus fructiferis, deinde diuerſorum fructuum gratiā ſimul & uſum late per totum orbem propinat. Nec iam deſertum, ſed meliori nomine hortus deliciarum, & paradiſus dei dignatus eſt appellari. Redēptor itaque noſter, quia ſciebat inſtare tempus ſuæ paſſionis, uoluit ſe à Iudæis modicū abſentare, expectans ut ueniente paſcha, quod in proximum futurum erat, ſeſe illorum manibus, ſicut ante ſecula præfinierat, comprehendendū traderet, & crucifigendum. Quam nos etiā ſolennitatem, ſacra dierum quadrageſimalium obſeruatiōe commonet uigilātiſſime expectare. Ideoque neceſſe eſt, eius qui nos magno cruoris precio redemit, clementiā uotis ſedulis exorare, ut nos cū remiſſione pctōrum, cumque gratia & miſericordia ſua, ad eū ſibi placitos factat peruenire, qui uiuit & regoat, &c.

DE EADEM FERIA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

AVdierant pontifices & phariſæi Saluatorem noſtrum Lazarum quatriduanū reſuſcitaſſe, cuius miraculi magnitudine territi, inter ſe conſiliantes dicebant: *Quid facimus?* Occidamus Ieſum. Quare? *Quia multa ſigna facit. Si enim dimittimus eum ſic, omnes credent in eum.* Videntes ſigna & uirtutes quæ fiunt per eum. Quod ſi fecerint. *Venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem.* Timebant enim ne regem conſtituerent, & ob hoc contra ſe Romanorum exercitū concitarent, quorum imperio ſicut cæteræ gentes, Iudæi quoque ſubditi erant. Sed ſicut Pſalmiſta ait. Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Si enim Chriſto credidiſſent, ſi Ieſum nō occidiſſent, nec locum nec gentem amiſiſſent. Sed quia Chriſtum occidere non timuerunt, & locum & gentem perdiderunt. *Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cum eſſet pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autē* (ait euāgeliſta) *à ſemetipſo nō dixit, ſed cū eſſet pōtifex anni illius, prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gēte, & nō tantū pro gente, ſed ut filios Dei qui erāt diſperſi cōgregaret in unū.* Vos (inquit) neſcitis quicquā, neque cogitatis ea quæ neceſſaria ſunt. Ego autem ſcio, & cognoui, quia neceſſe eſt, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem non dixit à ſemetipſo, ſed à ſpiritu ſancto, quia aliter quàm ipſe intelligebat, uerba illi dirigebat in ipſo. Aliud Caiphas ſe dicere putabat, atque aliter ſua uerba intelligebat. Tota enim eius intentio erat, ut Iudæi Chriſtum occiderent, ne ipſi à Romanis occiderentur. Prophetabat tamen quod Ieſus moriturus erat pro Iudæorū gente, & noo tantum pro illa gente, ſed ut filios Dei qui ubique gentium diſperſi erant, in unam fidem & eccleſiam congregaret, ut fierent unum ouile & unus paſtor. *Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum.* Quaſi enim utili accepto conſilio, ex quo Caiphas hæc loquutus eſt, tota illa Phariſæorum multitudo quomodo Chriſtum interficeret cogitabat. *Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem quæ dicitur Efrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.* Hoc enim non timore fecit Ieſus, qui ubique ſecurus erat, qui ipſos quoque inimicos in poteſtate habebat, quem Iudæi nec tenere nec occidere poſſent, ſi nollet. Quare ergo? ut nos doceret, ut prouidos redderet, ut nos quoque iniquorū hominum furori & iræ cedamus, ſi eos fortaſſe noſtra præſentia & alloquutione non corrigi, ſed ceteriores fieri uideamus. *Proximum autem erat Paſcha Iudæorum, & acceſſerunt multi Hieroſolymam de regione ante Paſcha, ut ſanctificarent ſeipſos.* Hoc paſcha miſeri Iudæi cruentum habuerunt: hoc regem & Dominum ſuum interfecerunt. Hoc multi Hieroſolymam undique confluxerunt. Et qui ſeipſos ſanctificare uenerant, Chriſto Dño interfecto ualde deteriores ad propria remearunt. *Quærebant ergo Ieſum, & colloquebantur in templo ſtantes: Quid putatis quod non uenit ad diem feſtum?* Quærebant (inquit) Ieſum: & ideo quærebant, quia occidere eum uolebant. In templo ſtabant, non orabāt, ſed de Saluatoris morte inter ſe tractabant. Mirabantur quia non uenerat ad diem feſtum, qui eos docere ſolebat in diebus feſtis: & eum perdidiſſe timebāt, quē occidere quærebant. *Dederant autem pontifices & Phariſæi mandatum, ut ſi quis cognouerit ubi ſit, indicet, ut apprehendant eum.* Qui enim ita quærunt Ieſum, non poſſunt ſcire ubi ſit, neque inueniunt eum. Si uultis ſcire Iudæi, & inuenire Ieſum, uenite ad eccleſiam, uenite ad nos, & indicabimus uobis eum, non prodendo, ſed credendo, non ut eum occidatis, ſed ut nobiſcum in eum credadis.

IN VIGILIA PALMArum. Iohannis. xvij.

¶In illo tpe: Subleuatis Ieſus oculis in cœlum, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filiū tuū, ut filius tuus clarificet te. Et reliqua. Homiliam require in uigilia aſcenſionis domini.

¶IN DIE PALMARVM. SERMO beati Auguſtini epiſcopi.

DEus deus meus reſpice in me, q̄re me dereliquiſti? Iſtum uerſum primum in cruce audiuimus, ubi dixit Dñs, Heli Heli, q̄d eſt, deus meus, deus meus lama azabathani, q̄d eſt, quare me dereliquiſti? Interpretatus eſt illud euāgeliſta, & dixit eū Hebraice dixiſſe: Deus meus, deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti? Quid uoluit dicere domi-

dominus? non enim dereliquerat eum deus, cū ipſe
eſſet deus, utiq; filius dei deus, utiq; uerbum dei de
us. Audi à capite illum euāgeliſtam, qui ructabat
quod biberat de pectore domini: uideamus ſi deus
Ioan.13. eſt Chriſtus. In principio erat uerbū, & uerbū erat
Iohan.1. apud deum, & deus erat uerbum. Ipſum ergo uer-
bum quod deus erat, caro factum eſt, & habitauit
in nobis. Et cum uerbum deus factum eſſet, caro
pendebat in cruce, & dicebat: Deus meus, deus me
us, reſpice in me, quare me dereliquiſti? Quare di-
citur, niſi quia nos ibi eramus? niſi quia corpus Chri
ſti eccleſia? Vt quid dixit: Deus meus, deus meus, re-
ſpice in me, quare me dereliquiſti? niſi quodāmo-
do intentos nos faciens, & dicens: Pſalmus iſte de
me ſcriptus eſt. Longe à ſalute mea, uerba delicto
rum meorum. Quorum delictorū, de quo dictum
1.Pet.2. eſt: Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt do-
lus in ore eius? Quō ergo dicit, delictorū meorū,
niſi quia pro delictis nr̄is ille precatur, & delicta no-
ſtra ſua delicta fecit, ut iuſtitiam ſuam noſtrā iuſti
tiam faceret? Deus meus clamabo ad te per diē, nec
exaudies, & nocte, & non ad inſipiētiam mihi. Di-
xit utiq; de me, de te, de illo. Corpus enī ſuū gere-
bat, id eſt, eccleſiam: niſi forte putatis fratres, quia
Mat.26. quando dixit dominus: Pater ſi fieri poteſt, tranſe
at à me calix iſte, mori timebat. Non eſt fortior mi
Philip.1. les quā imperator, ſufficit ſeruo ut ſit ſicut dominus
eius. Paulus enim dicit miles regis Chriſti: Com-
pellor e duobus, concupiſcentiā habēs diſſolui, &
eſſe cū Chriſto. Ille optat mortem, ut ſit cū Chri-
ſto, & ipſe Chriſtus timet mortem? Sed quid niſi in-
firmitatem noſtrā ipſe portabat, & pro his qui ad-
huc timent mortem, in corpore ſuo cōſtitutus iſta
dicebat? Vnde uox illa, membrorum ipſius uox
erat, non capitis, ſicut hic: Per diem & noctem cla
maui, & non exaudies. Multi enī clamant in tribu-
latione, & nō exaudiūtur: ſed ad ſalutē, nō ad inſi-
pientiam. Clamauit Paulus ut auferretur ab eo ſti
2.Cor.12 mulus carnis, & non eſt exauditus ut auferretur,
ſed dictum eſt ei: Sufficit tibi gratia mea, nam uir-
tus in infirmitate perficitur. Ergo non eſt exaudi-
tus, ſed non ad inſipientiam, ſed ad ſapientiā, ut in
telligat homo medicum eſſe Deū, & tribulationē
medicamentū eſſe ad ſalutem, non pœnā ad dāna-
tionem. Sub medicamento poſitus ureris, ſecaris,
clamas: non audit medicus ad uoluntatem, ſed au-
dit ad ſanitatem. Tu autem in ſancto habitas, laus
Iſrael. In his habitas quos ſanctificaſti, & quos fa-
cis intelligere, quia ad utilitatē quoſdā non exau-
dis, & ad damnationem quoſdam exaudis. Ad uti-
litatem non exauditus eſt Paulus, ad damnatiōem
Iob.1. exauditus eſt diabolus. Petiit Iob ad tentandum,
& conceſſum eſt. Dæmones petierunt ſe ire in por
Matt.8. eos, & exauditi ſunt. Dæmones exaudiuntur, Apo-
ſtolus non exauditur, ſed illi exaudiuntur ad dāna
tionem, Apoſtolus non exaudiſ ad ſalutem, quia non
ad inſipiētiam mihi. Tu aūt in ſancto habitas laus
Iſrael. Quare nō exaudis & tuos? Quare dico iſta?
Mementote ſemper dici deo gratias, & magna eſt
hic multitudo, & qui non ſolent uenire, uenerunt,
Oībus dico, quia in tribulatione poſitus Chriſtia-
nus probatur, ſi non derelinquit deum ſuum. Nam
quando bene eſt homini, deſertus eſt ſibi Chriſtia-
nus. Ignis intrat in fornacem, & fornax aurificis
magni ſacramēti res eſt, ibi eſt aurū, ibi eſt palea,
ibi ignis in anguſto operatur. Ignis ille non eſt di-
uerſus, & diuerſas res agit. Paleā in cinerē uertit,
auro ſordes tollit. In quibus autem habitat deus,

utiq; in tribulatione meliores fiunt, tanquā aurum
probati. Et ſi forte petierit inimicus diabolus, & cō-
ceſſum illi fuerit, ſiue aliquo dolore corporis, ſiue
damno, ſiue amiſſione ſeruorum, fixum cor habe-
at in eo qui ſe non ſubtrahit, & ſic quaſi ſubtrahit au
rem plorāti, ſed apponit miam deprecāti. Nouit
quid agat qui nos fecit, nouit & reficere nos. Bo-
nus eſt ſtructor qui ædificauit domū, & ſi aliquid ibi
ceciderit, nouit reſarcire. Et uide quid dicat. In te
ſperauerunt patres nr̄i, ſperauerūt, & eruiſti eos.
Et nouimus & legimus, quàm multos patres nr̄os
ſperātes in ſe eruit deus. Eruit ipſum populū Iſra-
el de terra Aegypti, eruit tres pueros de camino Exo.14.
ignis, eruit & Danielē de lacu leonū, eruit Suſannā Dani.3.
de falſo crimine. Oēs inuocauerunt, & eruti ſunt. Dan.14.
Nunquid defecit ad filium ſuum, ut in cruce penden- Dani.13.
tem non exaudiret? Quare autem ipſe non eruitur
modo? Quia ipſe dixit, In te ſperauerūt patres no
ſtri, ſperauerūt, & eruiſti eos. Ego autem ſum uer
mis, & non homo. Non eſt homo uermis, ſed ille
uermis, & non homo. Vnde non homo? Quia De-
us. Quare ergo ſic ſe abiecit ut diceret, ſum uer-
mis? An quia uermis de carne ſine concubitu naſci
tur, ſicut Chriſtus de Maria uirgine? Et uermis, &
tamen non homo. Quare uermis? Quia mortalis,
quia de carne natus, quia ſine concubitu natus.
Quare non homo? Quia in principio erat uerbum, Ioan.1.
& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.
Opprobrium hominum, & abiectio plebis. Videte
quanta paſſus eſt. Iam ut dicamus paſſionem, & ad
illam maiori gemitu ueniamus, uidete quanta mo-
do patitur, & deinde uidete quare. Quis enim fru-
ctus? Ecce ſperauerunt patres noſtri, & eruti ſunt
de terra Aegypti. Et ſicut dixi, tam multi inuoca
uerunt, & ſtatim ad tempus, non in futura uita, ſed
continuo liberati ſunt. Ipſe Iob diabolo petenti Iob.1.
conceſſus eſt, putreſcens uermibus: tamē in hac ui-
ta reparauit ſalutem, duplo accepit quę perdide-
rat. Dominus autem flagellabatur, & nemo ſubue Iob.42.
niebat: ſputis deturpabatur, & nemo ſubueniebat,
colaphis cædebatur, & nemo ſubueniebat, ſpinis
coronabatur, & nemo ſubueniebat: leuabatur in
lignum, nemo eruit, clamat: Deus meus, deus me- Mat.27.
us, ut quid dereliquiſti me: nō ſubuenit. Quare fra
tres mei? quare? qua mercede tāta paſſus eſt? Oīa
iſta quæ paſſus eſt, precium erāt. Cuius rei precio
tanta paſſus eſt recitemus, & uideamus quæ dicat.
Primo quæramus quæ paſſus ſit, deinde quare, &
uideamus quàm ſint hoſtes Chriſti, qui cōfitentur
quia tanta paſſus eſt, & tollunt, & quare. Hic audia-
mus totū in iſto Pſalmo, & quę paſſus ſit, & quare.
Tenete iſta duo, quid, & quare. Modo ipſum quid
explicem. Non ibi immoremur, & melius ad nos
ueniunt ipſa uerba Pſalmi. Videte quæ patitur do-
minus. Attendite Chriſtiani: Opprobrium homi-
num, & abiectio plebis. Omnes qui uidebant me,
ſubſannabant me, & locuti ſunt in labijs, mouerūt
caput, Sperauit in domino, eruat eū, ſaluum faciat
eum, quoniam uult eum. Sed quare dicebant iſta?
Quia homo factus erat, dicebant tanquam in ho-
minem. Qm̄ tu es qui extraxiſti me de uentre. Nū-
quid dicerent talia in illud, quod in principio erat
uerbum, & uerbum erat apud Deum? Verbum
enim illud, per quod facta ſunt omnia, non extra-
ctum eſt de uentre, niſi quia uerbum caro factum
eſt, & habitauit in nobis. Quoniam tu extraxiſti
me de uentre. ¶ *Deus meus ab uberibus matris meæ.*
Nam ante ſecula pater meus, ab uberibus matris
meæ

m ex Deus meus. ¶ *In tr iactatas ſum ex utero*, id
eſt, tu ſolus mihi eſſes ſpes, iam tanquam homo,
iam tanquam infirmus, iam uerbum caro factum
eſt. ¶ *De uentre matris meæ, Deus meus es tu.* Non de
te deus meus, non de te pater meus, ſed de uentre
matris meæ Deus meus. ¶ *Ne diſcedas a me, quoniã
tribulatio proxima eſt, quoniam non eſt qui adiuuet.* Vi-
dete deſertum, & uæ nobis ſi ipſe nos deſerat, quo-
niam non eſt qui adiuuet. ¶ *Circundederunt me ui-
tuli multi, tauri pingues obſederunt me*, populus &
principes: populus uituli multi, principes tauri
pingues. ¶ *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo ra-
piens & rugiens.* Audiamus rugitum eorum in euan
gelio: Crucifige crucifige. ¶ *Sicut aqua effuſus
ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.* Oſſa ſua, firmos
Ioan. 19 ſuos dicit: oſſa enim firma ſunt in corpore. Quo-
modo diſperſit oſſa ſua? quando dixit illis: Ecce
ego mitto uos uelut agnos in medio luporum. Fir-
mos ſuos diſperſit, & ſicut aqua effuſus eſt. Aqua
Mat. 10. enim quãdo effunditur, aut abluit, aut irrigat. Effu-
ſus Chriſtus ſicut aqua, ablutæ ſunt ſordes, riga-
tæ ſunt mentes. ¶ *Factum eſt cor meum ſicut cera li-
queſcens in medio uentris mei.* Ventrem ſuum, dicit
infirmos in eccleſia ſua. Quomodo cor ipſius factũ
eſt ſicut cera? Cor ipſius, ſcriptura ipſius, id eſt, ſa-
pientia ipſius, quæ erat in ſcripturis. Clauſa enim
erat ſcriptura, nemo illam intelligebat. Crucifixus
eſt dominus, & liquefacta eſt ſicut cera, ut omnes
infirmi intelligerent ſcripturam Nam inde eſt: Et
Mat. 27. uelum templi ſciſſum eſt, quia quod uelabatur, re-
uelatum eſt. ¶ *Exaruit uelut teſta uirtus mea.* Magni-
fice quid dixit: Firmius factum eſt nomen meum
de tribulatione. Quomodo enim teſta ante ignem
mollis eſt, poſt ignem fortis, ſic domini nomen an
te paſsionem contemnebatur, poſt paſsionem ho-
norificabatur. ¶ *Et lingua mea adhæſit faucibus me-
is.* Quomodo membrum illud in nobis nõ ualet ni-
ſi ad loquendum, ſic & prædicatores ſuos linguam
ſuam dixit adhæſiſſe faucibus ſuis, ut de interiori-
bus ſuis caperent ſapientiam. ¶ *Et in puluerem mor-
tis deduxiſti me, quoniam circũdederunt me canes mul-
ti, concilium malignantium circundedit me.* Et iam
uidete euangelium. ¶ *Foderunt manus meas & pe-
des meos.* Tunc facta ſunt uulnera, quorum cicatri-
ces dubitans diſcipulus contrectauit ille qui dixit:
Niſi miſero digitos meos in cicatrices eius uulne-
rũ, non credã: quãdo ei dixit, ueni, mitte manũ tuã
Ioan. 20. incredule. Et miſit manum ſuam, & clamauit, deus
meus & dñs meus. Et ille: quia uidiſti, & credidi-
ſti: beati qui non uident, & credunt. Tu autem.

DE EODEM DIE HO-
milia D. Euſebij Emiſſeni.

STulti Iudæi eum occidere uolebant, quem nu-
per dominus ſuſcitauerat, ac ſi iterum eum re-
ſuſcitare non poſſet. *In craſtinum aũt turba multa
quæ uenerat ad diẽ feſtum, cum audiſſet quia uenit Ieſus
Hieroſolymã, acceperũt ramos palmarũ, & proceſſerunt
obuiã ei.* Rami palmarũ uictoriã ſignificant, q̃ Dñs
illis diebus de hoſte triũphãs ſuſcepturus erat. Pal
ma enim in ſcripturis ſæpiſsime ꝓ uictoria ponit̃.
*Et clamabant, Oſanna, benedictus qui uenit in noĩe Do-
mini rex Iſrael.* Oſanna interiectio eſt, nihilq; aliud
ſignificat, niſi quendã populi affectũ, cõgratulãtis
& Deũ laudantis. Venit aũt Dñs in nomine Domi
ni, ſecũdum quod ipſe ait. Ego ueni in nomine pa-
tris mei, & nõ recepiſtis me, alius ueniet in nomi-
ne ſuo. Et illũ accipietis *Et inuenit Ieſus aſellũ, & ſe
dit ſuper eũ: ſicut ſcriptum eſt. Noli timere filia Siõ, ecce
rex tuus uenit, ſedens ſuper pullum aſinæ.* Hæc autẽ in
Matthæo expoſuimus. De hac enim aſina & pullo
Iacob patriarcha loquitur, dicens, Iuda te lauda-
bunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimico-
rum tuorũ: catulus leonis Iuda: ad prædam fili mĩ
aſcendiſti: accubuiſti ut leo, & quaſi leæna, quis ſuſ-
citabit eum? Et paulo poſt: Ligans ad uineam pul
lum ſuum, & ad uitem o fili mi aſinam ſuam Hęc e-
nim aſina, Synagoga eſt, quæ alio noĩe uinea nũcu-
patur: pullus uero, populus gentiũ indomitus & la
ſciuus, uitis aũt Chriſtus, q aIt: Ego ſum uitis ue-
ra. Ligauit igitur ad uineã pullum ſuũ, quia Genti-
lem populum Synagogæ cõiunxit, ut fieret unum
ouile & unus paſtor. Sed quia prius ſecundũ quan-
dam partem ſynagogam ſibi coniunxerat, aſinam
quoque ligauit ad uitem. Per ſe enim Synagogã,
& per ſynagogam nos prædicauit, & prædicando
nos Synagogæ ſibique ligauit. Sequitur. *Hæc non
cognouerunt diſcipuli eius primum, ſed quando glorifica-
tus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt quia hæc ſcripta erãt de
eo, & hæc fecerunt ei.* Quid hæc ſignificarent, nõ co-
gnouerunt diſcipuli eius primum, ſed quando glo-
rificatus eſt, id eſt, poſtquam eorũ ſenſus aperuit,
ut ſcripturas intelligerent. *Tunc recordati ſunt quia
hæc ſcripta erãt de eo, & hæc fecerũt ei*: nõ alio modo
niſi eo quo ante per prophetã fuerãt prænunciata
de eo. *Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum
eo, quando Lazarum uocauit de monumento, & ſuſcita-
uit eum a mortuis. Propterea & obuiam ei uenit turba,
quia audierant eum feciſſe hoc ſignum.* Miraculis igit̃
trahebantur, qui uerbis non mouebantur. *Phariſæi
ergo dixerũt inter ſe & ad ſemetipſos: Videtis quia nihil
proficimus: ecce mundus totus poſt eũ uadit, cuius nomen
delere cogitauimus.* Quæ ſunt enim iſtæ uoces, quæ
in eius gloria reſonant? Quid eſt Oſanna filio Da-
uid? qd eſt q̃d populus dicit, Benedictus q uenit in
noĩe Dñi? Proximũ eſt, ut rex ab oĩ populo cõſti-
tuat̃, & Romanis ueniẽtibus locus iſte funditus de
ſtruat̃. *Erãt aũt Gentiles quidã ex his qui aſcenderãt, ut
adorarent in die feſto.* De talibus enim fuit Cẽturio,
de quo ipſe Dominus ait, Amen dico uobis, non in-
ueni tantam fidem in Iſrael. *Hi ergo acceſſerunt ad
Philippum, qui erat a Bethſaida Galilææ, & rogabant e-
um, dicentes: Domine uolumus Ieſum uidere.* Et Iudæi
& Gentiles quærunt Ieſum. Iudæi, ut perdant:
Gentiles, ut credant. *Venit Philippus, & dicit An-
dreæ. Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu, Ieſus
autem reſpondit eis, dicens: Venit hora ut clarificetur fi-
lius hominis.* Modo (inquit) occidetur filius hoĩs,
modo cum iniquis reputabit̃, modo ſol iuſtitię ob-
ſcurabitur: ſed uenit hora poſt hęc, ut clarificetur,
& non tantum ab his, ſed ũ cunctis gẽtibus adoret̃.
Hoc aũt factum eſt poſt Chriſti reſurrectionẽ, ubĩ
que Apoſtolis prædicantibus, & Chriſti nomen in
ſignis & miraculis declarantibus. *Amen amen dico
uobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum
fuerit, ipſum ſolum manet, ſi aũt mortuum fuerit, multũ
fructum affert.* Hoc eſt enim illud granũ frumẽti, q̃d
uirgo & inarata terra produxit, de quo Pſalmiſta
ait: Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo ꝓ-
ſpexit: Etenim Dominus dabit benignitatem, &
terra noſtra dabit fructum ſuum. Huius autẽ gra-
ni immenſa multiplicatione, omnia eccleſiæ hor-
rea repleta ſunt. De hoc frumenti grano ille panis
cõficitur, de quo ipſe Dominus ait, Ego ſum panis
uiuus, qui de cœlo deſcendi. Conſtat aũt hoc & ad
literam uerum eſſe, quod frumenti granum, ſi in
area ſeruetur, non creſcit: ſi aũt ſeminet̃, ſi in terra

ſolnatur & moriatur, multum fructum affert. *Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in uitā æternam cuſtodit eam.* Hoc enim non dixiſſet, ſi animas noſtras & bene & male odiſſe, nō poſſemus. Ipſe enim exponit, quid ſit male amare, & ipſe exponit quid ſit bene odiſſe. Male enim animam ſuam amat in hoc mundo, qui propter hunc mundum, & propter hanc uitam præſentem, eam amat. Iſte enim perdet eam: qui ſic amando, æternæ morti & perditioni tradet eam. Qui enim bene amat animam ſuam, ſic eam amat, ut in æternū uiuat, non ut breui tēpore in delitijs uiuat. Vnde & in uitam ęternam eam cuſtodit, qui ſic in hoc mundo animam ſuam odit. Ille animam ſuam & uitam ſuam odiſſe uidetur, qui mori non timet: qui ieiunijs & uigilijs, q paupertate & nuditate, alijsq́ ſimilibus eam affligit. Ille deniq́ qui ſic amat animam ſuam, ut eam, ſi neceſſe ſit, ꝓ Chriſti fide ponere nolit, perdet eā. Qui uero ſic odit, ut eam in tali neceſſitate ponere nō recuſet, in uitam æternā cuſtodit eam. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur:* ut ſicut ego pro ipſo, ita & ipſe (ſi neceſſe ſit) pro me moriatur. Sequi enim, imitari eſt. Miniſtrāt enim Domino non ſolum epiſcopi & ſacerdotes, cæteriq́ illius ordinis, uerum etiam qui facit eleemoſynas, ueſtit nudos, uiſitat infirmos, alia que his ſimilia miſericordiæ & pietatis opera facit, Dn̄o miniſtrat. Vnde & ipſe quoque Dn̄s ait: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: oſtendens eos miniſtrare ſibi, qui ipſius membris miniſtrant. Sed ꝗd eis ſibi miniſtraſſe proderit? Sequit: *Et ubi ſum ego, illic & magiſter meus erit.* Dicis fortaſſe, non hoc tibi ſufficit. Audi quod ſequitur: *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.* Magnus honor, magna gratia, immenſæ diuitiæ. Beatus ille quem Dominus honorificabit. Ille enim ditabitur illis bonis, quæ oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quę præparauit Deus diligentibus ſe. Denique qui ibi erit, ubi ipſe eſt, quid melius unquam habere poteſt? Hoc enim Pſalmiſta deſiderans, ait: Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſeculum ſeculi laudabunt te. Itemq́, Vnam petij à Domino, hāc requiram, ut inhabitem in Domo Domini omnibus diebus uitæ meę. Et Apoſtolus, Cupio, inquit, diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sequitur: *Nunc anima mea turbata eſt: & quid dicam? Pater, ſaluum me fac ex hac hora. Sed propterea ueni in hanc horam. Pater glorifica nomen tuum.* Dixit ſuperius, Venit hora ut clarificetur filius hominis: nunc autem dicit quod anima eius turbata eſt. Sed unde turbata, niſi quia ex ipſa ſua clarificatione, multos ubique terrarum nō ſolum turbari, uerum etiam flagellari & occidi, cunctisq́ tormentorum generibus affligi uidebat? Quis in eum credidiſſet, ſi clarificatus nō fuiſſet? Niſi enī à mortuis reſurrexiſſet, cœlos aſcendiſſet, tantaq́ fideles ſui in ipſius nomine miracula feciſſent, nemo in eum credidiſſet. dicat ergo, Nūc anima mea turbata eſt: non meæ mortis timore, ſed meorum fidelium compaſsione: homo enim ſum, & humanis affectionibus moueor. Et quid dicam, cum pro meo nomine fideles meos ſic affligi & cruciari uideam? Pater ſaluum me fac: ſalua membra mea, ſalua & cuſtodi fideles meos ex hac hora, ex hoc tempore meæ paſsionis, & illorum perturbationis. Simul enim & paſsio Chriſti & Eccleſiæ perſequutio cœpit: quia dum ipſe capitur, Apoſtoli fugiunt, Petrus negat, & ſcandalum patiuntur omnes. Sed propterea ueni in hanc horam, ut ex hora hac fideles mei ſaluentur, & meo ſanguine mundentur. Tūc uero. *Pater clarifica nomen tuum*, ut me die tertia reſurgēte, clarum & manifeſtum fiat, quod tu pater & ego filius uocor. Si enim cognouerint nomen tuū, cognoſcēt & nomen meū: quia pater ſine filio eſſe nō poteſt. venit ergo *uox de cœlo, dicens, Et clarificaui & iterum clarificabo.* Clarificaui per miracula, & iterum clarificabo per reſurrectionē & aſcenſionē. Clarificaui paucis, clarificabo multis, & demū clarificabo oībus. Pauci enī fuerūt illi qui eū dicentē audierūt, Hic eſt filius meus dilectus. Multi uero ſunt, qui Dei filiū eū eſſe credūt. Sed hoc in iudicio plenius declarabitur: quando omnis lingua confitebitur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. *Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum factum eſſe: alij dicebant, angelus ei loquutus eſt.* Illi igitur & illi uocē audierunt, ſed neq́ illi neq́ alij eam intellexerunt. *Reſpondit Ieſus, & dixit: Non propter me hæc uox uenit, ſed propter uos.* Nulla enim tali colloquutione indigebat, qui patris uoluntatem per omnia ſciebat. Linguæ enim (ut ait Apoſtolus) in ſignum ſunt nō fidelibus, ſed infidelibus. *Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras.* Hoc enim iudicio agitur, ut bonū à malo, & iuſtum ab iniuſto diſcernatur. Ex eo igitur tempore mundus iudicari & iudicare cœpit, ex quo Chriſti doctrinam ſuſcepit: quia tūc primum ueritatem à mendacio diſcernere nouit. Ex tunc princeps mundi huius, id eſt, diabolus, rex & Dominus iniquorum eiectus eſt foras: non foras utique de mūdo, ſed foras de populo baptiſmate mundo, quem Chriſtus ſuo ſanguine lauit, & baptiſmatis aqua mundauit. *Et ego ſi exaltatus f. ero a terra, omnia traham ad meipſum.* Ille (inquit) foras eiectus, amittet principatum: ego autem exaltatus, ad me ipſum omnia traham: omnia uidelicet, quæ trahenda ſunt. *Hoc autem dicebat* (ait Euangeliſta) *ſignificans qua morte erat moriturus. Reſpondit ei turba, Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis?* Quis eſt iſte filius hominis? Videntur Iudæi hoc in loco intellexiſſe, quid hac tali exaltatione Dominus ſignificauit, dum eum intelligunt, qui ſic exaltatur, non poſſe manere in æternum. *Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc modicum lumen in uobis eſt, ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ uos comprehendant. Qui ambulat in tenebris, neſcit quo uadit. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis ſitis.* Adhuc (inquit) modicum lumen intelligentiæ in uobis eſt., dum neſcitis quis ſit filius hominis. Illi enim ſoli illuminati ſunt, qui eum cognoſcunt, & qui eum eſſe credunt filium Dei & filium hominis: ambulate, feſtinate, currite ad lucem dum poteſtis, dum proxima eſt, dum eam uidetis & ante oculos eam habetis: & nō tenebræ erroris & mortis uos comprehendant. Qui enim ambulat in tenebris ignorantiæ & erroris, neſcit quo uadit. *Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ.* Ergo dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis ſitis. *Hæc loquutus eſt Ieſus, & abijt, & abſcondit ſe ab eis.* Et hoc quidem ſignificatio eſt. Ideo enim Dominus tunc ab eis ſe abſcondit, quia uſque hodie ab eis non inuenitur. Quotidie enim in lege & prophetis loquitur eis, & tamen non inuenitur ab eis: & hoc erat quod ſignificabat, quando ſe abſcondit ab eis.

DE EADEM DOMINI- nica

Matthæi.xxi.

¶In illo tpe: Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, & ueniſſet Bethphage ad montē Oliueti. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.



MEdiator Dei & hoim, homo Chriſtus Ieſus, q ꝓ humani gnis ſalute paſſurus, de cœlo deſcēderat ad terras, appropinquāte hora paſsionis, ap,ppinquare uoluit loco paſsionis: ut etiā per hoc clareſceret, q nō inuitus, ſed ſpōte pateret̃. In aſino uenire, & à turbis rex appellari & laudari noluit, ut etiā p hoc eruditus quiſq; agnoſceret ipſum eſſe Chriſtū, quē ſic illo uenturū ,pphetia olim pmiſſa
ſignauerat. Ante qnq; dies paſchæ uenire uoluit.
Ioan.12. ſicut ex Ioannis euāgelio didicimus, ut etiā p hoc
oſtēderet ſe eſſe agnū immaculatū, q pctā tolleret mundi. Agnus quippe paſchalis, cuius immolatione populus Iſrael ab Aegyptia ſeruitute eſt liberatus, ante quinq; dies paſchæ, id eſt, decima luna domum inferri, & ipſa die paſchæ.i. quarta decima luna ad ueſperā, iuſſus eſt immolari, ſignificans eū qui nos ſuo ſanguine redēpturus, ante quinq; dies paſchæ, id, eſt, hodierno die, magno pcedentiū ſequentiūq; populorum gaudio ac laudatione deductus, uenit in templū dei, & erat quotidie docēs in eo. Quinta demū peracta die, ubi ueteris paſchę ſacramenta hactenus obſeruata conſummauit, ac noua deinceps obſeruanda diſcipulis ſacramenta contradidit, egreſſus in mōtem Oliueti, tentus eſt à Iudęis: & mane crucifixus, ipſa nos die à dæmoniaca dominatione redemit, qua antiquus ille Hebræorum populus, p immolationem agni iugum Aegyptiæ ſeruitutis abiecit. Ergo dñs inſtar a-
gni paſchalis, ante quinq; dies quàm pati inciperet,
Eſaie.53. locum paſsionis adijt, ut ſe inſinuaret eſſe illum de
quo prædixit Iſaias: Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Et paulo ſupius: Ipſe autē uulneratus eſt ,ppter iniqtates noſtras, & liuore eius ſanati ſumus. Sed inuidorum corda principum, in cunctis quę prouide geſſit, eū potius perſequi, quàm in eum credere maluerūt, & multum miſeri, uitæ autorem morti potius dare, quàm per ipſum uiuificari ſtudebant. Verum nos perfidorū cæcitate declinata, eorum magis exēpla qui fideliter dominū laudare ſtuduerunt, ſequamur, & iter eius myſticū, myſtica (ut decet) interpretatiōe ſcrutemur. Aſina & pullus, qbus ſedēs dñs Hieroſolymam uenit, utriuſq; populi, Iudæi uidelicet & gentilis ſimplicia corda deſignant, qbus ille præſidēs, quæq; à noxia libertate ſuo frenās imperio, ad uiſionē ſupernę pacis pducit. Hieroſolyma etenī uiſio pacis interpretat̃. Et bene cum ad montem Oliueti ueniſſet dñs, diſcipulos q hæc animalia adducerent, miſit: quia non nr̃is ad eum meritis, ſed ſola ipſius gratia largiēte peruenimus, Iohāne atteſtā-
ſe q ait: Et in hoc charitas eſt, nō quaſi nos dilexe-
Ioā.4. rimus deū: ſed quia ipſe prior dilexit nos. Mōs nāq;
que Oliueti, celſitudinem dominicæ dilectionis, qua nos miſericorditer illuſtrare ac ſaluare dignatus eſt, inſinuat: nō ſolū qa olei natura lucis miniſtra eſt, & laborū dolorūq; ſolamē, uerū etiā qa cū-
ctis qbus immiſcet̃, ſolet excellere liqribus. Et A- 1.Cor.13
poſtolus de charitate locuturus: Adhuc, inqt, excellentiorē uiā nobis demōſtro. Ad montē igitur Oliueti ueniēs dñs, aſinos ſibi qbus Hieroſolymā
petat, pcipit exhiberi, figurate ſignificās hoc qd ali- Iohā.3.
bi dicit aperte: Quia ſic deus dilexit mundū, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat uitam ęternā. Duos ad exhibenda ſibi iumēta miſit diſcipulos, ut ſignificaret in utrunq; populum, circūciſionis uidelicet & præputij, prædicatores eſſe deſtinandos. Vel certe duos miſit, ut eoſdem prædicatores doctrina ſimul & operatione perfectos eſſe moneret, ne uel erroris uerba indocti ueritati miſcerēt, uel ea quæ recte docuiſſent, peruerſe uiuendo negarent. ¶ *Inuenietis, inquit, aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite, & adducite mihi.* Pullum quoq; alligatum fuiſſe, alij euangeliſtæ teſtantur. Vterq; enim populus funibus peccatorum erat circumplexus, & ſolutione diuina opus habebat, iſte lege quam acceperat male utendo, ille nunquam accipiēdo pec-
cauerat. Vnde bene Apoſtolus: Quia non eſt di- Rom.3.
ſtinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iuſtificati per gratiam ipſius gratis. Et pulchre alij tres euangeliſtæ q gētibus ſcripſerūt, pullum ſolummodo dño adductum memorant. Matthæus autē euangeliſta qui ex Hebręis & Hebręo ſermone ſcripſit euangeliū, etiam aſinæ facit mentionē, prouida utiq; diſpoſitione: ut quorum ſalutem ſcribendo quæſierunt, hos ſaluandos à domino myſtice docerent eſſe figuratos. ¶ *Et ſi quis uobis, inquit, aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, & cōfeſtim dimittet eos.* Et doctoribus præcipitur, ut ſi qd eis obſtiterit aduerſitatis, & ſi qs ,phibuerit pctōres à laqueis diaboli abſolui, & per cōfeſsionem fidei dño adduci, non tamen prædicare deſiſtant, ſed conſtanter inſinuent, quia dñs ad ędificandam eccleſiam talibus opus habet. Quāuis enim ſæuus ſit perſecutor & immanis, non poteſt eorum obſiſtere ſaluationi, qs nouit dñs quia ſunt eius, quos ad uitam præordinauit æternam. Adhibetur autē huic facto prophetę teſtimoniū, ut appareat dominum quidem in omnibus, quę de ipſo erāt ſcripta, compleſſe, ſed inuidia cæcatos ſcribas & phariſæos, ea quæ ipſi legebant, intelligere ne-
quiſſe. ¶ *Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi man-* Zach.9.
ſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis. Filia Sion, eccleſia eſt fidelium, pertinens ad ſupernam Hieruſalem, quę eſt mater omnium noſtrum, cuius portio tunc non minima erat in populo Iſrael: regem habens manſuetum, qui non terrena immitibus, ſed manſuetis cœleſtia regna dare conſueuit, dicēs: Diſcite à me, quia mitis ſum & humi-
lis corde, & inuenietis requiem aīabus ueſtris. De q- Math.11
bus Pſalmiſta: Māſueti, inquit, poſsidebunt terrā,
& delectabuntur in multitudine pacis. Rex ergo Pſal.36.
manſuetus manſuetis, id eſt, humilibus corde terram pacis tribuit, quos in terra belli & tribulationum quōdam rex impius, id eſt, diabolus ſuperbiæ uulnere ſtrauit. Sedēs, inquit, ſuper aſinā & pullū filium ſubiugalis, quia requieſcit in corde humiliū & quietorū, & trementiū uerba eius, ſiue eorū qui in ſynagoga iugum legis trahere nouerūt, ſeu illorū qui gentiliū diu libertate effrenes, eiuſdē ſynagogæ

gogæ inſtātia ad fidei & ueritatis ſunt grãm con-
uerſi. ¶ *Adducentes autem aſinam & pullum diſcipuli,*
impoſuerũt ſuper eos ueſtimēta ſua, & dominũ deſuper
ſedere fecerunt. Veſtimēta diſcipulorum, opa ſunt
Pſal. 131. iuſtitię. Pſalmiſta teſte q ait: Sacerdotes tui indu-
ant iuſtitia. Aſinos q̃s nudos inuenlũt diſcipuli, ſu-
is ſternũt ueſtimētis, & ita deſup dñm imponunt,
cũ prædicatores ſcti quoſlibet a ſanctitatis habi-
tu uacuos inueniũt, hos uirtutum ſuarũ exēplis
ad ſuſcipiendam fidem, & dilectionem ſui condi-
toris imbuũt. Non enim nudam Dominus aſinam,
non nudum uoluit aſcendere pullum, quia ſiue Iu-
dæus, ſiue gentilis, niſi ſanctorum fuerit dictis or-
natus & actis, nõ poteſt dñm habere rectorē, ſed
regnat potius peccatum in mortali eius corpore
ad obediendũ cõcupiſcētijs eius. ¶ *Plurima autē tur-*
ba ſtrauerunt ueſtimēta ſua in uia. Plurima hęc turba,
innumerabilē martyrũ deſignat exercitũ, q corpo-
ra ſua, animarũ uidelicet tegumēta ꝓ dño dabãt,
q̃ ſequētibus electis planiorē recte uiuēdi callē fa-
cerēt, ne q uidelicet dubitarēt ibi pedē bonę actio-
nis ponere i pace, ubi nõ paucos uiderēt in bello
pręceſſiſſe martyrij. ¶ *Alij autem cædebant ramos de*
arboribus, & ſternebant in uia. Rami arborum, dicta
ſunt patrũ pręcedentiũ & exēpla. Et quiſq in exē-
plũ recte credendi ſiue opandi, qd ꝓphetæ, quid
apſi, qd cæteri ſancti dixerunt ſeu fecerunt, pan-
dit, ramos ꝓfecto de arboribus cędit, qbus iter aſi-
ni dominum portantis cõplanat, qa ſententias de
ſanctorũ libris excerpit, p quas ſimplicium Chri-
ſti corda, ne in uia ueritatis errent, ædificet. ¶ *Tur-*
bæ aũt quæ præcedebãt, & quæ ſequebantur, clamabant
dicentes. Oſanna filio Dauid. Vna eademq confeſſio-
nis laudationis & uoce, dñm qui pręcedunt & qui
ſequunt, exaltant: quia una nimirum fides eſt eo-
rum, qui ante incarnationem dominicã, & qui po-
ſt ea fuere ꝓbati, quanuis ſacramēta habuerint pro
temporum ratione diſparia, Petro atteſtante, qui
ait: Sed per gratiã domini Ieſu credimus ſaluari,
Act. 15. quemadmodum & illi. Quod autem aiunt, oſanna
filio Dauid, hoc eſt quod in Pſalmo legitur: Do-
mini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio
tua, hoc idem eſt quod in magna deuotione laudis
Pſal. 3. in Apocalypſi ſanctorum chorus reſonat: Salus
Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & agnum.
Apo. 7. ¶ *Benedictus qui uenit in nomine domini.* In nomine
domini, in noie dei patris ſignificat, q̃d ipſe alibi
Iudęis non credentibus dicit: Ego ueni in nomine
patris mei, & non recepiſtis me: alius ueniet in no-
Iohã. 5. mine ſuo, illum recipietis. Venit eñ Chriſtus i no-
mine dei patris, qa in omnibus quę geſſit & dixit,
patrem glorificare, & glorificandũ hoibus prędi-
care curauit. Veniet Antichriſtus in nomine ſuo, q
cum ſit homo omnium hominum neqſſimus, & di-
2. Teſ. 2. abolo comite plenus, * dedignabitur ſe filium dei
* nõ de- cognominari, aduerſat enim & extollit ſup omne
dig. quod dicitur deus, aut quod colitur. Aſſumunt au-
tem uerſiculum laudis turbę de Pſalmo centeſimo
decimoſeptimo, quem de domino cãtatum nemo
eſt q dubitet. Vnde pulchre de ipſo in eodem Pſal-
mo præmittitur: Lapidem quem reprobauerunt
Pſal. 117. ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, qa uide-
licet Chriſtus quem reprobauerunt Iudæi, ædifi-
cãtes ſuarũ decreta traditionum, factus eſt in mu-
nimentum utriuſq populi credētis, Iudæi ſcilicet
& gētilis. Quod enĩ in Pſalmo lapis angularis uo-
catur Chriſtus, hoc eſt utiq quod in euãgelio pręe-
cedentium ſequentiumq collaudatur uoce turba-
rum. Quod autem in eiuſdem laudis proſecutione
ſubiungitur oſanna, id eſt, ſalus ſiue ſaluifica in al-
tiſſimis, ꝑſpicue docet aduētum domini in carne,
non ſolum humani generis in terra, ſed & angelo-
rum in cœlis eſſe ſalutem: quia dum nos redempti
ad ſuperna ꝑducimur, eorum ꝓfecto numerus qui
ſatana cadente erat minoratus, impletur. Hinc enĩ
Paulus ait, inſtaurari omnia in Chriſto, quę in cœ- Ephe. 1.
lis, & quę in terra ſunt, in ipſo. Recte igitur oſan-
na in altiſſimis, in eius laudē canitur, cuius tota in-
carnationis diſpenſatio, ꝓ implenda gloria patris
cœleſtis aderat. Proinã neceſſe eſt fratres mei, ut
ad ꝓmiſſam nobis patriã tota mētis deuotione tē-
damus, ſemp recordãtes, qa & ſi anguſta eſt uia q̃
ingredimur, beata eſt mãſio ad quam feſtinamus.
Felicius qppe eſt p aſperum iter ad regnum, quã
p amœnum planumq ad ſupplicium duci. Felici-
us eſt continentia carnis temporali gaudium per-
ne mereri, quàm ꝓ laſciuia parui tēporis, æternã
luere uindictam. Ecce ieiunium quadrageſimale,
dño auxiliante, iã plurima ex parte cõpleuimus,
teſtis eſt unicuiq conſcientia ſua, qa quãto diſtri-
ctius ſe ſanctis his diebus dño mancipaſſe memi-
nit, tanto amplius gaudens, ſanctum dominicæ re-
ſurrectionis tempus expectat. At ſi quē forte ad-
huc conſciētia minus ꝑfecte caſtigata accuſat, nul-
li dubium qn pauidus & tremens tantæ ſolennita-
tis preſtolatur aduentum. Nec tamen hic talis de
ſalute diffidat, ne aliqua ſuorum numeroſitate uel
enormitate ſcelerum cõfuſus, barathrum deſpera-
tionis incidat, iuxta illud Salomonis: Impius cum Pro. 18.
uenerit in ꝓfundum malorum, cõtemnit, ſed ſoli-
cite ppendat, qa ſi tempus annuæ feſtiuitatis, qua
de autoris noſtri reſurrectione lætemur, tãto uel
gaudio caſtos, uel impuros meru & cõfeſſione af-
ficit, multo magis in tempore diſtricti examinis,
quãdo generalis omnium reſurrectio celebratur,
& iã audita iudicis ſententia, hos conſcientia mũ-
da excuſans lętificat, illos noxia accuſans in ppe-
tuum damnat. Quicunq ergo fratres dilectiſſimi
continentiæ armis accincti, ab initio iã quadrage-
ſimæ cum tentatore ſupbo certare cœperunt, uideãt
caute ne cœpta deſerant, priuſquam hoſte proſtra-
to miniſterijs donentur angelicis. Qui uero hacte-
nus armaturam uirtutum nõ induit, uel hodie in-
cipiat, hodie cũ turbis illis fidelibus fidei opa aſſu-
mat, imploret pietatē eius q in nomine patris ad-
ueniens, benedictionem mundo attulit, & oſanna
in altiſſimis ꝓclamãs, ſaluari ſe ſupna in patria fla-
gitet. Sternat ueſtimenta ſua in uia, id eſt, membra
ſui corporis humiliet in ꝓ̄ſenti, ut exaltet ea deus
in futuro, memor illius Dauid dicentis, qa exultabũt oſ- Pſal. 50.
ſa humiliata. Ramos de arboribus cædat, & ſibi
ſternat in uia, id eſt, ſanctorũ ſcripta ſedulus ad
memoriã reuocet, qbus ſtãtes ne cadant roboran-
tur, lapſi ne diutius iaceãt hortantur, reſurgentes
ut uirtutibus exerceant inſtruũtur, exercitati uir-
tutibus præmia in cælis ut ſperent eriguntur, hiſq
greſſus ſuæ actionis, ne in lapidem offenſionis &
petram ſcandali offendant præmuniat, ac ſic eti-
am ipſe cum cęteris fidelibus redemptoris ſui ue-
ſtigia ſequat, paſſionisq ac reſurrectiõis eius my-
ſteria digna mentis puritate ueneretur, quæ ele-
ctis omnibus, membris uidelicet ſuis, in remediũ
uulnerum ſimul & cæleſtium gaudiorum pignus
dare dignatus eſt Ieſus Chriſtus dominus noſter,
qui uiuit & regnat cum patre in unitate ſpiritus
ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

De

DE EADEM DOMINICA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

NVnciat Dominus Paſcha poſt biduũ, nunciat & paſsiunem ſuã, ut in Paſcha occidatur, qui per Paſcha ſignificatur. Tota enim illa feſtiuitas per tot annos anteá celebrata, nihil aliud niſi Chriſti paſsionẽ ſignificabat. Merito igitur ſimul cõueniunt, & ſignificatio & ſignificatũ. Merito illa & non alia die iã tãdem morti traditur, qui per ſingulos annos in huius facti ſignificatiõe illa die immolabatur. Paſcha enim ſiue Phaſe, tranſitus dicitur, ſiue quia tunc Dominus tranſiens per caſtra Aegyptiorum, omnia eorum primogenita interfecit, ſiue etiam quia tunc Saluator noſter trãſiuit ex hoc mundo ad patrẽ. Vnde Ioannes ait: Sciens Ieſus quia uenit eius hora ut tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ, cũ dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos. Hęc aũt ſolẽnitas ſeptẽ diebus celebrabať: de qua in Exodo ſufficienter diximus. *Tunc cõgregati ſunt principes ſacerdotũ & ſeniores populi in atriũ principis ſacerdotũ, qui dicebatur Caiphas: & conſiliũ fecerunt ut Ieſum dolo tenerẽt & occiderẽt.* Sicut enim per ſingulos annos, omnes Iudæi cõuenire ſolebãt, ut in hac ſolennitate unum hædum immolarent: ita & nunc omnes colliguntur in unum, ut Chriſtum dolo teneant, & occidant, quem ille hœdus ſignificabat: de quo ſcriptum eſt: Iuxta quem ritũ tolletis hœdum, & immolabit eum omnis multitudo filiorũ Iſrael ad ueſperum. Cui enim non uideretur ridiculum eſſe, ut ſexcenta millia hominum & eo amplius in unum conuenirẽt, ut unum hœdum interficerent, niſi quia hoc tã magnum ſacramentum in illo facto ſignificabatur? *Dicebãt aũt: Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.* Timebãt enim ne populi ſeditione de illorum manibus Chriſtus tolleretur, qui illuc ad diem feſtum undiq; conuenerant. *Cum autem eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis Leproſi, acceßit ad eum mulier habens alabaſtrũ unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.* Simon iſte leproſus fuerat, quem iam antea ſanauerat Dominus. Hæc autem mulier utrum eadem ſit, quæ lachrymis pedes eius rigauit, an alia, non contendo. Mihi tamen nõ uidetur inconueniens, ſi ad Chriſti caput unguendũ acceſsit, cui iam Dñs peccata dimiſerat, dicẽs: Mulier dimittuntur tibi peccata. Hoc autem unguentum alius Euangeliſta ſpicatum, alius piſticum uocat. Et ſpicatũ quidem dicitur, ab ea ſpecie quæ ſpica nardi uocatur. Piſticum autem fidele interpretatur: cui illud contrarium eſt, de quo dicitur, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Manifeſtum eſt igitur, quid utrunq; ſignificet. *Videntes autem diſcipuli indignati ſunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? poterat enim hoc uenundari multo, & dari pauperibus.* Hoc autem ſolum Iudam dixiſſe Ioannes Euangeliſta narrat: & hoc fortaſſe, quia plus cæteris hoc ei diſpliciuiſſet. Et cæteris quidem, propter pauperes: Iudæ uero, quia fur erat, & loculos habebat. Quia enim huius rei ſignificatum non intelligebant, inutiliter eis fieri uidebatur. *Sciens Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me.* Sciens enim Ieſus quid hoc ſignificaret, defendit, & laudat mulierem de opere bono. *Nam ſemper pauperes habebitis uobiſcum: me autem non ſemper habebitis.* Hoc enim de præſentia ſui corporis dicit, quam illi modicum ſecum habituri erant. *Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* Significatio (inquit) eſt, non perditio: in proximo enim paſſurus ſum, ideoq; hæc mulier hoc unguentum mihi obtulit ad ſepeliendũ. Mos enim antiquus fuit, ut nobiliũ corpora ſepelienda unguẽtis pretioſis ungerentur, & cũ aromatibus ſepelirẽtur. *Amen dico uobis, ubicunq; prædicatũ fuerit hoc Euangeliũ in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriã eius.* Vos, inquit, inſipiẽter pro eo facto eã reprehenditis, pro quo ipſa laudãda eſt in uniuerſo mundo. *Tunc abijt unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scarioth, ad principes ſacerdotũ, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eũ tradã? At illi cõſtituerunt ei triginta argẽteos: & exĩde quærebat opportunitatẽ ut eũ morti traderet.* Hoc enĩ totũ à prophetis prænunciatũ fuerat, & q̃d à diſcipulo tradereť, & q̃d triginta argẽteis uẽderetur. Vnde Pſalmiſta, Homo pacis meæ, in q̊ ſperabam, qui edebat panes meos, ampliauit aduerſum me ſupplantationẽ. Et alibi: Apprehenderũt mercedẽ meã triginta argẽteis: de quorũ pretio ironice dixit, q̃a indecorũ & incõueniens erat, ut mũdi Saluator tã uili pretio uendereť. *Prima aũt die azymorũ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere Paſcha?* Paſcha enim hoc in loco agnũ illũ uocat, qui in Paſcha immolabať, quẽ nocte illa comedebant in azymis & lactucis agreſtibus. *At Ieſus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam: & dicite ei: Magiſter dicit, tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.* Iſte enim quidam non parui meriti fuiſſe credendus eſt, apud quem non ſolum Dominus Paſcha fecit, uerum etiam paſsionis reuelat arcanum, dicens ei: *Tempus meum prope eſt. Et fecerunt diſcipuli ſicut præcepit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis: & edentibus illis dixit: Amen dico uobis, quia unus ueſtrum me traditurus eſt. Et contriſtati ſunt ualde, & cœperunt ſinguli dicere, Nunquid ego ſum Domine? At ipſe reſpondens ait: Qui intingit manũ mecum in paropſide, hic me tradet.* Prius dixit: Vnus ueſtrũ tradet me: deinde dubitantibus omnibus, & unoquoque timente pro ſe, (ſciebant enim eum mentiri non poſſe) manifeſtius eũ oſtendit, dicens: *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis uadit, ſicut ſcriptũ eſt de illo: Væ autem homini illi, per quem tradetur.* Vtrunq; enim prophetatum erat, & quod filius traderetur, & quod uæ illi eſſet: per quem traderetur. Vtrunq; enim præuiderat Deus, & mortem ſuam, & iniquitatem proditoris ſui. Vtrunq; ergo prædicere uoluit, ut eo amplius ſibi quiſque caueret, & proditionẽ facere timeret. *Bonũ erat ei, ſi natus nõ fuiſſet homo ille.* Simplici ſermõe & uulgari loquutione loquiť, nõ quod bonum uel malũ ei ſit, q̃ omnino non eſt: niſi forte quis hoc ſubtilius intelligere uelit, ut formato corpore, ut ſuſcepta anima, ſi Iudas in matris utero, prius quã naſceretur, moreretur, melius illi eſſet, quàm ut ad hoc tantũ ſcelus perueniſſet: quoniã & ſi gloriã beatitudinis nõ haberet, pœnam tamen proditionis non ſuſtineret. Credimus enĩ oẽs homines, etiã nõ natos reſurgere, quibuſcũq; uel ad horã cõceſſum eſt uiuere. *Reſpõdens aũt Iudas qui tradidit eũ, dixit: Nunquid ego rabbi? Ait illi: Tu dixiſti.* Ecce miſer, uide dñm oĩa ſcire, nec tuã cõſcientiã eũ latere: ceſſa igiť, & cõfitere. *Cœnãtibus aũt eis, accepit Ieſus panẽ, & benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meũ.* Expunit dñs hoc ĩ loco, q̃d ſignificaret cũ alibi diceret, Niſi manducaueritis carnẽ filij hoĩs, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis

dormientes,& dicit Petro: Sic nõ potuiſtis una hora ui
gilare mecum? Sic (inquit) agitis? ſic mei memores
eſtis? ſic mecum uigilatis? *Vigilate & orate, ut non*
intretis in tentationem. Ille enim intrat in tentatio
nem, qui iam quaſi uictus ipſa tentatione tenetur
illaqueatus. Aliud igitur eſt tentari, aliud in tẽta-
tionem intrare. *Spiritus quidẽ promptus eſt, caro au*
tem infirma Quamuis enĩ anima tẽtationibus potẽ-
ter reſiſtat, caro tamẽ quę illã grauat, infirma &
fragilis eſt, niſi oratione & attẽta ſolicitudine ro-
boretur. *Iterũ ſecundo abijt, & orauit dicens: Pater mi*
ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibã illum, fiat uolũ
tas tua. Si nõ poteſt (inquit) fieri, ut me Iudęi non
occidant, & ſic in uoluntate tua poſitum eſt, fiat
uolũtas tua. Volũtas igitur patris fuit, ut Chri-
ſtum Iudæi interficerẽt. Quia enim pro ſalute mũ
di moriturus erat, ut aliq̃ gẽs eũ occideret opor-
tebat. Oportebat enim pati Chriſtum, & reſurge
re à mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam. Sed
quæ alia gẽs Chriſtũ occidere debuit, niſi illa quæ
iniquior erat, & quæ plus cæteris eius ſanguinem
ſitiebat? Deus enim neminẽ cogit ad peccandum:
eos tamen peccare permittit, qui uehemẽter pec-
care deſiderant. Vult igitur Deus ut hi tales, quo-
rum tota uolũtas prona eſt ad malũ, ſanctos ſuos
interficiant, quatenus & his maior pœna, & illis
abundãtior gloria creſcat Fit itaq; in morte mar-
tyrum duplex bonum, quoniam & mali (qui etiam
ſi eos non occiderent, tamen perituri erant) in eo
rum morte maiorem ſibi pœnam acquirunt: & bo
ni, dum pro Chriſti fide occidũtur, maiori gloria
cumulantur. Ac per hoc uoluit Deus pater, ut fili-
um ſuum Iudæi interficerẽt, & quia neq̃ſſimi erãt,
maximum ſcelus perpetrarent, quatenus nullam
habeant excuſationẽ, & maiori pœnæ ſubijciãtur:
ut ueniat ſuper eos omnis ſanguis iuſtus, qui effu-
ſus eſt ſuper terrã. *Et uenit iterũ, & inuenit eos dor-*
mientes: erant enim oculi eorum grauati. Somnus iſte
diſcipulorum, Eccleſiæ ſomnum & torporem ſig-
nificabat, quæ in magnis tẽtationibus ſæpe tabeſ-
cit & deficit, niſi Chriſti frequenti uiſitatione ex
citetur. *Et relictis illis, iterũ abijt, & orauit tertio eun-*
dem ſermonem dicens. Tunc uenit ad diſcipulos, & di-
cit illis: Dormite iam & requieſcite, ecce appropinqua-
uit hora, & filius hominis tradetur in manus peccato-
rũ: ſurgite eamus: ecce appropinquauit qui me tradet.
Hęc enĩ nõ ꝓcipiẽdo, ſed redarguẽdo dicit. Nõ enĩ
dormiendum uel quieſcendum, ſed potius uigilãdũ
eſt, & orationibus inſtandum, in magnis perturba
tionibus. Ideoq; protinus eos excitans, ait. *Surgite*
eamus. Quod utique nõ dixiſſet, ſi eos dormire &
quieſcere uoluiſſet *Adhuc ipſo loquente, Iudas unus*
de duodecim uenit, & cum eo turba multa cum gladijs &
fuſtibus, miſſi a prĩcipibus ſacedotũ & ſenioribus populi:
Vbi enim ille qui impetitur, ſe defendere nõ uult,
fuſtes & gladij neceſſarij nõ ſunt. Si eñ Dominus
ſe defendere uoluiſſet, neque fuſtes, neq; gladij ei
reſiſtere potuiſſent. Hoc enim ipſe mõſtrauit, cũ
ad unam reſponſionẽ eos proſtrauit. *Vt enim dixit,*
Ego ſum, abierãt retrorſum, & ceciderunt in faciẽ ſuã.
Qui autem tradidit eũ, dedit eis ſignum, dicẽs: Quemcũ
que oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et cõfeſtim ac-
cedens ad Ieſum, dixit: Aue rabbi: & oſculatus eſt eum.
Hoc enim ſignum propter Romanorum milites,
qui Chriſtum nõ cognoſcebant, proditor Iudas de-
diſſe uidetur. *Dixitque illi Ieſus, Amice, ad quid ueni-*
ſti? Amicum eum per cõtrariũ uocat, q ei inimicus
erat. Sic & beatus Iob benedicere pro maledicere
poſuit, dicẽs: Ne forte peccauerint filij mei, & be-
nedixerunt Deo in cordibus ſuis. *Tunc acceſſerunt,*
& manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerũt eum. Et ecce
unus ex his qui erãt cum Ieſu, extẽdens manum exemit
gladium ſuum, & percutiens ſeruũ principis ſacerdotũ,
amputauit auriculã eius. Iſte unus beatus Petrus A-
poſtolus fuit: qui poſtq̃ Dominũ ſuũ teneri uidit,
dolore cõmotus, ſe ulterius cohibere non potuit.
Amputauit igitur auriculã ſerui prĩcipis ſacerdo-
tum, quæ nondũ circũciſa fuerat, & idcirco malis
cõſilijs obedierat Vocabatur aũt Malchus ſeruus iſte,
q regnaturus interꝓtatur. Soli eñ illi regnabũt &
uiuent, qui aures circũciſas habebũt. Vnde & hu-
ius aurem Dñs tetigiſſe & ſanaſſe ab alio euange-
liſta dicitur. Quę enĩ aures ab Apſtolis & docto-
ribus circũciduntur, illas Dñs tantẽ & ſanat. *Tũc*
ait illi Ieſus: Conuerte gladiũ tuum in locum ſuũ. Om-
nes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribũt. Diſplĩ
cet Deo factum Petri: quoniã etſi bonum ſignifica
bat, non tamen bono animo ferebat. Omnes enim
qui acceperint gladium, id eſt, q iniuſta animi cõ
motione aliquẽ interfecerit, niſi forte digne pœ
nituerint, gladio peribunt: gladio utiq; ꝑpetuę ul
tionis. Omnis enĩ pœna gladius uocatur. Beatus
autem Petrus iuſtã cauſam habebat, ſed neq; iuſte
neq; iniuſte Dominus, armis defendi uolebat. Vn
de & ſubditur. *An putas quia nõ poſſum rogare patrẽ*
meum, & exhibebit mihi modo plus quã duodecim legio
nes angelorũ? Vos (inquit) duodecĩ homines eſtis,
qui pro me utcunq; pugnare cõtenditis: ego autẽ,
ſi uolo, plus quã duodecĩ legiones angelorũ ſubi-
to habere poſſum. Quod igitur me non defendo,
non eſt impotentia, ſed uolũtas. Si eñ me defende
ro, nihil poterũt aduerſum me: q̃d ſi nihil poterũt,
quomodo ergo implebũtur ſcripturę q̃ ſic opor-
tet fieri? *In illa hora dixit Ieſus turbis: Tanquam ad la*
tronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus cõprehẽdere me:
quotidie ſedebam apud uos in templo docẽs, & non me
tenuiſtis. Quod quidem nõ ſine ratione & Dei nu-
tu eueniſſe, euangeliſta exponit, dicens: *Hoc autem*
totum factum eſt, ut adimplerentur ſcripturæ propheta
rum Tũc diſcipuli omnes, relicto eo fugerãt. Et illi, te-
nentes Ieſum, duxerunt illũ ad Caipha principẽ ſacer-
dotum, quo ſcribæ & ſeniores cõuenerant. Petrus autẽ
ſequebatur a longe uſque in atriũ principis ſacerdotum.
Et ingreſſus intro, ſedebat cũ miniſtris ut uideret finẽ.
Adhuc (inquit) Petrus ſequebatur Dominũ, ſed à
longe: iam proximus erat enim negationi. Vnde
& non immerito cum miniſtris ſedebat, finem rei
uidere deſiderãs. Vbi enim ſedet q Chriſtũ negat,
niſi inter Iudæos, Iudęorũq; miniſtros? *Principes*
autem ſacerdotum & omne cõſilium quærebãt falſum
teſtimoniũ contra Ieſum, ut eum morti traderent: & nõ
inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Secundũ
legem Chriſtum damnare uolũt, & falſa teſtimo-
nia quærũt, cum lex ipſa falſa teſtimonia nõ ſuſci-
piat. Qua in re maxima Iudæorũ iniquitas, & odi-
um crudele & execrabile cõꝓbatur. *Nouiſſime au-*
tem uenerunt duo falſi teſtes, & dixerũt: Hic dixit, poſ
ſum deſtruere templũ Dei & poſt triduũ reædificare il-
lud. Hoc enim Chriſtus nõ dixerat, quod ſi dixiſ-
ſet, facere utiq; potuiſſet. Dixerat enim, Soluite tẽ
plum hoc, & in triduo excitabo illud. Quod quid
ſignificet, euangeliſta exponens, ait. *Hoc autem di-*
cebat de templo corporis ſui. Et ſurgens princeps ſacer-
dotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum
te teſtificantur? Ieſus autem tacebat. Tacet Chriſtus
& reſpõdere nõ uult, tũ q̃a uana & inutilia audit,

quanuis non ab ipſis, ſed à gentibus ſit crucifixus. *Reſpondens autem præſes, ait illis: Quem uultis nobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barrabam. Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes, Crucifigatur.* Occidunt Iudæi Dominum ſuum, damnãt & crucifigi præcipiũt ſaluatorem ſuum: petunt ſibi Barrabam, qui filius magiſtri eorum interpretatur. Magiſter nanq; eorũ diabolus eſt, qui eos ſic clamare & hanc adoptionem facere docuit, ut filium diaboli eligerent ſibi, & Dei filium crucifigerent. *Ait illis præſes, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt, dicẽtes: Crucifigatur.* Iã nõ accuſatione, ſed clamore: nõ iudicio, ſed uiolentia, Chriſtũ Iudæi occidere contendunt. Interrogat Pilatus, quid mali fecerit: nihil huic interrogationi reſpondent, quoniam quid reſpondeant non habent. Clamabant igitur, fremunt, & inſaniunt, ut ſcriptura impleatur, quæ ait: Quare fremuerũt gentes, & populi meditati ſunt inania? aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduerſus Dominum & aduerſum Chriſtum eius. *Videns autem Pilatus, quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius uos uideritis.* Lauat Pilatus manus ſuas, ut ſicut manus habet mundas à ſordibus, ita ſe innocẽtem à Chriſti morte eſſe oſtendat. Sed non eſt ita. Quanuis enim ipſe eum non iudicauerit uel damnauerit, reus tamen eſt, quia alijs eum ad iudicandum tradidit, quem ſine cauſa & per inuidiam dãnari ſciebat. *Et reſpondens uniuerſus populus, dixit:* Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Hanc enim hæreditariam maledictionem in poſteros ſuos Iudæi tranſmiſerunt, cui ſubiacent omnes qui illos imitantur, & quibus hoc illorum factum non diſplicet. *Tunc dimiſit illis Barrabam: Ieſum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur.* Flagellauit Pilatus Ieſum, ſiue ut illa tali ſatisfactione Iudæi ſatiati quieſcerent, & ſic eum emendatum dimitterent: ſiue etiam quia leges Romanæ, eum qui crucifigendus erat, prius flagellare iubebãt. Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerũt ad eum uniuerſam cohortem. Et exuentes eum chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius & arũdinem in dextra eius: & genu flexo ante eum, illudebant, dicentes, Aue rex Iudæorum. Illi enim (ſicut hic dicitur) omnia hæc illudentes fecerunt: nobis autem magni ſacramenti ſignificationes ſunt, neq; ꝑ ludo, ſed omnia in ueritate hæc ſuſcipimus & ueneramur. Quod autem corona ſpinea eſt, regnum ex peccatoribus colligendũ ſignificabat. Sceptrum ei ex arundine datũ, ut iuſtos in cœlis: peccatores in terra ſcribat, ſecundum illud, Domine omnes qui te oderunt, cõfundentur: recedentes à te, in terra ſcribentur: Bonis autem Dominus ait: Quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Iudæi enim cum arundine ſcribere conſueuerãt. In ueſte uero coccinea ſiue purpurea, qua & cæteri reges utebantur, quocunq; animo illud faciebant, regem tamen eſſe eum apertiſſime prædicabant. *Et exuentes eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.* Vt enim Apoſtolus ait, Caput Chriſti Deus. Caput igitur Chriſti arundine percutit, qui contra eius diuinitatem ſcripturam componit, uel ipſum Deum non eſſe, alicuius ſcripturæ auctoritate defendit. Et poſtq̃ illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum ueſtimentis ſuis, & duxerunt eum ut crucifigerent. Neque enim conueniebat, ut cum regio apparatu crucifigeretur, ſed humilis appareret in habitu, qui ſeipſum humiliauerat maieſtate. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem. Hunc angariauerunt, ut tolleret crucem eius.* Cyrenæus hæres: Simon, obediens interpretatur. Gentilis igitur homo, patriæ cœleſtis hæres, & Deo obediens, crucem Chriſti portat. De quo ipſe Dominus alibi ait: Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. *Et uenerũt in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus.* Locus aũt iſte ſic uocatus eſt, quia ibi damnati uel filij decollabantur, ibiq; capitis caluarias amittebant. Fuerunt tamen qui hunc locum a Caluaria primi hominis ſic nominatum fuiſſe putarunt. *Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtũ, & cum guſtaſſet, noluit bibere.* Vnde Pſalmiſta, Et dederunt, inquit, in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Guſtauit autem, ſed bibere noluit, quia mortis amaritudinem, quã guſtaturus erat, momentaneam & cito in dulcedinem conuertendam ſignificabat. *Cum ſero autem factum eſſet, uenit homo quidam diues, ab Arimathia, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu.* Hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Tũc Pilatus iuſſit corpus reddi. Quia enim iſte Ioſeph diues & nobilis erat, ideo Chriſti corpus tam facile à Pilato potuit impetrare. Et accepto corpore Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda, & poſuit illud in monumẽto ſuo nouo quod exciderat in petra, & aduoluit ſaxũ magnum ad oſtium monumenti, & abijt. Docet nos Ioſeph, qualiter Chriſti corpus ſuſcipere debeamus: docet nos mundo corde & pura conſcientia illud ſuſcipere, q̃d ipſe in ſindone munda inuoluit, & in nouo monumento ponit. *Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra ſepulchrũ.* Merito eis Dominus poſt reſurrectionẽ ſuã prius apparuit, quæ ſic eum cuſtodiebant, ſic eum uidere cupiebãt: & quia eum iam uidere non poterãt, ante ipſius ſepulchrum ſedebant. Notabant locum quem frequentare uolebãt, & à quo (ſi fieri poſſet) recedere nolebant. Tædet iam Iudæorum audire blaſphemias, conueniunt iterum, rogant Pilatum ut ſepulchrum cuſtodiat: quaſi in ſepulchro teneri ualeat, qui ubiq; eſt & omnia continet. At ille iam fatigatus, & eos iam audire contemnens. Ite (inquit) *uos, & cuſtodite ſicut ſcitis.* Vadũt illi, ſepulchrũ muniũt, cuſtodes ponunt, lapidem ſignant, & tam diligenter omnia faciunt, ut & ipſi, quanuis nolentes, ſibi tamen teſtes ſint, Dominum reſurrexiſſe, & nullo modo ſic poſitum furari potuiſſe.

FERIA SECVNDA SERMO
Leonis Papæ.

DOminicę paſſionis gloria, dilectiſſimi, de qua nos etiã hodie locuturos eſſe ꝓmiſimus, humilitatis maximę eſt mirãda myſterio, quæ omnes nos & redemit & docuit, ut unde datum eſt precium, inde & iuſtitia ſumeretur. Omnipotentia enim filij dei, quæ per eandem eſſentiam æqualis eſt patri, potuiſſet humanum genus à dominatu diaboli ſolo imperio ſuæ uolũtatis eruere, niſi diuinis operibus maxime congruiſſet, ut nequitiæ hoſtilis aduerſitas de eo quod uicerat uinceretur, & ꝑ ipſam
*naturam naturalis repararetur libertas, per quã * materiam.
generalis fuerat illata captiuitas. Dicente autem

Iohan 1. euangeliſta, quod uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & dicente Apoſtolo, quod Deus
2. Cor. 5. erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, oſtenſum eſt quia unigenitus patris ſummi tale iniit cũ humana humilitate conſortium, ut ſuſcepta noſtrę carnis animæq́ ſubſtantia, unus atq; idem Dei filius permaneres noſtra augẽdo, non ꝓpria: quia infirmitas erat ꝓuehenda, non uirtus, ut cum ſuo creatore creatura eſſet unita, nihil aſſumptio diuinum, nihil aſſumenti deeſſet humanum. Hoc conſilium iuſtitiæ & miſericordię dei, licet in prçteritis ſeculis quibuſdã uelaminibus fuerit obumbratum, non tamẽ ita obiectum eſt, ut ſanctorum, qui ab initio mundi uſq; ad aduentum domini laudabiles extiterunt, intellectui negaretur, cũ & ꝓpheticis uerbis, & rerum geſtarum ſignificationibus, ſalus quæ in Chriſto erat uentura, promiſſa ſit, quam nõ ſolum q prædicabant adepti ſunt, ſed etiam omnes q prędicantibus crediderunt. Vna enĩ fides iuſtificat uniuerſorum temporum ſanctos, & ad eandẽ ſpem fidelium ꝑtinet, quicq́d per mediatorẽ dei & hominum Ieſum Chriſtum, uel nos confitemur factum, uel patres noſtri adorauere faciendũ, nec inter Iudæos atq; gẽtiles ulla diſtinctio eſt. Siquidẽ, ſicut ait Apoſtolus, circuncиſio nihil eſt, & prępútiũ ni-
1. Cor 7. hil eſt, ſed obſeruatio mãdatorum dei. Quę ſi cum fidei integritate ſeruentur, ueros Abrahæ filios. i. perfectos faciunt Chriſtianos, dicente eodẽ Apo-
Gala. 3. ſtolo: Quicunq; enĩ in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus neq; Græcus, non eſt ſeruus neq; liber, non eſt maſculus neq; fœmina, omnes enim uos unum eſtis in Chriſto Ieſu. Si autem uos Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes. Non eſt ergo dubium dilectiſsimi, naturam humanam in tantã connexionem à filio dei eſſe ſuſceptam, ut non ſolum in illo homine qui eſt primogenitus totius creaturæ, ſed etiam in omnibus ſanctis ſuis unus idemq́ ſit Chriſtus: & ſicut à membris caput, ita à capite diuidi mẽbra non poſſint. Quanuis enim non iſtius uitæ ſit, ſed æternæ, ut ſit deus omnia in omnibus, tamen etiam modo templi ſui, quod eſt eccleſia, indiuiſus habitator eſt, ſecundum quod ipſe ꝓ-
Mat. 28 miſit, dicens: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad cõſummationem ſeculi. Quibus Apo-
Colloſ. 1 ſtolus conſonans, ait: Ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens, quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſo. His autem & pluribus alijs exemplis & teſtimoniis quid inſinuatur cordibus noſtris, niſi ut per oĩa ad eius imaginem renouemur, qui permanens in forma dei, carnis peccati forma eſſe dignatus eſt? Omnes enim infirmitates noſtras quæ ueniunt de peccato, abſq; peccati communione ſuſcepit, ut famis ac ſitis, ſomni & laſſitudinis, mœroris ac fletus affectionibus non careret, doloresq; ſæuiſſimos uſque ad mortis extrema pateretur: quia nemo poſſet laqueis mortalitatis abſolui, niſi ille in q̃ ſolo innocẽs erat natura omniũ, ſineret ſe interfici manibus impiorũ. Vnde ſaluator noſter filius dei uniuerſis in ſe credentibus, & ſacramentum condidit, & exemplum ut unum apprehenderent renaſcendo, alterum conſequerent imitando. Hoc enim docet beatus Petrus apoſtolus, dicẽs: Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis, uobis relinquens exemplũ, ut ſequamini ueſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cũ malediceretur, nõ maledicebat: cũ pateretur, non cõminabatur. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte, q peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui iuſtitię uiueremus. Sicut ergo nemo eſt credentiũ dilectiſsimi, cui dona neganda ſint gratiæ, ita nemo eſt qui non ſit Chriſtianæ debitor diſciplinę: quia etſi remota eſt myſticę legis aſperitas, uoluntariæ tamen obſeruãtiæ creuit utilitas, dicente Iohanne Baptiſta: Quia lex ꝑ Moyſen data
eſt, gratia autẽ & ueritas per Ieſum Chriſtũ facta Ioan. 1.
eſt. Omnia enĩ que ſecundum legem, ſiue in circunciſiõe carnis, ſiue in diuerſitatibus hoſtiarũ, ſiue in ſabbati obſeruantia præceſſerunt, Chriſtum teſtificata, Chriſti ſunt gratiam prælocuta, & ipſe eſt finis legis, non euacuando ſignificationes ipſius, ſed implendo. Qui licet idẽ ſit autor ueterum q nouorum, figurarum tamen promiſſionumq́ ſacramenta mutauit, quia ꝓmiſſa perfecit, & denũciationibus ceſſationem impoſuit, quoniam denunciatus aduenit. In pręceptis autem moralibus nulla prioris teſtamenti decreta reprobata, ſed euangelico magiſterio multa ſunt aucta, ut perfectiora & lucidiora eſſent dantia ſalutem, quàm promittentia ſaluatorem. Omnia igitur quæ dei filius ad reconciliationem mundi & fecit & docuit, non in hiſtoria tantum præteritarum actionum nouimus, ſed etiam in pręſentium operũ uirtute ſentimus. Ipſe eſt q de ſpũſancto ex matre editus uirgine, incontaminatam eccleſiã ſuam eadem inſpiratione fœcundat, ut ꝑ baptiſmatis partum, innumerabilis filiorum dei multitudo gignatur. De quibus dicitur:
Qui non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, Ioan. 1.
neq; ex uolũtate uiri, ſed ex deo nati ſunt. Ipſe eſt in quo ſemen Abrahæ totius mundi adoptione benedicitur, & fit patriarcha gentium pater, cum ꝓmiſſionis filij fide, non carne, naſcuntur. Ipſe eſt q nullius gentis exceptionem faciens, de omni natione quæ ſub cœlo eſt, unum ſanctarum ouium efficit gregem, & quotidie implet quod ꝓmiſerat, di-
cens: Habeo & alias oues, quæ non ſunt ex hoc oui- Iohã 10.
li: & illas oportet me adducere, & uocem meã au-
diẽt, & fiet unus grex, & unus paſtor. Quanuis enĩ Ioan. 21.
beato Petro principaliter dicat, paſce oues meas; ab uno tamen domino ipſa omnium regitur cura paſtorum: & uenientes ad petram tam lętis tamq́ irriguis paſcuis alit, ut innumerę oues dilectionis pinguedine roboratæ, ſicut bonus paſtor dignatus
eſt ꝓ ouibus ſuis animam ſuam ponere, ita & *ipſi *Ipſu
non dubitent ꝓ nomine paſtoris occumbere. Ipſe eſt cui non ſolum glorioſa martyrum fortitudo, ſed etiam omnium renaſcentium fides in ipſa regeneratione compatitur. Dum enim renunciatur diabolo, & creditur deo, dum in nouitatem à uetuſtate tranſitur, dum terreni hominis imago deponitur, & cœleſtis forma ſuſcipit, quædã ſpecies mortis, & quædã ſimilitudo reſurrectionis interuenit, ut ſuſceptus à Chriſto, Chriſtumq́ ſuſcipiens, non
idem ſit poſt lauacrum qui ante baptiſmum fuit, *caro
ſed corpus regenerati, fiat * corpus crucifixi. Hęc commutatio dilectiſsimi dextræ eſt excelſi, q operatur omnia in omnibus, ut ſingulis fidelibus ꝑ bonę conuerſationis qualitatem, ipſum piorum operũ intelligamus autorẽ, gratias agẽtes miſericordiæ dei, q innumeris chariſmatũ donis ita uniuerſum eccleſiæ corpus exornat, ut per multos unius luminis radios idem ubiq; ſplendor appareat, nec poſſit niſi gloria eſſe Chriſti, cuiuſlibet meritũ Chriſtiani

ſtiani Hoc eſt illud uerum lumen, quod omnẽ hominẽ iuſtificat & * illuminat: hoc eſt q̃d eruit de poteſtate tenebrarũ, & transfert in regnũ filij dei: hoc eſt quod per nouitatẽ uitæ deſideria animæ ꝓuehit, & cõcupiſcentias carnis extinguit: hoc eſt quod paſcha dñi in azymis ſynceritatis & ueritatis legitime celebrat̃, dum fermento malitiæ ueteris abiecto, noua creatura de ipſo dño inebriat̃ & paſcitur. Non enim aliud agit participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quam ut in id q̃d ſumimus tranſeamus, ut in quo commortui, & conſepulti, & conreſuſcitati ſumus, ipſum ꝑ omnia & ſpũ & carne geſtemus, dicente Apoſtolo: Mortui enĩ eſtis, & uita ueſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in deo. Cum enĩ Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tũc & uos apparebitis cũ ipſo in gloria: qui cũ patre & ſpũſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

* illuſtrat

Col. 3.

DE EADEM FERIA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

MIrum ſi euangeliſta omnia hæc ſine aliqua ſignificatiõe tã officioſe dicere uoluit. Bethania enim domus obedientiæ interpretatur. Eſto igitur Bethania, ſis obediens Deo, quatenus ad te Dñs ueniens, in domo pectoris tui hoſpitari dignetur. Præpara ei cœnam, crede in eum, obſerua mandata eius, tali enim cœna delectatur Dominus. Vnde ipſe ait: Ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſiqs aperuerit mihi, intrabo ad illũ, & cœnabo cũ ipſo, & ipſe mecum. Noli iſta quærere extra te. Tu enĩ ipſe & Bethania, & Martha, & Lazarus, & Maria eſſe potes: ſi bene miniſtraueris, ſi eleemoſynas dederis, nudos ueſtieris, infirmos uiſitaueris, aliaque his ſimilia feceris, eris Martha. Omnia enim hæc ad actiuã uitã pertinent, quæ per Marthã ſignificantur. Vis eſſe Lazarus? Fuge mortem, ueni ad uitam, age pœnitentiã, & reſuſcitaberis. Ideo enim hic dicitur, quia Lazarus unus erat ex diſcũbentibus cum eo. Peccator enim quacunq; hora conuerſus fuerit & ingemuerit, uita uiuet, & nõ moriet̃. Quod ſi hoc tibi fortaſſe nõ ſufficit, ſed altius aſcẽdere uolens, uis eſſe Maria, uade, uende omnia quę habes, & da pauperibus: & ſpretis omnibus quæ mundi ſunt, ſoli lectioni & orationi, & diuinę contemplationi uacare ſtudeas. Hanc enim optimam partem elegit Maria, quæ non auferetur ab ea. Sequitur: *Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſticæ pretioſi, & unxit pedes Ieſu, & extersit capillis ſuis pedes eius, & domus impleta eſt ex odore unguenti.* Hoc enim unguentum fidem ſignificat. Vnde & merito piſticum uocatur, quoniam piſtis fides interpretatur. Nullo unguento magis quàm hoc delectatur Ieſus. Sine hoc unguento ad eũ accedere, eum tangere non licet. Impoſsibile eſt enim ſine fide placere Deo. Hoc unguento impletur domus, hoc tota Eccleſia redolet. Fœtent igitur Domino infideles, quia hoc unguentum non ferunt. Quod autem pedes ungit, & capillis tergit, principium & finem, Deum & hominem eum eſſe intelligit. Caput enim pedibus quodammodo iungit, qui Deum & hominem eum eſſe credit. Vnde non ſolum pedes, ſed etiam caput, hæc mulier Saluatori noſtro unxiſſe narratur. Dicit ergo unus ex diſcipulis eius, Iudas Simonis Scariothis, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguẽtum non ueditur treſentis denarijs, & datum eſt egenis? Hoc autem ne pietatis affectu & miſericordiæ ſtudio dixiſſe putaretur, Euangeliſta ſubdidit dicens. *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.* Nemo igitur nos reprehendat, ſi iniquos homines toleramus, & cito ab Eccleſiæ communione non ſeparamus, cum ipſe Saluator noſter Iudam pateretur, quem non ſolum proditorem, ſed furem quoque & ſacrilegum eſſe ſciebat. *Dixit ergo Ieſus: Sine illam ut in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.* Hoc autem tale eſt, ac ſi diceret: Myſterium eſt quod agitur, in quo mors & ſepultura mea cito fieri ſignificatur. Vnde & alius Euãgeliſta dicit: Præuenit ungere corpus meum in ſepultura. Pauperes enim ſemper habetis uobiſcum, me autem non ſemper habebitis. Quid eſt igitur quod alibi ait: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſeculi? Si enim omnibus diebus cum eis eſt, quomodo eum non ſemper habebunt? Facilis eſt ſolutio, ſi duarum in Chriſto naturarum memores ſimus. Quod enim ait: Me autem non ſemper habebitis, de præſentia carnis intelligere debemus, qa poſt reſurrectionem die quadrageſimo cœlos aſcendit. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſſet: & uenerunt non propter Ieſum tantum, ſed ut Lazarum uiderent, quem ſuſcitauit à mortuis. Iſti non amore, ſed admiratione ducebãtur, & ſicut ſe habebat cupiditas hominum, noua uidere & audire cupiebant.

FERIA TERTIA SERMO Leonis Papæ.

SCIO quidem dilectiſsimi, paſchale feſtum tam ſublimis eſſe myſterij, ut non ſolum humilitatis meę tenuiſsimum ſenſum, uerumetiam magnorum ingeniorum ſuperet facultatem: ſed non ita mihi diuini operis conſideranda eſt magnitudo, ut uel diffidam uel erubeſcam de ſeruitute quam debeo, cum ſacramentum ſalutis humanæ non liceat taceri, etiam ſi nequeat explicari. Auxiliantibus autem orationibus ueſtris, affuturam credimus gratiam Dei, quæ inſpirationis ſuæ rore ſterilitatem noſtri cordis aſpergat, ut linguæ paſtoralis officio, quæ ſancti gregis auribus ſint utilia, proferantur. Dicente enim domino bonorum omnium largitore: Aperi os tuum, & ego implebo illud, audemus eidem uerbis propheticis dicere: Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Incipientes ergo dilectiſsimi euangelicam de paſsione Domini hiſtoriam retractare, diuino intelligimus diſpoſitum fuiſſe conſilio, ut ſacrilegi Iudæorum principes, & impij ſacerdotes, qui ſæuiendi in Chriſtum occaſiones ſæpe quæſierant, non niſi in ſolennitate paſchali exercendi furoris ſui acciperent poteſtatem. Oportebat enim ut manifeſto implerentur effectu, quæ diu figurato fuerant promyſſa myſterio, ut ouem ſignificatiuam ouis uera remoueret, & uno expleretur ſacrificio uariarum differentia uictimarum. Nam omnia illa quæ de immolatione agni diuinitus per Moyſen fuerant inſtituta, Chriſtum prophetauerunt, & Chriſti occiſionem proprie nunciauerunt. Vt ergo umbræ cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia ueritatis, antiqua obſeruantia nouo excluditur ſacramento. Hoſtia in hoſtiã tranſit, ſanguine ſanguis aufertur, & legalis feſtiui-

Pſal. 80.

Pſal. 50.

tas dum mutatur, impletur. Vnde cum ſcribas & ſeniores populi ad impietatis conſilium põtifices congregarent, oim̃q; animos ſacerdotum cura admittendi in Ieſum ſceleris occupaſſet, ipſi ſe doctores legis lege priuarũt, & ſpõtaneo defectu ritus ſibi patrios ſuſtulerunt. Incipiente enim feſtiuitate paſchali qui ornare templum, uaſa mundare, uictimas prouidere, & legitimis purificationibus ſacratiorem diligentiam adhibere debuerant, parricidalis odij furore concepto, ad unum opus uacãt, & in unum facinus ſimili crudelitate coniurant, quid aſſecuturi ſupplicio innocentiæ, condemnatione iuſtitiæ, niſi ut noua myſteria non apprehẽderent, & antiqua uiolarent? Prouidentibus ergo principibus, ne in ſancto die tumultus oriretur, non feſtiuitati, ſed facinori ſtudebatur: nec religioni ſeruiebat hæc cura, ſed crimini. Diligentes enim pontifices & ſoliciti ſacerdotes, ſeditiones turbarum fieri in præcipua feſtiuitate metuebant, non ut populus non peccaret, ſed ne Chriſtus euaderet. At Ieſus conſilij ſui certus, & in opere paternæ * diſpenſationis intrepidus, uetus teſtamentum conſummabat, & nouum paſcha condebat. Diſcumbentibus enim ſecum diſcipulis ad edendam myſticam cœnam, cum in Caiphæ atrio tractaretur quomodo Chriſtus poſſet occidi, ille corporis & ſanguinis ſui ordinans ſacramentum, docebat qualis Deo hoſtia deberet offerri, nec ab hoc quidem myſterio traditore ſubmoto, ut oſtẽderetur nulla iniuria exaſperatus, qui uoluntaria erat impietate præſcitus. Ipſe enim ſibi fuit materia ruinæ, & cauſa perfidiæ, ſequens diabolum ducem, & nolens Chriſtum habere rectorem. Dicente itaq; dominus: Amen dico uobis, quia unus ueſtrum me traditurus eſt, notam ſibi traditoris ſui conſcientiam demonſtrauit, non aſpera, nec apertæ impium increpatione confundens, ſed leni & tacita admonitione conueniens, ut facilius corrigeret pœnitudo, quẽ nulla deformaſſet abiectio. Cur infelix Iuda tanta benignitate nõ uteris? Ecce parcit auſibus tuis dominus, & nulli te niſi tibi indicat Chriſtus. Nec nomen tuum nec perſona detegitur, ſed ueritatis & miſericordiæ uerbo, cordis tui tantum arcana tanguntur. Non apoſtolici ordinis honor, nec ſacramentorum tibi communio denegatur. Redi in integrum, & depoſito furore reſipiſce. Clementia inuitat, ſalus pulſat, ad uitam uita te reuocat. Ecce immaculati & innocẽtes condiſcipuli tui, ad ſignificationem facinoris expaueſcunt, & omnes ſibi non edito impietatis autore formidãt. Contriſtati enim ſunt non de cõſcientiæ reatu, ſed de humanæ mutabilitatis incerto, timentes ne minus uerum eſſet, quod in ſe quiſque nouerat, quàm quod ipſa ueritas præuidebat. Tu autem in hac trepidatione ſanctorum, abuteris domini patientia, & abſcondi te tua credis audacia. Addis impudentiam ſceleri, nec ſigno euidentiore terreris. Cumq; ſe alij à cibo in quo indicium Dominus poſuerat, continerent, tu manum non retrahis à paropſide, quia animum non auertis à crimine. Secutũ itaq; eſt dilectiſſimi, ſicut Iohannes euangeliſta narrauit, ut cum traditori ſuo dñs manifeſtius deſignãdo panem porrexiſſet intinctum, totum Iudã diabolus occuparet, & quem malignis cogitationibus obligarat, iam ipſo impietatis ope poſſideret. Corpore enim tantũ cũ cœnantibus recumbebat, mente autem ſacerdotum inuidiam, teſtium falſitatem, & furorem imperitæ plebis armabat. Deniq; dominus uidens cui Iudas flagitio eſſet intentus: Quod facis, inquit, facce lerius. Vox hæc non iubentis eſt, ſed ſinentis: non trepidi, ſed parati. Qui habet omnium temporum poteſtatem, oſtendit ſe moram non facere traditori, & ſe ad redemptionem mundi, paternam exequi uoluntatem, ut facinus quod à perſecutoribus parabatur, nec impelleret, nec timeret. Poſtquam ergo Iudas perſuaſus à diabolo, diſceſſit à Chriſto, ſeq; à corpore Apoſtolicæ unitatis abſcidit, nullo dominus pauore turbatus, ſed de ſola redimendorum ſalute ſolicitus, omne temporis ſpatium quod à perſequentium uacabat incurſu, myſticis ſermonibus, ſacratæq; doctrinę, ſicut Iohannis euangelio declaratur, impendit, eleuans ad cœlum oculos, & pro uniuerſa eccleſia ſupplicans patri, ut omnes quos dediſſet filio, daturusq; eſſet pater, unum fierent, & in gloria redemptoris indiuidui permanerent, adijciens poſtremo illã orationem, qua ait: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat calix iſte à me. Vbi non exiſtimandum eſt, quod Ieſus paſsionem & mortem, cuius iam diſcipulis ſuis tradiderat * notionem, uoluerit declinare, cum ipſe Apoſtolum Petrum deuota fide & charitate feruẽtem, uti aduerſus perſecutores gladio uetet, dicens: Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum? certumq; ſit & quod ſecundum euangelium Iohannis dominus ait: Sic enim dilexit deus mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternã, & quod de ipſo ait Apoſtolus Paulus: Chriſtus nos dilexit, & tradidit ſemetipſum pro nobis hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. In ſaluandis enim hominibus per crucem Chriſti, cõmunis erat uoluntas patris & filij, commune conſilium, nec ulla poterat ratione turbari, quod ante æterna ſecula & miſericorditer erat diſpoſitũ, & incommutabiliter præfinitum. Qui ergo uerũ dilectiſsimi totumq; aſſumpſit hominem, ꝓros & corporis ſenſus & animi ſuſcepit affectus. Nec quia omnia in illo plena erant ſacramentis, plena miraculis, ideo aut falſis lachrymis fleuit, aut mendaci eſurire cibum ſumpſit, aut ſimulato ſopore dormiuit. In noſtra humilitate cõtemptus, in noſtra mœſtitudine * conturbatus, in noſtro eſt dolore crucifixus. Paſsiões enim mortalitatis noſtrę ob hoc miã ſubijt, ut ſanaret: ob hoc uirtus recepit, ut uinceret. Quod Iſaias aptiſsime ꝓphetauit, dicẽs: Hic pctã noſtra portat, & ꝓ nobis dolet, & nos putauimus illũ eſſe in dolore & in plaga & in uexatiõe: ipſe aũt uulneratus eſt ꝓpter facinora nr̃a, & infirmatus eſt ꝓpter peccata nr̃a, & liuore eius ſanati ſumus. Cũ igiť dei filius dicit: Pater, ſi fieri poteſt, trãſeat calix iſte à me, nr̃æ utiť uoce naturę, & cauſam agit fragilitatis & trepidatiõis humanę, ut in hisquę tolerãda ſunt, & patiẽtia roboreť, & formido pellať. Deniq; ceſſans hoc ipſum petere, excuſato quodãmodo noſtrę infirmitatis metu, & in q̃ nobis remanere nõ expedit, in aliũ affectũ tranſit, & dicit: Verũtamen nõ ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Et iterũ: Sed ſi nõ poteſt, inqt, calix iſte trãſire à me, niſi bibã illũ, fiat uolũtas tua. Hęc uox capitis, ſalus eſt totius corporis. Hęc uox oẽs fideles inſtruxit, oẽs cõfeſſores accẽdit, oẽs martyres coronauit. Nã qs mũdi odia, qs tẽtationũ turbines, qs poſſet perſecutionũ ſupare terrores, niſi Chriſtus in oĩbus & ꝓ oĩbus diceret patri, fiat uolũtas tua? Diſcãt igiť hanc uocẽ oẽs eccleſię filij, magno precio

Marginalia: Ibidem. (beside "plebis armabat") — * diſpoſitionis. (beside "ſtamentum conſummabat") — Mat. 26. (beside "Dicente itaq; dominus") — Mat. 26. (beside "tionem, qua ait: Pater") — * ſacramenta. (beside "tradiderat * notionem") — Ioan. 18. (beside "ut bibam illum") — Ioan. 3. (beside "ut omnis qui credit") — Ephe. 5. (beside "pro nobis hoſtiam") — contriſtatus. (beside "ſtitudine * conturbatus") — Iſaie. 53. (beside "pctã noſtra portat") — Ioan. 13. (beside "tis à crimine. Secutũ") — Mat. 26. (beside "tu uis. Et iterũ")

precio redẽpti, gratis iuſtificati: & cũ aduerſitas uiolẽtiæ alicuius tẽtationis incubuerit, ꝑſidio potentiſsimę rationis utãtur, ut ſuperato tremore formidinis, accipiãt tolerãtiã paſsionis. Hinc iã dileƈtiſsimi ad ꝑſtringendũ ordinẽ dñicæ paſsiõis ſermo eſt dirigẽdus, quem, ne uos cumulo ꝓlixitatis
*4 oneremus, in * ſextã ſabbati, diuiſo cõmuni labore differamus. Aderit ꝑcãtibus uobis gr̃a dei, q̃ mihi ſoluendi debiti tribuat facultatẽ. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, uiuentẽ & regnantẽ cum patre & ſpiritu ſancto, Amen.

DE EADEM FERIA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

Si, inquit, ſcitis quę fecerim uobis, & hoc exẽplũ ſequuti, feciſtis ſimiliter alijs, quẽadmodũ ego feci uobis, beati eritis. Sed quare ur̃is ęqualibus nõ facitis, q̃d me uobis meis ſeruis & diſcipulis facere uideritis? Nõ de oĩbus uobis dico, ego ſcio q̃s elegerim. Dixi, inquit, uobis, Beati eritis, ſed nõ oĩbus dixi. illis dixi, q facturi ſunt ea: illis dixi q̃s elegi, nõ tantum ad Apoſtolatũ, uerum etiam ad beatitudinem. Ad Apoſtolatum enim & Iudas electus eſt. Vnde & ſuperius Dñs ait: Nõne ego uos duodecim elegi? & unus ex uobis diabolus eſt. Sed ut ad impleat̃ ſcriptura: Qui mãducat meũ panẽ, leuabit cõtra me calcaneũ ſuũ. Sic enim ſcriptũ eſt: Homo pacis meę, in q̃ ſperabã, qui edebat panes meos, ampliauit aduerſum me ſupplãtationẽ. Amodo dico uobis priuſquã fiat, ut credatis cũ factũ fuerit, quia ego ſum: ille, ſubaudit̃, de q̃ illa ſcriptura hoc dicit. *Amẽ amẽ dicu uobis, qui accipit ſi quẽ miſero, me accipit: & qui me accipit, accipit eũ qui miſit me.* Quanuis enim aliter ſit pater in filio, & aliter filius in Apoſtolis, tñ q̃a Chriſtus in eis eſt, quicunq; accipit Apoſtolos, accipit & Chriſtũ. *Cũ hoc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: Amẽ amen dicu uobis, quia unus ex uobis tradet me.* Spiritu enĩ turbatur, q ſpiritualiter turbatur. Spiritualis enim turbatio, ad pietatẽ & miſeriam ſpectat. Carnalis aũt turbatio irã excitat & furorem. Spiritu igitur turbat̃ Ieſus, ſiue quia diſcipulus eũ tradit, & tradẽdo perit: ſiue ut nos doceat quid agere debeamus, qñ in magnũ facinus & ſcelus aliquem hoĩem ruere uidemus. Erat aũt Iudas unus ex eis, q̃a carnaliter cõuerſabatur cũ eis, quã uis mente & fide iã receſsiſſet ab eis. Inter eos ad Apoſtolatũ electus fuerat, ſed cũ eis ad uitã æternã prędeſtinatus nõ fuerat. *Aſpiciebãt ergu ad inuicẽ diſcipuli, hæſitantes de quu diceret.* Vnuſquiſq; ſibi timebat, q̃d in cõſcientia nõ habebat, quia eũ mẽtiri non poſſe ſciebãt. *Erat ergo recũbens unus ex diſcipulis in ſinu Ieſu, quẽ diligebat Ieſus,* Quis eſt enĩ iſte diſcipulus, niſi idẽ ipſe q hęc ſcribit, beatus Iohannes, qui ſcdm conſuetudinẽ ſanctarũ ſcripturarũ, ſic de ſe quaſi de alio loq̃tur? Sic eñ Moyſes frequẽter dicit, Loquutus eſt Dñs ad Moyſen, & alij prophetæ ſimiliter. Recũbebat aũt diſcipulus iſte in ſinu. i. in pectore Ieſu, & ſup illum fontẽ ſapiẽtię, de quo oĩa hęc haurire promeruit, quę per totum hoc Euangeliũ tã affluẽter nobis eructat. *Innuit ergo huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis eſt de quo dicit?* Innuit, (inquit) id eſt admonuit ſecreto, ut de quo diceret, interrogaret. Itaq; cũ recubuiſſet ſupra pectus Ieſu, dicit ei, Dñe, q̃s eſt qui tradet te? Reſpõdit Ieſus, Ille eſt cui ego intinctũ panẽ porrexero. Et cũ intinxiſſet panẽ, dedit Iudę Simonis Scariothis. In eo forſitan q̃d panẽ intinctũ ei dabat, eum diabolica nigredine tinctũ & infectũ ſignificabat: *Et poſt buccellã, tunc in illũ introiuit Satanas.* Introierat enim iam antea in eum Satanas ad tentandum & decipiendum, ſed tunc primum intrauit in eum ad poſsidendum. Et forſitan adhuc dubitabat, atque timebat, ne Iudas reſipiſceret & à ꝓditione quieſceret, ſed poſtquam per buccellam deſignatum uidit, quaſi proprium inuaſit, & ſuæ ſeruituti eum ſubiugauit. *Dicit eis Ieſus: Quod facis, fac citius.* Non præcipiendo hoc dixit, ſed prædicendo: quia uidebat eius animum præ nimio deſiderio accelerãdi q̃d cœperat, nõ poſſe quieſcere. Hoc aũt nemo ſciuit diſcũbentiũ, ad q̃d dixerit ei. Quidã enĩ putabãt, q̃a loculos habebat Iudas, quõ dixiſſet ei Ieſus, Eme ea q̃ opus ſunt nobis ad diem feſtũ, aut egenis ut aliquid daret. *Cũ ergo accepiſſet buccellã exiuit continuo. Erat aũt nox.* Bene, q̃a nox rat. quoniam in noctem & in mortem & in tenebras ibat. *Cum ergo exiſſet, dicit Ieſus, Nunc clarificatus eſt filius hominis, & clarificatus eſt Deus in eo. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificauit eum in ſemetipſo, & cuntinuo clarificauit eum.* Nunc, inquit, quia filius noctis & tenebrarum receſsit à diſcipulis meis, nunc filius hominis clarificatus eſt in eis, nunc nihil caliginis & tenebrarum ſenſit in eis. Et deus clarificatus eſt in eo, quia nihil tenebrarum aliquando diuinitas ſenſit in eo. Ipſe eſt enim illa lux quæ in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehenderunt. Quanuis igitur clarificetur in alijs, in ſe tamen clariſſimus eſt. In alijs enim clarificatur dum illi clarificantur, qui eius mẽbra ſunt. Similiter autem & Deus clarificatus eſt in eo, quia clarum fecit eum. Et hoc eſt quod ait, *Si* Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificauit eũ. In quo? In ſemetipſo. Quãdo? Continuo. Quid eſt continuo? ſtatim ut genitus eſt. Cęteri enim hoĩes prius generãtur & naſcunt̃, deinde per pœnitentiã, per baptiſmũ, & per miniſterium ſacerdotũ regenerantur & clarificant̃. Filius aũt hoĩs nõ prius genitus eſt quã clarificatus. Diuinitas enim humanitati cõiuncta, ſtatim in ipſa unitione ſiue cõmixtione hoĩem illũ aſſumptũ ſanctificauit & clarificauit, & ab omni corruptela primę ꝑuaricationis mũdauit. Dicat̃ ergo: Nũc filius hoĩs clarificatus eſt in diſcipulis ſuis, in quo filio hoĩs deus clarificatus eſt cõtinuo ut ſe humanitatẽ cõiunxit, quã ipſe in ſemetipſo clarificauit & ſanctificauit. *Filioli, adhuc modicũ uobiſcũ ſum.* Hoc autẽ de carnis ꝑſentia dicit, quę nõ poſt multos dies aſcẽdit. Quæritis me, & ſicut dixi Iudæis, quo ego uado, uos nõ poteſtis uenire, & uobis dico modo. Quærebãt eñ diſcipuli uidere Ieſum, & deſiderio quęrebãt, q̃a ſemp cũ eo eſſe cupiebãt. Vnde Apoſtolus ait, Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Sed nõ poterãt tũc uenire q̃ ipſe ibat, quãuis illuc poſteã ituri erãt. Vnde & ſubdidit. Et uobis dico modo. Iudæis (inquit) abſolute dixi. Quo ego uado, uos nõ poteſtis uenire: uobis aũt dico quia nõ poteſtis uenire modo, quo ego uado. Prius enĩ uos oportet ire & ꝑdicare euãgeliũ omni creaturæ. *Mandatum nouũ do uubis, ut diligatis inuicẽ, ſicut dilexi uos.* Diligere nanq; non eſt nouũ mandatũ, ſed ſic diligere ſicut ipſe dilexit, nouũ mandatũ eſt. Lex enim ꝓximos diligere præcepit, ſed pro eis mori non præcepit. *In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Dixit ei Simon Petrus, Domine quo uadis? Reſpondit ei Ieſus, Quo ego uado, nũ potes me modo ſequi, ſequeris aũt poſtea. Dicit ei Petrus, Quare nõ poſſum te modo ſequi? animã meã pro*

te ponam: Reſpondit Ieſus. Animam tuā pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec me ter neges. Solus Marcus dicit, non cantabit bis gallus. Vt igitur euāgelia cōueniant, ſic dicatur, Nō cantabit, id eſt, non complebit cantum, donec me ter neges. Huic autem ſimile eſſet, ſi diceremus, Non prius cœnauit Ieſus, quàm lauit pedes diſcipulorum, id eſt, non prius cœnam compleuit, & ſi prius cœnare cœpit.

FERIA QVARTA SERMO B. Leonis Papæ.

SAcram dilectiſsimi dominicę paſsionis hiſtoriam, euangelica (ut moris eſt) narratione decurſam, ita oīm neſtrū arbitror inhæſiſſe pectoribus, ut unicuiq; audientiū ipſa lectio quædā facta ſit uiſio. Habet enim hanc potentiā fides uera, ut ab his mente nō deſit, qbus corporali pręſentia intereſſe nō potuit: & ſiue in præteritū redeat, ſiue in futurū ſe cor credētis extendat, nullas ſentiat moras temporis cognitio ueritatis. Adeſt ergo ſenſibus nr̄is imago rerū ꝓ noſtra ſalute geſtarū, & quicquid tunc diſcipulorū ꝑſtrinxit animos, noſtros quoq; tangit affectus, non quod aut triſtitia deprimamur, aut furentiū Iudæorū furore terreamur, cum etiā eos quos illius tēpeſtatis magnitudo cōcuſsit, ad inuictam cōſtantiā reſurrectio dn̄i aſcēſioq; prouexerit. Sed qa in cogitationē uenit, quales tūc Hieruſalem populi, qualesq; fuerint ſacerdotes, cū magno accepimus tremore mentium tm̄ facinus impiorū. Quanuis enim ad ſalutē humani gn̄is ptineret paſsio ſaluatoris, & ęternæ mortis uincula tēporali ſint dn̄i morte dirupta, aliud tn̄ crucifixi patiētia, aliud crucifigentiū egit inſania, nec ad eoſdē rerū exitus mīa & ira tendebāt, cū per eiuſdē ſanguinis fuſionem Chriſtus ſoluerit mūdi captiuitatē, & Iudęi interfecerint oīm redēptorē. Obdurauit igitur carnalē Iſraei malignitas ſua, & nihil ei legis teſtificatio, nihil myſteriorum imagines, nihil ꝓphetarū oracula ꝓfuerunt, cū paſcha dn̄i tot ſeculis celebratū, in eo Iohānes docet

Iohā.1. eet impletū, de q̄ publica ꝓteſtatione dicebat: Ecce agnus dei, ecce q tollit pc̄tā mūdi. Repugnat iniquitas iuſtitiæ, cæcitas luci, mendatiū ueritati, ſed de ſęuitia obluctātiū, de ſcelere crudeliū obtinuit Ie-

*diſpoſitionis ſus æternę * diſpenſationis effectū: & ita humano gn̄i ſua morte cōſuluit, ut ſacramētum ſalutis etiā ipſis pſecutoribus nō negaret. Qui enī uenerat uniuerſis credētibus oīa peccata dimittere, à generali indulgētia nec Iudiacum uoluit crimē excludere. Quorū itaq; perfidiam deteſtamur, eorū fidē, ſi cōuertantur, amplectimur: & imitātes miſericordiā dn̄i, qui ꝓ eis à quibus crucifixus erat, orabat, nos quoq; cum beato Paulo Apoſtolo noſtras iūgimus preces, & ut ille populus miſericordiam conſequatur optamus, ob cuius offenſionem gratiam reconciliationis accepimus, quoniam ſicut ait idem ma-

Rom.11. giſter gentium: Concluſit deus omnia in incredulitate, ut omnium miſereatur. Quid autem illud fuit, quod & ipſe Iudæis intellectum abſtulit, & ſapientium mundi corda turbauit, niſi crux filij Dei, quæ & philoſophicam uaneſcere prudentiam, & Iſraeliticam fecit caligare doctrinam? Omnē nāque ſenſum humanæ mētis exceſſit diuini altitudo conſilij, cum placuit deo p ſtultitiā prædicationis ſaluos facere credētes, ut mirabilior fieret conſtantia fidei ex difficultate credendi. Incōſequens enī & irrationale uidebatur recipere animo, q̄d creatorem omnium naturarum in ſubſtantia ueri hoīs uirgo intemerata peperiſſet, quod æqualis patri filius dei, qui impleret omnia, & contineret uniuerſa, furentium manibus comprehendi, iniquorum iudicio condemnari, & poſt dedecora illuſionum cruci ſe pmiſiſſet affigi. Sed in his omnibus ſimul ſunt & humilitas hoīs, & celſitudo diuinitatis. Nec miſericordię ratio maieſtatem miſerantis obſcurat, qa de ineffabili potētia factum eſt, ut dum homo uerus eſt in deo inuiolabili, & deus uerus eſt in carne paſsibili, conferret hoī gloria p contumeliam, incorruptio per ſuppliciū, uita per mortē. Niſi enim uerbum caro fieret, & tam ſolida exiſteret unitas in utraq; natura, ut à ſuſcipiente ſuſceptam nec ipſum breue mortis tempus abiungeret, nunquam ualeret ad æternitatem redire mortalitas. Sed affuit nobis in Chriſto ſingulare ꝓſidiū, ut in natura paſsibili mortis conditio non maneret, quā impaſsibilis eſſentia recepiſſet: & p id q̄d non poterat mori, poſſet id quod erat mortuū ſuſcitari. Huic ſacramēto dilectiſsimi, ut inſeparabiliter cōgruamus, magna nobis & animi & corporis intētione nitendū eſt, ut cū grauiſsimi ſit piaculi feſtum paſchale negligere, ꝑiculoſius ſit eccleſiaſticis qdē conuentibus iungi, ſed in dn̄icæ paſsionis conſortio non haberi. Nam dicente dn̄o, Qui non accipit Mat.10

crucē ſuā, & ſeqtur me, nō eſt me dignus. Et dicēte Apoſtolo: Si compatimur, & conregnabimus, qs 2.Ti.2.

uere paſſum Chriſtū, mortuū & reſuſcitatū colit, niſi q cū ipſo & patit̃ & morit̃ & reſurgit? Et hæc quidē in oībus eccleſię filijs ipſo iam regenerationis ſunt inchoata myſterio, ubi pc̄tī interritus uita eſt renaſcentis, & triduanam dn̄i mortem imitatur trina dimerſio, ut dimoto quodā aggere ſepulturę, quos ueteres ſuſcepit ſinus fontis, eoſdem nouos edat unda baptiſmatis. Sed implendum eſt nihilominus ope, quod celebratum eſt ſacramento, & natis de ſpūſancto, quantumcunque ſupereſt mundani temporis, non ſine crucis ſuſceptione ducendum eſt. Quauuis enim forti & crudeli tyranno per potentiā crucis Chriſti uaſa antiquę deprędationis erepta ſint, & dominatio principis mūdi à redemptore ſit eiecta, corporibus tamē inſidiari etiam iuſtificatis eadem malignitas perſeuerat, & multis modis eos in quibus nō regnat, impugnat: ut ſi quas animas negligētes imprudentesq; reperit, ſeuerioribus eas laqueis rurſus innectat, & à paradiſo eccleſię raptas, in conſortiū ſuæ damnationis inducat. Vnde cum quiſpiam ſe limites obſeruantiæ Chriſtianæ ſentit excedere, & in id cupiditates ſuas tendere, q̄d eū à recto itinere faciat deuiare, recurrat ad crucē domini, & ligno uitę motus noxię uolūtatis affigat, ac uoce prophetica ad

dn̄m clamet, & dicat: Confige clauis à timore tuo Pſal.118.

carnes meas, à iudicijs enī tuis timui. Quid autem eſt, clauis timoris dei carnes habere confixas, niſi corporeos ſenſus ab illecebris illiciti deſiderij ſub metu cōtinere diuini iudicij, ut q reſiſtit peccato, & cōcupiſcentias ſuas (ne q d morte dignum ope-

tur) interficit, audeat cū Apoſtolo dicere: Mihi au- Gal.6.

tem abſit gloriari niſi in cruce dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, per quē mihi mūdus crucifixus eſt, & ego mundo? Ibi ergo ſe cōſtituat Chriſtianus, quo eum ſecum ſuſtulit Chriſtus: & ad id dirigat omnem uiā ſuam, ubi ſcit humanam ſaluatam eſſe naturā. Paſſio enim domini uſque ad finem perducitur mundi, & ſicut in ſanctis ſuis ipſe honoratur, ipſe diligitur, & in pauperibus ipſe paſcit̃, ipſe ueſtitur, ita in omnibus qui pro iuſtitia aduerſa tolerant, ipſe

compa-

compatitur, niſi forte æſtimandum eſt, multiplicata per orbem fide, & rareſcente impiorum numero, omnes perſecutiones, & oia quæ aduerſus martyres beatos ſæuierũt, finita eſſe certamina, tanquã ſuſcipiendæ crucis illis tantum neceſsitas incubuerit, quibus ad expugnandam Chriſti dilectionem atrociſsima ſunt illata ſupplicia. Sed aliud ſeruientium deo pietas experitur, aliud etiã Apoſtoli prædicatio proteſtatur, qui dicit: Omnes enim qui uolunt pie uiuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. Qua ſententia nimis tepidus & ſegnis oſtẽditur, qui nulla perſecutiõe pulſatur. Pacem enim cum hoc mundo niſi amatores mundi habere non poſſunt, & nulla unquam iniquitati cum æquitate communio, nulla mendacio cum ueritate concordia. Nullus eſt tenebris cum luce cõſenſus, quia etiamſi pietas bonorum cupiat malos corrigi, conuerſionemq́ multorum per gratiam dei miſerantis obtineat, malignorum tamen ſpirituum aduerſus ſanctos inſidiæ nõ quieſcũt, & ſiue occulto dolo, ſiue aperto prælio, in omnibus fidelibus propoſitum bonæ uoluntatis infeſtant. Inimicum nanq; illis eſt omne quod rectum, omne quod caſtum eſt & quũ eis nihil in quenquam amplius liceat, quàm iuſtitia diuina permiſerit, quæ dignatur ſuos aut corripere diſciplina, aut exercere patiẽtia, agũt tamen uerſutiſsima arte fallaciæ, ut ex arbitrio propriæ poteſtatis, aut lædere uideantur, aut parcere, & multis (quod dolendũ eſt) ita per nequitiam ſimulationis illudunt, ut quidam illos & timeãt pariter infenſos, & uelint habere placatos, quum beneficia dæmonum omnibus ſint nocentiora uulneribus, quia tutius eſt homini inimicitiã diaboli meruiſſe, quam pacem. Sapientes itaque animæ, quæ unum timere, unum diligere, & in unũ ſperare didicerint, mortificatis cupiditatibus, & crucifixis corporis ſenſibus, ad nullũ hoſtiũ metum, ad nullum inclinantur obſequium. Voluntatem enim dei etiam ſibi præferunt, & tanto amplius ſe amant, quãto amplius ſe præ dei amore nõ amãt. Cumq́ audiunt ſibi diuinitus dici, Poſt concupiſcẽtias tuas non eas, & à uoluntate tua auertere, diuidũt affectus ſuos, & legem mẽtis à corporis lege diſcindunt, ut ex quadam ſe parte ſibi denegent, perdentes ſe in his quæ carnaliter diligunt, & inuenientes ſe in his quæ ſpiritualiter cõcupiſcunt. Sanctũ igitur paſcha dilectiſsimi, in talibus membris corporis Chriſti legitime celebratur, & nihil illis deeſt triumphi, quos paſsio ſaluatoris obtinuit, quoniam in his qui apoſtolico exemplo caſtigant corpus ſuum, & ſeruituti ſubijciunt, hidem hoſtes eadẽ fortitudine cõteruntur. Et nunc à Chriſto uincitur mundus. Cum enim à ſeruis eius quorumcũque uitiorũ incentiua ſuperantur, ipſius uirtus eſt, ipſiusq́ uictoria. Hæc dilectiſsimi quæ ad participationẽ crucis pertinent, ſufficienter (ut arbitror) ueſtris ſunt hodie auribus intimata, ut phaſchale ſacramentum etiam in mẽbris corporis Chriſti legitime celebretur, ſupereſt ut de obtinendo reſurrectionis conſortio diſſeramus. Quod ne continuato ſermone, & mihi & uobis fiat oneroſum, in diem ſabbati promiſſa differamus. Aderit, ut credimus, gratia dei, ut debitum noſtrum ipſius auxilio compleatur, qui uiuit & regnat cum patre & ſpirituſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

2. Ti. 3.

Eccl. 18.

DE EADEM FERIA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

VEnit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha, & miſit Petrum & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis Paſcha, ut manducemus. Mittit Dominus Petrum & Iohannem parare Paſcha. Quibus introeuntibus ciuitatem, occurrit homo amphorã aquæ portans: quẽ ipſi ſequuntur in domum in quam intrat. Et oſtendit eis paterfamilias cœnaculum magnum ſtratũ. Iſti eñi duo Chriſti diſcipuli, duo teſtamẽta ſunt, quæ dũ diuina inſpiratione mittuntur ad ciuitatẽ pectoris noſtri, Paſcha ibi parãt, q̃a quid agnus ille ſcdm legẽ immolatus ſignificet, & qualiter Paſcha uẽm immolatus eſt Chriſtus, nos docẽt & intelligere faciunt, quibus interior homo occurrit, qui quoniam baptizatus eſt, amphoram aquæ non immerito portare dicitur. Nemo enim non baptizatus, hanc amphorã portat, hunc igitur ſequũtur uſq; in domum, uſq; in cordis ſecretariũ interius, ibiq́ inueniunt patremfamilias, id eſt, intellectũ, à quo interior noſtra familia regitur & gubernatur. *Et ipſe oſtendit eis cœnaculum magnum ſtratũ*, per quod fidẽ intelligimus, alijs uirtutibus ornatã. Ibi enim hæc cœna paratur, quia per fidem reuelatur. Vnde recte dicitur: Niſi credideritis, non intelligetis. Hoc enim cœnaculum infideles non habet. Et cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo, & ait illis: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare uobiſcum, antequam patiar. Multum (inquit) hoc Paſcha uobiſcum manducare deſideraui, ut uetera complerem, & ad noua tranſirem. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei, id eſt, donec in eccleſia ſpiritualiter intelligat & agatur. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Sic (inquit) ego uobis eccleſiæ regnũ trado & diſpono, ſicut & pater meus mihi illud diſpoſuit, ut mea uice illud regatis, & ſuper mẽſam meã edatis panẽ uerũ qui de cœlo deſcẽdit, & bibatis calicem noui teſtamẽti. Hoc aũt & de illa cœleſti mẽſa intelligi poteſt, in qua ſancti ſola ſummi boni contẽplatione reficiunt. De qua Pſalmiſta. Ego (inquit) cũ iuſtitia apparebo cõſpectui tuo: ſatiabor dũ manifeſtabitur gloria tua. *Ait aũt Dominus Simoni: Simõ, ecce Satanas expetiuit ut cribraret uos ſicut triticũ.* Sicut enim olim beatũ Iob, ita & Apoſtolos ex dei pmiſſiõe cribrauit, ſi quid forſitan zizanij & corruptionis in eis inueniret. Et dixit eis. Qñ miſi uos ſine ſacculo & perã & calceamẽtis, nũq̃d aliquid defuit uobis? At illi dixerũt, Nihil. Nihil enim eis deeſſe poterat, quos Dominus ipſe regebat. Vnde Pſalmiſta, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Miſerat enim eos Dñs nõ prædicare, ſed infirmos ſanare, dicens eis: Ite, ſanate oẽs languores, oẽsq; infirmitates. Ideoq; neque ſacculo indigebant, neque pera, neq; calceamentis. Nõdum enim calceati erant in pparatione euãgelij pacis. Dixit ergo eis. *Sed nũc qui habet ſacculũ, tollat, ſimiliter & perã.* Nunc (inquit) & ſacculũ & perã uos ferre cõcedo nõ ad colligendũ, ſed ad tribuendũ: nõ ut aliena in eis coaceruetis, ſed ut inde trahatis quod alijs detis. Hęc enim duo præter hoc quod miſericordiã & largitatẽ indicant, utrũq; etiam teſtamentũ ſignificãt. Ex his enim, quaſi ex ſacculo & pera, cunctis diuitijs plenis trahebãt Apoſtoli, unde mentes familiæ

feciſſet, mundum ſe eſſe à morte illius, fecit tamen. Sed ſi reus, quia fecit uel inuitus, illi innocẽtes qui coegerunt ut faceret? Nullo modo. Sed ille dixit
Luc. 23. In eum ſententiam, & iuſſit eum crucifigi, & quaſi ipſe occidit, & uos o Iudæi occidiſtis. Vnde occidiſtis? Gladio linguę. Acuiſtis enim linguas ueſtras. Et
Ioha. 19. qñ pcuſſiſtis, niſi cũ clamaſtis, crucifige crucifige? Propter ga nõ eſt ptermittendũ, qa uenit in mentẽ, ne forte alquẽ pturbet lectio diuinorũ librorũ qd
Marc. 15. qã euangeliſta dicit hora ſexta crucifixũ dñm, & qdã hora tertia: Id niſi intelligamus perturbamur. Et iam incipiẽte ſexta hora, dicitur Pilatus ſediſſe p tribunali. Et reuera quãdo leuatus eſt dominus in ligno, hora ſexta erat. Sed alius euangeliſta intuẽs animum Iudæorũ, qui uolebãt ſe immunes uideri à morte dñi, narrãdo eos oſtendit reos, dicens dominum hora tertia crucifixum. Conſiderantes autem omnem circunſtantiam lectionis, quanta agi potuerunt, cum apud Pilatum dominus accuſaretur ut crucifigeretur, inuenimus horã tertiam eſſe potuiſſe quando illi clamauerunt, Crucifige crucifige. Ergo illi uerius occiderunt quando clamauerunt. Appatitores poteſtatis hora ſexta crucifixerunt, puaricatores legis hora tertia clamauerunt. Quod illi manibus hora ſexta, hoc iſti lingua hora tertia. Rei magis iſti q clamando ſæuiebant, q̃ illi qui operando adminiſtrabant. Ipſum eſt totum acumen Iudæorum, hoc eſt quod p magno quæſierunt, occidamus, & non occidamus. Sic occidamus, ut non ipſi occidiſſe iudicemur.

DE EODEM DIE

Iohannis xiii.

¶ Ante diem feſtum paſchæ, ſciens Ieſus quia uenit hora eius, ut trãſeat ex hoc mũdo ad patrem, cum dilexiſſet ſuos qui erãt in mundo, in finem dilexit eos. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

SCripturus euangeliſta Iohannes memorabile illud domini miniſterium, quo diſcipulis in paſcha, priuſquam ad paſſionem iret, pedes lauare dignatus eſt, primo ipſum nomen paſchæ quid myſtice ſignificaret, aperire curauit, ita incipiens. ¶ *Ante diem feſtum paſchæ, ſciẽs Ieſus quia uenit hora eius, ut trãſeat ex hoc mundo ad patrem.* Paſcha quippe tranſitus interpretatur, nomen ex eo uetus habens, quod tranſierit in eo dominus per Aegyptum, percutiens primogenita Aegypti, & filios Iſrael liberans, & quod ipſi filij Iſrael trãſierint illa nocte de Aegyptia ſeruitute, ut uenirent ad terram promiſſæ olim hæreditatis & pãcis. Myſtice autem ſignificãs, quod in eo dominus tranſiturus eſſet ex hoc mundo ad patrem, & quod eius exemplo fideles abiectis tẽporalibus deſiderijs, abiecta uitiorum ſeruitute, cõtinuis uirtutum ſtudijs tranſire debeant ad promiſſionem patriæ cæleſtis. Quomodo autem tranſierit Ieſus ex hoc mundo ad patrem, pulchro ſermone deſignauit Iohannes euangeliſta, cum dicit: ¶ *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Id eſt, in tantum dilexit, ut ipſa dilectione uitam ad tempus finierit corporalem, mox de morte ad uitam, & de hoc mundo tranſiturus ad patrem. Maiorem namque hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis. Vnde rectè uterque tranſitus, & legalis uidelicet & euangelicus, ſanguine conſecratus eſt. Ioh. 15.
Ille agni paſcalis, iſte eius de quo dicit Apoſtolus: Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Iſte ſanguine fuſo in cruce, ille in crucis modũ medio limine & ſuperliminari medijs aſperſo in poſtibus. ¶ *Et cœna (inquit) facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor ut traderet eum Iudas Simonis Scariothis,* 1. Cor. 5.
ſciens quia õnia dedit ei pater in manus, & quia ex deo exiuit, & ad deum uadit, ſurgit a cœna, & ponit ueſtimẽta ſua. Locuturus de maxima humilitate aſſumptę humanitatis, prius commemorat æternitatem diuinæ ſuæ poteſtatis, ut & ipſum uerum deum hominẽque demonſtraret, & nos illius pręcepti admoneat, ut quanto maiores ſumus, humiliemur in omnibus. Homo namque erat uerus, qui hominum pedes tangere ac lauare, & per hominem eradi, atq; ab hominibus poterat crucifigi. Deus erat uerax, cui omnia dedit pater in manus, quia à deo exiuit, & ad deum redijt. Sciebat ergo dominus, quia diabolus miſerat iam in cor Iudæ ut traderet eum. Sciebat quia omnia dedit ei pater in manus, Inter quæ omnia & ipſum traditorem, & eos quibus tradendus erat, & mortem quam erat paſſurus, ſciebat: ut de his omnibus quæ uellet faceret, malumque eorum ſua potentia conuerteret in bonum. Sciebat quia per humilitatem incarnationis à deo exiuit, & per uictoriã reſurrectionis ad deum erat rediturus, nec deum cum inde exiret, nec nos deſerens cum rediret. Sciebat quidem omnia hæc, & tamen in magnæ ſuæ indicium pietatis, in magnæ noſtræ exẽplum humilitatis, ſurgit à cœna, & ponit ueſtimenta ſua, lauit pedes diſcipulorum, non dei domini, ſed hominis ſerui implens officium, & eius quoque pedes humiliter abluens, cuius manus in ſua traditione nouerat procaciter eſſe polluendas. Quod ſi altiori indagatione myſterium hoc humile noſtri ſaluatoris pertractare delectat, cœna hæc ſacroſancta, in qua cum diſcipulis recubuit dominus, tempus ſignificat uniuerſum, quo corporaliter in eccleſia demoratus, & dapibus uerbi ſalutaris, ac miraculorum ſuorum dulcedine, cunctos longe lateque pauit, & ipſe audientiũ fide ac dilectione paſtus eſt: quia quotquot ad gratiam ueritatis conuertit, per hos nimirum corporis ſui, quod eſt eccleſia, quaſi more ueſcentium fecit augmentum. Surrexit autem à cœna, & poſuit ueſtimenta ſua, quando temporaliter cum hominibus amplius conuerſari deſiſtens, membra corporis aſſumpti depoſuit in cruce. Accepto linteo præcinxit ſe, quando accepto à patre mandato patiendi, pro nobis in ipſo paſſionis exercitio ſua membra circundedit. Solet nanque per linteum, quod multifario tormentorum labore conficitur, afflictio paſſionũ figurari. Et dominus ponens ueſtimenta, linteo pręcingitur, ut ſignificet ſe habitum corporis quem induit, non ſine preſſura dolorum, ſed longa crucis tribulatione deponere. Miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus, quando defunctus in cruce, aquam una cũ ſanguine de latere ſuo profudit in terram, quibus credentiũ opera mũdaret, eademq; opera nõ ſolũ paſſiõis ſacramẽtis ſanctificare, ſed etiã eiſdẽ exẽplis cõfirmare dignatus eſt. Quod aũt Ichoata pe

dum

dum lauatione dicit, ¶ *Venit ergo ad Simonē Petrū:* non ita intelligendū eſt, quaſi poſt aliquos ad illū uenerit, ſed quia ab illo qui primus apoſtolorum erat, cœperit, & ille tale miniſterium, quia myſte‑rium neſciebat, nō fruſtra abhorruerit. Quod etiā quilibet eorum acturus fuiſſe non dubitatur, ſi nō illa terretur ſentētia qua Petro dictum eſt, ¶ *Si nō lauero te, non habebis partem mecum.* Vbi aperte mō‑ſtratur, quod hęc pedū lauatio ſpiritalē animæ & carnis purificationē, ſine qua ad conſortiū Chriſti perueniri nō poteſt, inſinuat: unde Petrus hæc au‑diēs, ſolito mox amoris diuini feruore correptus, reſpondit: ¶ *Domine, non tantū pedes meos, ſed et ma‑nus et caput.* Ac ſi aperte dicat: Quia iam te docente intelligo, quod lauando pedes meos, errata mea te mundare ſignificas, non ſolū pedes, ſed & ma‑nus & caput tibi lauāda offero, quia non ſolum in‑ceſſu, ſed etiam actu, uiſu quoq;, auditu, guſtu, ol‑factu, & tactu multa me *cōmiſiſſe, quę à te de‑

*cōmit‑tere. beant dimitti, non ambigo. Sed feruido amori qd reſpōdeat dominus, q̄modo hunc ad intelligen‑tiā myſticę lauatiōis paulatī ꝓuocet, audiamus: ¶ *Qui lotus eſt, inquit, nō indiget niſi ut pedes lauet, et eſt mūdus totus.* Manifeſte denūciat, q̄d lauatio pedū illa, remiſsionē quidē peccatorū deſignaret, non tamen eā quę in baptiſmo ſemel datur, ſed illā po‑tius qua q̄tidiani fidelium reatus, ſine q̄bus in hac uita non uiuitur, q̄tidiana eius gratia mundantur. Pedes namq; quibus incedētes terram tangimus, ideoq; à cōtagione pulueris, ſicut reliquū corpus, immunes cuſtodire nequimus, ipſam terrenę inhabi‑tationis neceſsitatem deſignāt: qua inquantū quo‑tidie deſidet nos & negligentes efficimur, totātū etiam magni quiq; & ſummę conuerſationis uiri, à cœleſti quam maxime diligunt, contemplatione

1. Ioh. 1. reuocantur: ut ſi dixerimus quia peccatū non ha‑bemus, nosipſos ſeducamus, & ueritas in nobis nō fit. ¶ *Qui ergo lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus.* quia q̄ ablutus eſt fonte baptiſ‑matis in remiſſionē omnium peccatorū, non indi‑get rurſus, imo non poteſt eodē modo ablui, ſed quotidiana tantum mundanę conuerſationis con‑tagia neceſſe habet q̄tidiana ſui redēptoris indul‑gentia tergantur. Eſt enī toto actionū ſuarū cor‑pore mundus, exceptis dumtaxat his, q̄ menti ne‑ceſſitate curæ temporalis adhęſerūt. Ob quorum

Mat. 6. quotidianā ſordidationē ſimul & emendationem, quotidie dicimus orantes: Et dimitte nobis debi‑ta noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus no‑ſtris. Verum hæc de apoſtolis eorumq; ſimilibus dicta ſunt, beatis uidelicet immaculatis, q̄ timen‑tes dominum, ambulant in uijs eius. At nos qui di‑uini ſæpe timoris obliti, iter lęuū incedimus, non illa leui & quotidiana orationū ſolēnitate poſſu‑mus ab erratuū noſtrorū ſorde liberari, ſed maior neceſſe eſt ingnatio maiori orationū, uigiliarum atq; ieiuniorum, lachrymarum & eleemoſynarum exercitio purgetur, ipſo nimirū interius ueſtigia cordis noſtri mundante, qui ſedens in dextera dei, per aſſumptæ habitū humanitatis quotidie inter‑pellat pro nobis. ¶ *Poſtquā ergo lauit diſcipulorum*

* mini‑ſterium *pedes dominus, accepit ueſtimenta ſua. et cum recubuiſ‑ſet:* iterum aperuit uerbo *myſterium lauationis, quod eis paulo ante factum necdū ſcientibus exhi‑buerat: quia poſtquam patiendo in cruce lauacrū nobis remiſſionis conſecrauit, accepit mēbra iam immortalia, quæ mortalia poſuerat, & cum poſt reſurrectionē apparuiſſet diſcipulis, ac familiari‑ter cum eis eſſet etiā in cōueſcendo per dies qua‑draginta conuerſatus, expoſuit eis utilitatem ſuę paſſionis, cuius catenus, quia uirtutem myſticam neſciebant, euentum ſatis timebant. ¶ *Si ergo ego, inquit, laui ueſtros pedes dominus et magiſter, et uos de‑betis alter alterius lauare pedes.* Quę uidelicet ſentē‑tia & ad literā & ad myſticum ſenſum recte acci‑pi, & deuote debet impleri. Ad literā quidem, ut per charitatem ſeruiamus inuicem, non ſolum in lauando pedes fratrum, ſed in quibuſlibet eorū ne‑ceſſitatibus adiuuandis. Ad myſticum uero intel‑lectum, ut ſicut nobis dominus peccata pœnitēti‑bus dimittere conſueuit, ita etiā nos peccantibus in nos fratribus dimittere feſtinemus. Sicut ille à peccatis noſtris nos, interpellādo patrē ꝓ nobis, ita & nos ſi ſcimus fratrē noſtrum peccare pecca‑tum ad mortē, petamus ut detur ei uita peccāti non ad mortem. Et ſicut apoſtolus Iacobus admonet,

Confitemini alterutrum peccata ueſtra, & orate pro inuicem ut ſaluemini. Iaco. 5.

Et ſicut ille pro nobis animam poſuit, ſic & nos inſtante tēporis articulo, pro fratribus animas ponamus. Sequitur ¶ *Amen Amen dico uobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo, neq; apoſtolus maior eo q̄ miſit illum.* Hęc ideo dixit, quia lauerat pedes ſeruorum ſuorum dn̄s: & ipſe qui miſit, eorum quos miſit. Apoſtolus enim græ‑ce, latine dicitur miſſus, ut oſtenderet ea q̄ excel‑ſus fecit humiliter, multo magis humilibus & in‑

1. Petr. 2. firmis humiliter eſſe facienda. Sed & hoc in loco ſpūalis intellectus cōmonet, quia ſi ipſe qui pecca‑tum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, interpellat ꝓ noſtris exceſſibus, multo magis ipſi debeamus orare pro inuicē. Sed & ſi dimittit no‑bis ille, cui non habemus quod dimittamus, mul‑

Ephe. 4. to magis oportet nos alterutrū dimittere nobis debita noſtra. Quod ipſum Apoſtolus quoq; pręci‑piens, ait: Eſtote autē inuicem benigni, miſericor‑des, donātes inuicem, ſicut & deus in Chriſto do‑nauit nobis. ¶ *Si hæc ſcitis, inquit, beati eritis ſi feceri‑tis ea.* Salutaris hęc mnitum noſtri ſaluatoris, & ſedulo eſt cogitanda ſententia, quia beati erimus ſciēdo cœleſtia pręcepta, ſi tamē ea quæ nouimus, operando ſectemur. Qui enim cognita eius man‑data ſeruare negligit, beatus eſſe non ualet. Qui hęc uel cognoſcere contēnit, multo lōgius à bea‑torū ſorte ſecluditur. Congruit his Pſalmiſta, qui mortaliū corda perpēdens, æque omnes beatitu‑dinem amare, ſed paucos ubi eſt quærere conſpi‑ciens, ipſe quę ſit maxima in hac uita hominis bea‑titudo, manifeſte ꝓteſtatus eſt, dicēs: Beati imma‑

Pſal. 118. culati in uia, qui ambulant in lege dn̄i. Et ne puta‑retur hæc uita immaculatorum ac beatorum, ab imperitis paſsim & rudibus poſſe cōꝓhendi, cōſe‑

Ibidem. quenter adiunxit & ait: Beati qui ſcrutantur teſti‑monia eius, in toto corde exq̄rūt eū. Quapropter chariſſimi, rogemus eius clementiam, qui mandas‑uit mādata ſua cuſtodiri nimis, ut dirigat ipſe ui‑as noſtras ad cuſtodiēdas iuſtificationes ſuas. Ipſe poſt cuſtodiam mandatorum ſuorum, ad beatitu‑dinē nos ſuæ ꝑpetuæ uiſionis inducat, Ieſus Chri‑ſtus deus & dominus noſter, q̄ uiuit & regnat cū patre in unitate ſpūſſancti, ꝑ oīa ſecula ſeculorum.

DE EADEM FERIA HOMI‑lia D. Euſebij Emiſſeni.

NArrat ſuperius euangeliſta, quod ante diem feſtum Paſchæ ſaluator noſter in Bethaniam uenit, ubi Lazarum à mortuis ſuſcitauit. Fe‑cerūt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat.

Laxarus autem unus erat ex diſcumbentibus. Cogitauerunt autem Iudæi ut & Lararum interficerent, quoniam multi credebant propter eũ. Quid autem ſignificet Bethania (quæ domus obediẽtiæ interpretatur) quid Maria & Martha, & quid Laxarus à mortuis ſuſcitatus, iam ſuperius expoſuimus. Inde autem cum ſuper pullum aſinæ ſedens Hieroſolymã Dominus appropinquaſset, ramos palmarum accipientes, omnes obuiam procedũt. Cum tanto igitur taliq; triũpho ciuitatẽ ingreſſus, ad tẽplum uenit, omnesq; in eo & ementes & uẽdẽtes foras eiecit. Cũ aũt frequẽter illis diebus iret Bethaniã, & rediret Hieroſolymam, uidẽs arborem fici, accesſit ad eam: quæ quia fructum nõ habebat, maledixit eam, & aruit. Hęc aũt ẽ in Matthæo expoſita ſunt. *Ante diem autem feſtum Paſchæ.* Præmiſsis diſcipulis q ei paſcha paratent, uenit ad locum paſsionis, & ad impiam ciuitatẽ, ut tandem ea cõpleret, quæ de eo per prophetas fuerãt nunciata. *Scieas igitur qaia aenit eius hora at tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiſſet ſaos qui eraat in mando ia finem dilexit eos.* Sciens (inquit) Ieſus, quia uenit eius hora: ſciebat enim quando ueniret, qui ante mundi conſtitutionem, & tempus & annum & diem diſpoſuit, in quo ueniret. *Sed quæ hora?* ut tranſeat ex mundo ad patrem. Ab hoc eñ tranſitu, Paſcha tranſitus interpretatur. Cum ſemper dilexiſſet ſuos qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos, & uſque ad mortem dilexit eos, & in fine oſtendit quanto amore dilexerit eos. Maiorẽ enim hac dilectionem nemo habet, quã ut animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Hoc enĩ ipſe dixit, & hanc tantam dilectionem & dicendo ſignificauit, & patiendo monſtrauit. *Et cœaa facta cum miſiſſet diabolus iam in cor, ut traderet eam Iadas Simonis Scariothis: ſciẽs qaia omaia dedit ei pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad Deum aadit, ſurgit a cœna: & ponit aeſtimeata ſua.* Ponit ueſtimenta ſua, accipit linteum, præcingit ſe, mittit aquam in peluim: & tã charitatiue, tã honeſte, tã officioſe præparatus, uenit lauare & tergere pedes diſcipulorum. Et ut omnia ratione & ordine faceret, & faciendo nos inſtrueret, uenit ad Simonem Petrum. Ipſe enim inter alios maior erat. *Et dicit ei Petrus, Domine tu mihi lauas pedes?* Non decet, non cõuenit, tu Dominus, ego ſeruus: tu Deus, ego homo, tu creator, ego creatura: & tu mihi lauas pedes? *Reſpondit Ieſus, & dicit ei. Quod ego facio, tu neſcis modo: ſcies autem poſtea.* Hæc mea humiliatio, magni eſt ſacramenti ſignificatio: quam me docẽte & exponente, poſtea ſcies. At ille de tanta filij Dei inclinatione perterritus, adhuc in eadem uoluntate perſiſtens, reſpondit, *Noa laaabis mihi pedes in æteraum.* Nunq̃ hoc patiar, nunquam hoc feram, nunquam de manibus Domini mei hoc tale ſeruitium recipiam. *Reſpondit ei Ieſas: Si aon lauero te, non habebis partẽ mecum.* Illi igitur partem habebunt cum Chriſto in regno ſuo, quos ipſe dilexit, & lauit à peccatis in ſanguine ſuo. *Dicit ei Simoa Petras, Domine aõ tãtum pedes meos, ſed & maaus & caput.* Iſti igitur ſunt illi pedes quos etiam illos qui iam loti & baptizati ſunt, frequenter lauare oportet. Sed qd de animę affectionibus dicam, cum ipſis quoque bonis actionibus, ſupbia & uana gloria ſæpe ſe immiſceat? Et hæc igitur lauatio neceſſaria eſt. Sequitur. *Et nos mandi eſtis, ſed non omaes.* Hæc autẽ quia euangeliſta expoſuit, nobis aliter exponere non licet. Sciebat enim (ait euangeliſta) quiſnã eſſet qui traderet eum: propterea dixit, *Non eſtis mandi omnes.* *Poſtquam ergo lauit pedes eorum, & accepit aeſtimẽta ſua, cum recubuiſſet, iterũ dixit eis: Vos uocatis me magiſter & Domiae, & beae dicitis: ſum etenim.* Bene (inquit) dicitis, quia me magiſtrum & Dominum uocatis: ſicut enim dicitis, ita eſt. Sed quia magiſter ſum, meam doctrinam recipite, & quia Dominus, meum mandatum cuſtodite. Quod mandatũ? Vultis audire quod? *Si ego laui pedes aeſtros Dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci aobis, ita & uos faciatis.* Quamuis enim hoc ad literam cuſtodire, plenum ſit charitate & humilitate, maius tamẽ aliquid ſignificare uidetur, ſicut & cuncta quæ ſaluator noſter ſimiliter egit. Et hoc eſt fortaſſe quod Apoſtolus ait, hæc eſt forſitã illa lex quam nos adimplere præcepit, quãdo dixit. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti, id eſt, mãdatum Chriſti. Vnde & Iacobus Apoſtolus ait: Confitemini alterutrũ peccata ueſtra, & orate pro inuicẽ, ut ſaluemini. Dum enim pro ſe inuicẽ ſancti orãt, alter alterius pedes lauãt

FERIA SEXTA PArasceues. De Pſalmo lxiij.

EXacuauerunt ut gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram. Arcum dicit inſidias. qui enim gladio cominus pugnat, aperte pugnat: qui ſagittã mittit, fallit ut feriat. Prius enim ſagitta percutit, quam uenire ad uulnus præuidetur. Sed quem laterent inſidiæ cordis humani? Nunquid & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui non opus habebat ut ei teſtimonium quiſquã perhiberet de homine? Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine, ſicut euangeliſta teſtatur. Tamen audiamus eos, & intueamur eos, quaſi neſciẽte domino facere quod moliuntur. ¶ *Intenderunt arcam rem amaram, ut ſagittent in abſcondito immacalatam.* Ioha. 1. Quod dixit, intenderunt arcum, hoc eſt, in abſcõdito, quaſi fallẽtes inſidijs. Noſtis enim quibus dolis id egerint, quemadmodum diſcipulum cohærentẽ ſibi pecunia corruperint ut ſibi traderetur, quomodo falſos teſtes prouocauerint, quibus inſidijs & dolis egerint, ut ſagittarent in abſcondito immaculatum. Magna Iniquitas. Ecce de abſcondito uenit ſagitta. Quã maculam fecit, qui nec tantum habebat maculæ, quantũ poteſt pungi à ſagitta? Agnus quippe immaculatus, totus immaculatus, ſemper immaculatus, non cui maculæ ablatæ ſint, ſed maculas nunquam contraxit. Nam fecit multos immaculatos, donando peccata, ipſe immaculatus non habendo peccata. Vt ſagittẽt in abſcondito immaculatum. ¶ *Repente ſagittabaat eum, & non timebant.* O cor durũ, occidere uelle hominem, qui mortuos ſuſcitabat. Repente, id eſt, inſidioſe, quaſi inopinate, quaſi non præuiſe. Similis enim neſcienti erat inter ipſos dominus, ignorãtes quid neſciret, & qd ſciret, imo ignorantes eum nihil neſcire, & omnia ſcire, & ad hoc ueniſſe ut illi facerent, quod ſe facere poteſtate arbitrabantur. ¶ *Repeate ſagittabũt eam, & aoa timebunt, firmaaerunt ſibi ſermoae malignam.* Obfirmauerunt. Facta ſunt tanta miracula, non ſunt moti. Perſtiterũt in cõſilio ſermonis maligni. Traditus eſt ille iudici, trepidat iudex, & nõ trepidant qui iudici tradiderunt. Cõtremiſcit poteſtas, & non contremiſcit immanitas. Vult iſte lauare manus, & illi ingnaut linguas. Sed quare hoc? Firmauerunt ſibi ſermonem malignum. Quanta egit Pilatus, quanta ut refrenaremur? Quæ dixit?

quid egit? Sed firmauerūt ſibi ſermonē malignum,
Ioh. 19. crucifige, crucifige. Repetitio, cōfirmatio eſt ſer-
monis maligni. Videamus ergo quomodo firma-
uerunt ſibi ſermonem malignum. Regem ueſtrū
Ibidem. crucifigam? Dixerunt: Nos non habemus regem
niſi Cęſarem. Obfirmauerunt ſermonē malignum.
Offerebat ille regem filium dei, illi ad hominem
recurrebant, digni qui illum haberent, & illū non
Luc. 23. haberent. Adhuc audi quō firmauerunt ſibi ſermo
nem malignum: Non inuenio aliquid in iſto homi
Mat. 27. ne, ait iudex, q̄ dignus ſit morte: & illi qui firma-
uerunt ſibi ſermonem malignū, dixerunt: Sanguis
huius ſup nos, & ſup filios noſtros. firmauerūt ſer
monem malignum. Firmauerūt ſibi ſermonē mali
gnum, non dn̄o, ſed ſibi. Quō enim non ſibi, cum di
cunt ſuper nos & ſuper filios noſtros? Quod ergo
Pſal. 56. firmauerunt, ſibi firmauerunt: quia ipſa uox eſt ali
bi: Foderunt ante faciem meam foueam, & incide
rūt in eam. dn̄m mors nō occidit, ſed ipſe mortē.
Illos aūt iniquitas occidit, quia noluerunt occide-
re iniquitatem. Prorſus fratres certū eſt, aut occi
des iniquitatem, aut occideris ab iniquitate. Noli
autem quærere occidere iniquitatem, tāquam ali
quid extra te, ſed teipſum reſpice. uide q̄d tecū pu-
gnet in te, & caue ne te expugnet iniqtas tua, ini-
mica tua, ſi interfecta nō erit. Ex te eñ eſt & ani-
ma tua aduerſus te rebellat, nō aliud quid. Ex qua
dam parte cohęres deo, ex quadam parte delecta
ris ſeculo. Illud quo delectaris ſeculo, pugnat ad-
uerſus mentē quæ cohęret deo. Sed quę cohęret,
cohęreat, non deficiat, non ſe dimittat. Magnū ad
iutoriū habet, uincit quod in illa ſibi rebellat, ſi pſe-
ueret in pugnando. Eſt peccatum in corpore tuo,
Rom. 6. ſed non regnet. Nō ergo regnet, inquit Apl'us, pec
catū in noſtro mortali corpore, ad obediēdū deſi
derijs eius. Si non obedieris, & ſi eſt quod ſuadeat,
1. Cor. 15 q̄d delectet ad malū, non obtēperādo facis ut non
regnet quod eſt: & ita fiet poſtea, ut nō ſit q̄d erat.
Quādo? Cum abſorbebitur mors in uictoria, cum
corruptibile hoc induerit incorruptionem, ibi nō
erit quod tibi repugnet, & non erit aliud q̄d te de
lectet, niſi deus. Ergo & iſti Iudęi inuidebāt domi
no, delectabat eos principatus. Quidā uidebant ſi
bi ab eo auferri principatum, & ex delectatiōe ſua
rebellauerūt aduerſus dominū. Qui ſi rebellaſſent
aduerſus delectationem ſuam malam, ipſam inui-
dentiam uincerent, nec uincerentur ab ea, & eſſet
illis dominus ſaluator, q̄ ueneratur ſanaret. Nunc
autem fauerūt fębri, repugnauerūt medico. Quic-
quid ſuggerebat febris, faciebant: quicquid cōtra
iubebat medicus, negligebant. Ergo [illegible] magis oc
ciſi ſunt, non dominus. nam in domino mors occi
ſa eſt, in illis iniquitas uixit. uiuente autem in ſe in
iquitate, illi mortui ſunt. Narrauerunt ut abſcon
derent muſcipulas. dixerunt: Quis uidebit eas? La-
tere putabant eum quem occidebāt, latere deum.
Ecce putarunt, homo erat Chriſtus ſicut & cęteri
homines, neſciebat quid de illo cogitarent. Num-
quid deus neſcit? O cor humanum, quare tibi di
xiſti, Quis uidet me, cum ille uideat qui fecit te? Di
xerunt, Quis uidebit eas? Videbat deus, uidebat &
Chriſtus, quia & Chriſtus deus Sed quare uideba
tur eis non uidere? audi ſequētia. Perſcrutati ſunt
iniquitatem, defecerunt ſcrutātes ſcrutationes, id
eſt, acerba & acuta cōſilia. Non tradatur per nos,
ſed per diſcipulū ſuum: non occidatur à nobis, ſed
Luc. 23. à iudice. Totum nos faciamus, & nihil feciſſe uide
Ioh. 19. amur. Et ubi eſt clamor linguæ, Crucifige crucifi
ge? Sic cæci eſtis, ut & ſurdi ſitis. Simulata innocē-
tia non eſt innocentia. Simulata æquitas non eſt
ęquitas, ſed duplex iniquitas, quia & iniquitas eſt,
& ſimulatio. Ibi ergo iſti defecerūt ſcrutātes ſcru
tationes. Quanto acutius ſibi excogitate uideban
tur, tanto magis deficiebant: quia à lumine uerita
tis & ęquitatis, in profunda conſiliorum maligno
rum demergebātur. Habet iuſtitia quādam lucem
ſuam, perfundit & illuſtrat animam inhærentē ſi
bi. Anima uero auertens ſe à luce iuſtitiæ, quanto
magis quærit quod inueniat contra iuſtitiam, tan
to plus à luce repellit̃, & in tenebroſa demergit̃.
Merito ergo iſti perſcrutātes quod contra iuſtum
moliebantur, à iuſtitia recedebant: & quanto à iu
ſtitia recedebant, tanto plus deficiebant pſcrutan-
tes ſcrutationes. Magnum conſilium innocentiæ,
quādo ipſum Iudam pœnituit q̄d tradidiſſet Chri
ſtum, & proiecit illis pecuniam quam dederant: il Mat. 27.
li noluerūt eam mittere in gazophylacium, & di
xerunt: Pecunia ſanguinis eſt, nō illā mittamus in
gazophylacium. Quid eſt gazophylacium? Arca
dei, ubi colligebantur ea quæ ad indigentiam ſer-
uorū dei mittebātur. O homo, cor tuum ſit potius
arca dei, ubi habitent diuitiæ dei, ubi ſit nummus
dei mens tua, habens imaginem imperatoris tui.
Cum ergo hęc ita ſint, qualis illa innocentiæ ſimu
latio fuit, pecuniā ſanguinis nō mittere in arcam,
& ipſum ſanguinem mittere in coſcientiam? Sed
quid eis contigit? Defecerūt ſcrutantes ſcrutatio-
nes. Vnde? Quia dixerunt, quis uidebit nos? id eſt,
quia nemo uidebit. Hoc dicebant, hoc apud ſe opi
nabant̃ quod nemo uideret eos. Vide q̄d cōtingat
animæ malæ. recedit à luce ueritatis, & quia ipſa
nō uidet deū, putat ſe nō uideri à deo. Sic & iſti re
cedēdo ierunt in tenebras, ut ipſi nō uiderēt deū,
& dixerūt, quis nos uidebit? Et uidebat ille quem
crucifigebant. Illi deficiendo, nec illum filium, nec
patrē uidebāt. Si ergo & ille uidebat, quare ſe pa-
tiebat̃ teneri ab eis, occidi ab eis? Quare, ſi uidebat
uoluit conſilia eorū præualere in ſe? Quare? Quia
homo erat propter hominem, & deus latēs in ho-
mine, quia uenerat neſcientibus exemplū fortitu-
dinis dare, ideo ipſe ſciēs oīa ſuſtinebat. Quid eñ
ſequitur? Accedat homo ad cor altum, & exalta
bitur deus. Illi dixerūt, q̄s nos uidebit? Defecerūt
ſcrutantes ſcrutationes, id eſt, conſilia mala.

DE EADEM FERIA

Sermo Leonis Papæ.

DE curſis dilectiſſimi ſermōe ꝓximo his
quæ ad cōprehēſionē domini præceſ-
ſerūt, ſupereſt nūc ut auxiliāte gratia
dei, de ipſo iam paſſionis ordine, ſicut
promiſimus, diſſeramus. Nam cum uerbis ſacræ
orationis ſuæ dominus declaraſſet, ueriſſime ſibi
atque pleniſſime & humanam & diuinam *ineſſe eſſe
naturam, oſtendens unde eſſet quod pati nollet, &
unde quod uellet, depulſa trepidatione infirmita
tis, & cōfirmata magnanimitate uirtutis, redijt in
ſententiam diſpoſitionis ęternæ: & ſęuienti diabo
lo per miniſteria Iudęorū formā ſerui nihil pecca-
ti habētis obiecit, ut per eū ageretur omnium cau
ſa, in quo ſolo erat omnium natura ſine culpa.
Irruerunt ergo in lumen uerum filij tenebrarum,
& utentes facibus & laternis, non euaſerunt infide
litatis ſuæ noctem, quia non intellexerunt lucis
autorē. Occupāt paratū teneri, & trahunt nolētē
trahi. Qui ſi uellet obniti, nihil q̄dē in iniuriā eius
impiæ

impiæ manus poſſent,ſed mundi redemptio tarda
retur,& nullum ſaluaret illæ ſus,qui pro omniũ ſa-
lute erat moriturus. Sinẽs igitur inferri ſibi qcqd
ſacerdotum incitamẽtis furor popularis audebat,
cõmenti ſas. ad Annã Caiphæ ſocerum,ac deinde ad Caipham
ex Annæ tranſmiſſione perducitur: & poſt inſanas
audientiam. calumniantium obiectiones, poſt * commẽtitias
ſubornatorum teſtium falſitates,ad * examẽ Pila-
ti pontificum delegatione trãsfertur. Qui diuino
iure neglecto, clamantes ſe regem nõ habere niſi
prgſidis Cæſarem,tanquã Romanis deuoti legibus, omne
iudicium poteſtati* Cęſaris reſeruaſſent,expetie-
runt executorem magis ſęuitię quam arbitrũ cau
ſę,Offerebãt enim Ieſum duris nexibus uinctum,
colaphis & alapis frequentibus cęſum,ſputis obli
tum,clamoribus prædamnatum:ut inter tot præ-
eo iudicia,quem omnes uellent perire,nõ auderet Pi-
latus abſoluere. Deniq; nec in excuſatio* eũ repiſ-
ſe culpam,nec in ſententia ſua tenuiſſe conſtantiã,
docet ipſa cognitio:in qua iudex quem ipſe inno-
centem pronunciat, damnat addicens iniquo po-
pulo ſanguinem iuſtum, à quo abſtinendum ſibi &
intellectu proprio ſenſerat,& ſomnio uxoris noue
rat. Non purgant contaminatum animum manus
lotæ,nec in aſperſis aqua digitis expiatur,quod ſa
mulante impia mẽte cõmittitur. Exceſſit quidem
Pilati culpam facinus Iudæorum,qui illum nomi-
ne Cæſaris territum, & inuidioſis uocibus increpa
tum, ad affectum ſui ſceleris impulerunt. Sed nec
ipſe euaſit reatum,qui cooperatus ſeditioſis, reli-
quit iudicium proprium, & in crimen trãſijt alie-
num. Quod ergo Pilatus dilectiſsimi, implacabilis
populi uictus inſania, multis Ieſum dehoneſtari
ludibrijs,& immodicis pmiſit uexari iniurijs,ſq́dq;
eũ flagris cæſum,ſpinis coronatũ,& amictu irriſo
riæ ueſtis induũ,ſcribarũ & ſacerdotũ oſtentauit
aſpectui, ad mitigandos pculdubio inimicorũ ani
mos exiſtimauit: ut exaturatus inuidię odijs, nõ
ultra iã crederẽt pſequendũ, quẽ tot modis intue-
bantur afflictum. Sed cum inardeſceret ira clamã-
tium, ut Barrabã indulgentia relaxaret & Chri-
Matt.27 ſtum crucis pœna ſuſciperet, quũ cõſono fremitu
diceret̃ à turbis, Sanguis eius ſuper nos,& ſuper fi-
Pſal.65. lios noſtros: obtinuerunt iniqui in damnationem
ſuã quod pertinaciter exigebant, quorum dentes,
ſicut propheta teſtatus eſt, eorum arma erant &
ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Fru-
ſtra enĩ à crucifigẽdo dño maieſtatis manus impi-
as cõtinebãt,in quẽ lętalia uocum ſpicula & uene-
nata uerborũ tela uibrauerant. Vobis uobis o falſi
Iudęi & ſacrilegi principes populi,totum facino-
ris iſtius pondus incumbit: & licet immanitas ſce
leris & præſidem obligauerit,& milites,omnis ta-
men facti ſumma uos arguit: & ſi quid in ſupplicio
Chriſti,uel Pilati peccauit iudicium, uel cohortis
obſequium, hoc uos facis humani generis odio
digniores: quia ueſtri furoris impulſu,nec illos in-
nocentes eſſe licuit,quibus iniquitas ueſtra nõ pla
Hæc in manu cuit,id eſt,libẽtius nos miteſcere uidiſſent. Tradi
tus itaq; dñs ſęuientiũ uolũtati, ad irriſionẽ regię
ſcriptis dignitatis, ſupplicij ſui iuſſus eſt eſſe geſtator,ut
nõ ſunt. impleret̃ q̃d Iſaias propheta pũiderat,dicẽs: Ecce
natus eſt puer,& datus eſt nobis filius,cuius impiũ
ſuper humeros eius. Cũ ergo dñs lignum portaret
Iſai.9 crucis, q̃d in ſceptrũ ſibi uerteret poteſtatis, erat
quidem apud impiorũ oculos grande ludibriũ: ſed
manifeſtabatur fidelibus grãde myſteriũ, qa glori
oſiſſimus diaboli uictor,& inimicarum uirtutũ de

bellator potẽtiſſimus,pulchra ſpecie triumphi ſui
portabat trophęum,& inuictę patiẽtię humeris ſi
gnum ſalutare adorandum regnis omnibus infere
bat,tanq̃ & tunc ipſa operis ſui imagine oẽs imi-
tatores ſuos cõfirmaret,& diceret: Qui non acci- Matt.10
pit crucẽ ſuã,& ſeqnit̃ me,nõ eſt me dignus. Eũti-
bus aũt cum Ieſu turbis ad locũ pœnæ,Simon qui-
dam Cyrenæus inuentus eſt, in quẽ lignũ ſupplicij
transferret̃ à dño: ut etiã tali facto pſignaret̃ gen-
tiũ fides, qbus crux Chriſti nõ cõfuſio erat futura,
ſed gloria. nõ ergo fortuitũ,ſed figuratũ & myſti-
cum fuit,ut Iudęis in Chriſtum ſęuiẽtibus,ad com
patiẽdũ ei peregrinus occurrerit,dicẽte Apoſto- 2.Tit.2
lo: Si compatimur,& conregnabimus. ut ſacratiſ-
ſimo ſaluatoris opprobrio, nõ Hebręus quiſquã,
nec Iſraelita,ſed alienigena ſubderet̃. Per hãc enim
tranſlationẽ à circuncifione ad pputium,à filijs car
nalibus ad filios ſpirituales,immaculati agni ppici
atio,& oĩm ſacramentorum plenitudo tranſibat.
Siqdem paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus,q 1.Cor.5
ſe nouum & uerum recõciliationis ſacrificium offe
rẽs patri,nõ in tẽplo,cuius iam erat finita reuerẽ-
tia,nec intra ſepta ciuitatis ob meritum ſui ſceleris
diruẽdę,ſed foris & extra caſtra crucifixus eſt, ut
ueterum uictimarũ ceſſante myſterio,noua hoſtia
nouo imponeretur altari,& crux Chriſti non tem
pli eſſet ara,ſed mundi. Exaltato igit̃ dilectiſſimi
per crucẽ Chriſto, non illa tãtum ſpecies aſpectui
mentis occurrat q fuit in oculis impiorum, qbus p
Moyſen dictũ eſt: Et erit pẽdẽs uita tua ante ocu- Deut.28
los tuos,& timebis die ac nocte,& nõ credes uitæ
tuę. Iſti enim in crucifixo dño nihil pter facinus ſu
um cogitare potuerũt,habẽtes timorẽ,non quo fi
des uera iuſtificatur,ſed quo conſciẽtia iniqua tor-
quetur. Noſter uero intellectus,quem ſpũs ueritas
tis illuminat,gloriã crucis cœlo terraq; radiãtem,
puro ac libero corde ſuſcipiat, & interiori acie ui-
deat quale ſit quod dominus ait, cum de paſſionis
ſuæ loqueretur inſtãtia: Venit hora,ut clarificetur Iohan.12
filius hominis. Et infra, Nunc ingt anima mea tur
bata eſt,& quid dicam? Pater, ſalua me ex hac ho-
ra. Sed propter hoc ueni in hanc horã, Pater, cla-
rifica filium tuũ. Et cũ uox patris ueniſſet e cœlo
dicẽs: Et clarificaui, & iterum clarificabo. reſpon-
dẽs Ieſus circunſtantibus,dixit: Nõ ppter me hæc
uox facta eſt,ſed ppter uos. Nũc iudiciũ eſt mun-
di, nũc princeps mũdi mittet̃ deorſum. Et ego ſi
exaltatus fuero *,oĩa trahã ad me. O admirabilis à terra
potẽtia crucis, o ineffabilis gloria paſſiõis, in qua
& tribunal dñi,& iudiciũ mũdi,& poteſtas eſt cru
cifixi. Traxiſti enim dñe oĩa ad te, & cũ expãdiſ-
ſes tota die manus tuas ad populum non credentẽ,
& contradicentem tibi, confitendę maieſtatis tuę Eſai.65
ſenſum totus mundus accepit. Traxiſti dñe omnia
ad te, qñ in execrationẽ Iudaici ſceleris unam tu
lerunt omnia elemẽta ſentẽtiam, cum obſcuratis
luminaribus cœli, & conuerſo in noctẽ die, terra
quoq; motibus nutaret inſolitis,uniuerſaq; creatu
ra impiorum ſe* uſui negaret. Traxiſti domine uſui
omnia ad te,quoniam ſciſſo templi uelo,ſancta ſan
ctorum ab indignis pontificibus receſſerunt,ut fi-
gura in ueritatẽ, prophetia in manifeſtationem,
& lex in euangelium uerteretur. Traxiſti domine
omnia ad te, ut quod in uno Iudæorum tẽplo ob-
umbratis ſignificationibus agebatur, pleno aper-
toq; ſacramento uniuerſarum ubiq; nationum de-
uotio celebraret. Nũc enim & ordo clarior leuita
rum,& dignitas amplior ſeniorũ, & ſacratior eſt

teſtes adhibes? Vere tu ipſe obdormiſti, q ſcrutãdo
talia defeciſti. Si dormierũt, qd uidere potuerunt?
Si nihil uiderunt, q̃modo teſtes ſunt? Sed defecerũt
ſcrutãtes ſcrutationes. Defecerunt à luce dei, defe
cerunt in ipſo effectu conſiliorũ ſuorũ, q̃ñ quod uo
luerunt, nihil perficere potuerunt. Vtiq; defece-
rũt. Quare hoc? Quia acceſſit homo ad cor altum,
& exaltatus eſt deus. Propterea poſtea cũ innotuiſ
ſet Chriſti reſurrectio, & ueniens ſpũſſanctus im-
pleret fiducia timẽtes q̃ſdam diſcipulos, ut aude-
rent iam mortem non timentes, ꝓdicare quod ui-
derãt, exaltato deo in maieſtate ſua, q propter no
ſtram infirmitatẽ humilis iudicatus eſt: & ubi cœ-
perunt tubæ cœleſtes perſonare iudicem uenturũ,
quem primo uiderant iudicatum, conturbati ſunt
oẽs qui uidebant eos. Exaltato deo, ut dixi, prædi
cato Chriſto, uiſi ſunt Iudęi à quibuſdam Iudæis,
uiſi ſunt deficientes in ſcrutationibus ſuis. Videbãt
enim illi in nomine crucifixi & occiſi manibus ſuis
fieri tanta miracula, & receſſerunt corde ab eis q
permanſerunt in impietate, diſplicuit eis eorum
duritia, quæſierunt conſiliũ ſalutis ſuę, & dixerũt
Act. 2. apoſtolis: Quid faciemus? Cõturbati ſunt ergo o-
mnes q uidebãt eos, id eſt, qui intelligebant, quod
linguæ eorum infirmatę ſunt ſuper eos qui intelli
gebãt, q͂a in oĩbus ſuis malis perſcrutationibus cõ
ſiliorũ ubiq; defecerunt, conturbati ſunt iſti. ¶ *Et
timuit oĩs homo.* Qui nõ timuerũt, nec hoĩes fuerũt.
Timuit omnis homo, id eſt, oĩs utẽs ratione ad in
telligenda quę facta erãt. Vnde illi qui non timue-
rũt, pecora potius nominãdi ſunt, beſtię potius im
manes & truces, leo rapiens & rugiens ille adhuc
populus. Ait uero, omnis homo timuit, id eſt, q cre
dere uoluerunt, qui iudicium futurum contremue-
runt. Et timuit omnis homo. ¶ *Et annunciaue-
runt opera dei.* Ille q dicebat, A timore inimici erue
animam meã, timuit omnis homo, à timore inimi-
Mat. 10. ci eruebatur, ſed timori dei ſubdebatur. Non time
bat eos qui corpus occidunt, ſed eũ qui poteſtatẽ
habet corpus & animã mittere in gehennam: Præ
dicauerunt dñm. Nam primo Petrus timuit, & ini-
micum timuit, nondum erat anima eius eruta ab
Mat. 26. inimico. Interrogatus ab ancilla q̃d inter diſcipu-
los eius eſſet, negauit dñm ter. Reſurrexit dñs, fir
mauit columnam. Iam Petrus prędicat ſine timore
& cum timore. Sine timore eorũ qui occidũt cor
pus, cum timore eius qui habet poteſtatẽ corpus
& animam occidendi in gehennam ignis. Timuit
omnis homo, & annunciauerunt opera dei. Nanq;
annunciantes iſtos apoſtolos opera dei, exhibue-
runt ſibi principes ſacerdotũ, cõminati ſunt dicen
Actu. 5. tes, ne in nomine Ieſu prędicarent. Et illi dixerũt:
Dicite nobis, cui magis obtẽperare oportet, deo
an hoĩbus? Quid illi dicerent? Hominibus potius
q̃ deo? ſine dubio non reſponderũt, niſi deo potius.
Illi aũt ſciebãt quid iuberet deus, & contempſerũt
minãtes ſacerdotes. Quia ergo timuit oĩs homo,
nõ terruit homo, & annũciauerũt opa dei. Si timet
homo non terreat homo. Eũ eñ timere debet ho-
mo à quo factus eſt homo. Quod ſupra hoĩes eſt, ti
me, & homines te non terrebunt. Mortem ſempi-
ternam time, & præſentem non curabis. Volupta-
tem illam incorruptam, & quietem ſine labe con-
cupiſce, & promittentem dona iſta temporalia to
tum mundum deridebis. Ama ergo & time, amã
quod promittit deus, time quod minatur deus.
Nec corrumperis ex eo quod promittit, nec terre
beris ex eo quod minatur homo. Et timuit omnis
homo, & annunciauerunt opera dei. ¶ *Et facta eius
intellexerunt.* Quid eſt, facta eius intellexerunt?
Hoc erat illud o domine Ieſu Chriſte, q̃d tacebas
& ſicut ouis ad uictimam ducebaris, & nõ aperie-
bas coram tondente os tuũ. Tu autem domine.

LEGITVR SINE TITV-
lo. Matt. xxviij.

¶ Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in
prima ſabbati, uenit Maria Magdalene &
altera Maria uidere ſepulchrũ. Et ecce ter
ræmotus factus eſt magnus. Et reliq. Ho-
milia uenerabilis Bedæ preſ. Sine titulo.

VIgillas nobis huius ſacratiſſimæ no-
ctis, ſicut lectione euangelica audiui-
mus fratres chariſſimi, reſurrectio do
mini ac ſaluatoris noſtri dedicauit. Iu
ſte enim hanc pro eius amore uigiliis
celebramus & hymnis, q ꝓ noſtro amore in ea dor
mire in mortẽ, ac de morte uoluit excitari. Nã ſic-
ut Apoſtolus ait: Mortuꝰ eſt ꝓpter delicta noſtra,
& reſurrexit ꝓpter iuſtificationẽ noſtrã. Quod ipo Rom. 4.
q̃q; ſtatu temporis, quo uel mortuus eſt in cruce,
uel à mortuis reſurrexit, oſtẽdit. Circa horã quip-
pe nonã, cũ inclinata iã eſſet ad ueſperã dies, & te
peſactus à meridiano feruore radius ſolis, myſte-
riũ uictorioſiſſimę paſſionis cõſummauit, euiden-
ter ſe inſinuãs, ꝓpter auferẽda ſcelera quibus à di
uina luce & dilectiõe in huius mortẽ peregrinatio
nis incidimus, crucis ſubiiſſe patibulũ. Surrexit ma
ne prima ſabbati, quę nũc dies dñica uocaĩ. Mani-
feſte docẽs ſe nos à morte animę reſuſcitaturum,
& in lucẽ ꝑpetuæ felicitatis eſſe perducturũ. Sed
& aliud nobis memorabile myſterium tẽpore ſuæ
paſſionis, ſepulturæ & reſurrectionis intimare cu
rauit. ſexta q̃ppe feria crucifixus eſt, ſabbato quie
uit in ſepulchro, dñica reſurrexit à mortuis, ſigni-
ficãs electis ſuis ꝑ ſex huius ſeculi ætates inter pe-
ricula pſecutionum bonis operibus inſudãdum: in
alia aũt uita q̃ſi in ſabbato perpetuo, reqẽ anima-
rũ ſperãdã. Porro in die iudicii quaſi in die dñica,
corporũ quoq; immortaliũ receptionem eſſe cele-
brãdam, in q̃bus deinceps animæ ſuperno gaudio
ſine ſine fruanĩ. Quod aũt in lectione euãgelica dĩ
ctũ eſt, q͂a ſanctę mulieres ueſpere ſabbati quę lu-
ceſcit in prima ſabbati, uenerint uidere ſepulchrũ
ita intelligẽdũ eſt, quia ueſpere quidẽ uenire cœ-
perint, ſed luceſcẽte mane in prima ſabbati, ad ſe-
pulchrũ ꝑuenerũt, id eſt, ueſpere aromata paraue
rũt, quibus corpus dñi ungere deſiderabãt, ſed pa-
rata ueſpere aromata, mane ad ſepulchrum detu-
lerunt. Quod Matthęus quidẽ breuitatis cauſa ob
ſcurius poſuit: ſed alii euãgeliſtę quo ordine ſit fa-
ctum, euidentius oſtendũt. ſepulto nanq; ſexta fe-
ria domino reuerſę à monumento mulieres, para
uerunt aromata & unguenta quandiu operari lice-
bat, & ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mãda-
tum, ſicut Lucas aperte deſignat. Cum autẽ tranſ- Luc. 23.
iſſet ſabbatum, ueſperaq; adueniẽte tẽpus operan
di rediſſet, mox prõptę ad deuotionẽ emerũt (quę
minus parauerant) aromata, ſicut Marcus comme Mar. 16.
morat, ut uenientes ungerẽt eum. & ualde mane
una ſabbatorum ueniunt ad monumentum. Quæ
rendum autem, cur noctem dominicę reſurrectio
nis euangeliſta deſcribẽs, ait: Veſpere aũt ſabbati
quę luceſcit in prima ſabbati: cum conſuetus ordo

temporum habeat ueſperã magis tenebreſcere in
noctē,quã in diem luceſcere.ſed myſtice loqēs eu=
angeliſta,quãtum dignitatis hęc ſacratiſſima nox
de g'ia deuictę mortis accepit, inſinuare ſtuduit,
dum eius exordium,quo deuotę Chriſto fœminæ
in obſequium illius uigilare cœperunt,in ſequētē
iam diē luceſcere perhibuit. Nam dominus autor
& dominator & ordinator temporum,qui in ulti=
ma noctis huius parte ſurrexit, totã eam nimirũ
eiuſdē reſurrectionis luce feſtiuam reddidit & co=
ruſcam. Siquidē ab exordio mundanę recreatiōis
uſq; huc ita temporum curſus diſtīguebãt,ut dies
noctem p̃cederet, iuxta ordinem uidelicet primę
conditionis. Hac autē nocte per myſterium reſur=
rectionis Domini, temporum ordo mutatus eſt.
nam quia nocte ſurrexit à mortuis,die uero ſequē=
ti eiuſdem reſurrectionis effectum diſcipulis oſtē=
dit,ac participato cum eis conuiuio, ueritatē uir=
tutis eius mirantibus ſimul & gaudentibus aſtru=
xit:rectiſſime nox illa ſequentis diei coniuncta eſt
luci, ac ſi temporum ordo ſtatutus eſt,ut dies no=
ctem ſequatur. Et quidem aptiſſime quondam di=
em ſequebatur nox,quia homo à luce paradiſi pec=
cando lapſus,in huius ſeculi tenebras ærumnasq;
decidit:aptiſſime hinc dies ſequitur noctem,quan=
do per fidem reſurrectionis à peccati tenebris &
umbra mortis ad lucem uitæ Chriſto largiente
reducimur. Quapropter neceſſe eſt fratres chariſ=
ſimi, ut quia noctem hanc præcipuam gratia do=
minicę reſurrectiōis illuſtratam cognouimus, ipſi
quoq; ſolicite caueamus, ne qua eius particula no=
ſtro in corpore tenebreſcat,ſed tota luceſcat in di=
em. Et nunc uidelicet nobis uigilias eius dignæ de=
uotione laudis agentibus,& completis quoq; uigi=
liis ſobria ac pura conſcientia dici dominicæ pa=
ſchalia feſta expectantibus. ¶ *Venit, inquit, Maria Magdalene & altera Maria uidere ſepulchrum.* Duæ
unius nominis eiuſdemq; amoris ac deuotionis fœ=
minæ,quę dominicum uenerũt inuiſere ſepulchrũ,
duas fidelium plebes, Iudaicam ſcilicet & gentilē
deſignant:quæ uno atq; indiſſimili ſtudio paſſionē
reſurrectionemq; ſui redemptoris, quacunq; eius
eccleſia per orbem diffuſa eſt,celebrare deſiderãt.
Quod aũt terrę motus reſurgente domino de ſe=
pulchro, ſicut etiam moriente in cruce, factus eſt
magnus, ſignificat terrena prius corda à cœleſti
ſpe deiecta, per fidem paſſionis & reſurrectionis
eius concutienda ad pœnitentiam:ac ſaluberrimo
pauore permota, ad uitam ſublimanda perpetuã.
Quod angelus aduenit, obſequium ſeruitutis ſuæ
quod domino debuit, exoluit. Quia enim Chriſtus
deus & homo eſt,inter acta humanitatis eius ſem=
per angelorum miniſteria Deo debita non deſunt,
ſicut inquiſita ſancti euangelij copioſiſſime pro=
bat hiſtoria. Reuoluit autē lapidem, non ut egreſ=
ſuro domino ianuam pandat, ſed ut egreſſus eius
iam facti, hominibus præſtet indicium. Qui enim
mortalis adhuc clauſo uirginis utero potuit naſcē=
do mundum ingredi,ipſe abſq; ulla dubietate iam
Luc.2. factus immortalis, clauſo licet ſepulchro potuit
reſurgendo exire de monumento. Nec prętereun=
dum,quare teſtis dominicæ reſurrectionis ange=
lus ſedens apparuerit, cum is qui natiuitatis eius
mundo gaudium euangelizabat,iuxta paſtores ſte=
tiſſe legatur. ſtare quippe pugnantis eſt, ſedere
regnantis. Et recte ſtans apparuit angelus, qui ad=
uentum Domini in mundo prædicabat,ut etiã ſtã=
do ſignaret, quia is quem prædicabat, ad debel=
landum mundi principem ueniret. Recte præco
reſurrectionis eius ſediſſe memoratur,ut etiam ſe=
dendo figuraret eum ſuperato mortis autore, ſe= Mat.28.
dem regni iam conſcendiſſe perpetui,de qua ipſe Mar.16.
paulo poſt diſcipulis apparens,ait: Data eſt mihi
omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et euangeliſta
Marcus: Et Dominus quidem Ieſus, inquit,poſt=
quam locutus eſt eis,aſſumptus eſt in cælum,& ſe=
det à dextris dei. Sedebat autem ſuper lapidem re=
uolutum, quo oſtium monumenti claudebatur,ut
clauſtra inferorum ſua dominum uirtute deieciſ=
ſe ac ſuperaſſe doceret,quatenus omnes quos ibi
ſuos inueniſſet,ad paradiſi lucem requiemq; ſuble= Zach 9.
uaret, iuxta illud propheticum: Tu quoque in ſan=
guine teſtamenti tui eduxiſti uinctos de lacu, in q̃
non eſt aqua. ¶ *Erat autem aſpectus eius ſicut ful=
gur, & ueſtimenta eius ſicut nix.* ut ipſo quoque habi=
tu & uultu ſignificaret,quia is cuius gloriam reſur=
rectionis nunciabat, & terribilis ad damnandum
reprobos,& benignus eſſet ac blandus ad conſolã=
dum electos. In fulgure etenim terror timoris, in
niue autem blandimentum candoris exprimitur.
In cuius indicium diuinæ diſcretionis ipſe quoq;
angelus qui apparet, & cuſtodes ſepulchri impi=
os timore perterret, ac mortuorum inſtar terræ
proſternit,& uiſitatrices eiuſdem ſepulchri pijſſi=
mas benigna conſolatione refouet,ac ne paueant
confortat: inſuper etiam familiari affatu ipſe pri=
or, quia ſciret eas Ieſum quærere, dicit. Et quia
iam ſurrexit,addit mox etiam ipſas honorifico ac
lætiſſimo ſubditas miniſterio, gaudium reſurre=
ctionis eius euangelizare præcipit. Et quam fe=
lices fœminæ,quæ angelico doctæ oraculo, trium=
phum reſurrectionis mundo annunciare merue=
runt,atq; mortis (quam Eua ſerpentino ſeducta
affatu contraxit) imperium prædicare dirutum.
Quanto feliciores animæ uirorum pariter & fœ=
minarum,quotquot in die iudicij, percuſſis pauo=
re ac digna ultione reprobis, ipſæ cæleſti gratia
adiutæ, triumphare de morte,& gaudium beatæ
reſurrectionis intrare meruerint? ¶ *Currentibus
autem eis euangelizare diſcipulis, occurrit Ieſus, eaſq;
ſalutat,* oſtendens ſe omnibus iter uirtutũ inchoã=
tibus, ut ad ſalutem perpetuam peruenire queat,
adiuuando occurrere. ¶ *Illæ autem acceſſerunt, &
tenuerunt pedes eius.* Videamus fratres, in Domino
reſurgente à mortuis,ueritatem noſtræ carnis,ui=
deamus gloriam nouæ incorruptionis. Superius
quippe lectum eſt,quia clauſo ſurrexit monumen=
to. nunc autem legitur,quia mulieres tenuerunt
pedes eius, & adorauerunt eum. Surrexit enim
clauſo oſtio monumēti & exijt, ut immortale iam
factum doceret eſſe corpus, quod in monumento
clauſum fuerat mortuũ. Tenendas mulieribus prę=
buit plãtas,ut ueram ſe habere carnem,quę à mor=
talibus tangi poſſet,intimaret. ¶ *Ite, inquit, nuncia=
te fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt.*
O mira pietas ſaluatoris, mira benignitas Quos
ante paſſionē diſcipulos, & aliquando etiã ſeruos
uocare conſueuerat,hos poſt reſurrectionem fra=
tres ſuos appellat, ut & eiuſdē humanitatis q̃ & an=
te habuerat,habitum reſurgendo reſumpſiſſe mõ=
ſtraret,& illos quoq; ad p̃merendã ſperandamq;
in ſua carne coronam immortalitatis, qua ipſe iã
p̃minebat,erigeret. Sane q̃d ſe in Galilæa uidendũ
à diſcipulis prædixit,& ſicut ſequentia ſancti euã=
gelij declarant,exhibuit, etiã in hoc myſtice & ue=
ritatem ſuæ reſurrectionis, & noſtræ profectum
uitæ

ultæ ſpiritualis inſinuat. Galilæa quippe transmigratio facta interpretatur. Et bene in Galilæa uidetur à diſcipulis, qui iam de morte ad uitam, de corruptione ad incorruptionem, de pœna transmigrauerat ad gloriam: ut uictoriam reſurrectionis non ſolum oſtentione corporis, & exhortatione ſermonis, ſed nomine loci quoque in quo appareret & loqueretur, commendaret. Sed & noſipſi gaudio reſurrectionis eius ita ſolum tunc frui ualemus, ſi nunc de corruptela uitiorum ad uirtutum opera transmigrare ſatagimus. Vnde curandum ſummopere eſt fratres mei, ut quia reſurrectionis Domini & ſaluatoris noſtri tempus agnouimus, quia eius ſolennia celebramus, continuis bonorum operum profectibus ad cõtemplandam eius celſitudinem transmigremus: quia noſtræ reſurrectionis tempus ignoramus, quod tamen ſuturum nullo modo ambigimus, & omni quidem tempore, & in hac præcipue nocte, ſollicitas pro eius expectatione uigilias agamus. Obſecremus miſericordiam illius, qui ſuſceptam pro nobis humiliter mortem, mox ſublimiter ſuperauit, ut noſtræ nos tempore reſurrectionis de morte ad uitam transmigrare cõcedat. Rogemus eum qui paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, ut & inchoata paſchalis gaudij ſolennia, nos digne peragere, & per hæc contingere ad gaudia præſtet æterna. Inter hæc uero notandum, quod huius ſacratiſsimæ noctis ac redemptionis noſtræ quam colimus ſolennitas, iam olim eſt in antiquo dei populo myſtice deſignata. Cũ enĩ idẽ populus diu fuiſſet Aegyptia ſeruitute grauatus, nec eum dimittere uellet Aegyptij ad liberũ ſui cõditoris exire ſeruitiũ, rẽ dẽ pcepit ei dñs in celebratiõe paſche immolare agnũ eiusq; carnes hac nocte aſſare, & edere: & eius ſanguine q eſſet fuſus in limine, poſtẽ domuũ ſuarũ utrunq; ac ſuperliminare perungere, atque intus paratum ac uigilantem horam ſuæ redemptionis expectare. Quod dum faceret, ecce noctis huius medio dominus aduenieus, percuſsis Aegyptiorum primogenitis, liberauit populum ſuum à pondere longę ſeruitutis, atque ad terram promiſſæ olim patriæ perduxit, iubens eum hanc noctem in memoriam ſuæ ſalutionis omnibus annis immolatione agni paſchalis agere ſolennem. Quæ profecto redemptio populi illius, ſpiritualis noſtræ redemptionis, quæ reſurgente à mortuis Domino hac nocte completa eſt, typum geſſit: ſicut etiam carnales eiuſdem populi oppreſſores Aegyptij, duriorem nequitię ſpiritualis arma deſignant, quibus ſubiectum ſibi genus humanum impia dominatione premebat. Sed ueniens agnus immaculatus Ieſus Chriſtus, dignatus eſt immolari pro nobis, dedit ſanguinem ſuum noſtræ ſalutis precium: qui morte ad tempus ſuſcepta, mortis imperium perpetuò damnauit: mirandoq; ac deſiderabili ſpectaculo agnus innocenter occiſus, leonis qui eum occiderat, uires potenter attriuit. Agnus qui tollit peccata mundi, leonem qui intulit peccata mundo, cõfregit. Agnus qui nos ſuæ carnis & ſanguinis libamine, ne pereamus, reficit, leonem qui nos rugiẽs circumit, & quem de nobis perdat inquirit, interfecit. Agnus qui ſuæ mortis ſignum frontibus noſtris ad decutienda tela mortiferi hoſtis impoſuit: nam & ideo ſanguis agni legalis in limine ſupeliminari & utroque poſte domorum, in quibus edebatur, iuſſus eſt poni, ut etiam quadripartita ſanguinis diſtinctio, quadriſidum dominicæ paſsionis uexillum, quo nos ſignati liberamur, exprimeret: deiecitq aduerſatium noſtræ libertatis & pacis qui inſidiatur nobis in occulto, ſicut leo in cubili ſuo. Sicuti ergo nocte hac immolato agno in Aegypto, ſignatis eius ſanguine domibus fidelium, comeſtis eius carnibus, uenit dominus repente, & eos qui myſterij cœleſtis exortes manebant, puniens, e contrario populum quem ſacramentis ſalutaribus imbutum uidit, redemit: ita nimirum dominus & redemptor noſter, cum ſuum pro nobis corpus & ſanguinem hoſtiam patri obtuliſſet, ſubuertit potentiam diaboli & ſatellitum eius, ſpirituum uidelicet immundorum audaciam comminuit, difiecit clauſtra inferni, electos qui ibidem quamuis in tranquillitatis ſinu tenebantur, eruit: & hac ipſa nocte reſurgens à mortuis, ad cœleſtis regni gaudia reduxit, impleta prophetia quę dixit: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Nec iuſtos ſolum quos apud inferos inuenit, abſtulit: uerum etiam quos in carne adhuc poſitos, ſuos eſſe cognouit, nec non & nobis quos in ſe crediturus in fine temporum præuidit, remedium ſalutis morte ſua ac reſurrectione procurauit. Nobis & antequam crearemur ſpiritualem uitæ alimoniam qua recrearemur, ſacrauit: ſignum uictoriæ quo ab hoſtium inſidiis muniremur, parauit: uitæ perennis iter quod ſequamur, aperuit. Vnde & ipſi merito nocte hac redemptionis noſtræ memores, uigilijs domino dignis inſtamus & precibus: lectionibus diuinis, quę datæ nobis gratię munera narrant, audiẽdis operã damus, nouã adoptionis plebem ſpũalis Aegypti dño ſubtractã, uni uero dño fonte regenerationis ſacramus, miſſarũ ſolennia celebramus, corpus ſacroſanctum & precioſum agni nři ſanguinẽ, quo à pctis redẽpti ſumus, denuo deo in pfectum nřæ ſalutis immolamus. Et qa de reſurrectionis dominicę ſimul & ereptionis nřæ myſterijs annua ſolennitate lętamur, ſtudeamus chariſsimi hæc eadẽ myſteria interno mentis amore complecti, hæc uiuẽdo ſemper tenere: hæc quaſi munda animalia nunc oris locutione ruminãda, nunc cordis penetralibus retractãda ſeruemus. Et ante oĩa talibus ultã ducere curemus actibus, qbus nřæ quoque reſurrectionis euentũ lętãtes mereamur aſpicere: ut cũ tuba nouiſsima totũ genus humanũ excitans, ad tribunal iuſti iudicis aduocauerit, nos à ſorte repborum ſecernat ſignũ eiuſdẽ iudicis nři q ſacramur, à pœna negligentiũ ſecernat uigiliç, q bus aduentũ eius expectamus: eisq; digna ultione mulctatis, ipſe nos ad mãſionẽ ſupnę pacis, q ante ſecula pmiſit, inducat, qui uiuit & regnat &c.

Exod. 1.

etexeius

Pſal. 67.

Petr. 3.

DE EADEM VIGILIA PASCHAE.

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

Veſper enim, qui & heſperus dicitur, ſtella eſt, quæ alio nomine Lucifer uocatur. Et heſperus quidem ſiue ueſper uocatur in fine diei: Lucifer uero in principio. Sæpe enim quando oritur, pauciſsimo interuallo ſolem præcedit. Quod autem Euangeliſta hoc de ſtella intellexerit, ex eo apparet, qđ fœminino genere dixit, quę luceſcit in quę lucere incipit in prima parte diei primi, q nũc prima ſabbati. Ad quid enim, niſi ad ſtellam, q pro nomen referat? Sabbatũ aũt unumquemq; diẽ Iudęi uocabant. Dicat ergo: Veſpere aũt ſabbati apparẽte, id eſt illa ſtella quę Veſper & Lucifer uocatur, iã diẽ pximã nunciãte: nõ aũt illã dico, quę apparet in fine diei, ſed illã quæ uidet' in principio. i. quę luceſcit in prima ſabbati, hoc eſt, dies Domini

cus

eus appellatur: Venit Maria Magdalena & altera Maria uidere ſepulchrum. Hanc enim ſtellam, quia cæteris clarior eſt, iter agentes obſeruare ſolent. Huius igitur ſigno hæ ſanctæ mulieres ad ſepulchrum uenire cœperunt. Et ualde mane, quum adhuc tenebræ eſſent, ut Iohannes ait: ſole tamen iam oriente, ut Marcus dicit, ueniunt ad monumentum. Prius enim fit ortus ſolis, quam receſsio tenebrarum. Hæc autem recipiat qui uult, ad credendum autem neminem compello. Sequitur: *Surrexit enim ſicut dixit: Venite, & uidete locum ubi poſitus erat Dominus.* Nam & Eccleſiæ doctores ſæpe nobis locum oſtendunt, in quo Dominus poſitus fuerat, dum ſanctarum exempla ſcripturarum exponentes, ubi eius natiuitas, paſsio, & reſurrectio ſit prophetata, nos docent. Vis uidere locum in quo Dominus fuerat poſitus? lege in Pſalmis: Ego dormiui, & ſomnum cepi, & reſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. *Et cito euntes dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit, & ecce præcedet uos in Galilæam: ibi eum uidebitis, ecce prædixi uobis.* Ecce mulier quæ fuerat ianua mortis, prima prædicat reſurrectionem & oſtendit ianuam uitæ. In Galilæam præcedit Dominus, ibique diſcipulos expectat: quia tunc ſancti Deum uidebunt, quãdo in patriam reuerſi fuerint. Galilæa nanque, Apoſtolorum patria fuit: unde & uiri Galilæi dicuntur. Et exierunt cito de monumento, cum timore & gaudio magno, currentes nunciare diſcipulis eius. Marcus autem dicit quod fugientes de monumento, quia terror inuaſerat eas, nemini quicquam dixerũt. Per quod datur intelligi, quia prius de uiſione angelorum nihil dixerunt, ſolummodo narrantes de monumento Dominum fuiſſe ſublatum. Sic igitur ſe habet ordo. Venerunt mulieres ad monumentum, uiderunt angelum (quem tamen non angelum, ſed iuuenem eſſe putabãt) cucurrerunt ad Apoſtolos: & de angelo quidem & eius uerbis, quibus Dominũ reſurrexiſſe audierãt, nemini quicquam dixerunt: hoc ſolum nunciantes, Dominum in monumento nõ eſſe. Cucurrerunt ergo ſimul Petrus & Ioãnes, & ſola linteamina poſita inuenerunt: quibus recedentibus, mãſerunt mulieres ibi. Et tunc quidem Maria Magdalena inclinauit ſe & proſpexit in monumentum, & uidit duos angelos ibi ſedentes: qui cum eam conſolarentur, conuerſa eſt retrorſum, & uidit Ieſum ſtantem: quem non Ieſum, ſed hortulanum eſſe putabat. Quem cum in uoce cognouiſſet, acceſsit ad eum: & quanuis ei diceret: Noli me tangere, tenuit tamen, & oſculata eſt pedes eius. Tunc & aliæ mulieres uenerunt (plures enim Lucas fuiſſe commemorat) quas cum Dominus benigne ſalutaſſet, & ipſæ tenuerunt pedes eius. Vnde & hic ſubditur. *Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete, Illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere: ite, nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt.* Certæ itaque de reſurrectione, iam non ſicut prius Dominum de monumento ſublatum annunciant, ſed eum ſe uidiſſe, & cum eo ſe loquutas eſſe affirmant. Dicunt diſcipulis ut uadant in Galilæam, & ibi eum uidebunt, ſicut prædixerat. Quę cum abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus uenerũt in ciuitatem, & annunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus, conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus, dicẽtes: Dicite quia diſcipuli eius nocte uenerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros uos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt uerbum iſtud apud Iudæos uſque in hodiernum diem. Ergone tantum poteſt auaritia, tantum poteſt amor pecuniæ? prius Chriſtum uendidit, nunc iterum eius reſurrectionem negari compellit. O miſeri Iudæi, ſufficiebat uobis ſemel Chriſtum occidiſſe, ſufficiebat uerbis eum emiſſe. Iterum pecunia emitis, & maiori quam prius pecunia comparatis. Et quantum in uobis eſt, ecce iterum eum occiditis, dum eum reſurrexiſſe & uiuere negatis.

IN DIE SANCTO PAſchæ Marci. xvi.

¶ In illo tempore: Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Ieſum. Et reliqua. Homilia beati Gregorij papæ.



MVLtis uobis lectiõibus fratres chariſsimi per dictatũ loqui conſueui, ſed quia laſſeſcente ſtomacho, ea quæ dictaueram, legere ipſe non poſſum, & quoſdam ueſtrum minus libenter audientes intueor, ideo nunc à meipſo exigere contra morẽ uolo, ut inter ſacra miſſarum ſolẽnia, lectionẽ ſancti euangelij nõ dictãdo, ſed colloquẽdo edifferã, ſicq; excipiat̃ ut loquimur: quia collocutionis uox corda torpẽtia plus q̃ ſermo lectiõis excitat, & q̃ſi quadam manu ſolicitudinis ut euigilent, pulſat. Et qdem ad hoc opus me ſufficere poſſe nõ uideo, ſed tñ uires quas imperitia denegat, charitas adminiſtrat. Scio nãq; qui dixit: Aperi os tuũ, & ego implebo illud. Bonum ergo opus nobis in uoluntate ſit. nam ex diuino adiutorio erit in perfectiõe. Dat loquendi auſum etiã reſurrectionis dominicę tanta ſolennitas: quia & indignum ualde eſt, ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis, quo uidelicet die caro reſurrexit autoris. Audiſtis fratres chariſſimi, q̃d ſanctæ mulieres quę dominũ fuerãt ſecutę, cum aromatibus ad monumentũ uenerunt: & ei quem uiuẽtem dilexerant, etiam mortuo ſtudio humanitatis obſequũtur. Sed res geſta, aliqd in ſancta eccleſia ſignat gerendum. Sic quippe neceſſe eſt, ut audiamus quę facta ſunt, quatenus cogitemus etiam quę nobis ſunt ex eorum imitatione facienda. Et nos igitur in eum qui eſt mortuus credentes, ſi odore uirtutũ referti, cum opinione bonorum operum dominum quærimus, ad monumentum profecto illius cũ aromatibus uenimus. Illæ autem mulieres angelos uident, quæ cum aromatibus uenerunt: quia uidelicet illæ mentes ſupnos ciues aſpiciunt, quæ cum uirtutũ odoribus ad deum per ſancta deſideria proficiſcunt̃. Notãdum uero nobis eſt, quid nã ſit q̃d in dextris ſedere angelus cernitur. Quid nanq; per ſiniſtram, niſi uita præſens: qd uero per dexterã, niſi perpetua uita ſignatur

gnat? Vnde ſcriptũ eſt: Læua eius ſub capite meo,
Can.2. & dextra Illius amplexabitur me. Quia igit̃ noſter
redemptor iam præſentis uitæ corruptionẽ tranſ
ſierat, recte angelus qui nunciare perẽnem eius ui
ſam uenerat, in dextera ſedebat. Qui ſtola cãdida
coopertus apparuit, qa feſtiuitatis noſtræ gaudia
nunciauit. Candor enim ueſtis, ſplendorem denun-
tiat noſtræ ſolennitatis. Noſtræ dicamus, an ſuæ?
Sed ut fateamur uerius, & ſuę dicamus, & noſtræ.
Illa quippe redẽptoris noſtri reſurrectio, & nr̃a
feſtiuitas fuit, qa nos ad immortalitatẽ reduxit: &
angelorum feſtiuitas extitit, qa nos reuocando ad
cœleſtia, eorum numerum impleuit. In ſua ergo ac
noſtra feſtiuitate angelus albis ueſtitus apparuit,
quia dum nos per reſurrectionem dominicã ad ſu
perna reducimur, cœleſtis patriæ damna reparãt.
Sed quid uenientes fœminas affat, audiamus: ¶ *No
lite expaueſcere.* Acſi aperte dicat: Paueant illi qui
non amant aduentũ ſupnorum ciuiũ, pertimeſcãt
qui carnalibus deſiderijs preſſi, ad eorum ſe ſocie-
tatem poſſe pertingere deſperant: uos autem cur
pertimeſcitis, quę ueſtros cõciues uidetis? Vnde &
Mat.28. angelum Matthæus apparuiſſe deſcribẽs, ait: Erat
aſpectus eius ſicut fulgur, & ueſtimenta eius ſicut
nix. In fulgure enim terror timoris eſt, in niue au-
tem blandimentum candoris. Quia uero omnipo-
tens deus & terribilis eſt peccatoribus, & blandus
iuſtis, recte teſtis reſurrectionis eius angelus, & in
fulgure uultus, & in cãdore habitus demõſtratur,
ut de ipſa ſua ſpecie terreret im̃pbos, & mulceret
pios. Vnde recte quoq; populum per deſerta gra-
Exo 13. dientem, columna ignis in nocte, & columna nu-
bis præibat in die. In igne enim terror eſt, in nube
aũt uiſionis lene blandimentum. Dies uero ulta iu
ſti, & nox accipitur uita peccatoris. Vnde & cõuer
Eph.5. ſis peccatoribus Paulus dicit: Fuiſtis aliquando te-
nebræ, nunc autẽ lux in dño. In die aũt per nubem
columna monſtrata eſt, & in nocte per ignem: qa
omnipotens deus & blandus iuſtis, & terribilis ap
parebit iniuſtis. Iuſtos in iudicio ueniens per leni-
tatis mãſuetudinem demulcet, illos uero per iuſti-
tię diſtrictionem terret. Sed iam quid angelus ſub
iungat, audiamus: ¶ *Ieſum quæritis Nazarenum.* Ie-
ſus, latino eloquio ſalutaris, id eſt, ſaluator inter-
pretatur. At uero multi tunc Ieſus dici poterãt, nõ
tamen ſubſtantialiter, ſed nuncupatiue. Ideo & lo
cus ſubiungitur, ut de quo Ieſu dictũ ſit, manifeſte
tur: Nazarenũ. Et cauſam ꝓtinus ſubdidit. ¶ *Cru-
cifixũ.* Atq; addidit: ¶ *Surrexit, non eſt hic.* Non eſt
hic, dicitur per pſentiã carnis, qui tñ nuſquam de-
erat per præſentiam maieſtatis. ¶ *Sed ite, dicite di-
ſcipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæam.*
Quærendũ nobis eſt, cur nominatis diſcipulis, Pe-
trus deſignatur ex nomine. Sed ſi hunc angelus no
minatim non exprimeret, qui magiſtrũ negauerat,
uenire inter diſcipulos nõ auderet. Vocat ergo ex
nomine, ne deſperaret ex negatione. Qua in re cõ-
ſiderandum nobis eſt, cur omnipotẽs Deus in eum
quem cũctæ eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ
uocem pertimeſcere, & ſemetipſum negare permi
Mat.26. ſit. Quod nimirum magnę eſſe actum pietatis diſ
penſatione cognoſcimus, ut is qui futurus erat pa
ſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret qualiter alijs mi
ſereri debuiſſet. Prius itaque eum oſtendit ſibi, &
tũc cęteris præpoſuit, ut ex ſua infirmitate cogno
ſceret, q̃ miſericorditer aliena infirma toleraret.
Bene aũt de redẽptore noſtro dicitur: ¶ *Præcedet
uos in Galilæam, ibi eum uidebitis, ſicut dixit uobis.* Ga

lilæa nanq; tranſmigratio facta interpretatur. Iã
quippe redemptor noſter à paſſione ad reſurrecti
onem, à morte ad uitam, à pœna ad gloriam, à cor
ruptiõe ad incorruptionẽ trãſmigrauerat. Et pri-
us poſt reſurrectionem in Galilęa bene à diſcipu-
lis uidetur, qa reſurrectionis eius gloriam poſt læ-
ti uidebimus, ſi modo à uitijs ad uirtutũ celſitudi-
nẽ trãſmigramus. Qui ergo in ſepulchro nunciat̃,
in tranſmigratione oſtẽditur: quia is qui in morti
ficatione carnis agnoſcit̃, in trãſmigratione men-
tis uidetur. Hæc etenĩ, fratres chariſſimi, pro tãta
diei ſolennitate, de lectionis euãgelicæ expoſitio-
ne tranſcurrimus, ſed libet ut de hac eadem ſolẽni-
tate aliquid ſubtilius loquamur. Duę etenim uitæ
erãt, quarũ unam nouimus, alteram neſciebamus.
Vna qppe mortalis eſt, altera immortalis: una cor
ruptionis, alia incorruptionis: una mortis, alia re-
ſurrectiõis. Sed uenit mediator dei & hoĩm, homo
Chriſtus Ieſus: ſuſcepit unam, & oſtendit alterã.
Vnã ptulit moriẽdo, alterã oſtendit reſurgẽdo. Si
igitur nobis mortalem uitã ſcientibus, reſurrecti-
onem promitteret carnis, & tamẽ hanc uiſibiliter
non exhiberet, quis eius promiſsionibus crederet?
Factus itaq; homo apparuit in carne, mori digna-
tus eſt ex uolũtate, ſed reſurrexit ex poteſtate, &
oſtendit exẽplo, quod nobis promiſit in præmio.
Sed fortaſſe aliquis dicat. Iure ille ſurrexit, qui cũ
deus eſſet, teneri à morte non potuit. Ad inſtruen-
dam ergo ignorantiam noſtram, ad roborandã in-
firmitatẽ noſtram, ſuæ tm̃ reſurrectionis exemplũ
nobis ſufficere noluit. Solus illo in tempore mortu
us eſt, & tamẽ ſolus minime ſurrexit, nã ſcriptum
eſt, Multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſur Mat.27.
rexerunt. Ablata ſunt ergo omnia argumenta per-
fidiæ. Ne quis enim dicat, Sperare de ſe non debet
homo, quod in carne ſua exhibuit homo deus. Ec-
ce cum deo homines reſurrexiſſe cognoſcimus, &
quos puros fuiſſe homines non dubitamus. Si igi-
tur membra noſtri redemptoris ſumus, præſuma-
mus in nobis quod geſtum cõſtat in capite. Si mul
tum nos abijcimus, ſperare debemus in nobis nos
membra ultima, q̃d de membris eius ſuperioribus
audimus. Ecce uero ad memoriam redit, quod cru Ibidem.
cifixo dei filio Iudæi inſultantes dicebãt: Si rex Iſ-
rael eſt, deſcendat de cruce, & credimus ei, qui ſi
tunc de cruce deſcenderet, nimirum inſultantibus
cedens, uirtutẽ patientiæ nobis nõ demonſtraret.
Sed expectauit paululũ, tolerauit ꝓbra, irriſiones
ſuſtinuit, ſeruauit patientiã, diſtulit admirationẽ,
& qui de cruce deſcendere noluit, de ſepulcho ſur
rexit. Plus igit̃ fuit de ſepulchro ſurgere, q̃ de cru-
ce deſcendere: plus fuit mortẽ reſurgendo deſtrue
re, q̃ uitam deſcendendo ſeruare. Sed cũ Iudęi hũc
ad inſultationes ſuas de cruce deſcendere minime
cernerent, cum morientẽ uiderẽt, eũ ſe uiciſſe cre
diderũt, nomẽ illius ſe quaſi extinxiſſe gauiſi ſunt.
Sed ecce clarificatum de morte nomẽ eius p mun-
dum creuit, ex qua infidelis turba *hoc extinxiſſe *hunc
credidit: & quę gaudebat occiſum, dolet mortuũ:
quia hũc ad ſuam gloriam cognoſcit peruenisse per
pœnã. Quod bene in libro Iudicũ Samſonis illius Iud.16.
facta ſignificant: qui cum Gazã ciuitatẽ Philiſtino
rum fuiſſet ingreſſus, Philiſtæi ingreſſum eius ꝓti-
nus cognoſcẽtes, ciuitatẽ repẽte obſidionibus cir-
cundederunt, cuſtodes deputauerũt, & Samſonem
fortiſsimum ſe iam cõprehendiſſe gauiſi ſunt. Sed
quid Samſon fecit, agnouimus. Media nocte por-
tas ciuitatis abſtulit, & montis uerticem aſcendit.
Quem

Quem fratres chariſſimi in hoc facto, quem niſi redemptorē noſtrū Samſon ille ſignificat? Quid Gaza ciuitas, niſi infernū deſignat? Quid ꝑ Philiſtęos niſi Iudęorū ꝑfidia demonſtrat? Qui cū mortuum dñm uiderēt, eiuſq; corpus in ſepulchro iā poſitū, cuſtodes ilico deputauerunt, & eū q autor uitę clauſerat, inferni clauſtris retentū, quaſi Samſonē in Gaza ſe deprehēdiſſe ſunt lętati. Samſon uero non ſolū media nocte exijt, ſed etiā portas tulit: qa uidelicet redēptor noſter ante lucē reſurgēs, nō ſolū liber de inferno exijt, ſed ipſa etiā inferni clauſtra deſtruxit, portas tulit, & mōtis uerticē ſubijt: qa reſurgendo clauſtra inferni abſtulit, & aſcendendo cœlorū regna penetrauit. Hanc ergo reſurrectionis eius gloriā fratres chariſsimi, quę & prius demonſtrabatur ex ſigno, & poſt patuit ex facto. tota mēte diligamus, & ꝓ eius amore moriamur. Ecce enī in reſurrectiōe autoris noſtri, miniſtros eius angelos cōciues noſtros agnouimus. Ad horū ergo ciuiū illā frequentē ſolennitatē feſtinemus, his, cū necdum uiſione poſſumus, deſiderio ac mente iungamur. Tranſmigremus ad uirtutes à uitijs, ut redemptorem noſtrū in Galilæa uidere mereamur. Adiuuat omnipotēs deus ad uitā deſiderium noſtrum, qui pro nobis in mortem dedit unicū filium ſuum, per eundem Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, q cum eo uiuit & regnat Deus in unitate ſpiritusſancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

SERMO DE PASCHALI die, ſumptus ex moralibus Gregorij.

DVæ quippe uitæ ſunt hominis in corpore conſiſtentis. Vna ante mortem, & alia poſt reſurrectionem. Quarum unam omnis agendo nouerant, alteram neſciebāt: & humanū genus ſoli huic quā nouerat, intendebat. Venit per carnē dñs, & dū ſuſcepit unam, alteram demonſtrauit, dum hanc nobis cognitam ſuſcepit, illam quæ nobis eſt incognita, oſtendit. Moriendo quippe uitam exercuit quam tenemus, reſurgendo aperuit quam quęramus: exemplo ſuo nos docēs, q̊d hæc uita quam ante mortem ducimus, non propter ſe amanda ſit, ſed propter alteram toleranda. Nullus aūt noſtrum quid poſt mortem ſequeretur agnoſceret, niſi uitæ noſtræ conditor ad pœnam uſq; noſtræ mortis ueniret. Niſi enim ipſe miſericorditer infima peteret, nequaquam nos poſt ſuam imaginem perditos iuſte ad ſumma reuocaret. Vnde & recte ad beatum
Iob 38. Iob dicitur: Nūquid ingreſſus es profunda maris, & in nouiſsimis abyſsi deambulaſti? Ac ſi dicat, ut ego, qui non ſolum mare, id eſt, ſeculum per aſſumptam humanam carnem atq; animam petij, ſed etiam per eam ſponte in mortem poſitam, uſq; ad ultimum inferi, quaſi ad maris profunda deſcendi. Si enim mare (more diuini eloquij) ſeculū debet intelligi, nil prohibet profunda maris, inferni clauſtra ſentiri. Quod profundum mare dominus petijt, cum inferni nouiſsima electorum ſuorum animas erepturus, intrauit. Vnde & per prophetā dicitur: Poſuiſti profundum maris uiam, ut tranſirent libe
Iſaie. 51. rati. Hoc nanq; profundum maris ante redemptoris aduentum non uia, ſed carcer fuit, quia in ſe etiam animas bonorum, quanuis non in locis pœnalibus clauſit: Quod tamen profundū dominus uiam poſuit, quia illuc ueniēs electos ſuos à clauſtris inferi hodierna die ad cœleſtia trāſire conceſsit. Vnde & apte illic dicitur, ut trāſirent liberati. Quod uero profundum maris dixerat, hoc alijs uerbis replicās, abyſsi nouiſſimū uocat: qa ſicut aquarū abyſſus nulla noſtra uiſione cōprehenditur, ita occulta inferi nullo à nobis cogitationis ſenſu penetrātur. Qui eñ hinc ſubtrahantur cernimus, ſed q̄ illos iuxta meritū retributio ſuppliciorū maneat, nō uidemus. Vigilanti uero eſt cura penſandū, quod in nouiſsimis abyſſi deambulaſſe ſe ꝓhiberet. Deambulare quippe nō cōſtricti, ſed liberi eſt. Quē eni uincula aſtringunt, eius nihilominus greſſus impediunt. Quia igitur dñs nulla pctī uincula pertulit, in inferno deambulauit: liber quippe ad ligatos uenit, unde ſcriptū eſt: Factus ſum ſicut homo ſine ad
iutorio int̄ mortuos liber. In nouiſſimis ergo abyſſi dñm deambulare, eſt in locis dānationis nil ſuæ Pſal. 87.
retentionis inuenire, atteſtante Petro, qui ait: Solutis doloribus inferni, iuxta q̊d impoſsibile erat
teneri illū ab eo. Vel certe, quia deambulando nos Act. 2.
cum de loco in locū ducimur, hic illicq; præſentes inuenimur, ambulaſſe in inferno dominus dicitur, ut electis animabus in locis ſingulis, per diuinitatis potentiam præſens fuiſſe monſtretur. Vnde & ſpiritus ſapiētię mobilis deſcribit̄, ut per hoc quod nuſquā deeſt, ubique nobis occurrere deſignetur. Quā deſcenſionē ſuā dñs quāſo mirabiliorē reſpicit, tanto eā redempto homini crebrius infundit.
Eam nāq; adhuc replicās, ſubdit: Nunquid apertæ Iob 38.
ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa uidiſti? Portæ eñ mortis ſunt poteſtates aduerſæ, quas deſcendēs dñs aperuit, qa earū fortitudinē moriēdo ſuperauit. Quę appellatione quoq; alia tenebroſa oſtia uocant̄, quia dum ꝓ occultationis ſuę inſidijs nō uidētur, deceptis mentibus uiā mortis aperiūt. Quæ tenebroſa oſtia dñs uidit, quia immūdorum ſpūum fraudulentiā malitiam & reſpicit & premit, quos niſi ipſe nobis neſcientibus uidendo prohiberet, & nil de inſidijs mēs noſtra cognoſceret, & ijſdem inſidijs capta deperiret. Quæ tenebroſa oſtia nos etiam cernimus, q̄n ſupnę lucis radijs illuſtra
mur. Vnde & per prophetam dicitur: Dñs mihi ad Pſal. 117
iutor eſt, & ego uidebo inimicos meos. Hoſtes igitur noſtros ipſe uidet, q ſuo eos munere nobis uiſibiles facit. Vel certe tenebroſa oſtia tūc dñs uidit, cum clauſtra inferni penetrās, crudeles ſpūs ꝑculit, & mortis ꝓpoſitos moriendo damnauit. Quod idcirco hic nō adhuc de futuro, ſed etiā de præterito dicitur, quia hoc quod facturus erat in opere, nimirum iam fecerat in ꝓdeſtinatione. Quia uero poſt mortē reſurrectionēq; eius creuit eccleſia, atq; in
cunctis eſt gētibus dilatata, apte ſubiungit̄: Nun Iob. 38.
quid conſideraſti latitudinē terrę? Dum eñ anguſtias mortis petijt, fidē ſuam in gentibus dilatauit, atq; innumera corda credentium ſanctam eccleſi
am extendit, cui per ꝓphetā dicitur: Dilata locum Iſaie. 54
tentorij tui, & pelles tabernaculorū tuorū extēde, ne parcas. Lōgos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dextram enim & ad læuā penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabunt. Quæ latitudo terræ profecto non fieret, niſi ipſe prius & uitam quam nouimus, reſurgēdo mōſtraret. In morte quippe ſua noſtræ oculos mētis aperuit, ut quæ eſſet uita, quęve ſequeret̄, oſtēderet. Vnde & hunc in euangelio ordinem tenens, diſcipulis dicit: Sic
oportebat Chriſtū pati, & reſurgere à mortuis ter Lu. 24.
tia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remiſsionē peccatorum per omnes gentes. Pauci eni ex plebe Iſraelitica ipſo ꝓdicante crediderunt, innumeri uero gentium populi, uiam uitę illo mo

rlente ſecuti ſunt. Superbos nanq; dū adhuc paſsibilis uiueret, ꝓtulit, à paſsibili uero uita mortuos
Iud.16. ſtrauit. Quod bene Samſon in ſemetipſo dudum figuraliter expreſsit, qui paucos quidē dū uiueret interemit: deſtructo aūt tēplo, hoſtes innumeros, cum moreretur, occidit. Quia nimirū dn̄s ab eleuatione ſuperbię paucos dū uiueret, plures uero cum templum ſui corporis ſolueretur extinxit, atq; electos ex gentibus, quos uiuēdo ſuſtinuit, ſimul oēs moriendo proſtrauit. Recte itaque poſtqoam inferna penetraſſe ſe edocuit, conſiderandā mox terræ latitudinē ſubiunxit. Dn̄s itaq; noſter ad humani generis redemptionem ueniens, uelut quendam de ſe in necem diaboli hamū ſecit. Aſſumpſit enim corpus, ut in eo Behemoth iſte quaſi eſcā ſua morte carnis appeteret, quā mortē dum in illo iniuſte appetit, nos quos quaſi iuſte tenebat, amiſit. In hamo ergo eius incarnatiōis captus eſt, quia dum in illa appetit eſcam corporis, transfixus eſt aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quę ad ſe deuoratorē duceret, ibi diuinitas quæ perforaret. Ibi aperta infirmitas quę ꝓuocaret, ibi occulta uirtus, quæ raptoris faucem transfigeret. In hamo igitur captus eſt, qa inde interijt, unde deuorauit. Et quidem Behemoth iſte filiom dei incarnatum nouerat, ſed redemptiōis noſtrę ordinem neſciebat. Sciebat enim quod ꝓ redemptione noſtra incarnatus dei filius fuerat, ſed om̄ino q̄d idem redemptor noſter ilium moriendo transfigeret, neſciebat. Ne
*morti bus. ergo iſte humanis * morſibus cetus inſidiās, q̄s uellet ultra deuoraret, hamus ſic fauces raptoris tenuit, & ſeſe mordentē momordit. Supeſt ut unuſqſq; noſtrū tanto ſe plenius autori ſubijciat, quāto cōtra ſe uerius uiolētas aduerſarij uires penſat. Quid nāq; nos niſi puluis ſumus? Quid uero ille niſi onus atq; in cœleſtibus ſpiritibus, & quod adhuc maius, ſummus? Quid enī de ꝓpria uirtute audeat, q̄n cōtra angelorū principē puluis pugnat? Sed qa ſupnorum ſp̄uum conditor terrenū corpus aſſumpſit, recte iam ſuperbientem angelū puluis humilis uincit. Et dignum eſt ut uincatur puluere, qui fortem ſe credidit deſerto creatore, ut ſuperatus inueniat, quia deſecit elatus. Valde aūt ſęuiēs anheiat, quod eum ipſum ima cruciēt, homo ad ſumma conſcendat, quod in illa celſitudine ſubuecta caro permaneat, à qua tantus ipſe ſpiritus ſine fine proiectus iacet. Sed loca mētium mutauit ordo meritorum. Sic ſuperbia meruit deijci, ſic humilitas exaltari, quatenus & cœleſtis ſp̄us erigēdo ſe tartarum tolleret, & terra humilis ſine termino ſuper cœlos regnet: pręſtāte dn̄o noſtro Ieſu Chriſto, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

IN DIE RESVRRECTIONIS D. Euſebij Emiſſeni.

SAbbato enim neq; uendere, neq; emere aliq̄d licebat, quoniam tale aliquid in Sabbato fieri lex interdicebat. Veniunt autē hæ ſanctę mulieres ungere Ieſum. Sed quomodo ueniunt? cum aromatibus. Aliter enim ad Ieſum uenire nō licet. Sunt autem hęc aromata: fides, ſpes, charitas, pax, patientia, humilitas, manſuetudo, concordia, miſericordia, & ſimilia. Hæc enim Deo ſuauiter redolent, ſicut & e contrario uitia fœtent. Vnde Pſalmiſta, Putruerunt & corruptę ſunt, inquit, cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Beatę igitur illę mulieres, beatæ illæ animæ, quæ ſicut Maria Magdalena, ſemper cum unguentis, ſemꝑ cum aromatibus ad Dominum ueniunt. Hæc enim eſt quę alibi ait: Cum eſſet rex in accubito ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Hæc autem ſignificabat Eccleſiam gentium, de qua Dominus ſeptem dęmonia eiecit: quæ quidē quoniā dilexit multum, dimiſſa ſunt ei peccata multa. Maria uero Iacobi, quę Chriſti matertera fuit, plæbem Iudaicam figurabat, de qua ſecundum humanitatem Saluator noſter originem duxit. At uero Salome, quæ interpretatur pacifica, tota ex utroque populo ſanctorum collecta multitudo intelligitur. In hac igitur tota Eccleſia, in illis uero Eccleſiæ partes figurantur. Poſſunt tamen hæ tres mulieres, tres mundi partes ſignificare, Aſiam uidelicet, Africam, & Europam, in quibus Eccleſia tota conſiſtit. Et iſtæ quidem ungunt Ieſum, iſtæ eum delectant, iſtæ eius paſsionem prędicant, & odorem notitiæ illius cunctis gentibus manifeſtant. Ecce autem mulieres quæ uſque ad hunc diem erubeſcebant, & ſe mortis ianuā, totius humani generis ruinam eſſe dolebant, hodie lætantur, hodie prædicāt, hodie originale peccatum deiectum affirmant, & ipſis quoque Apoſtolis reſurrectionis gloriam annunciant. *Et ualde mane una Sabbatorum ueniunt ad monumentum orto iam ſole.* Non eſt autē ſibi contrariū hoc quod ait: Et ualde mane, & orto iā ſole. Vnde & alius Euāgeliſta dicit: Cū adhuc tenebrę eſſent: Solis itaq; ortum intelligere oportet, ex quo eius ſplendore cœlum illuſtratur, quamuis nondum terris appareat, taris adhuc tenebris exiſtentibus. Quid eſt igitur ualde mane, niſi iam rubeſcente aurora? Neque enim ſine cauſa Euangeliſta non mane ſimpliciter, ſed ualde mane dixit. *Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes uiderunt reuolutum lapidē. Erat quippe magnus ualde.* Narrat enim Matthæus Euangeliſta, quod Chriſto reſurgente, angelus Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut mortui. Et euntes in ciuitatē, nunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ facta fuerant. At illi dederunt eis copioſam pecuniā, dicentes: Dicite quod uobis dormientibus nocte uenerunt diſcipuli eius, & furati ſunt eum. Sequitur: *Et introeuntes in monumentum, uiderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt.* Sedet angelus in dextris, ſtola cādida coopertus, quoniam & lætitiam & proſperitatem prędicat, gloriam reſurrectionis & carnis innouationem annunciat. Conſidera modo quo dilectionis igne interius ardebant, quæ fœminei timoris & fragilitatis oblitę, non ſolū in nocte ueniunt, uerū etiam confidenter in monumentum ingrediuntur. Vnde & cōſolationis uerba audire meruerunt, dicente angelo: *Nolite expaueſcere: Ieſum quæritis Nazarenū crucifixū, ſurrexit, nō eſt hic: ecce locus ubi poſuerūt eum.* Locum, inquit, uidere poteſtis, ipſum aūt modo uidere nō poteſtis. Surrexit enim, nō eſt hic: ſed expectate paulisper, & uidebitis eum. Nō enim ibi erat pręſentia corporis, qui ubiq; eſt potentia diuinitatis. Sed ubi tunc eum fuiſſe putamus? Ego quidem dicere timeo, q̄d euāgeliſtæ nō dicunt. Et fortaſſe ad matrē iuerat, quę eius amoris deſiderio plus omnibus afficiebatur. Quod aūt ipſa inter oēs mulieres beatiſsima uirgo ſimul cum alijs ad monumentum non uenit, hæc (ut opinor) cauſa fuit: qa ex quo unigenitum filium ſuū teneri, flagellari, & crucifigi uidit, delicatis manibus delicata pectora tundēs, & ſe dolore nimio, uigilijs, ieiunijsq; affligens,

ſtigens, iam uiribus pariter & ſpiritu attenuata, alicubi ſola in ſecreto ſedebat, & de his quæ ſibi acciderant calamitatibus lamentabatur & flebat. Sed nos hæc uerba, pietate plena & cogitatione digna interim relinquamus, & quid angelus dixerit audiamus. *Ite (inquit) dicite diſcipulis eius, & Petro, quia præcedet uos in Galilæam: ibi eum uidebitis, ſicut dixit uobis.* Niſi enim beatum Petrum ex nomine uocaſſet, fortaſſe cum cæteris uenire timuiſſet, eo quod ter Dominū & magiſtrū negaſſet. Quod enim in Galilæa, quæ Apoſtolorū patria fuit, à diſcipulis Dominus uidetur, quid aliud ſignificat niſi quia eum quē nunc uidebimus per ſpeculū & in ænigmate, cū nos ad antiquā patriā noſtrā reduxerit, tunc facie ad faciam uidemus? Vnde & Galilæa transmigratio perpetrata interpretatur. Nulla enim poſt iſtam trāſmigrationem alia ulterius trāſmigratio fiet. Sciendū eſt autē, quod illa hora qua Saluator noſter inclinato capite emiſit ſpiritum, corpore in cruce derelicto, anima ſimul cum diuinitate ad inferna ſpolianda deſcendit. Et nūc quidē illud Pſalmiſtæ adimpletū eſt: Tollite portas principes ueſtras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ. Quibus interrogantibus: Quis eſt iſte rex gloriæ? Reſponſum eſt eis: Dominus fortis & potens, Dñs potens in prælio. Ingreſſus igitur Dñs loca tenebrarū, oīa circūqua ſuo ſplēdore illuminauit. Fit clamor pmixtus bonis præ lætitia exultantibus, malis uero pre timore fugere cupientibus. Tunc primi parentes occurrerunt, & uidentes creatorē ſuum, lætis uocibus clamant: Tandē Chriſte uenis magnis nos ſoluere pœnis. Tunc Patriarchæ & Prophetæ obuiā ruūt: tunc omnis ſanctorum exercitus eius pedibus ſe proſternit. O, inquiunt, diu deſiderate, o tanto tēpore expectate, quę te tantæ tenuere moræ? Tunc Cithariſta Dauid, Hoc eſt, inquit, quod dicere ſolebam: Auditui noſtro dabis gaudiū & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. Ecce nunc uidēt, ecce nunc audiunt, quod eos & uidere & audire deſideraſſe Dominus ipſe dicebat. Ait enim: Multi pphetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos uideſis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Tunc & Ioānes Baptiſta, Ecce, inquit, de quo dicebā uobis: uidetis illū cuius aduentum nunciabam uobis. Sed quis per ſingula dicere ualeat, quanta ibi lætitia fuerit, cum Chriſtus ſol iuſtitiæ eis apparuit? Tūc alligato diabolo, magno ſanctorum exercitu comitante, cū gloria & triūpho lætus Dñs ad ſuperos rediit, dicens: Quoniā non derelinques aīam meā in inferno, nec dabis ſanctum tuū uidere corruptionē. Notas mihi feciſti uias uitæ, adimplebis me lætitia cū uultu tuo, delectationes mihi pater in dextra tua, ubi tecū ſedeo, & uiuo & regno in ſecula ſeculorū. Amen.



FERIA SECVNda paſchæ, Lucæ xxiiij.

¶ In illo tpe: Duo ex diſcipulis Ieſu ibant in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalē, nomine Emaus. Et reliqua, Homilia Beati Gregorij Papæ.

In quotidianis nobis ſolēnitate laborātibus pauca loquenda ſunt, & fortaſſe hæc utilius proderunt, quia ſæpe & alimenta quę minus ſufficiunt, auidius ſumuntur. Lectionis ergo euangelicæ ſummatim ſenſum ſtatui, nō per ſingula uerba diſcutere, ne dilectionem ueſtrā ualeat ſermo plixior expoſitionis onerare. Ecce audiſtis fratres chariſsimi, qa duobus diſcipulis Ieſu ambulātibus in uia, nō quidē credentibus, ſed tn̄ de ſe loquētibus dñs apparuit, ſed eius ſpeciē quā recognoſcerent, nō oſtendit. Hoc ergo egit foris dominus in oculis corporis, q̄d apud ipſos agebatur intus in oculis cordis. Ipſi nanq; apud ſemetipſos intus & amabant, & dubitabant. Eis aūt dñs & foris præſens aderat, & quis eſſet non oſtendebat. De ſe ergo loquentibus pręſentiam exhibuit. ſed de ſe dubitātibus cognitionis ſuę ſpeciē abſcōdit. Verba quidem cōtulit, ſed duritiā intellectus increpauit, ſcripturæ ſacrę myſteria quę de ſeipſo erāt aperuit: & tn̄ qa adhuc in eorū cordibus peregrinus erat à fide, ire ſe longius finxit. Fingere namq; cōponere dicimus, unde & cōpoſitores luti figulos uocamus. Nihil ergo ſimplex ueritas p duplicitatem fecit, ſed talem ſe eis exhibuit in corpore, qualis apud ipſos erat in mente. Probādi autem erant, ſi hi qui eum & ſi necdum ut deū diligerent, ſaltem ut peregrinum amare potuiſſent. Sed quia extranei eſſe à charitate non poterāt hi, cum quibus ueritas gradiebatur, eū ad hoſpitiū quaſi peregrinum uocant. Cur aūt dicimus, uocāt, cum illic ſcriptum ſit, & coegerūt illum? Ex quo nimirum exēplo colligitur, quia peregrini ad hoſpitiū non ſolū inuitandi ſunt, ſed etiā trahendi. Mēſam ponunt, panes ciboſq; offerunt, & deum quem in ſacrę ſcripturę expoſitione nō cognouerāt, in panis fractiōe cognoſcūt. Audiēdo ergo pcepta dei, illuminati non ſunt, faciendo illuminati ſunt, quia ſcriptū eſt: Nō auditores legis iuſti ſunt apd deū, Rom.2.
ſed factores legis iuſtificabūtur. Quiſqs ergo uult audita intelligere, feſtinet ea q̄ iā intelligere potuit, ope implere: Ecce dñs nō eſt cognitus, dū loquereṫ: & dignatus eſt cognoſci, dū paſciṫ. Hoſpitalitatē ergo fratres chariſsimi diligite, charitatis opa amate. Hinc eñ per Paulū dicitur: Charitas Heb.13
fraternitatis maneat in uobis, & hoſpitalitatē nolite obliuiſci, p hanc eñ quidā placuerūt, angelis hoſpitio receptis. Hinc Petrus ait: Hoſpitales inuicē ſine murmuratione. Hinc ipſa ueritas dicit: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Opinata res eſt ualde, 1.Pet.4. Mat.25.
& ſeniorū noſtrorū nobis relatiōe tradita. Quidā paterfamilias cum tota domo ſua, magno hoſpitalitatis ſtudio ſeruiebat. Cumq; quotidie ad menſam ſuam peregrinos ſuſciperet, quodā die peregrinus quidam inter alios aduenit, ad menſam ductus eſt. Dumq; paterfamilias ex humilitatis cōſuetudine aquā uellet in eius manibus fundere, cōuerſus urceum accepit, ſed repente eū in cuius manibus aquam fundere uolebat, nō inuenit. Cumq; hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem nocte ei dñs per uiſionem dixit: Cæteris diebus me in mēbris meis, heſterno aūt die me in memetipſo ſuſcepiſti. Ecce in iudiciū ueniēs, dicet: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ecce ante iudiciū Ibidem.
dum per membra ſua ſuſcipiṫ, ſuſceptores ſuos etiam per ſemetipſum requirit, & tamen nos ad hoſpitalitatis gratiā pigri ſumus. Pēſate fratres quāta hoſpitalitatis uirtus ſit. Ad menſas ueſtras Chriſtum ſuſcipite, ut uos ab eo ſuſcipi ad cōuiuia æterna ualeatis.

na naleatis. Præbete modo peregrino Chriſto hoſpitium, ut uos in iudicio non quaſi peregrinos ue ſciat, ſed ut proprios recipiat ad regnum. Tu aũt.

FERIA SECVNDA PASCHAE,
Sermo ſancti Maximi Epiſcopi.

EXultandũ nobis eſt fratres chariſſimi in hac die, quam fecit dñs, continuata lętitia & in eius feſtiuitate iugi gloria gratulandũ. Nec q̃a nox ſolennitati interuenit, gaudia noſtra præcidit: nec quia obſcuritas diſtinxit tẽpora neſpertina, reſurrectionis lux uota æterna deſeruit. Nobis enim heri & hodie dies unus dies ipſe eſt, q̃a ſic dicit de ſaluatore B. Apoſtolus. Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe eſt. Ergo
Heb.13. ſi Ieſus Chriſtus heri& hodie ipſe eſt, ipſe atq; idẽ nobis ſemp eſt dies: q̃a in ipſo uiuimus, in ipſo mo
Act.17 uemur, in ipſo nõ morimur. Non morimur inquã, quia ſicut lucẽ Chriſti nulla peccati inceſſit obſcuritas, ita & uiuentes in ea nulla temporis abſumit uetuſtas. Lætemur ergo in Chriſto reſurrectionis die. Cõmunis enim omniũ, cõmunis eſt & noſtra lætitia. Cõmunis plane, quia oẽs illo reſurgente ſurreximus. Omnium enim reuixit ſaluti, qui pro omnium peccatis additus eſt paſſioni. Reſurrexit igitur ſaluator à mortuis, noua res & mira, ſed habet hæc aſſertio ueritatẽ. Nam ut taceam prophetarum oracula, angelorũ miniſteria, aperta ſepulchri penetralia, ipſum dominum poſt reſurrectionem cum diſcipulis loquentem, conuerſantem, edentem, Thomam quoq; clauorum uulnera etiam digito contrectantẽ: ut hęc omnia prętermittam,
Ioh.20. tamen fidem noſtram confirmat impietas Iudęorum. Nam ſufficit ad credulitatẽ nobis eorũ nimium canta crudelitas. Quo enim diligentius cuſtodierunt tumulum, eo conſtat illum manifeſtius reſurrexiſſe. Quo plures appoſuere cuſtodes, eo plures teſtium reliquere. Nam hoc procurauit diuina prouidẽtia, ut reſurrectioni dominicę non ſolum angeli, non ſolum diſcipuli, ſed & teſtimoniũ perhiberẽt (quod eſt amplius) inimici. Libentius ergo accipimus, q̃d eum diligentius obſeruauerũt. Credimus eum ſub tot cuſtodibus potuiſſe illum prodire citius q̃ perire de tumulo iure domini, progredi, quam diſcipulorum fraude ſubduci. Tanta enim ſolicitudine ſepulchrum obſtruxit impietas, ut id non prævaleret manus humana deſtruere, niſi ſola uirtus reſurgentis aperiret. Deniq; dicit ſanctus euangeliſta, deſcendente angelo, magno terram tremore fuiſſe commotam, ut fundamẽta tumuli monerentur, & percuſſos pauore cuſtodes q̃ uenerãt cuſtodire mortuum, & eſſe factos ut mortuos. Vt mortuos inquam: dignum plane iudiciũ, ſi cum iuſtus reſurgit, peccator emoritur: cum reuiuiſcit innocens, eius interficiẽ inimicus. Nam ideo nec progredientem dñm cernere potuerunt, quia criminoſas mentes terror oppreſſerat, dũ ſuſtinere fulgorẽ reſurrectionis rutilã nõ ualebãt. Maiore ergo ſolicitudine phariſæi dñm cuſtodierunt mortuũ, q̃ uiuũ ſunt perſecuti. Siquidẽ cauſa illos maior urgebat intelligebãt eñ facilius ſuiſſe apud ſuperos deſpici, q̃ redeuntem ab inferis poſſe contemni. & quod tunc prædicans facile potuerit occidi, nunc aũt reſurgẽs iam non poſſit occidi, di
Rom.6 cente Apoſtolo: Reſurgens aũt iam non moritur, mors illi ultra non dominabiẽ. Cuſtodiebat ergo eum ſolicite in ſepulchro, præſertim quia ſe die tertia dixerat reſurrecturum. Cuſtodiebant autẽ ſolicite in ſepulchro, quia neceſſe illis erat eum iã

non doctorem timere, ſed iudicẽ. Iudicem inquã non ſui tantam, ſed & crudelis ſententiæ ſuæ, qua filios poſterosq; ſuos ſceleribus addixerunt, dicentes: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Crudelis ſub tali ſententia impietas Iudęorũ quę Mat.27
facinore ſuo nõ ſolum pręſentes liberos damnat, ſed etiam nõ natos occidit. Quantos enim hac uoce ad conſcientiam facinoris uocãt, quos ſcientia criminis nõ tenebatẽ Crudelis inquam impietas, quod poſteros ante in reatum uocat, quàm producat in lucem, ut prius futuris contingeret peccare q̃ uiuere. Crudeli plane genitores, q̃ ante parricidę facti ſunt q̃ parentes, & ante eos ſocios ſuis ſceleribus aſſumpſerũt, quos utrũ ſanguinis participes poſſent habere neſcirent. Non igitur mirãdũ eſt, ſi in ſaluatorẽ tam crudeles fuerunt, q̃ extiterũt in ſuos poſteros tã crudeles. Nõ immerito in hac die ſanctus Dauid ſine exceptiõe exultãdũ præcepit & lætandum, in qua die totius mũdi gaudia celebrãtur. Omnibus enim lętandum eſt, quia omnibus prodeſt. Cunctis exultandum eſt, q̃a cunctis eſt ſalutare, & ideo non adulatoria eſt adhibẽda nec fucata lætitia. Quiſquis enim in Chriſti reſurrectione lætatur, lætetur potius quia in Chrõ ipſe ſurrexit. In illo eñ noſtra portio, noſtra conditio, & mortẽ pertulit, & reuixit. Et licet nos in nobis
adhuc reſolutio corpuſculi maneat, cœpimus tũc in Chriſto æterna uita iam uiuere. Vnde quanuis fragilitatẽ noſtræ accelerarent immaturæ mortis occaſio, in ſaluatore tũc didicimus prius reſurgere q̃ perire. Ante eñ futurus homo reſurrexit in Chriſto, quàm uitã ſortireẽ in ſeculo. Non eñ tm̃ illi dñs gñationi reſurrectiõis p̃ſtitit grãm in cuius gñationis tẽpore reſurrexit. ſed etiã ſecuturis poſtea populis hoc pvidit, ut prius eſſemus de reſurrectione ſecuri quam de morte ſolciti: & ante cũ deo uiueremus in cœlis, quam cum hoibus conuerſaremur in terris. In ſaluatore enim oẽs reſurreximus, omnes reuiximus, omnes ad cæleſtia trãſ migrauimus. Etenĩ in illo Chrõ hoĩe uniuſcuiuſ carnis& ſanguinis portio
que noſtrũ caro, ſanguis & portio. Vbi ergo portio mea regnat, regnare me credo: ubi dominatur ſanguis meus, me ſentio dominari: ubi glorificatẽ caro mea, me glorioſum eſſe cognoſco. Quanuis igitur peccator de hac communione gratię nõ diffidat, quia etſi peccata nos phibent, ſubſtãtia nos requirit: & ſi delicta propria nos excludunt, naturæ communio non repellit. Nam propter bonitatẽ diuinitatis, peculiarẽ nobis ſaluator debet affectũ, ſcilicet q̃a ſicut deus noſter in ipſo eſt, ita & ſanguis noſter in illo eſt. Miſericordiã igiẽ mihi debet pſtare diuinitas, neceſſitudinẽ exhibere debet affinitas. Neq; eñ tam immitis eſt dñs, ut obliuiſcatẽ hoĩs, & non meminerit illius quẽ ipſe geſtat, ut quẽ cauſa miſeſceprrit, nõ eius cauſa quẽ ſuſceperit, me requirat. Nõ inquã tam immitis eſt Epheſ.5.
dñs ut non diligat carnẽ ſuam, mẽbra ſua, uiſcera ſua. Ait S. Apoſtolus: Nemo nnq̃ carnem ſuam odio habuit ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chrus eccleſiã. Nihil ergo de uenia deſperemus fratres, nihil de odio timeamus. Habemus prærogatinam ſanguinis noſtri. In Chriſto enim caro noſtra nos diligit. Sumus eñ membra eius & caro, ſicut dicit Geneſ.2.
idem B. Apoſtolus: Hoc nũc os ex oſſibus mris, & Epheſ.5.
caro de carne mra. Sacramentum hoc magnũ eſt, ego aũt dico in Chriſto & in eccleſia. Exultemus deum
ergo fratres, ſicut ait ſcriptura, in hac die dñi, exultemus plane, q̃a cũ uotis dñi gratulamur, ma-

gis noſtra nota curamns. Quid* tandem dicit ꝓ
enim pheta? Hæc eſt dies quā fecit dn̄s. Bonus plane di-
es, q lucē intulit uniuerſis, uerū nō huius ſeculi lu-
cem, ſed reſurrectionis æternæ. Lux enim iſta, nō
caliginē noctis detulit, ſed mortis tenebras ampu
tauit. Bonus inquam dies, & melior hic quam ille
in quo primum mundus emituit. Ille enī hoībus ad
laborem creatus eſt, hic factus eſt ad quietem. Ille
mortem meruit, hic formidinē mortis euaſit. Ille
bonis maliſq; cōmunis eſt, hic ꝓprius eſt iuſtorū.
Illius diei lux tenebris ſepelitur, huius diei ſpēdor
etiā ſepulturas illuminat. Ad poſtremū illius diei
lucem mortui non uident, huius diei lumen etiam
Iſai.9 defunctis emicuit, ſicut ait ꝓpheta: Qui ſedebant
in umbra mortis, lux orta eſt eis. Lętemur ergo in
hac die, quæ & uiuos circunfulget, & mortuos ui-
uificat, & uenturos illuminat, ſicut ait B. euangeli-
ſta. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hoīem
Ioh.1. uenientem in hunc mundum &c.

DE EADEM FERIA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

VNus autem iſtorum, qui hæc ſcribit beatus
Lucas fuiſſe putatur. Mos enim fuit antiquo
rum, ut in ſuis ſcriptis ſic de ſe quaſi de alijs
loquerentur. Vnde & Moyſes frequenter dicit: Lo
quutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Et Mat-
thęus, Pręteriens Ieſus, inquit, uidit hominem ſe-
dentem in telonio, Matthęū nomine: & multa alia.
*Et factum eſt dum fabularentur, & ſecum quærerent, &
ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis.* Bonum eſt igit̃
loqui de Ieſu, bonū eſt eum ſemper in mente habe
re: quia nec ipſe eorum obliuiſcitur, qui eius memo
res ſunt. Sicut & hic, quia iſti duo de eo loquebant̃,
ipſe appropinquans ibat cū eis. Beati cum quibus
ambulat Ieſus, beati cū quibus ambulat ſalus & ui-
ta: qui quoniam cum luce uadunt, diu errare non
poſſunt. Sequitur: *Oculi autem eorum tenebātur ne eū
agnoſcerent.* Quia enim dubitabant, quia non-
dum perfecte credebant, ideo non uidentes non
agnoſcebant. *Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones
quos cōfertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes? Et
reſpondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus
peregrinus es in Hieruſalem, & non cognouiſti quæ fa
cta ſunt in illa his diebus?* Ac ſi dicat: Tantum ſcelus
nouiter in Hieruſalem perpetratū eſt, ut præ ſua
magnitudine omnino cælari non poſſit: & quomo
do tu ſolus ea quæ his diebus ibi facta ſunt non co
gnouiſti? Quibus ille dixit: *Quæ? Et dixerunt de Ieſu
Nazareno, qui fuit uir propheta, potēs in opere & ſermo
ne corā deo & omni populo: & quomodo eum tradiderūt
ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationē mor
tis, & crucifixerunt eum. Nos autē ſperabamus quod ipſe
eſſet redempturus Iſrael.* Multū egrotabant iſti, mul-
tumq; eis neceſſe fuerat, ut eis medicus & ſaluator
apparuiſſet. Quod enim dicūt, *Nos ſperabamus*, ſe iā
à ſpe quodammodo decidiſſe oſtendunt. *Et nunc ſu
per hæc omnia, tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt.*
Hodie igitur ſecundū promiſſionem ſuam reſur-
rexiſſe debuerat. Qui tamen utrum reſurrexerit,
ignoramus. *Sed & mulieres quædam ex noſtris terrue-
rūt nos, quæ ante lucē fuerunt ad monumentum: & nō in
uento corpore eius, uenerant dicentes ſe etiam uiſionem
angelorum uidiſſe, qui dicunt eū uiuere. Et abierant qui
dam ex noſtris ad monumentum, & ita inuenerunt ut mu
lieres dixerunt, ipſum uero non inuenerūt.* His auditis
ſecretorum omniū cognitor, & uidēs eos amare &
dubitare, eorum infidelitati reſpondēs ait: *O ſtulti
& tardi corde ad credēdū, in oībus quæ loquuti ſunt pro
phetæ. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & reſurgere
a mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a
Moyſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in o-
mnibus ſcripturis quæ de eo erant.* Et merito quidem
à Moyſe dominus incipit, quoniā & inter alios ꝓ-
phetas maior eſt, & pluribus in locis Chriſti paſ-
ſionem & reſurrectionē pleniſſime ſignificat. Qua
le eſt illud de uacca rufa, quæ in libro Numeri im-
molari iubetur. Quale eſt & illud de agno & hœdo
Paſchali, quorum alter per domos comedebatur,
alter uero ab omni populo circa ueſperā immola-
batur. De quibus ad Moyſen & Aaron Dominus
in Aegypto loquutus eſt, dicens: Loquimini ad uni
uerſum cœtum filiorum Iſrael. & dicite eis: ut ſu-
mat unuſquiſq; agnum per familias & domos ſu-
as, ſecundū numerum animarum, quæ ſufficere poſ
ſint ad ueſcendum agnum. Sin aūt minor eſt nume
rus ad eſum agni, aſſumat uicinum q coiunctus eſt
domui eius. Erit autem agnus abſq; macula, maſ-
culus, anniculus. Iuxta quem ritum tolletis hœdū,
immolabitq; eum uniuerſa multitudo filiorum I-
ſrael ad ueſperum. Chriſtus enim & agnus eſt, ꝓ-
pter innocentiam, & hœdus dicitur, propter ſimi-
litudinem carnis peccati. De hoc enim dicitur. Ec
ce agnus dei, qui tollit peccata mundi. De hoc ſimi
liter, dicitur. Ne coquas hœdum in lacte matris
ſuæ. Ad hunc autem ueſcendum uicinos & propin
quos inuitare debemus, ut qua charitate omniū ſa-
lutem deſideramus, innoteſcat. Vicinus etenim o-
mnis Chriſtianus eſt noſter, & quicunque ab eccle
ſia longe non eſt. Eſt autem agnus iſte abſque ma-
cula, quoniā (ſicut ſcriptū eſt) peccatū nō fecit, nec
dolus inuētus eſt in ore eius. Eſt aūt & maſculus,
anniculus, q a nihil habet, nihil fœmineū, nihil cor
ruptioni obnoxium, nihil carnalis ſentiens titilla-
tionis. Et agnus quidē p domos comeditur, hœdus
uero ab omni multitudine immolat̃. Per quod ap-
tiſſime deſignatur & hoc ſacrificiū quod modo in
eccleſia ſumit̃, & illud q̄d à Iudæis inſanientibus in
ara crucis eſt immolatum. Quamuis enim & hoc &
illud unū idemq; ſit, tamen aliter & aliter fit. Vnde
illi hœdū occidunt, inter iniquos & peccatores mū
di ſaluatorem deputantes. Sicut ſcriptum eſt. Et
inter iniquos deputatus eſt. Itemque. Niſi eſſet hic
maleſactor, nō tibi tradidiſſemus eū. Nos aūt, quia
innocentem, ſanctum, & iuſtum, & ſine omni con-
tagione peccati, dei filium eſſe credimus, agnū abſ
que macula & immolamus & ſumimus. Ideoq;
quamuis agnus & hœdus immolatur, ſolus tamen
agnus à populo manducatur. Illud enim ſacrifi-
cium in iſto ſumitur, quia hoc in illud ueriſsime
conuertitur. Nunquam enim illud comederetur,
niſi hoc in illud conuerteretur. Eſt autem hæc mu
tatio dextrę excelſi. Omnis autem multitudo filio-
rum Iſrael hœdum immolauit. Sed quando? ad ue
ſperam, quoniā proditor Iudas circa hanc horā cū
Iudæis loquutus Chriſtum uendidit, nummos ac-
cepit, atq; altera die circa horam ueſpertinam, id
eſt poſt nonam. Saluator noſter ſpiritū emiſit. Vn-
de Pſalmiſta ait. Eleuatio manuū mearū, ſacrificiū
ueſpertinū. Sequitur: Et ſument de ſanguine agni,
& ponēt ſuper utrunq; poſtem, & in ſuperlimina-
ribus domorū, in q bus comedent illū. Sup utrunq;
etenim poſtem agni ſanguinem ponunt, qui & ore
& corde illum ſuſcipiunt. Qui uero uel indigne ſu
ſcipiunt, uel etiā ſuſcipiētes, Chriſti ſanguinē eſſe
nō credunt, iſti in unum tātummodo poſtē ſangui
nem ponunt. De quibus, Apoſtolus ait. Qui enim
mandu-

manducat & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat & bibit. Nos igitur & ore ſumentes, & corde Chriſti ſanguinem eſſe credentes, in utrumqꝫ poſtem eius ponamus, & corpore & mẽte ſuſcipiamus. Cũ autem crucis ſignum, quæ Chriſti ſanguinẽ cruentata eſt, in noſtris frontibus facimus, tunc in ſuperliminatibus domorum Chriſti ſanguinẽ ponimus. Sequitur: Et edẽt carnes nocte & illa aſſas agni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. Idem enim hoc in loco & per carnes & per panes azymos intelligimus. Et bene utrunqꝫ poſuit, quoniã de panibus hę carnes fiũt. Has aũt cum lactucis agreſtibus comedunt, qui corde compuncto & humiliato eas ſuſcipiunt, & crucis amaritudinem, Chriſto cõpatientes, in corde palato quodammodo ſentiũt. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igni. Non ſunt enim hę carnes crudæ, quia paſſus eſt Chriſtus, neque in aqua coctæ, quia non occulte, ſed palam & cunctis uidẽtibus eſt crucifixus. Latẽt enim carnes quę in aqua coquũtur, apparent autem quæ aſſantur. Talis igitur fuit paſſio Chriſti, quia cunctis uidentibus eſt crucifixus. Redolet caro cũ aſſatur redolet & paſſio Chriſti. Caput cum pedibus & inteſtinis uorabitis, nec remanebit ex eo quicquam uſqꝫ mane. Caput enim Chriſti (ſicut Apoſtolus ait) Deus eſt. Pedes uero, qui terram tangunt, eius carnem ſignificant, quæ de terra aſſumpta eſt. Quid uero eius inteſtina, niſi occulta omnia & profunda myſteria? Caput igitur illius cũ pedibus & inteſtinis uorãt, qui & deũ & hominẽ eſſe credunt eũ, & quæcunqꝫ de eo ſcripta ſunt digne fideliterqꝫ ſuſcipiunt. Nõ enim ſufficit, ſi & deũ & hominem eũ eſſe credamus, niſi inteſtina quoqꝫ eius ſuſcipientes, & de uirgine natum, & circuncisum, & ueraciter paſſum, & die tertia reſurrexiſſe, & cætera quæ de eo ſcripta ſunt, indubitãter crediderimus. Vnde & ſubditur. Nec remanebit ex eo quicquam uſqꝫ mane. Omnia ſumantur, oĩa credantur, nihil de hoc agno remaneat, quod in fidei pectore nõ claudatur. Mane autem uitæ huius finis intelligitur, quando Chriſtus ſol iuſtitiæ apparebit, & fugatis tenebris, nox ulterius non erit. Tunc aũt non erit tempus conuertẽdi, uel agni carnes comedendi: quia tunc credere incipient, quãdo cũ fatuis uirginibus audiẽt. Amẽ dico uobis, neſcio uos. Si quid reſiduũ fuerit, igne comburetis. Reſidua enim ſunt quæ comedi nequeũt, ut eſt pellis & oſſa. Pellis etenim agni, caro Chriſti eſt, quę quidẽ qualiter deo unita, qualiter uerbũ caro factum eſt, neqꝫ dici, neqꝫ intelligi poteſt. Sed quis illa oſſa comedere, uel (ut ita dixerim) corrodere ualeat, ut qualiter ante oĩa tẽpora ſit à patre genitus, diutiſſime ſi licuerit, ſemperqꝫ inueſtigãdo intelligat? Sunt aũt & alia multa, quę cũ comedi & intelligi non poſſunt, charitatis igne fideiqꝫ ardore cõburant̃. Sufficit enim credere, ſi non dat̃ intelligere. Plures enim credendo, quã intelligendo has carnes comedunt. Comedãt igitur qui poſſunt, qui uero nõ poſſunt, credãt, & charitatis igne cõburãt. Seqtur: Sic aũt comedetis illũ, renes ueſtros accingetis, & calceamẽta habebitis in pedibꝰ, tenẽtes baculos in manibus, & comedetis feſtinãter. Renes quidẽ accingere, eſt caſtitatis & continẽtię cingulo luxuriã refrenare. Vnde & ipſe dñs ait: Sint lũbi ueſtri pcincti. Calceamenta uero in pedibus habẽt, qui quaſi alio pergere parati, peregrinos ſe in hoc mũdo eſſe cognoſcũt. Et iſti quidẽ uiã mãdatorũ dei currẽtes, ſecurę & ſine timore (utpote bene calceati) ſuper ſerpentes calcãt & ſcorpiones. Baculos autem in manibus teneant, ut ſe ab incurrentibus aduerſarijs defendere ualeant. Habes humilitatem, baculus eſt tibi. Hoc enĩ ſuperbiam uincis. Habes caſtitatem & hic baculus eſt quo luxuria ſuperatur. Sed quid multa? quot uirtutes, tot baculos habes. Sic igitur pręparetur, ſic muniat̃, ſic armet̃ qui has carnes comedere uenit. Cito aũt & feſtinantes comedetis eas, ut cum Dominus uenerit, iam pleni & ſaturi ſitis, nec tunc credere incipiatis, quando per fidem liberari debetis. In fide nanque ſuſcipienda nulla mora debet eſſe. Vigilate itaqꝫ, quia neſcitis diẽ neqꝫ horã. Chr̃i pręterea paſſionẽ & reſurrectionẽ alibi quoqꝫ ſignificat Moyſes. Scribit qualiter Iacob Iudã filium ſuum benedixerit, de cuius pgenie Dñs natus eſt, dicens ei, Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti accubuiſti ut leo, & quaſi leęna quis ſuſcitabit eum? Ad prædam enĩ Chriſtus in crucem aſcendit, quia de diaboli poteſtate, morte ſua mundum eripuit. Sed quaſi leo accubuit, quia nec ipſa morte fortitudinẽ amiſit. Quis aũt ſuſcitauit eũ, niſi Deus pater, & diuinitas ipſa quę in eo erat? Similiter aũt & Dauid, Chr̃i paſſionẽ & reſurrectionẽ ſignificans, ait. Ego dormiui & ſomnum cepi, & reſurrexi, quoniam Dñs ſuſcepit me. Foderũt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt oĩa oſſa mea, &c. Diuiſerũt ſibi ueſtimẽta mea & ſup ueſtem meã miſerunt ſortẽ. Et in Eſaia. Corpus (inquit) meũ dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Faciem meã nõ auerti ab increpantibus, & conſpuẽtibus in me. Et alibi: Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Oblatus eſt, quia ipſe uoluit, & peccata noſtra ipſe portauit. Propter ſcelus populi mei percuſſi eũ, & dabit impiũ pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua. Quæris fortaſſe quis ſit iſte diues & impius, quem pro morte & ſepultura ſua dominus dedit. Diues iſte & impius, populus Iudaicus intelligitur: diues quidẽ, quia legis & pphetarum diuitijs ſpiritualibus abũdabat, & terram lacte & melle manantẽ poſſidebat. Impius autem, quia Dominum & creatorem ſuum damnare nõ timuit. Hunc aũt dedit Dominus pro morte ſua, quia eum occidit, & pro ſepultura, quia etiam ſepultum ne reſurgeret cuſtodiuit. Sed quibus dedit? Romanis utique: ut adimpleretur quod ſcriptum eſt. Quod timet impius, ueniet ſuper eũ. His enim in perpetuam ſeruitutem, & in ultimã infœlicitatem, propter Chriſti mortem Iudęi traditi ſunt. Dum hęc & his ſimilia Dñs loqueretur, & pphetarũ illis teſtimonia interpretaretur, appropinquabant caſtello quo ibant. Et tunc quidẽ non ſolum corporis habitudine, ſed & ipſa facie, quamuis longius ire noluerit, longius ſe tamen ire oſtendit. Sic enim & ſuperius dicitur, quod Samaritani noluerunt recipere eum, quia facies eius erat euntis in Hieruſalem. Hoc igitur modo probabat eos dominus, quo affectu & qua charitate peregrinos ſuſcipiebant, quatenus & nos ab eis diſcamus qualiter eos ſuſcipiamus. Si enĩ aliter eos tenere non poſſumus, piam eis uiolentiam inferre debemus. Vnde & hic dicitur: *Et coegerunt illum, dicentes. Mane nobiſcum, quoniam aduesp eraſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt dũ recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, ac fregit & porrigebat illis.* Sic enĩ facere ſolebat, quando

adhuc inter eos cõuerſabaẽ. Eſaptis oculis eorum aſſuetã eius cõſuetudinẽ uidentes, cognouerunt illum, & ipſe euanuit ex oculis eorum. At illi gaudio pariter & mœrore cõmoti, dixerunt ad inuicẽ. *Nõne cor noſtrũ ardẽs erat in nobis, dũ loqueretur in uia, & aperiret nobis ſcripturas?* Quare eũ nõ tenebamus? q̃ re uel ad pedes eius nõ corruimus? q̃re nobis ipſis & cordibus noſtris nõ credidimus? Vbi eũ quęremus? ubi eũ inueniemus? *Et ſurgentes eadem hora regreßi ſunt in Hieruſalem, & inuenerũt congregatos undecim, & eos qui cũ ipſis erant; dicẽtes, quia ſurrexit Dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erãt in uia, & quomodo cognouerũt eum in fractione panis.* Conſidera modo, quãta ibi lętitia fuerit, dum illi & illi uiciſſim ſibi ſua gaudia nunciarent. Nunquã autem tam bene cognoſcitur Ieſus, ſicut in fractione panis. Panis iſte ſpiritualis eſt, nõ carnalis, panis iſte cibus animę eſt. Hoc pane nutritur anima, & pingueſcit intelligentia. De hoc pane ſcriptum eſt. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. De hoc pane per prophetam dicitur. Paruuli petierũt panẽ, & non erat qui frangeret eis. Miſeri Iudæi, qui panem quidem habent, ſed qui panem eis frangat nõ habent. Nobis aũt panem fregit: nobis ſcripturas expoſuit, & ſenſum aperuit Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

FERIA III. PASCHAE, Luc. xxiiij.



¶ In illo tempore, Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorũ, & dixit eis: Pax uobis, ego ſum, nolite timete. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

RESurrectionis ſuę gloriã dñs & redemptor noſter pauiatim diſcipulis & p incrementũ tẽporis oñdit, quia nimirum tanta erat uirtus miraculi, ut hãc repẽte totã capere fragilia mortaliũ pectora nõ poſſent. Cõſulens igiẽ ipſe imbecillitati quærentiũ, primo uenientibus ad monumẽtum, & fœminis ſuo amore feruentibus & uiris, reuolutũ lapidẽ & ablato ſuo corpore, linteamina qbus inuolutũ erat, ſola poſita mõſtrauit. Deinde curioſius inquirẽtibus lœminis, & de eo q̃d inuenerãt mẽte cõſternatis, angelorũ uiſionẽ oñdit, q illũ reſurrexiſſe certa manifeſtatione patefacerẽt, ac ſic pcurrẽte fama paulatĩ reſurrectionis, tandẽ ipſe dñs uirtutũ & rex gloriæ apparens, quanta potẽtia mortem q̃ ad horam guſtauerat deuiciſſet, apuit. Et qdem quãtũ ex euangelicæ ſerie lectionis inuenimus, qnqes ipſa q̃ re-

Ioh. 20. ſurrexit die uiſus eſt hoibus. Primo Marię Magdalenę ad monumẽtũ, qñ eius deſiderãti pedes eius amplecti, dictũ eſt: Noli me tãgere, nõdũ eñi aſcẽ-

Mat. 28 di ad patrẽ meũ. Deinde duabus ã monumẽto currẽtibus nũciare diſcipulis, q̃ ab angelis de pfecta ei-

Luc. 24. us reſurrectiõe didicerãt, de qbus ſcriptũ eſt: Quia acceſſerũt & tenuerũt pedes ei9, & adorauerũt eũ. Apparuit ipſo die aduespãte, duob9 eũtibus in ca-

Ibidem ſtellũ Emaus, q eũ ad hoſpitiũ uocãtes, in Panis fractiõe cognouerũt. Apparuit & Petro: q̃d ſi euãgeliſta qñ uel ubi factũ ſit, minime deſignauerit, tñ qa factũ ſit Lucas nõ tacet, ſcribẽs, qa cũ pfati duo diſcipuli cognito dño in Emaus, ſtatim rediſſent Hieruſalem, inuenerint cõgregatos undecim, & eos q cũ ipſis erant, dicẽtes, quia ſurrexit dñs uere, & apparuit Simoni. Ac deinde ſubiungit: Et ipſi narrabãt q̃ geſta erant in uia, & quõ cognouerunt eũ in fractiõe panis. Statimq; annectit quintã eius apparitionẽ, de qua modo cũ legereẽ audiuimus, ita incipiẽs: ¶ *Dum hæc autem loquũtur, ſtetit Ieſus in medio eorũ, & dixit eis: Pax uobis, ego ſum nolite timere.* Vbi primo notandũ, & diligẽter memorię cõmendãdum eſt, q̃d de ſe loquẽtibus diſcipulis, dñs aſta- Mat. 18

re in medio, & pſentiam ſuę uiſiõis reuelare dignatus eſt, hoc eſt eñi q̃d fidelibus cũctis alibi pmiſit, dicens: Vbi ſunt duo uel tres congregati in noĩe meo, ibi ſum in medio eorũ. Ad cõfirmandã nanq; fidei noſtræ cõſtantiã, q̃d ſemp agit pſentia diuinę pietatis, aliqñ etiã pręſentia uoluit corporalis oñdere uiſiõis. Nã & de nobis, quãuis porro infra apoſtolorũ pedes iacẽtib9, hoc ipſum eius miſericordie fieri cõfidere debemus, ipſum uidelicet eẽ in medio noſtri, quotieſcunq; cõuenientes in noĩe illius cõgregamur. Nomẽ qppe illius eſt Ieſus. i. ſaluator. Et cũ de acquiſitiõe ppetuæ ſalutis locuturi cõuenimus, cõſtat nimirũ, qa in noĩe Ieſu congregamur. Nec dubitare fas eſt, de his q̃ ipſe amat cõferẽtibus uobis, nobis eum eſſe pręſentẽ, & tãto utiq; uerius, quanto ea quæ ore pferimus, pfectiori corde retinemus. Deinde uidendũ q̃d apparens ſaluator diſcipulis, pacis eis ſtatim gaudia mãdat, idipſum celebrata immortalitatis gl'ia iterans, q̃d

ad paſſionẽ mortis iturus, quaſi pignus eis ſpeciale ſalutis ac uitę cõmendauerat, dicens: Pacem re- Ioha. 14

linquo uobis, pacem meam do uobis. Cuius gratiam muneris, eo quoque nato, uiſi mox paſtoribus Luc. 2.

angeli prędicabant, laudantes deũ, & dicẽtes: Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonę uolũtatis. Quia nimirũ tota redemptoris noſtri in carne diſpẽſatio, mundi eſt reconciliatio. Ad hoc quippe incarnatus, ad hoc paſſus, ad hoc reſuſcitatus eſt ã mortuis, ut nos q peccando iram dei incurrimus, ipſe reconciliãdo, ad dei pacẽ reduceret. Vn- Eſaiæ 9

de recte & ã ppheta pater futuri ſeculi, princeps pacis nominaẽ. Et Apoſtolus de eo ſcribẽs his qui Epheſ. 2

ex gentibus crediderãt, ait: Et ueniẽs euãgelizauit pacẽ uobis, q lõge fuiſtis. & pacẽ his qui ppe, qm̃ p ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpũ ad patrẽ. ¶ *Apparẽte autem ſibi domino, cõturbati & territi diſcipuli, exiſtimabãt ſe ſpũm uidere.* Agnoſcẽtes quidem dñm eſſe qui apparuit, ſed putãtes, qa non in corporis eum, ſed in ſpũs ſui ſubſtantia uiderẽt, id eſt, quia nõ corpus ipſius quod defũctũ & ſepultum nouerãt, iam reſuſcitatũ ã morte cõſpicerẽt, ſed & ſpũm potius, quẽ relicto corpore, in manus patris commendauerat, p oculis haberẽt. Sed hũc eorũ errorẽ ſimul & pauorem, quo ad nouã incognitamq; uiſionẽ fuerant perculſi, benigna magiſter pijſſimus gratia cõſolatiõis & *admiratiõis admoni-

abſtergere curauit. ¶ *Quid, inquiẽs, turbati eſtis, & co-* ſionis

gitationes aſcendunt in corda ueſtra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum. Non autem ſine cauſa manus ſuas & pedes potius quàm uultum quem æque nouerant, eos uidere ac recognoſcere iubet, ſed ut uiſis clauorum ſignis, quibus cruci erat affixus, non ſolum corpus eſſe quod uidebant, ſed ut ipſum domini ſui corpus eſſe quod crucifixum nouerant,

uerant, intelligere poſſent. Vnde bene Iohannes
Ioh. 20. dominicæ apparitionis memoriam faciens, latus
quoque ſuum, quod à milite fuerat uulneratum,
diſcipulis eum oſtēdiſſe perhibēt, ut quo plura no
tiſſimę paſſionis, ac ſuſceptę mortis indicia cogno
ſcerēt, eo certiori patratæ iā reſurrectionis ac di-
eutæ mortis fide gauderent. Qui ut illos per omia
de fide reſurrectionis certos redderet, non tātum
oculis intuendum, ſed attrectandum quoq; mani-
bus corpus quod immortale illis oſtenderat, exhi-
buit dicens: ¶ *Palpate & uidete, quia ſpiritus carnem
& oſſa non habet, ſicut me uidetis habere*. Quatenus
gloriā reſurrectionis ꝓdicaturi, modum quoq; re-
ſuſcitati corporis qualis eſſet ſperandus, abſq; o-
mni ambiguitate mōſtrare ualerēt. Vnde cum ma-
gna fiducia beatus Iohānes apoſtolus auditores ſu
os, ad ſequenda fidei & ueritatis q̃ didicit arcana
1. Ioh. 1. prouocat, dicēs: Quod fuit ab initio, quod audiui-
mus & uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus,
& manus noſtra cōtrectauerunt de uerbo uitę. So
lent autē gētiles hoc in loco ſimplicitati fidei no-
ſtræ deceptionum tendere laqueos, dicendo: Qua
temeritate confiditis, qa Chriſtus quem colitis, ue
ſtra de puluere corpora poſſit incorrupta reduce-
re, qui nec ſuorum uulnerum quę in cruce ſuſcepit,
potuit cicatrices obducere, ſed reſuſcitato, ut dici
tis, ſuo corpore à mortuis, ſigna adhuc mortis in-
eſſe non celauit? Quibus tamē reſpondemus: Quia
Chriſtus cum omnipotens ſit deus, & noſtra, ut ꝓ
miſit, corpora de corruptione ad corruptionē, de
morte ad uitā, de terræ puluere cœleſtē ſuſcitabit
ad gloriā: & ſuum q̃d moriēdo exuerat corpus q̃-
le uoluit reuocauit ad uitam: quod cū abolitis paſ-
ſionis indicijs oſtendere diſcipulis poſſet, certę ho-
tiq; diſpenſationis gratia paſſionis in eo maluit in
dicia reſeruare. Primo uidelicet, ut diſcipuli q hęc
uidebāt, manifeſte poſſent dignoſcere, non ſpiritū
ſine corpore, ſed corpus eſſe ſpirituale q̃d uidebāt,
certamq; fidē peractę reſurrectionis eius, certam
ſpē futurę omnium hominum reſurrectionis mun
do prædicarent. Deinde ut ipſe dominus & deus
noſter Ieſus Chriſtus, qui in humanitate patrem
interpellat pro nobis, oſtēſis uulnerum ſuorum ci
catricibus, quantum pro humana ſalute laboraue-
rit, ei perpetuo demonſtraret, miroq; & ineffabili
nobis ordine, eum qui nil unquam poteſt obliui-
ſci, qui ſemper miſereri paratus eſt, abſq; intermi
ſſione admoneat, quam congrue hominibus miſerea-
tur, quorum particeps naturæ doloris & paſſionis
ipſe dei filius effectus ſit, ꝓ quibus ipſe confligens,
mortis imperium moriendo ꝓſtrauit. Tertio, ut o-
mnes electi in ꝑpetua beatitudine ſuſcepti, uiden-
tes in deo ac domino ſuo ſigna paſſionis, nunquā
illi gratias agere deſiſtant, per cuius mortem ſe ui
Pſal. 88. uere cognoſcunt: ſicq; fieri ualeat, quod uoce toti-
us eccleſiæ cantat propheta in Pſalmis: Miſericor-
dias domini in æternum cātabo. Ad extremum,
ut etiam reprobi in iudicio ſigna eiuſdem paſſio-
nis aſpiciant, ſicut ſcriptum eſt: Videbunt in quem
Ioh. 19. transfixerunt. Ac ſe iuſtiſſime damnandos intelli-
gant, non ſolum hi qui ei impias intulere manus,
ſed & illi qui uel ſuſcepta eius myſteria pro nihilo
contemnunt, uel ſibi oblata nunquam ſuſcipere cu
rarūt: uel etiam maiore impietate in eis qui ſuſce-
perāt, odijs ac perſecutionibus extinguere aut cor
rumpere laborant. Non ergo fallit nos fides reſur
rectionis Chriſti, non decipit nos ſpes reſurrectio
nis noſtræ, qa deus pater & dominum ſuſcitauit,
& nos ſuſcitabit per uirtutem ſuam. Et ſicut alibi
idem Apoſtolus ait: Quod ſi ſpūs, inquit, qui ſuſci- Rom. 8.
tauit Ieſum à mortuis, habitat in uobis: qui ſuſcita-
uit Ieſum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpo
ra ueſtra per inhabitantem ſpiritum eius in uobis.
Quod de electis ſpūaliter dictum conſtat, quoni-
am quidem omnes reſurgemus, non autem omnes
immutabimur, ſed ſoli qui nunc ſpiritusſancti inha
bitatione reguntur, tunc in æternæ uitę beatitudi
ne maiori eiuſdem ſpiritus gratia ſubleuantur. Igi
tur dominus ad confirmandā reſurrectionis fidē,
ſeipſum uiuum diſcipulis prębuit, uerba exhortati
onis attulit: ueſtigia paſſionis non ſolum intuen-
da, ſed & palpanda demonſtrauit. Sed infirma ad-
huc eorum præcordia nouitatem tantæ potentiæ
capere nequeūt, magisq; mirari pręֹ gaudio quod
uidebant, quam credere quod docebantur incipi-
unt. Verum dñs, ne quid in eorum mente reſideret
ambigui, ſumptis etiā epulis comedit corā eis, ut ſi
uiſibus oculorū, ſi ſuorū tactibus non crederent di
gitorum, uel alimentorū carnaliū perceptione car
nem eſſe quę apparuit cognoſcerent. Qua in re fra
tres, cauenda eſt hęreſis ſtulta Cherinthianorū, ne
quis uidelicet pueriliter deſipiens, ęſtimet uel me-
diatoris dei & dñi noſtri corpus excitatum à mor
tuis, ſuſtentaculo eguiſſe ciborū, uel noſtra poſt re
ſurrectionē corpora in uita & conuerſatione ſpūa
li eſcis reficienda carnalibus, ubi diuinę contempla
tio claritatis eſurire & ſitire, ſicut & bonorum cæ
terorū penuriā pati nullatenus ſinit. Vnde ardētiſ-
ſimus uitæ illius amator, de ſua certus deuotione,
deo ſpe lętabūdus loqtur: Ego aūt cum iuſtitia ap- Pſal. 16.
parebo in cōſpectu tuo, ſatiabor dum manifeſtabi-
tur gloria tua. Et Philippus eodē feruens amore:
Dñe, inqt, oſtēde nobis patrē, & ſufficit nobis. Sim Ioh 14.
pliciter itaq; & pie ſentiendū eſt, reſuſcitatū à mor
te, & immortale iam factum corpus dñicum, nul-
lam qdem neceſſitatem, attamen facultatē habuiſ-
ſe ueſcendi. Ideoq; ubi opportunitas probādæ ſub
ſtantię naturalis exigebat, cibis eſſe refectum, q ni
mirum cibi nullum ſanguini adiumentū, ut morta-
lium corporibus ſolēt, illi ꝓbuerint, ſed quō in ignē
miſſa aqua, ita mox comeſti, ſpirituali eius ſint uir
tute abſumpti. ſed & noſtra poſt reſurrectionem
corpora cœleſti gloria ꝓdita, credēdū eſt, qcquid
uoluerint agēdū eſſe potētia, ad perueniendū ubi
cunq; libuerit eſſe prōptiſſima. Sed quia tunc nul-
la manducandi neceſſitas uel utilitas aliūde poteſt
incurrere, nullatenus immortale ſeculū cibis mor-
talibus eſt fruiturum, ubi filij reſurrectionis non
aliud eſca & potus, quā uita & ſalus, gaudiū, pax,
& oīa bona, quum illud nimirum ſit q̃d in Pſalmo
canit: Beati q habitant in domo tua, in ſecula ſecu Pſal. 83.
lorum laudabunt te. Et iterum: Videbitur deus de
orum in Sion. Vnde & Apoſtolus illius ſeculi arca
na deſcribēs, ait: Quādo erit deus oīa in omnibus.
Expleta autē refectione, dñs adhuc exhortationis
monita ſubiunxit, dicēs: ¶ *Hæc ſunt uerba quæ locu-* 1. Co. 15.
tus ſum ad uos, cū adhuc eſſem uobiſcū. id eſt, cum mor
tali adhuc & paſſibili carne ueſtri eſſem ſimilis.
*Quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in
lege Moyſi, & prophetis, & Pſalmis de me*. Omnem
magiſter ueritatis tollit ſcrupulum ſimulationis
undique ueritatis iura confirmat, uidetur, pal-
patur, reficitur, ſermo exhortationis per ſingula
præbetur. Et ne ſolum eius teſtimonium minus
ſufficere putaretur, etiam Moyſi & prophetarum
autoritas, qui eius incarnationem, paſſionem, &

reſurrectionẽ ſuis ꝑſignauerunt ſcriptis,ad medi-
um producitur. Ne uero ad intelligenda horum
myſtica dicta tardi forte remanerent,ſenſum quo
que illis quo hæc intelligere poſſent apuit.Quo fa
cto nil ultra priſcæ dubietatis in eorum mente reſi
dere pmiſit,nec tamen illis adhuc rationem paſſio-
nis ac reſurrectionis ſuę reddere deſtitit. Nam ſeq
tur: ¶ *Et dixit illis: Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic opor
tebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis die tertia, &
prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem
peccatorum in omnes gentes.* Ideo autem Chriſtum
pati & reſurgere oportebat à mortuis, qa impoſ-
ſibile erat mundum ſaluari, niſi deus homo ueni-
ret,qui in hominis habitu apparens, & homines
quæ eſſent diuina inſtrueret,& mortem ut homo
ſuſcipiens,diuina uirtute reuinceret,ſicq; in ſe cre-
dentes, & ad contemptum ſubeundæ mortis ac-
cenderet,& certitudine ſperandæ reſurrectionis
ac uitę ppetuæ animaret. Quo enĩ aptius exemplo
poterant homines ad fidem participandæ glorię,
& promerendæ uitæ immortalis erigi, quam cum
ipſum deum cognoſcerent immanitatis ac morta-
litatis ſuæ factum fuiſſe participem? Quo efficiacis
us ordine ad toleranda ꝓ ſua ſalute aduerſa quęq;
ꝓuocarentur,quam cum amatorem ſuum didiciſ-
ſent,pro eorum ſalute, innumera ab impijs gene-
ra ꝓbrorum,& ipſam mortis ſubijſſe ſententiam?
Qua ratione congruentius ſpem reſurrectionis ac
ciperent,quam cum eius ſe ſacramentis ablutos &
ſanctificatos,eius corpori adunatos eſſe meminiſ-
ſent,qui ꝓ ipſis morte guſtata,citius exemplũ re-
ſurgendi à morte præberet? Oportebat itaque pa
ti CHRISTVM,& reſurgere à mortuis die tertia.
Et prædicari,inquit,in nomine eius pœnitentiam
& remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Qui
nimirum ordo erat neceſſarius, ut prius ꝓ ſalute
mundi ſanguis funderetur CHRISTI,poſtq;
per eius reſurrectionem & aſcenſionem pateſieret
hominibus cæleſtis ianua regni. Et ſic demum mit
terent̃,qui cunctis per orbem nationibus uerbum
uitæ prędicarent,ac ſacramenta fidęi quibus ſalua
ri, atq; ad gaudia ſupnæ patrię poſſent attingere,
miniſtrarent,cooperante ipſo mediatore dei & ho
minum,homine Ieſu CHRISTO, qui uiuit & re-
gnat cum patre in unitate ſpiritusſancti deus, per
omnia ſecula ſeculorum,Amen.

FERIA III. PASCHAE.

ſermo ſancti Cypriani martyris.

SApientiſſimus Salomon, fons ſapientiæ,
cenſor iuſtitiæ, & magiſter diſciplinæ, in
Can.1. Canticis Canticorum ſic fatus eſt: Vbi pa-
ſcis? ubi manes? In meridiano Quis inter-
rogabat? Vox eſt ſpũs interrogantis dñm
Chriſtũ: ubi paſcis? ubi manes? Et ille: In meridia-
no. Et miramur fratres dilectiſſimi, quod interro-
gat ſpiritusſanctus,eo quod nõ habet opus, cui to
tus notus eſt mundus,qui ante tempus fuit,nec ini-
tium habuit,ſicut ille aliquando finem habebit: ne
que æternitas habet ætatem, aut aliquando finẽ,
quæ neſcit originem. Sed ad hnc ſpũſanctus co-
git de paſſione ſua dominum Chriſtum dicere, ut
populus qui ignorabat, poſſit audire: Vbi paſcis,
id eſt,ubi pateris? Et dominus reſpondet: In meri-
diano, cum in ſexta hora per medium cœli ſpati-
um ſol igneus in ſua penderet libra,& axe flammi
gero diuiſa mẽſura cœli,ſubiectas umbras clypeo
uibrante colligeret,cum mũdi penderet umbra &
inferi ſimul in nocte. Sic oĩs Iudæa ueſtita eſt cæ-
citate,quando furibundo impetu clamabant: Cru Luc.23
cifige crucifige. Sicut omnis creatura ſexta hora
non uidit ſolem,ſic quicquid ſub cælo iacebat, di-
dicit maleſtatem,(parua enim dico) ſic lumen Chri
ſti qui in ſole poſuit tabernaculum ſuũ, uniuerſas
gentes collegit,& conſcientias noſtras alta nocte
temporum totus intrauit. Pependit in cruce ſexta
hora dominus Chriſtus, & ſol pependit ut famu-
lus. Cum latus Chriſti lancea perforatur, ab hora
ſexta uſq; ad nonam ſolis claritas iugulatur. Lu-
get cœlum autorem,perdidit oculum dies,& orba
tus fibula cœli,uelut nox facta ẽ dies, & ſubito ad
ueniens nox excæcat claritatem. Propterea in paſ
ſione domini Ieſu Chriſti uelut nox facta eſt dies,
quia in eius reſurrectione nox declarauit ut dies, Pſal.138.
ſicut ſcriptum eſt: Quia tenebræ non obſcurabun-
tur à te,& nox ſicut dies illuminabit̃. Peccaret cre-
atura ſi non lugeret creatorẽ: uel dies,ſi ſuam non
cõſcinderet ueſtem. Iudęa iure admiſerat ſacrilegi
um,ſi non crimine ſuo ſexta hora palpitaret,& ſo-
lis cæcitas teſtimoniũ perhiberet. Antecedit do-
minum ad inferos dies, nox æterna quod ignora-
bat,didicit. Dies noctem quam neſciebat expauit,
dicente Dauid: In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Pſal.18.
Bene oſtendit tabernaculum ſuum Chriſtus,crucẽ
hoſpitium corporis ſui, in qua una macerie deſti-
nata iugulati ſunt inferi. Adhuc pendet in macerie
Chriſti corpus,& iam debellatur inferus. Timent
terrore tartari maieſtate peregrina. Mors ab infe-
ris dum decipit fugit, à ſuis ſedibus mors excluſa
currit ad cęlũ,uidit quã non nouerat noctem. Pal-
lent aſtra,tremit terra,turbantur elementa,proce
dunt ex ſuis tumulis funera. Neq; enĩ ſepulchra ali
quam partem corporis tenere potuerunt,quando
gehenna ſimul crepuerat tota. Ad hoc enim reuer
ſus eſt dies ad ꝓprium ſtatum,quia ad uerum diẽ
reuerſus eſt autor q fecit hunc diem, ſicut ſcriptũ
eſt: Hęc eſt dies quam fecit dñs. Propterea elemen Pſal.117
ta recipiunt ſpeciem ſuam, qa ſi omnia cum ruina
mundi perirent,hodie non erat q timeret,& ideo
in fide Chriſti totus mundus unus eſt locus. adeo
hoc nomẽ per terras uolauit,nauigauit per undas,
quia ſpiritus non habet iter,nec fides aliquando
quærit uictorem. Quid dictura eſt Iudæa aduer-
ſus Dominum Chriſtum, quem natum ſtella flam-
migera demonſtrauit,& paſſum ſolis cęcitas decla
rauit? Iam pdidit æſtimationem ſuam humana ſu-
perbia, qa natum dominum audiuit,paſſum uidit.
Expauit populus poſt reſurrectionem uidẽdo no
uum,poſt inferos ſanum,& poſt clauos & mortem
ipſum iterum ad patrem uehiculo lucis uſque ad
cœlos euolare,populus ſupinis uultibus adorabat:
& ne totus abiret,per ſacramentum corporis in no
ſtris cordibus ſe diuiſit. Dum eum intra conſciẽti-
am noſtram per fidem portamus,martyria per ſan
guinẽ,uirginitas per pudorem,totiusq; populi ad
orabant,non flentes,ſed gaudentes,qa oſtẽdit no
bis iter ad cælos dominus Chriſtus,qui uiuit & re
gnat deus in ſecula ſeculorum,Amen.

DE EADEM FERIA HOMILIA

D. Euſebij Emiſſeni.

LOquebantur diſcipuli de Ieſu, & ea quæ uide-
rant,in commune referebant, cum ſtatim ipſe
adfuit,& ſua eos præſentia reddidit certiores.
Semper enim in medio illorum eſt Ieſus,qui pie lo
quuntur de eo,& qui cõgregãtur in noĩe eius. Vn
de ipſe ait. Vbi duo uel tres cõgregati ſunt in noĩe
meo

meo, ibi ſum in medio eorũ. Pacẽ autem eis commendat, pacem eos habere perſuadet, quia ſine pace impoſsibile eſt placere Deo. In eis enim habitat Dominus, qui pacem & concoediam diligunt. Vnde Pſalmiſta. Et factus eſt (inquit) in pace locus eius. Sequitur: *Ego ſum, nolite timere.* Ego (inquit) ſum, cognoſcite uocem meam, non in ſpiritu, ut putatis, ſed coeporaliter me uidetis. Conturbati enim & conterriti, non ipſum Dominum quem uidebant, ſed ſpiritum ſe uidere putabant. *Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda ueſtra?* Nihil eſt quod cogitetis, quia non phantaſticum aliquid, ſed ueritatem uidetis. Et protinus eis manus & pedes oſtendens, ait. *videte manus meas, & pedes meos. quia ipſe ego ſum.* Cognoſcite uel uulneeũ cicatrices, ſi me nec in pſona, nec in uoce, cognoſcſtis. *Palpate, & uidete, quia ſpũs caenẽ & oſſa nõ habet, ſicut me uidetis habere.* Ideo enĩ ſuorũ uulnerũ cicatrices Dñs reſeruauit, ut in eis diſcipulorũ ſuorũ corda ſanaret, & in ſeipſo oſtendẽdo uulnera carnis, ſanaret in eis uulnera mentis. Sciebãt enĩ quod Apoſtolus Thomas aliqñ dicturus eſſet. Niſi uidero in manibus eius figurã clauorũ, & mittã digitum meũ in locum clauorũ, & mittã manum meam in latus eius, nõ credã. Propter hoc igit̃ cicatrices delere noluit, quas ſi uoluiſſet, omnimodo delere potuiſſet. Nemo autem hinc argumẽtando, nos cum omnibus noſtri corporis cicatricibus reſuegere arbitretur: quoniam nihil in ſanctorum reſurget coepoeibus, q̃d inconueniens uel indecens uideatur. *Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partẽ piſcis aſſi, & fauum mellis.* Hoc igitur offeramus & nos, ſemper hæc oblatio inueniatur in nobis. Hoc enim cibo ipſe delectatue, quia in hoc cibo noſtra fides continetur. In quo Chriſti paſsio & reſurrectio, in quo & uitę noſtrę pfecta furma ſignificat̃. Quia enim & de ipſius paſsione dolemus, & iterũ de eiuſdẽ reſuerectiõe gaudemus, utique offerimus ei & piſcem aſſum peo paſsione, & fauum mellis peo reſurrectione. Nam & beatus Paulus piſcem aſſum ei offerebat, cum diceret. Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutem redigo, ne foete cum alijs peædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item ꝗ Quis infiematur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror? Multũ enim ille piſcis aſſatur, qui pro omnibus uril. Oẽs eñ piſces ſumus, quicunq; in baptiſmo natauimus. Offecimus aũt & Dño fauum mellis, qñ eius amoris dulcitudine pleni, ſimul cũ Pſalmiſta dicimus. Quã dulcia faucibus meis eloqa tua, ſup mel & fauum ori meo? Hoc enĩ cibo nobiſcum reficit Ieſus. quo & ipſe delectatur, & mentes noſtræ pingueſcunt. Vnde & ſubditur. *Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias, dedit eis.* Chriſti namq; reliquias ſumimus, ſi eum imitamur & eius ſermonem. Eius nanque reliquiæ ſunt hæc euangelia, quæ ad comedendum & agendum ipſe nobis reliquit. His enim mens nutritur, reficicicur anima, pingueſcit intellectus. Vnde & ſubditur. *Hæc ſunt uerba quæ loquutus ſum ad uos cũ adhuc eſſem uobiſcũ, quoniã neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & Pſalmis de me. Tũc aperuit illis ſenſum, ut intelligeeẽt ſcripturas.* Dedit igit̃ eis reliqas, dedit & dentes qbus eas comedeee poſſunt. Has enim comedere nequeunt, qbus ſenſus diuinitus non appeeitur. *Et dixit eis. Quoniã ſic ſcriptũ eſt.* Quod uos qdem, qa uſque nunc ſcripturas nõ intelligebatis, ſicut ſcriptum eſt, eſſe neſciebatis. *Et ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgeee a mortuis die tertia, & peædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatoeum in omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem. Vos autem eſtis teſtes horum.* Vobis prædicantibus, teſtantibus, ubi hæc omnia firmabuntur. *Et ego mittam promiſſum patris mei in uos.* De quo peopheta. Et (inquit) in diebus illis, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt. *Vos autem ſedite in ciuitate, quod uſque induamini uirtute ex alto:* Nemo igitue ab eccleſia recedat, quicunque hac uirtute indui deſiderat. Hęc enĩ uirtus nulli datur, q extra hãc ciuitatẽ inuenit̃. Vnde & ſacri canones negant hæreticos dare poſſe Spiritum ſanctum. Ideoque à catholicis conſignari precipiunt, qui ab eis baptizati ſunt.

FERIA QVARTA PAſchæ. Iohannis xxi,

¶ In illo tempore: Manifeſtauit ſe iterum Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tiberiadi. Manifeſtauit autem ſic. Et reliqua. Homilia beati Gregorij Papæ.



LEctio ſancti euangelij, quæ modo in auribus ueſtris lecta eſt, fratres mei, quęſtione animũ pulſat, ſed pulſatiõe ſua uim diſcretionis indicat. Quæri etenĩ poteſt, cur Petrus qui piſcator ante conueſionem fuit, poſt cõuerſionem ad piſcationem redijt, & cum ueritas dicat: Luc 9. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno dei: cur repetijt quod dereliquit? Sed ſi uirtus diſcretionis inſpicitur, citò uidetur, qa nimirum negocium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. Nam piſcatorem Petrum, Matthæum uero telonarium ſcimus, & poſt conuerſionem ſuam ad piſcationem Petrus redijt. Matthęus uero ad telonei negociũ non reſedit: quia aliud eſt uictum per piſcationem quærere, aliud telonei lucris pecuniam augere. Sunt enim pleraque negocia, quę ſine peccatis exhiberi, aut uix aut nullatenus poſſunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt ut poſt conuerſionem animus non recurrat. Quæri etiam poteſt, cur diſcipulis in mari laboeantibus, poſt reſurrectionem ſuam dominus in littoee ſtetit, q ante reſurrectionem ſuam coram diſcipulis in fluctibus maris ambulauit? Cuius rei ratio feſtine cognoſcitur ſi ipſa quæ tunc ineeat cauſa penſetur. Quod enim mare niſi præſens ſeculum deſignat, quod ſe caſuum tumultibus, & undis uitæ coeruptibilis illidit? Quid per ſoliditatem littoris, niſi illa perpetuitas quietis æternæ figuratur? Quia igitur diſcipuli adhuc fluctibus mortalis uitæ inerant, in mari laboeabant. Quia autem redemptor noſter iam coeruptionem carnis exceſſerat, poſt reſurrectionem ſuam in littore ſtabat: ac ſi ipſum reſurrectionis ſuæ myſterium rebus diſcipulis lo

quereretur, dicens: Iam uobis in mari non appareo,
quia uobiſcum in perturbationis fluctibus nō ſum.
Luc.24. Hinc eſt quod in alio loco poſt reſurrectionem ſu-
am eiſdem diſcipulis dicit: Hæc ſunt uerba quæ
locutus ſum ad uos, cū adhuc eſſem uobiſcū. Neq;
enim cum ipſis non erant, quibus præſens corpo-
raliter apparebat. Sed tamen iam ſe cum ipſis eſſe
denegat, à quorum mortali corpore carnis immor
talitate diſtabat. Quod illic cum ipſis poſitus fate-
tur, non ſe eſſe cum ipſis, hoc quoq; hic ſitu corpo-
ris indicat, cum adhuc eis nauigantibus eſſe ſe iam
in littore demonſtrat. Facta eſt autem diſcipulis
piſcationis magna difficultas, ut magiſtro ueniēte
fieret admirationis magna ſublimitas. Qui ꝓtinus
dixit: ¶ *Mitte in dexteram nauigij rete, & inuenietis.*
Bis in ſancto euangelio legitur, qđ dominus iuſſit
ut ad piſcandū retia mitterent, ante paſsionē uide-
licet, & poſt reſurrectionem. Sed priuſquam redē-
ptor noſter pateret̃ & reſurgeret, mitti qđem re-
te ad piſcandum iubet, ſed utrum in dexteram, an
in ſiniſtram mitti debuiſſet, non iubet. Poſt reſurre
ctionem uero diſcipulis apparens, mitti rete in de
xteram iubet. In illa piſcatione tanti capti ſunt, ut
retia rūperentur: in iſta autē & multi capti ſunt, &
retia tamen rupta non ſunt. Quis uero neſciat bo-
nos in dextera, ac malos ĩ ſiniſtra figurari? Illa igi
tur piſcatio, in qua ſpecialiter in quam partē mit-
ti rete debeat non iubet̃, præſentem eccleſiam deſi
gnat, quæ bonos ſimul & malos colligit, nec eligit
quos trahat, quia quos eligere poſsit, ignorat. Hęc
autem piſcatio poſt dñi reſurrectiōem facta, in ſo-
lam dexteram iuſſa eſt: qđ ad uidendum claritatis
ipſius gloriā ſola electorū eccleſia pertingit, quæ
de ſiniſtro ope nil habet. In illa piſcatione pre mul
titudine piſciū rete rumpitur, qđ nūc ad fidei con-
feſsionem, etiam cum electis reprobi tanti intrāt,
qui ipſam quoque eccleſiam hæreſibus ſcindant.
In iſta uero piſcatione, & multi piſces & magni ca-
piuntur, & rete nō rūpitur, qđ ſancta electorū ec-
cleſia in continua autoris ſui pace requieſcens, nul
lis iam diſſenſionibus dilaniatur. ¶ *Captis autē tam
magnis piſcibus, aſcendit Simon Petrus, & traxit rete
in terram.* Iam credo quod ueſtra charitas aduer-
tat, quid eſt quod Petrus rete ad terram trahit?
Iohā 21. Ipſi quippe ſancta eccleſia eſt commiſſa, ipſi quip-
pe ſpecialiter dicitur: Simon Iohannis, amas me?
paſce oues meas. Quod ergo poſtmodum aperit̃
in uoce, hoc modo ſignatur in ope. Quia igit̃ præ-
dicator eccleſiæ nos à mundi huius ſeparat fluctis
bus, nimirum neceſſe eſt ut rete plenū piſcibus Pe-
trus ad terram ducat. Ipſe enī piſces ad ſoliditatē
littoris ꝑtrahit, qđ ſanctæ prædicationis uoce, ſta-
bilitatem æternæ patriæ fidelibus oſtendit. Hoc
egit uerbis, & egit epiſtolis, hoc agit quotidie mi-
raculorum ſignis. Quocies enim ꝑ eū ad amorem
quietis æternæ conuertimur, quoties à terrenarū
rerum tumultibus ſeparamur, quid aliud quā miſ-
ſi intra rete fidei, ut piſces, ad littus trahimur? Sed
cum rete magnis piſcibus plenum dicitur, additur
& quantis, ſcilicet centum quinquaginta tribus. A
magno myſterio numerus non uacat, ſed intentos
nos tāti myſterij profunditas expectat. Neq; enim
quantitatis ſummam ſolerter euāgeliſta exprime
ret, niſi hanc ſacramento plenā eſſe iudicaſſet. Sci-
tis nanq;, quod in teſtamēto ueteri omnis opera-
tio decalogi mandato præcipitur. In nono autem
eiuſdem operationis uirtus per ſeptiformē gratis
am ſpūſancti multiplicatis fidelibus datur, quem

ꝓpheta denuncians dicit: Spūs ſapientiæ & intelle-
ctus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcien- Iſaię 11.
tiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris do
mini. Sed ille in hoc ſpiritu operationem percipit,
qui fidem trinitatis agnoſcit, ut & patrem & filiū
& eundē ſpūm ſanctum unius uirtutis credat, uni-
us ſubſtantiæ eſſe fateatur. Quia igitur ſeptem quę
ſuperius diximus, per nouum teſtamentum latius
data ſunt, decē uero ꝑ uetus ꝓcepta, oīs noſtra uir
tus & opatio ꝑ decē & ſeptē poteſt plene compre
hendi. Ducamus ergo per trigonum decem & ſe-
ptem, & ueniunt quinquaginta & unum. Qui pro
fecto numerus à magno myſterio non uacat, quia
in teſtamento ueteri legimus quod annus quinqua
geſimus Iubileus uocari iuſſus eſt, in quo uidelicet Leu. 25.
cunctus populus ab omni operatione quieſceret.
Sed uera requies in unitate eſt, diuidi quippe unum
non poteſt: Vbi enī ſciſſura diuiſionis eſt, uera re-
quies non eſt. Ducamus igitur per trigonum quin
quaginta & unum, & fluūt centum quinquaginta-
tres. Quia igitur omnis operatio noſtra in fidem
trinitatis exhibita ad requiem tendit, decem & ſe-
ptem ter ducimus, ut ad quinquaginta & unum ue
nire debeamus. Et quia uera noſtra requies tunc
eſt, cum ipſam iam claritatē trinitatis agnoſcimus
quam in unitate diuinitatis eſſe certum tenemus,
quinquaginta & vnū ter ducimus, & electorū ſum
mam in ſuperna patria, quaſi cētum quinquaginta
trium piſcium numerum tenemus. Poſt reſurrecti
nem ergo dñi, miſſum rete dignum fuit ut tot pi-
ſces caperet, quod ſolummodo electos ciues ſuper-
næ patriæ deſignarēt. Inter hæc uero, & heſterna
ſancti euangelij lectio, & hodierna nos admonet,
ut uigilāter debeamus inſpicere, cur dñs & redem
ptor noſter poſt reſurrectionem ſuam piſcem aſ-
ſum legitur comediſſe. Non enim uacat à myſte-
rio, quod iteratur in facto. In hac etenim lectione pa
nem, & aſſum piſcem: in illa uero quę heſterna die
lecta eſt, cum aſſo piſce etiam fauum mellis come-
dit. Quid autem credimus piſcem aſſum ſignare, ni
ſi ipſum mediatorem dei & hominū? Ipſe enim la-
tere dignatus eſt in aquis generis humani, capi uo
luit laqueo mortis noſtræ, & quaſi tribulatione aſ-
ſatus eſt tēpore paſsionis ſuæ. Sed qui piſcis aſſus fi
eri dignatus eſt in paſſione, fauus mellis nobis exti
tit in reſurrectione. At qđ in piſce aſſo figurari uolu
it tribulationem paſſionis ſuæ, in fauo mellis utrā-
que naturam exprimere uoluit perſonę ſuę. Fauus
enim mel in cera eſt: mel in cera, diuinitas eſt in hu
manitate. Quod ab hac quoq; lectione non diſcre-
pat: nam piſcem comedit & panem. Qui enim aſſa
ri ut piſcis potuit ex humanitate, pane nos reficit
ex diuinitate, qđ ait: Ego ſum panis uiuus, qđ de cæ- Iohā. 6.
lo deſcēdi. Aſſum ergo piſcem comedit & panem,
ut ipſo ſuo cibo nobis oſtenderet, qđ & paſſionem
ex noſtra humanitate ꝑtulit, et refectionē noſtram
ex ſua diuinitate ꝓcurauit. Quod ſi uigilāter inſpi-
cimus, nobis quoq; qualiter ad imitandum cōgruit
uidemus. Sic enim ſua facta redemptor indicat, ut
imitationis uiam nobis ſequentibus ſeruet. Ecce in
cibo ſuo dñs noſter piſci aſſo cōiungere fauum uo-
luit, qđ uidelicet illos in ſuo corpore ad æternam
quietem ſuſcipit, qui cum hic tribulationes ꝓ Deo
ſentiunt, ab amore internæ dulcedinis nō recedūt.
Cum aſſo piſce fauus ſumitur, qđ qui hic afflictio-
nem pro ueritate ſuſcipiunt, illic dulcedine uera ſa
tiantur. Notandum quoq; quod ultimum conuiui-
um dominus cum ſeptem diſcipulis habuiſſe deſcri
bitur

bitur. Petrus nanq; & Thomas, Nathanael, filij ze
bedęi, & alij ex diſcipulis eius duo, in eo fuiſſe me-
morãtur. Cur aũt cum ſeptem diſcipulis ultimum
conuiuiũ celebrat, niſi q̃d eos tantummodo qui ſe-
ptiformi gratia ſpũſſancti pleni ſunt, futuros ſecũ
in æterna refectione denunciat? Septem quoq; die
bus om̃e hoc tẽpus euoluit, & ſæpe ſeptenario nu-
mero perfectio deſignatur. Illi ergo ultimo cõui-
ulo de præſentia ueritatis epulantur, qui nunc per
fectionis ſtudio terrena trancendunt, quos mundi
huius amor non ligat, qbus & ſi utcunq; per tenta-
menta obſtrepit, cœpta eorum deſideria nõ retun-
dit. De hoc extremo conuiuio alias per Iohannem
Apo.19. dicitur: Beati qui ad cœnã nuptiarum agni uocati
ſunt. Idcirco enĩ non ad prandium, ſed ad cœnam
uocatos narrat, qa nimirum in fine dei cõuiuium,
cœna eſt. Qui ergo finito pręſentis uitæ tempore,
ad refectionem æternæ contemplationis ueniũt,
non ad agni prandium, ſed ad cœnam uocantur.
Quæ uidelicet cœna hoc ultimo conuiuio expri-
mitur, cui ſeptem diſcipuli adeſſe memorantur, qui
illos, ut diximus, tunc interna refectio reparat, qui
pleni nunc ſeptiformi gratia in amore ſpũs anhe-
lant. Hæc ergo uobiſcum fratres agite, huius ſpũs
repleri præſentia deſiderate: quid uos ſeq̃ in futu-
rum poſsit, ex præſenti perpendite. Penſate ſi hoc
ſpũ pleni eſtis, & noſtis ſi ad illud conuiuium pue-
nire ualeatis. Quiſq; nanq; ille eſt, quem nunc ſpi-
ritus ille non reparat, profecto ab illa æterna con-
uiuij refectione ieiunat. Mementote quid de eodẽ
ſpũ Paulus dicat: Si qs ſpũm Chriſti non habet, hic
Rom.8. non eſt eius. Quaſi quidam titulus diuinæ poſſeſsi-
onis, eſt iſte ſpũs amoris. Nunq̃dnam ſpũm Chri-
ſti habet is, cuius mentem odia diſsipant, elatio in-
ſtat ita uſque ad diuiſionem mentis exaſperat, aua-
ritia cruciat, luxuria enervat? Penſate quis ſit ſpiri
tus Chriſti. Profecto ille, qui facit amicos & inimi
cos diligi, terrena deſpici, p cœleſtibus ęſtuari, car
nem propter uitia conteri, mentem à concupiſcen-
tijs refrenari. Si ergo uultis ius cognoſcere poſſeſ-
ſionis dei, perſonam perpendite poſſeſſoris ueſtri.
Ecce enim quod diximus, uoce ueridica Paulus cla
mat: Si qs ſpũm Chriſti nõ habet, hic non eſt eius.
Rom.8. Ac ſi aperte dicat: Qui nũc deo inhabitãte nõ regi-
tur, de diuinæ claritatis ſpecie poſtmodum non læ
tatur. Sed nos tamen, ſi ad hęc quæ dicta ſunt infir
mamur, & necdum culmen perfectionis attingi-
mus, in uia dei quotidie ſancti deſiderij greſſus po-
namus. Conſolatur nos ueritas, quæ per Pſalmi-
Pſal.138. ſtam dicit: Imperfectum meum uiderũt oculi tui,
& in libro tuo omnes ſcribent. Non omnino erit
nobis noxia noſtra imperfectio, ſi in Dei itinere
conſtitui, & ad tranſacta non reſpicimus, & ad ea
quæ reſtant, tranſire feſtinamus. Nam qui imper-
fectorum deſideria dignanter inflammat, hic quã-
doque ad pfectionem roborat, per Ieſum Chriſtũ
dominum noſtrum, qui cum eo uiuit & regnat de-
us in unitate ſpiritusſancti, per omnia ſecula ſecu-
lorum. AMEN.

FERIA QVARTA PAſchæ. Sermo ſancti Maximi.

Liberatoris noſtri piſcatio, noſtra eſt libe-
ratio. Duas autem aduertimus in ſancto
euangelio domini piſcationes, id eſt, quã-
do ad uerbũ ipſius miſſa ſunt retia. Vnam
prius quando diſcipulos elegit, & hãc alterã quan-
do a mortuis reſurrexit. Illa piſcatio ſignificat ec-
cleſiam qualis eſt modo, iſta uero poſt reſurrectio-
nẽ dñi ſignificat eccleſiam qualis futura erit in fine
ſeculi. Deniq; in illa priore piſcatiõe iuſſit mitti re
tia, & nõ dixit in quã partẽ, ſed tantũmodo ut mit
terentur præcepit. Miſerunt diſcipuli, non dictum
eſt in dextram: non dictum eſt, in ſiniſtram. Piſces
enim homines ſignificabant. Si ergo diceretur, in
dexteram, ſoli boni futuri eſſent: ſi diceretur, in ſi-
niſtram, ſoli mali. Quia uero permixti futuri erant
in eccleſia, & boni & mali, ſine differentia miſſa
ſunt retia, ut caperentur piſces ſignificãtes mixtu
ram bonorum & malorum. Deinde & hoc ibi ſcri
ptum eſt, quia tantum piſcium ceperunt, ut duæ
nauiculę mergerentur, hoc eſt, ut ſubmertione pię
merentur. Non enim ſubmerſæ ſunt duæ illę naui-
culę, ſed periclitatę multitudine piſciũ. Significa-
tum eſt hinc, quia in multitudine quam collectura
erat eccleſia, periclitura fuerat diſciplina. Et hoc
adiunctum eſt in illa piſcatione, atque narratur,
quia & retia prę multitudine piſcium dirupta ſũt.
Dirupta retia quid ſignificauerunt, niſi futura ſchi
ſmata? Tria ergo iſta in illa piſcatione ſignificata
ſunt, mixtura bonorum & malorum, preſſura tur-
barum, ſeparationes hæreticorum. Mixtura bono-
rum & malorum, quia nec in dexteram nec in ſini-
ſtram miſſa ſunt retia. Preſſura turbarum, quia tã-
tum captum eſt, ut nauiculæ premerentur. Separa
tiones hæreticorum, quia tanta fuerat multitudo,
ut retia rumperentur. Reſpicite nunc ad iſtam pi-
ſcationem, quæ hodie recitata eſt. Facta eſt enim
poſt reſurrectionem Domini, ut ſignificaret talem
futuram eccleſiam poſt noſtram reſurrectionem.
Mittite, inquit, rete in dexterã partem. Diſcretus
eſt ergo numerus eorum qui ad dexteram ſtabunt.
Meminiſtis enim dominũ dixiſſe, uenturũ ſe eſſe cũ
angelis ſuis: Et congregabuntur ante eum omnes
gentes, & diuidet eas ſicut paſtor diuidit oues ab Mat 25.
hœdis. Oues ponet ad dexteram, hœdos ad ſini-
ſtrã. Ouibus dicturus eſt: Venite, pcipite regnum,
hœdis dicturus eſt, Ite in ignem æternum. ¶ Mitti
te in dexteram. Tanquam diceret: Iam ſurrexi, eccle
ſiam uolo ſignificare, quæ erit in reſurrectione
mortuorum. Mittite in dexteram. Miſſa ſunt retia
in dexteram, nec poterant ea leuare præ multitu-
dine piſcium, & ibi dicta eſt multitudo, ſed certus
numerus, & multitudo, & magnitudo: ibi autem
non eſt numerus. Modo aũt anteq̃ ueniat reſurre-
ctio, & ſeperentur boni à malis, illud impletur q̃d
ait propheta: Annũciaui & locutus ſum, retia miſi,
& quid? Multiplicati ſunt ſuper numerũ. Numerus
ad ſanctos ptinet, qui ſunt regnaturi cum Chriſto.
Super numerum modo in eccleſiã intrare poſſunt, Pſal.39.
in regnum non poſſunt. Quare admoneo, ut eri-
piatis uos de præſenti ſeculo malo, quare admo-
neo? ut q uultis uiuere, non imitemini malos Chri-
ſtianos. Nõ dicatis: Quare ille fideles non eſt, & in
ebriatur? Quare ille nõ fidelis eſt, & concubinas ha
bet? Quare ille non fidelis eſt, & quotidie fraudes
facit? Quare ille non fidelis eſt, & mathematicos
conſulit? Modo enim qui uolueritis eſſe grana,
tũc inueniemini in maſſa. Qui autem uolueritis eſ-
ſe palea, inuenіemini in magno aceruo, ſed magno
igne incendendo. Qui ergo adduxerunt, inquit, re-
tia ad littus? Petrus adduxit retia ad littus. Modo
cum euangeliũ legeret, audiſtis, ubi audiſtis littus,
intelligite finem maris: ubi audiſtis finem maris, in
telligite finem ſeculi. In illa piſcatiõe nõ ad littus
attracta ſunt retia, ſed ipſi piſces q capti ſunt, in na
uiculis

uiculis fuſſ ſunt. Hic aũt traxerunt ad littus. Spera finem ſeculi, uenturus eſt finis bonus dextrorum, malus ſiniſtrorum. Et quid piſces? Attraxerunt, inquit, retia habentia piſces centũ quinquaginta tres. Et adiecit euangeliſta rem neceſſariam: Et cũ tanti, id eſt, tam magni eſſent, non eſt ſciſſum rete. Magni erunt, ſed hæreſes non erunt, & ideo magis hæreſes non erunt, qa magni erunt Qui ſunt magni?

Mat. 5. Lege uerba ipſius Domini in euãgelio, & inuenies magnos. Ait eñi in quodam loco: Non ueni legem ſoluere, ſed adimplere. Amẽ enim dico uobis, quoniam quicunq; ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic bona dicendo, ſoluerit male uiuendo, minimus uocabitur in regno cœlorum. Sed in q̃ regno cœlorũ? In eccleſia quæ modo eſt, quia & ipſa uocatur regnũ cœlorũ. Nam ſi non uocaretur regnum cœlorum & iſta eccleſia quæ colligit malos & bonos, non diceret ipſe dñs in parabola loquens: Simile eſt regnum cœlorum ſagenę miſſæ in mare, & cõgregat oĩa genera piſcium. Sed ecce qd ſequit̃: Simile eſt regnũ cœlorum ſagenę miſſæ in mare. Sagena retia ſunt, congregat omnia genera piſcium. Sed qd? Attrahunt illa ad littus Hoc in parabola dominus dicit. Et cũ traxerint ad littus, ſedent & colligunt bonos in uaſcula, malos autem projiciunt. Et expoſuit quod propoſuit, quid enim ait? Sic erit in conſummatione ſeculi. Intellexiſtis littus? Venient, inquit, angeli & colligẽt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminũ ignis ardentis, ibi erit fletus, & ſtridor dentiũ. Tamen regnum cœlorum appellat eccleſiam: & quia antea in mari habet piſces ſimul natantes & bonos & malos, in iſto regno cœlorum, id eſt, in eccleſia huius temporis, minimus uocatur ille q docet bona, & agit mala, quia ibi eſt & ipſe. Nõ enĩ non eſt ibi, ſed ibi eſt in regno cœlorũ, id eſt, in eccleſia huius tẽporis, minimus uocatur ille q docet bona, & agit mala, quia ibi eſt & ipſe. Non enim nõ eſt ibi, ſed ibi eſt in regno cœlorũ, id eſt, in eccleſia, qualis eſt in illo tempore. Docet bona, agit mala. Neceſſarius eſt mercenarius.

Mat. 6. Amen dico uobis, ait, perceperunt mercedem ſuam. Prodeſt aliquid. Nam ſi nihil prodeſſent qui bona docent, & male uiuunt, nõ diceret ipſe dñs populo ſuo: Scribæ & phariſæi in

Mat. 23. cathedra Moyſi ſedent, quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Quare? Dicunt enim, & nõ faciunt. Intendat ergo charitas ueſtra, uolo enĩ exponere qui ſunt piſces magni. Qui ſoluerit (in

Mat. 5. quit) unum de mandatis iſtis minimis, minimus uocabit̃ in regno cœlorum: ibi erit, ſed minimus erit. Qui autem fecerit & docuerit ſic, magnus uocabitur in regno cœlorum. Et ecce, iſti ſunt illi piſces magni ad dexteram capti. Qui fecerit, & ſic docuerit, bona docuerit, non ſibi loquenti male uiuendo contradixerit, cum male uitæ teſtem habeat linguam bonam. Qui ergo fecerit & ſic docuerit, magnus uocabitur in regno cœlorum. Et ſequit̃: Dico enim uobis, quia niſi abũdauerit iuſtitia ueſtra ſup ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Modo quomodo intelligitis regnum cœlorũ? Illud, unde dicitur dextris: Venite

Mat. 25. benedicti patris mei, percipite regnum. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnũ cœlorũ. Reſpicite ſcribas illos & phariſæos, q in cathedra Moyſi ſedent, de quibus dictũ eſt, quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite, dicũt enim, & nõ faciunt. Ergo iuſtitia phariſæorum eſt dicere, & nõ facere. Abundet iuſtitia ueſtra ſup ſcribarum & phariſæorum, ut bona dicatis, & bene uiuatis. Nũc ergo de numero centum quinquaginta & triũ piſciũ quid opus eſt eadem retexere? Noſtis illa, à decem & ſeptẽ naſcitur numerus creſcens. Incipe ab uno, perueni ad decẽ & ſeptem, ut omnes addas, id eſt, unum addas ad duos, & fiunt tres: addas tres, & fiunt ſex: addas quatuor, & fiunt decẽ, ſic omnes adde uſq; ad decem & ſeptem, & peruenis uſq; ad centũ & quinquaginta tres. Tota ergo intẽtio noſtra eſſe nõ debet, niſi quid ſibi uolũt decem & ſeptem, ibi eſt enim fundamentum centum quinquaginta trium. Quid ſibi uolunt decem? Et in lege agnoſce decem. Decem præcepta data ſunt. Primo decalogus dicitur ſcriptus in tabulis digito dei. In decem agnoſce legem, in ſeptem agnoſce ſpũmſanctum. Exo. 20.

Septenario enim numero cõmendat ſpũſſanctus, ideo non nominatur in lege ſanctificatio, niſi ſeptimo die. Fecit deus lucem, nõ dictũ eſt, cõſanctificauit eã. Fecit firmamentũ, non dictum eſt, ſanctificauit firmamentum. Iuſsit germinare terram. Gen. 1.

Diſcreuit mare à terra, non dictũ eſt, ſanctificauit. Fecit lunam & ſidera, nõ dictum eſt, ſanctificauit. Iuſsit animantia pcedere de aquis natantia & uolantia, non dictum eſt, ſanctificauit. Iuſsit de terra exire animalia quadrupedia & omnia reptilia, nõ dictum eſt, ſanctificauit. Fecit & ipſum hoiem, nõ dictum eſt, ſanctificauit. Ventum eſt ad ſeptimum diẽ, ubi requieuit, & ipſum ſanctificauit. Per requiem ſuam deus ſanctificauit requiẽ noſtram. Ibi ergo erit ſanctificatio noſtra plena, ubi cum illo ſine fine requieſcamus. Nam quare deus requieſceret? Non enim operando fatigatus eſt, tu ſi uerbo facias non fatigeris? Si iubes, & continuo fiat, ſtas, integer manes. Pauca uerba dixit, unde totum fecit, & ſubito laſſatus eſt. Ergo agnoſce legem in decem, ſpũſanctum agnoſce in ſeptẽ. Iũgatur ſpũs legi, quia ſi accepis legẽ, & defuerit tibi adiutoriũ ſpũs, non imples quod legis: nõ imples quod iubetur tibi, ſed homo ſub lege inſup præuaricatoe tenetur. Accedat ſpũs, adiuuet: & fit q̃d iubetur. Si deſit ſpũs, litera occidit te. Quare litera occidit te? Quia p̃uaricatorẽ te facit, nec potes excuſari de ignorãtia: qui legem accepiſti, quid iã faceres didiciſti. Ignorantia te non excuſat, ſpũs te non adiuuat, ergo periſti. Sed qd ait apoſtolus Paulus? Litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Inde ſpiritus uiuificat, quia facit impleri literam ne occidat. Iſti ſunt ſancti, qui faciunt legem ex dono dei. Lex iubere poteſt, iuuare non poteſt. Accedit adiutor ſpiritus, & fit iuſſum Dei cum gaudio, cum delectatione. Nã multi faciunt à timore, ſed qui faciunt legem timendo pœnam, mallent nõ eſſe quod timebant: qui aũt faciunt amando iuſtitiã, gaudent ibi, 2. Cor. 3

quia non habent inimicam Ideo dicit dñs: Cõcorda cum aduerſario tuo cito dum es cum illo in uia. Matt. 5

Quis eſt aduerſarius tuus? Sermo legis. Quæ eſt uia? uita iſta. Quomodo eſt ille aduerſarius? Dicit tibi, nõ mœchaberis, & tu uis mœchari? Dicit, nõ concupiſces rem pximi tui, & tu uis rapere res alienas? Dicit honora patrem & matrem, & tu cõtumelioſus es in parentes? Dicit lex, noli dicere falſum teſtimonium, & tu à mendacio non recedis? Quãdo uides, quia ille ſermo aliud iubet, & tu aliud facis, non eſt aduerſarius tuus? Aduerſarium habes malum, non tecũ intret ſecretarium tuũ, compone dũ es cum illo in uia. Adeſt dñs qui nos concordet. Quomodo nos concordat deus? Donando

peccata,

peccata, & inſpirando iuſtitiam, ut fiant opera bona. Cum ergo concordaueris cum aduerſario tuo, id eſt, cũ decalogo legis ꝑ ſpiritũſanctũ, ꝑtinebis ad decem & ſeptem. Cũ pertinueris ad decẽ & ſeptem, iam exinde excreſsit numerus ad centum & quinquagintatres, eris ad dextram coronãdus, ne remaneas ad ſiniſtram damnatus. Ipſo adiuuante, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM FERIA HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

QVid eſt enim quod Apoſtolus Petrus de piſcatione à Domino uocatus, ad piſcationem iterum redit? ſimiliter autẽ & filij Zebedæi? Ipſi enim ſunt quibus Dominus dixerat: Venite poſt me, faciam uos fieri piſcatores hominum. In hoc igitur oſtenditur, in his & ſimilibus uictum quærere quotidianum, non eſſe pctm̃. Vnde & Apoſtolus ꝓprijs manibus laborans, unde uiuat, cæteros quoque ad laborandum inuitet, dicens: Laboret unuſquiſq; operãdo manibus ſuis q̃d bonũ eſt, ut habeat unde tribuat neceſsitatem patientibus. *Exierunt & aſcenderunt nauem, & illa nocte nihil prendiderunt.* Quia in nocte nihil laborabant, & nondum ad eos uenerat Ieſus. Inſuper quia per ſe ad piſcandum uenerant, & ab alio miſsi non fuerãt. Eos enim adhuc ſignificabant, qui non ex præcepto canonũ, ſed proprio arbitrio Eccleſiam prædicare & regere ueniunt. Tales enim, piſces Dei fugiunt, & eorum retia intrare, eorumq; prædicationes audire dedignantur. *Mane autem iam facto, ſtetit Ieſus in littore, non tamen cognouerunt diſcipuli quia Ieſus eſt.* Ecce iã aliud ſignificare incipiunt: quia iam non in nocte laborant, ad diem ueniunt, & Dominũ uident. *Dixit ergo eis Ieſus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non. Dicit eis, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.* Ac ſi diceret, Ego hac uice non miſi uos, in nocte uenistis, ſiniſtrorſum laboraſtis, nihil prendidiſtis: nũc ergo dimittite in dextram nauigij rete, ex meo præcepto laborate, meam doctrinam prędicate, neſciat ſiniſtra ueſtra quid faciat dextra ueſtra, & inuenietis. In dextera igitur piſcari, eſt ueram & catholicam doctrinam ſincero affectu & mundo corde prædicare. Piſcatores enim Apoſtoli ſunt, prædicatores, & doctores: retia uero hæc, Euangelia, omniſq; ſermo diuinus. Piſces autem omnes fideles intelliguntur. Tales enim piſces in baptiſmatis flumine natant, tales retibus Euangelij & amore fidei rapiuntur. *Miſerunt ergo, & iã non ualebãt illud trahere præ multitudine piſciũ.* Magnũ miraculũ: per totã noctẽ laborantes nihil cœperunt, & tã ſubito ad Domini iuſsionem tanta piſciũ conuenit multitudo. Poſſumus autem per hanc primam & nocturnam piſcationem, intelligere eam, quã tunc apud Iudæos Apoſtoli habuerunt, quando eis nolentibus credere Apoſtolus ait: Vobis primum oportuit prædicari uerbum Dei: ſed quia repuliſtis illud, & indignos uos fecitis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gẽtes. Quid eſt enim, Ecce conuertimur ad gẽtes, niſi quod hic dicitur, Mittite in dexteram nauigij rete? Quia enim piſces Iudaici fluminis, Apoſtolorũ retia intrare noluerũt, ad flumina gentiũ Apoſtoli miſsi ſunt. Et tunc quidem doctores piſcantur in nocte, quãdo auditores interius excæcati ueritatẽ nõ intelligunt. Miſerunt ergo ad dexterã nauigij rete, & iã non ualebant illud trahere pæ multitudine piſcium. Hoc eſt enim q̃d Pſalmiſta ait: Annũciaui & loqnutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. Quo uiſo miraculo, *diſcipulus ille quẽ diligebat Ieſus dixit Petro, Dominus eſt. Simon ergo Petrus, cũ audiſſet quia Dominus eſſet, tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.* Vbiq; Petrus feruẽtioris fidei, & maioris dilectionis inuenitur. *Alij autem diſcipuli nauigio uenerunt, non enim longe erant a terra.* Quid enim per hanc terram, niſi terram uiuẽtiũ intelligimus? à qua iſti non lõge erãt, quia corporeis uinculis reſoluti, cito illuc ituri erãt. *Quaſi cubitis ducentis trahentes rete piſcium.* Cẽtenarius numerus perfectus eſt, qui tunc quidem duplicatur, quando ſermone & opere adimpletur. Trahũt igitur doctores rete piſcium cubitis ducentis, quãdo & ſermone & opere poſt ſe ad æternam uitam ducunt audientes. *Vt ergo deſcenderunt in terram, uiderunt prunas poſitas, & piſces ſuperpoſitos & panes.* Ibi enim in cibo Chriſti piſcatores & prædicatores ſemper recreãtur, & uires ſuſcipiunt, quotieſcunq; fatigati ab hoc opere redeunt. Quoties enim prunas, & piſcẽ ſup prunis poſitũ, & panẽ uident, quoties Chriſti paſsionis recordãtur, toties laboris & fatigationis, & omniũ ſuarum anguſtiarum obliuiſcunť. Quid eſt enim piſcis prunis aſſus, niſi Chriſtus in cruce paſſus? quid eſt panis, niſi Euangelica prædicatio, qua eos Dominus reficere ſolebat, dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem non poſſunt occidere. His enim Apoſtoli recreantur, his animantur & ſatiãtur, & ad laborem iterum incitantur. *Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc.* Semper enim Apoſtoli & doctores piſces Domino offerunt, ſemper exemplo & doctrina fideliũ animas ad eũ ducunt. Vnde & ſubditur: *Aſcendit ergo Simon Petrus, & traxit rete in terrã, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent, nõ eſt ſciſſum rete.* Boni piſces erãt iſti, à quibus rete ſciſſum nõ eſt. Mali piſces, hæretici & ſchiſmatici, qui Euangeliorum retia quotidie ſcindunt. Sed quid per centum quinquaginta & tres piſces, niſi omnes baptizatos & fideles intelligimus? Hoc enim ſignificant tres, q̃d centum quinquaginta. Si enim in æquas partes cẽtum quinquaginta diuidamus, tres & non amplius quinquagenæ fiunt. Tres enim ſunt mundi partes, quę per tres piſces, & tres quinquagenas ſignificãtur. Aſia uidelicet, Aphrica, & Europa. Inde eſt quod mulier abſcondit fermentum in tribus ſatis farinæ, donec fermentaretur. Inde eſt q̃d in cruce titulus Hebraice, Græce, & Latine ſcribitur. Capiunt igiť Apoſtoli tres piſces & centũ quinquaginta, quoniã eorũ exemplo & ſermone ducuntur, quicunq; ex his tribus mundi partibus ad eccleſiã ueniunt. Merito deniq; centum quinquaginta & tres piſces capti referuntur, quoniam in huius numeri ſacramento, id eſt, in fide Trinitatis, omnes Chriſtiani in baptiſmate fidei retibus rapiuntur. *Dicit eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? ſciẽtes quia Dominus eſt. Et uenit Ieſus, & accepit panem & dabat eis. Et piſcem ſimiliter.* Quotidie nos Dominus ad prãdium inuitat, quotidie nobis & panẽ & piſcem apponit, quotidie cibũ Euãgelicũ & ſui corporis & ſanguinis adminiſtrat. Dum hæc enim Euãgelia legimus, ſui panis cibo nos interius reficit. Hic & piſcem aſſum nobis tribuit, quia qualiter ꝓ nobis paſſus eſt, hic inuenimus. Nec bene Chriſti retia trahere poſſunt, q his cibus aſsidue non reficiunť. *Hoc iã tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cum reſurrexiſſet a*

mortuis

mortais. De illis hic manifeſtatiōibus loquiť,q̄ uel
oībus uel pluribus in unum collectis factæ ſunt.

FERIA QVINTA PAſchæ Iohannis xx.

¶In illo tempore: Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentū. Et reliqua. Homilia Gregorij Papæ.

MAria Magdalene quæ fuerat in ciuitate peccatrix, amando ueritatem, lauit lachrymis maculas criminis, & uox ueritatis impleť qua dr̄: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, qm̄ dilexit multum.
Quę enim prius frigida peccando remāſerat, poſt,
modū amādo fortiter ardebat. Nā poſtq̄ uenit ad
monumentū ibiq̄ corpus dn̄icum nō inuenit, ſub-
latum credidit, atq̄ diſcipulis nunciauit. Qui ueni
entes uiderunt, atq̄ ita eſſe ut mulier dixerat, cre-
Ioh. 20. diderunt. Et de eis ꝓtinus ſcriptum eſt: Abierunt
ergo diſcipuli ad ſemetipſos. Ac deinde ſubiungi-
tur: ¶ *Maria autem ſtabat ad monumentum foris plo-
rans.* Qua in re penſandum eſt, huius mulieris mē
tem quanta uis amoris accēderat, quę à monumēto
dn̄i etiā diſcipulis recedētibus nō recedebat. Exq̄-
rebat quē nō inuenerat, flebat ingrendo, & amoris
igne ſuccenſa, eius quē ſublatum credidit, ardebat
deſiderio. Vnde cōtigit ut eū ſola tūc uideret, quę
remāſerat ut quęreret, q̄a nimirū uirtus boni ope
ris perſeuerātia eſt. Et uoce ueritatis dicitur: Qui
Mat. 10. aūt pſeuerauerit uſq; in finē, hic ſaluus erit. Et prę
& 24. cepto legis, cauda hoſtiæ in ſacrificio iubeť offer-
Leu. 3. ri. In cauda q̄ppe finis eſt corporis. Et ille bene im-
molat, q̄ ſacrificiū boni opis uſq; ad finē debitę p-
ducit actionis. Hinc ioſeph inter reliq̄s fratres ta-
Gen. 37. larem tunicā habuiſſe deſcribiť. Tunica q̄ppe uſq;
ad talū, eſt opus bonū uſq; ad cōſummationē. Sed
Maria dū fleret, inclinauit ſe, & ꝓſpexit in monu-
tum. Certe monumentum iam uacuum uiderat,
iam ſublatum dn̄m nunciauerat. Quid eſt quod ſe
iterū inclinat, iterū uidere deſiderat? Sed amāti ſe
mel aſpexiſſe non ſufficit, q̄a uis amoris intentio-
nem multiplicat inq̄ſitionis. Quæſiuit ergo prius,
& minime inuenit: perſeuerauit ut quęreret, unde
& cōtigit ut inueniret. Actūq; eſt ut deſideria di-
lata creſcerēt, & creſcētia caperēt q̄d inueniſſent.
Hinc eſt enim quod de eodē ſpōſo eccleſia in Can-
Can. 3. ticis Canticorū dicit: In lectulo meo p noctē quæ
ſiui quem diligit anima mea, quæſiui illum, & non
inueni, ſurgam & circumibo ciuitatem, p uicos &
plateas quæram quem diligit anima mea. Que de-
fectum quoq; inuentionis ingeminat, dicens: Quæ
ſiui illum, & non inueni. Sed quia diu inuentio ſe
non elongat, ſi inq̄ſitio non deſiſtat, adiungit: In-
uenerunt me uigiles qui cuſtodiunt ciuitatē. Num
quem diligit anima mea, uidiſtis? Paululum dum
Ibidem. pertrāſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea.
Dilectum nanq; in lecto quærimus, quando in prę
ſentis uitæ aliquantula reqe redēptoris noſtri de
ſiderio ſuſpiramus. Per noctē quęrimus, quia etſi
iam in illo mens uigilat, tamen adhuc oculus cali-
gat. Sed qui dilectū ſuum non inuenit, reſtat ut ſur
gat, ciuitatem circumeat, id eſt, ſanctam electorū
eccleſiam mente & inq̄ſitione pcurrat, p uicos eū
& plateas quærat, id eſt, per anguſta & lata gradi-
entes aſpiciat, ſi quem inuenire in eis ualeat, eius
ueſtigia exq̄rat, quia ſunt nonnulli etiā uitę ſecula
ris, qui imitandū aliquid habeant de actione uirtu
tis. Quęrentes aūt nos uigiles inueniunt, qui cuſto-
diunt ciuitatem, quia ſancti patres, qui eccleſiæ ſta
tum cuſtodiunt, bonis noſtris ſtudijs occurrunt, ut
ſuo uel uerbo uel ſcripto nos doceant. Quos cum
paululum pertranſimus, inuenimus quem diligi-
mus: quia redēptor noſter etſi humilitate homo in
ter hoīes, diuinitate tamen ſuper hoīes fuit. Cum
ergo tranſeunt uigiles, dilectus inueniť: quia cū ꝓ
phetas & apoſtolos infra ipſum eſſe conſpicimus,
illum qui natura deus eſt, eſſe ſupra hoīes cōſidera
mus. Prius ergo non inuentus quęriť, ut poſt inuē-
tus ſtrictius teneať. Sancta enī deſideria (ut p̄dixi-
mus, dilatione creſcunt: ſi autem dilatione defici-
unt, deſideria non fuerunt. Hoc amore arſit quiſq̄s Pſal. 41.
ad ueritatem ptingere potuit. Hinc nanq; Dauid
ait: Sitiuit anima mea ad deum uiuum, quando ue-
niam & apparebo ante faciem dei? Hinc nos admo
net, dicens: Quærite faciem eius ſemper. Hinc pro Pſal. 44
pheta ait: Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed Iſaię. 26
& ſpū meo in pręcordijs meis de mane uigilabo ad
te. Hinc ei iterū eccleſia in Canticis Cāticorum di- Can. 4.
cit: Vulnerata charitate ego ſum. Iuſtum q̄ppe eſt,
ut ex uiſione medici pertingat ad ſalutem, quę per
æſtum eius deſiderij uulnus amoris portat in pe-
ctore. Hinc rurſus ait: Anima mea liquefacta eſt.
Mens nanq; hoīs, conditoris ſui ſpeciem non quæ- Cant. 5.
rentis, male dura eſt, quia in ſemetipſa remanet fri
gida: at ſi iā ardere ex deſiderio cœperit, ad ſequē-
dum quem diligit, liquefacta p ignem amoris cur
rit. Fit deſiderio anxia, uileſcunt in ſeculo cuncta
quæ placebāt, nihil eſt quod extra conditorem li-
beat: & quæ prius delectabāt animā, poſtmodum
fiunt uehementer oneroſa. Nil eius mœſtitiam cō-
ſolatur, q̄uſq; adhuc q̄ deſiderať, non aſpiciť. Mœ-
ret mens, lux ipſa faſtidio eſt, taliq; igne in mente
decoq̄tur rubigo culpæ, & ſuccenſus animus quaſi
auri more, quia per uſum ſpeciē pdidit, per incēdi-
um clareſcit. Iſta itaq; quæ ſic amat, quæ ſe ad mo-
numentum quod perſpexerat iterum inclinat, ui-
deamus quo fructu uis amoris in ea ingeminat o-
pus inquiſitionis. Sequitur: ¶ *Vidit duos angelos in
albis ſedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi po
ſitum fuerat corpus Ieſu.* Quid eſt quod in loco dn̄ici
corporis duo angeli uidentur, unus ad caput, atq;
alius ad pedes ſedens, niſi quod latina lingua ange
lus uocatur nuncius, & ille ex paſſione ſua nunci-
andus erat, qui & deus ante ſecula eſt, & homo in
fine ſeculorum? Quaſi ad caput ſedet angelus, cū
per apoſtolum Iohānem prædicatur, quia in prin- Iohan. 1.
cipio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, &
deus erat uerbū. Et quaſi ad pedes ſedet angelus,
cum dicit: Verbum caro factum eſt, & habitauit in
nobis. Poſſumus etiam per duos angelos, duo te-
ſtamenta cognoſcere, unum prius, & aliud ſequēs.
Qui uidelicet angeli per locum dn̄ici corporis ſi-
bimet ſunt coniuncti, q̄a nimirū utraq; teſtamēta
dum pari ſenſu incarnatum & mortuum, ac reſur-
rexiſſe dn̄m denunciant, quaſi teſtamentum prius
ad caput & teſtamētum poſterius ad pedes ſedet.
Vnde & duo Cherubim, *qui propiciatorium te- *quæ
gunt, ſeſe inuicem aſpiciunt, uerſis uultibus in ꝓpi
ciatorium. Cherubim quippe plenitudo ſciētię di-
citur. Et q̄d p duo Cherubim, niſi utraq; teſtamē-
ta ſignanť? Quid uero per ꝓpiciatorium, niſi incar
natus dn̄s figurať? de quo Iohānes ait: Ipſe eſt em̄ 1. Ioh. 2.
ꝓpiciatio ꝓ pc̄tis noſtris. Et dum teſtamentū ue-
tus hoc faciendum denunciat, quod teſtamentum
bim

nouum de dño factū clamat, qoaſi utraq; Cheru-
bim ſe inuicem aſpiciunt, dum uultus in ꝓpiciato-
rium oertūt: qa dum ioter ſe poſitum incarnatum
quæ dominum uident, a ſuo aſpectu non diſcrepant, *
qui diſpenſationis eius myſteriom concorditer
narrant. Regrunt angeli Mariam, dicentes: ¶ *Mu-
lier, quid ploras? Et dicit eis: Quia tulerunt Dominum
meum, & neſcio ubi poſuerunt eum*. Ipſa nanq; ſacra
eloquia, quæ in nobis lachrymas amoris excitant,
eaſdem lachrymas conſolantur, dum nobis redē-
ptoris noſtri ſpeciem promittunt. Sed notandum
iuxta hiſtoriam eſt, quod mulier non ait: Tulerūt
corpus domini mei, ſed, tulerunt dominum meū.
Vſus nanque ſacri eloquij eſt, ot aliquando ex pa-
Iacob fi- tre totum, aliquando uero ex toto partem ſigni-
lijs ficet. Ex parte enim totum ſignificat, ſicut de *
Ge. 46. Iacob ſcriptū eſt: Quia deſcendit Iacob in Aegy-
ptum in animabus ſeptuaginta. Neq; enim in Ae-
gyptum animæ ſine corporibus deſcenderunt, ſed
per ſolam animam totus homo ſignatur, quia ex
parte totum exprimitor. Et ſolum dominicum
corpus in monumento iacuerat, & Maria non
corpus domini, ſed ſublatum dominum quære-
bat, uidelicet ex toto deſignans partem. ¶ *Hæc
autem cum dixiſſet, conuerſa retrorſum, uidit Ieſum ſtan
tem, & neſciebat quia Ieſus eſſet*. Notandum quod
Maria quæ adhuc de domini reſurrectione dubi-
tabat, retrorſum conuerſa eſt, ot uideret Ieſum,
quia uidelicet per eandem dubitationem ſuam
quaſi tergum in domini faciem miſerat, quem re-
ſurrexiſſe minime credebat. Sed quia amabat &
dubitabat, uidebat & non agnoſcebat eum, quem
illi & amor oſtenderat, & dubietas abſcondebat.
Cuius adhuc ignorantia exprimitur, cum infer-
tur, & neſciebat quia Ieſus eſſet. ¶ *Qui dicit ei:
Mulier, quid ploras? Quem quæris?* Interrogatur cau-
ſa doloris, ut augeatur deſiderium: quatenus cum
nominaret quem quæreret, in amore eius arden-
tius æſtuaret. ¶ *Illa exiſtimans quia hortulanus eſ-
ſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eū, dicito mihi ubi po-
ſuiſti eum, & ego eum tollam*. Forſitan nec errando
hæc mulier errauit, quæ Ieſum hortulanum cre-
didit. An non ei ſpiritualiter & ſpecialiter hortu-
lanus erat: qui in eius pectore per amoris ſui ſe-
mina uirtutum uirentia plantabat? Sed quid eſt
quod viſo eo quem hortulanum credidit, cui nec
dum dixerat quem quærebat, ait: Domine, ſi tu ſu-
ſtuliſti eum? Quaſi enim iam dixiſſet ex cuius de-
ſiderio plangeret, eum dicit quem non dixerat.
Sed uis amoris hoc agere ſolet in animo, ut quem
ipſe ſemper cogitat, nullum alium ignorare cre-
dat. Recte & hæc mulier quem quærit, non dicit,
& tñ dicit, ſi tu ſuſtuliſti eum, qa alteri incognitū
non putat, quem ſic ipſa continuo plangit deſide-
rio. ¶ *Dicit ei Ieſus: Maria*. Poſtquam eam cōmuni
uocabulo appellauit ex ſexu, & agnitus nō eſt, uo-
cat eam ex noie, ac ſi apte dicāt, recognoſce eum à
q̃ recognoſceris. Perfecto quoq; uiro dicit: Noui
te ex noie, qa homo cōmune oim noſtrū uocabu-
lum eſt, Moyſes uero ꝓprium. Coi recte dicit qa
Exo 33. ex noie ſcitur, ac ſi ei dñs aperte dicat: Non te ge-
neraliter ut cæteros, ſed ſpecialiter ſcio. Maria er
go qa uocatur ex noie, recognoſcit autorem, atq;
eum ꝓtinus rabboni, id eſt, magiſtrum uocat, quia
& ipſe erat q quærebatur exterius, & ipſe q eam in
terius ut quæreret docebat. Iam uero ab euāgeliſ
audiuit ſta non ſubdit q d mulier fecit, ſed ex eo innuit q̃d
cui * addit * cum dicit: ¶ *Noli me tangere, nondum
enim aſcendi ad patrem meum*. In his namq; uerbis o-
ſtenditur, quod Maria amplecti uoluit eius ueſti-
gia quē recognouit, ſed ei magiſter dicit, noli me
tangere, non quia poſt reſurrectionem ſuam dñs Matt. 28
tactum tenuit fœminarum, cū de duabus ad ſepul-
chrum eius uenietibus ſcriptum ſit: Acceſſerunt &
tenuerunt pedes eius. Sed cur tangi non debeat, ra
tio quoque additur, cum ſubinfertur: Nondum eñi
aſcendi ad patrem meum. In corde etenim noſtro
tunc Ieſus aſcendit ad patrem, cum æqualis credi-
tur patri. Nam quiſquis eum æqualem patri non
credit, adhuc in eius pectore ad patrem Ieſus non
aſcendit. Ille ergo Ieſum ueraciter tangit, qui pa-
tri filium coæternom credit. In corde enim Pauli
iam ad patrem Ieſus aſcenderat, cum idem Paulus
dicebat: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam Phili. 2.
arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Vnde Iohan-
nes quoque redemptorem noſtrum manu fidei te-
tigit, qui ait: In principio erat uerbum, & uerbum
erat apud Deum, & Deus erat uerbum, hoc erat Ioh. 1.
in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta
ſunt. Tangit ergo Dominum, qui eum patri æter-
nitate ſubſtantiæ æqualem credit. Sed fortaſſe ali- quęſtiō
quis tacita * cogitatione pulſatur, quomodo fili-
us ęqualis eſſe poſſit. Qua in re humana natura q̃d
admirando comprehendere non ualet, reſtat ut
hoc ſibi eſſe credibile ex admiratione alia ſciat.
Habet nanq; quid ad hæc ſibi ſub breuitate reſpō-
deat. Conſtat enim, quia ipſe creauit matrem, in
cuius uirgineo utero ex humanitate crearetur.
Quid ergo mirū, ſi ęqualis eſt patri, qui prior eſt
matre? Paulo quoque atteſtante didicimus Chri- 1. Cor. 1
ſtum dei uirtutem, & dei ſapientiam. Qui ergo fi-
lium minorem putat, patri ſpecialiter derogat, cu
ius ſapientiam eſſe inæqualem fatetur. Quis ergo
potens homo æquanimiter ferret, ſi quis ei dice-
ret. Magnus quidem es, ſed tamen ſapientia tua te
minor eſt? Ipſe quoque dominus dicit: Ego & pa-
ter unū ſumus. Sed rurſus ait: Pater maior me eſt. Ioh. 10
De quo etiam ſcriptum eſt, quia ſubditus erat pa- Ioh. 14.
rentibus ſuis. Quid ergo mirum ſi ex humanitate Luc. 2.
ſua minorem ſe patre aſſerit in cælo, ex qua ſubie-
ctus erat etiam parentibus in terra? Ex qua huma
nitate nunc Mariæ dicitur: ¶ *Vade ad fratres meos,
& dic eis: Aſcendo ad patrē meū, & patrem ueſtrum: deū
meum & deum ueſtrū*. Cum meum dicat & ueſtrum,
cur non cōmuniter dicit noſtrū? Sed diſtincte lo-
quens indicat, quia eundem patrem & deum diſſi-
militer habeat ipſe, quam nos. Aſcendo ad patrem
meum, uidelicet per naturam: & patrem ueſtrum, quia
per gratiam: ad deum meum * qua deſcendi: ad de quia
um ueſtrum, * qua aſcenderis. Quia enim & ego
homo, deus mihi eſt: quia uos liberati ab errore, de
us eſt uobis. Diſtincte igitur mihi & pater & deus
eſt: quia quem ante ſecula deum genuit, hominem
in fine ſeculorom me mecū creauit. ¶ *Venit Maria
Magdalene annuncians diſcipulis, quia uidi dominum,* * *
& hæc dixit mihi. Ecce humani generis culpa ibi
abſciditur unde proceſſit. Quia enim in paradiſo
mulier ultro ꝓpinauit mortem, à ſepulchro mulier
uiris annunciauit uitā & dicta ſui uiuificatoris nar-
rat, quę mortiferi ſerpentis uerba narrauerat: ac ſi
humano generi non uerbis dominus, ſed rebus di-
cat: De qua manu uobis illatus eſt potus mortis, de
ipſa ſuſcipite poculum uitę. Hęc de expoſitione le-
ctionis euangelicę ſuccincte tranſcurrimus: nunc
opitulante eodem de quo loquimur domino, & re
ſurrectionis eius gloriā, & pietatis eius uiſcera cō

 ſideret

neq; in loco ſe manifeſtat. Inclinat ſe illa, nec ſemel uidiſſe ſufficit. Nihil eſt ſatis amanti, proſpicit in monumentũ, & uidet duos angelos, qui nihil melius quam duo teſtamenta ſignificabãt. Quibus nunciantibus Chriſti natiuitatẽ, paſsionem, & reſurrectionem, & quæcunq; de eo ſunt, pleniſsime inſtruimur & docemur. Qui quoniam gaudium & reſurrectionẽ mũdo ſpecialiter nunciare uenerãt, nõ immerito, ſed digne ſatis in albis apparẽt. Stat unum duorum teſtamentorum, quæ per angelos figurantur, ad caput Dominici monumẽti, & unũ ad pedes, quia nunc de diuinitate, nunc de humanitate nobis loquuntur. Per Chriſti enim caput, diuinitatem: & per pedes, eius humanitatem intelligimus. Hoc enim ſignificauit Moyſes: qui cum de agno illo Paſchali & ſignificatiuo loqueretur, ait: Et comedetis carnes agni nocte illa, cum azymis & lactucis agreſtibus, caput & pedes cum inteſtinis uorabitis. Sed audiamus quid flenti mulieri angeli dicant: Mulier (inquiunt) *quid ploras?* Non eſt plorandum, ſed plaudendum: hic dies lætitiæ, non mœroris. Læta uenimus nunciare tibi. Sed potius ad illum reſpice, quem tanto amore uidere deſideras. *Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum.* Magnus, inquit, dolor me flere cõpellit, magna triſtitia coarctat uiſcera mea, qa tulerunt mihi dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. *Hoc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, uidit Ieſum ſtãtem: & neſciebat quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus, Mulier quid ploras? quem quæris?* Sciebat enim dominus, quid illa quærebat: nec ignorando, ſed conſolando eam interrogabat, & ideo interrogationem duplicauit, ut audita uoce eum agnoſceret. *Illa æſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi ubi poſuiſti eum, & ego eũ tollã.* Quaſi de cognito loquitur: & quem ipſa diligebat, omnes ſcire cogitabat. *Dicit ei Ieſus, Maria.* At illa ut ſe ſuo nomine uocari audiuit, mox eum cognouit, & à monumento (à quo præ nimio amore oculos auertere non poterat) ad illum conuerſa ait: *Rabboni.* Quod autem ſignificet Rabbuni, Euangeliſta expoſuit: quod dicitur magiſter. Statim autẽ ut eum cognouit, corruit ad pedes eius. Cui Dominus, *Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrem meum.* Ac ſi dicat, noli me manibus tangere, quem nondum fide tetigiſti: crede quia ſurrexi, & quia inferno expoliato iam ſecundum animam cœlos aſcendi: nec me quæras in monumento, qui ubique ſum, & loco arctari non poſſum. Nondum me credis aſcendiſſe ad patrem, nondum me credis æqualem patri. Quid eſt enim ad patrem aſcẽdere, niſi patri æqualem eſſe? non altius extenditur pater quam filius: ubicunque eſt pater, ibi eſt & filius. Non igitur eum tangat, neque ad eum accedere præſumat, quicunque talem & tantum eum eſſe non credit. Tenuit tamen illa pedes eius, ſicut & aliæ mulieres, de quibus alij euangeliſtæ ſcribũt. Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum & patrem ueſtrum, ad Deum meum & ad Deum ueſtrum. Notiſsima uerba, & quæ per ſeipſum ſæpe eis prædixerat, illis mandat: quatenus ea audientes, facilius crederent uerum eſſe quod mulier nunciabat. Venit Maria Magdalena, annuncians diſcipulis, quia uidi Dominum, & hæc dixit mihi.

FERIA SEXTA PASCHAE, Matthæi xxviij.

¶In illo tempore: Vndecim diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi conſtituerat illis Ieſus: & uidentes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Euãgelica lectio fratres chariſſimi quam modo audiuimus, & iuxta literam gaudio plena refulget, quia triumphum redẽptoris noſtri, ſimul & redẽptionis noſtræ dona, plano ſermone deſcribit: & ſi hanc enucleatius pertractare uelimus, gratiorẽ in litera fructũ ſpiritalis ſenſus inditũ eſſe cõperimus. Sermo etenim dei, aromatũ more, q̃ ſubtilius quaſi terendo & cernendo diſcutitur, eo maiorem interne ſuæ uirtutis fragrantiam reddit. Planum nãque eſt, & dulce ad audiendum pijs, quod diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi conſtituerat illis Ieſus, & uidentes eum adorauerunt. Sed non uacat à myſterio, quod Dominus in Galilæa poſt reſurrectionem, uel quod in monte diſcipulis apparuit. In monte etenim apparuit, ut ſignificaret, quia corpus quod de communi humani generis terra naſcendo ſuſceperat, reſurgendo iam ſuper terrena omnia ſubleuatum cœleſti uirtute induerit. In monte apparuit, ut admoneret fideles, ſi illic celſitudinem reſurrectionis eius cupiunt uidere, hic ab infimis cupiditatibus ad ſuperna ſtudeant deſideria tranſire. Nomen uero Galilææ quid myſterij ſalutaris contineat, crebra patrũ expoſitione notiſſimum eſt. Sed non ab re eſt, ſæpius uerbo repetere, quod ſemper neceſſe eſt animo retinere. Galilæa quippe tranſmigratio facta, uel reuelatio dicitur. utraq; autem interpretatio nominis ad unum finem reſpicit. ſiquidem ſupra legimus dixiſſe angelũ mulieribus, Ite, dicite diſcipulis eius quia ſurrexit: & ecce precedet uos in Galilæam, ibi eum uidebitis: & nunc Euangeliſta narrante cognouimus, quia abierunt diſcipuli in Galilæam, & uidẽtes eum adorauerunt. Quid eſt ergo quod Ieſus præcedit diſcipulos in Galilæam, ut uideatur ab eis, ſequuntur & illi, & uidẽtes eum adorant: niſi quia ſurrexit Chriſtus à mortuis primitiæ dormientium, ſequuntur autẽ hi qui ſunt Chriſti, & ipſi ſuo ordine ad uitam de morte tranſmigant, ibique eum uidentes adorant, quia in ſpecie ſuæ diuinitatis contẽplantes, ſine fine collaudant? Cui uiſioni congruit illud, quod Galilæa etiam reuelatio interpretatur. Tũc enim reuelata facie (ſicut Apoſtolus teſtatur) gloriam domini ſpeculantes, in eãdem imaginẽ transformamur, quicunq; modo reuelamus ad eum uiam noſtram, eiusq; ueſtigia fide ſequimur non ficta. 2.Co.3. ¶*Et uidentes (inquit) eũ adorauerunt, quidam autem dubitauerunt.* *Sed quærentibus unde dubitauerint, qui uidentes dominũ adorauerunt, nulla magis cauſa occurrit, quam ea cuius Lucas meminit. quũ ipſo reſurrectionis ſuæ die diſcipulis eum apparuiſſe narraret: Conturbati uero & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum uidere. Si quærimus. Videntes ergo dominum cognoſcunt: & qa hunc deum eſſe didicerant, demiſſis in terram uultibus adorant. Luc. 24 Sed inerat mentibus eorũ non contemnenda dubietas: quia ſe non corpus in quo paſſus eſt reſuſcitatum, ſed ſpiritum quem finita paſſione tradidit, ſolum uidere putabant. Vnde con-

enm ipſa die non iam in terra poſitum, ſed eleua-
tum in aera, cælosque petentem, dicentibus ſibi an
Actu. 1. gelis: Sic ueniet qnemadmodum uidiſtis eum eun
tem in cœlum. Hac ergo frequẽtia corporalis ſuę
manifeſtationis, oſtendere uoluit dominus, ut di-
ximus, in omni loco ſe bonorum deſiderijs diuini-
tus eſſe preſentem. Apparuit nanq; ad monumen
tnm lugẽtibus: aderit & nobis abſentię eius recor
datione ſalubriter contriſtatis. Occurrit reuerten
tibus à monumẽto, ut agnita reſurrectiõis gaudia
predicarẽt. Aderit & nobis, dũ bona quę nouimus
ꝓximis fideliter annunciare gaudemus. Apparuit
in fractione panis, his qui ſe peregrinũ putantes,
eſſe ad hoſpitiũ uocauerunt. Aderit & nobis, quũ
peregrinis & pauperibus quæcũq; poſſumus bona
libẽter impẽdimus. Aderit & nobis in fractiõe pa
nis, cũ ſacramẽta corporis eius, uidelicet * panis
panis ni ui & uini, caſta ac ſimplili conſcientia ſumimus. Ap
paruit in abdito de ſua reſurrectione loquẽtibus.
Adeſt & nobis modo, eius dono idem agentibus.
Aderit nobis ſemper, cum ab extrinſecis operibus
ad tempus uacantes, de eius gratia locuturi cõue
nimus. Apparuit, cũ foribus clauſis intus metu Iu
dæorum reſiderent. Apparuit, cum minorato eo-
dem metu, apertis eum greſſibus in montis uerti-
ce quærerent. Affuit quondam confortaturus ſuo
ſpiritu eccleſiam, cum ab infidelibus premeretur,
& ad publicum uenire ac dilatari prohiberetur. At
deſt eidem & nunc, cum inclinato ad fidem culmi-
ne regali, terror quieuit perſecutionis, & omnis
mundi ſublimitas apoſtolicis eſt ſubdita ueſtigijs.
Apparuit piſcantibus, eisq; appropiãs, diuinis ad-
iuuit beneficijs. Aderit & nobis, cum neceſſaria ui-
tæ temporalis recta intentione curamus, iuſtisq;
noſtris laboribus ſubſidium ſuæ pietatis adiungit.
Apparuit recumbentibus. Aderit & nobis, cum
iuxta Apoſtoli monita, ſiue manducamus, ſiue bibi-
1.Co. 10 mus, ſiue aliud quid agimus, omnia in gloriam dei
facimus. Apparuit primo in Iudæa, deinde in Gali-
læa, poſt hæc rurſus in Iudæa die quo aſcendit in
cælum. Aderit eccleſiæ, cum primo ſolius Iudææ
terminis clauderetur: adeſt modo, cum Iudæis ob
culpam perfidiæ derelictis, tranſmigrauit ad gen-
tes. Aderit in futuro, cum ante finem ſeculi reuer-
Rom.11 tetur ad Iudæam. Et ſicut Apoſtolus ait, intrante
gentium multitudine, ſic omnis Iſrael ſaluus erit.
nouiſſime illis apparuit aſcendens in cœlum ade-
Luc.24. rit & nobis, ut eum poſt mortem ſequi mereamur
ad cœlos, ſi ante mortem eum in Bethaniam nude
aſcendit, id eſt, in domum obedientiæ ſequi cura-
mus. Ipſe etenim cœlos aſcenſurus, Bethaniam ue-
nit: quia ſicut Apoſtolus ait, Factus eſt obediens uſ-
que ad mortem, mortem antem crucis. Propter
Philip.2 quod & deus illum exaltauit. Veniemus ibidem &
nos, ſi quod ille monet agimus, quod promiſit in-
tendimus. Eſto, ait, fidelis uſq; ad mortem, & da-
bo tibi coronam uitæ. Fitq; ipſius gratia largiente
Apoc.2 ut qui nobiſcum uſque ad uitæ huius terminum ma
net, poſt hanc nos uitam ad uidẽda ſecum uitæ cœ
leſtis præmia ſubleuet, in qua uiuit & regnat cum
patre deus &c.

DE EADEM FERIA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

HAec autem uiſio quando facta ſit, incertũ ha-
beo: quoniam Thomas (qui unus erat ex iſtis)
ante dies octo Dominũ uidiſſe narratur. Sed
non uacat à myſterio, quod de Iudæa in Galilæam
diſcipulos ſuos dñs ire præcepit, ubi ſe illis manife
ſtare uoluit. Narrant enim Euangeliſtæ, mulieres
ad ſepulchrum dñi ueniſſe, & angelum eis dicentẽ
audiſſe: Nolite timere: ſcio enim quia Ieſum quæ-
ritis, Nazarenum crucifixum: ſurrexit, non eſt hic
ſed cito euntes, dicite diſcipulis eius & Petro, quia
ꝓcedet uos in Galilæam: ibi eum uidebitis, ſicut di-
xit uobis. Quid autem mulieres ſignificent, & qua
re ſe illis poſt reſurrectionem prius dominus ma-
nifeſtare uoluit, cur etiam Petrus nomine uocetur,
iã ſuperius expoſuimus. Dicendum eſt igitur quid
per Galilæã, & quid per montem ad quem eos ue-
nire conſtituit, ſignificetur. Galilæa nanq; quę trãſ
migratio interpretatur, eccleſiam ſignificat, ad q̃
& de qua magna quotidie tranſmigratio fit. Ma-
gna quidem de peccatoribus tranſmigrantibus ad
ipſam magna uero & de iuſtis ad cælos tranſmi-
grantibus ab ipſa. Sed quid ad eccleſiam ueniſſe ꝓ-
fuit, niſi & in montem aſcendamus, in quo ſe domi
nus uidendum eſſe conſtituit? Mons iſte hoc Euan-
gelium mihi eſſe uidetur, in quo Chriſti paſſio &
reſurrectio nunciatur, in quo & ipſe ſuis fidelibus
manifeſtatur, cognoſcitur, & adoratur. Sed uis au-
dire Ieſum ſuis diſcipulis in hoc monte loquentẽ?
audi & intellige. O ſtulti, inquit, & tardi corde ad
credendum in ōibus quæ loquuti ſunt prophetæ.
Nonne ſic oportuit pati Chriſtum, & reſurgere à
mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam? Itemque.
Palpate & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa nõ
habet, ſicut uos uidetis me habere. Sunt autem &
multa talia, quibus ſe dominus in hoc mõte ſuis di
ſcipulis manifeſtat. Vis etiam uidere Ieſum in mon
te Dauid, id eſt, in Pſalterio ſe manifeſtantem, &
diſcipulos alloquentem? Ego, inquit, dormiui, &
ſomnum cepi, & reſurrexi: quoniam dñs ſuſcepit
me. Et iterum, Foderunt manus meas & pedes me
os, dinumerauerunt oĩa oſſa mea. Ipſi uero cõſide
rauerũt & cõſpexerũt me: diuiſerũt ſibi ueſtimẽta
mea, & ſup ueſtẽ meã miſerunt ſortẽ. Sed qd dici-
mus? Tot ſunt mõtes, q̃t & prophetæ: tot ſunt mõ
es, quot & librorum uolumina. De his enim monti
bus ſcriptum eſt, Leuaui oculos meos ad montes:
unde ueniet auxilium mihi. Et alibi, Vt quid ſuſpi-
camini montes coagulatos? mons in quo benepla
citũ eſt deo habitare. Venite, aſcẽdamus igitur in
montẽ dñi, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos
uias ſuas, & ambulauimus in ſemitis eius. Ideo enĩ
& Apoſtoli in Galilæã abierunt, & in mõtem ubi
conſtituerat Ieſus illis aſcenderunt, & uidentes eũ
adorauerunt qdã autem dubitauerunt. Ego quidẽ
puto, quod illi qui dubitauerunt, hæreticos ſignifi-
cabant, qui ex nobis quidem exierunt, ſed non erãt
ex nobis. Sequitur: *Et accedens Ieſus, locutus eſt eis,
dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.*
Qui enim ſecundum diuinitatem ſemper ſimul cũ
Patre & ſpirituſancto omnium rerum poteſtatem
habuit, nunc etiam ſecundũ humanitatem omniũ
rerum poteſtatem accepit: ut homo ille qui nuper
paſſus eſt, & cœli & terræ dominetur: neq; iam ſo-
lummodo Iudęorum uerum etiam omnium Genti
um & deus & dñs eſſe credatur. Habet enim in cæ
lo poteſtatem eligendi quoſcunq; uult: quia hic &
ibi facit quicquid uult. *Euntes ergo docete omnes gẽ
tes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiri-
tusſancti.* Iam, inquit, nulla diſtinctiõe, qui credide
rit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: omnes docete,
omnes uocate, & baptizate, ſiue Iudęi fuerint, ſiue
Gẽtiles: docete eos ſeruare oĩa quæcunq; mãdaui

Iſrael ſaluus erit. ¶ *Et uidit, & credidit.* Quid fratres
quid æſtimandum eſt credidiſſe? Nunquid quia do
minus ſurrexerat quem quærebat? Non utiq;, quia
adhuc tenebræ erant ad monumentum: & ſubiun-
cta quoq; uerba contradicunt, cum dicitur: ¶ *Non-*
dum enim ſciebant ſcripturas: quia oporteret eum a mor
tuis reſurgere. Quid ergo uidit, & quid credidit?
Vidit linteamina poſita, & credidit, quod mulier
dixerat, de monumento dñm fuiſſe ſublatum. Qua
in re diuinæ diſpenſationis magnitudo penſanda
eſt, q̃d diſcipulorum corda & accenduntur ut quæ
rant, & differenẽ ne inueniãt: quatenus infirmitas
animi ipſo ſuo mœrore cruciata, purgatior ad inue
niendum fiat: & tanto ualidius teneat cum inuene
rit, quanto tardius inuenit quod quęrebat. Hęc ſub
breuitate fratres chariſsimi de euãgelica lectione
trãſcurrimus, nũc reſtat ut de ipſa tãtę ſolennitatis
nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim recte no-
bilitatem ſolennitatis dicamus, qa ſolẽnitates cęte-
ras antecedit. Sicut enĩ in ſacro eloq̃o ſancta ſan-
ctorũ uel cãtica canticorũ ꝓ ſui magnitudine dicũ-
tur, ita hęc feſtiuitas recte dici poteſt ſolennitas ſo
lennitatũ. Ex hac q̃ppe ſolennitate exemplum no-
bis reſurrectiõis datũ eſt, ſpes cœleſtis patrię apta,
& facta ſupni regni iam prꝗſumptibilis gloria. Per
hanc electi, qui quãuis in tranquillitatis ſinu, tamẽ
apud inferni clauſtra tenebantur, ad paradiſi amœ-
na reducti ſunt. Quod ante paſsionẽ dixit, in reſur
3. rectione ſua dñs impleuit: Si exaltatus fuero à ter-
ra, oĩa traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de
electis ſuis apud inferos nullum reliq̃t. Omnia abſ-
tulit, utiq; electa. Neq; etenim infideles quoſq;, &
ꝓ ſuis criminibus æternis ſupplicijs deditos, ad ue
niam dominus reſurgẽdo reparauit, ſed illos ex in-
ferni clauſtris rapuit, quos ſuos in fide & actibus re
cognouit. Vnde recte etiã ꝑ Oſee dicit: Ero mors
tua o mors, ero morſus tuus inferne. Id nanq; quod
occidimus, agimus ut penitus nõ ſit. Ex eo autem
quod mordemus, partem abſtrahimus, partẽ relin-
quimus. Quia ergo in electis ſuis funditus occidit
mortẽ, mors mortis extitit: qa uero ex inferno par
tem abſtulit, & partem reliquit, nõ occidit fundi-
tus, ſed momordit infernũ. Ait ergo: Ero mors tua
Oſee.13. o mors. Ac ſi apte dicat: Quia in electis meis te fũ-
ditus perimo, ero morſus tuus inferne, quia ſubla-
tis eis, te ex parte trãſfigo. Quæ eſt iſta ergo ſolen
nitas quę inferni clauſtra deſtruxit, & ianuas nobis
regni cœleſtis aperuit? Inquiratur ſubtilius nomen
eius, req̃ratur egregius prędicator, uideamus quid
1 Cor.5. de eius æſtimatione denunciet. Ait enim: Etenim
paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Si igitur
paſcha Chriſtus, penſandum nobis eſt quid de pa-
ſcha lex loq̃tur, ut indagemus ſubtilius an de Chri
ſto dicta uideantur. Moyſes quippe ait: Sument de
Exo.12. ſanguine agni, ac ponent ſuper utrunq; poſtem &
in ſuperliminaribus domorum in quibus comedẽt
illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azy-
mos panes cum lactucis agreſtibus. Non comede-
tis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum
tantum igni. Caput cum pedibus eius & inteſtinis
uorabitis: nec remanebit ex eo quicquã uſque ma-
ne: ſi quid reſiduum fuerit, igni comburetis. Vbi &
additur: Sic autem comedetis illum: Renes ueſtros
accingetis, calceamẽta habebitis in pedibus, tenen-
tes baculos in manibus, & comeditis feſtinantes.
Quæ uidelicet cuncta magnam nobis ædificatio-
nem pariũt, ſi fuerint myſtica interpretatione diſ-
cuſſa. Quis nanq; ſit ſanguis agni, non iam audien-
do, ſed bibendo didiciſtis. Qui ſanguis ſup utrunq;
poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis,
ſed etiã ore cordis hauritur. In utroq; etẽm poſte
agni ſanguis eſt poſitus, qñ ſacramentum paſsionis
illius cum ore ad redemptionem ſumitur, ad imita
tionem quoq; intenta mente cogitatur. Nam qui
ſic redemptoris ſui ſanguinẽ accipit, ut imitari paſ
ſionem illius necdum uelit, in uno poſte ſanguinẽ
poſuit, qui etiam in ſupliminaribus domorum po-
nendus eſt. Quid enĩ ſpũaliter domos, niſi mentes
noſtras accipimus, in quibus per cogitationẽ inha-
bitamus? Cuius domus ſuperliminare eſt ipſa intẽ-
tio, quæ p̃eminet actioni. Qui igitur intentionem
cogitationis ſuę ad imitationem paſsionis domini-
cę dirigit, in ſupliminari domus agni ſanguinẽ po-
nit. Vel certe domus noſtrę ipſa ſunt corpora, in q
bus quouſq; uiuimus, inhabitamus. Et in ſuperlimi-
nari domus agni ſanguinem ponimus, qa crucem
paſsionis illius in fronte portamus. De quo adhuc
agno ſubditur: Et edẽt carnes nocte illa aſſas igni.
In nocte quippe agnum comedimus, qui in ſacra-
mento modo dñicum corpus accipimus, qñ adhuc
ab inuicem noſtras conſcientias non uidemus: quæ
tamẽ carnes agni aſſandæ ſunt, qa nimirũ ignis diſ
ſoluit carnes quas aqua coxerit: quas uero ignis ſi-
ne aqua excoquit, roborat. Carnes q̃ppe agni no-
ſtri ignis coxit, qa eum ipſa uis paſsiõis illius ad re
ſurrectionẽ ualentiorem reddidit, atq; ad incorru-
ptionem roborauit. Qui enĩ ex morte cõualuit, ui-
delicet carnes illius ab igne duruerũt. Vnde etiam
per Pſalmiſtã dicit: Exaruit uelut teſta uirtus mea. Pſal.21.
Quidnanq; eſt teſta añ ignem, niſi molle lutũ? Sed
ei ex igne additur ut ſolidetur. Virtus ergo huma
nitatis eius uelut teſta exaruit: qa ab igne paſsiõis
ad uirtutem incorruptionis creuit. Sed ſola redem
ptoris noſtri ꝑcepta ſacramenta, ad uerã ſolennita
tem mẽtis nõ ſufficiũt, niſi eis quoq; & bona opera
iunganẽ. Quid enĩ ꝓdeſt corpus & ſanguinẽ illius
ore ꝑcipere, & ei ꝑuerſis moribus contraire? Vnde
bene adhuc ad comedendũ ſubditur: Et azymos pa- Exo.12.
nes cũ lactucis agreſtibus. Panes q̃ppe ſine fermen
to comedit, q recta opa ſine corruptione uanę glo-
rię exercet, qui mãdata miſericordię ſine admixti-
one peccati exhibet, ne ꝑuerſe diripiat, quod quaſi
recte diſpenſat. Hoc quoq; p̃eccati fermentũ bonę
ſuæ actioni miſcuerãt, quibus ꝓphetę uoce ꝑ incre
pationem dominus dicebat: Venite ad Bethel, & Amos.4
impie agite. Atq; poſt pauca: Et ſacrificate de fer-
mento laudem. De fermento nanq; laudem immo-
lant, qui deo ſacrificium de rapina parant. Lactucę
uero agreſtes ualde amarę ſunt. Carnes ergo agni
cum lactucis agreſtibus ſunt edẽdę, ut cum corpus
redẽptoris accipimus, nos ꝓ peccatis noſtris in fle
tibus affligamus: quatenus ipſa amaritudo pœnitẽ-
tię, abſtergat à mẽtis ſtomacho peruerſæ humorẽ
uitæ. Vbi & ſubditur: Non comedetis ex eo crudũ
quid, nec coctum aqua. Ecce iam nos ipſa uerba hi-
ſtorię ab intellectu hiſtorico repellunt. Nunquid,
fratres chariſsimi, Iſraeliticus ille populus in Ae-
gypto cõſtitutus, comedere agnũ crudum conſue-
uerat, ut & lex dicat, non comedetis ex eo crudum
quid? Vbi & additur: neq; coctum aqua. Sed quid
aqua, niſi humanam ſcientiam deſignat, iuxta hoc
quod per Salomonẽ ſub hęreticorum uoce dicitur,
Aquæ furtiuę dulciores ſunt? Quid crudę agni car- Prou 9.
nes, niſi inconſideratam, ac ſine reuerẽtia cogitati-
onis relictam illius humanitatem ſignificãt? Omne
enim q̃d ſubtiliter cogitamus, quaſi mẽte cog̃mus.

Sed agni caro nec cruda edēda eſt, nec aqua cocta:
quia redemptor noſter nec purus homo æſtiman-
dus eſt, neq; per humanam ſapiētiam qualiter de-
us in carnari potuit, cogitādum. Omnis enim qui
redemptorē noſtrū purū hominē credit, quid iſte
aliud quàm agni carnes crudas comedit, quas uide
licet coquere ꝑ diuinitatis eius intelligētiam no-
luit? Oīs uero qui in carnationis eius myſteria iu-
xta humanā ſapientiam diſcutere conatur, carnes
agni aqua uult coquere, id eſt, diſpenſationis eius
myſteriū, ꝑ diſſolutā uult ſcientiā penetrare. Qui
ergo paſchalis gaudij ſolennitatem celebrare deſi-
derat, agnū ſine aqua coquat, nec crudū comedat:
ut neq; per humanā ſapientiā profunditatē incar-
nationis illius penetrare appetat, neq; in eū tanq̄
in hominē purū credat, ſed aſſas igni carnes come-
dat, ut diſpenſare omnia per ſancti ſpiritus poten
tiā ſciat. De quo adhuc ſubiungitur: Caput cū pe-
dibus & inteſtinis uorabitis: quia redēptor noſter
eſt alpha & o, deus uidelicet ante ſecula, & homo
in fine ſeculorū. Sicut iā prędiximus fratres, Paulo
atteſtante, didicimus quia caput Chriſti deus. Ca-
put ergo agni uorare, eſt diuinitatem illius fide ꝑci
pere. Pedes uero agni uorare, eſt ueſtigia humani-
tatis eius amando & imitando perquirere. Quid
uero ſunt inteſtina, niſi uerborum illius occulta &
myſtica mandata? quæ tūc uoramus, cū uerba uitæ
cum auiditate ſumimus. In quo deuorationis uer-
bo, qd aliud q̄ pigritiæ noſtræ torpor reꝑhenditur
q eius uerba atq; myſteria & ꝑ noſmetipſos non re
quirimus, & dicta ab alijs audimus inuiti? Non re-
manebit ex eo quicquā uſq; mane: quia eius dicta
ſunt magna ſolicitudine diſcutiēda: quatenus pri-
uſquā dies reſurrectionis appareat, in hac pręſen-
tis uitæ nocte omnia illius mandata intelligēdo &
operando penetrētur. Sed quia ualde eſt difficile,
ut omē ſacrū eloquiū poſſit intelligi, & omne eius
myſteriū penetrari, recte ſubiungitur. Si quid aūt
remanſerit, igni comburetis. Quod ex agno rema-
net, igni cōburimus, qn̄ hoc quod de myſterio in-
carnationis eius intelligere & penetrare nō poſſu-
mus, poteſtati ſancti ſpiritus humiliter reſeruamus
ut non ſuꝑbe quis audeat uel contēnere uel denun-
ciare quod nō intelligit. Sed hoc igni tradit, cū ſpi
ritui ſancto reſeruat. Quia igitur qualiter edēdum
ſit paſcha cognouimus, nunc ꝗ qualibus edi debeat
agnoſcamus. Sequit̄: Sic aūt comedetis illū. Renes
ueſtros accingetis. Quid in renibus niſi delectatio
carnis accipit? Vnde & Pſal. poſtulat, dicēs: Vre re
Pſal. 25. nes meos. Si eñ uoluptatē libidinis in renibus eſſe
neſciret, eos uri minime petiſſet. Vnde qa poteſtas
diaboli in humano gn̄e maxime per luxuriā ꝑualu-
Iob. 40. it, de illa uoce dñica dicitur: Poteſtas eius in lūbis
eius. Qui ergo paſcha comedit, habere renes accin
ctos debet, ut q ſolennitatē reſurrectionis atq; in-
corruptionis agit, corruptioni iā ꝑ uitia nulla ſub-
iaceat, uoluptates edomet, carnē à luxuria reſtrin
gat. Neq; eñ cognouit q̄ ſit ſolēnitas in corrupti-
onis, q adhuc ꝑ incōtinentiā corruptioni ſubiacet.
Hæc quibuſdā dura ſunt, ſed anguſta porta eſt quę
ducit ad uitā. Et habemus iam multa exēpla cōti-
nentium. Vnde bene adhuc ſubditur: Calceamenta
habebitis in pedibus. Quid etenim ſunt pedes no-
ſtri, niſi opa? qd uero calceamēta, niſi pelles mortu
orū animaliū? Calceamēta aūt pedes muniūt. Quę
uero ſunt mortua animalia, ex quorū pellibus no
ſtri muniūtur pedes, niſi antiqui patres, qui nos ad
æternam patriam præceſſerunt quorū dū exempla
conſpicimus, noſtri operis pedes munimus. Calcea
mēta ergo in pedibus habere, eſt mortuorū uitam
conſpicere, & noſtra ueſtigia à peccati uulnere cu-
ſtodire. Tenētes baculos in manibus. Quid lex per
baculos, niſi paſtoralē cuſtodiam deſignat? Et no-
tandū, quod prius ꝑcipimur renes accingere, poſt-
modū baculos tenere, quia illi debēt curā paſtoralē
ſuſcipere, qui iam in ſuo corpore ſciunt fluxa luxu-
riæ domare, ut dum alijs fortia prędicāt, ipſi deſide
rijs mollibus eneruiter nō incūbant. Bene aūt ſub-
ditur: Et comedetis feſtinantes. Notate chariſſimi
fratres, notate q̄d dicit̄, feſtināntes. Mādata dei, my
ſteria redēptoris, cœleſtis patrię gaudia cū feſtina-
tione cognoſcite, & pręcepta uitæ cū feſtinatione
implere curate. Quia enim adhuc hodie licet bene
agere ſcimus, utrū cras liceat, ignoramus. Feſtinan
tes ergo paſcha comedite. i. ad ſolēnitatē patrię cę
leſtis anhelate. Nemo in huius uitę itinere torpeat
ne in patria locū ꝑdat. Nemo moras ad appetenda
ſtudia innectat, ſed cœpta ꝑficiat, ne minime liceat
implere q̄d inchoat. Si ad amorem dei pigri nō ſu-
mus, adiuuat ipſe quē amamus. Ieſus Chriſtus dñs
noſter, qui uiuit & regnat cū deo patre in unitate
ſpiritusſancti deus, per oīa ſecula ſeculorū, Amen.

DE EODEM DIE HOMILIA D. Euſebij. Emiſſeni.

QVantum ad literam, magnus amor compelle-
bat hanc mulierē, ut ante lucem ad monumen
tum Dominum quæreret. Quātum autem ad
ſpiritualem intelligentiam, adhuc tenebris inuolu-
ta erat, quia nōdum interius illuminata Chriſti re-
ſurrectione credebat. Vnde etiam illi à Domino di-
citur. Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad
patrem meum. Sed quid mirum, ſi reſurrectionem
mulier ignorabat, cum hic idem dilectus Domini
diſcipulus de ſeipſo dicat, quod nōdum ſciebat ſcri
pturas, qa oporter eū à mortuis reſurgere? Cucur
rit ergo, & uenit ad Simonem Petrū, & ad alium
diſcipulum quem amabat Ieſus, & dicit eis: *Tulerūt
Dominum de monumēto, & neſcimus ubi poſuerunt eum.*
Quia enim in monumento Dominus non erat, non
reſuſcitatum, ſed ſublatum eum eſſe credebat. Et
hoc ideo, quia adhuc ei tenebræ erant, & nondum
mentis oculos apertos habebat. Dolebat tamen de
corpore Ieſu, quod iam ubi quereret, neſciebat
*Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus, & uenerunt ad
monumentum.* Sed quo modo uenerunt? Currendo
utique. Et hoc eſt quod ait. Currebant autem duo
ſimul: & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Pe
tro, & uenit primus ad monumentum. Et cum ſe
inclinaſſet, uidit linteamina poſita, non tamen in-
troiuit. Venit ergo Simon Petrus, ſequens eum, &
introiuit in monumentum, & uidit linteamina po-
ſita, & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non
cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolu-
tum in uno loco. Tunc ergo introiuit & ille diſci-
pulus qui uenerat primus ad monumentum, & ui-
dit, & credidit. Duo iſti diſcipuli, duos populos ſi-
gnificant, ad Chriſtum currentes, & ad fidem ue-
nientes, Iudæos ſcilicet & Gentiles. Ex his enim
tota cōſiſtit eccleſia. Et Ioannes quidem ſignificat
Iudæos. Petrus uero Gentiles deſignat: quoniā Iu-
daicus populus minor & iunior eſt, Gentilis uero
maior & antiquior, ſicut Petrus eſt maior & anti-
quior Ioāne. Sed Ioānes pręcucurrit citius Petro,
quia Iudaicus populus prius quàm Gētilis ad fidei
cognitionem uenire cœpit. Et uenit ad monumen-
tum, ſed non ſtatim introiuit, quia Chriſti reſurre-
ctio-

nē audiēs, nō credidit. Si enī ſtatim introiſſet & linteamina tetigiſſet, cū ibi Chriſtū nō eſſe ſenſiſſet, reſurrexiſſe crediđiſſet. Sed qd p linteamīa Chriſti, p indumēta uerbi dei, niſi literā intelligimus, qa uerbū indutū nō apparet? Verbū utiq, q̄d in principio erat uerbū & uerbū erat apd deū, & deus erat uerbū q̄d quidē niſi literę uelamine expoliatū fuerit, neq uidet, neq cognoſcit. *Venit Ioānes ad monumentū, & inclinauit ſe, uidit linteamina, ſed non tetigit*: qa & Iudæi uſq hodie ſe ad legendū inclināt, ſed nō intelligūt. Tāgere enī intelligere eſt. Nūc aūt uideamus, quid Petrus quoq fecerit, q poſt Ioannē ad monumentū uenit (inquit) *Simō Petrus, ſequens eum*. Et qd fecit? Et introiuit in monumentum. Sed non introiſſet, niſi cognouiſſet. Introiuit ergo, & uidit, diligenterq inſpexit ſola linteamina ibi eſſe poſita, & illū reſurrexiſſe cognouit, qui in illis linteaminibus prius inuolutus latebat. Sic & nos cum ad librum accedimus, id eſt, ad monumentum Chriſti, in qua eius mortis & reſurrectionis recordamur, & admonemur: dum intelligendo intramus, literæ uelamina reuoluimus, mox Chriſtum Dominum reſurrexiſſe cognouimus. Cum enim legimus. Ego dormiui, & ſomnum cepi, & reſurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me. (Si tamen hoc monumentum cum Petro intramus: intramus autem, ſi intelligimus & literæ uelamina reuoluimus) Chriſtum Dominum reſurrexiſſe cognoſcimus. Hoc autem Iudæi non cognoſcunt, quia & ſi monumentum & linteamina, id eſt, librum & literas uideant, illuc tamen intelligendo non intrant. Vſitata locutione: ut in illam ſententiam nos non poſſe intrare dicamus, quam intelligere non ualemus. Videamus etiam quid ſudarium illud ſignificet, quod ſuper eius caput poſitum fuerat. Si enim (ut Apoſtolus ait) caput Chriſti, Deus eſt, quid ſudarium quo tegitur caput, niſi illam ſcripturam deſignat, quæ loquitur de diuinitate? Vis uidere ſudarium quo tegitur caput Chriſti? lege huius euangelij caput. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Vnde & bene de hoc ſudario dicitur, quia non cum cæteris linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim in uno loco inuolutum erat: quoniam magna diſtantia eſt inter eas ſcripturas quæ de Chriſti diuinitate, & eas quæ de eius humanitate loquūtur. Hinc eſt quod de quibuſdam ſeparatis ſacrificijs nemo comedit, niſi Aaron cum filijs maſculis. *Tunc ergo introiuit, & ille diſcipulus qui uenerat primū ad monumentū, & uidit, & credidit.* Hoc eſt enī q̄d Apoſtolus ait. Cum plenitudo gentium introierit, tunc Iſrael ſaluus fiet. Prius igitur neceſſe eſt ut Petrus introeat cum tota gentium plenitudine, quæ per eū ſignificatur: & ſic poſtea intrabit Ioannes cum Iudæorum populo, qui per eum deſignatur. Quod autem ait, & uidit, & credidit, non plane de reſurrectione, ſed de his quę mulier dixerat, Dñm uidelicet de monumēto fuiſſe ſublatū, intelligi debet. Vnde & ſubdit. *Nondū enī ſciebat ſcripturā, quia oportet eū a mortuis reſurgere.* Ideo enī ſcripturā nondū ſciebat, qa adhuc linteamina a lōge uidebat. Diximus enī ſcripturā p linteamīa ſignificari.

IN OCTAVA PASCHAE.

¶ In illo tpe: Cum eſſet ſero die illa una ſabbatorū, & fores eſſent clauſæ ubi erāt diſcipuli cōgregati propter metū Iudæorū, uenit Ieſus, & ſtetit in medio eorū, & dicit eis: Pax uobis. Et reliqua. Homilia B. Greg.



PRima lectionis huius euangelicę q̄ſtio animum pulſat, q̄modo poſt reſurrectionem corpus dominicum uerū fuit, quod clauſis ianuis ad diſcipulos ingredi potuit. Sed ſciendum nobis eſt, q̄d diuina operatio ſi ratione cōprehendit, nō eſt admirabilis, nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sed hæc ipſa redemptoris noſtri opera, quę ex ſemetipſis cōphēdi nequaq̄ poſſunt, ex alia eius operatiōe pēſanda ſunt, ut rebus mirabilibus fidē prebeant facta mirabiliora. Illud enī corpus dñi intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, quod uidelicet ad humanos oculos per natiuitatē ſuā clauſo exijt utero uirginis. Quid ergo mirū, ſi clauſis ianuis poſt reſurrectionē ſuam in æternum iam uicturus intrauit, qui moriturus ueniens, non aperto uirginis utero exiuit? Sed quia ad illud corpus q̄d uideri poterat, fides intuētium dubitabat, oſtēdit eis ꝓtinus manus & latus, palpandā carnem ꝓbuit, quā clauſis ianuis introduxit. Qua in re duo mira, & iuxta humanā naturā ſibi ualde cōtraria oſtendit, dum poſt reſurrectionem corpus ſuum & incorruptibile, & tñ palpabile demōſtrauit. Nam & corrūpi neceſſe eſt quod palpat: & palpari non poteſt quod non corrūpitur. Sed miro modo atq inæſtimabili redemptor noſter & incorruptibile poſt reſurrectionē, & palpabile corpus exhibuit, ut monſtrando incorruptibile, inuitaret ad pmiū: pbendo palpabile, formaret ad fidē. Et incorruptibilem ſe ergo & palpabilem demonſtrauit, ut profecto eſſe poſt reſurrectionē oſtēderet corpus ſuū & eiuſdem naturæ & alterius gloriæ. ¶ *Dicit eis: Pax uobis. Sicut miſit me pater, & ego mitto uos.* id eſt, ſicut miſit me pater deus deum, & ego mitto uos homo homines. Pater filiū miſit, q hūc pro redemptione gñis humani incarnari cōſtituit. Quem uidelicet in mūdum uenire ad paſſionem uoluit, ſed tamen amauit filium, quem ad paſſionē miſit. Electos uero apoſtolos dñs nō ad mundi gaudia, ſed ſicut ipſe miſſus eſt, ad paſſiones in mundum miſit. Quia ergo & filius amatur à patre, & tamen ad paſſionem mittitur: ita & diſcipuli amātur à dño, qui tamen ad paſſionē mittūtur in mundo. Itaq recte dicitur: Sicut miſit me pater, & ego mitto uos, id eſt, ea charitate uos diligo, cū inter ſcandala perſecutorū mitto, qua me charitate pater diligit, quē uenire ad tolerādas paſſiones fecit. Quanuis mitti etiā iuxta naturā diuinitatis poſſit intelligi. eo enī ipſo à patre filius mitti dicit, quo à patre generat. *ijſdem Nā ſanctū quoq ſpūm, q cū ſit coęqualis patri & filio, non tñ incarnatus eſt, * idē ſe filius mittere phibet, dicēs: Cū uenerit paracletus, quē ego mittā uobis à patre. Iohā. 15. Si enī mitti ſolummō incarnari deberet intelligi, ſanctus proculdubio ſpūs nullo modo diceretur mitti, q nequaq̄ incarnatus eſt: ſed eius miſſio, ipſa proceſſio eſt, qua de patre procedit & filio. Sicut itaq ſpūs mitti dicitur, quia ꝓcedit, ita & filius non incongrue mitti dicitur, quia generatur. ¶ *Hoc cum dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: Accipite ſpiritumſanctum.* Quærendū nobis eſt, quid eſt q̄d ſpūmſanctum dominus noſter & ſemel dedit in terra conſiſtens, & ſemel in cœlo præſidens. Neq enī alio in loco datus ſpūſſanctus aperte monſtratur,

niſi

bitaret, dubitãs palparet, palpãs crederet? Nõ hoc
caſu, ſed diuina diſpenſatione geſtũ eſt. Egit nanq;
miro modo ſuperna clementia, ut diſcipulus dubi-
tans, dum in magiſtro ſuo uulnera palparet carnis,
in nobis uulnera ſanaret infidelitatis. Plus enim no
bis Thomę infidelitas ad fidem, quàm fides creden
tium diſcipulorum profuit: quia dum ille ad fidem
palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatio-
ne poſtpoſita in fide ſolidatur. Sic quippe diſcipu-
lum poſt reſurrectionem ſuam dubitare pmiſit, nec
tñ in dubitatione deſeruit, ſicut ante natiuitatem
ſuam habere Mariã ſponſum uoluit, qui tamen ad
eius nuptias non peruenit. Nam ita factus eſt diſci
pulus dubitãs & palpãs, teſtis ueræ reſurrectiõis,
ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos integerrimę uir-
ginitatis. Palpauit autẽ & exclamauit: ¶ *Dominus
meus & deus meus. Dicit ei Ieſus: Quia uidiſti me, credi-*
Hebr. 11. *diſti.* Cum Paulus apoſtolus dicat: Eſt autem fides
ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non
apparentiũ: profecto liquet, quia fides illarũ rerũ
argumentum eſt, quæ apparere non poſſunt. Quæ
etenim apparent, iam fidem non habent, ſed agni-
tionem. Dũ ergo uidit Thomas, dũ palpauit, cur ei
dicit, qa uidiſti me, credidiſti? Sed aliud uidit, aliud
credidit. A mortali qppe homine diuinitas uideri
non potuit. Hominem igitur uidit, & deum confeſ
ſus eſt dicens: Dominus meus, & deus meus. Vidẽ-
do igitur credidit, qui conſiderando uerum homi-
nem, hunc deũ quem uidere non poterat, ex clama
uit. Letificat ualde quod ſequitur. ¶ *Beati qui non
uiderunt, & crediderunt.* In qua nimirum ſententia
nos ſpecialiter ſignati ſumus, qui eũ quem in carne
opando non uidimus, mente retinemus. Nos ſignati ſumus
ſed ſi fidem noſtrã * operibus ſeqmur. Ille etenim
uere credit, qui exercet operando q̃d credit. Quod
contra de his qui fidem nole tenus retinẽt, Paulus
Titũ. 1. dicit: Confitentur ſe noſſe deum, factis aũt negant.
Iacob. 2. Hinc Iacobus ait: Fides ſine operibus mortua eſt.
Hinc ad B. Iob de antiquo hoſte gñis humani dñs
Iob. 40. dicit: Abſorbebit fluuium, & non mirabit, & fiduci
am habet q̃d influat Iordanis in os eius. Quis em̃ p
fluuium deſignat, niſi humani gñis fluxus? Quod ui
delicet genus ab ortu ad finẽ defluit, & quaſi aquæ
more, uſq; ad cõpetentẽ terminũ ex carnis liquore
percurrit. Quid per Iordanem, niſi baptizatorũ for
ma ſignat. Quia em̃ in Iordane flumine ipſe autor
redemptionis noſtræ baptizari dignatus eſt, recte
Iordanis noĩe eorũ multitudo exprimit, q intra ſa-
cramentum baptiſmatis continentur. Antiquus er
go hoſtis gñis humani fluuiũ abſorbuit, qui à mun
di origine uſq; ad redẽptoris aduentũ uix paucis
electis euadentibus, in uentrem ſuæ malitię genus
Ibidem. humanum traxit. De quo recte dicitur: Abſorbebit
fluuium, & non mirabitur, quia pro magno nõ ha-
bet cum infideles rapit. Sed graue eſt ualde quod
ſubditur: Et habet fiduciã q̃d influat Iordanis in os
eius, quia poſt q̃ infideles quoſq; à mũdi origine ra
puit, adhuc ſe poſſe decipe etiam fideles pręſumit.
Nam ore peſtiferæ pſuationis eos q̃tidie deuorat,
in qbus à confeſſione fidei reproba uita diſcordat.
Hoc ergo fratres chariſſimi tota intentione perti
meſcite, hoc apud uos ſollicita mẽte cogitate. Ecce
paſchalia ſolennia agimus. Sed ita uiuẽdum nobis
eſt, ut peruenire ad æterna feſta mereamur. Tranſ-
eunt cuncta quę temporaliter feſtiua celebrantur
Curate q his ſolẽnitatibus intereſtis, ne ab ęterna
ſolennitate ſeparemini. Quid prodeſt intereſſe fe-
ſtis hoĩm, ſi deeſſe cõtingat feſtis angelorũ? Vmbra
uenturæ ſolennitatis eſt ſolẽnitas præſens. Idcirco
hanc agimus annue, ut ad illam quę non eſt annua,
ſed cõtinua, perducamur. Cum hęc ſtatuto tẽpore
geritur, ad illius deſiderium memoria noſtra refri
catur. Frequentatione ergo gaudij temporalis, ad
ęterna gaudia mens incaleſcat & ferueat, ut ex ue
ritate lætitiæ perfruat in patria, q̃d de umbra gau
dij meditatur in uia. Vitã igitur ueſtrã fratres mo-
reſq; cõponite. Is qui mitis reſurrexit ex morte, q̃
diſtrictus in iudicio ueniat, præuidete. Certe in diẽ
tremendi examinis ſui cum angelis & archangelis
cum thronis & dominationibus, cũ principatibus
& poteſtatibus apparebit, cęlis ac terris ardẽtibus,
cũctis uidelicet elemẽtis in ſui obſequij terrore cõ
motis. Hunc ergo tanti pauoris iudicem ante ocu-
los ponite, hunc uenturum timete, ut hunc cum ue
nerit, non timidi, ſed ſecuri uideatis. Timendus er-
go eſt, ne timeatur. Terror eius nos ad uſum bonæ
operationis exerceat, metus illius uitam noſtrã à
prauitate cõpeſcat. Mihi fratres credite, quia tãto
tunc erimus ſecuri de eius ſententia, quãto nũc eſſe
ſatagimus ſuſpecti de culpa. Certe ſi aliqs ueſtrum
cum ſuo aduerſario cauſam dicturus, in meo iudi-
cio die craſtina eſſet exhibẽdus, totam fortaſſe no-
ctem inſomnem duceret, quid ſibi dici poſſet, quid
obiectionibus reſponderet, ſecũ ſolicita & æſtuan-
ti mẽte uerſaret: ne me inueniret aſperũ, uehemen
ter meruerет: ne apud me appareret noxius, for-
midaret. Et qs ego, aut quid ego? Nimirũ non lõ-
ge poſt futurus poſt hominẽ uermis, atq; poſt uer-
mem puluis. Si ergo tanta cura pertimeſcitur iudi-
cium pulueris, qua intentione cogitandum eſt, qua
formidine prouidendum tantæ iudicium maieſta-
tis? Sed quia ſunt nonnulli, qui de reſurrectiõe car
nis incerti ſunt, & hanc tunc rectius docemus, ſi eti
am cordium ueſtrorum quæſtionibus occultis oc-
currimus, pauca nobis de ipſa reſurrectiõis fide lo-
quenda ſunt. Multi etenim, ſicut & nos aliquando
fuimus, dum carnem in putredinem, oſſaq; in pul-
uerem redigi per ſepulchra cõſpiciunt, reparari ex
puluere carnem & oſſa diffidunt, ſicq; apud ſe qua-
ſi ratiocinantes dicunt: Quando homo ex puluere
reducitur? Quando agitur ut cinis animetur? Qui-
bus breuiter reſpondemus, qa lõge minus eſt deo
reparare quod fuit, q̃ creaſſe quod nõ fuit. Aut qd
mirum ſi hominem ex puluere reficit, qui ſimul o-
mnia ex nihilo creauit? Mirabilius nanq; eſt, cęlum
& terram ex nullis exiſtẽtibus condidiſſe, q̃ ipſum
hominem ex terra reparare. Sed cinis attẽditur. &
in carnem redire poſſe deſperatur, & diuinæ ope-
rationis uirtus comprehendi quaſi ex ratione quæ-
ritur. Qui ſcilicet hæc idcirco in ſuis cogitatiõibus
dicunt, quia eis q̃tidiana dei miracula ex aſſiduita-
te uiluerunt. Nam ecce in uno grano paruiſſimi ſe-
minis, latet tota q̃ naſcitura eſt arboris moles. Cõ
ſtituamus nanq; ante oculos cuiuſlibet arboris mi-
ram magnitudinẽ, cogitemus unde oriendo cœpit
quæ ad tantam molẽ creſcendo peruenit, inuenie-
mus proculdubio eius originem paruiſſimũ ſemẽ.
Conſideremus nunc, ubi in illo paruo ſeminis gra-
no latet fortitudo ligni, aſperitas corticis, ſaporis
odoriſq; magnitudo, ubertas fructuum, uiriditas
foliorũ. Contrectatum nanq; ſeminis granum non
eſt ualidum, unde ergo proceſſit ligni duritia? Nõ
eſt aſperum, unde aſperitas corticis erupit? Nõ eſt
*ſaporum, unde ſapor in fructibus? Olfactũ nil re- ſaporo-
dolet, unde odor in fructibus fragrat? Nil in ſe ui- ſum.
ride oſtendit, unde folioſum uiriditas exiuit? Cũ-

ctã aergo

ćta ergo in ſemine ſimul latent, quæ tamen non ſi-
mul ex ſemine prodeunt. Ex ſemine quippe produ
citur radix, ex radice prodit uirgultum, ex uirgul-
to oritur fructus, in fructu etiam ꝓducitur ſemē.
Addamus ergo, quia & ſemē latet in ſemine. Quid
ergo mirum, ſi oſſa, neruos, carnē capilloſq; redu-
cat ex puluere, q lignum, fructus, ſolia in magna
mole arboris, ex paruo quotidie ſemine reſtaurat?
Cum ergo dubitans animus de reſurrectionis po-
tentia rationē quærit, earū rerum ei quæſtiones in
ſerendæ ſunt, quę & inceſſanter fiunt, & tamen ra
tione comprehendi nequaq̃ poſſunt, ut dum non
ualet ex uiſione rei penetrare quod cōſpicit, de re
promiſsione diuinæ potentiæ credat quod audit.
Illa ergo uobiſcum fratres chariſsimi, ꝓmiſſa cogi-
tate, que ꝑmanent: quę uero cum tēpore tranſeūt,
uelut iā dimiſſa deſpicite. Ad huius reſurrectionis
gloriam, quā in ſe ueritas oſtēdit, tota intentione
feſtinate: terrena deſideria quę ab autore ſeparāt,
fugite: quia tanto altius ad conſpectum dei omni-
potentis pertingitis, quanto mediatorē dei & ho-
minum ſingularius amatis, qui uiuit & regnat &c.

DE EADEM DOMINICA.

¶Sermo beati Auguſtini epi-ſcopi ad neophytos.

PAſchalis ſolennitas hodierna feſtiuitate con-
cluditur, & ideo hodie neophytorū habitus
commutatur: ita tamen, ut candor qui de ha-
bitu deponitur, ſemper in corde teneatur. In qua
quidem primum nobis agendū eſt, ut quia paſcha-
les dies ſunt, id eſt, indulgentiæ ac remiſsionis, ita
à nobis ſanctorum dierum feſtiuitas agatur, ut re-
laxatione corporum puritas non obfuſcetur, ſed
potius abſtinentes ab omni luſu, ebrietate, laſciuia,
demus operam ſobriæ remiſsioni, ac ſanctæ ſynce-
ritati, ut quicquid modo corporali abſtinentia nō
acquirimus, mentiū puritate quæramus. Ad omnes
quidem pertinet ſermo, quos cura noſtra cōplecti
tur, ueruntamē hodie terminata ſacramentorū ſo
lennitate, uos alloquimur nouella germina ſancti
tatis, regñata ex aqua & ſpū ſancto, germē piū, exa
men nouellum, flos noſtri honoris & fructus labo-
ris, gaudiū & corona mea, omnes qui ſtatis in dño,
Ro.13. Apoſtolicis uerbis uos alloquar: Ecce nox præceſ-
ſit, dies autē appropinquabit, abijcite opera tene-
brarū, & induite uos arma lucis, ſic ut in die hone-
ſte ambulemus. Non in comeſſationibus & ebrieta
tibus, nō in cubilibus & impudicitijs, non in cōten-
tione & æmulatione, ſed induimini dominū Ieſum
2.Pe.1. Chriſtū. Habemus, inquit, certiorem propheticū
ſermonem, cui benefacitis intendentes, tanquā lu-
cernæ in obſcuro loco, donec dies luceſcat, & luci-
Luce.12. fer oriat̃ in cordibus ueſtris. Sint ergo lumbi ueſtri
ꝑcincti, & lucernę ardentes, & uos ſimiles homi-
nibus expectantibus dñm ſuum quādo reuertatur
à nuptijs. Ecce dies aduenīūt, in qbus dominus di-
Ioh.16. cit: Puſillū, inquit, & non uidebitis me: & iterū pu
ſillum, & uidebitis me. Hæc eſt hora de qua dixit:
Vos triſtes eritis, ſeculū autē gaudebit, id eſt, uita
Ibid. iſta tentationibus plena, in qua peregrinamur ab
eo. Sed iterum, inquit, uidebo uos, & gaudebit cor
Ibid. ueſtrum, & gaudiū ueſtrum nemo tollet à uobis,
cuius ſpei tam gratum & tam gratuitum etiam pi-
gnus ſanctum ſpiritum accepimus, qui in cordibus
2.Co.5. noſtris inenarrabiles gemitus operatur ſanctorū
deſideriorū. Concepimus enim ſicut ait Iſaias, &
Iſaię.26. parturiuimus ſpiritū ſalutis. Et mulier cum partu-
rit, ait dñs, triſtitia eſt illi qa uenit dies eius, ſed cū Iohā.16.
peperit, fit gaudium, quoniam natus eſt homo in
ſeculo. Hoc eſt gaudium quod nemo auſert à no-
bis, quo in æternæ uitę lucem de hac fidei cōcepti-
one transfundimur. Tunc ergo ieiunemus & ore-
mus, cū dies parturitiōis eſt. Hoc totū corpus Chri
ſti in toto orbe diffuſum, id eſt, tota hæc agit eccle
ſia, & illa unitas quæ dicit in pſalmo: A finibus ter Pſal.40.
ræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meū. Vnde
iā nobis elucet, cur q̃dragesima inſtituta ſit huius
humiliationis ſolennitas. Qui enim à finibus terrę
clamat, cum anxiaretur cor eius, à quatuor orbis
terræ partibus clamat, quas frequenter etiam ſcri-
ptura cōmemorat, oriente & occiduo, aquilone &
meridie. Per hoc totū ille decalogus legis, iam nō
per literam tantummodo metuendus, ſed per gra-
tiam charitatis implendus, inductus eſt. Vnde qua
ter multiplicatis decē, uidemus quadraginta com-
pleri, ſed adhuc in labore tētationis cum uenia de-
lictorum. Quis enim perfecte implet, Non concu-
piſces? Vnde ieiunandum & orandum eſt, à bono Exo.20.
tamen opere nō ceſſandum. Cui labori merces illa
redditur in fine, quæ denarij numeri nuncupatur.
Sicut autem ternarius à tribus, quaternarius à qua
tuor, ita denarius à decem nomen accipit, qui cum
iunctus eſt quadragenario, tāquam merces labori
redditur. Quinquagenarij numeri figura tempus
illius gaudij ſignificat, quod nemo auferet à nobis,
cuius in hac uita nondum perfectionem habemus,
ſed tamen poſt ſolennitatem dominicę paſsionis à
die reſurrectionis eius, per dies quinquaginta qui-
bus ieiunia relaxamus, hoc in dominicis laudibus
perſonante alleluia celebramus. Nunc itaq; in pſo-
na Chriſti, ut non poſsideamur à ſatana, exhortor
uos dilectiſsimi, ut quotidianis & largioribus elee-
moſynis, frequentioribus orationibus dñm propi-
tiemus. Nunc tempus eſt, ut unuſquiſq; abſtineat
ſe nō tantum ab illicitis, ſed etiam à quibuſdam li-
citis, & orationibus atq; ieiunijs uacet: quāuis & ꝑ
totū annū certis diebus hoc facere debeat. & quan-
to crebrius, tanto utiq; melius, quia & qui cōceſſa
immoderate appetit, cū qui cōceſsit, oſtēdit. Ora-
tio quippe ſpiritualis res eſt, & ideo tanto eſt acce-
ptior, quanto magis ſuæ naturæ implet affectum.
Tanto magis autē ſpirituali opere funditur, quāto
magis animus q eā fundit, à carnali uoluptate ſuſ-
pēditur. Quadraginta diebus ieiunauit Moyſes le-
gis adminiſtrator, quadraginta Helias ꝓphetarū Exo 24.
excellentiſsimus, quadraginta ipſe dñs, teſtimoniū 3.Re.19
habens à lege & prophetis. Baptiſmus ille præpo- Mat.4.
nitur. Iohannes enim baptizauit Chriſtum, cum ſe Mat.3.
Chriſto ꝓfiteretur minorem: Chriſtus autem ba-
ptizauit Chriſtianum, q ſe oſtendit & Iohanne eſ-
ſe maiorem: ſicut circuncifione carnis, quāuis eā &
Chriſtus accepit, & nemo Chriſtianus accepit, me
lius eſt ſacramentū reſurrectiōis Chriſti, q̃d ad ex Luce.2.
poliendam carnalē hanc ueterēq; uitam corde cir-
cūcideretur Chriſtianus, ut audiat Apoſtolum di-
centem: Sicut Chriſtus ſurrexit à mortuis per glo Rom.6.
riā patris, ſic & nos in nouitate uitę ambulemus,
ſicut ipſum uetus paſcha, q̃d agni occiſione cele-
brari ꝓceptum eſt, nō ideo quia hoc cum diſcipulis
celebrauit Chriſtus, iā melius eſt paſcha noſtrum 1.Co.5.
quod immolatus eſt Chriſtus. Pertinuit enim ad
præbendū nobis humilitatis & deuotionis exem-
plum, ut illa etiam ſacramēta ueniens ſuſcipere di-
gnaretur, quibus uenturus ipſe prænūciabatur, ut
hinc oſtenderet, quāta religione nos oportet acci-
pere

pere hæc ſacramenta, quibus iã ueniſſe nunciatur. Non ergo quia Chriſtus poſt acceptum baptiſmũ continuo ieiunauit, tanq̃ regulã obſeruationis deſdiſſe credẽdus eſt, ut poſt ipſius Chriſti baptiſmũ acceptum, cõtinuo ieiunare neceſſe ſit, ſed plane illo exemplo docuit ieiunandum eſſe, quando forte acriore luctamine cum tentatore confligitur. Ob hoc enim & Chriſtus, qui ſicut homo dignatus eſt naſci, non reſpuit ſicut homo tẽtari, ut Chriſtianus magiſterio eius inſtructus, non poſſit à tentatione ſuperari. Siue ergo continuo poſt baptiſmũ, ſiue quolibet interuallo tẽporis interpoſito, quando ſimilis p̃lium tentationis infertur homini, ieiunandum eſt, ut & caro impleat de caſtigatione militis, & anima impetret de humilitate uictoriam. In illo ergo dominico exẽplo, illius cauſa ieiunij, non Iordanis tinctio, ſed diaboli tẽtatio fuit. Cur aũt nos ante ſolemnitatẽ paſſionis dñi ieiunemus, & illa ieiuniorum relaxatio quinquageſimo die p̃ficiatur, hęc ratio eſt: Omnis qui recte ieiunat, aut animam ſuam in gemitu orationis, & caſtigatione corporis humili, & ex fide non ficta affligit, aut ab illecebra carnis inopia aliqua ſpiritualis ueritatis & ſapientiæ delectatione ſuſpenſa, ad famem ſitimq; ſitiendam deſcendit, interrogantibus pha-
Matt. 9. riſæis cur diſcipuli eius non ieiunarent. Nam de illo primo, quod habet animæ humiliationem, non poſſunt, inquit, lugere filij ſponſi, quam diu eis ſpõſus eſt, ſed ueniet hora quando auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. De illo autem altero, quod habet epulas mentis, ita conſequenter lo-
Ibidem. cutus eſt: Nemo aſſuet pannum nouum ueſtimento ueteri, ne maior ſciſſura fiat. neq; mittunt uinum nouum in utres ueteres, ne rumpantur, & uinum effundatur, ſed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conſeruabuntur. Proinde quia iam ſponſus ablatus eſt, utiq; nobis filijs illius pul-
Pſal. 44 chri ſponſi lugendum eſt. Specioſus enim forma præ filijs hominum, cuius diffuſa gratia in labijs eius, inter manus perſequentium non habuit ſpeciem neque decorem, & ablata eſt de terra uita eius. Et recte lugemus, ſi flagramus deſiderio eius. Bea-
Iſai. 53 ti quibus eum licuit ante paſſionem tunc habere p̃ſentem, interrogare ſicut uellent, audire ſicut audire deberent. Illos dies concupierũt uidere patres ante aduentum eius, neque uiderũt, quia in alia diſpenſatione fuerant ordinati, per quos eorum annunciaretur, non à quibus ueniẽs audiretur. De
Matt. 13 his enim apoſtolis loquitur, dicens: Multi iuſti & prophetæ uoluerunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. In nobis autem illud impletũ eſt, q̃d idẽ ipſe dicit: Venient dies, quando deſiderabitis uidere unum de diebus iſtis, & non poteritis. Qui ſancti deſide-
Pſal 41. rij flamma uritur, quis hic non lugeat, quis non laboret in gemitu ſuo, quis non dicat, factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi eſt deus tuus? Credimus quippe eum iam ſedentem ad dextris, ſed tamen quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur ab eo, nec de eo dubitantibus uel negantibus & dicentibus, ubi eſt Deus tuus? ualemus oſtendere. Meri-
2.Cor. 5 to Apoſtolus eius concupiſcebat diſſolui & eſſe cum illo, manere autem in carne, non ſibi optimum dicebat, ſed neceſſarium propter nos, ubi
Philip. 1 cogitationes mortalium timidæ & incertæ prouidentiæ noſtræ, quoniam deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Inde tenta-

tio eſt uita humana ſuper terram, & in hac nocte Sap. 9.
ſeculi circumit ſicut leo quærens quem deuoret. Iob. 7
Non leo de tribu Iuda rex noſter, ſed leo diabolus aduerſarius noſter. Ille enim quatuor animalium 1.Pet. 5
de Apocalypſi Iohannis figuram in ſe uno expri- Apoc. 5
ment, natus ut homo, operatur ut leo, immolatus Apoc. 4
ut uitulus, uolauit ut aquila, uolauit ſuper pennas uentorum, & poſuit tenebras latibulum ſuum. Poſuit tenebras, & facta eſt nox, in qua pertranſi- Pſal 17
bunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugien- Pſal. 103
tes, tentatores uidelicet, per quos diabolus quærit quem deuoret, non quidem habentes poteſtatem, niſi in eos quos receperunt, quia in Pſalmo ipſo ſequitur. quærentes à Deo eſcam ſibi. In tam periculoſa & tentationibus plena huius ſeculi nocte, quis non timeat? quis non medullis omnibus contremiſcat, ne dignus iudicetur qui deuorandus dimittatur in fauces tam crudelis inimici? Vnde ieiunandum & orandum eſt, ut tanto potius, tanto inſtantius, quanto propinquius in ipſa dñicę reſurrectiõis ſolẽnitate, paſſiõisq; celebritate, anniuerſaria quodammõ nobis eiuſdẽ noctis memoria reſculpit, ne obliuione deleat, & nos nõ corpore, ſed ſpũ dormientes, ille rugiens deuorator inueniat. Nam & ipſa dñica paſsio, q̃d nobis aliud in capite noſtro Ieſu Chriſto, q̃ ipſam uitæ huius tentationem maxime commẽdauit? Vnde adueniente iam
mortis ſuæ tẽpore, Petro dixit: Poſtulauit ſatanas Luc. 22
uexare uos ſicut triticũ, & ego oraui p̃ te, ne deficiat fides tua, unde & tu conforta fratres tuos. Et
plane confortauit nos per apoſtolũ, *cum his duo- * uñ cũ
bus in monte ſe oſtendit. Nos autem quia tam longum ieiunium perpetrare nõ poſſumus, ut per tot dies & noctes nihil alimentorum, ſicut ille, accipiamus, ſaltem quãtum poſſumus faciamus, exceptis diebus per quos certis de cauſis mos eccleſiæ prohibet ieiunare, ut domino deo noſtro uel quotidiano uel crebro ieiunio placeamus. Sed nunq̃d ſicut à cibo & potu abſtinentia, p̃ tot dies non poteſt eſſe continua? Quandoquidem tempus humiliandæ animæ quantũ potui maxime cõmendaui, tamen propter hominum errores, qui per uaniloquas ſeductiones & prauas cõſuetudines, nobis moleſti pro uobis curam inferre non ceſſant, tacere nõ poſſumus. Sunt quidem obſeruatores quadrageſimæ, delicioſi potius quam religioſi, exquirentes nouas ſuauitates magis quam ueteres cõcupiſcentias caſtigãtes, qui precioſis copioſisq; apparatibus, fructuum diuerſorũ quorũlibet uarietates & ſapores ſuperare contendũt. Vaſa in quibus coctę ſunt carnes, tanquam immundi formidant, & in carne uentris & gutturis luxuriam non formidant. Ieiunant, non ut ſolitam temperando minuãt edacitatem, ſed ut immoderatam differendo augeant auiditatem. Nam ubi tempus reficiẽdi aduenerit, opimis menſis tanquam pecora præſepibus irruunt, uentresq; diſtendunt artificioſis & peregrinis cõdimentorum diuerſitatibus: tantũ capiunt manducando, quantum digerere non ſufficiunt ieiunãdo. Sunt etiam qui uinum ita non bibunt, ut aliorum expreſſione pomorũ, aliosq; ſibi liquores, non ſalutis cauſa, ſed iucunditatis exquirãt, tanq̃ nõ ſit quadrageſima pię humiliatiõis obſeruatio, ſed nouę uoluptatis occaſio. Quanto enim honeſtius eſſet, ut ſi propter infirmitatem ſtomachi aquã potare non poterat, uino uſitato & modico ſuſtentaretur? Quid autem abſurdius, quam tempore quo caro arctius eſt caſtiganda, tantam ſuauitatẽ car-

D ni pro-

non dubitaſſet. Proderunt autem hæc multis legē
tibus & audientibus, uſque ad ſæculi cōſummatio-
nem. Et poſt dies octo iterum erāt diſcipuli eius
intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clau-
ſis, & dixit eis. Pax uobis. Deinde dicit Thomę, ut
in eius latus digitū inferat, manus uideat, & iam
nō ſit incredulus, ſed fidelis. Reſpondet Thomas,
& dicit ei, Dominus meus, & deus meus. Quid eſt
Dominus meus, & Deus meus? Iam nihil dubito,
certus ſum, confirmo reſurrectionem, prędico im
mortalitatem, tu es Dominus meus, magiſter me-
us: ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Tu es de-
nique Deus meus, qui me creaſti: pro me carnem
ſuſcepiſti, quā (ut me redimeres) morti tradidiſti,
& me tecum reſuſcitares, nūc à mortuis reſurrexi-
ſti. Hæc eſt fides mea, ita ſentio & ita credo. ¶ *Di-
cit ei Ieſus. Quia uidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui
non uiderunt & crediderunt.* Si enim ideo credidit,
quia eum uidit: conſtat quod ſi eum non uidiſſet,
non crediđiſſet. Vnde merito beati ſunt, qui corpo
reis oculis eum non uiderunt: & hæc & his ſimilia
audientes, in eum crediderunt. Multa quidem &
alia ſigna fecit Ieſus in cōſpectu diſcipulorum ſuo
rum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Signum
enim fuit, quod clauſis ianuis ad diſcipulos intra-
uit. Hæc autem ſcriptu ſunt, ut credatis quia Ieſus
eſt Chriſtus filius Dei, & ut credentes uitā habea-
tis in nomine eius. Hæc enim ſola ſufficere poterāt
ad fidei documentum, etiamſi alij euangeliſtæ cæ-
tera eius facta non ſcripſiſſent.

DOMINICA SECVNDA,

Miſericordia domini. Iohā x.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is: Ego ſum paſtor bonus: Bonus paſtor a-
nimam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Et re-
liqua. Homilia B. Gregorij papæ.

AVdiſtis fratres chariſſimi, ex lectiōe euā-
angelica eruditionem ueſtram. audiſtis
* dono ex lectiōe euāgelica periculū noſtrum.
Ecce enim is q non ex accidenti * bono,
ſed eſſentialiter bonus eſt, dicit: ¶ *Ego ſum paſtor
bonus.* Atq eiuſdem bonitatit formam, quam uos
imitemur, adiungit, dicens: ¶ *Bonus paſtor animam
ſuam ponit pro ouibus ſuis.* Fecit quod monuit, oſten
dit quod iuſſit. Bonus paſtor pro ouibus ſuis ani-
mam ſuam poſuit, ut in ſacramento noſtro corpus
ſuum & ſanguinem uerteret, & oues quas redeme-
rat, carnis ſuæ alimento ſatiaret. Oſtenſa nobis
de contemptu mortis uia quam ſequamur, appoſi-
ta eſt forma cui imprimamur. Primū nobis eſt, ex-
teriora noſtra miſericorditer pro ouibus eius im-
pendere. Poſtremum uero ſi neceſſe ſit, etiam mor
tem noſtram pro eiſdem ouibus miniſtrare. A pri-
mo autem hoc minimo peruenitur ad poſtremum
hoc maius. Sed cum incōparabiliter longe ſit me-
lior aīa qua uiuimus, q̄ terrena ſubſtantia quā exte
rius poſſidemus, qui non dat pro ouibus ſubſtanti-
am ſuam, quando pro his daturus eſt animam ſuā?
Et ſunt nonnulli qui dum plus terrenam ſubſtanti
am quam oues diligūt, hi merito nomen paſtoris
perdunt, de quibus protinus ſubditur: ¶ *Mercena
rius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues pro
priæ uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit.*
Non paſtor, ſed mercenarius uocatur, qui non pro
amore intimo oues dominicas, ſed ad tempora-
les mercedes paſcit. Mercenarius quippe eſt, qui
locum quidem paſtoris tenet, ſed lucra animarum
non quærit, terrenis commodis inhiat, honore
prælationis gaudet, temporalibus lucris paſcitur,
impenſa ſibi ab hoībus reuerētia lętatur. Iſtę ſunt
etenim mercedes mercenarij, ut pro eo ipſo quod
in regimine, laborat, hic quod quærit inueniat, &
ab hęreditate gregis in poſterum alienus exiſtat.
utrum uero paſtor ſit an mercenarius, cognoſci ue
raciter nō poteſt, ſi occaſio neceſſitatis deeſt. Trā-
quillitatis enim tempore plerunq ad gregis cuſto
diam, ſicut uerus paſtor, ſic & mercenarius ſtat: ſed
lupus ueniens indicat, quo quiſq animo ſuper gre
gis cuſtodiā ſtabat. Lupus etenī ſuper oues uenit,
cum quilibet iniuſtus & raptor fideles quoſq atq
humiles opprimit. Sed is qui paſtor eſſe uidebat̄,
& nō erat, relinquit oues & fugit: quia dum ſibi ab
eo periculū metuit, reſiſtere eius iniuſtitię nō prę
ſumit. Fugit autem non mutando locum, ſed
ſubtrahendo ſolatium. Fugit, * qa iniuſtitiā uidit qui
& tacuit. Fugit, * quia ſe ſub ſilētio abſcōdit. Qui qui
bus bene per prophetam dicitur: Non aſcendiſtis
ex aduerſo, neq oppoſuiſtis murū pro domo Iſra Ezec. 13
el, ut ſtaretis in pręlio in die domini. Ex aduerſo
quippe aſcendere, eſt quibuſlibet poteſtatibus pra
ue agentibus rationis libera uoce contraire. Et in
die dñi pro domo Iſrael in ꝓlio ſtamus, ac murum
opponimus, ſi fideles innocentes contra peruerſo
eum iniuſtitiā ex iuſtitiæ autoritate uindicamus.
Quod quia mercenarius non facit, cum uenientem
lupū uiderit, fugit. Sed eſt alius lupus qui ſine ceſſa
tione quotidie non corpora, ſed mentes dilaniat,
malignus uidelicet ſpiritus, quia caulas fidelium in
ſidians circumit, & mortes animarum quærit, de
quo lupo mox ſubditur: ¶ *Et lupus rapit & diſper-
git oues.* Lupus uenit, & mercenarius fugit, quia ma
lignus ſpiritus mentes fidelium in tentatione di-
laniat, & is qui locum paſtoris tenet, curam ſollici-
tudinis non habet, & animæ pereūt, & ipſe de ter
renis * lucris lętat̄. Lupus rapit & diſpergit oues, cōmodis
cum alium ad luxuriam pertrahit, alium in auari-
tiam accēdit, alium in ſuperbiam erigit, alium per
iracundiam diuidit, hunc inuidia ſtimulat, illum
fallacia ſupplantat. Quaſi ergo gregem lupus diſſi
pat, cum fidelium populos diabolus per tentatio-
nes necat. Sed contra hæc mercenarius nullo zelo
accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur: qa
dum ſola exteriora cōmoda requirit, interiora gre
gis damna negligenter patitur. Vnde & mox ſub-
iungitur: ¶ *Mercenarius autem fugit, quia mercena-
rius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.* Sola ergo
cauſa eſt, ut mercenarius fugiat, quia mercenari-
us eſt. Ac ſi aperte diceretur: Stare in periculo o-
uiū non poteſt, qui in eo quod ouibus pręeſt, non
oues diligit, ſed lucrum terrenum quęrit. Dū enim
honorem amplectitur, dum temporalibus cōmo-
dis lętatur, opponere ſe contra periculū trepidat,
ne hoc quod diligit, amittat. Sed quia redemptor
noſter culpas ficti paſtoris innotuit, iterū formā
cui debemus imprimi oſtendit, dicens: ¶ *Ego ſum
paſtor bonus.* Atque ſubiungit: ¶ *Et cognoſco oues
meas, & cognoſcunt me oues meæ.* Et cognoſco oues
meas, hoc eſt, diligo, & cognoſcunt me oues meę.
Ac ſi aperte dicat, diligentes obſequuntur. Qui
enim ueritatem non diligit, adhuc minime cogno-
uit. Quia ergo audiſtis fratres periculum noſtrū,
penſate in uerbis dominicis etiam periculum ue-
ſtrum. Videte ſi oues eius eſtis, uidete ſi eum co-
gnoſcitis, uidete ſi lumē ueritatis ſcitis. Scitis aūt

D u dico,

gitorum operatione librauit in pondere mõtes & colles in ſtatera. Ipſe in medio firmamenti terram ſtabiliuit, quæ ſuis librata ponderibus, cum nullũ habeat fundamentum, nuſquam tamen cadere poteſt. Denique ipſe eſt qui in pondere & numero & menſura omnia feciſſe legitur. Per certũ enim põdus & certũ numerum, certamq́ menſuram omnia feciſſe legitur. Certum enim pondus & certum numerum, certamq́ menſuram omnibus põſuit, ultra quę extendere ſe nulla ualet creatura. Tot igitur erũt homines, quot ipſe diſpoſuit: eius põdus, grauitatem, & fortitudinem eius uirtutis, ſapientiæ, honoris, dignitatis quantitatem & menſuram unuſquiſque habebit, quam ipſe ante tempora habere diſpoſuit. Ideo enim & uentis pondus dediſſe legitur, quia angelicis poteſtatibus & iuſtorũ animabus, grauitatem eam & fortitudinem tribuit, quam ſuperbię leuitas à proprio ſtatu mouere nõ poſſet. Hanc autẽ grauitatem & hoc pondus ille nõ habuit, qui ſuperbiæ leuitate eleuatus dixit, In cœlum aſcendam, ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum. In uoluntate igitur tua domine uniuerſa ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuę reſiſtere uoluntati. Sequitur: *Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit.* Mercenarius enim eſt ille epiſcopus, qui in paſcendis & regendis ouibus ſola temporalia & tranſitoria quęrit: qui non amore cœleſtis patriæ, ſed pro lucro & mercede temporalium rerum, oues dominicas paſcit. Et iſte quidem apud Deum paſtor non eſt, etſi ab hominibus paſtor dicatur. Hic autẽ non habet oues proprias, ſed mercede conductas. Si enim eius propriæ eſſent, diligeret ut proprias, & ſe pro eis periculis obijcere non dubitaret. Sed uidet lupum uenientem, uidet diabolum eiuſq́ ſatellites imminentes (ſatellites namque diaboli, hæretici et ſchiſmatici ſunt omnesq́ deceptores) et dimittit oues, et fugit. Dimittit utique non auxiliando, ueritatem non prędicando, cõſtantiam et patientiã non admonendo, et hæreſi non reſiſtendo. Vnde per Ezechielem à Domino dicitur: Non aſcendiſtis ex aduerſo, neq́ oppoſuiſtis murũ pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini. Omnia enim hæc uerba murus quidã ſunt, quibus ab hæreticis oues Eccleſiæ defenduntur. His lupus pellitur, his uincitur & fugatẽ. *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.* Nõ enim fugeret, ſi mercenarius non eſſet: non fugeret, ſi pro amore & charitate, & non pro mercede ſeruiret: perfecta enim charitas foras mittit timorẽ. Et ideo qđ̃ fugit, qa nõ ptinet ad eũ de ouibus. *Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco meas, & cognoſcũt me meæ.* Nouit enim dñs qui ſunt eius. Cognoſcere autem Dei, diligere eſt. Vnde & quibuſdam in iudicio dicturus eſt, Amen dico uobis, neſcio uos: alioquin, qui omnia ſcit, q̃modo ignorare aliud poteſt? Quod igitur ait: *Et cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ:* tale eſt, ac ſi diceret, diligo meas, & diligor à meis. Sed quomodo cognoſco? Vis audire q̃modo? Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem. Sic, inquit, cognoſco id eſt, diligo meas, & diligor à meis, ſicut diligo patrem. Vnde & in ſequentibus ait: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Itemq́, Non pro his rogo tantum, ſed pro eis qui credituri ſunt per uerbum illorum in me, ut omnes unũ ſint, ſicut & tu pater in me & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint. *Et animam meam pono pro ouibus meis.* Niſi enim eas dilexiſſet, animã pro eis non poſuiſſet. *Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile & unus paſtor.* Hoc eſt enim quod Apoſtolus ait: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utrunque unum. Iunxit enim duos parietes: unum ex circumciſione, & alterũ ex præputio uenientem. Iudæis loquebatur Dominus, quibus ſe Gentiles iungere promittebat, ut ex duobus populis una domus ædificaretẽ: & una Eccleſia conſtrueretur. Facta eſt igitur pax inter Iudæos & Gentiles: unum eſt ouile, unus eſt paſtor, unam legem tenent, unum Deum adorant, & unius paſtoris uocem ſequuntur. Hos aũt duos ouium greges, hoc duos Eccleſię parietes, Moyſes quoq́ ſignificauit, qui ex decem cortinis (iubente domino) tabernaculum fieri præcepit. Erant autẽ quinque cortinæ in pariete uno, anſulis hiacyntinis ſibi mutuo coniunctę. Erant autem & aliæ quinque in pariete altero, ſimili modo ſibi mutuo cõſortes. Quinque uero & quinque, id eſt, duo parietes aureis circulis ſibi inuicem iungebantur: ex quibus uidelicet duobus parietibus unum tabernaculum cõſtruebatur. Omnes autem cortinę opere plumario contextæ erant, pulchraque uarietate diſtinctæ. Hæc autem quid ſignificent, in Exodo expoſuimus.

DOMINICA TERTIA.

Iubilate, Iohan. xvi.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Modicũ, & iã non uidebitis me, & iterũ modicum, & uidebitis me. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

LAEta domini & ſaluatoris noſtri promiſſa fratres chariſſimi, læto cordis auditu percipere debemus, ſedulaq́ intentione perſiſtere, quatenus ad hæc pertingere mereamur. Quid eſt enim quod merito lætius audiatur, quam peruenire poſſe ad gaudium quod nunquam poſſit auferri? Notandum autem, quod tota lectionis huius euãgelicæ ſeries illis cõuenit, qui eam præſentes audierũt à domino, pars autem illius etiam nobis, qui poſt paſſionem & reſurrectionem dominicam ad fidem uenimus, aptiſſime congruit. Quod ergo ait: ¶ *Modicum, & iam non uidebitis me: & iterum modicum & uidebitis me, quia uado ad patrem,* ad illos ſpecialiter pertinet, qui eius diſcipulatui prædicantis in carne adhæſere, & poſt triſtitiam paſſionis uiſa reſurrectione & aſcenſione eius lætificari meruerunt. Nam quia hæc illa qua tradebatur nocte locutus eſt, modicũ erat, id eſt, eiuſdem noctis & diei ſequentis tempus, uſque ad horam qua illum non uidere inciperent. Tentus enim nocte illa à Iudæis, & in craſtinum crucifixus, cum ſero factum eſſet, depoſitus eſt de cruce, & inter ſepta ſepulchri ab humanis ſecluſus obtutibus. Et iterum modicum erat uſque dum illum riderẽt. Reſurrexit enim à mortuis die tertia, & apparuit eis in multis argumentis per dies quadraginta. Quare autem modicum eſſet ut non uiderent eum, & iterum modicum ut uiderẽt, annectit cauſam, dicẽs: Quia uado ad patrem. Ac ſi aperte dicat: Ideo poſt modicũ à ueſtris aſpectibus in monumenti clauſtris abſcondor, & iterum poſt modicum deſtructo mortis imperio, uobis intuendus appareo, quia tẽpus eſt, ut expleta diſpenſatione aſſumptæ mortalitatis, cum reſurrectiõis

triumpho iam reuertar ad patrem. Poteſt & ali-
ter intelligi quod ait, modicum & iam non uide-
bitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Mo-
dicum quippe tempus futurum erat quo eum non
uiderent, illud ſcilicet triduum, quo erat quietu-
rus in monumento: & iterum modicum erat futu-
rum quo uiderent eum, illi uidelicet dies quadra-
ta, in quibus eis poſt paſſionem ſuam ſæpius uſque
ad tempus aſcenſionis apparuit. Quod autem ſub-
iunxit, quia uado ad patrem, iuxta hunc ſenſum ad
illud ſpecialiter reſpicit quod præmiſit, & iterum
modicum & uidebitis me. Ac ſi aperte diceret: Pro-
pterea me reſuſcitatum à mortuis modico tem-
pore uidebitis, quia non ſemper in terra corpora-
liter manſurus, ſed per humanitatem quam aſſum-
pſi, iam ſum aſcenſurus in cœlum. Hæc quidem uer-
ba domini, ut diximus, illis ſpeciatim quæ eius re-
uidere potueſunt ſurrectionem uiderunt, conueniunt. Quod uero
illis quærentibus exponendo ſubiungit. ¶ *Amen
amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus
autem gaudebit, uos autem contriſtabimini, ſed triſtitia
ueſtra uertetur in gaudium*, & ipſorum & totius ec-
cleſiæ ſtatui congruit. Plorabant quippe & flebant
amatores Chriſti, cum illum comprehendi ab ho-
ſtibus, ligari, ad concilium duci, damnari, flagel-
ri, deriſui haberi, ad ultimum crucifigi, lanceari, &
ſepeliri uiderent. Gaudebant mundi amatores
(quos ob infimas cogitationes mundum uocat do-
minus) quum morte turpiſſima condemnarent il-
lum, qui grauis erat eis etiam ad uidendum. Con-
triſtabantur diſcipuli poſito in morte Domino,
ſed agnita eius reſurrectione, triſtitia illorum uer-
ſa eſt in gaudium: uiſa aſcenſionis potentia, iam
maiori gaudio ſubleuati, laudabant & benedice-
Luc. 24. bant dominum, ut Lucas teſtatur. Sed & cunctis fi-
delibus hic ſermo Domini cõuenit, qui per lachry-
mas preſſuraſque præſentes ad gaudia æterna per-
uenire contendunt. Qui merito in præſenti plo-
rant, flent, & triſtes ſunt, quia necdum ualent ui-
dere quem diligunt: quia quandiu ſunt in corpo-
re, peregrinari ſe à ſua patria & regno cognoſcũt,
quia per labores & certamina ad coronam ſibi
perueniendum eſſe non dubitant. Quorum triſti-
tia uertetur in gaudium, quum finito agone uitæ
huius, brauium uitæ perennis accipiunt. De quo
Pſal. 125 dicitur in Pſalmis: Qui ſeminant in lachrymis, in
gaudio metent. Flentibus autem & contriſtatis fi-
delibus, mundus gaudet: quia iure in præſentibus
qualecunque gaudium habent, qui alterius uitæ
uel nulla eſſe gaudia ſperant, uel ſe ad hæc pertin-
gere poſſe deſperant. Quod tamen ſpecialiter de
perſecutoribus fidei Chriſtianæ poteſt intelligi,
qui cruciatis occiſiſque martyribus, ad tempus ſe
præualuiſſe gaudebant, ſed non poſt multum illis
in occulto coronatis, ipſi pœnas perfidiæ ſuæ ſi-
mul & homicidij ſubibant æternas. Quibus diuina
Iſai. 65. increpatione recte dicitur per prophetam: Ecce
ſerui mei lætabuntur, uos autem confundemini:
ecce ſerui mei exultabunt in lætitia, uos autem cla-
mabitis præ dolore cordis ueſtri, & præ contriti-
one ſpiritus ululabitis. Sequitur: ¶ *Mulier cum pa-
rit, triſtitiam habet, quia uenit hora eius.* Mulierem di-
cit ſanctam eccleſiam, uidelicet propter fœcundi-
tatem bonorum operum, & quaſi ſpirituales deo fi-
lios gignere unquam non deſinit. de qua & alibi
dicit: Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod
Luc. 13. acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria, do-
nec fermentaretur totum. Mulier quippe fermen-
tum accepit, cum eccleſia uim ſupernæ dilectio-
nis & fidei, domino largiente, conſecuta eſt. Ab-
ſcondit hæc in farinæ ſata tria, donec fermenta-
retur totum, cum Aſiæ, Europæ & Aphricæ par-
tibus uerbum uitæ miniſtrauit, donec omnes ter-
rarũ termini, regni cœleſtis amore flagrarẽt. Ad
huius mulieris membra ſe pertinere ſignabat, qui
recedentibus quibuſdã à caſtitate fidei, triſtis aie-
bat: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec forme-
tur Chriſtus in uobis. Ad huius ſe membra perti- Gala. 4.
nere atteſtãtur, qui cœleſtibus deſiderijs accenſi, in
conditoris ſui laude proclamant: A timore tuo do- Iſai. 26
mine concepimus, & parturiuimus, & peperimus
ſpiritum. Hæc mulier cum parit, triſtitiam habet,
quia uenit hora eius. ¶ *Cum autem peperit puerum,
iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus
eſt homo in mundum.* Quæ nimirum ſancta eccleſia
quandiu in mundo ſpiritualium uirtutum profe-
ctibus inſiſtit, nunquam mundi tentationibus ex-
erceri deſiſtit. Ad quum deuicto laborũ certamine
ad palmam peruenerit, iam non meminit preſſuræ
præcedentis, propter gaudium perceptæ retribu-
tionis. Non ſunt enim condignæ paſſiones huius Rom. 8.
temporis ad ſuperuenturam gloriam quæ reuela-
bitur in nobis. Non meminit, inquit, præſſuræ pro-
pter gaudium, quia natus eſt homo in mũdum. Sic-
ut enim mulier nato in hunc mundum homine læ-
tatur, ita eccleſia nato in uitam futuram fidelium
populo, digna exultatione repletur, pro qua eius
natiuitate multum laborans, & gemens in præſen-
ti, quaſi parturiens dolet. Nec nouum debet cui-
quam uideri ſi natus dicatur, qui ex hac uita mi-
grauerit. Quomodo enim conſuete naſci dicitur,
cum quis de utero matris procedens hanc in lucẽ
egreditur, ita etiam rectiſſime poteſt natus ap-
pellari, qui ſolutus à uinculis carnis, ad lucem ſub-
limatur æternam. Vnde mos obtinuit eccleſiaſti-
cus, ut dies beatorum martyrum ſiue confeſſorum
Chriſti, quibus de ſeculo tranſierunt, natales uo-
citemus, eorumque ſolemnia non funebria, ſed na-
talitia dicantur. Sequitur Dominus, exponens i-
pſe paradigma, quod de muliere propoſuit. ¶ *Et
uos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem
uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrũ
nemo tollet a uobis.* Quod de ipſis quidem diſcipu-
lis facile intelligitur, quia triſtitiam habuerũt paſ-
ſo ac ſepulto Domino, ſed peracta reſurrectionis
gloria, gauiſi ſunt uiſo Dño. Et gaudium illorum
nemo tulit ab eis, quia etſi poſtmodum perſecu-
tiones pro Chriſti nomine ac tormenta paſſi ſunt,
ſpe tamen reſurrectionis & uiſionis illius accen-
ſi, libenter quæque aduerſa ferebant, imo omne
gaudium exiſtimabant, cum in tentationes uarias
inciderent. Denique cæſi à principibus ſacerdo- Actu. 5.
tum, ut ſcriptum eſt, ibant gaudentes à conſpectu
concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ie-
ſu contumeliam pati. Gaudium eorum nemo tulit
ab eis, quia talia patiendo pro Chriſto, merue-
runt regnare ſine fine cum Chriſto. Sed & omnis
eccleſia per huius uitæ labores & anguſtias ad æ-
terna cœleſtium tendit præmia gaudiorum, at-
teſtante Apoſtolo: Quia per multas tribulationes
oportet nos introire in regnum Dei. Quod au- Act. 14.
tem ait, iterum uidebo uos, & gaudebit cor ue-
ſtrum. Videbo uos dixit, eripiam uos ab aduer-
ſarijs, coronabo uos uictores, me uos decertantes
ſemper uidiſſe probabo. Quando enim non ui-
deret ſuos, maxime preſſuris circumuentos, cum

quibus

Mat.ult quibus ſe ipſe omnibus diebus ſeculi manere ꝓ-
miſit? Sed morientibus inter tormenta fideli-
bus, arbitrabantur eos tortores diuino carere pręſi-
Pſal.113. dio, dicentes: Vbi eſt deus eorum? Vnde quidam
Thre.1. ex his circunſeptus ærumnis, aiebat: Vide Domi-
ne afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimi-
cus meus. Quod eſt aperte dicere: Quoniam ini-
micus inſequens ceruicem ſuperbiæ contra tuos
humiles attollit, tuo nos auxilio conditor noſter
omnipotens ſubleua, deuictis ac repulſis hoſtibus,
noſtros ſemper agones uidiſſe, tibi hos placuiſſe
comproba. Videt itaque electos poſt triſtitiam do-
minus, cum eorum patientiam (damnato impug-
natore) remunerat. Poteſt & ita intelligi quod
ait, iterum autem uidebo uos, quaſi diceret: Ite-
rum uobis uidendus apparebo, quomodo dixit
Gen.22. Abrahæ: Nunc cognoui quod timeas dominum,
pro eo ut diceret, nunc cognoſcere homines feci,
quod timeas Deum, qui hactenus neſciebāt quod
apud me ſemper habui certū. Si ergo fratres cha-
riſsimi, ſalubri nunc triſtitia afficimur, ſi iuxta hor-
Ro.12. tamenta Apoſtoli ſpe gaudentes, in tribulatione
exiſtimus patientes, ſi noſtra errata, ſi miſerias
proximorum debita lamentatione deflemus, uide-
bit nos iterum dominus, id eſt, uidendum ſe nobis
oſtendet in futuro, qui quondam nos uidere, fidei
ſuæ nobis agnitionem largiendo, dignatus eſt. Vi-
debit ut coronet, qui quondam uidit ut uocaret.
Videbit & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ue-
ſtrum nemo tollet à uobis, quia hęc eſt uera & uni-
ca merces eorum qui ſecundum Deum contriſtan-
tur, de perpetua eius uiſione gaudere. Quam pro-
Matt.5. fecto mercedem promiſit ipſe ſublimiter, cum ait:
Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt.
Quam deſiderabat ardenter propheta cum dice-
bat: Sitiuit anima mea ad Deum uiuum, quando
Pſal.41. ueniam & apparebo ante faciem dei? Quam ſe A-
poſtolus cum ſuis ſimilibus accepturum eſſe gratu-
latur, qui certaminum ſuorum conſcius, confiden-
ter proteſtatur, dicens: Videmus nunc per ſpecu-
1.Co.13. lum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.
Quam nos quoque & fideliter quærere, & ueraci-
ter apprehendere donet ipſe certantium auxilia-
tor, & uincentium remunerator, Ieſus Chriſtus
dominus noſter, qui uiuit & regnat cum patre in
unitate ſpirituſſancti deus, per omnia ſecula ſecu-
lorum. A M E N.

DE EODEM DIE HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

MOdico enim tempore in ſepulchro Dominus
iacuit, quo eum diſcipuli uidere non potue-
runt. Et iterum modico tempore poſt reſur-
rectionem eum uiderunt: quia (ut Lucas ait) per
dies quadraginta apparuit eis, loquens de regno
Dei. Et hoc eſt quod ait: *Modicum, & iam non ui-
debitis me: & iterū modicum, & uidebitis me.* Sed quā-
re modicum? *Quia ad patrem uado.* Si enim ad pa-
trem non iuiſſet, non modico, ſed multo tempo-
re eum uidiſſent. Hoc autem diſcipuli non intelli-
gentes, dicebant: Quid eſt hoc quod dicit nobis
modicum, & non uidebitis me, & iterum modi-
cum, & uidebitis me, & quia uado ad patrem? quid
eſt quod dicit modicum? Neſcimus quid loqui-
tor. Sciebant enim diſcipuli quod ad patrem Do-
minus iret, quia iam multoties hoc eis nunciaue-
rat. Vnde & modo ſuperius ait: Vado ad eum qui
miſit me, & nemo ex uobis interrogat me, quo
uadis? Et ideo nemo me interrogat modo, quo
uadis, quoniam certiſsime ſcitis quia ad patrem
uado. Hoc igitur ſolum erat quod Apoſtoli intel-
ligere non poterant, & hoc ſolum diſcere cupie-
bant, quid aliud modicum ſignificaret, quo eum
& uiderent & non uiderent. Cognouit autem quia
uolebant eum interrogare, & dixit eis: *De hoc quæ-
ritis inter uos, quia dixi modicum & non uidebitis me,
& iterum modicum & uidebitis me. Amen amen dico uo-
bis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaude-
bit: uos autem contriſtabimini, ſed triſtitia ueſtra uerte-
tur in gaudium.* Hæc eſt igitur expoſitio, ſed obſcu-
ra: & talis eſt, ac ſi diceret: Modo quidem non in-
telligitis, quid ſignificet modicum & non uidebi-
tis me, ſed me poſt modicum mortuo & ſepulto,
ueſtriſq; ab oculis ſublato, quādo pro morte mea
plorabitis & flebitis, quando & mundi amatores,
ſcribæ uidelicet & pharisæi de mea morte gaude-
bunt, tunc utique intelligetis quid ſignificet mo-
dicum & non uidebitis me. Intelligetis etiam quid
ſignificet illud quod ſequitur, & iterum modicum
& uidebitis me, quando me die tertia reſurgente,
triſtitia ueſtra uertetur in gaudium. Gauiſi ſunt e-
nim diſcipuli uiſo Domino. Vnde & Pſalmiſta, Ad
ueſperum, inquit, demorabitur fletus, & ad ma-
tutinum lætitia. *Mulier cum parit, triſtitiam habet:
quia uenit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam
non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt
homo in mundo. Et uos quidem nunc triſtitiam habetis.*
Sic, inquit, fiet uobis, ſicut fit mulieri prægnanti
& parturienti: quæ quidem cum parit, triſtitiam
habet, quia mortis horam timet aduenisſe: ſed tā-
ta lætitia ſequitur poſt partum, ut totius illius tri-
ſtitiæ & preſſuræ nō recordet, propter pueri nati-
uitatē. Sic igitur & Apoſtoli qñ pariebāt, qñ præ-
dicabant & baptizabant, qñ per fidē adoptionis fi-
lios generabāt, tunc quidē triſtitiā habebant, quia
moriendo pariebant. Pariebant utiq;, ut Apoſtolus
ait: Filioli mei, q̃s iterum parturio, donec Chriſtus
formetur in uobis. Itemq;: Nā & ſi multos pędago-
gos habeatis, ſed non multos patres: in Chriſto Ie-
ſu p Euangeliū ego uos genui. Hoc autē ſignifica-
bat Rachel, quæ pariēdo mortua eſt. Vnde & filiū
moriens uocauit Benoni, id eſt, filium doloris
mei. Pariebant igitur Apoſtoli in dolore, quia
ꝓpter hunc talē partū occidebātur, & cruciabant,
multos dolores multaſq; anguſtias patiebant. Be-
atus iſte partus, q̃ tanta ſoboles tā nobiliū filiorum
ubiq; gentium germinauit. De hac quoq; muliere
pręgnante & pariēte Iohannes Apoſtolus in Apo-
calypſi loquitur, dicens: Et ſignū magnū apparuit in
cœlo, mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius,
& in capite eius corona ſtellarū duodecim, & in u-
tero habens cruciabatur ut pariat. Hęc enī mulier:
Eccleſia eſt, quę ſolis pulchritudine & ſplēdore cir-
cumamicta, multos ſuę claritatis lumine ad ſeſe &
poſt ſeſe attrahit amatores. Sole nanq; ueſtit, qua-
tenus ſoli iuſtitiæ placeat. Induite (inquit Apoſto-
lus) nouum hominem, qui ſecundum Deū creatus eſt,
Eſt & luna ſub pedibus eius. Luna enim propter
defectionem, ſuique mutabilitatem, mundum iſtū
ſignificat. Vnde quia Hierico interpretatur luna,
homo ille qui de Hieruſalem ueniebat, in Hieri-
cho deſcendiſſe à Domino narratur. Habet igitur
Eccleſia lunam ſub pedibus, quoniam cuncta ter-
rena & tranſitoria & mutabilia deſpiciens & pro
nihilo ducens, ſola cœleſtia cōcupiſcit. Coronā ue-
ro in capite portat, duodecim ſtellis quaſi duode-

cim margaritis ornatā. Hæc em̄ corona Apoſtolorum duodenus numerus intelligit. Iſti em̄ uicerūt, iſti Eccleſiam coronauerūt, iſti primi milites in capite poſiti quaſi ſtellę in eccleſia fulgēt. Et in utero habens cruciabatˀ ut pariat. Multos em̄ in utero habet, multos q̄tidie filios parit Eccleſia: non tñ ſine cruciatu quodam atq; dolore. Vnde & in hoc Euāgelio Dominus ait: Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia uenit hora eius. Et Apoſtolus: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in uobis. Maiores tamen in perſequutionis tempore pariendo Eccleſia cruciatus patiebatur. Ideo enim ſancti occidebantur, quoniam parere cupientes, ad baptiſmum alios inuitabat. Ibi enim parit Eccleſia, ibi legitimos filios generat. Et uiſum eſt aliud ſignum in cœlo: & ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus ſuis ſeptem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram. Draco iſte magnus & ruſus, diabolus eſt, qui in ſpecie ſerpentis primum hominem decepit. Et nunc quidem propter ſanguinem martyrum, quem fundere non ceſſat, rufus apparet. Hic autem ſeptem capita habere perhibetur, ſeptem uidelicet principalia, quæ de matre ſuperbia exorta ſunt: ex quibus quaſi principijs omnia alia uitia oriuntur. Hæc autem ſunt uana gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, ingluuies, luxuria. Decem uero cornua, omnia alia uitia ſunt, quæ ab his capitibus deriuantur. Quæ quoniam multa ſunt, eum numerum ponere uoluit, in quo omnes numeri cōtinentur. Non enim progreditur numerus ultra decem: ſed ipſe in ſe reuolutus omnes alios numeros complet. Quid igitur cornua decem, niſi cornua multa? Habet autem in capitibus ſuis ſeptem diademata, quia pro unoquoque uitio ſuam portat coronam. Quoties enim per inuidiam uincit, toties per inuidiam coronatur. Sic & in alijs. Poſſunt autem ſeptem capita, ſeptem hæreſiarchæ: & decem cornua, decem reges intelligi, qui in tempore Antichriſti nō ſolum falſis prædicationibus, uerum etiam tyrannica poteſtate ſanctam Eccleſiam affligent. Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram. Quid enim per caudam, niſi eius deceptionem intelligimus? Cauda igitur eius, id eſt, ipſius calliditatis & hæreticæ prauitatis deceptio, tertiam partem ſtellarum cœli, multos uidelicet qui in Eccleſia fulgere uidebantur, trahebat, & miſit eos in terram: ut non iam cœleſtia, ſed ſola terrena & tranſitoria diligerent. De hac autem tertia parte iam ſæpiſsime dictum eſt: quæ quoniam neque in prælatorum, neque in ſubiectorum numero continetur, hæreticos & falſos Chriſtianos eam ſignificare diximus. Et draco ſtetit ante mulierem quæ paritura erat, ut cum peperiſſet deuoraret filium eius. Et peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in uirga ferrea. Et raptus eſt filius eius ad Deum & ad thronum eius. Et mulier fugit in ſolitudinem, ubi habet locum paratum à Deo, ut ibi paſcant illā diebus mille ducentis ſexaginta. Semper enim Eccleſiæ filijs diabolus inſidiatur. Non enim magnopere de alijs curam habet. Sunt enim eſcæ eius electæ. Et, ſecundum illud propheticum, fiduciam habet, ut influat Iordanis in os eius. Neminem enim ita perſequitur, quemadmodum Eccleſiæ filios, & aqua baptiſmatis regeneratos. Hoc eſt enim quod dicit: Vt cum peperiſſet, deuoraret filium eius. Quod aūt ait. Et peperit filium maſculū, ſingularem pro plurali poſuit. Nullum filium niſi maſculum parit Eccleſia. Nam & ſi multas filias habeat, ſolæ illius ſunt quæ non mollitiem muliebrem, ſed uirile & maſculinum robur obtinere nituntur. Nam neque maſculi propter ſexum, ſed propter fortitudinem & conſtantiam filij eius eſſe dicuntur. Tales autem in uirga ferrea gentes regunt, tales uitia & malignos ſpiritus ſuperant, tales imperio forti & inſuperabili Dei populum per rectam uiam incedere docent. Et raptus eſt filius ad Deum & thronum eius. Quotidie nanque Eccleſiæ filij ad Deum rapiuntur, quotidie ad thronum eius ab angelis deferuntur, atq; ab ipſius faucibus deuorare cupientis, ſæpiſſime preda ſubtracta, gaudens & triumphans cœlos aſcendit. Mulier autem in ſolitudine fugit, quoties malorum uitans conſortia, ad mentis ſecretum, ad Dei contemplationem ſancta eccleſia ſeſe confert. Vnde & ſcriptum eſt: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Ibique locum habet à Deo paratum. Sed quomodo paratum? Vis audire quomodo? Vt ibi paſcant illam diebus mille ducentis ſexaginta. Sed qui ſunt qui eam paſcunt, niſi ſacra uolumina ſcripturarum? Lege Eſaiam, & ipſe te paſcet. Lege & alios prophetas, & ibi paſcua inuenies nullis delicijs comparanda. De quibus dicitur: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Per dies autem mille ducētos ſexaginta, omne tempus in quo Antichriſtus regnabit, intelligimus. Regnabit enim (ſicut ſcriptum eſt) per tempus & tempora, & dimidium temporis, id eſt, per tres annos & dimidium, in quibus ſancta Eccleſia uerbi Dei pane nutrita, nullatenus ab eo ſuperari poterit. Sequitur: *Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis.* Quando enim eos non uideat, qui ſemper & ubique omnia uidet? De illa igitur uiſione dicit quæ æterna eſt & finem non habet, quæ ſemper in gaudio eſt, cuius lætitia & beatitudo auferri non poteſt. Vnde & ait: Et gaudiū u̅rum nemo tollet à uobis.

DOMINICA QVARTA

Cantate. Iohā. XVI.

¶In illo tempore Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vado ad eum qui me miſit, & nemo ex uobis interrogat me, quo uadis? Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ præſbyteri.

Sicut ex lectione euangelica fratres audiuimus, dominus & redemptor noſter imminente ſuæ paſſionis articulo, diſcipulis & gloriam aſcenſionis, qua ipſe poſt mortem & reſurrectionem erat clarificandus, & aduentum ſpiritusſancti, quo illi erant illuſtrandi, pateſecit, quatenus inſtante hora paſſionis eiuſdem, minus pro illius morte dolerent, quem poſt mortem ad cœlos ſubleuandum non dubitarent: & minus de ſua deſolatione trepidarent, quos, abeunte licet domino, ſpiritusſancti gratia conſolandos eſſe ſperarent. ¶ *Vado, inquit, ad eū qui miſit me, & nemo ex uobis interrogat me, quo uadis?* Ac ſi aperte dicat: Reuertor aſcendendo ad eum qui me incarnari conſtituit, & tanta tamē manifeſta erit eiuſdem aſcenſionis claritas, ut nemini ueſtrum

opus

opus ſit interrogare quo uadam, uidentibus cun
ctis quia ad cœlos pergam. Bene autem, quum de
aſcenſione ſua dixiſſet, Vado ad eum qui me miſit,
addidit: Et nemo ex uobis interrogat me, quo ua
dit? Superius nanque cum de ſua paſſione proteſta
retur, dicens: Quo ego uado, uos non poteſtis ueni
Ioh.13. re, interrogauit eũ Petrus, & ait: Domine, quo ua
dis? reſponſumq́ eſt ei. Quo ego uado, non potes
me modo ſequi, ſequeris autem poſtea, quia nimi
rum paſſionis mortiſque eius myſterium necdum
intelligere, necdum poterant imitari: maieſtatem
uero aſcenſionis ſtatim ut uidere, cognouerunt, to
tisq́ animi uotis, ut ſequi mererentur, optabant.
*Sed quia hæc locutus ſum uobis, triſtitia impleuit cor ue-
ſtrum.* Sciebat dominus ipſe quid hæc ſua uerba in
diſcipulorum cordibus agerent, quia uidelicet tri
ſtitiam magis de abſceſſu quo eos deſereret, quàm
de aſcenſu quo patrem peteret, lætitiam genera
rent. Vnde benigne conſolando ſubiunxit: *Sed ego
ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam.* Expe
dit uobis, ut forma ſerui ueſtris ſubtrahatur aſpe
ctibus, quatenus amor diuinitatis arctius ueſtris fi
gatur in mentibus. Expedit ut notã uobis formam
cœlo inferam, quatenus maiori per hoc deſiderio
illuc ſuſpiretis, ſicq́ ſuſpenſis ad ſuperna cordibus
ueſtris, ad accipienda iam ſpiritusſancti dona capa
ces fiatis. ¶ *Si enim non abiero, paracletus non ueniet
ad uos: ſi autem abiero, mittam eum ad uos.* Non quia
non poterat ipſe in terra poſitus dare ſpiritum diſ
cipulis, hęc loquitur, (cum aperte legatur quia poſt
reſurrectionem apparens eis, inſufflauit & dixit
Ioh.20. eis, Accipite ſpiritum ſanctum) ſed quia ipſo in ter
ra poſito, & corporaliter conuerſante cum eis,
* ſitiẽda non ualebant illi erigere mentem ad * ſcienda mu
nera gratiæ cœleſtis. Aſcẽdente autem ipſo ad cœ
los, & ipſi pariter omne deſiderium ſuum illo tranſ
Mat.6. ferebant, iuxta hoc quod alibi audierũt: Vbi eſt the
ſaurus tuus, ibi & cor tuum erit, ideoq́ capaces ſpi
ritus iam facti erant, non ultra de morte eius con
Luc.24. triſtati, ſed de promiſſionis eius munere lætati, Lu
ca atteſtante qui ait: Et factum eſt dum benedice
ret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cœlũ, & ip
ſi adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalem cum gau
dio magno, & erant in templo ſemper laudãtes &
benedicentes dominum. Patet autem, nec laborio
ſa expoſitione indiget, cur eundem ſpiritum para
cletum, id eſt, conſolatorem cognominet, quia ni
mirum corda diſcipulorũ, quæ receſſus ipſius mœ
ſta reddidiſſet, huius conſolaretur & recrearet ad
uentus. Sed & ſingulis quibuſq́ fidelium uel de pec
cati perpetratione mœrẽtibus, uel communi ſecu
li huius afflictione laborantibus, dum ſpem ueniæ
& miſericordiæ cœleſtis inſpirat, profecto ab an
gore triſtitię mentem eorum illuſtrando ſubleuat.
Quia uero ſpiritus idem mẽti quã replet, nõ ſolum
uim diuinę charitatis infundit interius, uerũ etiam
carnali timore depulſo, ad increpandã prauitatem
malorũ foris fiduciam pręſtat, recte ſubditur: ¶ *Et
cum uenerit, ille arguet mundum de peccato, & de iuſti
tia, & de iudicio.* Claret nanq́, quod ipſe Dei filius
dominus noſter Ieſus Chriſtus, cũ eſſet in mundo,
arguebat mundum, id eſt, ſectatores mundi de pec
cato ſuæ incredulitatis: arguebat de iuſtitia, quia
uidelicet iuſtitiam fidelium nollent imitari: argue
bat de iudicio, uidelicet quare diabolũ qui iam iu
dicatus ac condemnatus erat, ſequerẽtur. Sed non
ſine cauſa ſpiritũ, cum uenerit, hoc idem dicit actu
rum: quia profecto per huius inſpirationẽ corrobo
randus erat animus diſcipulorum, ne mũdum qui
contra eos fremebat, arguere timerẽt. Exponẽs er
go ſententiã ſuam dominus, adiunxit: ¶ *De peccato
quidem, quia non crediderunt in me.* Peccatum incredu
litatis quaſi ſpeciale poſuit, quia ſicut fides origo eſt
uirtutũ, ita fundamentũ eſt uitiorũ in incredulita
te perſiſtere, domino terribiliter atteſtãte qui ait:
Qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia non
credit in nomine unigeniti filij dei. At contrà: Iu
ſtus ex fide uiuit. ¶ *De iuſtitia uero, quia ad patrem ua
do, & iam non uidebitis me.* Iuſtitia diſcipulorũ Chri Ioh.3.
ſti cõfeſſio erat, quod dñm quẽ uerum hominẽ cer Abac.2.
nebant, uerum quoq́ filium dei eſſe crediderũt: &
quẽ ſibi corporaliter ablatum nouerant, certo ſem
per amore colebant. Iuſticia cæterorum fideliũ, id
eſt eorum qui dominũ in carne nõ uiderũt, hęc eſt, * corpo-
quod eum quẽ * corporaliter nunquã uiderunt, de rali intu
um & hominem uerum corde credunt ac diligunt. itu.
De qua profecto iuſtitia fidei arguuntur infideles,
cur ipſi uidelicet cum ſimiliter uerbũ uitæ audirẽt,
noluerunt credere ad iuſtitiam. Neq́ enim nequi
tia malorũ ex ſua ſolum fortitudine, uerum etiã ex
comparatione rectorum, quã ſit damnãda, mõſtra
tur. Hinc enim ſcriptum eſt: Probata autem uirtus Sap.1.
corripit inſipientes. Arguit ergo mundum ſpiritus
ſanctus de peccato ſuo, quia nõ crediderit in Chri
ſtum, arguit & de iuſtitia credentium, quia exem
plum eorũ ſequi noluerit, qui hunc ad patrẽ aſcen
diſſe, neq́ ultrà corporaliter in terris cõuerſaturũ
eſſe ſciebant, nec tamen ab eius dilectione poterãt
ulla ratione ſeparari. Hoc eſt enim quod ait, quia
ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Non ui
debitis me poſtquam aſcendero, qualem nunc ui
dere ſoletis, carne mortali & corruptibili circũda
tum, ſed in maieſtate ad iudiciũ uenientem, & pera
cto iudicio, in maiori gloria ſanctis apparentem.
Sequitur: ¶ *De iudicio autem, quia princeps mũdi huius
iudicatus eſt.* Principem mundi diabolum dicit, quia
principatur eis qui ordine peruerſo mundũ potius
quam mundi conditorẽ diligunt. Qui iudicatus eſt Luc.10.
à domino, qui ait: Videbam ſatanã ſicut fulgur de
cœlo cadentem. Iudicatus eſt ab eo, cum & ipſe dæ
monia eijceret, & diſcipulis daret poteſtatem cal
candi ſuper omnem uirtutẽ inimici. Arguitur itaq́
mũdus de iudicio quo diabolus eſt iudicatus, quãdo
homines ne dei uoluntati reſiſtere pręſumãt, exem
plo damnati propter ſuperbiã terrentur archange
li. Arguit mũdum ſpũſſanctus de iudicio, quo prin
ceps mundi iudicatus eſt, cum loquens in ſpiritu
ſancto Iudas apoſtolus, ad corrigendã hominũ pra
uorum nequitiam, pœnam ſuperbientium comme
morat angelorum, dicens: Angelos uero qui nõ ſer Iudæ.1.
uauerunt ſuum principatum, ſed reliquerunt ſuum
domicilium, in iudicium magni dei uinculis æter
nis ſub caligine reſeruauit. Sequitur. ¶ *Adhuc multa
habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum
autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit uos omnem
ueritatem.* Certum eſt quidem, quia ueniente deſu
per ſpiritu, apoſtoli maiorem multo ſcientiam ue
ritatis, quam carnales eatenus potuere, conſecuti
ſunt, maiori deſiderio cerãdi pro ueritate ſuccen
ſi ſunt. Non tamen putãdum eſt, in hac uita quem
piam omnem ueritatẽ poſſe comprehendere, cum
hæc fidei noſtrę merces in alia ſit uita promiſſa, ipſa
ueritate dicente: Hęc eſt aũt uita ęterna, ut cogno
ſcant te ſolum uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Ioh.17.
Chriſtum. Et alibi ad Iudæos: Si manſeritis in uer Ioh 8.
bo meo, uere diſcipuli mei eritis, et cognoſcetis ue
ritatem.

ritatē. Vnde & Apoſtolus, q ad tertium cœlum ra
ptus, audiuit arcana uerba, quæ nõ licebat homini
1.Cor.13 loqui: Ex parte, inquit, cognoſcimus, & ex parte
ꝓphetamus. Intelligendũ eſt ergo quod ait de ſpiri
tu, docebit uos omnē ueritatem, quaſi diceret: Dif-
fundet in ueſtris cordibus charitatē, cuius magiſte-
rio intus edocti, ꝓficiatis de uirtute in uirtutem,
digniꝙ efficiamini peruenire ad uitam, in qua uo-
bis & ęterna claritas ſummę ueritatis, & uerę ſub-
limitatis, id eſt, cõtemplatio ueſtri cõditoris appa
reat. ¶ *Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur.* Nõ loqtur ſpũs à ſemetipſo, id eſt,
ſine patris & filij communione. Neq; enim diuiſus
à ſe partitus. ac * ſeparatus eſt ſpũs, ſed quęcunq; audiet loque-
tur. Audiet uidelicet per unitatē ſubſtantiæ, & ꝓ
prietatem ſcientię. Nõ loquitur à ſemetipſo, qa nõ
eſt à ſemetipſo. Pater quippe ſolus de alio non eſt.
Nam & filius de patre natus eſt, & ſpũſſanctus de
patre procedit. Ab ipſo autem audiet ſpiritusſan-
ctus, à quo procedit: quia non eſt à ſeipſo, ſed ab il-
lo à quo procedit. A quo eſt illi eſſentia, ab illo utiq;
que & ſciẽtia. Ab illo igitur audiẽtia, quod nihil eſt a-
liud ꝗ ſcientia. Quod uero adiunxit. ¶ *Et quæ futura ſunt, annunciabit uobis*, conſtat innumeros fideli-
um p donũ ſancti ſpũs prænouiſſe ac prædixiſſe uẽ-
tura. Sed quia ſunt nonnulli, qui ſpiritus gratia ple
ni infirmos curant, mortuos ſuſcitant, dęmonibus
imperant, multis uirtutibus coruſcant, ipſi angeli-
cam in terris uitam gerunt, nec tamen quę ſibi ſunt
uentura, ſpiritus eiuſdem reuelatione cognoſcũt.
Poteſt hic dñi ſermo etiam ſic accipi: Quia ſpiritus
adueniens, quę uentura ſunt nobis annunciat; cum
gaudia nobis patrię cęleſtis ad memoriam reducit,
cum feſta illa ſupernę ciuitatis per donũ nobis ſuæ
aſpirationis innoteſcit. Ventura nobis annunciat,
cum nos à delectatione p̃ſentiũ abſtrahens, ꝓmiſ-
ſi in cœlis regni deſiderijs inflammat. ¶ *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis.* Spiri
tus clarificauit Chriſtum, quia per eum tanta cha-
ritas in cordibus diſcipulorũ accẽſa eſt, ut abiecto
timore carnali, effectũ reſurrectionis eius conſtan-
tes prædicarẽt, à quo tempore paſſionis pauidi ſu-
Act.4. gerant. Vnde ſcriptum eſt: Et repleti ſunt oẽs ſpũ-
ſancto, & loquebãtur uerbum dei cũ fiducia. Spũs
clarificauit Chriſtum, cũ impleti gratia ſpũali do-
ctores ſancti, tot & tanta miracula in noĩe Chriſti
fecerunt, qbus orbẽ totũ ad fidem Chriſti conuerte
runt, tot ac tanta pro Chriſti noĩe paſſionum cer-
tamina pertulerunt, donec ipſa etiã ſupborum col-
la pſecutorũ ſuauiſſimo Chriſti iugo ſubmitterẽt.
Spũs clarificat Chriſtum, cũ ſua nos inſpiratiõe ad
diligendam eius uiſionem accendit, cum illũ patri
in diuinitate æqualem eſſe credendum, fidelíũ cor
dibus intimat. ¶ *Quia de meo, inquit, accipiet, & annunciabit uobis.* De patre accipit ſpiritusſanctus,
unde accipit & filius, quia in hac trinitate de patre
natus eſt filius, de patre procedit ſpũſſanctus. Qui
aũt de nullo natus ſit, de nullo ꝓcedat, pater eſt ſo-
lus. ¶ *Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis.* De
his dixit quæ ad ipſam patris diuinitatem perti-
nent, in quibus illi eſt æqualis, omnia quæ habet pa
ter, mea ſunt, habẽdo. Neq; em̃ ſpũſſanctus de crea
tura quę patri eſt ſubiecta & filio, erat accepturus
quod ait, de meo accipiet, ſed utiq; de patre, de ꝗ
ꝓcedit ſpũs, de quo natus eſt & filius. Sed qa donã
te dño, lectionẽ ſancti euangelij patrũ ueſtigia ſe-
quẽtes exponendo tranſcurrimus, reſtat ueſtrã fra

ternitatẽ chariſſimi mecũ pariter admonere, ut eius
memoriã ſollicita ſemp intẽtiõe ſeruemus, eius ſua
uitatem & deuoto pectore ſcrutemur, & caſto ſę-
pius ore ruminemus. Quid enĩ ꝓdeſt ad audiendũ
dei uerbũ conuenire, & expleto auditu ad inania
mox & ſecularia colloquia uel acta cõuerti? Reco-
lamus ergo, iuxta quod eadẽ admonet lectio, quia
dñs noſter expleta paſſione redijt ad patrẽ, à quo
miſſus eſt, nec patrẽ cũ ad nos ueniret, nec nos de-
ſerẽs cũ rediret. Illuc eius ueſtigia toto mẽtis uiſu
ſectemur, & ut illo peruenire, & illius regni ianuã
mereamur intrare, perpendamus magnopere qbus 1.Ioh.2.
actionum greſſibus in terris degens inceſſerit. Qui
enĩ dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ipſe am-
bulauit, & ipſe ambulare. Certe ipſe p agones paſ- Act.14.
ſionum ad coronam peruenit gloriæ. Merito ergo
intimatur & nobis, quia per multas tribulationes
oportet nos introire in regnum Dei. Vnde & apo
ſtolus Petrus, obſeſſis feruore tentationum quibuſ cõſolās
dã fratribus * cõſulens, aiebat: Nolite pauere, qua 1.Pet.4.
ſi noui aliqd nobis cõtingat, ſed cõmunicãtes Chri
ſti paſſiõibus gaudete, ut in reuelatiõe glorię eius
gaudeatis exultantes. Reuocemus ad mentem,
quia gratiam ſpiritus diſcipulis & ſe miſſurum eſſe
ꝓmiſit, & miſit: & curemus omni uigilãtia, ne cogi
tationibus illecebroſis contriſtemus ſpũmſanctum
Dei, in quo ſignati ſumus in die redemptionis. Sic Sapi.1.
enim ſcriptum eſt: Spiritusſanctus diſciplinæ effu-
giet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quę ſunt
ſine intellectu. Vnde prouide Pſalmiſta, cum huius
ſpũs * accẽdi deſiderio flagraret, prius cordis mũ accipi-
di hoſpitium, in quo hunc recipere poſſet, & ſic de endi,
mum tanti hoſpitis ingreſſum quęrebat: Cor mun Pſal.50.
dum, inquit, crea in me deus, & ſpiritum rectũ in-
noua in uiſceribus meis. Prius quippe cor mundum
in ſe creari, ac deinde ſpiritum rectum in ſuis uiſce
ribus precabatur innouari, quia utiq; ſciebat ſpiri-
tum rectum in corde polluto ſedem habere nõ poſ
ſe. Retineamus ſedulo corde, quia idem ſpiritus ar
guit mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudi-
cio. Caueamus ne ima quærendo, ad mundũ perti- 1.Iohã.2
neamus, quia mundus tranſibit, & concupiſcentia Col.3.
eius. Quæ ſurſum ſunt quæramus, quæ ſurſum ſunt
ſapiamus, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Phil.3.
Conuerſationem noſtrã cum Apoſtolo habeamus
in cœlis, & ne de peccato incredulitatis arguamur, Iacob.2.
exerceamus operando quod credimus, fides em̃ ſi-
ne operibus ocioſa eſt. Ne ex cõparatione iuſtorũ
quos imitari noluerimus, acrius iudicemur, ſolerti
animo memoremus, ꝗd de contẽptoribus ſuæ gra- Luce.11
tiæ dñs ait: Regina auſtri ſurget in iudicio cum ge
neratione iſta, & condemnabit eam, quia uenit à fi
nibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce
plus ꝗ Salomon hic. Ne cum mundi principe dãne-
mur, reſiſtamus illi fortes in fide, & fugiet à nobis.
Loquamur ueritatẽ in corde noſtro, nec faciamus
dolum in lingua noſtra, ut ſpũs ueritatis magis ma
giſq; diffundendo charitatem in cordibus noſtris,
ducat nos * ad agnitionem omnis ueritatis. Huius * in
ſpũs gratiam in cunctis actibus noſtris chariſſimi
huius precemur auxilium, dicamus ſinguli domi-
no, dicamus omnes: Spũs tuus bonus deducet me
in * terram rectã. Sicq; fit, ut qui apoſtolis ſuper- Pſal 142
niens, ea quę uẽtura erãt annũciauit, noſtris quoq; uiam.
mentibus uenturæ uitæ gaudia pateſaciat, nos ad
hæc inquirẽda benignus incendat, cooperãte ipſo
qui hũc & polliceri ſuis fidelibus & dare conſueuit
Ieſu Chriſto dño noſtro, qui uiuit & regnat cũ pa-
tre in

tre in unitate eiuſdem ſpiritusſancti, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DE EODEM DIE HOMILA D. Euſebij Emiſſeni.

DIxerat ſuprrius beatus Petrus: Dñe quo uadis? ſed iam nunc eius ſermonibus omnes edocti & instructi, nemo eum interrogat quo uadit, quoniã certiſsime ſciũt quia ad patrẽ uadit. Vt quid enim interrogarent quod ſciebant, & unde non dubitabãt? *Sed quia hæc locutus ſum uobis, triſtitia impleuit cor ueſtrum.* Videbat enim eos contriſtatos de receſſu ſuo, quem modo audierunt & cognouerunt in ſermone ſuo. Quis enim non doleret à tali, tam bono, tam dulci, tamq; ſuaui Domino ſeparari? *Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam.* Quid enim ueritas niſi ueritatem dicere poteſt? Dicit igitur hoc uoo tantum ſermonem ſuum confirmando, quantum illorum corda conſolando. *Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: ſi autẽ abiero, mittam eum ad uos.* Quanuis enim & ibi & ubiq; ſpiritus paracletus erat, (ſiquidem ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum) aliter tamen uenturus erat. Sic enim ante tempora prædeſtinatum fuerat, ut prius Dei filius de uirgine naſceretur, moreretur, reſurgeret, cœlos aſcenderet, & ſic tandem Spiritum ſanctum conſolandis diſcipulis mitteret: ſic erat diſpoſitum, ſic præfinitum, & aliter uenire non poterat. *Et cum uenerit ille arguet mũdum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.* Hoc aũt exponit. De peccato quidẽ, quia non credunt in me: de iuſtitia uero, quia ad patrem uado, & iam nõ uidebitis me: de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt: Ecce tibi appoſuit, in quibus Spiritus ſanctus mundum redarguit. De qbus ipſe quoq; Dei filius eũ prius redarguerat. Tale eſt ac ſi diceret, Ego quidem ad patrem uado, ſed ſpiritum uobis paracletũ mitto, qui mea uice uos doceat, confirmet, & corroboret, qui in uobis & per uos loquatur, & per uos arguat mundũ de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio: de peccato quidẽ infidelitatis, qa non credũt in me, & qui non credunt in me, iuſtitiã non operantur: & ideo arguet eos ſpũs ſctũs etiã de iuſtitia. Sed quare ipſe uice mea, & nõ ego per meipſum? quia ego ad patrem uado, & iã non uidebitis me. Ipſe enim hanc redargutionẽ facere poterat, niſi quia ſecundũ carnem cœlos aſcendebat, & quia corporaliter in hoc mundo ulterius non manebat. Et non ſolum de peccato, & de iuſtitia, uerum etiam de iudicio arguet mundum ſpiritus ſanctus. De quo iudicio? de illo quidem de quo ſuperius ait. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Vnde & bene hic dicit, de iudicio quidẽ, quia princeps mundi huius mũdi iã iudicatus eſt, id eſt, foras eiectus eſt. De tali nanq; iudicio ait pſalmiſta. Iudica Domine iudicium meũ & cauſam meam. Itemq;, Iudica iudicium meum, & redime. Quod eſt iudicium mundi, niſi redemptio mundi? quod eſt iudicum mundi, niſi i[illegible] cium in quo iudicatur, damnatur, & de cordibu[illegible] delium eijcitur princeps mundi? De hoc igitur iudicio arguitur mundus, quia tanti benefi[illegible] ingratus, adhuc ſequitur principem mundi. Ar[illegible]tur ergo mundus de peccato, quia Chriſtum cre[illegible]re noluit. Arguitur & de iuſtitia, quam eo docente audiuit, & ſeruare noluit. Arguitur & de iudicio, quo princeps mundi eſt damnatus, & mundus ipſe liberatus: ſed tanti beneficij ingratus, nondum Chriſtum ſequitur ſuæ ſalutis auctorem, ſed potius diabolum deceptorem. Poteſt autem & ſic intelligi quod ait. Ipſe arguet mundũ de pctõ, & de iuſtitia & de iudicio. Ac ſi diceret. Ipſe arguet mundum de pctõ ſuo, & de iuſtitia mea, & de iudicio ſuę prauę electiõis. De pctõ quidẽ, qa nõ credũt in me. Si enĩ nõ ueniſsẽ & loquutus eis fuiſſem, pctm̃ nõ haberẽt: nũc aũt excuſationẽ nõ habent de pctõ. Arguet aũt mundũ & de iuſtitia mea, q̃ ego quidẽ tũc habebam cum me Dei filium eſſe dicebam. Ipſi uero contra iniuſte clamabant. Secundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Hæc autem mea iuſtitia nunc manifeſtabitur, quia ecce ego nunc ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Neq; enim ad eum quaſi ad patrem ire potuiſſem, ſi eius filius non fuiſſem. Et alij quidem omnes ibunt ad eum quaſi ad Dominum, ſolus autem filius iuit ad eum quaſi ad patrem. Arguet præterea ſpiritus ſanctus mundum de iudicio prauæ ſuæ electionis, quo uidelicet iudicio mundi principi (qui iam & damnatus & iudicatus eſt) ſeruire elegit, & me ſuæ ſalutis auctorem damnauit, & rrprobauit. Sequitur: *Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem.* Multa (inquit) iam dixi uobis, multa habeo dicere adhuc uobis, quæ ideo non poteſtis portare modo, quia illam tantam mei ſpiritus plenitudinem nondum uobis infundere uolo. Quare? Vt omnia ſuo tempore fiant, ut prius cœlos aſcendam, & tunc tandem effundam de ſpiritu mro ſuper omnem carnem & prophetabunt. Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, qui nihil docet niſi ueritatem, de quibuſcunque rebus uos docuerit, ſine alicuius falſitatis admixtione, integram & perfectam omnemque ueritatem uos docebit. Et propter hoc quidem quia ſpiritus docet omnem ueritatem. Dominus & Saluator noſter de ſpiritu ſancto dicere uidetur, quod omne peccatum & blaſphemia remittetur: ſpiritus autem blaſphemiæ nõ remittetur. Et quicunque peccàuerit in filium hominis, dimittetur ei: qui autem peccauerit in ſpiritum ſanctum, non dimittetur ei in hoc ſeculo, neq; in futuro. Vnum igitur peccatum eſt, & præter ipſum nullum aliud eſt, quod hominibus non dimittatur. Hoc autem eſt, ueritati credere nolle. Ideo enim pereunt Iudæi & pagani, quia ueritati credere nolunt. Quicunque igitur eſt qui uult ut dimittantur ei peccata ſua, credat ueritati: & ſi Chriſtianus non eſt, conuertatur ad fidem & baptizetur. Hoc enim ueritas dicit. Quia qui non crediderit, condemnabitur. Si uero Chriſtianus eſt, credat ueritati, recedat à peccato, pœniteat & dimittetur ei peccatum. Dicit propheta de ſpiritu ſancto. Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra. Dicit & Apoſtolus per ſpiritum ſanctum. *Se*cundum duritiam autem tuam & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Hoc autem uerum eſt, & omnino uerum eſt, cui ueritati quicunque indurato corde credere noluerit, non dimittetur ei, neque in hoc ſæculo neque in futuro. Sicut autem proprium eſt filio carnem ſuſcepiſſe, & mũdum a morte perpetua ſuo ſanguine liberaſſe: ita & ſpiritui ſancto proprie pertinere uidetur, ut à patre filioque procedens, per Apoſtolos eccleſiæque doctores omnem ueritatem doceat & prædicet. Vnde & Dominus ait. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Quanuis igitur in totam trinitatem peccet quicunque in unam de

tribus

tribus perſonis peccar, tamen proprie in ſpiritum ſanctum peccare uidetur, quicunque ueritati non credens, eius doctrinæ & magiſterio contradicit. Sequitur: *Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur, & quæ uentura ſunt, annũciabit uobis.* Sic enim & de ſe ipſo Dominus ait. Ego a meipſo non loquor Itemq́;, & ſermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed eius qui miſit me. Quod quidem (ſicut ſuperius) tale eſt, ac ſi diceret. Ego ſum à meipſo. Pater enim à nullo, filius à patre, ſpiritus uero ſanctus, à patre filioq́; procedit. Non igitur loquitur à ſemetipſo, quia nõ eſt à ſemetipſo, quia ſpiritus ubi uult ſpirat, ſed non tãtum à ſemetipſo, quia non eſt à ſemetipſo, quia unum ſunt pater & filius cum ipſo. Tres igitur in uno loquuntur, quia tres unum ſunt Dicatur ergo, Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur. Quid eſt *audiet?* Neque enim intelligendum eſt, ut in illa trinitate inuiſibili uocalis aliqua & clamoſa colloquutio fiat. In eo ergo ſe audiunt, quo idem ſciunt & uolunt. Loquetur igitur ſpiritus ſanctus quæcunque patrem & filium uelle cognoſcet. Sicut enim uoluntas communis eſt, ſic & auditus. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit uobis.* Et hoc exponit. Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Ille me (inquit) clarificabit, id eſt, meã claritatem uobis reuelabit, & per uos multis alijs me dei eſſe filium manifeſtabit, & hoc ideo quia de meo accipiet. Si enim ſpiritus ſanctus accipit de his quæ patris ſunt, accipit utiq; de his quæ ſunt filij, quoniam omnia quæcunq; habet pater, filij ſunt. Eſt igitur ſpiritus ſanctus, ſpiritus filij: ſi quidem eſt ſpiritus patris. Pater enim ad filium refertur, & filius ad patrẽ. Spiritus uero ſanctus ad patrem & ad filium. Sed ad ſpiritum ſanctum nihil refertur. Eſt enim pater, filij pater: & filius, patris filius. Spiritus uero ſanctus, ſpiritus eſt & patris & filij. Sed neq; pater ſpiritus eſt pater: neq; filius, ſancti ſpiritus filius eſt. Nihil igitur refertur ad ſpiritum ſanctum. Quoniã autem & ſpiritus ſanctus, & patris & filij ſpiritus eſt, unde habet eſſe, inde habet & ſapientem & ueracem eſſe. Quod enim eſt eſſe ei, hoc eſt ei ſapientem & ueracem eſſe, & ſimilia eſt enim ſpiritus ſapientiæ & intellectus, eſt & ſpiritus omnis ueritatis. Sed hoc de patre filioque habet & accipit. Et hoc eſt unde Dñs ait, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Hæc autẽ quoniam omnium trium communia ſunt, & ſubſtantialiter cõmunia, poterat dixiſſe Dñs ſi uoluiſſet, quia de meo & de ſuo accipiet, & annunciabit uobis. Nã & filius quando prędicabat, & de ſuo & de his quę patris & ſpiritus ſancti ſunt accipiebat, quoniam una eſt ſapientia & ueritas omnium trium. Vnde & ipſe dicebat, mea doctrina non eſt mea.

DOMINICA QVINTA,

Vocem. Iohannis. xvi.

¶In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amẽ amẽ dico uobis, ſi quid petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit uobis. Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo. Et reliq. Homilia uenerabilis Bedæ presb.

POteſt mouere infirmos auditores, quomodo in capite lectionis huius euangelicę diſcipulis ſaluator promittat, ſi quid inquiens, petieritis patrem in noĩe meo, dabit uobis, cum non ſolũ noſtri ſimiles, multa quæ patrem in Chriſti nomine uidentur petere, non accipiant, uerumetiam ipſe Apoſtolus Paulus tertio Dñm rogauerit, ut à ſe angelus ſatanę à q̃ tribulabat̃ abſcederet, nec impetrare potuerit. Sed huius motio q̃ſtionis, antiqua iã patrum explanatione reſerata eſt, qui ueraciter intellexerunt, illos ſolũmodo in nomine ſaluatoris petere, qui ea quę ad ſalutem perpetuam pertinent petunt: ideoq́; Apoſtolum non in nomine ſaluatoris petiſſe ut tentatione careret, quam ob cauſam humilitatis acceperat, quia ſi hac caruiſſet, ſaluus eſſe non poſſet, ipſo affirmante cum ait: Et ne 2. Cor. 12. magnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet. Quotieſcunq; ergo petentes non exaudimur, ideo fit, quia uel contra auxilium noſtræ ſalutis petimus, ac ꝓpterea à * miſericordiæ patre *miſericorde. beneficijs gratia nobis q̃d inepte petimus negatur, quod eidem Apoſtolo Paulo contigiſſe probatur, cui ter petenti reſponſum eſt: Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Velutilia quidem, & quæ ad ueram ſalutem reſpiciunt petimus, ſed ipſi male uiuẽdo, auditũ à nobis iuſti iudicis auertimus, incidẽtes in illud Salomonis: Qui Pro. 28. auertit aurem ſuam ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Vel dum pro peccantibus quibuſdam ut reſipiſcant oramus, & ſi ſalubriter petimus, atque ex noſtro merito digni ſumus audiri, ipſorum tamen peruerſitas ne impetremus obſiſtit. Fit etiã aliquando, ut ſalutaria prorſus & præcibus ſolicitis & deuotis quæramus actionibus, nec tamẽ ſtatim quæ petimus obtineamus, ſed in futurum petitionis noſtræ differatur effectus. * ſic etenim ge *ſicut di nibus flexis quotidie rogamus patrem, dicentes: Adueniat regnũ tuum: idem tñ regnum non mox Matt. 6. oratione finita, ſed tempore congruo ſumus accepturi. Quod pia prouiſione noſtri conditoris conſtat actitari, ut uidelicet deſideria noſtræ deuotionis dilatione creſcant, & incremento quotidiano magis magisq́; prouecta, tandem pfectius capiant gaudia quæ requirunt. Inter quæ notandum, quia cum pro peccantibus oramus, & ſi eorum ſaluationem impetrare nequimus, nequaq̃ tñ fructu precis noſtrę priuamur: quia & ſi illi digni non ſunt ſaluari, nos tamen amoris quem illis impendimus, mercede donabimur, ſicq́; in tali petitione implebitur nobis illa domini promiſſio, qua ait ¶*Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.* Intuendum enim, quia non ait ſimpliciter, dabit, ſed dabit, inquit, uobis: quia & ſi non eis pro quibus petimus dabit, nobis tamen cum pro aliorum erratibus miſericorditer interuenimus, præmiũ noſtrę benignitatis reſtituet. Sequitur: ¶ *Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo.* Non petierunt eatenus in nomine ſaluatoris, quia dum ipſum ſaluatorem uiſibili præſentia complecterentur, minus ad inuiſibilia ſalutis dona mentis intuitum erexerant. Sed & noſtra fragilitas patrem petens, non in nomine Ieſu, id eſt, ſaluatoris petit, dum contra rationem ſuæ petit ſalutis, non ut apoſtolorũ ſimplicitas, corporali uiſu ſui ſaluatoris ab æternę ſalutis petitione ſit retardata, ſed obſtaculo propriæ cupiditatis ab intuitu dñicę uolũtatis impedita. Quid aũt principaliter petendum, ac ſi ulla dubietate eis qui ſideliter in petendo perſtiterint, ſit ſperandum à patre, dominus ſubdendo manifeſtat, dicens: ¶*Petite, & accipietis, ut gaudium ueſtrum ſit plenum.* Ordo q̃ppe ſenſus eſt: Petite, ut gaudium ueſtrum ſit plenũ,

& ac

& accipietis. Plenum ergo gaudiũ beatitudinem
perpetuę pacis appellat. Nam ut taceamus de gau
dio reproborum, quo ſibi luctum mercantur ęter-
num, habent ſancti etiam in pręſenti gaudium de
ſpe cœleſtium bonorum, cũ pro domino terrenis
exercentur aduerſis: habent gaudium, quũ amore
fraternitatis ſuadente, diſcunt gaudere cum gau-
Rom. 12 dentibus, flere cum flentibus. Sed non eſt plenum
gaudiũ quod fletu variante miſcetur. Plenũ quip-
*fit pe gaudium *eſt, ubi nemine flente cum ſolis datũ
gaudere gaudẽtibus. Ait itaque: Petite & accipie-
tis, ut gaudium ueſtrum ſit plenum, ac ſi patenter
dicat: Nõ fluxa ſeculi gaudia, quę & mœrore ſem
per mixta, & certo ſunt fini obnoxia, ſed illud ſin-
gulare gaudiũ à patre petite, cuius plenitudo nul-
lo cuiuſlibet inquietudinis attactu minuitur, æter
nitas nullo unquã termino diſſoluitur. Si eñ per-
1. Pet. 1. ſtiteritis in petẽdo, proculdubio quæ petitis, per-
cipietis. De huius plenitudine gaudij Petrus fide-
libus ſcribit, dicens: Credentes autem exultabitis
lętitia inenarrabili & glorificata, reportantes finẽ
fidei ueſtræ ſalutem animarum ueſtrarum. Petere
autem huiuſmodi gaudium, eſt, non uerbis tantũ-
modo patriæ cœleſtis introitum flagitare, ſed &
digna operatiõe pro eius perceptiõe certare. Ne-
que enim quippiam utilitatis affert bene orando
ſuperna quærere, qui non deſiſtit peruerſe uiuẽdo
infimis implicari. ¶ *Hæc in prouerbijs locutus ſum uo
bis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar uobis,
ſed palam de patre meo annunciabo uobis*. Illam nimi
rum horam ſignificat, qua eis, peracta ſua paſsiõe
ac reſurrectione, ſpiritusſancti gratiam erat datu
rus. Tunc enim ſpiritualiter intus inſtructi, ſpiri-
tuali dilectione ſuccẽſi, quo perſectius omnia quę
de agnitione diuinitatis mortalibus erant capien-
da ceperant, eo ardentius ſola quæ ad eius uiſionẽ
promerẽdam iuuarent, petere ac deſiderare cura-
rent. Hoc eſt enim quod ſubiungit: ¶ *Illo die in no-
mine meo petetis*. Poſſumus horam quã pollicetur,
in futura uita intelligere, in qua palã de patre an-
nũciabit, id eſt, palam oſtendet patrem electis, qñ
ſicut Apoſtolus ait, uidebimus eũ facie ad faciem.
2 Cor. 13 De qua annunciatione dicit Iohannes: Chariſsimi,
1. Ioa. 3 nũc filij dei ſumus, & nõdum apparuit qd erimus.
Scimus quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, ui-
debimus enim eũ ſicut eſt. Vbi & ueraciter in no-
mine Ieſu petunt electi, dum ꝓ noſtra fragilitate
intercedunt, quatenus ad ſuæ ſaluationis ſortem
pertingamus, à qua adhuc inter inſidias hoſtium
peregrinamur in terris. Quam ſanctorum petitio
nem aptiſsime die futuram promiſit: illo, inquiẽs,
die in nomine meo petetis. In die etenim petunt,
quia non inter tenebras preſſurarum (ut noſtra in
præſenti) ſed in luce ſempiternæ pacis & gloriæ,
beatorum ſpirituum pro nobis interceſſio fundi-
tur. Poſſunt autem ijdem ſpiritus electorum in il-
la ciuitate cœleſti poſiti, etiam pro ſeipſis in no-
mine ſaluatoris petere intelligi, qa uidelicet tem-
pus uniuerſalis iudicij & reſurrectiõis corporum,
in qbus pro domino certauere, uenire deſiderant.
Apoc. 6 Vnde & Iohannes ait: Vidi ſub altare dei animas
interfectorum propter uerbũ dei, & propter te-
ſtimoniũ quod habebant, & clamabant uoce ma-
gna dicẽtes: Vſq; quo domine ſanctus & uerus, nõ
iudicas & uindicas ſanguinem noſtrum de his qui
habitant in terra? Vbi cõtinuo ſubinfertur: Et da-
tæ ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ: & dictum eſt illis,
ut requieſcerent tempus adhuc modicum, donec
implerenť conſerui eorum, & fratres eorum. Sin-
gulas quippe ſtolas albas nunc habent animę, quũ
ſola ſua fœlicitate fruuntur. Binas tunc accipient,
quum impleto in fine numero fratrum, corporum
quoque immortalium receptione lætabũtur. ¶ *Et
non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis*. Quia
dominus noſter Ieſus Chriſtus, & deus & homo
eſt, modo ſumma diuinitatis, modo humanitatis
humilia loquendo deſignat. Quod enim dicit, non
rogaturũ ſe patrẽ de diſcipulis, propter conſubſtã
tialem patri diuinitatis ſuæ potentiã dicit, in qua
non patrem ipſe rogare, ſed rogata cũ patre con- Luc. 22.
ſueuit donare. Quod uero Petro ait, Ego autem 1. Ioh. 2.
rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et de illo
Iohannes: Aduocatũ, inquit habemus apud patrẽ
Ieſum Chriſtum iuſtum: propter diſpenſationem
dictum eſt aſſumptæ humanitatis, cuius cum triũ
phum patris oſtendit oculis, pro noſtra infirmita
te propicius interuenit. Poteſt & ita non inconue
nienter accipi qd ait: Et non dico uobis, quia ego
rogabo patrem pro uobis, quia nõ de præſenti ro
go, ſed de futuro tẽpore poſuit rogabo, quod ſan-
ctis in ęterna pace receptis, nõ opus ſit iam aliqd
rogari de illis, quia nimirũ tanta beatitudine do-
nati ſunt, qua amplior eſſe non poteſt. ¶ *Ipſe enim
pater amat uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis quia
a deo exiui*. Non ita intelligendum eſt, quaſi amor
& credulitas diſcipulorũ, præceſſerit amorẽ quo
illos pater amaret, meritumque humanum prius
ſit muneribus gratiæ cœleſtis, cum apertiſsime di
cat Apoſtolus: Aut quis prior dedit illi, & retri-
buetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ip- Rom. 11
ſo ſunt omnia. Sed ita potius, quia pater illos gra-
tuito amore præuenerit, atque ad amandum cre-
dendumque filium amando ſuſtulerit, & quia ipſi
agnitam filij dilectionẽ atque fidem pio & ſollici-
to corde ſeruauerint, maioribus eos donis pater-
næ dilectionis eſſe remuneratos. Non autem arbi
trãdũ, quia pater ſine filio *et ſpiritu ſancto ama- *aut
re, uel amoris poſſit munera dare. Nec rurſus ęſti-
mandũ, quia filius ſine patre & ſpiritu ſancto ua-
leat amari uel credi. Quod ergo ait, Ipſe enim pa-
ter amat uos, intelligendum eſt, una cum filio &
ſpiritusſancto amare, quos amore dignos iudicat.
Et quod adiunxit, ¶ *Quia uos me amaſtis*, eadem ra-
tione *ſciendum eſt, quia quicunque filium recte *ſ ntis
amat, hunc cum patre & amborũ ſpũ amat: qa quo endum
rũ inſeparabilis eſt natura diuinitatis, horum una
eademq; ſunt dona uirtutis. ¶ *Exiui a patre, & ue-
ni in mundum. Iterum relinquo mundũ, & uado ad pa-
trem*. Exiuit à patre, & uenit in mundum, quia mũ
do uiſibilis apparuit in humanitate, qui erat inui-
ſibilis apud patrem in diuinitate. Exiuit à patre,
quia non in ea forma qua æqualis eſt patri, ſed in
aſſumpta creatura minor apparuit. Et uenit in mũ
dum, quia in forma ſerui quam accepit, etiam mun
di huius amatoribus ſe uidendum ꝑbuit. Iterũ re-
liquit mundum, & rediјt ad patrẽ, quia ab aſpectu
amatorũ mundi quod uiderant abſtulit, & ſe ama-
toribus ſuis ęqualẽ patri eſſe credendũ docuit. Re-
liquit mundum, & rediјt ad patrem, quia humani-
tatem quam induit, per aſcenſionem ad inuiſibilia
perduxit. Hæc quidem uerba dñi myſtica, & ſicut
ipſe teſtatur, in prouerbijs ſunt dicta, ſed diſcipu-
li quibus dicebantur, adeo carnales adhuc erãt, ut
eorum profunditatem minime caperent, & non
ſolum arcana dictorum, ſed nec ipſam ignoranti-
am ſuam intelligerent, putantes ſimpliciter & di-

lucide prolata, quæ non intelligentibus prouer=
bia erant vnde continuo reſponderunt: ¶ *Ecce nūc
palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.* Palam igi=
*autus mabant tur eum loqui * eſtimabāt, cuius myſteria dictorū
ut credum comprehendere ualebant. Quod autem
adiungitur: ¶ *Nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non o=
pus eſt tibi, ut quis te interroget, in hoc credimus quia a
deo exiſti*, aperte oſtendunt, quia loquens ad eos
dominus, de his maxime diſputabat quæ illos de=
lectabat audire, & quæ illi interrogare uolebant,
hæc ipſe, præueniens eos, ultro proferebat. Vn=
de merito illum ſcire omnia quaſi deum, & quaſi
dei filium a deo ueniſſe credunt & confitentur.
Apertum nanque diuinitatis indicium eſt, cogi=
3 Reg 8 tationum noſce ſecreta, Salomone affirmante, qui
deu ſupplicans ait: Tu enim ſolus noſti corda o=
Iere.11. mnium filiorum hominum. Vnde etiam Ieremi=
as ait: Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas
iuſte, & probas renes & corda. Neque enim hæc
tranſeunter aut negligenter commemorāda ſunt,
ſed ſolerter inuigilandum eſt fratres mei, ut non
uerba tantum & opera noſtra, ſed ipſa quoque
cordium ſecreta diuinis aſpectibus digna redda=
mus. Non in templo noſtri pectoris odiorum
flamma, non inuidiæ rubigo reſideat, non inde tur
pis uel contumelioſi ſermonis radix oriatur, nō ibi
Iſa 66. meditatio facti nocentis innaſcatur. Memores ſi=
mus dominicæ comminationis qua dicit: Ego enī
opera & cogitationes eorum uenio ut congregē.
& expulſis uitiorū ruderibus talem cordis noſtri
paremus manſionē, cuius ipſe dignetur ineſſe man
ſor, qui eius ineſtimabilis inſpector & iudex eſt. Scien=
dum autem, quia triplex eſt modus cogitationum
nequam. Vnus earum quæ deliberatione & propo
ſito peccandi mentem contaminant. Alius earum
quę delectatione quidem peccati perturbant men=
tem, nec tamen hanc ad peccandi conſenſum pertra=
hunt. Tertius earum quæ naturali motu mentem
percurrentes, non iam hanc ad perpetranda uitia
illiciunt, quam à bonis quæ cogitare debuit impe=
diunt. ueluti eſt cum phantaſmata eorum quæ ali=
quādo ſuperuacue geſta uel dicta nouimus, ad me=
moriam reducimus: quorum crebra retractatio, quā=
ſi importuna muſcarum improbitas, cordis oculos
circumuolare, ac ſpiritualem eius aciem inquieta=
re magis quam excæcare conſueuit. A cunctis au=
Pro.4. tem his cogitationum nequam generibus caſtiga=
ri monuit Salomō, cum dicit: Omni cuſtodia ſerua
cor tuum, quoniam ex ipſo uita procedit. Cuius
monita ſequētes agamus ſoliciti, ut ſi quid conſen
ſu perpetrandi facinoris in animo deliquimus, ci=
ta hoc confeſſione, & dignis pœnitentię fructibus
abſtergamus. Si delectatione peccandi nos tentari
ſenſerimus, noxiam delectationē crebris precibus
ac lachrymis, crebra amaritudinis perpetuę recor=
datione pellamus. Et ſi nos ſolos ad hanc propul=
ſandam ſufficere non poſſe uiderimus, fratrum quę
Iaco 5. ramus auxilia, ut quod noſtris uiribus nequimus,
illorum conſilio & interceſſione ſumamus, Multū
*alleuiabit enim ualet deprecatio iuſti aſsidua, & ſicut idem
præmiſit: Oratio fidei ſaluabit infirmum, & * allei
uabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittens
tur ei. Quia enim ſuperuacuis cogitationibus ad
integrum carere non ualemus, has in quantum poſ=
ſumus immiſſione bonarū cogitationum, & maxi=
Pſal.118 me frequenti ſcripturarum meditatione fugemus,
iuxta exemplum Pſalmiſtæ, qui dicit: Quomodo
dilexi legem tuā domine, tota die meditatio mea
eſt. Petamus ſupernam clementiam, quod eſt uere
in nomine ſaluatoris petere, ut & cordis munditi=
am, & boni operis præſtet efficaciam: & ante om=
nia illam ſedula mente recolamus horam, illam ci=
tius uenire optemus, in qua nō iam per ſcripturas
loquatur nobis dominus: ſed palam de patre an=
nunciet nobis, cū quo uiuit & regnat deus in unita
te ſpiritusſancti, per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

DE EODEM DIE HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

SI conſideramus hæc uerba, quibus ſpecialiter
proprieque dicantur, facilis eſt ſolutio. Apoſto
lis enim loquebatur Dominus, quos in nomine Chri
ſti Ieſu cæcos illuminaſſe, paralyticos curaſſe,
mortuos ſuſcitaſſe, & alia multa miracula feciſſe
legimus. Nihilque patrē in nomine filij eos petijſ=
ſe audiuimus, quod non acceperunt. Vnde & quoſ=
dam male petentes Iacobus Apoſtolus redarguēs
ait: Petitis & non accipitis, eo quod male petatis.
Itemq;: Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo,
qui dat omnibus affluenter & non improperat, &
dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans.
Apparet igitur his uerbis Apoſtolum quoq; ideo
exauditum non eſſe, eo quod non in nomine Ieſu,
& non bene petiſſet. Si tamen nō exauditum dica=
mus, qui quaſi melius exauditus, ſe quod petebat
exauditus non accepiſſe igitur. Noluit enim ex=
audiri, poſtquā ſe male petijſſe cognouit. Atq; in
eo exauditus melius eſt, quod de his quæ petebat
exauditus non eſt. Eſt enim exauditus non de his
quæ petebat, ſed de his quę uolebat. Nemo autem
ſic exauditur, ſicut ille qui utiliter accipit quod
uult. Sequitur. *Vſque modo non petiſtis quicquam in no=
mine meo.* Quid eſt hoc? legimus enim Chriſti diſ=
cipulos prius etiam quàm hæc eis Dominus dice=
ret, in nomine Ieſu Chriſti infirmos multos ſanaſ=
ſe, & demonia eieciſſe. Vnde & ad eum reuerſi (ut
Lucas ait) cum gaudio dicebant, Domine etiam
dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Legi=
mus etiam eos increpaſſe quendam qui eos non
ſequebatur, eo quod in nomine Ieſu dæmonia eie=
ciſſet. Quid eſt igitur quod ait: *Vſque modo non pe=
tiſtis quicquam in nomine meo*, cum manifeſtum ſit eos
in nomine Ieſu iam multa petiſſe? Dicis fortaſſe
eos non petiſſe in nomine Ieſu, id eſt, non petiſſe
ea quæ pertinent ad ſalutem, ſic enim hoc quidam
intelligere uolunt. Sed non eſt uerum. Quid igi=
tur dicemus? dicunt diſcipuli: Etiam dęmonia ſub=
ijciuntur nobis in nomine tuo: dicit magiſter, Vſq;
modo non petiſtis quicquam in nomine meo. Te=
ne igitur quod ſuperius ait: Si quid petieritis pa=
trē in nomine meo dabit uobis: deinde longe quod
ſequitur, Vſq; modo non petiſtis quicquam (ſubau=
ditur à patre) in nomine meo. Quia enim non pa=
trem ſed filium uidebāt, ad filium ſolummodo reſ=
piciebant. Sed poſtquàm filius cœlos aſcendit, me=
lius inſtructi & à ſpiritu ueritatis edocti, & patrē
& filium rogare cœperunt. Vult igitur filius, ut
quod in nomine eius petitur a patre petatur, ſem=
perq; pater in filio honoretur. Sequitur adhuc de
ipſa petitione: *Petite, & accipietis, ut gaudiū ueſtrum
plenum ſit.* Dixit ut peterent, & ut a patre peterēt,
& in ſuo nomine peterent: nunc autem eos docet
quid petere debeāt. Petite, ait. Quid? Vultis audire
quid? ut gaudium ueſtrum plenum ſit. Illud enim
gaudium plenum eſt, quod perfectū & integrum
eſt, quod nunquam finitur, & æternum eſt. Hoc
igitur petendū eſt, ut ad tale gaudiū perueniatur.
Quæ

Quæ uero ab iſto gaudio hominem ſeparãt, ea pe-
tenda non ſunt. Sic igitur temporalia quæramus,
ut noſtrum deſiderium ab æterno gaudio non ſe-
paretur: ſic trãſeamus per bona temporalia, ut nõ
amittamus æterna. Audiamus ſemper quod hic di-
citur, Petite, ut gaudium ueſtrum plenũ ſit, & acci-
pietis, accipietis utique, ſed non modo: accipietis,
ſed non in hac uita. Hoc enim gaudium non acci-
pitur, niſi poſt hanc uitam. Quærite igitur primũ
regnũ Dei & iuſtitiam eius, & hęc omnia adijcien-
tur uobis. *Hæc in prouerbijs loquutus ſum nobis. Venit
hora enim iam non in prouerbijs loquar nobis.* Hoc eſt
enim quod alius euangeliſta ait, Quia in parabo-
lis loquebatur Ieſus, & ſine parabolis non loque-
batur eis. In prouerbijs enim aliud auditur, & ali-
ud intelligitur. Per illam autem horam, qua non
in prouerbijs, ſed palam ſe loquuturum de patre
dicit, ab eius reſurrectione omne tempus futurum
ſignificatur, ſiue per ſe uiſibiliter, ſiue per ſpiri-
tum ſanctum inuiſibiliter eis loquatur. Adueniens
te nanque ſpiritu ſancto, tunc palam & manifeſte
nunciatum & reuelatum eſt eis, quod prius de pa-
tre ignorabant. Neque fuit neceſſarium ut ulteri-
us dicerent, Domine oſtende nobis patrem, & ſuf-
ficit nobis, uidentes in patre filium, & in filio pa-
trem, & in utroque ſpiritum ſanctum. *In illo die in
nomine meo petetis.* In illo (inquit) die petetis in no-
mine meo, ut in uirtutibus quæ per uos fient, glo-
rificetur & pater, quẽ uos petiſtis in nomine meo.
Non enim dixit nomen meum, ſed petetis in nomi-
ne meo, ut oſtenderet nobis à quo, & in quo pete-
re debeamus. Superius dixerat. In illo die me non
rogabitis quicquam: nunc autem dicit, In illo die
in nomine meo petetis, quod utique cõtrariũ eſſet
ſi de eodem die intelligeretur. Hic igitur dies hu-
ius ſeculi eſt, ille uero alterius ſeculi: hic ante iu-
dicium, ille poſt iudicium. *Et non dico uobis quia ego
rogabo patrem de uobis, ipſe enim pater amat uos, quia
uos me amaſtis, & credidiſtis quia a Deo exiui.* Poſt-
quam (inquit) cœlos aſcendero, non dico me roga-
re patrem de uobis, ſed uos ipſi rogate in nomine
meo, & quod uolueritis dabit uobis. Diligit enim
uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis, quia à deo
exiui. *Exiui a patre, & ueni in mundum: Iterum relin-
quo mundum, & uado ad patrem.* A patre exiuit, quia
à patre genitus eſt: In mundum uenit, quia per ſuſ-
ceptam humanitatem mundo ſe uiſibilem prębuit.
Quomodo exiuit neſcitur, quia quomodo genitus
eſt ignoratur. Mundum uero relinquit & ad pa-
trem uadit, non ſecundum diuinitatem, qua ubi-
que eſt, ſed ſecũdum humanitatem, qua localis eſt.
Dicunt ei diſcipuli eius. *Ecce nunc palam loqueris, &
prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia,
& non eſt opus tibi ut quis te interroget.* Volebamus
(inquiunt) te interrogare, quia illa quę dicebas mi-
nime intelligebamus, ſed ſine omni noſtra interro-
gatione tu ipſe nobis ea expoſuiſti, de quibus te in-
terrogare uolebamus. Vnde pro certo ſcimus quia
ſcis omnia, & non eſt opus tibi, ut quis te interro-
get. Et in hoc modo credimus quia à Deo exiſti.

IN LITANIA MINORI. Lucæ xi.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is: Quis ueſtrum habebit amicum, & ibit
ad illum media nocte, & dicet illi. Et reli-
qua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Rogatus à diſcipulis ſaluator non modo
formam orationis, ſed & inſtantiam fre-
quẽtiamq́ tradit orandi. Amicus ergo
ad quem media nocte uenitur, ipſe deus
intelligitur, cui in media tribulatione
ſupplicare tres panes, id eſt, intelligentiã trinita-
tis, qua pręſentis uitæ cõſolentur labores, efflagi-
tare debemus. Amicus qui uenit de uia, ipſe noſter
eſt animus, qui toties à nobis recedit, quoties ad
appetenda terrena & tẽporalia foris uagatur. Re-
dit ergo, cœleſtiq́ alimonia refici deſiderat, cum
in ſe reuerſus, ſuperna cœperit ac ſpiritualia medi-
tari. De quo pulchre qui petierat adiungit, ſe non
habere quod ponat ante illũ, quoniã animæ poſt
ſeculi tenebras deũ ſuſpiranti, nil præter eũ cogi-
tare, nilq́ libet intueri, ſolumq́ recognouit ſum-
mæ trinitatis gaudia contẽplari, atq́ ad hoc ple-
nius intuendum peruenire ſatagit. ¶*Et ille deintus
rñdẽs, dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum
eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurge-
re & dare tibi.* Oſtiũ amici, diuini eſt intelligentia
ſermonis, quod ſibi Apoſtolus orat aperiri ad lo- Col.4.
quendũ myſteriũ Chriſti: clauſumq́ eſt tẽpore fa-
mis, cũ intelligentia uerbi non datur. Et illi qui e-
uangelicã ſapientiã tanquã panẽ erogantes, per or-
bem terræ prædicauerũt, pueri patriſfamiliâs iam
ſunt in ſecreta quiete cũ domino: & tamen orando
efficitur, ut accipiat deſiderans intellectũ ab ipſo
deo, etiam ſi homo deſit per quẽ ſapientia prędice-
tur. *Et ille ſi perſeuerauerit pulſans, dico uobis, & ſi non
dabit illi ſurgens eo quod amicus eius ſit, propter impro-
bitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet
neceſſarios. Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis:
quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur uobis.* Com-
paratio eſt à minore. Si ergo homo amicus ſurgit
de lecto, & dat non amicitia, ſed tędio compulſus,
quanto magis dat deus, qui ſine tædio largiſſime
donet quod petitur? Dominus etenim ſaluator no-
ſter, ad cœleſtis regni gaudia nos peruenire deſide-
rans, & nos eadẽ gaudia à ſe petere docuit, & uo-
bis petentibus ſe hæc daturum eſſe promiſit. Peti-
te, inquit, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis:
pulſate, & aperietur uobis. Quæ nobis ſunt uerba
domini noſtri fratres chariſſimi magnopere ac ſo-
to corde penſanda, quia uidelicet regnũ cœlorum
non ocioſis & uacantibus, ſed petentibus, queren-
tibus, & pulſantibus, dandum, inueniendũ, & ape-
riendum eſſe teſtatur. Petẽda eſt ergo regni ianua
orando, quærẽda recte uiuendo, pulſanda perſeue-
rando. Non enim ſufficit uerbis tantummodo ro-
gare dominũ, ſi non etiã quærimus diligẽtius qua-
liter nobis ſit uiuendum, ut digni ſimus impetrare
quæ poſſimus, ipſo atteſtante qui ait: Non omnis Mat.7.
qui dicit mihi, domine dñe, intrabit in regnũ cœ-
lorũ, ſed qui facit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis
eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorũ. Neq́ aliquid 2.Pet.2.
prodeſt bona inchoaſſe, ſi nõ quiſq́ ſtudeat ea quę
bene inchoauerit, uſq́ ad finem firmũ perducere:
quinimo melius erat non cognoſcere uiam iuſtitię
quã poſt cognitionẽ retrorſum conuerti. Vnde ne-
ceſſe eſt fratres mei, ut petamus ſeduli ſine inter- Pſal.94
miſſione, oremus & procidamus ante deum, plo-
remus coram domino qui fecit nos: & ut nos exau-
diri mereamur, uideamus ſoliciti qualiter nos ui-
uere uelit, quid nos facere iuſſerit, qui fecit nos.
Quęramus dominum & confirmemur, quæramus
faciem eius ſemper, & ut hunc inuenire ac uidere
mereamur, mundemus nos ab omni inquinamen-

1.Cor.7 tu carnis & ſpiritus, quia non niſi corpore caſto in
die reſurrectionis ad cœlos ſubleuari, nō niſi mun
*ualent do corde gloriam *ualemus diuinæ maieſtatis in-
tueri. Pulſemus infatigabili deſiderio æternæ bea
titudinis aures pij cōditoris, nec deficiamus à cœ-
ptis, priuſquam illo aperiente, de carcere mortis
huius mundi eripi, ac portam mereamur cœleſtis
patriæ ingredi. Nemo ſibi blandiatur de innocen-
tia, nullus fidens ſuis actibus (quaſi qui miſericor-
dia iuſti iudicis non egeat) à precibus ceſſet: quin
potius etiam cum ſe aliquid boni quis egiſſe co-
gnouerit, quia qua hoc diſtrictione iudicetur igno
Pſal.142 rat, tremēs cum propheta clamet: Ne intres in iu
dicium cū ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in con
Iob.9. ſpectu tuo omnis uiuens. Et cum beato Iob: Si iu-
ſtificare me uoluero, os meum condemnabit me. Si
innocentem oſtēdero, prauum me comprobabit.
Memor ſemper illius Apoſtolici ſermonis ſit, quia
ſi cōfitemur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, ut
remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab
1.Ioh.1. omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non pec-
cauimus, mendacem facimus eum, & uerbum eius
non eſt in nobis. Neq; rurſus quiſpiam conſiderata
peccatorum ſuorum qualitate ſeu quantitate, à pe
tenda uenia mentem deſperando reuocet. Nemi-
nem uiſa ſuorum putredo uulnerum, ſiue magnitu-
do languoris, à ſalute quærenda retrahat. Præbeat
magnam obtinendæ ſanitatis fiduciam, quod ipſe
conditor noſter, medicus nobis fieri, ipſe ad nos ue
nire in carne, ipſe infirmitates noſtras ſuſcipere ut
ſanaret, dolores noſtros ut auferret, portare di-
gnatus eſt, ipſe ſuum pro nobis ſanguinem fudit,
ſuam pro uita noſtra mortem obtulit. Ipſe magnis
peccantium admiſſis, magna pœnitentiæ remedia
Luc.3. oſtendit, dicens per præcurſorem ſuum: Genimina
uiperarum, quis oſtendet uobis fugere à uentura
Ibid. ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Et
paulo poſt inquit: Qui habet duas tunicas, det nō
habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Ipſe le-
uioribus quotidianisq; noſtris erratibus, ſine qui-
bus hæc uita tranſigi non poteſt, quotidiana con-
Iaco.5. feſſionis & interceſſionis mutuæ medicamēta con
ceſſit, dicens per apoſtolum Iacobum: Confitemi-
ni alterutrū peccata ueſtra, & orate pro inuicem,
ut ſaluemini. Ipſe rogari ut præſtet, amat, qui ani-
mos inopum ad ſe rogandum largus donator eri-
git. ¶ *Omnis, inquiens, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.* Non ergo dubitādum
quod petentes accipimus, quærentes inuenimus,
pulſantibus nobis aperietur, quia nimirum fallere
non potuit ueritas quæ promiſit. Sed hoc eſt uigi-
lantius intuendum, quia non omnes qui coram ho-
minibus orare uidentur, in cōſpectu æterni arbi-
tri petere, uel quærere, uel cœleſtis regni aditum
pulſare probantur. Neq; enim propheta diceret,
Pſa.144 Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eū in ue
ritate, ſi non aliquos dominū inuocare, ſed non in
ueritate cognoſceret. Inuocant quippe dominum
in ueritate, qui in hoc quod orando dicunt, ui-
uendo non contradicunt. Inuocant dominum
in ueritate, qui ſuas ei preces oblaturi, primo
iuſſa illius implere ſatagunt: qui dicturi ei in o-
Mat.6. ratiōe, Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos
dimittimus debitoribus noſtris, illud eius manda-
tū impleuerūt quo dicit: Et cū ſtabitis ad orandū,
Mar.11. remittite ſi quid habetis aduerſus aliquē, ut & pa-
ter ueſter qui in cœlis eſt, dimittat uobis peccata
ueſtra, unde & de talibus apte ſubiungit ꝓpheta:
Voluntatē timentiū ſe faciet, & orationes eorū ex- Pſa.144
audiet, & ſaluos faciet eos. Illi itaq; in ueritate do
minū inuocant, qui eū timere comprobantur. Ho-
rū ipſe cū clamauerint, orationes exaudiet: horum
cum ad ſe ſuſpirauerint, pia deſideria perficit: hos
cum de hac uita tranſierint, ad ſalutē ſuſtollit æter
nā. At contra ſunt qui dominū, ſed non in ueritate
inuocant, quos redarguens Iacobus, ait: Petitis, &
nō accipitis, eo quod male petatis. Male nanq; pe- Iaco.4.
tunt, qui perſeuerantes in peccatis, pro eiſdem pec
catis quæ ipſi minime dimittunt, ut ſibi à domino
dimittantur, impudenter exorant, quales ipſe per
Iſaiam reprobat, dicēs: Et cū extenderitis manus
ueſtras, auertā oculos meos à uobis: & cū multipli Iſai.1.
caueritis orationē, non exaudiam, manus enim ue-
ſtræ ſanguine plenæ ſunt. Quibus adhuc conſulen
do qua ratione poſſint impetrare quæ poſcereq;,
oſtendit cū ſubdit: Lauamini, mūdi eſtote, auferte
malū cogitationū ueſtrarum ab oculis meis. Male Ibid.
petunt, qui uocē domini iubentis audire obtempe
rādo cōtemnunt, & nihilominus dominū ſuā uocē
ſupplicantiū exaudire miſerando depoſcunt, quos
ipſe repellēs in euangelio loquitur: Quid autē uo-
catis me, domine domine, & non facitis quę dico? Luc.6.
De quibus & Salomon in prouerbijs: Qui declinat
inquit, aurē ſuam ne audiat legem, oratio eius erit Prou.28.
execrabilis. Male petunt, qui non ſupernæ merce-
dis intuitu, ſed ad exemplum phariſæorū humanæ
gratia laudis, longis incubunt precibus. De quibus
ipſe teſtis et iudex terribiliter proteſtatur, quia re
ceperunt mercedē ſuā. Male petunt & illi, qui ter-
rena magis in oratione quam cœleſtia bona requi Mat.6.
rūt, quorū preces Apoſtolus in ipſa de qua loqui-
mur ſententia ſpecialiter reprehendit. Cum enim
dixiſſet, Petitis & non accipitis, eo quod male pe- Iaco.4.b
tatis, adiunxit continuo: Vt in concupiſcentijs ue-
ſtris inſumatis. Neq; enī prohibentur ciues patriæ
cœleſtis in terra peregrināles, pro pace tēporum,
pro ſalute corporū, pro ubertate frugum, pro ſe-
renitate aurarum, pro cæteris huius uitæ neceſſa-
rijs dominum petere, ſi tamen hæc non nimie pe-
rantur, & ſi ob id ſolummodo petantur, ut abun-
dante uiatico in præſenti, liberius ad futura dona
tendatur. Sed quia ſunt nonnulli, qui temporalem
quietem & proſperitatē à ſuo creatore requirunt,
non quidē ut eidē creatori deuotioribus animis o-
bediant, ſed ut abundātius comeſſationibus & ebri
etatibus uacent, & ſecurius ac licentius concupiſ-
centijs ſuis, & carnis ſuæ ſeruiant illecebris, meri-
to tales male petere dicuntur. Verum quia omnes
huiuſmodi petitores, eo quod male petāt, accipe-
re non merentur: ſtudeamus dilectiſſimi & bene
petere, & digni ad obtinenda quæ petimus exiſte-
re. Quod ita fit, ſi & ea quæ deus iuſſit, orādo quę-
rimus, & quales ipſe nos fieri docuit, tales ad oran
dum procedimus: & intenti in precibus, donec im-
petremus, inſiſtimus. Si autē ſcire cupimus, quę ip-
ſi nos petere uelit, audiamus illud euāgelicū: Quę- Mat.6.
rite primū regnū dei & iuſtitiā eius, & hęc omnia
adijcietur uobis. Regnū autē dei & iuſtitiam eius
quærere, eſt & cœleſtis patriæ dona deſiderare, &
quibus iuſtitiæ meritis ad hæc perueniri debeat,
indeſinenter inquirere, ne ſi à uia forte quæ illo du
cit, aberremus, puenire quo nitimur, minime que-
amus. Quod ſi uerba domini & ſaluatoris noſtri,
quibus nos de exemplo terreni parentis ad rogan
dum deum patrē hortatur, diligenter inſpicimus,
citius agnoſcimus quæ ſit magna iuſtitia, quæ iter
nobis

no[illegible]is cœleſtis regn. aperiat. ¶ *Quis, inquit, ex uobis patrem petit panem? nunquid lapidem dabit illi? Aut ſi piſcem, nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem?* Aperta etenim eſt comparatio hæc, & cunctis audiētibus facillima: quia ſi homo quilibet mortalis & fragilis, & peccati adhuc carne grauatus, petentibus ſe filijs quos diligit, quæ habet bona, quamuis terrena & fragilia, dare nō denegat: multo magis pater cœleſtis precatoribus ſuis, ſuo timore & amore ſ-ditis, non defectiua in cœlis bona largitur. Sed iuxta typicam intelligentiam, panis dilectionē ſignificat: quia ſicut ille principalis eſt cibus, ita ut ſine eo menſa inops eſſe uideatur, ita hæc principalis eſt uirtus, ita ut ſine illa uirtutes reliquæ ſpirituales, uirtutes eſſe nequeant, quia nimirum quicquid
1.Co.13 boni agitur, in ſola dilectione perficitur. Vnde dixit Apoſtolus, quia ſi linguis hominū loqueretur & angelorum, & ſi haberet prophetiam, & noſſet myſteria omnia, & omnē ſcientiam, & ſi haberet omnem fidem, ita ut mōtes transferret, & ſi diſtribueret omnes facultates ſuas in cibos pauperum, & ſi traderet corpus ſuum ita ut arderet, charitatem autem non haberet, nihil ei prodeſſet. Charitas autem uera eſt, qua & dominum deum ex toto corde, tota anima, tota uirtute, & proximum tanquā noſipſos diligere præcipimur. Nec tantū proximis & amicis, uerumetiam inimicis perfectus quiſq; beneficiū dilectionis impendere debet, do-
Matt. 5. mino dicente: Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderūt uos, & orate pro perſequētibus & calumniātibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt. In piſce autem fides non ficta exprimitur. Quomodo enim piſcis ſub tegumento aquarum naſcitur, uiuit & alitur, ſic & fides quæ in deū eſt, quæ alterius uitæ gaudia per lamenta præſentia fletusq; requirit, inuiſibiliter in corde gignitur inuiſibili gratia ſpiritus per aquā baptiſmatis conſecratur, inuiſibili auxilio diuinæ protectionis ne deficiat, nutritur, inuiſibilium præmiorum intuitu quæq; bona ualet operatur: memor illius apoſtolici, quia quæ uidentur, temporalia ſunt: quę au
2.Co. 4 tem non uidentur, æterna ſunt. Poſſumus & hoc dicere, quod piſcis in eo fidei typum teneat, quod ſicut ille crebris maris fluctibus tunditur, nec perimitur, ita fides firma quātiſlibet aduerſantis preſſuris mundi impugnetur, in conuulſa perſiſtat, imo etiam de hoc certamine glorioſior exiſtat, adiuuante illo, qui miſſis ad prędicāda eiuſdem fidei dona diſcipulis ait: In mundo preſſurā habebitis,
Ioh. 16. ſed confidite, ego uici mundum. Porro per ouum, ſpei noſtræ certitudo figuratur, quia in ouo nondum cernitur fœtus, ſed futuræ auis fœtus ſperatur. Et fideles quiq; necdū in pręſenti ſupernę patriæ gloriam quam credunt intuētur, ſed futuram
Rom. 8. ſperando pręſtolantur. Vnde dicit Apoſtolus: *Si* autem quod non uidemus, ſperamus, per patientiam expectamus. Hæc igitur ſunt fratres chariſſimi, bona quę principaliter à domino petere, hæc iuſtitia regni dei, quam ante omnia quęrere debemus, fides uidelicet, ſpes & charitas: quia & ſcrip-
Abac. 2. tum eſt: Iuſtus nanq; ex fide uiuit, ſperātes autem
Pſal. 31. in domino miſericordia circundabit, & plenitudo
Rom. 13 legis eſt dilectio. Omnis enim lex in uno ſermone impletur: Diliges proximum tuū ſicut teipſum Et iterum: Dilectio proximi malū nō operatur. Non eſt autem metuendum, ne ſi gratiam dilectionis à domino pia deuotione quęramus, ſi intimo ex corde dicamus, Panem noſtrū quotidianum da nobis hodie: Ille cor noſtrum rigore odiorum conſtringi permittat. Hunc etenim rigorem per duritiam lapidis inſinuat, cum dicit: Quis ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Non eſt formidandum, ne ſi fortitudinem fidei contra hoſtis antiqui tentamenta precemur, toto ex corde dicentes: Domine adauge nobis fidem, ille nos in-
fidelitatis ſinat interire uenenis. Iure enim nomi- Luc. 17.
ne ſerpentis, uirus infidelitatis, quod per ipſum generi humano aſperſum eſt, exprimitur, cū dicitur: Aut ſi piſcem petit, nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Non eſt timēdum, ne ſi ſpem cœleſtium bonorū, per quam pręſentia aduerſa ſimul & proſpera contemnere poſſimus, & à domino poſtulemus, ille auditum auertat, ac nos deſperatione futurorum retroſpicere, id eſt, ea quę reliquimus, patiatur labentis ſeculi commoda uirulenta requirere. Recte nanque immutatio boni propoſiti nociua, & concupiſcentię carnalis repetitio, ueneno ſcorpionis (quod retro, id eſt, in cauda geſtat) comparatur cum dicitur: Aut ſi petierit ouum, nūquid porriget illi ſcorpionem? Hæc itaque petamus à domino fratres chariſſimi, ut ſcilicet alimentum nobis puræ charitatis, ſyncerę fidei, certæ ſpei tribuat, ut duritiam odiorū, ut perfidię uirus, ut aculeum nobis deſparationis qui ad caduca retrahere ſolet, auferat: & abſq; ulla dubietate quod peti-
mus, accipiemus. Ait enim ueridica uoce Ioannes 1. Ioh. 5.
Apoſtolus: Quia quęcunque petierimus ſecundum uoluntatem eius, audit nos. Sed & ipſe dominus certam nobis fiduciam dat impetrandi quæ recte petimus, cum ſubiungit: ¶ *Si ergo uos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quanto magis pater ueſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* Malos autem uocat diſcipulos, qui utiq; quantum ad humanum ſpectat iudicium, boni erant, quia nimirum nemo eſt qui in hac uita à cūctis ualeat immu-
nis eſſe delictis, Salomone affirmāte, qui ait: Quia Eccl. 7.
non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Vnde prouide dominus qui grauibus
peccantium reatibus * grandiora pœnitendi me- *grauiora
dicamenta demonſtrat, ipſe quotidianos electorū erratus (qui uerbo maxime uel cogitatu contingunt) quotidianis orationum ſtudijs docet debere curari, quos inter alia ſic orare precipit: Et dimit-
te nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus de- Matt. 6.
bitoribus noſtris. Vel certe malos appellat diſcipulos, quia in comparatione diuinę bonitatis, omnis creatura mala eſſe probatur, dicente domino:
Nemo bonus, niſi unus deus, cum tamen participa- Mar. 10.
tione eiuſdem diuinæ bonitatis, rationalis creatura bona fieri poſſe cognoſcitur. Vnde & dominus pia promiſſione teſtatur, quia pater de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe, ut profecto oſtendat, quia qui ex ſeipſis mali ſunt, per acceptam ſpiritus gratiam boni poſſunt effici. Spiritum bonum petentibus dandum à patre pollicetur, quia ſiue fidem, ſpem, charitatem, ſiue alia quælibet bona cœ-
leſtia deſideramus adipiſci, non aliter nobis hæc Iſaiæ. 11.
quam per ſpiritusſancti donum tribuuntur. Hinc eſt enim quod idem ſpiritus in Iſaia, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris
domini, & in alio loco ſpiritus dilectionis & pa- Zach. 12.
cis, ſpiritus gratiæ & precum nominatur: quia nimirū quicquid boni ueraciter habemus, quicquid bene agimus, hoc eodem ſpiritu largiente percipimus.

Pſal 50. pimus. Quod intelligens propheta, cũ cordis munditiam quæreret, dicens: Cor mundum crea in me deus, continuo ſubiunxit: & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Quia ſi nun interiora noſtra ſpiritus domini rectus impleuerit, cor in nobis mundum unde ſit non habet. Cumque operis
Pſa. 142. boni profectum concupiſcens dixiſſet, Domine ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam: ſtatim quo hanc ordine conſequi deberet, oſtendit,
Viam cum ſubdit: Spiritus tuus bonus deducet me in * terram rectam. Cuius ueſtigiis iuxta modulum noſtrum fratres dilectiſſimi adhærentes, petamus Deum patrem, ut ſpiritus ſui gratia nos in uiam rectæ fidei, quæ per dilectionem operatur, inducat. Et ut optata mereamur obtinere, taliter uiuere ſtudeamus, ne tanto patre ſimus indigni: quin potius myſterium regenerationis, quo in baptiſmate filij dei ſumus effecti, illibato ſemper corpore pariter & mente ſeruemus. Certum nanque eſt, quia ſi ſummi patris mandata ſeruamus, remunerabit nos hæreditate ſempiternæ benedictionis, quam nobis ante ſecula parauit, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum eo uiuit & regnat deus in unitate ſpiritusſancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM DIE HOMILIA
D. Euſebij Emiſſeni.

His enim uerbis admonemur, ut ſpiritum ſapientiæ & intellectus ab eo quæramus a quo eſt omnis ſapientia, cum quo fuit ſemper, & eſt ante æuum: quatenus amicis noſtris de uia uenientibus, & ſanctarum ſcripturarum panẽ petentibus, cibũ ſpiritualẽ apponere ualeamus. De hoc enim & Iacobus Apoſtolus ait: Si quis ueſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo qui dat omnibus affluenter & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autẽ in fide, nihil hęſitans. Quando enim ſubiecti nos de ſcripturis interrogãt, tunc amici noſtri ueniũt de uia ad nos, & tãto quidẽ de longiori uia quanto longius ſunt ab intelligentia. Oportet igitur nos habere quod eis apponamus, & unde illorum mentes famelicas reficiamus. Quod ſi nõ habemus, ſurgamus media nocte (Hæc enim nox ignorantia eſt:) legamus, & ſcripturas perſcrutemur, rogemus Dominũ ut oculos mẽtis noſtræ aperiat, & tres panes illos nobiliſſimos nobis cõmodare dignetur. Tres enim iſtos panes, legẽ & prophetas & euangelia intelligimus. De quibus Moyſes metaphorice ait: Dominus de Sina uenit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharã, & cum eo ſanctorũ millia. Tres iſti montes, tres panes ſunt, & tria modo dicta ſanctarum ſcripturarũ uolumina. Sina enim legẽ ſignificat, quia ibi lex data eſt. Seir prophetas, quia hiſpidus interpretatur. Prophetę enim ualde hiſpidi & aſperi & difficiles ſunt. At uero mõs Pharam, qui frugifer dicitur, euangelia deſignat, cuius ſemina præ cunctis ſeminibus ubiq; gentium fructificaſſe cognouimus. Venit igitur Dominus de Sina, quia eius aduentus pluribus in locis in lege (id eſt, in libris Moyſi) annunciatur, ſecundũ illud, Prophetã uobis ſuſcitabit dominus de fratribus ueſtris, tanquã me ipſum audietis. Ortus eſt aũt & de Seir, q̃a eius ortus & natiuitas maniſeſtiſſime in prophetis inuenitur. Vnde Eſaias: Ecce uirgo cõcipiet & pariet filiũ, & uocabitur nomen eius Emanuel. Apparuit autẽ de monte Pharã, quia eius natiuitas, paſſio, & reſurrectio, quid egerit, & qualiter uixerit, in euangelijs declaratur. Hos igitur tres panes quæramus, ſine quibus anima non uiuit, qui cunctis eſurientibus ſufficere poſſunt, quæramus, & nõ deficiamus, pulſemus, & perſeueremus, etiam ſi ille amicus noſter unicuiq; noſtrũ dixerit: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtiũ clauſum eſt, & pueri mei mecũ ſunt in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi. Hoc enim amicus noſter, id eſt, deus & dominus noſter, qui in tantũ dilexit nos, ut mori pro nobis nõ dubitaret, hoc (inquam) ipſe non dicit, dicere tamen uidetur, cũ poſt multum laborem, poſt multas preces, poſt multũ intelligendi deſideriũ nos nõ exaudit. Quid enim ſic orat, ut ſancta deſideria? Niſi deſideriũ oraret, Pſalmiſta nõ diceret, Deſiderium pauperum exaudiuit dominus. Tũc igitur bene oramus, quãdo bonũ aliquod deſideramus. Nemo autẽ eſt qui ſacras ſcripturas intelligere non deſideret. Nemo igitur eſt qui Deum pro his panibus non oret. Sed quia dominus iam cœlos aſcẽdit, & oſtium clauſit, id eſt à prędicatione quieuit, qui iã pueros ſuos, ſanctos uidelicet apoſtolos, in æternũ quietis cubiculũ ſecum collegit, iam ad nos docendum neq; ipſe, neq; illi huc ulterius corporaliter redire poſſunt. Et hoc eſt quod ait: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, nõ poſſum ſurgere & dare tibi. Nos tamẽ ab hac moleſtia, ab hac importunitate, & ab hac uiolẽtia non ceſſemus. Ipſe enim dominus ait, Regnum cœlorũ uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Bona eſt igitur hæc uiolentia, bona eſt hæc moleſtia & improbitas, & intantũ bona, ut panes quos nobis Dominus pro ipſa amicitia dare nõ uult, propter improbitatẽ tamen ſurgens det nobis ad ſufficientiam & neceſsitatem. Hoc eſt enim quod ait: *Et ille ſi perſeuerauerit pulſans, dico uobis & ſi nõ dabit illi eo quod amicus eius ſit, propter improbitatẽ tamen eius ſurgẽs dabit ei quotquot habet neceſſarios.* Vnde & adhuc ſubditur, Et ego dico uobis, petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Hac enim tãta uerborũ inculcatione maniſeſte Dominus oſtendit, quã ſollicitos, moleſtos, importunos, uiolẽtos, & improbos ad petendum nos eſſe uelit. Vnde quidam ait: Labor improbus omnia uincit. Sed quomodo uerũ eſt, Omnis enim qui petit accipit? multi enim petunt, & non accipiunt quod petunt. Hoc autem de illa petitiõe intelligatur, de qua ſupra dixit: Quęrite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & omnia adijcientur uobis. Non enim in ſtultis petitionibus fideles ſuos Deus exaudit. Ipſe enim ſcit q̃d nobis opus ſit. In illis igitur nos exaudit, quæ nobis ſalutaria eſſe cognoſcit. Omnis igitur q̃ petit accipit: ſi tamen ipſa petitio digna ſit quę exaudiatur. Aliam autẽ petitionem Deus nõ exaudit. Vnde ſubditur: Aut quis eſt ex uobis homo quẽ ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem dabit ei? aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentẽ porriget? *Si ergo uos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quanto magis pater ueſter qui in cœlis eſt dabit bona petentibus ſe?* ac ſi diceret: Vos qui mali eſtis, nõ mala tamẽ, ſed bona data datis filijs ueſtris: & Deus, qui naturaliter bonus eſt, bona data, non dabit fidelibus ſuis? Dabit utique bona data, & non niſi bona dabit eis, etiã ſi inutilia quærant, dum ſe ſibi profutura quærere ſperant. Aliquando enim ſancti nõ recipiendo quod petũt magis exaudiuntur,

tur, quam exaudirentur, ſi illud reciperent. Plus enim non recipiendo beatus Paulus exauditus eſt, quam ſi illud recepiſſet pro quo (ſicut ipſe ait) ter Dominum rogauerat, exauditus eſt igitur ne exaudiretur. Non enim niſi bona Apoſtolus quærebat, quanuis illud non bonum ſibi eſſe non intelligebat. Exauditus eſt igitur recipiendo bonum, ne exaudiretur recipiendo non bonum. Qui enim ſibi bonum non quærit, dum ſe ſibi bonum quærere putat, ſi id recipiat quod quærit, non exauditur: ſi nō recipit, exauditur. Deus igitur qui non aliud niſi quærentis affectum conſiderat, bonum ei reddit q ſe bonum quærere credit, etiam ſi ſibi non ſit bonū quod quærit. Videamus autem quid per panem & piſcem, & quid per lapidem & ſerpentem ſignificetur. Ego quidem in pane ſanctarum ſcripturarum ſpiritualem intelligentiam ſignificari puto, literam uero in lapide, quoniam in tabulis lapideis ſcripta eſt. At uero in piſce Dominum noſtrum intelligo, qui in baptiſmi flumine primus natauit, & ad piſcis ſimilitudinem ſine coitu de uirgine natus eſt. In ſerpente uero quis alius intelligatur, niſi ille qui primum hominem in ſerpente decepit? Lucas uero Euangeliſta præterea ouum quoq; & ſcorpionem poſuit. In uno igitur reſurrectionem intelligamus, in qua uelut pulli de ouis, omnes ſancti & electi de ſepulchris reſurgentes ſurſum ad cœleſtia conuolabunt. In ſcorpione autem diabolum uel Antichriſtum, qui dum latenter homines diripiunt, quaſi cauda eos percutiunt. Boni itaq; filij, id eſt, Chriſtiani, panem petunt, qa in lege & prophetis ſpiritualem intelligentiam quærunt. Petunt aūt & piſcem, qa Chriſti carne ſaluari deſiderant. Petunt ſimiliter & ouū, quia firmiſsima ſpe carnis expectant reſurrectionē. At uero mali filij, id eſt Iudæi, lapidem petunt, quia in ſacris uoluminibus ſolam literā quærunt. Petunt aūt & ſerpentem, quia in ueneno & fortitudine diabolum imitantur. Petunt ſimiliter & ſcorpionem, Antichriſtum expectantes, quem Meſsiam uocant, ut qui in mundi exordio in primo homine occiſi ſunt à dracone, circa mundi finem percutiantur à ſcorpione. Sic itaque bonis filijs bona data petentibus bonus pater bona data tribuit. Mali uero mala data petentes à malo patre mala data ſuſcipiunt.

IN NATIVITATE APOSTOLOrum Philippi & Iacobi. Homi. D. Euſebij.

EGo (inquit) uado, & quo ego uado, uos nō poteſtis uenire modo, uenietis autem poſtea. Sed non turbetur cor ueſtrū propter hoc, neq; formidet. Nam & ſi uado, uos tamen non relinq. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad cōſummationem ſeculi. *Creditis in Deum, & in me credite.* Non enim ſufficit uobis credere in patrem, niſi & in filiū credatis. Ego enim & pater unū ſumus. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt.* Ex quibus eas quę nobiliores ſunt uobis pręparare & dare diſpoſui. Vos enim eſtis qui permanſiſtis mecū in tentationibus meis: & ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū, ut edatis & bibatis ſuper menſam meā in regno meo, & ſedeatis ſup thronos, iudicātes duodecim tribus Iſrael. Si quo minus dixiſſem uobis, qa uado præparare uobis locum, non tamen turbari, ſed lætari deberetis. Si, inquit, minus in aliquo & non tam ſufficiēter dixiſſem uobis, qa uado præparare uobis locū, ualde tamē deſiderare debuiſtis ut quāto ocyus illuc irem, & in illius tantę beatitudinis gloriā uos introducerem. Nunc autem cum toties uobis id dixerim atq; promiſerim, quid trepidatis? Certi igitur eſtote, & nolite dubitare, qa ſi ego abiero & pręparauero uobis locum, iterū uenio & accipiā uos ad meipſum. Quare ut ubi ego ſum, & uos ſitis. Vnde & ſuperius dixit: quia ubi ego ſum, ibi & miniſter meus erit. Accipit enim Dominus ſanctorū animas quotidie ad ſeipſum, angelorum miniſterio & ineffabili potentia ſua. Hoc tamen tunc plenius & abundantius faciet, quando ad iudicium ueniens, corporibus animabus coniunctis, ſuis fidelibus loquetur dicens: Venite benedicti patris mei, percipite regnum qđ uobis paratum eſt ab origine mundi. Neceſſe autē fuit ut ipſe prius iret & cœli ianuas aperiret, ſuoq; introitu ſingulis quibusq; conuenientia loca pararet. Multæ enim ſunt ibi manſiones, quia (ut Apoſtolus ait) ſtella differt à ſtella in claritate. Sequitur: *Et quo ego uado ſcitis, & uiam ſcitis.* Quo enī ibat niſi ad patrem? Sciebant autem Apoſtoli & patrem & ipſum, non ſpecie tamen, ſed fide, credēdo enim ſciebant, non uidendo. Quia igitur & patrem ſciebant, & ipſum, ſciebant utique & quo ibat, quia patrem ſciebant, & uiam ipſam ſciebant, quia ipſum ſciebant. Sed quia hæc uerba nondum intelligebant, idipſum quod ſciebant, ſe ſcire neſciebant. Vnde & Thomas reſpondens ait: *Domine neſcimus quo uadis, & quomodo poſſumus uiam ſcire?* Quidam enim ex ipſis putabant quia de morte diceret, ſicut Petrus, qui modo ſuperius ait: Domine quo uadis? Cui Dominus, Quo ego uado non potes me modo ſequi, ſequeris autem poſtea. At ille, Quare, inquit, non poſſum te modo ſequi? animam meam pro te pono. Vides igitur quia de morte intelligebat, qui ſe ſimul cum ipſo ſuam animam ponere dicebat. Hinc eſt itaque quod ait Thomas, Neſcimus quo uadis: quia adhuc ignorabat de quo itinere loqueret, an mortis an cœli. Et Dominus continuo ſua reſponſione eis expoſuit qualiter hæc uerba intelligere debuiſſent. Ait enim: *Ego ſum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem niſi per me.* Si me, inquit, ſcitis, & uiam ſcitis: quia ego ſum uia, & ſi me ſcitis, patrē quoq; ſcitis: quia ego & pater unum ſumus. Si uero patrem ſcitis, & quo ego uado ſcitis: quia ego ad patrem uado. Ego, inquit, ſum uia. Sed quare uia? Quia nemo uenit ad patrem niſi per me. Ego ſum ueritas. Vnde hoc? Quia nemo cognoſcit patrem, niſi per me. Nemo enim nouit patrem, niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Nihil enī niſi ueritate cognoſcit. Ego ſum uita, qa nemo uiuit niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrē meū utiq; cognouiſſetis:, & amodo cognoſcetis eū & uidiſtis eū. Vultis, inquit, uenire ad patrē? uultis eum cognoſcere? Prius me cognoſcite quē uidetis, & ſic poſtea cognoſcetis eum quē nondū uidetis. Iā enim uidiſtis eū, ſed in me. Vidiſtis quidē, ſed mente & fide. Ipſe enim loquitur in me: (qa ego à meipſo nō loquor) quem dum auditis, uidetis. Qui enim mente audit, uidet utiq; quod audit: quia idem ſunt & uiſus & auditus in mente, & non ſolum iſti, ſed guſtus quoque, odoratus & tactus. Vnde eſt illud, Guſtate & uidete, id eſt, guſtando uidete. Sic igitur eum uidiſtis, dum eum loquentē audiſtis. Et amodo cognoſcetis eum: qa apud uos manebit, & in uobis erit. Dicit ei Philippus: *Domine oſtende nobis patrem & ſufficit nobis.* Iſte enim non mente ſolummodo & fide, ſed carnis etiam oculis eum uidere deſiderabat: ſicut & Moyſes, qui ait: Si inueni gratiam in con-

ſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, ut ſciam te. Cui Dñs, Non me, inquit, uidebit homo, & uiuet. *Dicit ei Ieſus: Tanto tempore uobiſcū ſum, & non cognouiſtis me? Philippe qui uidet me, uidet & patrem meum.* Ille de exteriori uiſu loquebatur: Chriſtus autem ad interiorē.i. ad intelligentiam & mentis oculos eos prouocabat. Tāto tempore uobiſcum ſum, tāto tempore inter uos conuerſatus ſum, uobiſq; in doctrina, in ſignis & miraculis diuinitatem & potentiam meam reuelaui, & non cognouiſtis me? Philippe, qui uidet me, non (ſicut tu intelligis) oculis carnis, ſed (ſicut ego dico) oculis mentis, uidet & patrem. *Non credis quia ego in patre & pater in me eſt?* Si enim hoc credis, & me & patrem uides: ſi hoc non credis, neq; me neq; patrem uides. *Verba quæ ego loquor uobis, a meipſo non loquor.* A quo igitur? A patre? Vbi eſt? Pater in me manens, ipſe facit opera, ipſe loquitur in me: loquendo enim operatur Deus. Ipſe enim dixit, & facta ſunt. Verbis enim & non uerbis ſanabat infirmos Ieſus. Sed notandum ualde, quum ipſe & pater unum ſint, ubique tamen patrem glorificat. Si enim dixiſſet, Ego à me ſecundū humanitatē nō loquor, ſed diuinitas in me manens, ipſa facit opera, bene quidē dixiſſet. Hoc tñ non dicit, ut oēm ad patrē gloriā referat. Nō creditis ergo quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioquin ꝓpter ipſa opera credite. Si uerbis, inquit, non creditis, operibus credite. Opera enim quę ego facio, ipſa manifeſte oſtendūt quia ego ſum in patre, & pater in me eſt. Sed audite adhuc maius argumentū, & cui nemo contradicere poſſit. *Amen amē dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado.* In hoc, inquit, apparet quod Dei filius ego ſum, quia non ſolū ego hæc omnibus admiranda opera facio, uerum etiam illi qui in me credunt ſimilia & maiora opera facient: & hoc merito: quia ego ad patrē uado. i. quia Dei filius ſum, & ille mihi pater ad quē uado. Et multum quidem conuenit, ut illi talia operētur qui credunt in filiū Dei. Quod autē ait: Et maiora horum faciet, tale eſt ac ſi diceret, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & horum. i. de his non qualiacunq;, ſed ea quæ maiora & mirabiliora ſunt faciet. Seqtur: *Et quodcūque petieritis patrē in noīe meo, hoc faciā, ut glorificetur pater in filio.* Multū ēm glorificatur pater in filio, dum talia fiūt in nomine filij.

IN INVENTIONE SANctæ Crucis.

BOnus homo iſte Nicodemus, iam credulus quidem, ſed nondū in charitate pfectus. Perfecta enim charitas foras mittit timorē. Hic autem nocte ueniebat, quia Iudæos timebat: & tamen illuminari uolebat. Sed quid dicit? Scimus, inquit, certi ſumus & firmiſsime credimus quia à Deo uenisti magiſter. Vnde autem hanc fidem ſuſcepit, adiungit. *Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum illo.* Valde melius dixit Nathanael, qui ait: Tu es filius Dei, tu es rex Iſrael. Nōdum enim Nicodemus Chriſtum eſſe confitetur Deum, quamuis Deum cum eo eſſe confiteatur. *Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt uidere regnum Dei.* Ad baptiſmum eū inuitat, ubi dum in trinitate homo baptizatur, quid credere debeat, perfecte cognoſcit. Sed quia obſcure loqtur, nondū Nicodemus eum intelligit. Vnde & ait: *Quomodo homo poteſt naſci quū ſit ſenex? Nunquid poteſt in uētrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci?* Vidēs igitur eum Dominus ad huius ſacramenti intelligentiā per ſe uenire nō poſſe, manifeſtius ait, *Amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nō poteſt introire in regnum Dei.* Apoſtolus ēm dicit: Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Cōſepulti ēm ſumus cū illo ꝑ baptiſmū in morte, ut quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis ꝑ gloriā patris, ita & nos in nouitate uitę ambulemus. His enī uerbis quid baptiſmus ſignificet oſtendit. Cū enī in fide Chriſti baptizamur & ſub aquas merigmur, quodāmodo ei cōmorimur & cōſepelimur: ut inde abluti & penitus innouati reſurgentes, ſic poſtea in nouitate uitæ ambulemus, ſicut Dei filius patris gloriā non amiſit. Tanta eſt enim uirtus huius ſacramēti, ut ſubito mundet hominem ab omni peccato. Vnde ſubditur: *Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.* Sicut, inquit, ex carne corrupta & peccatrice caro ei conſimilis naſcitur, tota uidelicet uitiatā & plena peccatis: ita & quod naſcitur ex aqua & ſpiritu ſancto, ſanctum eſt & ſpirituale & mundum ab omni peccato. Non mireris quia dixi tibi, Oportet uos naſci denuo. Nō enī hoc dixi tibi de carnali, ſed de ſpirituali natiuitate. Carnalis enim natiuitas nō fit niſi ſemel, ſic & ſpiritualis. Sed qui ſemel ex carne oritur, niſi iterū ex ſpiritu oriatī, nō ad uitam, ſed ad mortē oritur. *Spiritus ubi uult ſpirat.* Ideo (inquit) quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt, quia ſpiritus ubi uult ſpirat, quē uult illuminat, quem uult ſanctificat, & ſpiritualē & mundum facit. *Et uocem eius audis, ſed neſcis unde ueniat aut quo uadat.* Ac ſi dicat, Ille ſpiritus qui ſanctificat oīa, qui ubi uult ſpirat, ille (inquam) eſt cuius nunc uocē audis, & qui nunc in me & per me tibi loquitur. Sed quāuis uocem eius & in me & in diſcipulis meis audire ualeas, neſcis tamen unde ueniat aut quo uadat. Quis enim ſciat unde ueniat aut quo uadat, q ubiq; eſt: & oīa complet? Spiritus enim Dñi repleuit orbem terrarum. Nemo enim ſcit quomodo à patre filioq; procedat. Sacerdotē qui baptizat uidere potes, & ipſas baptiſmatis undas uidere potes, uocem quoq; ſpiritus in ſacerdote audire potes, ipſum uero ſpiritū omnino uidere nō potes, quia inuiſibilis & incorporeus eſt. Sic omnis qui natus eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: ſicut omnis q natus eſt ex carne, caro eſt. Siue etiā, ſic eſt oīs qui natus eſt ex ſpiritu, id eſt, ſic fit & ſic denuo oritur: ſemel quidem ex utero matris, iterūm autem ex baptiſmatis aquis ſic ſanctificatur, ſic illuminatur, & ſic in nouum hominem reformatur. Poteſt autem & ſic intelligi: Sicut (inquit) ſpiritus ubi uult ſpirat, ſic & omnis qui natus eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt, ſi tamen non ſeparetur à ſpiritu. Si enim à ſpiritu ſeparatur, fit carnalis & animalis. Animalis aūt homo (dicit Apoſto.) non pcipit quæ ſunt ſpūs Dei: ſpiritualis aūt oīa ſcrutatur, etiā profunda Dei. Spirat igitur ubi uult, ſiquidem oīa ſcrutatur. Nam & ſi modo fortaſſe nō ad plenū uideat, ſpiret, & intelligit, quæcunq; uelit, neq; ad omnia ſecreta rimanda introducatur, tamen poſt hāc uitā quicqd uoluerit uidebit & habebit homo ſanctus & ſpiritualis. *Reſpōdit Ieſus, & dixit ei: Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi quia quod ſcimus loquimur, & quod uidimus teſtamur, & teſtimoniū noſtrū nō accipitis.* Affirmat ſaluator noſter uerum eſſe quod dicit, utpote qui ea loquitur quæ ſcit, & id teſtatur quod uidit. Ignorantia

enim

enim parit mendacium:& teſtis non ſuſcipitur,niſi qui ſe & uidiſſe,& pręſentē aſſuiſſe teſtatur. Et tale eſt,ac ſi diceret: Crede tantūmodo & noli dubitare,ne quęrat de his quomodo fiant. Cœleſtia enim ſunt, & terreno intellectu capi non poſſunt. Vnde & ſubditur. *Si terrena dixi uobis, & nō creditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia credetis?* Veruntamē aliquid tibi dicam de cœleſtibus. Et nemo aſcēdit in cœlum,niſi qui deſcēdit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Hęc enim cœleſtia ſunt. Vnus enim idemq; Chriſtut Ieſus & filius Dei eſt & filius hominis : ſed æternaliter filius Dei, & temporaliter filius hominis. Et iſte quidem filius hominit ſecūdum alterum,id eſt, ſecūdum diuinitatē deſcendit de cœlo,ſecundū quam ſemper eſt,& in terra & in cœlo. Deſcendit enim non locum mutando,ſed ſe humiliando & carnē ſuſcipiendo. Aſcendit uero, quantū quidem ad humanitatem, locum etiā mutando: quātum uero ad diuinitatem,gloriam propriam manifeſtando. Vnde Pſalmiſta: Exaltare(inquit)ſuper cœlos Deus, & ſuper omnē terram gloria tua Deus enim(quia ubique eſt) aliter neq; aſcendere neque deſcendere poteſt. Et ipſe quidem ſolus ac totus aſcendit in cœlum,omnia mēbra ſua ſecum trahens in cœlum. Eius nanq; membra ſunt oēs fideles, & ipſe eſt caput totius eccleſię. Vnde & alibi ait: Quod uni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. Nemo igitur aſcendit in cœlū niſi ipſe & mēbra ſua ſimul cum ipſo: ſiue etiam ipſe ſolus aſcendit per ſe,alibi uero per ipſum & non per ſe. Ad hoc igitur filius hominis deſcendit de cœlo,ut à terris exaltatus omnia poſt ſe traheret in cœlū. Et hoc eſt quod ait. *Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filiū hominis,ut omnis qui credit in eum non pereat,ſed habeat uitam æternam.* Ideo enim ſerpentem æneum in deſerto exaltauit Moyſes, ut homines à ſerpētibus percuſſi eū uiderent & ſanarentur. Ideo & Chriſtus in cruce exaltatus eſt,ut omnis qui mētis oculis eum uidet. id eſt,omnis qui credit in ipſum,nō pereat,ſed habeat uitā æternā. Nulla eſt enī alia medicina,qua à primi ſerpentis ueneno homo ſanari poſsit. Merito autem in illo ſerpente ſe Dominus ſignificari uoluit: quoniā ſicut ille ſerpentis quidē ſimilitudinem habebat, ſerpentis autē uenenū & malitiam non habebat. Ita & ſaluator noſter, cum iniquis deputatus & inter latrones crucifixus, carnis quidē peccati (ut Apoſtolus ait) ſimilitudinem habebat, peccatum autem nullum habebat. Apparuit autem in ſimilitudine carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatū in carne. Vide ergo quantum Deus hominem dilexerit, pro quo filium ſuum morti tradidit ut non periret Hoc eſt enim quod ait: Sic enim dilexit Deus mundū,ut filium ſuum unigenitū daret,ut omnis qui credit in eum nō pereat,ſed habeat uitam æternam.

IN DEDICATIONE ECCLEſiæ Beati Michaelis.

ACceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, non loquendo,ſed cogitando. Audiebat enim Dñs eorū cogitationes nō minus quā loquutiones, quoniam ſimili modo in eius auribus utraq; ſonabant. Vnde & cogitationibus ſępe reſpondet. Hoc autē ideo præmiſi, quia alij euangeliſtæ diſcipulos ad Ieſum non acceſsiſſe,ſed cogitaſſe & inter ſe in uia tractaſſe dicunt,quis eorum maior eſſe uideretur. Hanc autem diſceptandi ſiue litigandi occaſionem ex eo præcipue Apoſtoli ſumpſiſſe uidentur,quod Romanis miniſtris tributū exigentibus beato Petro Apoſtolo dñs pręcipiēs,ait, Vt autem nō ſcandalizemus eos, uade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle, & aperto ore eius,inuenies ſtateram: illum ſumēs da eis pro me & pro te. Quia enim dixerat, da eis pro me & te, cæteris cum prętuliſſe arbitrati ſunt. Vnde & dicebant. Quis putas maior eſt in regno cœlorū? *Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit in medio eorum, & dixit: Niſi cōuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, nō intrabitis in regnū cœlorum.* Merito paruulum dominus uocat, ut eius exemplo inſtruantur qui maiores uideri uolunt. Videtis (inquit)hunc paruulum, niſi ab hac ſtulta dignitate,quę ueſtros animos perturbat,ad huius patientiam & humilitatē conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli ſine inuidia, ſine odio, ſine ſuperbia,ſine ambitione, non ſolum maiores in regno cœlorum non eritis, uerum etiā illuc non intrabitis. Ideo enim diabolus inde eiectus eſt,quia maior ibi eſſe uoluit. Deponit enim dominus potentes de ſede,& exaltat humiles. Quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum. Quicunque (inquit) ex uobis plus ſe humiliauerit, plus exaltabitur,& maior fiet. Et ſi ad huius paruuli ſimilitudinē omnes uos humiliaueritis, omnes inter maiores ibi eritis. Non igitur ambitio, ſed humilitas maiores facit: ille maior,qui humilior. *Et qui ſuſceperit unū paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit.* Talem uidelicet non ætate,ſed conuerſione: ut quod iſti attulit ætas, hoc illi afferat ſanctitas & humilitas. Sit igitur humilis & patiens,ſit abſque odio & inuidia,ſit ſine dolo & ſimulatiōe,ſit ſine ſuperbia & ambitiōe: ſine his paruuli ſunt,ſine his & Apoſtoli fuerūt. Qualeſcunq; enim prius fuerint magiſtri, tamē monita nō ſurdis auribus: ſuſcipientes,tales poſtea facti ſunt, quales eos fieri monuit. De his igitur paruulis Dominus dicit: Qui ſuſceperit unū paruulum talem in nomine meo,me ſuſcipit. Quid eſt in nomine meo, niſi propter nomen meum? quia Chriſtianus eſt, quia diſcipulus meus eſt,quia meo nomine inſignitus eſt. Qui autem hunc in Chriſti nomine ſuſcipit, non ſolū ſuſcipit iſtum, uerū etiā Chriſtū habitantem in iſto. *Qui autem ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpēdatur ei mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Multis enim modis ſcandalizantur homines,multiſq; modis dicūtur ſcādala: quoscunq; in modo aliquem offendas, & ad iram & indignationem cōmoueas, ſcandalum eſt. Tale autē ſcandalum non eſt ad mortem. In fide uero ſcandalizare aliquem, qualiter Iudæi & hęretici ſępe eccleſiam ſcandalizāt, ad mortē eſt. De hoc autem Dñs ait: Beatus qui nō fuerit ſcandalizatus in me. Melius eſt igitur homini ut moriatur, & nō qualicunq; morte,ſed illa quę magis tremenda uidetur, uidelicet ut cum magno lapide in profundū maris demergatur, q̃ ſimplicem aliquē et puſillum in Chriſtū credētē ſcandalizet,et à fide catholica deuiare faciat. Melius eſt enim occidi quā occidere: qui enim occiditur,nō ideo beatitudine priuatur. Legimus enī quoſdā ſctōrum martyrū lapidibus collo ligatis in profundū maris fuiſſe demerſos: nō ideo tñ eos credimus eſſe beatitudine priuatos,qua priuātur illi, q aliquē ſcādalizāt. Melius eſt igitur hoī ut in corpore occidatur,q̃ ut in fide aliquē ſcādalizet. *Væ mūdo à ſcādalis.* Vę illis q ſcādala cōcitāt,& q ſcādalizantibus credunt: ut hæreticis & ſchiſmaticis, & his qui

qui illorum ſequuntur errores. *Neceſſe enim eſt ut ueniant ſcandala.* Vnde Apoſtolus ait. Oportet hæreſes eſſe, ut hi qui probati ſunt, manifeſti fiãt. Quod igitur hæreticis & ſchiſmaticis fuit uæ, hoc uiris catholicis neceſſarium & utile fuit. Per hoc enim eccleſiæ fides magis claruit: & illi multo amplius nocuiſſent, ſi ſemper occulti latuiſſent. Neceſſe igitur fuit bonis ut uenirent ſcandala. *Verumtamen uæ homini illi per quem ſcandalum uenit.* Quamuis enim multa bona ex hoc malo ſubſequuta ſint, uæ tamẽ illi per quem ſcandalum uenit. Non ideo mala faciebat malus ut bona uenirẽt, quæ ſi feciſſet, nõ tamẽ pro ſe, ſed cõtra ſe feciſſet. Sicut & illi de qbus Apoſtolus ait: Faciamus mala ut ueniãt bona: quorũ dãnatio iuſta eſt. *Si aũt manus tua uel pes tuus ſcãdalizat te, abſcinde eũ & proijce abs te. Bonũ eſt tibi ad uitam ingredi debilem uel claudum, quam duas manus uel duos pedes habẽtem mitti in ignem æternum.* Quid enim per manum & pedẽ intelligimus, niſi amicos & propinquos noſtros, quos uelut propria membra diligimus, qui etiam quaſi manus & pedes nobis neceſſarij ſunt? Iſti autem ſi nos in fide ſcandalizant, & eorum iniqua conuerſatione animas noſtras perire ſentimus, abſcindamus eos a nobis, & noſtro cõſortio ſeparemus. Nihil enĩ eſt quod contra animam diligere debeamus, non patrẽ, nõ matrem, non fratrem, neq; uxorem uel filios. Melius eſt enim uobis ut ſine his ad uitam intremus, quam ut ſimul cum eis ad pœnas & mortem ducamur æternam. Id ipſum autem & per oculum ſignificatur. Sic enim dicere ſolemus de his qui nobis aliquem ualde amicum & neceſſarium auferunt, oculum mihi eruit, pedem mihi abſcidit, manum mihi abſtulit: non tamen ipſa re, ſed quadã rei ſimilitudine, Videte ne contemnatis unum ex his puſillis. De illis puſillis dicit, qui ſi ſupba altitudine ſe humiliantes, patientia & humilitate puſilli & paruuli ſponte ſua ſiunt. Tales aũt contemnendi nõ ſunt. De qbus adhuc ſubditur: Dico autem uobis, qa angeli eorum in cœlis ſemper uidẽt faciẽ patris mei, qui in cœlis eſt. De angelis eorum Apoſtolus ait, quia ſunt adminiſtratores ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat. Valde igitur timendum eſt, ne quis eos ſcãdalizet & in errorem inducat, pro quibus Dei filius in mundum ueniens & carnem ſuſcipiẽs ſemetipſum humiliauit, factus obediens uſq; ad mortem.

IN VIGILIA ASCENſionis. Iohannis. xvij.

¶ In illo tempore: Subleuatis Ieſus oculis in cœlum, dixit: pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Et reliq. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

Nte iſta quæ nunc ſumus adiuuante domino tractaturi, dixerat Ieſus: Hæc locutus ſum uobis, ut in me pacem habeatis. Quæ non recentiora paulo ſuperius ab eo dicta, ſed omnia debemus accipere, ſiue quæcunq; eis locutus eſt ex quo eos cœpit habere diſcipulos, ſiue certe ex quo poſt cœnã exorſus eſt illũ admirabilem prolixumq; ſermonem. Talem quippe cõmemorauit cauſam cur eis ſit locutus, ut ad eum finẽ rectiſsime referantur uel omnia quæ locutus eſt eis, uel ea maxime q̃ dixit iam pro eis moriturus, tanq̃ uerba nouiſsima, poſtea q̃ de cõuiuio ſancto ille q eũ fuerat traditurus, egreſſus eſt. Hãc ergo cõmendauit cauſam ſermonis ſui, ut in illo pacẽ haberent, ꝓpter quod totũ agitur q̃d Chriſtiani ſumus. Hęc enĩ pax finem temporis nõ habet, & omnis piæ noſtræ intentionis actionisq; finis ipſa erit. Propter hanc ſacramẽtis eius imbuimur, propter hanc mirabilibus eius operibus & ſermonibus erudimur, propter hanc ſpiritum eius pignus accepimus, propter hanc in eum credimus & ſperamus, & eius amore quantum donat accendimur. Hac pace in pſſuris omnibus conſolamur, hac à preſſuris omnibus liberamur. Propter hãc omnẽ tribulationẽ fortiter ſuſtinemus, ut in hac feliciter ſine ulla tribulatione regnemus. Cũ ergo dixiſſet, ꝓpter quid omnia ſit locutus, ut in illo ſcilicet pacem haberent, in mundo habentes preſſuram, exhortatusq; fuiſſet ut cõfiderent, qm ipſe uicit mũdum, eo qui ad eos erat ſermone finito, deinde ad patrem uerba direxit, & orare iam cœpit, ſic enim euangeliſta ſequitur, dicens: ¶ *Hæc locutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis in cœlum, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum.* Poterat dominus noſter unigenitus & coæternus patri, in forma ſerui, & ex forma ſerui, ſi hoc opus eſſet, orare ſilentio: ſed ita ſe patri exhibere uoluit precatorẽ, ut meminiſſet noſtrũ ſe eſſe doctorẽ. Proinde eã quã fecit orationẽ pro nobis, notã fecit & nobis, qm tãti magiſtri non ſolum ad ipſos ſermocinatio, ſed etiam ipſius pro ipſis ad patrem oratio, diſcipulorum eſſet ædificatio: & ſi illorũ qui hæc dicta erant audituri profecto & noſtra qui fueramus cõſcripta lecturi. Quapropter hoc quod ait: Pater, uenit hora, clarifica filiũ tuũ: oſtendit omne tẽpus & quid & quãdo faceret, uel fieri fineret, ab illo eſſe diſpoſitum, q tempori ſubditus non eſt, qm quæ futura erant per ſingula tempora, in dei ſapientia cauſas efficiẽtes habent, in qua nulla ſunt tempora. Nõ ergo credatur hæc hora fato urgente ueniſſe, ſed deo potius ordinãte. Dicit ergo: Pater, uenit hora mea, qui cum patre diſpoſuit omnes horas, tanquã dicẽs: Pater, quã propter hoĩes & apud hoĩes ad me clarificandum ſimul cõſtituimus, uenit hora, clarifica filiũ tuum, ut & filius tuus clarificet te. Clarificatũ à patre filiũ nonnulli acciplũt in hoc quod ei nõ pepercit, ſed pro nobis oĩbus tradidit illũ. Sed ſi paſsiõe Rom. 8. clarificatus dicit, quanto magis reſurrectione? Nã in paſsiõe magis eius humilitas q̃ claritas commẽdatur, Apoſtolo dicente, qui ait: Humiliauit ſemet Phil. 2. ipſum, obediens factus uſq; ad mortẽ, mortem autem crucis. Deinde ſequitur, & de eius clarificatione iam dicit: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit ei nomen, q̃d eſt ſup omne nomen, ut in noĩe Ieſu omne genu flectat, cœleſtiũ, terreſtriũ & infernorũ, & omnis lingua cõfiteatur, quia dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Hæc eſt clarificatio domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ ab eius reſurrectione ſumpſit exordium. Vt ergo mediator dei & hoim, homo Chriſtus Ieſus reſurrectione clarificaret, prius humiliatus eſt paſsiõe, nõ enim à mortuis reſurrexiſſet, ſi mortuus nõ fuiſſet. Humilitas claritatis eſt meritũ, & claritas humilitatis eſt pręmiũ. Sed hoc factum eſt in forma ſerui, in forma uero dei ſemp fuit, ſemper erit, claritas enim non fuit quaſi iam nõ ſit, nec erit quaſi nondum ſit, ſed ſine initio, ſine fine ſemp eſt claritas. Quod ergo ait, Pater, uenit hora, clarifica filiũ tuũ, ſic intelligendum eſt tanq̃ dixerit, Venit hora ſeminandæ humilitatis, fructum nõ differas claritatis. Sed quid ſibi uult quod ſequitur. Vt filius tuus clarificet te?

cet te? Nunqd etiam deus pater humilitatẽ pertu‑
lit carnis ſiue paſsionis, ex qua illũ clarificari opor
teret? Quomodo eum ergo clarificaturus erat fili‑
us, cuius claritas ſempiterna nec ex forma humana
potuit uideri minor, nec diuina poſſet eſſe ampli‑
or? Sed glorificatum à patre filium ſecundum for‑
mam ſerui, quẽ pater ſuſcitauit à mortuis, & ad ſu
am dexteram collocauit, res ipſa indicat, & nullus
ambigit Chriſtianus. Sed quoniam non tantum di
xit, Pater clarifica filium tuũ, ſed addidit etiã, Vt
filius tuus clarificet te: merito quæritur, quomodo
patrem clarificauerit filius, cum ſempiterna clari‑
tas patris nec diminuta fuerit in forma hũana, nec
augeri potuerit in ſua perfectione diuina: ſed in ſe
ipſa claritas patris nec minui, nec augeri poteſt.
Apud hoĩes autem proculdubio minor erat, quan
Pſal. 75. do in Iudæa tantummodo deus notus erat, nondũ
Pſal. 112. à ſolis ortu uſq; ad occaſum laudabant pueri no‑
men domini. Hoc aũt quia per euangelium Chri‑
ſti factũ eſt, ut per filium pater innoteſceret genti
bus, profecto patrem clarificauit & filius. Si autẽ
tantummodo mortuus fuiſſet filius, nec reſurrexiſ
ſet, proculdubio nec à patre clarificatus eſſet, nec
patrẽ ipſe clarificaſſet. Nũc aũt reſurrectione cla‑
rificatus à pater, reſurrectionis ſuę p̃dicatione cla‑
rificat patrem. Hoc quippe apit ordo ipſe uerbo‑
rum, Clarifica, inquit, filium tuum, ut filius tuus cla
rificet te, tanquã diceret: Reſuſcita me, ut innote‑
ſcas toti orbi per me. Deinde magis ac magis pan‑
deus quõ clarificet patrẽ filius. ¶ *Sicut, inquit, dediſti
ei poteſtatem omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det
eis uitã æternam*: Omnem carnem dixit omẽ homi
nem à parte totũ ſignificãs: quemadmodũ rurſus à
parte ſupiore ſignificatus eſt homo totus, ubi ait
Rom. 13 Apoſtolus: Omnis aĩa poteſtatibus ſublimioribus
ſubdita ſit. Quid em̃ dixit, Omnis aĩa, niſi oĩs ho‑
mo? Hoc autẽ quod poteſtas Chriſto à patre data
eſt omnis carnis, ſcd̃m hoĩem intelligendũ eſt, nã
Iohã 1. ſecundum deum omnia per ipſum facta ſunt, & in
ipſo cõdita ſunt omnia in cœlo & in terra, uiſibilia
& inuiſibilia. Sicut ergo dediſti ei poteſtatem, in‑
quit, oĩs carnis, ita clarificet te filius, id eſt, notũ te
faciat omni carni quã dediſti ei. Sic eni dediſti ut
omne quod dediſti ei, det eis uitam ęternam. ¶ *Hæc
eſt autẽ uita æterna, inquit, ut cognoſcant te ſolum uerũ
deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ.* Ordo uerborum
eſt, Vt & quem miſiſti Ieſum Chriſtum cognoſcãt
ſolum uerũ deum. Conſequenter enim & ſpiritus
ſanctus intelligiť, qa ſpiritus eſt patris & filij tanq̃
charitas ſubſtantialis & conſubſtantialis ambarũ,
qm̃ non duo dij pater & filius, nec tres dij pater &
filius & ſpiritusſanctus, ſed ipſa trinitas unus ſolus
uerus deus: nec idẽ tamẽ pater qui filius, nec idem
filius qui pater, nec idem ſpiritusſanctus qui pater
aut filius: qm̃ tres ſunt, pater & filius & ſpiritusſan
ctus, ſed ipſa trinitas unus eſt deus. Si ergo eo mo
do te clarificat filius, ſicut dediſti poteſtatẽ ei oĩs
carnis: & ſicut dediſti ut omne quod dediſti ei, det
eis uitam æternam: & hæc eſt uita æterna, ut co‑
gnoſcant te: ſic te igitur filius glorificet, ut oĩbus
q̃s dediſti ei, te cognitum faciat. Porro ſi cognitio
dei eſt uita ęterna, tãto magis uiuere tẽdimus, quã
to magis in hac cognitiõe p̃ficimus. Nõ aũt morie
mur in uita æterna. Tunc ergo dei cognitio pfe‑
cta erit, quãdo nulla mors erit: ſumma eſt tunc dei
glorificatio, qa ſumma gloria, quæ græce dicitur
doxa, unde dictũ eſt doxaſon, q̃d latini quidã ſunt
interp̃tati, clarifica: qdã, glorifica. A ueteribus aũt
gloria, qua glorioſi hoĩes dicunť, ita eſt diffinita:
Gloria, frequens de aliquo fama cum laude. At ſi
homo laudetur cum famæ creditur, quomodo de
us laudabitur, quando ipſe uidebiť? Propter quod
ſcriptum eſt: Beati q habitant in domo tua, in ſe‑ Pſal. 83.
cula ſeculorũ laudabũt te. Ibi eni erit dei ſine fine
laudatio, ibi erit dei plena cognitio. Et quia plena
cognitio, ideo ſumma clarificatio uel glorificatio.
Sed prius hic clarificať deus, dum annunciatus hoĩ
bus innoteſcit, & per ſidẽ credentium prędicatur,
p̃pter quod dicit: ¶ *Ego te clarificaui ſuper terram &
opus conſummaui quod dediſti mihi ut faciam.* Nõ ait, 1. Cor. 4.
iuſsiſti, ſed dediſti, ubi commendatur euidens gra‑
tia. Quid enim habet quod non accepit, etiam in
unigenito humana natura? An non accepit ut ni‑
hil mali, ſed bona faceret per omnia, quando in
unitate pſonę ſuſcepta eſt à uerbo per quod facta
ſunt omnia? Sed quomodo conſummauit opus q̃d
accepit ut faciat, cum reſtet adhuc paſsiõis experi
mentum, ubi martyribus ſuis maxime prebuit, q̃d
ſequerentur exemplum. * ut ait apoſtolus Petrus: * unde
Chriſtus paſſus eſt p̃ nobis, relinquẽs uobis exem‑ 1. Pet. 2.
plum, ut ſequamini ueſtigia eius: niſi qa cõſummaſ
ſe ſe dicit, quod ſe cõſummaturũ eſſe certiſsime no
uit? Sicut longe ante in prophetia p̃teriti tẽporis
uſus eſt uerbis, qñ poſt annos plurimos futurum
erat quod dicebat: Foderunt, inqt, manus meas & Pſal. 21.
pedes meos, dinumerauerunt oĩa oſſa mea. Nõ ait
fodient & dinumerabunt. Et ipſe in hoc euãgelio:
Oĩa, inqt, quę audiui à patre meo, nota feci uobis,
qbus ait poſtea: Adhuc multa habeo uobis dicere, Iohã. 15.
ſed nõ poteſtis illa portare modo. Qui enim certis Iohã. 16.
& immutabilibus cauſis omnia futura prædeſtina
uit, q̃d facturus eſt fecit. Nam p prophetã dictum
de illo eſt, Qui fecit quæ uentura ſunt. Secundum
hoc etiam quod ſequitur dicit: ¶ *Et nunc clarifica
me tu pater apud temetipſum, claritate quam habui priuſ
quã mundus eſſet apud te.* Nam ſupra dixerat: Pa‑
ter, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus
clarificet te. In quo uerborum ordine oſtenderat
prius à patre clarificandum filium, ut patrem clari‑
ficaret filius. Modo aũt dixit: Ego te clarificaui ſu
per terram, opus conſummaui quod dediſti mihi
ut faciam, & nunc clarifica me, tanquam ipſe prior
clarificauerit patrem, à quo deinde ut clarificetur
expoſcit. Ergo intelligẽdum, utroq; uerbo uſum,
ſuperius ſecundum id quod futurum erat, eoq; or‑
dine quo futurum erat, clarifica filiũ, ut filius te cla
rificet: modo uero uſum fuiſſe uerbo præteriti tẽ‑
poris de futuro, ubi ait: Ego te clarificaui ſup ter‑
ram, opus conſummaui, quod dediſti mihi ut faci‑
am. Deinde dicẽdo, & nũc clarifica me tu pater a‑
pud temetip̃m, q̃ſi poſterius eſſet clarificãdus à pa
tre, quẽ prius ipſe clarificauerat, qd oñdit, niſi ſupi
us ubi ait: Ego te clarificaui ſup terrã, ita feciſſe q̃d
facturus eſſet: hic aũt popoſciſſe ut faceret, q̃d illic
filius facturus eſſet. i. ut pater clarificaret filiũ, per
quam clarificationem filij, etiã filius eſſet clarifica‑
turus patrem? Sed hãc prędeſtinationẽ in ſua clari
ficatione manifeſtius apuit, qa cum clarificauit pa
ter, in eo quod adiunxit, claritate quã habui priuſ
quam mundus eſſet apud te. Ordo uerborum eſt:
Quam habui apud te priuſquã mũdus eſſet. Apud
te, ad hoc ualet, quod ait: Et nunc clarifica me, hoc
eſt, ſicut tũc, ita & nũc. Sicut tũc p̃deſtinatione, ita
& nũc pfectione. Fac in mũdo quod apud te iã fue
rat añ mundũ. Fac in ſuo tẽpore, quod ante oĩa tẽ‑
pora ſtatuiſti. Hoc quidã ſic intelligendũ putarũt,
tanq̃

tanq̃,natura humana quę ſuſcepta eſt à uerbo, con
uerteretur in uerbũ,& homo mutaretur in deum, im
mo ſi diligentius quod opinati ſunt cogitemus, ho
mo periret in deo. Nõ enim peiuſquã exiſtimatione
hominis, uel duplicari dei uerbum dicturus eſt uel
augeri, ut aut duo ſint quod unum fuit, aut amplius
ſit quod minus fuit. Porro ſi natura humana in
uerbũ mutata uel uerſa, uerbũ Dei quantũ erat, &
quod erat, hoc erit, ubi eſt homo ſi non periit? Sed
hac opinione, quã ueritati prorſus nõ uideo cõuenire,
nihil nos urget, ſi filio dicẽte, & nũc clarifica
me pater apud temetipſum, claritate quam habui
prius q̃ mũdus eſſet apud te: intelligamus ꝓdeſtinationem
claritatis humanæ quæ in illo eſt naturæ
ex mortali immortalis apud patrem futurę, & hoc
iam prædeſtinando fuiſſe factum antequam mundus
eſſet, quod in mũdo etiam ſuo tempore fieret.
Ephe.1. Si enim de nobis dixit Apoſtolus: Sicut elegit nos
in ipſo ante mũdi conſtitutionẽ, cur abhorrere putatur
à uero, ſi pater tũc caput noſtrum glorificauit,
quando nos in ipſo ut mẽbra eius eſſemus, elegit?
Hinc audiamus Apoſtolũ in ſuarum exordio
literarum. Nam & prima epiſtolarum eius quę eſt
Rom.1. ad Romanos, & ipſius epiſtolę principium eſt, ubi
legitur: Paulus ſeruus CHRISTI IESV, uocatus
apoſtolus, ſegregatus in euangelium dei, quod ante
ꝓmiſerat per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis
de filio ſuo, q factus eſt ei ex ſemĩe Dauid ſcdm carnem,
q prędeſtinatus eſt filius dei in uirtute ſecundum
ſpiritũ ſanctificationis, ex reſurrectione mor
*ergo tuorum. Secundũ hanc * etiam prædeſtinationem
clarificatus eſt antequam mundus eſſet, ut eſſet claritas
eius ex reſurrectione mortuorũ apud patrẽ,
ad cuius dexteram ſedet. Cum ergo uideret illius
prædeſtinatæ ſuæ clarificationis ueniſſe iam tempus,
ut & nũc fieret in redditione q̃d fuerat in prędeſtinatione
iam factũ, orauit dicẽs: Et nunc clarifica
me tu pater apud temetipſum, claritate quam
habui prius quàm mundus eſſet apud te, id eſt, illam
claritatem quam habui apud te in prædeſtinatione
tua, tempus eſt ut apud te habeam etiam uiuens
in dextera tua. ¶ *Manifeſtaui nomen tuum hominibus,
quos dediſti mihi de mundo: Tui erant, & mihi
eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt. Nunc cognouerunt
quod omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: quia uerba
quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognouerunt
uere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me miſiſti.*
Quanquam & hæc omnia de omnibus futuris
fidelibus dici potuerunt ſpecie perfecta, cum adhuc
eſſent futura: ſed ut de his ſolis quos tunc habebat
diſcipulis, hæc loqui intelligatur, illud magis
urget, quod paulò poſt ait: Quũ eſſem cum eis,
ego ſeruabam eos in nomine tuo, quos dediſti mihi,
cuſtodiui, & nemo ex his periit, niſi filius perditionis,
ut ſcriptura impleatur. Iudam ſignificans,
q tradidit eum, ex iſto qppe duodenario apoſtolorum
numero ſolus periit. Deinde ſubiũgit: Nũc
autem ad te uenio. Vnde manifeſtũ eſt, eũ de corporali
ſua dixiſſe præſentia, cũ eſſem quũ eis, ego
ſeruabam eos, uel uti iam cum eis ea pręſentia nõ
eſſet. Eo modo enĩ ſignificare uoluit aſcenſionem
ſuam mox futuram, de qua dixit: Nunc autẽ ad te
uenio. Iturus uſq; ad dexterã patris, unde eſt uenturus
ad uiuos & mortuos iudicãdos, præſentia quidem
corporali ſecũdum fidei regulam, ſanamq; doctrinam.
Nã pręſentia ſpũali cum eis erat uſq; futurus
poſt aſcenſionem ſuam, & cum tota eccleſia
ſua in hoc mundo uſq; ad cõſummationem ſeculi.


Non itaq; rectè intelligũtur de qbus dixerit, Cum
eſſem cum eis, ego ſeruabam eos: niſi hi quos in ſe
credentes ſeruare iam cœpat ꝑſentia corporali, &
quos relicturus erat abſentia corporali, quãquam
apud patrem ſeruaret præſentia ſpirituali. Poſtea
uero adiungit & cæteros ſuos, ubi dicit: Non pro
his autem rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri
ſunt per uerbũ eorũ in me. Vbi manifeſtius oſtẽdit,
quod non de omnibus ad eum ꝑtinentibus ſuperius
loqueretur, ab eo loco ubi ait, manifeſtaui nomen
tuum hominibus quos dediſti mihi, ſed de his
tantum, qui eum cum illa diceret, audiebant. Iam
nunc ergo uideamus, quid de illis à quibus tunc audiebatur,
diſcipulis ſuis dicat: Manifeſtaui, inquit,
nomen tuum hominibus quos dediſti mihi. Non
ergo nouerant dei nomẽ, cũ eſſent Iudæi? Et ubi
eſt quod legitur: Notus in Iudęa deus, in Iſrael ma Pſal.75.
gnum nomen eius? Ego manifeſtaui nomem tuum
hominibus iſtis quos dediſti mihi de mundo, q me
audiunt hæc dicentem. Non illud nomen tuũ quo
uocaris deus, ſed illud quo uocaris pater meus, q̃d
nomẽ manifeſtari ſine ipſius filij manifeſtatiõe nõ
poſſet. Nam quod deus dicitur uniuerſæ creaturæ,
etiam omnibus gentibus, antequam in Chriſtum
crederent, non omnimodo eſſe potuit hoc nomen
ignotum. Hæc eſt enim uis uerę diuinitatis, ut creaturæ
rationali iam rõne utenti, non omnino ac penitus
poſſit abſcõdi. Exceptis enim paucis, in q̃bus
natura nimiũ deprauata eſt, uniuerſum genus humanum
deum mundi huius fatetur autorẽ. In hoc
ergo quod fecit hunc mundum cęlo terraq; cõſpicuum,
& antequam imbuerentur in fide Chriſti, notus
omnibus gẽtibus deus: in hoc autem quod non
eſt in iniurijs ſuis & cũ dijs falſis colẽdus, notus in
Iudęa deus. In hoc uero quod pater eſt huius Chriſti,
per quem tollit peccata mundi, hoc nomẽ eius
prius occultũ omnibus, nũc manifeſtauit eis quos Iohã.16
dedit ei pater ipſe de mũdo. Sed quomodo manifeſtauit,
ſi nondũ uenit hora de qua ſuperius dixerat
quod ueniret hora, cũ iam nõ in prouerbijs, inquit
loquar uobis, ſed palam de patre meo annunciabo
uobis? An uero annunciatio manifeſta putabitur
in ꝓuerbijs? Cur ergo dictum eſt, palam annunciabo
uobis, niſi quia in ꝓuerbijs nõ eſt palam? Quod
autẽ non in prouerbijs occultatur, ſed uerbis manifeſtatur,
proculdubio palam dicitur. Quomodo ergo
manifeſtauit quod nondum palã dixit? Proinde
ſic intelligendũ eſt, pro tẽpore futuro pręteritũ
poſitum, quemadmodum illud: Omnia quæ audiui
à patre meo, nota feci uobis, quod nondũ fecerat,
ſed loquebatur quaſi feciſſet, q̃d immutabiliter eſſe
pręfixum ſciebat ut faceret. Quid eſt autẽ, Quos dediſti
mihi de mũdo? Dictum eſt enim de illis quod
non eſſent de mundo. Sed hoc eis regeneratio ꝑſtitit,
non generatio. Quid eſt etiam quod ſequitur:
Tui erant, & mihi eos dediſti? An aliquando erant
patris, quando non erant unigeniti filij eius, & habuit
aliquando pater aliquid ſine filio? Abſit. Ve *dei
runtamẽ habuit aliqd aliquãdo * deus filius, quod
nondum habuit idẽ ipſe homo filius, quia nõdum
erat homo factus ex matre, quando tamẽ habebat
uniuerſa cũ patre. Quapropter q̃d dixit, tui erant,
nõ ſe inde ſeparauit * dei filius, ſine q̃ nihil unquã
pater habuit, ſed ſolet ei tribuere omne q̃d poteſt, *deus
à quo ipſe qui poteſt. A quo enim habet ut ſit, ab il
lo habet ut poſſit, & ſimul utrunq; ſemp habuit, q
nunquam non fuit, & nunquam non potuit: quocirca
quicquid potuit patre, ſemper cum illo filius potuit,

tuit, quoniã ille qui nunquã non fuit, & nõ potuit, nunquam ſine patre fuit. Ac per hoc ſicut pater æternus omnipotens: & ſi omnipotens, ita filius coæternus omnipotens: & ſi omnipotens, utiq; omnium tenens Id enim uerbũ potius uerbo interpretamur, ſi proprie uolumus dicere, quod à græcis dicitur pantocrator, quod noſtri non ſic interpretarentur ut omnipotens dicerent, cũ ſit pantocrator omnitenens, niſi tantundem ualere ſentirent. Quid igitur unquam habere potuit æternus omnitenens, quod non ſimul habuerit coæternus omnitenens? Quod utiq; ait, & mihi eos dediſti: hominem ſe accepiſſe hanc poteſtatem, ut eos haberet, oſtendit, quoniã qui ſemper omnipotens fuit, non ſemper homo fuit. Quamobrem cum patri potius tribuiſſe uideatur, ut ab eo illos acceperit: quoniã ea ipſo eſt quicquid eſt de quo eſt: etiã ipſe ſibi eos dedit, hoc eſt, cũ patre deus Chriſtus homini Chriſto: quod cum patre nõ eſt, homines dedit Deniq; qui hoc loco dicit, tui erant, & mihi eos dediſti, iã ſuperius eiſdẽ diſcipulis dixerat: Ego elegi uos de
Ioha 15. mũdo. Cõteratur hic cogitatio carnalis, atq; diſſipereat. De mũdo ſibi à patre dicit filius datos homines, quibus alio loco dicit: Ego uos elegi de mũdo. Quos dei filius de mundo elegit cũ patre, idem ipſe homo filius de mũdo eos accepit à patre. Nõ enim illos pater filio dediſſet, niſi elegiſſet. Ac per hoc filius ſicut non inde ſeparauit patrem, quãdo dixit: Ego uos de mundo elegi, quoniam ſimul eos elegit & pater: ſic non inde ſeparauit & ſe, quando dixit, tui erãt, quia & ipſius filij pariter erant. Nunc autem homo idem ipſe filius accepit eos qui non erant ipſius: quia & formã ſerui accepit deus, id eſt, quę non erat ipſius. Sequitur ac dicit, & ſermonem tuũ ſeruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt, id eſt, cognouerunt, quia abs te ſum. Simul enim pater dedit omnia cum genuit qui haberet omnia. ¶ *Quia uerba, inquit, quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt.* Id eſt, intellexerũt atq; tenuerunt. Tunc enim uerbum accipitur, quando mente percipitur ¶ *Et cognouerunt, inquit, uere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me miſiſti.* Et hic ſubaudiẽdũ eſt, uere Quod enim dixit, cognouerũt uere, exponere uoluit adiungendo, & crediderunt. Hoc itaq; crediderunt
*Id uere, quod cognouerunt uere. * Idem enim eſt, à te exiui, quod eſt, tu me miſiſti. ¶ *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi.* Mundum uult modo intelligi, qui uiuunt ſecundum concupiſcentiam mundi, & non ſunt in ea ſorte gratię ut ab illo eligantur ex mundo. Non itaque pro mundo, ſed pro his quos ei pater dedit, rogare ſe dicit. Per hoc nanque quod eos illi pater iam dedit, factum eſt ut non pertineant ad eum mundum, pro quo non rogat. Deinde ſubiungit: ¶ *Quia tui ſunt.* Neq; enim quia pater eos dedit filio, amiſit ipſe quos dedit, cum adhuc filius ſequatur, ac dicat: ¶ *Et mea omnia tua ſunt, & tua mea*
* quomodo *ſunt.* Vbi ſatis apparet * qualiter unigeniti filij ſint omnia quæ ſunt patris. Per hoc utique, quod ipſe etiam eſt deus, & de patre patri natus eſt æqualis. ¶ *Et clarificatus ſum, inquit, in eis.* Nunc ſuam clarificationem tanquam facta ſit dicit, cum adhuc eſſet futura Dicendo enim eſſe iam factum, oſtẽdit iam fuiſſe prædeſtinatum, & certũ haberi uoluit quod erat futurum. ¶ *Et iam, inquit, non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt.* Si horam prorſus illam qua loquebatur attendas, utrique adhuc in mundo erant, & ipſe ſcilicet, & illi de quibus hoc dicebat. Nõ enim ſecundũ profectũ cordis & uitæ hoc accipere poſſumus uel debemus, ut illi propterea eſſe adhuc dicantur in hoc mundo, quod mũdana adhuc ſapiãt, ille autem iam non eſſe in mundo, ſapiẽdo diuina. Poſitum eſt hic enĩ unum uerbum, quod nos ita intelligere omnino non ſinat quia nõ ait, & non ſum in mundo, ſed, iã, non ſum in mũdo, per hoc oſtendens fuiſſe ſe in mundo, ac iam non eſſe. Nunquid ergo fas eſt, ut eum credamus aliquando mundana ſapuiſſe, & ab hoc errore liberatum, iam illa non ſapere? Quis tam impio ſenſu ſe induerit? Reſtat igitur, ut ſecundum id quod ipſe etiam in mundo prius erat, in mũdo ſe dixerit & iam non eſſe: profecto præſentia corporali, à mundo ſcilicet abſentiam ſuam iam cito futuram, illorum autem tardius: per hoc oſtẽdens ſe iã non hic eſſe, ipſos autem hic eſſe dixit, cũ & ipſe hic & illi adhuc eſſent. Sic enim eſt locutus homo congruens hominibus, ut mos loquendi ſeſe habet humanus An non quotidie dicimus, iam non eſt hic, de aliquo quantocius abituro? Et maxime hoc de morituris ſolet dici. Quanquam & ipſe dominus tanquam præuidens quid lecturos mouere poſſet, adiecit: Ego ad te uenio, ſic exponens quodammodo cur dixerit, iam non ſum in mundo.

IN DIE ASCENSIONIS.

Marci. XVI.

¶ In illo tempore: Recumbentibus undecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis. & reliqua. Homilia beati Gregorij Papæ.



QVod reſurrectionem dominicã diſcipuli tarde crediderũt, non tã illorũ infirmitas quam noſtra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Ipſa nanque reſurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monſtrata eſt, quæ dum nos legentes agnoſcimus, quid aliud quam de illorum dubitatione ſolidamur? Minus enim mihi Maria Magdalena præſtitit, quæ citius credidit, quam Thomas, qui diu dubitauit. Ille enim dubitãdo uulnerum cicatrices tetigit, & de noſtro pectore dubietatis uulnus amputauit Ad inſinuandum quoque ueritatem dominicæ reſurrectionis, notandũ nobis eſt quid Lucas referat, dicens: Conueſcens præcepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederent. Et poſt pauca: Videntibus Luc. 24.
illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorum. Notate uerba, ſignate myſteria. Conueſcens Actu 1.
eleuatus eſt, comedit & aſcendit, ut uidelicet per Ibidem.
effectum comeſtionis, ueritas pateſceret carnis. Marcus uero priuſquam cœlum dominus aſcenderet, illum de cordis atque infidelitatis duritia increpaſſe diſcipulos memorat Qua in re quid conſiderandum eſt, niſi quod idcirco dominus tũc diſcipulos increpauit, cũ corporaliter reliquit, ut uerba quæ recedens diceret, in corde audientiũ arctius impreſſa remanerent? Increpata igitur eorum du-

ritia, quid admonēdo dicat, audiamus: ¶ *Euntes in mundum uniuerſum, prædicate euangelium omni crea-turæ.* Nunquid fratres mei ſanctum euangeliū uel
inſenſatis rebus, uel animalibus brutis fuerat præ-
dicandū, ut de eo diſcipulis dicatur, prędicare om-
ni creaturæ? Sed omnis creaturę nomine ſignatur
homo. Sunt nanq; lapides, ſed non uiuunt nec ſen-
tiunt. Sunt herbę & arbuſta, uiuunt quidē, ſed non
ſentiunt: uiuunt dico non per animā, ſed per uiri-
ditatem, quia & Paulus dicit: Inſipiens tu, quod ſe-
1.Co.15. minas, non uiuificatur, niſi prius moriatur. Viuit
ergo quod moritur, ut uiuificetur. Lapides itaq;
ſunt, ſed non uiuunt. Arbuſta autē ſunt & uiuunt,
ſed nō ſentiunt. Bruta uero animalia ſunt, uiuunt,
ſentiunt, ſed non diſcernunt. Angeli enim ſunt, ui-
uunt, ſentiunt, & diſcernunt. Omnis autem creatu-
ræ aliquid habet homo. Habet nanq; cōmune eſſe
cum lapidibus, uiuere cum arboribus, ſentire cum
animalibus, intelligere cū angelis. Si igitur cōmu-
ne habet aliquid cū omni creatura homo, iuxta ali-
quid omnis creatura homo eſt. Omni ergo creatu-
ræ prædicatur euangeliū, cum ſoli homini prædi-
catur: quia uidelicet ille docetur, propter quem in
terra omnia creata ſunt, & à quo omnia per quan-
dam ſimilitudinē aliena nō ſunt. Poteſt etiam om-
nis creaturæ nomine, omnis natio gentiū deſigna-
Mat.10. ri. Ante enim dictum fuerat: In uiam gentium ne
abieritis, nunc autem dicitur, prędicate euangeliū
omni creaturæ, ut ſcilicet prius à Iudæa Apoſtolo-
rum repulſa prędicatio, tunc nobis in adiutorium
fieret, cū hanc illa ad damnationis ſuæ teſtimoniū
ſuperba repuliſſet. Sed cū diſcipulos ad prædican-
dum ueritas mittit, quid aliud in mundo facit, niſi
grana ſeminis ſpargit: & pauca grana mittit in ſe-
mine, ut multarum meſſium fruges recipiat ex no-
ſtra fide? Neq; enim in uniuerſo mundo tanta fide-
lium meſſis exurgeret, ſi de manu domini ſuper ra-
tionalē terram illa electa grana prædicātium non
ueniſſent. Sequitur: *Qui crediderit, & baptizatus fue-rit, ſaluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur.*
Fortaſſe unuſquiſq; apud ſemetipſum dicat: Ego
iam credidi, ſaluus ero. Verū dicit, ſi fidē operibus
tenet. Vera etenim fides eſt, quæ in hoc quod uer-
bis dicit, moribus non contradicit. Hinc eſt enim
Titi.1. quod de quibuſdā falſis fidelibus Paulus dicit: Qui
confitētur ſe noſſe deū, factis autē negant. Hinc Io-
1.Ioh.2. hannes ait: Qui dicit ſe noſſe deū, & mandata eius
non cuſtodit, mendax eſt. Quod cū ita ſit, fidei no-
ſtræ ueritatem in uitæ noſtræ conſideratione de-
bemus agnoſcere. Tunc enim ueraciter fideles ſu-
mus, ſi quod uerbis promittimus, operibus imple-
mus. In die quippe baptiſmatis omnibus nos anti-
qui hoſtis operibus, atq; omnibus pompis abrenun-
ciare promiſimus. Itaq; unuſquiſq; ueſtrum ad con-
ſiderationē ſui, mētis oculos reducat, & cōſideret
ſi ſeruat poſt baptiſmum, quod ante baptiſmū ſpo-
pondit: & certus iam quia fidelis eſt, gaudeat. Sed
ecce quod promiſit, minime ſeruauit: ad exercēda
praua opera, ad concupiſcentias mūdi & pompas
dilapſus eſt: uideamus ſi iam ſcit plāgere quod er-
rauit. Apud miſericordem nāque iudicē nec ille fal-
lax habebitur, qui ad ueritatē reuertitur etiā poſt-
quā mentitur, quia omnipotens deus dū libenter
noſtram pœnitētiam ſuſcipit, ipſe ſuo iudicio hoc
quod errauimus, abſcondit. ¶ *Signa autē eos qui cre-dituri ſunt, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eij-cient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollēt: & ſi mor-tiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros ma-nus imponent, & bene habebunt.* Nunquid nā fratres
mei, quia iſta ſigna non facitis, minime creditis?
Sed hęc neceſſaria in exordio eccleſiæ fuerunt. Vt
enim ad fidem creſceret, miraculis fuerat nutrien-
da: quia & nos cū arbuſta plantamus, tandiu eis a-
quam fundimus, quouſq; ea in terra iā *cōualuiſſe *coaluiſſe
uideamus. At ſi ſemel radicē in terra fixerint, irri-
gatio ceſſabit. Hinc eſt enī quod Paulus dicit: Lin- 1.Co.14.
guæ in ſignū ſunt, non fidelibus, ſed infidelibus * *An nō
An habemus de his ſignis atque uirtutibus quę ad-
huc ſubtilius cōſiderare debeamus? Sancta quippe
eccleſia quotidie ſpiritualiter facit, quod tunc per
apoſtolos corporaliter faciebat. Nam ſacerdotes
eius cū per exorciſmi gratiā manū credentibus im-
ponunt, & habitare malignos ſpiritus in eorū men-
te contradicunt, quid aliud faciūt, niſi dęmonia eij-
ciunt? Et fideles quique qui iā uitę ueteris ſecularia
uerba derelinquunt, ſancta autē myſteria inſonāt,
conditoris ſui laudes & potentiam quantū præua-
lent, narrant: quid aliud faciunt, niſi nouis linguis
loquuntur? Qui dū bonis ſuis exhortationibus ma-
litiam de alienis cordibus auferūt, ſerpētes tollūt.
Et dū peſtiferas perſuaſiones audiunt, ſed tamē ad
operationē prauā minime pertrahūtur, mortiferū
quidē eſt quod bibunt, ſed nō eis nocebit. Qui quo-
ties proximos ſuos in bono opere infirmari cōſpi-
ciūt, dū eis tota uirtute cōcurrunt, & exemplo ſuę
operationis illorū uitā roborāt, qui in ppria actio-
ne titubāt, quid aliud faciūt, niſi ſuper ęgros manus
imponūt, ut bene habeāt? Quę nimirū miracula tā-
to maiora ſunt, quāto ſpiritualia: tāto maiora ſunt
quāto per hęc nō corpora, ſed animæ ſuſcitantur.
Hęc itaq; ſigna fratres chariſſimi, autore deo, ſi uul-
tis, facitis uos. Ex illis enim exterioribus ſignis ob-
tineri uita *ab hæc operantibus nō ualet. Nā cor- *ad
poralia illa miracula oſtēdunt aliquādo ſanctitatē,
nō aūt faciūt. Hęc uero ſpūalia quę agūtur in mēte,
uirtutē uitæ non oſtēdunt, ſed faciunt. Illa habere
& mali poſſunt, iſtis autē perfrui niſi boni nō poſ-
ſunt. Vnde de quibuſdam ueritas dicit: Multi dicēt Mat.7.
mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine
tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia
eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas feci-
mus? Et tūc cōfitebor illis, quia nunquā noui uos,
diſcedite à me oēs q operamini iniquitatē. Nolite
ergo fratres chariſſimi amare ſigna, quæ poſſunt
cū reprobis haberi cōmunia, ſed hęc quę modo dixi-
mus, charitatis atq; pietatis miracula amate, quæ
tāto ſecuriora ſunt, quāto & occulta: & de quibus
apud dominum eo maior fiet retributio, quo a-
pud homines minor eſt gloria. Sequitur: ¶ *Et do-minus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris dei.* In ueteri teſta-
mento cognouimus quod Helias raptus [illegible] cœ-
lū. Sed aliud eſt cœlum aēreum, aliud ęthereum. 4.Re.2.
Cœlum quippe aēreum terræ eſt proximū, unde
& aues cœli dicimus, quia eas uolitare in aēre ui-
demus. In cœlum quippe aēreum Helias ſubleua-
tus eſt, ut in ſecretā quandā terræ regionē repēte
duceretur: ubi magna iā carnis & ſpūs quiete uiueret,
quouſq; ad finē mūdi redeat, & mortis debitū ſol-
uat. Ille enim mortē diſtulit, nō euaſit. Redēptor
autē noſter, quia nō diſtulit, ſuperauit, eamq; reſur-
gēdo cōſumpſit, & reſurrectionis ſuę gloriā aſcen-
dēdo declarauit. Notandū quoq; eſt, quod Helias
legitur in curru aſcēdiſſe, ut uidelicet aperte mōſtra-
retur, quia purus homo adiutorio egebat alieno. Per
angelos quippe illa facta & oſtēſa ſunt adiumēta, quia

nec

nec ad cœlum quidē aëreum per ſe aſcendere pote-
rat, quē oaturæ ſuæ infirmitas grauabat. Redem-
ptor autem noſter nō curru, nō angelis ſubleuatus
legitur: quia is qui fecerat omnia, oimirum ſuper
omoia ſua uirtute ferebatur. Illuc etenim reuerte-
batur, ubi erat: & inde redibat, ubi remanebat: qa
cum per humanitatē aſcénderet in cœlum, per diui-
nitatem ſuam & terram pariter coutinebat & cœ-
Gen. 37. lum. Sicut autē Ioſeph à fratribus uenditus, uendi-
Geoe. 5. tionē redēptoris ooſtri figurauit, ſic Enoch tranſ-
latus, atq; ad cœlum aëreum Helias ſubleuatus, aſ-
cenſionem dominicam uterque deſignauit. Aſcen-
ſionis ergo ſuæ dominus prænuncios & teſtes ha-
buit, unū ante legem, alium ſub lege, ut quandoq;
ueniret ipſe, qui ueraciter cœlos peuetrare potuiſ-
ſet. Vode & ipſe ordo in eorum quoq; utroruuque
ſubleuatione, per quędam Incremēta diſtinguitur.
Nam Enoch trāſlatus, Helias uero ad cœlum ſub-
uectus eſſe memoratur, ut ueniret poſtmodū, qui
oec tranſlatus nec ſubuectus cœlum ęthereum ſua
uirtute penetraret. Qui nobis in ſe credentibus,
quod carnis quoq; mūditiam largiretur, & ſub eo
per incrementa temporū uirtus caſtitatis excreſ-
ceret, in ipſa quoq; eorum tranſlatione qui aſcen-
ſionem dominicam, ut uidelicet famuli deſignaue-
runt, & in ſeipſo qui ad cœlos aſceodit, dominus
oſtendit. Nam Enoch quidē uxorem & filios ha-
buit, Helias uero neq; uxorem neque filios legitur
habuiſſe. Penſate ergo quomodo per iocrementa
temporum creuerit muoditia ſanctitatis, quod &
per trauſlatos famulos, & per aſcendentis domini
perſonam patenter oſteuditur. Traoſlatus nanque
eſt Enoch, & per coitū genitus, & per coitū gene-
rās. Raptus eſt Helias, per coitum genitus, ſed nō
per coitum generās. Aſſumptus uero eſt domious,
neque per coitum geoerās, neq; per coitum gene-
ratus. Cōſideraodum uero oobis eſt, quid eſt quod
Mar. 16. Marcus ait, Sedet à dextris dei, & Stephanus dicit:
Actu. 7. Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à
dextris dei. Quid eſt quod huoc Marcus ſedētem,
* uidere Stephanus uero ſtantem ſe * uidiſſe teſtatur? Sed
ſcitis chariſſimi fratres, quia ſedere iudicantis eſt,
ſtare uero pugnantis uel adiuuāt is. Quia igitur re-
demptor noſter aſſumptus in cœlum, & nunc om-
nia iudicat, & ad extremum iudex omniū ueniet,
hunc poſt aſſumptionem Marcus ſedere deſcribit,
quia poſt aſceoſionis ſuæ gloriam iudex in fine ui-
debitur. Stephanus uero in laboris certamine po-
ſitus, ſtantem uidit, quem adiutorem habuit: quia
ut iſte in terra perſecutorum infidelitatem uince-
ret, pro illo de cœlo illius gratia pugnauit. Seque-
tur: ¶ *Illi autem profecti prædicauerunt ubiq;, domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequētibus ſignis.*
Quid in his cooſiderandū eſt, quid memoriæ com-
meudandum, niſi quod præceptum obedientia,
obedientiam uero ſigna ſecuta ſunt? Sed quia au-
tore deo breuiter lectionem euangelicam expo-
nendo tranſcurrimus, reſtat ut aliquid de ipſa
tantæ conſideratione ſolennitatis dicamus. Hoc
autem nobis primum quærendum eſt, quidnam ſit
quod nato domino apparuerunt angeli, & tamen
non leguntur in albis ueſtibus apparuiſſe: aſcēden-
te autem domino, miſſi aogeli in albis ueſtibus le-
guntur apparuiſſe. Sic etenim ſcriptum eſt: Viden-
tibus illis eleuatus eſt, & oubes ſuſcepit eum ab o-
Actu. 1. culis eorum. Cumq; intuerētur in cœlum euntem
illum, ecce duo uiri aſtiterunt iuxta illos in ueſti-
bus albis. In albis autem ueſtibus, gaudium & ſo-
lennitas meotis attēditur. Quid eſt ergo quod na-
to domino non in albis ueſtibus, aſcēdente autem
domino in albis ueſtibus appareot, niſi quod ma-
gna tunc ſolennitas angelis facta eſt, cum cœlum
deus homo peuetrauit? Quia naſcente domino di-
uinitas uidebatur humiliata, aſcēdente autem do-
mino, eſt humanitas exaltata. Albæ etenim ueſtes
exaltatiooi magis congruuot quam humiliationi.
In aſſumptione ergo eius angeli in albis ueſtibus
uideri debueruot, quia qui in natiuitate ſua ap-
paruit deus humilis, in aſceoſione ſua oſtenſus eſt
homo ſublimis. Sed hoc uobis magnopere fra-
tres chariſſimi in hac ſolennitate penſandum eſt,
quia deletum eſt hodierna die chirographū dam-
oationis noſtræ, mutata eſt ſeotētia corruptionis
noſtræ. Illa eoim natura cui dictum eſt: Terra es, Gen. 3.
& io terram ibis, hodie in cœlum iuit. Pro hac ipſa
enim carnis ooſtræ ſubleuatione, per figuram bea-
tus Iob dominum auem uocat. Quia eoim aſcenſi-
onis eius myſterium Iudæam non intelligere con-
ſpexit, de infidelitate eius ſententiam protulit, di-
cens: Semitam ignorauit auis. Auis autē recte ap-
pellatus eſt dominus, quia corpus carneū ad æthe- Iob. 28.
ra librauit. Cuius auis ſemitā ignorauit, quiſquis
eum ad cœlum aſceudiſſe non credidit. De hac ſo-
lennitate per Pſalmiſtam dicitur: Eleuata eſt ma- Pſal. 8.
gnificentia tua ſuper cœlos. De hac rurſus ait: Aſ- Pſal. 46.
cendit deus in iubilatione, & dominus in uoce tu-
bæ. De hac iterū dicit: Aſcendens in altum, capti- Pſal. 67.
uam duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Aſ-
ceodeos quippe iu altum, captiuam duxit captiui-
tatem, quia corruptionem noſtram uirtute ſuę in-
corruptionis abſorbuit. Dedit uero dona homini-
bus, quia miſſo deſuper ſpiritu, alij ſermonem ſa-
pieotiæ, alij ſermonem ſcientiæ, alij gratiam uir-
tutum, alij gratiam curationū, alij genera lingua-
rum, alij interprerationem ſermonum tribuit. De-
dit ergo dona hominibus. De hac aſcenſionis eius
gloria etiam Abacuc ait: Eleuatus eſt ſol, & luna Aba. 3.
ſtetit in ordioe ſuo. Quis enim ſolis nomine niſi
dominus, & quæ lunæ oomine niſi eccleſia deſi-
gnatur? Quouſque enim dominus aſcendit ad cœ-
los, ſancta eius eccleſia aduerſa mundi omnimo-
do formidauit. At poſtquam eius aſcenſione ro-
borata eſt, aperte prædicauit quod occulte credi-
dit. Eleuatus eſt ergo ſol, & luna ſtetit in ordine
ſuo: quia cum dominus cœlum petijt, ſancta eius
eccleſia in autoritate prędicationis excreuit. Hinc
eiuſdem eccleſiæ uoce per Salomonem dicitur: Can. 2.
Ecce hic uenit ſaliens in montibus, tranſiliens col-
les. Conſiderauit nanque tantorum operum cul-
mioa, & ait: Ecce iſte uenit ſaliens in montibus.
Veuieudo quippe ad redemptionē noſtram, quoſ-
dam (ut ita dixerim) ſaltus *fecit. Vultis fratres * dedit
chariſſimi ipſos eius ſaltus coguoſcere? De cœlo
uenit in uterum uirginis, de utero uenit in præſe-
pe, de præſepio uenit in crucem, de cruce uenit in
ſepulchrum, de ſepulchro redijt in cœlum. Ecce
ut nos poſt ſe currere faceret, quoſdam pro no-
bis ſaltus manifeſtata per carnem ueritas dedit,
quia & exultauit ut gigas ad currendum uiam, ut
nos ei ex corde diceremus: Trahe me poſt te, cur- Pſal. 18.
remus in odore unguentorum tuorum. Vnde fra- Can. 1.
tres chariſſimi oportet ut illuc ſequamur corde,
ubi eum corpore aſcēdiſſe credimus, deſideria ter-
rena fugiamus, nihil nos iam delectet in infimis,
qui patrem habemus in cœlis. Et hoc uobis ma-
gnopere eſt perpendendum, quia is qui placidus

 aſcen-

aſcēdit, terribilis redibit: & quicquid nobis cum manſuetudine præcipit, hoc à uobis cū diſtrictione exiget. Nemo ergo indulta pœnitētiæ tempora paruipendat, nemo curam ſui dum ualet agere, negligat: quia redemptor noſter tanto tunc in iudicium diſtrictior ueniet, quanto uobis ante iudicium magnam patientiam prærogauit. Hæc itaq; uobiſcum fratres agite, hæc in mente ſedula cogitatione uerſate. Quanuis adhuc rerum perturbationibus animus fluctuet, iam tamen ſpei ueſtræ ancoram in æterna patria figite, intentionē mentis in uera luce ſolidate. Ecce ad cœlum aſcendiſſe dominum audiuimus: hoc ergo ſeruemus in meditatione quod credimus: & ſi adhuc hic tenemur in infirmitate corporis, ſequamur eum tamen paſſibus amoris. Non autem deſerit deſideriū noſtrum ipſe qui dedit, Ieſus Chriſtus dominus noſter: Qui uiuit & regnat &c.

DE EODEM FESTO, SERmo. Leonis Papæ.

POſt beatam & glorioſam reſurrectionem domini noſtri Ieſu CHRISTI, qua uerum dei templum Iudaica impietate reſolutum, diuina in triduo potentia ſuſcitauit, quadragenarius hodie dilectiſſimi ſanctorum dierum expletus eſt numerus, ſacratiſſima ordinatione diſpoſitus, & ad utilitatem noſtræ eruditionis impenſus: ut dū à domino in hoc ſpatio mora præſentiæ corporalis extenditur, fides reſurrectionis documentis neceſſarijs muniretur. Mors enim CHRISTI multorū diſcipulorū corda turbauerat, & de ſupplicio crucis, & de miſſione ſpiritus, de exanimati corporis ſepultura, grauatis mœſtitudine mētibus, quidā diffidentiæ torpor obrepſerat. Nā cum ſanctę mulieres, ſicut euāgelica pateſecit hiſtoria reuoluto à monumēto lapide, ſepulchrū corpore uacuū, & uiuentis domini teſtes angelos nunciarent, uerba earum apoſtolis alijſq; diſcipulis deliramentis ſimilia uidebantur. Quam utique hæſitationem humana infirmitate nutantem, nequaquam permiſiſſet ſpiritus ueritatis prędicatorum ſuorum ineſſe pectoribus, niſi illa trepida ſolicitudo, & curioſa cunctatio, noſtræ fidei fundamenta ieciſſent. Noſtris igitur perturbationibus, noſtriſque periculis in apoſtolis conſulebatur: nos in illis uiris contra calumnias impiorum, & cōtra terrenę argumēta ſapientiæ docebamur: nos illorum inſtruxit aſpectus, nos erudiuit auditus, nos confirmauit attactus. Gratias agamus diuinæ diſpenſationi, & ſanctorum patrum neceſſarię tarditati. Dubitatū eſt ab illis, ne dubitaretur à nobis. Non ergo hi dies dilectiſſimi, qui inter reſurrectionem domini aſcenſionemq; fluxerunt, ocioſo tranſiere decurſu: ſed magna in eis confirmata ſacramenta, magna ſunt reuelata myſteria. In his metus diræ
Iohā 21. mortis aufertur, & non ſolum animæ, ſed etiam
Luc. 24. carnis immortalitas declaratur. In his per inſufflationem domini infunditur apoſtolis ſpiritus ſanctus: & beato apoſtolo Petro ſuper cæteros poſt regni claues, ouilis dominici cura commendatur. In his diebus duobus diſcipulis tertius in uia dominus comes iungitur, & ad omnē noſtræ ambiguitatis caliginem detergendā, pauentiū ac trepidantium tarditas increpatur. Flammam fidei illuminata corda concipiunt, & quæ erant tepida, reſerante ſcripturas domino, efficiūtur ardentia. In fractione quoq; panis conueſcentiū aperiūtur ob

tutus, multo fœlicius horū oculis pateſactis, quibus naturæ ſuæ manifeſtata eſt glorificatio, quam illorum generis noſtri principum, quibus præuaricationis ſuæ eſt ingeſta cōfuſio. Inter hæc autem aliaq; miracula, cum diſcipuli trepidis cogitationibus æſtuarent, & apparuiſſet in medio eorū dominus, dixiſſetq;, pax uobis: ne hoc in eorū remaneret opinionibus quod uoluebatur in cordibus (putabant enim ſpiritum ſe uidere, non carnem) redarguit cogitationes à ueritate diſcordes: ingerit dubitantium oculis manētia in manibus ſuis & pedibus crucis ſigna, & ut diligentius pertractetur inuitat, quia ad ſananda infidelium cordiū uulnera, clauorum & lanceæ erant ſeruata ueſtigia, ut non dubia fide, ſed conſtantiſſima ſcientia teneretur, eam naturam in dei patris conſeſſurā throno, quæ iacuerat in ſepulchro. Per omne ergo hoc tempus dilectiſſimi, quod in reſurrectione domini, & aſcenſione eius exactum eſt, hoc prouidētia dei curauit, hoc docuit, hoc ſuorum & oculis inſinuauit & cordibus, ut dominus Ieſus Chriſtus uere agnoſceretur reſuſcitatus, qui uere erat & natus & paſſus & mortuus: Vnde beatiſſimi apoſtoli, omneſq; diſcipuli, qui & de *exitio crucis erāt trepidi, & de fide reſurrectionis ambigui, ita ſunt perſpicua ueritate roborati, ut domino in cœlorū eunte ſublimia, non ſolum nulla afficerentur triſtitia, ſed etiam magno gaudio replerentur. Et reuera magna & ineffabilis erat cauſa gaudendi, cum in conſpectu ſanctæ multitudinis, ſupra omnium creaturarum cœleſtium dignitatem humani generis natura conſcenderet, ſupergreſſura angelicos ordines, & ultra archangelorum altitudines eleuanda, nec ullis ſublimitatibus modum ſuę prouectionis habitura, niſi ęterni patris receptā cōſeſſu, illius gloriæ ſociaretur in throno, cuius naturæ copulabatur in filio. Quia igitur Chriſti aſcenſio, noſtra eſt profectio, & quo præceſſit gloria capitis, eo ſpes uocatur & corporis: dignis dilectiſſimi exultemus gaudijs, & pia gratiarum actione lætemur. Hodie enim non ſolum paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, ſed etiam cœlorū in Chriſto ſuperna penetrauimus, ampliora adepti per ineffabilem Chriſti gratiam quam per diaboli amiſeramus inuidiam. Nam quos uirulentus hoſtis primi habitaculi fœlicitate deiecit, eos ſibi concorporatos dei filius ad patris dexteram collocauit. Qui uiuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

*exitu

DE EODEM FESTO HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

VEnit ad diſcipulos ſuos Dominus Ieſus, inuenit eos recumbentes, inuenit eos manducantes & bibentes: diſcubuit cum illis, manducauit & bibit cum illis, ut ſe non phantaſmaticū, ſed uerū corpus aſſumpſiſſe oſtenderet, & ſua eos pręſentia roboraret. Redarguit eos de infidelitate ſua, confirmauit eos colloquio ſuo. Et ſicut ſcriptum eſt, cōueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionē patris. Quicunq; igitur es qui ſancti ſpiritus promiſſionem expectas, noli ab Hieroſolymis diſcedere, noli eccleſiam relinquere, noli ſanctorum conſortium deſerere: ibi expecta, ibi mane, quia nulli extra eccleſiam datur ſpiritus ſanctus, & eos etiā qui habent, ſi ab ea ſe ſeparauerint, derelinquit. Redarguit autem eos propter duritiam ſuam, reprehēdit eos de infidelitate cordis ſui. Quanuis enim

Simon

Simon Petrus, & Maria Magdalena, & duo illi diſcipuli, quibus in ſpecie peregrini Dominus apparuerat, certiſſime firmiſſimeque nuntiarent Dominum reſurrexiſſe, ſeque illum uidiſſe, cæteri tamen illis non credebant. Et quid mirum eſt, cum nec ſibi ipſis nec ſuis oculis crederẽt, & eum uidentes non uiderent? Narrat enim Matthæus euangeliſta quod undecim diſcipuli abierunt in Galilęam in montem ubi conſtituerat Ieſus illis, & uidẽtes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Non enim uerum corpus, ſed ſpiritũ ſe uidere putabant. Vnde ipſe ait: Palpate & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa nõ habet, ſicut me uidetis habere. Et forraſſe hæc tanta illorum dubitatio ex immenſo amore procedebat. Non enim facile credimus quod multũ deſideramus, ſicut econtra quod timemus, leuiter poſſe accidere credimus. *Et dixit eis: Euntes in mundum uniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ.* Prius enim dixerat, In uias gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis. Non enim ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Nunc autem eos pręcipit ire in uniuerſum mundum. In quo Iudęorum abiectio, & Gentium electio apertiſſime monſtratur. Vnde & illi à patre dicitur: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Quod autem ait, *Prædicate euangelium omni creaturæ.* Alius euangeliſta exponit, dicens: Ite, docete omnes gentes. Idem enim per omnem creaturam, & per omnes gentes ſignificatur. Sic enim Apoſtolus ait de charitate, quia omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. quod quidem uerum non eſt, niſi aliter determinetur. Si enim charitas omnia credit, credit utique Phariſæis & Sadducæis, alijs affirmantibus, alijs negantibus reſurrectionem: quod fieri nõ poteſt. Non igitur charitas omnia credit. Sic ergo determinetur, omnia credit quæ credenda ſunt. Similiter igitur & id quod dicitur, prædicate euangelium omni creaturę, determinandum eſt, ut ſic dicatur: Omni creaturæ prædicate euangeliũ, cui prędicandũ eſt. Nõ enim eſt euangeliũ prędicandum uel lapidibus uel alijs quibuſcunque rebus ſenſu & ratione carentibus. Sunt autem qui hæc ſubtilius intelligentes, ea quæ plana ſunt difficilia reddunt. Et multa quidem in prophetis & Apoſtolis & in uerbis dominicis reperiuntur, quibus hæc una determinatio ſufficere poteſt. Quale eſt illud: Cum exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipſum: cui ſi addatur, quæ trahenda ſunt, nihil erit inconueniens. Aliter autem, quanta inconuenientia ſequũtur, quis nõ intelligat? Valde enim pauca ſunt ea quæ illuc trahũtur, ad comparationem illorum quæ ad ſe Dominus non trahet: ſiquidem ſolos homines, & ipſe nõ omnes trahet ad ſe. His igitur & ſimilibus facile intelligitur, quid in eo ſignificetur quod dicitur, prędicate Euangeliũ omni creaturę. Cui uidelicet Euãgelio qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Dicit tibi euangeliũ: Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & proximũ tuũ ſicut teipſum. Hoc enim conſiliũ ſi credideris & feceris, ſaluus eris. Dicit autem & alia multa, quæ & ſalutem parant & uitam æternam. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Quamuis enim homo baptizatus ſit, & omnia peccata in baptiſmo ſint ei remiſſa, condẽnabitur tamẽ quicunq; eſt ille, niſi euãgelio crediderit, eiusq; cõſilijs aſſenſũ prębuerit. *Signa autẽ eos qui crediderint hæc ſequẽtur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit: Super ægros manus imponẽt, & bene habebunt.* Omnia enim hæc in primitiua Eccleſia nõ ſolũ Apoſtolos, ſed & alios ſanctos feciſſe legimus. Neque enim aliter ab idolorum cultura homines infideles conuerterentur, niſi his tantis ſignis & miraculis Euangelica prædicatio firmaretur. Prędicabant enim Chriſti diſcipuli (ut Apoſtolus ait) Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Sed cum ſubito dęmonia eijcerent, linguis loquerentur nouis, ſerpẽtes ſolo uerbo aut occiderent aut fugarent, uenenum ſine leſione biberent, & non ſolum tactu, uerum etiam ſui corporis umbra ægros ſanarent, mox in admirationem Gentiles conuerſi clamabãt, Vnus Deus quem Apoſtoli prædicant, unus Dominus Ieſus Chriſtus qui talia operatur. Nobis autẽ ſigna & miracula iam nũc neceſſaria non ſunt, quibus ea quæ facta ſunt ſolummodo legere & audire ſufficit. Credimus enim Euãgelio, credimus & ſcripturis iſta narrantibus. Nemo modo in Eccleſia dicit, Non tibi credo niſi mortuos ſuſcites, niſi cæcos illumines, & niſi hæc & ſimilia facias. Signa tamen in Eccleſia quotidie fiunt, quæ ſi quis attẽdere uelit, multo maiora cognoſcet, quam illa quę tunc ab illis corporaliter fiebant. Quotidie enim ſacerdotes populum baptizando, & ad pęnitẽtiã uocando, dæmonia eijciũt: quotidie linguis loquũtur nouis, diuinas ſcripturas exponentes, dum literæ uetuſtatem in ſcripturis intelligentię nouitatem conuertunt. Serpentes uero tollunt, quia concupiſcẽtias malas, quia uitia & peccata ſua admonitione à peccatorum ſordibus auertunt. Bibunt autem mortiferum, ſed non eis nocet; quia paganorum & hæreticorum libros legentes, & amara & uenenoſa conuitia ſibi illata ſępius audiẽtes, ſurda aure trãſeunt & pro nihilo ducũt. Super ęgros uero manus imponũt, & bene habẽt, quia animas infirmas ſuis orationibus ſanant & Deo reconciliant. Eadem ſigna igitur & nunc ſancti Dei faciũt, quæ tunc eos Dominus facturos eſſe promiſit. *Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris dei.* Qualiter autẽ aſſumptus eſt, liber Actuum Apoſtolorum oſtendit, dicens: *Et cum hæc dixiſſet, uidentibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Illi autem profecti prædicauerunt ubiq;, Domino cooperante & ſermones confirmante ſequentibus ſignis.* Et tunc quidẽ adimpleta eſt prophetia quę ait: In oẽm terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terrę uerba eorũ.

DOMINICA POST aſcenſionem. Iohannis. XV.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, ſpiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

EX multis ſancti euãgelij locis inuenimus, quia diſcipuli ante aduentum ſpiritusſancti minus capaces erãt ad intelligẽda arcana diuinæ ſublimitatis, minus fortes, ad tolleranda aduerſa humanæ prauitatis: ſed eis adueniente ſpiritu, cum augmento diuinę agni

tiunis, data eſt etiam conſtantia uincendæ humanæ perſecutionis. Vnde illis nunc dominica promiſſione dicitur: ¶ *Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre ſpiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, & uos teſtimonium perhibebitis.* Notãdum autem in primis, quod dominus ſpiritum ueritatis & a ſe mittendum eſſe teſtatur, & eundem mox a patre procedere ſubiungit: non quia idem ſpiritus aliter a patre procedit, quam a filio mittitur, aut alio tempore a patre procedit quam cum a filio mittitur, ſed ideo filius eum a ſe mitti, & a patre dieii procedere, ut aliam patris, aliam eſſe ſuam perſonam deſignet:

*atq; in ✱ ac ſi in eadem diſtinctione perſonarum, unam eſſe operationem ac uoluntatem ſuam cum patris uoluntate & operatione denunciet. Cũ enim eiuſdẽ ſpiritus gratia datur hominibus, profecto mittitur ſpiritus a patre, mittitur & a filio: procedit a patre, procedit & a filio: quia & eius miſſio ipſa proceſſio eſt, qua ex patre procedit & filio. Venit & ſua ſpõte, quia ſicut coæqualis eſt patri & filio, ita eandẽ habet uoluntatem cum patre & filio cõ

Joha. 3. munẽ. Spiritus enim ubi uult ſpirat. Et ſicut enu

1. Co. 12. meratis Apoſtolus donis cœleſtibus ait: Hæc autẽ omnia operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult. Adueniens autem ſpiritus te

✱cordibus ſtimoniũ perhibuit de dño, quia diſcipulorũ ✱ corda aſpirãs, omnia quę de illo ſciẽda erant mortalibus, clara illis luce reuelauit, quod uidelicet æqualis & conſubſtantialis erat patri ante ſecula. quod cõſubſtantialis nobis factus eſt in fine ſeculorum, quod de uirgine natus ſine peccato uixit in mũdo: quod quãdo uoluit, & qua uoluit morte tranſiuit de mũdo: quod ueraciter mortẽ reſurgẽdo deſtruxit, uerã in qua paſſus eſt & reſurrexit carnem ad cœlos aſcendendo leuauit, atq; in paternæ gloriæ dextera cõſtituit: quod omnia prophetarũ ſcripta illi teſtimoniũ perhibent, quod confeſſio nominis eius uſq; ad fines erat propagãda terrarũ, cęteraq; fidei illius myſteria, ſpiritus ſancti teſtimonio ſunt reſerata diſcipulis. Neq; illis tantũmodo, ſed & omnibus qui ſecundũ uerbum eorũ credũt in dominũ. quicquid recte ſapiunt, eiuſdẽ ſpiritus eſt munere cõceſſum. Ille ergo, inquit, teſtimoniũ perhibebit de me, & uos teſtimoniũ perhibebitis: quia quę ſpiritu intus docẽte perceperũt, hæc abiecto timore priſtino, foris loquendo & aliis miniſtrabãt. Ipſe nanq; ſpiritus corda eorũ & ſcientia ueritatis illuſtrauit, & ad docẽda quę noſſent, culmine

Iſaię. 11. uirtutis crexit. Vnde recte apud Iſaiã, ſpũs idẽ fortitudinis & ſciẽtię nũcupatur. Eſt etenim ſpiritus ſciẽtię, q̃a per ipſum quę recte agere, uel etiã cogitare debeamus, agnoſcimus. Eſt & fortitudinis, quia etiã per ipſum ut quę bene nouimus, uiriliter operemur, accipimus, ne aduerſitate aliqua à bonis quę cœpimus repellamur. ¶ *Et uos, inquit, teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.* Cum data ſpiritus gratia etiam hoc fiduciã diſcipulorũ iuuit, quod ab initio erãt cum domino, ideoq; quę apud illum uiderunt & audierunt, abſq; ulla ambiguitate pręedicare ualebant. Vnde bene Petrus alium pro Iuda ordinare uolens apoſtolum, nõ hunc neophytum, ſed probatum ex tempore curabat eligere, dicens: Oportet ergo ex his uiris qui nobiſcum congregati ſunt in omni tẽpore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Ieſus, teſtẽ reſurrectionis eius nobiſcum fieri unũ ex iſtis. Hinc ipſe gẽ

Actu. 10 tibus Chriſtum euangelizans, confidenter aiebat: Hunc deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo: nobis, qui manducauimus & bibimus cum eo poſtquã reſurrexit à mortuis. Sed quia creſcentibus electorum meritis, ſtatim creſcere ſolet antiqui hoſtis inuidia, qua uel per ſeipſum latenter, uel per homines ſuæ malignitati ſubditos, patenter inchoata pietatis germina conatur obruere: recte dominus promiſſa diſcipulis prædicandi fiducia, perſecutionem quoq; eorum qui eidem prædicationi reſiſterent, pariter exorituram oſtendit, dum ſubdidit: ¶ *Hæc locutus ſum uobis, ut non ſcãdalizemini. Abſque ſynagogis facient uos.* Curauit nanque plus magiſter futura diſcipulis prauorum bella prædicere, quo minus hęc eos uenientia poſſent offendere, quia ſolent nimirum leuius ferri aduerſa, quæ poſſunt ante præuoſci. Nam quæ imparato ac non pręuidenti animo mala ingeruntur, grauius hunc ſæpe ab integritatis

ſuæ ſtatu deiiciunt. Vnde bene Salomon admonet Eccl. 2.

dicens: Fili accedens ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia & timore domini, & præpara animam tuam ad tentationem. Non ſolum uero diſcipulos ſaluator à contribulium ſocietate pellendos, ſed ab eis etiam pericula mortis paſſuros fuiſſe præmonuit. Nam ſequitur: ¶ *Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obſequium ſe præſtare deo.* Arbitrabantur autem obſequium ſe deo præſtare Iudæi, in eo quod miniſtros noui teſtamenti odiis inſequebantur & mortibus, quia (ſicut illis teſtimoniũ

perhibet Apoſtolus) æmulationem dei habẽt, ſed Ro. 10.

non ſecundum ſcientiam. Et de ſeipſo loquitur: Et Actu. 26

ego quidem exiſtimaueram me aduerſus nomẽ Ieſu Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Hieroſolymis. Prædictis ergo preſſuris aduerſantium, repente quaſi cõſolans diſcipulos, adiunxit: Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur ſe obſequium præſtare deo. Ac ſi aperte dicat: Bella quidem tribulationum à contribulibus ueſtris eſtis paſſuri, ſed eo tolerabilius hæc ſuſcipite, quo non tam odio ueſtri, quam diuinę legis æmulatione ingerentur uobis. Cuius memor admonitionis beatus martyr Stephanus, flexis genibus pro his qui ſe interficiebant, pia uoce ſupplicabat, dicẽs: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatũ.

Arbitrabantur ergo legis æmulatores obſequi Actu. 7.

um ſe præſtare deo, dum præconibus gratiæ neces inferrent: ſed fruſtra legem quæ p famulum data eſt defendunt, q gratiam quam ipſe filius offert, accipere renuũt. Incaſſum ſe deo patri placere exiſtimãt, q dei filium contemnere, imo etiam perſequi ac blaſphemare laborant. Vnde recte ſubiungitur: ¶ *Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me.* Quia enim filius in patre, & pater eſt in filio: & qui uidet filium, uidet & patrẽ: pfecto patet, quia quicunque filii credulitati obſtinata mente reſiſtunt, nec patrem noſſe probãtur. Vnde etiã

idem Iohannes ueritatem diuinæ unitatis inſinu 1. Ioh 2.

ans, ait: Omnis qui negat filium, nec patrem habet: qui confitetur filium, & patrem habet. Et ite

rum: Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit 1. Ioh. 5.

& eum q natus eſt ex eo. Verum q̃a diſcipuli q patrem bene nouerant & filium, multa pro eiuſdem ſcientiæ defenſione ac propalatione fuerant paſſuri, prouida dñs admonitione ſubiungit: ¶ *Sed hæc locutus ſum uobis, ut cum uenerit hora, eorum reminiſcamini: quia ego dixi uobis.* Magnopere penſandum eſt quod ait, ego dixi uobis. Ego, qui pro ue

ſtra

ſtra uita ac ſalute moriturus ſum, qui uos meo ſanguine redempturus, q in tribulatione nos ſemp ad futurus, qui æternæ uobis præmia poſt tribulationem daturus ſum. Magnum quippe certantibus leuamen, magnam conſolationis gratiam præſtat, quando ille certamina eadem futura prędixiſſe reminiſcitur, q & milites ſuos ne uinci poſſent adiuuare, & ne incaſſum uincant, immortalem poſt prę lia ſolet rependere palmam. Qui em̄ hic horam perſecutionis uenturam fuiſſe præmonuit, ipſe paulo poſt in eadem perſecutione ſuum fidelibus auxiliū pollicetur, dicens: In mundo preſſuram habebitis,

Iohā.16. ſed confidite, ego uici mundum. Ipſe alibi legitime certantibus coronam uitę repromittit, dicens:

Matt.5. Beati q pſecutionem patiunť, ppter iuſtitiam, qm̄ ipſorum eſt regnū cœlorum. Hæc de euangelica lectione fratres chariſsimi breuiter explanādo trāſcurrimus. nūc libet de ipſa quā colimus, quinquageſimæ ſolennitate ſubtilius aliqd loqui. Sicut eni tm mineotibus ſolennijs paſchalibus, quadrageſimā ieiuniorū obſeruantiam celebrauimus, ſic eiſdem paſctis quinquageſimā non ſine certi cauſa myſterij feſta deuotione agimus. Nā quia ſancta eccleſia in quibuſdam ſuis membris adhuc p æterna requie laborat in terris, in quibuſdā uero omni finito labore, cum Chriſto iam regnat in cœlis, in memoriā utriuſque uitæ conſtituere patres noſtræ gemina hæc congruæ religionis ſolennia, quadrageſimam uidelicet afflictionis & ieiuniorum, inſtante iam dominicæ reſurrectionis tēpore, gaudijsq; paſchalibus, ut per eam nobis ſępius ad memoriam reuocarēt, quia per labores & continentiā, per uigilias & ora

2.Cor.6 tiones, & per cætera quæ Apoſtolus cōmemorat arma iuſtitiæ, ad uitæ immortalis præmia debeamus attingere. Porro quinquageſimā ab ipſo dñicæ reſurrectionis die inchoare, & gaudijs potius laudibusq; diuinis quā ieiunijs uoluerunt eſſe celebrem, quatenus annuis eius feſtis dulcius admoneremur deſiderium noſtrum ad obtinenda feſta quę non ſunt annua, ſed continua, non terrena, ſed cœleſtia, ſemp aſcendere, fixumq; tenere, quia non in tempore mortalitatis huius, ſed in æternitate futuræ incorruptionis, uera nobis quærenda felicitas, uera eſt inuenienda ſolennitas, ubi ceſſantibus cunctis languoribus, tota in dei uiſiōe ac laude uita geritur, iuxta hoc quod ppheta corde pariter & car

Pſal.83. ne in deum uiuum exultans aiebat: Beati qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabūt te. Vnde merito quinquageſimæ diebus in memoriam huius noſtrę quietiſsimę ac feliciſsimę actiōis, crebrius ac feſtiuius alleluia canere ſolemus. Alleluia nanque Hebræus ſermo eſt, & interpretať latine, laudate dominum. Deniq; in pſalmis ubi nos canimus, Laudate dñm, p hoc uerbo apud Hebræos ſemper alleluia canitur. Quod euangeliſta Iohannes in Apocalypſi ſua cœleſtium agmina uirtu

Apo.19. tum cantātia ſe audiſſe phibet. Sed & uenerabilis pater Tobias, ex uiſione angelica intelligens qua

Tobi.13. lis ſupernorū ciuium gloria, quanta ipſius Hieruſalem cœleſtis ſit charitas, hæc myſtica uoce dicebat: Ex lapide pcioſo & mundo omnes plateæ eius ſternenť, & per uicos eius alleluia cātabitur. Rectiſsime autē & pulcherrime generalis ſanctæ eccleſiæ mos inoleuit, ut hoc diuinæ laudationis carmen ppter reuerentiā primę autoritatis, á cunctis per orbem fidelibus Hebræa uoce cantetur. Quod ideo fit, ut per talis conſonantiā deuotionis omnis admoneať eccleſia, qa & nunc in una *fidei cōfeſ

ſione ac dilectiōe Chriſti cōſiſtere debeat, & ad il fide.
lam in futuro patriam feſtinare, in qua nulla diuerſitas mentiū, nulla eſt diſſonātia linguarū. Nā quo modo in Hieroſolymis quondā multitudinis cre
dentium erat cor unum & anima una, & erant illis Actu.4.
omnia communia: ita in illa ſummæ pacis uiſione, multitudinis uidētium deum erit cor unum, & anima una, uidelicet diligendi ac laudandi eum, cuius ſe gratia uiderint eſſe ſaluatos. Et ibi ueraciť erūt
oibus omnia communia, quia ſicut Apoſtolus ait: 1.Cor.15
Erit deus oia in omnibus. In cuius typum temporis ac laudabundę noſtræ quietis ultimi ſeptē Pſalmi, qui ſpecialiter in domini laudē canuntur, alleluia titulo prænotanť. Septima quippe dies ſabbati i. requiei, per legem uocari & haberi præcepta eſt. Et apte liber Pſalmorum poſt tanta cœleſtium præceptorum inſtituta, tot arcanorum ſpiritualiū myſteria decantata, tantas ſaluberrimæ confeſsionis ac deprecationis humilimæ uoces editas, ſeptem alleluia titulis finitur: quia quicquid in uita boni gerimus, quicquid in obſequium redemptoris noſtri lingua exultante pferimus, quicquid p æternę patriæ deſiderio cogitamus, cuncta hęc ni mirum ea nobis mercede recompenſantur, ut in requie ſempiterna & audire uocem laudis eius, & ipſi cum ſanctis eius eum benedicere, gloriā regni eius dicere, potentiam uirtutis eius loqui mereamur. Idcirco autem plures eccleſiæ magiſtri decantationem alleluia, tempore quadrageſimæ intermittendam eſſe ſanxerunt, quanuis in eccleſia nunquam á diuina laude ceſſetur, ſed alijs uerbis quæ idipſum perfecte ſignificāt, eius quotidie dona cantantur, ut noua repetitio eius, maiorē gratiorēq;
paſchalibus *gaudijs honorificentiā reddat & ſplē ſolēnijs.
dorem. Sed & hoc in eo myſterium maxime deſignare uoluerunt, quod in huius exilij peregrinatione, ſicut ex parte nouimus, & ex parte prophetamus, ita etiam ex parte dominum laudamus, dicen
tes cum propheta: Quomodo cantabimus canti- Pſal.136
cum domini in terra aliena? Cum uero noſtrā patriam, terram uidelicet uiuētium, domumq; regni cœleſtis orbis olim á domino repromiſſam intrare meruimus: tūc ut illum perfecte intueri, ſic etiam perfecte ualebimus laudare, iuxta illud Pſalmi
ſtæ: Et in templo eius omnes dicent gloriam. Vn Pſal.28.
de & alibi dicit: Cœli enarrāt gloriam dei. Cœlos Pſal.18.
quippe, cœleſtis patriæ ciues appellat. Et quidem terrigenæ gloriam dei narrare poſſunt, non autē hanc enarrare, niſi cœli ciues ſufficiunt, qui q̄ hanc uicinius uident, eo certius ualent eloqui. Vtranque
ſane hāc ſolennitatē, * ſcilicet & quadrageſimę & hoc eſt
quinquageſimæ, non quorumlibet hominum, ſed ipſius domini ac ſaluatoris noſtri prima nobis ſanxit autoritas: quadrageſimam uidelicet, in eo quod quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit in deſerto, uictaq; tentatoris uerſutia, miniſterijs fruebatur angelicis: ubi ſuo nos informauit exemplo, qa per macerationē carnis, aduerſarij ſpiritualis machinas euitare, & ad angelorum debeamus peruenire conſortium. Porro quinquageſimæ nobis in eo gaudia ſeruanda mōſtrauit, quod poſt reſurrectionem ſeipſum diſcipulis uiuum in multis argumentis p dies quadraginta præbuit, apparens eis, & loquens de regno dei, & conueſcēs, ut in eorū Actibus legimus, quia illos ſuæ frequentia
* uiſionis lætabūdum hoc tempus habere fecit ac
feſtiuum. Sed & in cœlum aſcendens, nequaquam olfratiſ
eis priſcæ ſuę præſentię dulcedinē abſtulit, ſed eās onis.

dem potius promiſſo ſpũſſancti chariſmate cumu-
lauit. Deniq; cum ꝑmitteret eos ſpũſancto bapti-
zandos poſt dies non multos, eiſq; benedicẽs aſcẽ-
deret, ac ferretur in cœlum, quadrageſima utiq; die
ſuæ reſurrectionis, mox illi adorãtes, regreſſi ſunt
in Hieruſalem cum gaudio magno, & erant ſemp
Luc.24. in templo laudantes & benedicentes deum. Hoc
quoq; nobis gaudio, ac laude & benedictione cœ-
leſti, qua ſpũſſancti præſtolabantur aduentum uſ-
que in diem quinquageſimam, quã Græci penteco-
ſten appellabant, ſolennitatis huius lætitiam docu
erũt eſſe protelandam. Inter hæc uero ſolertius in
tuendum fratres chariſſimi, q̃d dominus hac qua-
draginta dierũ conuerſatione cum diſcipulis, non
ſolum futuri ſeculi gaudia, quę cum illo ſumus ha-
bituri, præſignauit: uerumetiam ineffabilem circa
nos ſuæ pietatis oſtendit affectum, q depoſita iam
infirmitate corporis, immo finita, & p reſurrecti-
onis uirtutem in cœleſtem gloriam commutata, di-
gnatur tamen adhuc diſcipulorum intereſſe cõui-
uio, ut eos ſocios poſſit habere in cœlo, & ut pręce-
pta, qbus ad regnum dei perueniant, uiuacius ipſa
familiaritate commẽdet. Quid enĩ fratres mei, qd
ſibĩ uult horum coniunctio uerborum, qua dici-
tur: Apparens eis, & loquens de regno dei, & con-
ueſcens? Niſi qa patenter oſtenditur, quod ob hoc
maxime conuictui ſociabatur eorum, cum de re-
gno dei loqueretur, ut terrenas inter eos epulas ſu
mens, qbus cœleſte corpus ſuum mõſtrabat, arcti
us eos uinculis ſuæ charitatis obligaret, atq; illius
temporis memoria roboraret, de quo eis ante paſ-
Luc.22. ſionem ſuã prõmittendo prædixerat, Et ego diſpo
no uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum,
ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno
meo. Merito ergo ſacroſanctis diebus his nos quo
que maioribus epulis atq; hymnis cœleſtibus uaca
mus, ob recurrenti iam nimirum dñicę reſurrectiõis,
ob memoriam dñici conuictus cum diſcipulis, ſi-
mul & ob ſpem futuræ noſtrę quietis, ac uitæ im-
mortalis. Sed & genu in oratione minime iuxta
morem flectimus, qa pro certo genuum inflexio,
pœnitentię & luctus indicium eſt. Quod etiam o-
mnibus dñicis diebus obſeruandum propter eiuſ-
dem reſurrectionis uel dominicę, uel noſtrę, ſacra-
menta patres inſtituerunt. De ſacramento autem
qnquagenarij uel quadragenarij numeri, multipli-
citer à patribus diſputatum eſt. Sed nos quia in lõ-
gum duximus ſermonem, breuiter modo fraterni-
tati ueſtræ dicere, ſat eſt, quod recte ieiuniorũ cę-
remonię quadragenario dierum numero obſeruã-
tur, ut ſcilicet per hoc inſinuetur, quod toto huius
uitæ tempore, pro æternæ uitæ perceptione labo-
rare debeamus. Quater enĩ deni, quadraginta ſunt
Et uita pręſens congrue quaternario numero figu
ratur, uel qa quatuor anni temporibus tota uaria-
tur, uel qa mũdus ipſe in quo uiuimus, quatuor ele-
mentis ſubſiſtit, uidelicet igne, aere, aqua, & terra.
Futuræ autem uitæ beatitudo, denario numero nõ
inconuenienter exprimitur. Hinc eſt enim q̃d dñs
Mat.20. operarios uineæ, denario remuneratos eſſe perhi-
bet. Operarij qppe uineę, cultores ſunt ſctę eccle-
ſię. Denarius autem uitæ cœleſtis pfectionem deſi-
2.Cor.3. gnat, in qua gloriã dñi, ſummi uidelicet regis ſpe-
culantes, in eandem imaginẽ transformamur, non
ſolum in eo quod regis imaginẽ habet & inſcripti
onẽ, uerumetiam in eo q̃d decem obolis, q eſt per-
*qua- fectus numerus, cõſtat, unde & nomẽ accepit. Re-
ternario cte ergo quadragenario, hoc eſt, *quater denario

dierum numero ieiuniũ * annuę celebramus, ut p *annue
hoc ſpecialius admoueamur, qa quandiu uiuimus
in mundo, p cœleſtium prœmiorum adeptiõe ſem
per laborare debeamus. Recte etiã quinquagena-
rio dierum numero, ſtatum futurę noſtræ beatitu-
dinis in imagine ueneramur, ieiunia uidelicet rela
xando, alleluia canendo, ſtantes orando, quæ ſunt
aptiſsima ppetuę qetis, reſurrectiõis & laudis prę
ſagia. Septies enĩ ſeptẽ, quadragintanouẽ faciunt.
Et quidẽ per ſeptẽ, ſępe requiẽ deſignari luce cla-
rius eſt. Septẽ uero ſepties ducta, eiuſdẽ requiei p
fectionẽ inſinuant, quæ nullo unquam fine claudi-
tur, nulla labe maculat: ſed ubi dies iudicij uniuer-
ſalis, ac reſurrectionis aduenerit, ampliori corpo-
rum receptorum gratia perficitur. Quod enim ad
ſeptem ſeptimanas monas additur. i. ipſa dies dñi
ca pẽtecoſtes, qua ſpiritumſanctum accepit eccle-
ſia primitiua, & ita quinquagenarius numerus per
fecte complet, ipſum iudicij & reſurrectionis oĩm
tempus oſtendit, qñ ſanctarum requies animarum
quę nunc in illa uita geritur, etiã corporũ immor-
talium receptiõe geminabitur, & ille Apoſtoli ſer
mo adimplebitur: Quod ſi ſpũs eius qui ſuſcita-
Rom.8. uit Ieſum à mortuis, habitat in uobis: q ſuſcitauit
Ieſum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora
ueſtra propter inhabitantẽ ſpiritum eius in uobis.
Verum hoc quoq; q̃d nõ ſtatim peracta die quin-
quageſima genu ad orandum curuamus, ſed &
illa adhuc ſeptimana ſtantes dño ſupplicamus, &
quamuis intermiſſa repetẽtes ieiunia, tamẽ alleluia
q̃tidie pſonamus, nemo abſq; diſcretione, ſed apta
& cõgrua ratiõe myſterij putet actitari. Quia enĩ
ſpũſſancti ſeptiformis eſt gratia, iure ſolẽnitas ad-
uentus eius per ſeptem dies laude hymnorũ debi-
ta, ſimul & miſſarũ celebratione colit. Quia tempo
re pentecoſtes, eccleſia toto orbe nouos ſemp deo
populos per aquã regenerationis aggregare cõſue
uit, merito ſaluti eorũ congaudẽtes, quouſq; albis
induuntur ſtolis, & nitorẽ purificatæ mentis, ſplen
dore habitus pręmonſtrãt, hymnũ deo deuotę lau
dis offerimus, iuxta præceptum ipſius pijſſimi pa-
Luce.15. ſtoris ac redẽptoris noſtri quo ait: Cõgratulamini
mihi, qa inueni ouẽ meã quæ perierat. Merito etiam
tunc ſtantes oramus, ob ſignificationem uidelicet
liberationis eorũdem, quia per donum ſpũſſancti
de morte animæ ad uitam reſuſcitari ac reſurgere
meruerunt, cuius donante gratia, etiam carnis im-
mortalitate nos in nouiſsimo die ueſtiendos, atq;
ad gaudia beatę reſurrectionis pducendos eſſe ſpe
ramus, iuxta hoc q̃d pauloante Apoſtolo teſtãte do
cuimus. Quod uero inter hęc ieiuniorũ caſtigatio
repetitur, de ipſorum apoſtolorũ exẽplo ſumptũ
credere debemus, q accepto ſpũ, quo perfectius no
ua cœleſtiũ bonorum ſuauitate fruebantur, eo al-
tius mentem à memoria deliciarũ abſtulere terre-
ſtrium. Iam enĩ aduenerat tempus illud de quo dñs
pdixit, quia diſcipuli ipſo ſecum conuerſante ieiu-
nare non poſſent, ablato aũt eo ieiunarent, nã cum
Mat.9. interrogarent eũ diſcipuli Iohãnis dicentes: Quare
nos & phariſęi ieiunamus frequẽter, diſcipuli aũt
tui non ieiunant? ait illis: Nunqd poſſunt filij ſpon-
ſi lugere quandiu cum illis eſt ſponſus? Veniẽt aũt
dies, cum auferet ab eis ſponſus, & tunc ieiunabũt.
Qui ergo & ante paſsionem & poſt reſurrectionẽ
dominicam, propter ipſius dñi præſentiam lugere
ac ieiunare nequiuerant, conſtat profecto q̃d poſt
ablationem eius, ſpõtaneis ſeſe ſubdidere ieiunijs.
Nanq; ubi ſpirituſſancti ſunt acceptione recrepti.

ſicut

ſicut à cęteris mũdialibus illecebris, ſic & ab epularum appetitu mentem prorſus auerterunt, animæ potius quàm corporis alimonia gaudentes, & pro memoria patrię cœleſtis, orationibus ac lachrymis inſiſtentes ſalubribus. Deniq; Loca referente cognouimus de illis tribus millibus uirorum, qui ipſo die pentecoſtes, Petro prędicãte crediderunt, quã parco uictu contenti fuerint, quàm ſobriam cœleſtemq; in terris egerint uitam. Erant, inquit, perſeuerãtes in
Actu. 2. doctrina apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Et paulo poſt: Quotidie quoq; perſeuerãtes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panes, ſumebant cibũ cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudãtes deũ, & cętera huiuſmodi. Ad quorũ nos exemplũ uitã moresq; ſolerter aptare neceſſe eſt, quia perfectũ uitæ magiſteriũ eſt eccleſiæ primitiuę ſemp actus imitari, illamq; ędificij ſpiritalis normam ad finem uſq; ſeruare, quam ab ipſis apoſtolis in fundamẽto fidei liquet eſſe ppoſitam. Nec dubitãdũ, quia quorũ nũc ueſtigia ſequimur, ad eorũ in futuro ſumus pmia perueniori. Et quidem fratres mei pulcherrimã etiã in pſenti futurę beatitudinis figurã gerimus, de quo modo aliquãta pſtrinximus. Sed ita nobis uiuendũ eſt,
*arbitri ut quod exterius imagine colimus, ante interni *iudicis oculos ueraci corde ſeruemus. Perſeueremus ergo & nos in doctrina ſanctorũ, ut uidelicet diſcẽdo, & opibus exercẽdo quę docẽt, orationibus, incũbamus aſsiduis, dominici panis cõmunione digni ſatagamus exiſtere, unanimiter in eccleſia horis pſiſtamus canonicis, panẽ indigẽti pximo, uel quicquid ualemus pię cõſolationis porrigamus, & ita cibũ corpori indulgeamus, ut memoria uiui panis potius mẽtis intima lętificet: ſimplicitatẽ cordis in oibus teneamus, quod eſt ſola intentione supernę retributionis bona opari, & quod præſentia feſta maxime decet, hymnũ diuinæ laudis conſona uoce ſimul & mente pſonemus. Sic enim ſolũmodo deo noſtro iucunda ſit laudatio, ſi quod ore canimus, non impugnamus ope: ſi quũ labijs alleluia pferimus, à turpi & maligna cogitatiõe pcordia caſta geſtamus. Ea tantũ ratione ſuauis erit laudatio noſtra, ſi nõ in rebus caducis & infimis, ſed delectemur in dño. Quod ipſe pręſtare dignetur, qui tanta nobis tamq; præclara beneficiorũ pignora, per paſchalia ſacramenta pręrogauit, Ieſus Chriſtus dñs noſter, qui uiuit & regnat cũ patre in unitate ſpiritusſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DE EODEM DIE HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

SEmper Saluator noſter triſtibus miſcet læta, ut diſcipulorũ corda mœrentia conſoletur. Cũ, inquit, uenerit paracletus, qui conſolator interpretatur, ille teſtimõniũ perhibebit de me, ille & uos & alios multos perfectiſsime intelligere faciet, quis & qualis ego ſum: ipſe enim in uobis loquetur & per uos. Cum igitur ſteteritis ante reges & pręſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed Spũs patris ueſtri qui loquitur in uobis. Et ipſe quidem teſtimoniũ perhibebit de me, eiuſq; uirtute & inſpiratione innumerabilis hominum multitudo cõuertetur ad me. Et non ſolum ipſe, ſed uos quoq; teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. Multa (quaſi diceret) iã ſcitis, quæ ab initio me referente audiſtis, quoniã ex tunc mecũ fuiſtis, in quibus teſtimonium mihi perhibebitis. Nõ enim habebãt neceſſariũ iterũ diſcere quę ab ipſa ſapiẽtia didicerãt, & memorię iã cõmendauerant. Vna enim eademq; doctrina eſt & patris & filij & ſpũs ſancti. Et quamuis quędã perſonaliter agere uideatur, una tamen oĩm trium eſt operatio. Quos igitur docet filius, docet pater & ſpũs ſanctus: ſic & in alijs. Vnum enim ſunt, ſimul ubiq; & inſeparabiles. Paucis enim uerbis hoc in loco ſpiritus ſanctus & à ſe uenire & à patre filioq; procedere oſtenditur. In eo enim quod dicitur, *cum uenerit*, à ſeipſo oſtenditur: in eo uero quod Dominus ait, *quem ego mittam uobis à patre*, ab utroque procedere monſtratur. Quid eſt enim, quem ego mittam uobis à patre, niſi quem ego & pater mittimus uobis? Ab utroque enim mittitur, quia ab utroque procedit. Sed quia pater à nullo, filius à patre, ſpiritus ſanctus à patre & filio, ideo Dominus ait, qui à patre procedit. Et tale eſt ac ſi diceret, Ab illo procedit ſpiritus, à quo & ego genitus ſum, à quo & ego exiui & ueni in mundum. Multa enim (ut in hoc libro apparet) habet filius cum patre communia, quæ tamen non ad ſe, ſed ad patrem honorãdo refert. Quomodo autem & quando Spiritus ſanctus ſuper Chriſti diſcipulos uenerit, Lucas Euangeliſta in Actibus Apoſtolorum pleniſsime narrat. Ait enim: Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Et factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus uehementis, & repleuit totam domum ubi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpartitę linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum Spiritus ſanctus. Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Et merito quidem die quinquageſimo uenit Spiritus ſanctus, quia ipſe eſt remiſsio omnium peccatorum. Annus enim quinquageſimus, qui hunc diẽ ſignificabat, iubileus uocatẽ, id eſt, annus remiſsionis: in quo & ſeruis dabatur libertas, & omnis hęreditas ad pprios reuertebatur. Quod quidem tunc completum eſt, quando Eccleſiæ duces in Spiritu ſancto baptizati ab omni uitiorũ ſeruitute liberati ſunt. Vnde ipſe Dominus ait: quia Iohãnes quidem baptizauit aqua, uos aũt baptizabimini in Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnũ Dei. Hac igitur die & hęreditas & libertas reddita eſt nobis, quia ille ſine quo hæreditas & libertas haberi non poteſt, datus eſt nobis. Hæreditas noſtra regnum Dei eſt, in quod nõ intratur niſi per aquã & Spiritum ſanctum. Hac itaq; die genus humanũ uenit ad iubilæum. Hac die uenit ad annum libertatis & remiſsionis. Hoc anno cœperunt Apoſtoli clangere tubis, & loqui & prædicare omnibus linguis. Has enim tubas illæ tubæ ſignificabãt, quibus tunc incipiente iubilæo, tota illa terra ad feſtiuitatem paratur. Apparuit autem in igne Spiritus ſanctus, ut manifeſtiſsime intelligamus quia eius præſentia mentis oculi illuminantur, peccata uruntur, & corda fideliũ igne charitatis accenduntẽ. Sed quia ignis iſte linguarum ſpeciem habebat, ipſum qui in ſanctis loquitur ſe oſtendebat eſſe, & linguis quodãmodo linguas tãgebat, & ſic ad loquendũ Apoſtolos inſtruebat. Sequitur: *Hæc loquutus ſum uobis, ut non ſcãdalizemini*. Vnde? Vultis audire unde? *Abſq; ſynagogis facient uos*, & quaſi iniquos & cõtra legẽ facientes à ſe repellent & à ſynagogis eijcient. Vos aũt uerborũ meorũ memores non ſcãdalizemini,

ni, ſed patienter & fiducialiter oĩa ſuſtinere. Dixi uobis quia abſq; ſynagogis facient uos. ecce plus dico: *Venit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* Totus cõtra uos mundus coniurabit, totus exercitus Sanatæ contra uos armabitur. Hinc Iudæi, inde Gentiles: Iſti propter legis obſeruationem, illi propter deorum religionem. Et intantum oẽs abominabuntur uos, ut magnum obſequiũ arbitretur præſtare Deo quicunq; interfecerit uos. *Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrẽ neque me.* Si enim patrẽ & filiũ cognouiſſent, ſe erraſſe utiq; intellexiſſent, & ſic errorẽ reliquiſſent, & ad fidem uenissent. *Sed hæc loquutus ſum uobis, ut cum uenerit hora, eorũ reminiſcamini quia ego dixi uobis.* Quare ergo reminiſcamini? Vt in ipſis tribulationibus & anguſtijs conſtantius firmiusq; pugnetis, cum me omnia præſciſſe & prædixiſſe cognoſceretis. *Hoc aũt uobis ab initio nõ dixi, quia uobiſcũ erã.* Si eñi cum eis ſemp corporaliter eſſet, hac tali conſolatione eos præmunire neceſſariũ nõ eſſet.

IN VIGILIA PENTEcoſtes. Iohan. xiiij.

¶In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletũ dabit uobis, ut maneat uobiſcũ in æternum. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ.

QVia ſancti ſpiritus fratres chariſſimi celebramus aduentũ, debemus ipſi congruere ſolennitati quã colimus. Hoc etenim ordine tantũ feſtiuitatis huius digne gaudia celebramus, ſi nos quoq; domino opitulante aptos reddiderimus, ad quos ſpiritusſanctus aduenire, & in quibus habitare dignetur. Ea autem ſolummodo ratione, aduentu & illuſtratione ſpũſſancti apti exiſtimus, ſi & corda noſtra diuino amore repleta, & corpora ſint dominicis mancipata præceptis. Vnde in exordio lectionis huius euãgelicæ, diſcipulis ueritas ait. ¶*Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo patrẽ, & alium paracletum dabit uobis:* Paracletus quippe conſolator interpretatur. Et ſpiritusſanctus rectẽ paracletus uocatur, quia corda fidelium ne inter huius ſeculi aduerſa deficiant, cœleſtis uitæ deſiderijs ſubleuat ac reficit. Vnde in Actibus apoſtolorũ creſcente ſancta eccleſia dicit. Et ædificabatur ambulans in timore domini, & conſolatione ſancti ſpũs replebatur. Actu. 9. Quod ergo ait: ſi diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit nobis, in ipſis quidem diſcipulis, qui uere eum dilexiſſe, uereq; mandatis eius obediſſe non dubitantur, hodierna die completum eſt: quando illis in cœnaculo orantibus repente ſpũſſanctus in igneis linguis apparuit, eosq; & in ore per diuerſitatem linguarum docuit, & in corde per amoris ſui conſolationem roborauit.

Habebant autem & prius paracletum, ipſum uidelicet dominum ſecum in carne commorantem, cuius & miraculorũ dulcedine, & * opere prædicationis, ne infideliũ perſecutione ſcãdalizari poſſent, erigi & cõfortari ſolebant. (* ope) Verũ quia ille poſt reſurrectionẽ aſcendẽs in cœlũ, eos corporaliter deſeruit, qbus tñ diuinæ præſentia maieſtatis nunq̃ defuit, rectẽ de hoc paracleto i. ſpiritusſancto, ſubiunxit: ¶*Vt maneat uobiſcum in æternum.* In æternũ quippe manet cum ſanctis, quos & in hac uita ſemper inuiſibiliter intus illuſtrat, & in futuro ad contemplandam perpetuo ſpeciem ſuæ maieſtatis introducit. Sed & nos fratres chariſſimi, ſi Chriſtum perfecte diligimus, ita ut eiuſdem dilectionis ueritatem, mandatorum eius obſeruatione pbemus, rogabit etiam pro nobis patrem, & alium paracletum dabit nobis pater. Rogabit patrem per humilitatem, qui dabit cum patre per diuinitatem. Neq; enim putandum eſt quia ante paſsionem ſuam tantummodo pro eccleſia rogauerit, & non etiam nunc poſt aſcenſionem roget, cũ dicat de eo Rom. 8. Apoſtolus: Qui eſt ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Habemus autem & nos paracletum dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, quem & ſi corporaliter uidere nequimus, ea tamẽ quæ in corpore geſſit & docuit, in euangelijs ſcripta tenemus. Et ſi * his audiendis, legendis, inuicem conferendis, corde & opere conſeruandis, curam impendimus, (* in his) conſtat nimirum quod ærumnas ſeculi facilime quaſi dño nobiſcum perpetuo commorãte, ac nos conſolante, uincamus. Si ergo hunc paracletum diligimus, eiusq; mandata ſeruamus, rogabit patrẽ, & alium paracletũ dabit nobis, id eſt, ſpiritus ſui gratiam noſtris cordibus clementer infundet, quæ nos inter diuerſa pſentis exilij, patriæ cœleſtis expectatiõe lætificet, ita ut cum ppheta poſſimus dicere: Pſal. 93. Secundum multitudinẽ dolorum meorum in corde meo paracleſeis, id eſt, conſolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Alium ergo, inquit, paracletũ dabit uobis, ut maneat uobiſcũ in æternum. Et addidit: ¶ *Spiritum ueritatis, quem mundus non poteſt accipere.* Mundũ autem appellat, homines mundi huius amori deditos, ſicut e cõtra, ſancti qui cœleſtiũ deſiderio flagrãt, recte cœli uocantur, dicẽte Pſalmiſta: Et annũciabunt cœli iuſtitiam eius populo qui naſcetur. Pſal. 21. Quod eſt aperte dicere: Annũciabunt excelſi mẽte, uoce, actione, doctores iuſtitiã eius, populo qui ad fidem ueniendo nuper, in illo naſci deſiderat. Quiſquis igitur cõſolationẽ foris in mũdi rebus inquirit, hic diuinæ cõſolatiõis munere intus reformari nõ ualet. Quiſquis infimis delectatiõibus inhiat, nõ poteſt ſpũm ueritatis accipe. Fugit eñi ſpũs ueritatis cor quod uanitati ſubditũ cernit: ſolosq; eos quos mãdata ueritatis per dilectionẽ operari cõſpicit, aduentus ſui luce reficit. Vnde bene cum diceret, quẽ mundus nõ poteſt accipe, mox addidit dicens: ¶ *Quia non uidet eum, nec ſcit eum uos aũt cognoſcetis eũ, quia apud uos manebit, & in uobis erit.* Dominum nanq; ſaluatorem & infideles ante paſsionẽ in carne uiderũt, ſed quia dei filius eſſet, quia paracletus à Deo miſſus in mundum, non niſi fideles ſcire potuerunt. Spiritum autem ſanctum neq; oculis uidere infideles, neq; animo cognoſcere ualebant, qa non indutus humanitate diſcipulis apparuit, ſed ita ad eos uenire, ita apud eos maluit manere, ut in ipſis eorũ cordibus gratiſsimã ſibi ſedẽ conſecraret. Hoc eſt enim q̃d ait: ¶ *Vos aũt cognoſcetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit.* Qui autem inuiſibiliter in hac uita manet cum electis, inuiſibiliter utiq; eis gratiam ſuæ cognitionis exhibet. ¶ *Non uos relinquam orphanos, ueniam ad uos.* Videbatur infidelibus, quod moriens in cruce dominus, diſcipulos relinqueret orphanos, ſed non reliquit orphanos, quibus & ſeipſum præbuit uiuum poſt paſsionem ſuã in multis argumẽtis per dies quadraginta, & poſt dies decẽ aſſumptionis ſuæ, hoc eſt, hodierna die, ſpũſſancti illos de cœlo chariſmate donauit, ubi

ipſum

Ipſum Chriſtũ ad eos ueniſſe nullus ambigit, qui
inſeparabilem ſanctæ trinitatis naturam, uirtutẽ
& operationem eſſe cognouit. Quod ipſum latius
exequens, quantum cauſa illorũ de gente non ſan
cta ſit diſcreta, denunciat: ¶ *Adhuc modicũ, & mun*
dus me iam non uidet. uos autem uidetis me, quia ego ui
uo, & uos uiuetis. Nam quia hæc ad paſſionem itu
rus loquebatur, modicum erat uſque ad tempus ex
pletæ paſſionis, ex quo illũ reprobi nunquã uide
dere ualebant. Soli etenim iuſti, q morte illius erãt
cõtriſtati, gaudiũ reſurrectiõis eius uidere merue
runt. At qui uiſa morte eius exultabãt, nequaq̃ ipſi
uiſa eius reſurrectione lętati, ſed audita cõturbati,
dolorẽ, ꝓut decebat habebant. uos aũt uidetis me,
inqt, quia ego uiuo, & uos uiuetis. Ego uiuo, pſens
tis tẽporis uerbo poſuit: & uos uiuetis, futuri: quia
nimirum in proximo adeſſe cernebat, ideoq; qua
ſi pſentem noĩbat horã, in q̃ ipſe morte deſtructa,
in æternã reſurgeret uitã. Illorũ uero uitã in futu
ro nouerat eſſe differẽdã: quos & uſq; ad pfinitũ
mortis ſuæ tẽpus ſingulos pro ingreſſu uitæ peren
nis agonizari, & uſq; ad finẽ ſeculi reſurrectiõem
ſui corporis expectare oportebat. ait ergo: Adhue
modicũ, & mundus iam me nõ uidet: uos aũt uide
tis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. Ac ſi apte di
cat: Adhuc modicũ, & mundi amatores me morta
lem ultra uidere deſiſtunt: reſurgentẽ uero à mor
tuis cernere nequeunt: quia illã neſciunt uitã, cuius
ſoli amatores gloriam meę reſurrectionis meren
tur intueri. Vos autẽ ideo me poſt hęc uidere uale
tis, quia & ego uiuo reſuſcitatus à mortuis, & uos
digni eſtis meę reſurrectionis exemplo cõfortari,
qui & ipſi ad perpetuam uitam & beatę reſurrecti
onis eſtis gaudia uẽturi. ¶ *In illo die uos cognoſcetis,*
quia ego ſum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.
apoſtoli. Nouerant etiam tunc ✱ diſcipuli Chriſtum eſſe in
patre per unitatem indiuiduæ diuinitatis, noue
rãt ſe eſſe in Chriſto per ſuſceptionem fidei & ſa
cramentorũ eius, nouerant in ſe eſſe Chriſtũ per
dilectionẽ & obſeruantiam mandatorum eius. Di
xit enim eis ipſe: Si quis diligit me, ſermonẽ meũ
Ioh. 14. ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ue
niemus, & manſionẽ apud eum faciemus. Hæc uti
que & tunc imbuti à Chriſto nouerãt apoſtoli, &
nunc apoſtolicis imbuta literis, nouit omnis eccle
ſia Chriſti. Sed in illo nimirũ die quo ueraciter ui
uere incipiunt, longe melius ea iuſti cognoſcunt, id
eſt, in die reſurrectiõis, qñ eo perfectius cũcta quę
ſcienda ſunt ſciunt, quo ipſum ſcientiæ fontem ui
cinius ſine fine conſpiciunt. Quod etiam de quibuſ
dam perfectioribus ſanctis & ante tẽpus reſurre
ctionis fieri dubium non eſt, illis uidelicet, qui fidu
tia bonorum operum dicere cum Apoſtolo ualẽt:
Phil. 1. Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto. mihi uiuere eſt
Chriſtus, & mori lucrum. Hæc quidem omnia do
minus quaſi apoſtolis ſpecialiter dicere uideretur,
ſed ne putaremus eum illis ſolũmodo, & non etiã
nobis, ſi illorum exẽpla ſequeremur, beatitudinem
diuinę cognitionis polliceri, gñalem poſt hæc ſen
tentiam ſubintulit, & oĩbus ſe diligentibus eadem
ſuæ uiſionis & cognitionis pręmia ꝓmittit, dicẽs:
¶ *Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui dili*
git me: qui autem diligit me, diligetur a patre meo: &
ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Vbi om
ni intentione conſiderandum, quia Chriſtum uere
diligere, eſt non ipſam dilectionẽ labijs ꝓfiteri, ſed
mandata Chriſti, quę diſcendo habemus, operan
do ſeruare. Vnde & Iohãnes admonens, ait: Filioli
mei, nõ diligamus uerbo neq; lingua, ſed opere & 1. Ioh. 3.
ueritate. Omi gaudio amplectẽdũ eſt, quia merces
uerę noſtrę dilectionis illa erit, qua maior eſſe nul
la poterit, nos ſcilicet à patre & filio diligi, nobis
contemplandã perpetuo filij dei gloriã reuelari.
Non autẽ dubitandum, quia quibus gloria filij dei
reuelabitur, eiſdẽ quoq; patris & ſpirituſſancti li
ceat adeſſe conſpectui: qa quorũ una eſt diuinitas,
una utiq; & inſeparabilis uiſio eſt. Hinc etenim dicit:
Qui me uidet, uidet & patrem. Et notandum: quia Iohã. 10.
cum pręſentis tẽporis uerbo diceret, q aũt diligit
me, adiecit de futuro, diligetur à patre meo, & ego
diligam eũ, & manifeſtabo ei meipſum. Diligit etiã
am nunc dilectores ſuos cum patre filius, ſed nunc
diligit ad hoc, ut recte uiuant ex fide quæ per dile
ctionem operatur: tunc ad hoc diliget, ut perueni
ant ad uiſionem ueritatis, quam per fidem guſtaue
rant, & pro qua ad mortẽ uſq; certauerãt. Nõ aũt
fruſtra cum additamẽto ait: Et manifeſtabo ei meĩ
pſum. Se eni cũctis hoĩbus, ſeipſum uero ſolis ma
nifeſtabit electis. Nã & reprobi in iudicio Chriſtũ
uidebunt, ſed ſicut ſcriptum eſt: Videbunt in quem Zach. 12.
trãſfixerunt, ſoli aũt regem in decore ſuo uidebũt
oculi iuſtorũ. Beati enĩ mũdo corde, qm̃ ipſi deum Math. 5.
uidebunt. Hæc de lectione euangelica fraternitati
ueſtræ chariſſimi, prout dñs dedit, exponendo di
ximus. Videtur aũt opportunũ, de ſolennitate ad
huc hodierna breuiter aliq̃ diſſerere. In primis aũt
ſciendũ eſt, q̃d hęc ſolennitas nõ euãgelicis tm̃ cõ
ſecrata chariſmatibus, uerũ etiã legalibus iã olim
pręſignata eſt myſterijs, ac domino iubente p oẽs
annos ſacris obſeruata cæremonijs. Hodierna enĩ
die, ut nouimus, poſitis in cœnaculo diſcipulis, fa
ctus eſt repente de cœlo ſonus, & ſpũſſanctus in uĩ
ſione ignis apparens, ſcientiã illis omnium lingua
rum tradidit. Facta autem hac uoce, conuenere uĩ
ri religioſi, qui de diuerſis nationibus, Hieruſalem
paſchalis feſtiuitatis grã confluxerant, ſtupebãtq;
mirãtes, quoniã audiebat unuſqſq; lingua ſua illos
loquentes magnalia dei. Exponẽtibus aũt diſcipu
lis, quia ſpirituſſancti eſſet gratia quam cernebãt,
olim quidem uoce prophetarũ promiſſa, tunc aũt
Chriſti munere miſſa, crediderunt ex eis tria milia
uirorum, & baptizati acceperunt etiã ipſi donum
ſpirituſſancti. Hæc eſt diei huius annua celebritas,
hęc eſt gratię cœleſtis ſemper grata feſtiuitas. Ob
huius memoriam fidelium cordibus arctius impri
mendam, pulcherrimus ſanctæ eccleſiæ mos inole
uit, ut annis ſingulis in ea baptiſmatis myſteria ce
lebrentur, ablutisq; fonte ſalutari credentibus, ſu
perueniẽte ſpũſancto templũ uenerabile parẽt. Ac
per hoc non ſolum ueteris facti recordatio, uerum
etiam in nouos adoptionis filios, nouus in ea ſpiri
t.. ſancti celebratur aduentus. Attendat ergo cha
ritas ueſtra fratres mei, qualiter huic noſtrę feſtiuĩ
tati, legalis feſti typus & figura concinat. Liberatĩ
de Aegyptia ſeruitute filij Iſrael p immolationem Exo. 12.
agni paſchalis, exierunt in deſertum, ut uenirẽt ad
terram repromiſſionis, perueneruntq; ad montẽ Si
nai. Et deſcendens dominus in igne ſuper montẽ,
✱ comitãtibus ſonitũ buccinę tonitruis ac fulgori Exo 19. comitanſe ſonitu
bus, quinquageſimo die peracti paſchę, legis deca
logum eis apta uoce diſpoſuit, atq; in memoriã da
tæ legis ſtatuit, eodẽ die per ſingulos annos ſacrifi
cium ſibi nouũ de frugibus eiuſdem anni, panes ui
delicet primitiarũ duos ad altare deferri. Quę aũt
ſit agni paſchalis immolatio, quæ Aegyptię ſerui
tutis abſolutio, cunctis legentibus liquet, quia ui-
delicet

1.Cor.5 delicet paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Et
ipſe eſt uerus agnus, qui abſtulit peccata mundi, q
ſui ſanguinis precio nos à peccatorum ſeruitute re
demit, ſuo reſurrectionis exemplo nobis ſpem ui-
Exo.19. tæ & perpetuæ libertatis oſtendit. Quinquageſi-
mo uero die poſt occiſionem agni data eſt lex deſ-
cendente domino ſuper montem in igne, & quin-
quageſima itaque die poſt reſurrectionem noſtri
redemptoris, quæ eſt hodie, data eſt gratia ſpiri-
tusſancti diſcipulis in cœnaculo conſtitutis, quæ
apparẽte foris igne uiſibiliter eorum pectora lu-
ce ſcientiæ irradiauit, ac inextinguibili charitatis
ardore ſuccendit. Et hic aũt altitudo cœnaculi, &
ibi cacumen montis, ſublimitatem præceptorũ &
donorum indicat cœleſtium: & quia nullis infimis
adhuc deſiderijs inhærens, uel diuinis obtemperas
re mãdatis, uel ſupernis poſſit dignos exiſtere do-
nis. Sed hic in maioris ſignum pfectionis, omnes
qui accipiebant ſpiritum, in cœnaculo erant poſi-
ti: illic ad deſignanda infirmorum corda audito-
rum, populus quidem omnis infra montem ſtabat,
ac pauci ſeniorum montis partem conſcenderãt:
Solus aũt Moyſes in ipſum eius uerticem, ubi in
igne & caligine diuina maieſtas præfulgebat, aſcẽ
dit, quia nimirum altiora & intima legis arcana,
perfectiores ſolum capere & ſeruare nouerũt: po-
pulus uero carnalis literæ ſuperficie contentus,
quaſi exterius & infra poſitus, uerbi cœleſtis aſta-
bat auditui: at nunc data latius gratia ſpiritusſan-
cti, ad intelligenda ſublimius, ſimul & implenda
perfectius ſancti euangelij dicta, fidelium corda
ſubleuantur. Ibi inter flammas ignium & mican-
tia fulgora, fragor quoq; tonitruorum & clangor
buccinę perſonabat: hic cum ignearum uiſione lin
guarum, ſonitus pariter de cœlo tanq̃ ſpũs uehe-
mẽtis aduenit. Sed cum in utraq; datione, & legis
uidelicet & gratiæ, foris audiretur ſonitus, hic ta
mẽ ampliori miraculo cũ auditu ſonitus, affuit uir
tus doni cœleſtis, quę intus ſine ſonitu diſcipulorũ
corda doceret. Ibi auditis legalibus edictis, reſpõ-
Exo.24 det omnis populus una uoce concorditer, dicens:
Oia uerba quę locutus eſt dñs, audiemus & facie-
mus. Hic accepta illuſtratiõe ſpũs, naſcẽtis eccle-
ſiæ cœtus oĩm nationum linguis dei magnalia lo-
quebatur: certæ utiq; diſcretionis gratia: quia le-
✱gentí gis obſeruatio uni tamen ✱ nationi Iudęę data ſit,
uerbum uero euangelij cunctis per orbem genti-
bus prędicandum, cunctorum linguis populorum
chriſtianæ fidei eſſent præconia dicenda, impleta
Pſal.112. prophetia quæ dicit: A ſolis ortu uſq; ad occaſum
laudabile nomen dñi, excelſus ſup oẽs gentes dñs.
Sed & hoc, q̃d in ueneratione accepię legis om-
nibus annis ſacrificium nouũ dño die pentecoſtes
offerri iuſſum eſt, & in nr̃a quoq; feſtiuitate ſpũali-
ter agi ex acceptæ gratiæ tẽpore nunq̃ deſijt. No-
uum qppe in eo ſacrificiũ offert eccleſia, cũ ſabba-
to incipientis ſcti pentecoſtes nouũ adoptiõis po-
pulum p baptiſma dño conſecrat, ritu uere decen-
tiſsimo, ſicut & ſupra docuimus, ut non ſolũ po-
polis Chriſtianis ueteris facti memoria innouet,
ſed & in nouã renatorum ſobolem noua paracleti
à patre miſsio celebret, nouũ in ea ſacrificiũ dño
ipſi quoq; apoſtoli mox accepto dono ſpũs obtule-
runt, cũ euãgelizantes his q conuenerãt, plurimos
cõuerterunt ad fidẽ, & hos fonte baptiſmatis rena-
tos, ac ſpũs gratia ſanctificatos, uiuas utiq; noui
teſtamenti primitias, ad communionem dominici
altaris obtulerunt. Bene aũt duo panes primitia-

rum de nouis frugibus iubebãtur offerri, qa nimi-
rũ eccleſia de utroq; populo, Iudæorũ ſcilicet &
gẽtiũ, colligit, q̃s in nouã ſuo redẽptori familiã
dño conſecret. Inter hæc uero ſolerter intuẽdum
eſt, q̃d non ſine magno myſterio quinquagenarius
numerus in datiõe uel legis uel gratię obſeruatus
eſt. Nã quinquageſima die Paſchæ, & illa in mõte
populo data, & hæc diſcipulis in cœnaculo miſſa
eſt. Sed hoc nimirũ numero ppetuitas futurę quie
tis oſtenditur, in quo recte uel legis decalogus mã
datur, uel ſpũſſancti gratia datur hoĩbus, ut apte
mõſtraretur, qa quicunq; diuinę legis iuſſa, iuuãte
ſpũs gratia pficiunt, ad uerã profecto requiẽ ten-
dũt. Quia enĩ quinquageſimus annus in lege iubi-
leus, id eſt, dimittẽs ſiue mutatus appellari iuſsus
eſt, in quo populus ab omni opatione quieſceret,
oĩm debita laxarent, ſerui liberi redirẽt, ut annus
ipſe maioribus ſolennijs ac laudibus diuinis emineẽ
tior cęteris exiſteret: merito per hunc numerũ il-
la ſummę pacis trãquillitas indicatur, quãdo ſicut
1.Cor.15 Apoſtolus ait, canente nouiſsima turba mortui re
ſurgent, & nos immutabimur in gloriã, ubi ceſſan
tibus huius ſeculi laboribus & ærũnis, dimiſſis om-
nium culparum debitis, in ſola diuinę uiſionis con
tẽplatione cunctus electorũ populus in æternum
gaudebit, impleto illo deſiderabili dñi ac ſaluato-
Pſal.45. ris noſtri mandato, Vacate & uidete, qm̃ ego ſum
deus. Ad quam profecto uacationẽ & uiſionẽ incõ
mutabilis ueritatis, qa non niſi per obſeruantiam
pręceptorum cœleſtium, & ſpũſſancti donum per
tingitur, recte & legẽ decalogi, & eiuſdẽ ſpũs gra
tiam, in eo dierum numero, q requiem deſignaret,
dari decebat. Neq; hoc prætereundum, quod ideo
numerus quinquagenarius ſignificationi æternæ
quietis aptatur, qa ex ſeptẽ ſeptimanis & mona-
Exo.24 de pficitur. Sex quippe dies in lege populus opera
ri, ſeptima quieſcere, ſex annis arare & metere, ſep
timo iuſſus eſt ceſſare, quia ſcilicet & ſex diebus
dñs mundi ornatũ pfecerit, ſeptimo ab omni ope
re ſuo ceſſauerit. Quibus omnibus myſtice admo-
nentur, q̃d hi qui in hoc ſeculo, quod ſex ætatibus
conſtat, bonis operibus pro dño inſtãt, in ſabbatũ
in futuro. i. in requiem à dño inducuntur æternã.
Quod autẽ ſeptem dies uel anni ſepties ducuntur,
multiplicem eiuſdẽ requiei abundantiã deſignant,
in qua pręmiũ illud ſublime datur electis, de quo
1.Cor.2. Apoſtolus ait, quod oculus non uidit, nec auris au
diuit, nec in cor hoĩs aſcẽdit, quę pręparauit deus
his q diligunt illum. Cuius præmij cognitionem,
quia in cor hominis, id eſt humana adhuc ſapiẽtis,
non poſſe aſcendere teſtatur, aperit ſubſequenter
✱hæc. ✱ unde hoc diligentibus deum poſſit oſtendi. No
Ibidem. bis autem (inquit) reuelauit deus per ſpiritũ ſuum.
Per ſpiritum ergo reuelatur præmij magnitudo
perennis, quia dum ipſe corda quę implet, appeti-
to inuiſibilium inflammat, eadem bon. inuiſibilia
q̃ ſint pclara, q̃ terrenis omnibus pferenda, mani-
feſtat. Vnde bene eiuſdẽ ſpũs gratia ſeptiformis à
Iſaię.11. propheta deſcribitur, qa nimirũ & per eius inſpi-
rationẽ ad requiẽ peruenitur, & in eius plena per-
ceptione ac uiſione requies uera poſſidetur. Por-
ro ipſe dies, uel annus quinquageſimus, qui ſeptẽ
ſeptimanis ſupereſt, & maiore præ cæteris erat
ſolennitate uenerabilis, tempus futuræ reſurrecti-
onis indicat, in quo illa requies qua nunc aĩæ frus
untur electorũ, corporum quoq; receptorum glo-
ria cumulabit. Vbi ſolicitius intuendũ eſt fratres
mei chariſsimi, quia ſpũſſancti nos non ſolũ in fu-

turo

turo pfectam,ſed in pſenti maximam iuſtis quietē
tribuit,cū eorū mētes cœleſtis igne charitatis accē
Rom.5. dit. Dicit nãq; Apoſtolus: Spes aūt nō confundit,
quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p
ſpūmſanctum,qui datus eſt nobis. Et hęc eſt uera,
imo hæc eſt ſola in hac uita requies animarū,diui
na dilectiōe repleri,ſpe ſupnę retributionis,pſpe-
ra mundi ſimul & aduerſa contemnere, terrena à
ſe deſideria funditus extirpare,concupiſcētijs renū
ciare ſecularibus,illatis p Chriſto contumelijs &
pſecutionibus gaudere, & cū Apoſtolo dicere poſ
Ibidem. ſe: Et gloriamur in ſpe gloriæ filiorū dei: non ſolū
aūt,ſed & gloriamur in tribulationibus. Nam qui
in rerum mundanarū delectationibus & opulētia
ſe requieſcere poſſe cōfidit,fallit̃: etenī & creberri
mis eiuſdē mūdi pturbationibus, & ipſo fine con-
uincitur, quod ſup arenā fundamentū ſuæ quietis
poſuerit. At quicūq; ſancto afflari ſpū, ſuauiſſimū
illud dñicę dilectionis iugū ſup ſe leuauerint, atq;
exemplo illius mites eſſe & humiles corde didice-
rint,nōnulla etiā in pſenti futurę qetis imagine fru
untur, dum à conturbatione hoīm ſecularium to-
ta mente ſecreti,uultum ſui conditoris ſemp remi
niſci gaudent,atq; ad perfectam eius contemplati
onē ptingere ſitiunt, dicentes ſibi cū Iohãne Apo-
ſtolo: Scimus qa cū apparuerit, ſimiles ei erimus,
1.Ioh 3. uidebimus eñ eū ſicuti eſt. Ad cuius pmiū uiſionis
ſi peruenire deſideramus,oportet fratres chariſſi-
mi,ut huius euangelicę lectionis perpetuo memo-
res,à mundi nos illecebris immunes exhibeamus,
quatenus ad pcipiendam ſpūſſancti gratiā, quam
mundus non poteſt accipere, digni exiſtere ualea-
mus. Diligamus Chriſtū,eiuſq; mãdata quę habe-
mus incipiendo,ſeruemus perſeuerando. Fit eni in
ſta mercede, ut illum diligēdo, diligi amplius me-
reamur à patre,ſed ipſe maiorē dilectionis ſuę no-
bis gratiā pſtare dignet̃ in futurum. Dat enī nūc di
ligendo nos, ut credētes ſperemus in eū: tunc aūt,
ut uideamus eū facie ad faciē: manifeſtetq; ſeipſum
nobis,hoc eſt,in claritate quā habuit,priusq̃ mun-
dus eſſet apud patrē,cū q̃ uiuit & regnat in unitate
ſpūſſancti deus,per oīa ſecula ſeculorum. Amen.

IN DIE SANCTO
Pentecoſtes. Iohan.xiiij.

¶ In illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis:
Siquis diligit me, ſermonem meum ſerua-
bit,& pater meus diliget eum,& ad eū ue-
niemus,& manſionē apud eū faciemus. Et
reliqua. Homilia beati Gregorij papæ.



Libes fratres cha-
riſſimi euangeli-
cæ uerba lectio-
nis ſub breuitate
tranſcurrere, ut
poſt diutius liceat in con-
templatione tantæ ſolen-
nitatis immorari. Hodie
nanq; ſpirituſſanctus repē
tino ſonitu ſuper diſcipu-
los uenit, menteſq; carna-
liū in ſui amorē pmutauit,
& foris apparentibus linguis igneis,intus facta ſunt
corda flãmantia: quia dū deū in ignis uiſione ſuſci-
piunt,p amorē ſuauiter arſerūt. Ipſe nanq; ſpūſſan
Ioh.4. ctus amor eſt. Vnde & Ioh. dicit: Deus charitas eſt.
Qui ergo mēte integra deū deſiderat, pfecto iam
habet quē amat. Neq; enim quiſq̃ poſſet deū dili-
gere,ſi eum quē diligit,nō haberet. Sed ecce unuſ-
quiſq; ueſtrū ſi requiratur an diligat deū, tota fi-
ducia & ſecura mēte reſpōdet, Diligo. In ipſo aūt
lectiōis exordio audiſtis quid ueritas dixit. ¶ *Si
quis diligit me,ſermonē meū ſeruabit.* Probatio ergo
dilectionis,exhibitio eſt operis. Hinc in epiſtola 1.Ioh.2.
idē Iohãnes dicit: Qui dicit quia diligo deum, &
mãdata eius nō cuſtodit,mēdax eſt. Vere enim di-
ligimus,ſi mandata eius ſeruamus. Vere enim dili
gimus,ſi ad mandata eius à noſtris nos uoluptati-
bus coarctamus. Nã qui adhuc per illicita deſide-
ria diffluit, profecto deū nō amat,qa ei in ſua uo
luptate cōtradicit. ¶ *Et pater meus diliget eum, &
ad eū ueniemus,& manſionem apud eum faciemus.* Pen
ſate fratres chariſſimi,quãta ſit iſta ſolennitas,ha
bere in cordis hoſpitio aduentū dei. Certe ſi do-
mū ueſtram quiſq̃ diues & ppotens amicus intra-
ret,omni feſtinantia domus tota mundaretur, ne
quid fortaſſe eſſet quod oculos amici intrãtis,of
fenderet. Tergat ergo ſordes praui operis q deo
pparat domum mētis. Sed uidete quid ueritas di
cat: Veniemus,& mãſionē apud eū faciemus. In q̃-
rundã etenim corda uenit,& mãſionem non facit:
quia per compunctionem quidem dei reſpectum
percipiunt,ſed tētationis tempore hoc ipſum q̃d
compuncti fuerant obliuiſcuntur,ſicq; ad ppetrã
da peccata redeunt, ac ſi hæc minime planxiſſent.
Qui ergo deū uere diligit, qui eius mãdata cuſto-
dit,in eius corde dñs & uenit,& manſionem facit:
quia ſic eum diuinitatis amor penetrat, ut ab hoc
amore tentationis tempore nō recedat. Ille ergo
uere amat,cuius uidelicet mentem delectatio pra
ua ex cōſenſu non ſeperat. nã tanto quiſq; à ſuper
no amore diſiungitur, quanto inferius delectat̃.
Vnde & adhuc ſubditur. ¶ *Qui non diligit me ſermo
nes meos non ſeruat.* Ad uoſmetipſos ergo,fratres
chariſſimi,introrſus redite, ſi deū uere amatis ex
quirite,nec ſñ ſibi aliquis credat, quicqd ſibi ani-
mus ſine operis atteſtatione reſpōderit. De dile-
ctione conditoris,lingua, mens,& uita requirat̃.
Nunq̃ eſt dei amor otioſus,opatur enim magna,
ſi eſt,ſi uero operari renuit,amor non eſt. ¶ *Et ſer
monem quem audiſtis,non eſt meus,ſed eius qui miſit me
patris.* Scitis fratres chariſſimi,quia ipſe qui loqui
tur unigenitus filius, uerbum patris eſt: ideo ſer-
mo quem loquitur filius,nō eſt filij,ſed patris, qa
ipſe filius uerbū eſt patris. ¶ *Hæc locutus ſum uo-
bis apud uos manens.* Quando non maneret apud
*nos,qui aſcēſurus cœlum,promiſit dicens: Ecce *eos
ego uobiſcū ſum oībus diebus uſq; ad conſumma- Mat.28.
tionem ſeculi? Sed uerbū incarnatū & manet,& re
cedit. recedit corpore, manet diuinitate. Apud
eos ergo tunc manſiſſe ſe phibet,quia is qui inuiſi-
bili ſemper poteſtate eis pſens erat,corporali iam
uiſione recedebat. ¶ *Paracletus autē ſpiritusſanctus,
quē mittet pater in nomine meo,ille uos docebit omnia,
& ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis.* No-
ſtis plurimi fratres mei,q̃d gręca locutiōe paracle
tus, latina aduocatus dicitur uel conſolator. Qui
idcirco aduocatus dicit̃,quia pro errore delinquē
tiū apud iuſtitiā patris interuenit. Qui unius ſub-
ſtantiæ cum patre & filio exorare pro delinquenti-
bus perhibetur, qa eos quos repleuerit,exorãtes
facit. unde & Paulus dicit: Ipſe enim ſpūs poſtu- Rom.8.
lat p nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed dice-
ret quis,Minor eſt qui poſtulat q̃ qui poſtulatur,q̃
modo ergo ſpūs poſtulare dicit̃ q minor non eſt?

Sed ipſe ſpiritus poſtulat, quia ad poſtulandū eos
quos repleuerit inflammat. Cōſolator aūt idē ſpi-
ritus uocatur, quia de peccati perpetratione mœren-
tibus dum ſpem ueniæ pręparat, ab afflictione triſ-
titiæ mentē leuat. De quo rectè promittit: ¶ *Ipſe
uos docebit omnia*, quia niſi idem ſpūs cordi aſſit au-
dientis, ocioſus eſt ſermo doctoris. Nemo ergo do-
centi homini tribuat quod ex ore docentis intelli-
git, qa niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua ex-
terius in uacuū laborat. Ecce unam loquentis uo-
cem omnes pariter auditis, nec tamen pariter ſen-
ſum audit℞ uocis percipitis. Cum ergo uox diſpar
nō ſit, cur in cordibus uſtris diſpar eſt uocis intel-
ligētia, niſi quia per hoc q̄d uox loquētis cōmuniter
admonet, eſt magiſter interior, q de uocis intelli-
gentia quoſdā ſpecialiter docet? De hac unctione
1.Ioh.2. ſpūs rurſus p Iohannem dicitur: Sicut unctio eius
docet uos de omnibus. Per uocem ergo non inſti-
tuitur, qn mens p ſpūm nō ungitur. Sed cur iſta de
doctrina hoīm loquimur, quando & ipſe conditor
non ad eruditionem hoīs loquitur, ſi eidem homi-
ni per unctionē ſpūs non loquitur? Certe Cain prius
Gene.4. q̄ fratricidium opere perpetraret, audiuit: Peccaſti,
quieſce. Sed qa culpis ſuis exigētibus, uoce eſt ad-
monitus, nō unctione, audire dei uerba potuit, ſed
ſeruare contempſit. Requirendum uero nobis eſt,
cur de eodem ſpū dicatur, & ſuggeret uobis oīa,
cum ſuggerere eſſe ſoleat minoris? Sed qa ſugge-
rere aliquādo dicimus ſubminiſtrare, inuiſibilis ſpi-
ritus ſuggerere dicit̃, non q̄d nobis ſcientiā ab imo
inſerat, ſed ab occulto. ¶ *Pacem relinquo uobis, pacē
meam do uobis*. Hic relinquo, illic do: ſequentibus
relinquo, peruenientibus do. Ecce fratres chariſ-
ſimi, uerba ſacræ lectionis ſub breuitate diſcuſſi-
mus, nunc ad contemplationem tantæ feſtiuitatis
animum transferamus. Sed quia cum lectione euā-
gelica nobis eſt etiā actuum apoſtolorū lectio re-
citata, ex ea ergo aliquid in uſum noſtræ contem-
plationis trahamus. Audiſtis enim, qa ſpiritusſan-
ctus ſup diſcipulos in igneis linguis apparuit, omni-
umq; linguarum ſcientiam dedit, quid ſcilicet hoc
miraculo deſignās, niſi quod ſancta eccleſia eodem
ſpiritu repleta, omnium gentium erat uoce locutu-
ra? Qui uero contra deum turrim ędificare conati
Gen.4. ſunt, communionem unius linguæ perdiderunt.
In his autem qui deum humiliter metuebant, lin-
guę omnes unitæ ſunt. Hic ergo humilitas uirtutē
meruit, illic ſuperbia confuſionē. Sed quærendum
nobis eſt fratres dilectiſſimi, cur ſpūſanctus patri
& filio coæternus, in igne apparuit, cur in igne ſi-
mul & linguis, cur aliqn̄ in columba, aliqn̄ uero in
igne monſtratur, cur ſuper unigenitū filium appa-
ruit in ſpecie colūbæ, & ſup diſcipulos in igne, ita
ut neq; ſup dn̄m ueniret in igne, neq; ſup diſcipu-
los monſtraretur in columba? Per quatuor itaque
hęc quę propoſuimus, ſoluēdo redeamus. Patri nāq;
& filio coęternus ſpūs in igne monſtrat̃, quia incor-
poreus atq; inuiſibilis, atq; ineffabilis ignis eſt de-
Heb.12. us, atteſtāte Paulo: Deus noſter ignis conſumēs eſt,
Deus quippe ignis dicit̃, qa per hunc peccatorū ru-
Luce.12. bigo cōſumit̃. De hoc igne ueritas dicit: Ignē ueni
mittere in terrā, & qd uolo niſi ut accēdat? Terra
eñ uocata ſunt corda terrena, q̄ dum ſemp infimas
in ſe cogitationes cōgerunt, à malignis ſpiritibus
conculcātur. Sed ignē dn̄s in terram mittit, quum
afflatu ſpūſancti * corda fideliū inflāmat. Terra
* car- quippe accenditur, cū cor carnale in ſuis prauis uo-
nalium luptatibus frigidum, relinquit cōcupiſcētias pſen-
tis ſęculi, & incenditur ad amorē dei. Bene ergo in
igne apparuit ſpūs, qa ab omi corde quod replet,
torporem frigoris excutit, & hunc in deſiderio ſuę
æternitatis accēdit. In igneis aūt linguis monſtra-
tus eſt, quia idem ſpiritus coæternus eſt filio, & ha-
bet cognationem maximā lingua cum uerbo. Ver-
bum quippe patris eſt filius. Et quia una eſt ſpiri-
tus & uerbi ſubſtantia, idē ſpūs debuit mōſtrari in
lingua. Vel certe, quia per linguam procedit uerbū,
in linguis igneis apparuit ſpūs: quia quiſqs ſpūſan-
cto tangitur, dei uerbū. i. unigenitū dei filium con-
fitetur, & negare dei uerbum non ualet, qa iā ſan-
cti ſpūs linguam habet. Vel certe in linguis igneis
apparuit ſpūs: qa oēs quos repleuerit, ardentes pa-
riter & loquentes facit. Linguas igneas doctores
habent, quia dum deum amando prędicant, corda
audientium inflammant. Nam & ocioſus eſt ſer-
mo doctoris, ſi pbere non ualet incendiū amoris.
Hoc doctrinę incendium ab ipſo ueritatis ore con-
ceperant, qui dicebant: Nonne cor noſtrum ardēs Luc.24.
erat in nobis, dum loqueretur in uia, & apiret no-
bis ſcripturas? Ex audito qppe ſermōe exardeſcit
animus, torporis frigus recedit, fit mēs in ſuperno
deſiderio anxia, à concupiſcentijs terrenis aliena.
Amor uerus, * dum hāc repleuerit, * fletibus cru- * qui
ciat. Sed cū tali ardore cruciatur, ipſis ſuis cruciati- * in fleti-
bus paſcitur, audire ei libet pcepta cœleſtia: & q̄t bus
mandatis inſtruitur, quaſi tot facibus inflāmatur:
& quæ torpebat prius per deſideria, ardet poſtmo-
dum p uerba. Vnde bene per Moyſen dicitur: In de-
xtera eius ignea lex. Siniſtra quippe reprobi, q ad
ſiniſtram ponendi ſunt: dextera aūt dei appellātur Deut.33
electi. In dextera ergo dei ignea lex eſt, quia electi
mādata cœleſtia nequaq̄ frigido corde audiūt, ſed
ad hæc amoris intimi facibus inardeſcunt. Sermo
ad autem ducitur, & mēs illorū ſibimet irata, interne
dulcedinis flāma cōcrematur. In columba uero
ſpūſanctus & in igne monſtratus eſt, qa oēs quos
repleuerit, ſimplices & ardētes fecit: ſimplices puri-
tate, ardentes ęmulatione. Neq; eñ placet deo aut
ſimplicitas ſine zelo, aut zelus ſine ſimplicitate.
Hinc ipſa ueritas dicit: Eſtote prudentes ſicut ſer-
pentes, & ſimplices ſicut colūbe. Qua in re notan- Mat.10.
dū eſt, q̄d diſcipulos ſuos nec de columba ſine ſer-
pente, nec de ſerpēte ſine columba noluit dn̄s ad-
monere, quatenus & colūbę ſimplicitatem aſtutia
ſerpentis accenderet, & ſerpentis aſtutiam colum-
bæ ſimplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: Nolite
pueri effici ſenſibus. Ecce prudētiam ſerpentis au- 1.Cor.14
diuimus, nunc de ſimplicitate colūbæ moneamur.
Sed malitia paruuli eſtote. Hinc de B. Iob dicitur:
Erat uir ſimplex & rectus. Quę eſt aūt rectitudo ſi- Iob.1.
ne ſimplicitate, aut q̄ ſimplicitas ſine rectitudine?
Quia ergo & rectitudinē docet iſte ſpūs, & ſimpli-
citatem, & in igne mōſtrari debuit, & in columba:
quatenus omne cor quod eius gratia tangitur, &
manſuetudinis lenitate tranquillum, & zelo iuſti-
tiæ accenſum fiat. Ad extremum uero quærendum Queſt.
eſt, cur in ipſo redēptore noſtro mediatorē dei &
hoīm per columbā apparuit, in diſcipulis uero per
ignē. Certe unigenitus dei filius, iudex eſt generis hu-
mani: Sed quis eius iuſtitiā ferret, ſi prius q̄ nos p
manſuetudinem colligeret, culpas noſtras p zelū
rectitudinis examinare uoluiſſet? Homo ergo pro
hominibus factus, mitem ſe hominibus prębuit,
noluit peccatores ferire, ſed colligere. Prius uoluit
manſuete corrigere, ut haberet quos poſtmodum
in iudicio ſaluaret. In colūba ergo apparere ſuper
cum

eum debuit ſpũs, qui non ueniebat ut peccata iam
per zelũ percuteret, ſed adhuc per mãſuetudinem
toleraret. At contra ſup diſcipulos in igne debuit
ſpũſſanctus demonſtrari, ut hi qui erãt ſimpliciter
hões, atq; ideo peccatores, eos contra ſemetipſos
ſpiritualis feruor accenderet, & pctã quę deus per
manſuetudinem parceret, ipſi in ſe per pœnitenti-
am punirent. Nec ipſi quippe eſſe poterãt ſine pec
cato, qui adhærebant cœleſti magiſterio, Iohanne
1.Ioh.1. atteſtãte qui ait: Si dixerimus, quia peccatum non
habemus, noſmetipſos ſeducimus, & ueritas in no
bis non eſt. In igne uenit ergo in hominibus, in co-
lumba uero apparuit in domino: quia peccata no-
ſtra quæ pie dñs per manſuetudinem tolerat, nos
per zelum rectitudinis debemus caute conſpicere,
& ardore ſemper pœnitentiæ cremare. Igitur per
columbam ſpũs in redemptore mõſtratus eſt, per
ignem uero in hominibus: quia quanto nobis no-
ſtri iudicis facta eſt ſeueritas tẽperata, tanto erga
ſe debet fieri noſtra infirmitas accenſa. Quatuor
itaq; ꝓpoſitionum expleta ratione, ad eiuſdẽ ſpũs
dona contemplanda tranſeamus. De iſto quippe
ſcriptũ. ſpũ * dictũ eſt: Spũs eius ornauit cœlos. Ornamẽ-
Iob.26. ta eñ cœlorum ſunt uirtutes ꝑdicantium, quæ ui-
delicet ornamenta Paulus enumerat, dicens: Alij
1.Cor.12 datur per ſpũm ſermo ſapientię, alij ſermo ſciẽtiæ
ſecundum eundẽ ſpũm, alteri fides in eodem ſpũ,
alij gratia ſanitatum in uno ſpũ, alij operatio uir-
tutũ, alij ꝓphetia, alij diſcretio ſpũum, alij gña lin
guarum, alij interpretatio ſermonum. hæc autem
omnia operator unus atq; idem ſpũs, diuidens ſin-
gulis ꝓut uult. Quot ergo ſunt bona ꝑdicantium,
tot ſunt ornamẽta cœlorũ. Hinc rurſum ſcriptum
eſt: Verbo dñi cœli firmati ſunt. Verbum enim dñi,
Pſal 32. filius eſt patris. Sed eoſdẽ cœlos uidelicet ſanctos
apoſtolos, ut tota ſimul trinitas oſtendatur opera
ta, cuius uirtus firmauerit, repẽte de ſpũſſancti di-
uinitate adiungitur: Et ſpiritu oris eius omnis uir
tus eorum. Cœlorũ igitur uirtus de ſpiritu ſumpta
eſt, qa mundi huius poteſtatibus contraire nõ ꝑſu-
merẽt, niſi eos ſpiritusſancti fortitudo ſolidaſſet.
Quales namq; doctores ſanctę eccleſiæ ante aduẽ-
tum huius ſpũs fuerint ſcimus, & poſt aduentũ illi-
us cuius fortitudinis ſint facti aſpicimus. Certe i-
ſte paſtor eccleſię, ad cuius ſacratiſsimũ corpus ſe-
demus, quãtę debilitatis, quantęq; formidinis ante
aduentum ſpũs fuerit, ancilla oſtiaria requiſita di
cat. Vna eñ mulieris uoce percuſſus, dum mori ti-
muit, uitam negauit. Et pẽſandum quia eum com-
prehenſum Petrus negauit in terra, quẽ ſuſpẽſum
latro confeſſus eſt in cruce. Sed uir iſte tantæ for-
midinis, qualis poſt aduentum ſpũs exiſtat, audia-
mus. Fit conuentus magiſtratus atq; ſeniorũ, cæſis
denunciãt apoſtolis, ne in noĩe Ieſu loqui debeãt.
Petrus magna autoritate reſpõdit: Obedire opor
Act.5. tet deo magis q̃ hoĩbus. Et rurſum: Si iuſtũ eſt in
cõſpectu dei uos potius audire quam deum, iudi-
cate. Non enim poſſumus quę uidimus & audiui-
mus, non loqui. Et illi quidẽ ibant gaudẽtes à con
ſpectu cõſilij, qm̃ digni habiti ſunt ꝓ noĩe Ieſu con
tumeliam pati. Ecce gaudet Petrus in uerberibus,
qui ante in uerbis timebat. Et qui prius ancillę uo
ce requiſitus timuit, poſt aduentũ ſpũſſancti uires
principũ cęius ꝑmit. Libet oculos fidei in uirtute
opificis huius attollere, atq; ſparſim patres teſta-
mẽti noui ac ueteris cõſiderare. Ecce apertis eiuſ-
dem fidei oculis Dauid, Amos, Danielẽ, Petrum,
Paulum, Matthæum intueor, & ſanctus iſte ſpiri-
tus qualis ſit artifex conſiderare uolo, ſed in ipſa
mea conſideratione deficio. Implet enĩ citharœdũ
puerũ, & pſalmiſtã facit. Implet paſtorem armen-
tarium ſycomoros uellicantem, & prophetã facit.
Implet abſtinentem puerum, & iudicem ſenum fa
cit. Implet piſcatorẽ, & predicatorẽ facit. Implet Actu 9.
perſecutorẽ, & doctorẽ gentium facit. Implet pu- Luce.5.
blicanum, & euangeliſtã facit. O qualis artifex eſt
iſte ſpũs! Nulla ad diſcẽdũ mora, agitur in omne
quod uoluerit. Mox enĩ ut tetigerit mentẽ docet,
ſolumq; tetigiſſe docuiſſe eſt. Nã humanũ animũ
ſubito ut illuſtrat, immutat: abnegat hinc repente
quod erat, exhibet repẽte quod nõ erat. Pẽſemus
ſanctos predicatores noſtros quales hodierna die
reperit, quales fecit. Certe q in uno cõclaui ꝓpter
Iudæorum metum reſidebant, natiuitatis ſuæ ſin-
guli linguã nouerant, & tamẽ ea ipſa lingua quam
nouerant, aperte Chriſtum loqui pręſumebãt. Ve
nit ſpũs, & in ore eos per diuerſitatẽ linguarũ do
cuit, in mente aũt ex autoritate roborauit. Cœpe
rũt & in aliena Chriſtum eloqui, qui de illo prius
& in ſua lingua loqui metuebant. Inflammatum
enim cor deſpexerat tormẽta corporis, quę ante
metuebat. Vicit uim carnalis formidinis, prę amo
re cõditoris, & qui prius ſuis aduerſarijs ſuccũbe-
bant formidine, eis iam ꝑerant autoritate. Qui * ergo
cũ in tãtę eos celſitudinis culmẽ erexerit, qd aliud
dixerim, niſi q̃d mẽtes terrenorũ hoĩm cœlos fe-
cerit! Penſate fratres chariſſimi, poſt incarnatio-
nẽ unigeniti filij, qualis ſit hodierna ſolennitas de
aduentu ſpũſſancti. Sicut enĩ illa, ita quoq; & hęc
eſt honorabilis. In illa quippe deus in ſe pmanẽs,
ſemetipſum creauit hoĩem, in iſta uero hoĩes ue-
nientẽ ſuſceperunt deum. In illa deus naturaliter
factus eſt homo, in iſta hoĩes facti ſunt per adop-
tionẽ dij. Si ergo remanere carnales in morte no-
lumus, hũc fratres chariſsimi uiuificãtem ſpũm a-
memus. Sed quia caro ſpũm neſcit, dicat fortaſſe
carnali cogitatiõe aliquis, quõ diligere ualeo quẽ
ignoro! Hæc & nos concedimus, quia mens uiſi-
bilibus intẽta, uidere neſcit inuiſibilẽ. Nulla enim
niſi uiſibilia cogitat, eaq; cũ nõ agit, eorum imagi
nes introrſus trahit: dumq; in imaginibus corpo-
reis iacet, ſurgere ad incorporea non ualet. Vnde
fit, ut tãto deterius creatorẽ neſciat, quanto in co
gitatiõe ſua familiarius creaturã corpoream por-
tat. Sed cũ deum uidere non poſſumus, habemus
aliquid quod agamus, unde iter fiat quo ad deum
noſtræ intelligentiæ oculus ueniat. Certe quẽ in
ſe nullo modo uidere ualemus, hunc in ſeruis ſuis
iam uidere poſſumus: q̃s dum * mirabiliter cõſpici mira
mus agere, certum nobis fit in eorum mentibus de
um habitare. In re aũt incorporea à rebus corpo-
ralibus uſum trahamus. Nemo etenĩ noſtrũ orien-
tẽ clare ſolem, in ſphęrã illius intẽdendo, ualet cõ-
ſpicere, qa tenſi in eius radijs oculi reuerberãtur:
ſed ſole illuſtratos mõtes aſpicimus, & qa iam ſol
ortus eſt, uidemus. Quia ergo ſolem iuſtitiæ in ſe-
ipſo uidere non poſſumus, illuſtratos mõtes clari
tate illius uideamus, ſanctos uidelicet apoſtolos,
q uirtutibus emicãt, miraculis coruſcãt, quos nati
ſolis claritas pfudit. Et cũ in ſeipſo inuiſibilis ſit,
p eos q̃ſi p illuſtratos mõtes ſe inuiſibilem ꝑbuit.
Virtus enim diuinitatis in ſe, quaſi ſol in cœlo eſt:
uirtus diuinitatis in hoĩbus, ſol in terra. Solẽ ergo
iuſtitiæ intueamur in terra, quem uidere non poſ-
ſumus in cœlo: ut dũ inoffenſo pede operis p hunc
in terra gradimur, ad iucundum illum quandoq;

ocnios & in cœlũ leuemus. Sed inoffenſo pede iter
noſtrum in terra agitur, ſi deus ac ꝓximus integra
mẽte diligatur. Nec enim deus uere ſine proximo,
nec proximus uere diligitur ſine deo. Hinc eſt q̃d,
ſicut in alio ſermone iam diximus, idem Spiritus
ſecundo legitur diſcipulis datus, prius à domino
in terra degente, poſtea à domino cœlo præſiden-
te. In terra quippe datur, ut diligatur proximus:
e cœlo uero, ut diligatur deus. Sed cur prius in ter
ra, poſtmodum e cœlo, niſi quod patenter datur
intelligendi, quia iuxta Iohannis uocem, qui nõ di-
1.Ioh.4. ligit fratrem ſuum quem uidit, deum quem non ui
det, quõ poteſt diligere? Diligamus ergo ꝓximum
fratres, amemus eũ q iuxta nos eſt, ut puenire ua-
leamus ad amorem illius, qui ſuper nos eſt. Medi-
tetur mens in proximo, quod exhibeat deo, ut per-
fecte mereatur in deo gaudere cum ꝓximo. Tunc
ad illã ſupnæ frequentię lętitiã perueniemus, de q̃
nunc ſancti ſpũs pignus accipimus. Ad iſtum finẽ
toto amore tendamus, in quo ſine fine lętabimur.
Ibi ſupernorũ ciuiũ ſocietas ſancta, ibi ſolennitas
certa, ibi requies ſecura, ibi pax uera, quæ iam no-
bis non relinquitur, ſed datur per dñm noſtrum Ie
ſum Chriſtum, qui uiuit & regnat in unitate ſpũs
ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amem.

DE EODEM FESTO SER-
mo beati Maximi epiſcopi.

NOSSE credo uos fratres, quæ ſit ratio, quod uenerabilem hanc pentecoſtes diem non minori lętitia celebramus, quã ſanctum paſcha curauimus celebrare: & quod eadem deuotione ad huius obſequia feſtiuitatis per obſeruantiam decurrimus, ſicut illius obſequia feſtiuitatis impleuimus. Tunc enim, ſicut modo fecimus, ieiunauimus ſabbato, uigilias celebrauimus, orationibus pernoctanter inſtitimus, unde neceſſe eſt, ut ſimilis obſeruantia ſimilem lætitiam conſequatur. Eſt lætitia plane conſimilis: Tunc enim ab inferis reſurgentem ſuſcepimus ſaluatorem, modo autem ſpiritumſanctum expectamus e cœlis. Tunc auxij uel ſoliciti Chriſti precabamur aduentum, modo trepidi uel ieiuni paracleti deſideramus aduentum. In omnibus enim deus ſaluti prouidit humanæ. Tunc enim nobis ad reſurgendum tartara Saluator aperuit, modo nobis ad regnandum paracletus cœleſtia reſerauit, & quibuſdam quaſi profectuum gradibus, tunc de morte ad uitam didicimus remeare, modo autem de terris ad cœlos meditamur aſcendere. Hæc autem omnia operatur in nobis Chriſtus dominus, qui priuſquam rediret ad cœlos, pro
miſit diſcipulis ſuis, dicens: Cum autem aſcẽdero,
Ioh.14. rogabo patrem meum, & mittet uobis alium para
cletum, qui uobiſcum ſit in æternum, ſpiritum ue-
ritatis. Vnde credendum eſt ad patrem perueniſſe
Chriſtum, cum uidemus ad apoſtolos deſcendiſſe
paracletum. Credẽdum eſt inquã, ſicut ait Dauid,
Pſal.117 ſaluatorem in dei dextera conſidere, qa cernimus
ſpũmſanctum, ſicut promiſit dominus, in diſcipu-
lis exultare. Hunc ſanctum pentecoſtes diem qua
ratione curemus, uel cur iſtorum quinquaginta die
rum numero nobis ſit iugis & continuata feſtiui-
tas, ita ut hoc oĩ tẽpore neq; ad obſeruandum indi
cemus ieiunia, neq; ad exorandum Deum genibus
ſuccidamus, ſed ſicut dominica ſolemus facere, ere-
cti & feriati reſurrectionem dñi celebremus. Do-
minica enim nobis ideo uenerabilis eſt atq; ſolen-
nis, quia in ea ſaluator uelut ſol oriẽs, diſcuſſis in-
ferorum tenebris, luce reſurrectionis emicuit, ac
propterea ipſa dies ab hoĩbus ſeculi, dies ſolis uo-
catur, q̃d ortus eam ſol iuſtitię Chriſtus illuminet.
Ad inſtar ergo dñicæ, tota quinquaginta dierum
curricula celebrãtur, & omnes iſti dies uelut do-
minici deputãtur. Reſurrectio enim dominica eſt.
Nam in dñica reſurgẽs ſaluator, reuerſus ad homi
nes eſt, Et poſt reſurrectionẽ tota quadrageſima quantitas.
cũ hoĩbus commoratus eſt. Aequalis ergo eorum
neceſſariũ ut eſſet feſtiuitas, q̃rum ęqualis eſſet &
*ſanctitas. Sic enĩ diſpoſuit dñs, ut ſicut eius paſ- In quinquageſima cur
ſiõe in q̃drageſimæ ieiunijs mœrebamus, ita eius
reſurrectiõe in quinquageſimę ferijs lætaremur. non ieiunemus.
Non igitur ieiunamus in quinquageſima, qa in his
diebus nobiſcũ dñs cõmoratur. Non inquã ieiuna
mus p̃ſente dño, qa ipſemet ait: Nunqd poſſunt fi-
lij ſpõſi ieiunare, qdiu cũ illis eſt ſpõſus? Cur enĩ Matt.9.
abſtineat corpus à cibo, cum aĩa p̃ſentia dñi ſagi-
natur? Non poteſt enĩ eſſe ieiunus, q reficitur gra
tia ſaluatoris. Societas enim Chriſti, quodãmodo
eſca eſt Chriſtiana. Reficimur ergo in quinquage-
ſima nobiſcũ dño cõuerſante. Cum aũt poſt hos
dies aſcẽdit in cœlum, iterum ieiunamus, ſicut ait
idem ſaluator dicẽs: Venient aũt dies cum auferen Ibidem.
tur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. Lętemur er
go in hac ſancta die, ſicut in paſcha lętati ſumus.
Eſt enim in utroq; die ſimilis eadẽq; ſolẽnitas. In
paſcha enim oẽs gentes baptizari ſolent, in pente
coſte aũt apoſtoli baptizati ſunt, ſicut ait dñs di-
ſcipulis ſuis aſcenſurus in cœlum: Iohannes baptis Actu.1.
zauit aqua, uos aũt baptizabimini ſpũſancto, quẽ
& accepturi eſtis, nõ poſt multos hos dies. Et ide-
o dicit Lucas: Cum aũt complerentur dies pente Actu.2.
coſtes, factus eſt ſubito ſonus de cœlo, tanq̃ adue-
nientis ſpiritus ualidi: ſeditq; ſuper ſingulos eorũ,
& repleti ſunt omnes ſpirituſancto. Qui uiuit &
regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

SERMO S. AVGVSTINI
epiſcopi infra hebdomadã pentecoſtes.

DOminus ſuauis fratres chariſsimi & mitis, habet ianuam pietatis: nec repellit inde pulſantes, ſed culpat potius negligentes. Neq; enim aliqd petiĩ quod nõ habeat, ut cũ nõ dederit, erubeſcat. Diues eſt & pius, affluens & benignus: dat, & non improperat: imo tunc theſauri domus eius triſtitiã patiũt, qñ deſunt delectabilia faſtigia petitorũ. Ip
ſe enĩ dicit: Vſq; modo nihil petiſtis: petite, & ac- Ioh.16
cipietis: pulſate, & aperietĩ uobis. Ego ſum oſtium Iohã.10.
& ianua. Quare trepidat pulſando manus ueſtra,
& dormitat in mẽdicitate conſcientia ueſtra? Ego
ſum ianua uitę. Nõ horreſco ſordidũ pulſatorem.
nõ pauperẽ repudio petitorẽ, tantum nemo ſuam
negligat paupertatem. Pulſate, & aperietur. Stãt
angeli ad ianuam ut introducant, non ut repellãt,
ut ſuggerant, non ut terreant. Nulla eſt pompa in
ianua mea. Ego ſum ianua, q ſuſtinui crucis igno-
miniam. Quare timeant petẽtes egentiam, cũ nulli
aliqñ denegauit miſericordiã? Quis ſperauit in do
mino, & confuſus eſt? Si pulſant qui deſiderãt ca-
ſtitatẽ, dat continuo gratiã & ſanctitatẽ, & dicit
eis: Nolite ambulare polluti, nolite incedere ma-
culoſi. Sancti eſtote, qa ego ſanct9 ſum. Si accedat Leu.19.
pupillus parua manu pulſare ianuã paternã, nũciãt
eũangeli dño. Pupillus pulſat, defenſionẽ pietatis
expectat: Reſpõde illi dñe: Tibi sũ derelictus eſt Pſal.9.
pau-

paup,pupillo tu eris adiutor,reſpōdet ille q diues
eſt,miſericordia plenus,q miſeris pater eſt: Ego
ſum iudex niduarū,& pater orphanorū. Nemo læ
dat quos ego ſuſcipio,nemo expoliet q̃s ego defen
do. Et q acceſſerint ad ipſam ianuā, q̃uis diuidant
uocē diſparis precis, tñ ab unius diuitis patris lar
gias domo oēs accipiunt pietatem Hoc amat ianua
ſaluatoris,ut pulſatoribus ſemper abundet,oppor
tunis,importunis. Propterea ipſe dñs uidēs ianuā
ſuam à petitorum uoce,à pulſantiū clamore ſtrere,
inuitat omnes ad orationem, omnibus paratus tri
buere pietatē. Petite: & ſi nō acceperitis,adhuc pe
tite, & pſeuerate pulſare. Nolite deficere, quia nō
Luce.11. necat deus fame aīam iuſti. Qui tñ uoluerit eſſe dul
citer humilis & benignus, ſecurus tanq̃ in tutiſsi
mo portu conſiſtit. Opponit ergo parabolam cu
iuſdam hoſ,cui hoſpes improuiſus aduenit, & ho
ſpes hoſpitē excepit. Paſſus eſt uerecūdiā,abſq; cō
tinuo ad domū diuitis magnam: nō ſine ſacramen
to tres petit panes,qa unus hoſpes erat gratia pie
Gene.18 tatis,ſed ſubſtantia trinitatis. Nonne unus hoſpes
erat in tribus,qui uenit ad patrem Abraham? Ho
ſpes & amicus,pranſor & manſor: & omnia illi in
trinitate ſunt exhibita humanitatis obſequia,quia
in trinitatis gloria refulget. Trimū attulit uitulū
pater,tres menſuras ſimilaginis conſperſit futura
mater,paritura filium,pq̃ pater mactaret agnum,
& ipſa corpus Chriſti in trinitate iā fecerat ſacra
mentum. Ita & iſte amicus,ueniente hoſpite, pgit
ad domum diuitis,& triū panum allegat neceſſita
tem,pulſat,& nullus reſpondet de ianitoribus: qa
omnes tenuerat ſomnus. Non angeli,non archāge
li,non pphetæ,non miniſtri. Et ille pulſat,q̃uis ne
mo reſpondeat Quando q; paterfamilias ad impor
tunitatem pulſantis reſpondit illi de interioribus
ſacris,de throno quietis: Quid pulſas ſine tēpore,
qui piger fuiſti cum tempore? Dies fuit,& in lumi
ne non ambulaſti: nox ſuperuenit,& pulſare cœpi
ſti. Excuſat tēpus,quod improbus quęrit affectus.
Iam pueri quieſcunt,& non eſt dignum,ut propter
te iniuriam patiantur. Antequā uenires,diutius ui
gilauerūt: modo pro tempore quieuerunt, non eſt
q poſsit tibi dare reſpōſum. Et ille: Dñe à te peto,
Gene 2. ad te pulſo, imo te pulſo, tu es ianua,tu ſurge, da
mihi mlam,qui non es dedignatus de luto limi for
Pſal 138. mare uiſcera mea. Miniſtro non indiges,quia oīa
potes. Sed ſi pueri tui dormiunt,tu non dormis, q
Matt.11. cuſtodis Iſrael. Gratis peto,ſub grā mēdico,nō ſub
lege pſumo. Sed ſi lex & prophetę uſq; ad Iohan-
nem,ſed tua gratia non habet finē. Quo euenerunt
Apoc.1. pueri tui,prophetę tui,& ego noui. Sed tu dñe qui
es initiū & finis,primus & nouiſsimus,noli ad me
tædiare nouiſsima hora noctis petētem,qui nocte
media captiuam duxiſti captiuitatem. Quid faciet
paterfamilias iſti perſeueratoris uoce cōſtrictus?
Non excitat prophetam,non mittit angelum,non
archangelum,ipſe ſurgit,& dabit illi quantum de
ſiderat. Bene ptinax ille petitor, & nocturnus mē
dicator ad hoſpitē,pprium repedauit diues factus
refecit,nec hoſpes ab hoſpite irrefectus diſceſſit.
Quis eſt iſte hoſpes rogo uos fratres,q in nocte ue
nit,& imparatum hoſpitē inuenit? Imo ideo nocte
uenit hoſpes in ppetua & deficiente paupertate.
Pſal.117. In nocte uenit hoſpes gratia, in ſumma ignoran
tia,in magna egentia. Immittit triſtitiā,quādo di
Pſal.33. cit nocturnus petitor: In tribulatione inuocaui do
minum,& exaudiuit me in latitudine. & iterum,
Multę tribulationes iuſtorū, & de omnibus his li
berauit eos dñs,quoniam proximus eſt. Ideo ho
ſpes ſuperuenit improuiſus ſubito,cum quiſpiā tę
dio afficitur præſſurarum. Superuenit illi orādi de
ſiderium,flendi arripiēs uocū. Illa hora hoſpes ue
nit gratia,ut compungat conſcientiā,ne in ſua mo
riatē egentia,ſed eat & petat ad diuitē nō ſuis meri
tis,ſed meritis hoſpitis uenientis, & accipiat tres
panes,ut in patre & filio & ſpūſancto poſsit & i
pſe paſcere cęteros indigētes. Quicqd boni cogita
uerit homo, ſubito corde pcuſſus, ſciat qa hoſpes
ille uenit de cœlo. Et bene uenit,qui nocte uenit. Ioh.20.
In tribulatione ſubuenit,nō ingerēs tędiū,ſed affe
ctū. Et qa dñs Chriſtus ad diſcipulos ſuos clauſis
oſtijs in tribulatiōe uenit,nō ſperatus,ſed optatus, Apoc.3.
ſalutauit in pace,& hoſpes hoſpites ſuos refecit in
pace,nōne eſt hoſpes ille q dicit: Ecce ſto & pulſo,
ſi qs aperuerit mihi,intrabo, & cœnabo cū illo, ego
& pater meus? Quā bona domus,ubi pater & filius
ingrediē,hoſpes amicus, q & ſpūſſanctus. Ipſe ibi
exhibet in domo pauperis,in hoſpitio puritatis di
uerſa pulmentaria ,ppter cœnā dñicam. Quæ ſunt
iſta pulmentaria? Gaudiū,longanimitas, cōtinen
tia,fides,caſtitas. Tantūmodo non pigeat hoſpitē
ſuſcipere dñm,ipſe ſecum portat dulcedines delici
arū,ut paſcat ibi lætantes exercitus angelorū. Cū
illo hoſpite pax eſt & iucūditas, q uenit ad hoſpi
tē ſuum non torquere,ſed paſcere: non expoliare,
ſed reueſtire: nō pcutere,ſed ſanare. Ipſum hoſpitē
ſemper apertis cordis noſtri ianuis ſuſcipiamus,et
nunquam nobis dñabitur tyrannus inimicus, & in
omnibus Chriſto donante eius mādata ſeruemus.

A M E N.

DE EODEM DIE HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

Dominus & ſaluator noſter paulo ſuperius di
ſcipulis loquitur,dicens: Qui habet mandata
mea & ſeruat ea,ipſe eſt q diligit me. Et mox
quo fructu quaue mercede hoc faciat ſubdens ma
nifeſtat. Qui autem diligit me, diligetur à patre
meo Et quid inde? Et ego diligam eum. Qua
utilitate? Et manifeſtabo ei meipſum. Si ergo non
ſufficit tibi ut diligaris à patre, ſi non ſufficit tibi
ut te filius diligat, ſufficiat tibi quod ille q ſapiē
tia eſt, qui ueritas eſt, qui iuſtitia eſt, manifeſta
bit ſeipſum tibi. In his enim omnis animæ beati
tudo conſiſtit. Hoc ſolum deſiderabat Moyſes,
cum Domino diceret: Si inueni gratiam in oculis
tuis, oſtende mihi faciem tuam ut uideam te. Hinc
& Pſalmiſta ait: Ego autem cum iuſtitia appa
rebo in conſpectu tuo, ſaciabor dum manifeſta
bitur gloria tua. Satiabor,inquit, ſatis mihi erit,
nihil amplius quæram, poſtquam teipſum mihi
manifeſtabis. Beatus igitur ille cui ille manifeſta
bitur, quo manifeſtato nihil deerit ad beatitudi
nem. Scimus enim quia cum apparuerit & reue
labitur nobis, ſimiles ei erimus, quia uidebimus
eum ſicut eſt. Sed cui non ſufficit ut ſit ſimilis filio
Dei? Similis autem eius eſt, qui uidet eum ſicuti
eſt. Sufficiat ergo nobis hoc quod ſeipſum manife
ſtabit nobis. Dicit ei Iudas, non ille Scariothes:
Domine, quid factum eſt quia nobis manifeſtatu
rus es teipſum, & non mundo? Reſpondit Ieſus,
& dixit ei: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſerua-
bit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, &
& manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me,
ſermones meos non ſeruat.* Magna quæſtio, magnæ
que quæſtionis nobiliſsima ſolutio. Ideo, inquit,
mundo, id eſt, mundi amatoribus me non mani

niſeſto, qa me nō diligunt. Quod ex eo qdem apertiſsime probatur, qa ſermonē meū nō ſeruant. Mei aūt diſcipuli & fideles, quia diligunt me, & q a mandata mea cuſtodiūt, digni ſunt qbus meipſum manifeſtare debeam: ut cognita ſapientia ſint ſapientes, cognita iuſtitia ſint iuſti, cognita ueritate ſint ueraces, & uita cognita in æternū uiuant. Hæc eñ oia Chriſtus eſt, oia hæc manifeſtātur Chriſto. *Et* non ſolū hęc, inquit, habebit ille qui diligit me, ſed & pater meus diliget eum. Quanta dilectione? Vis audire quanta? *Et ad eum ueniemus*. Et non tantum ueniemus, ſed manſionem quoque apud eum faciemus. In illis enim manſionem Dominus facit, in quibus ueniens manet, & à quibus poſtquam uenit non recedit. Venit enim Dominus in eos, ſed manſionem non facit in eis, qui ad tempus credunt, & in tempoęe tentationis recedunt. Sequitur: *Et ſermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris*. Hoc eſt enim quod alibi ait, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. In hoc enim apertiſsime monſtrat, omnia hæc uerba, quæ diſcipulis audientibus loquutus eſt, non humanitatis, ſed diuinitatis eſſe. Et eius igitur erat ſermo iſte ſecundum diuinitatem, & eius non erat ſecundum humanitatem. Poteſt autem & aliud intelligi, ut ſic dicatur: *Et ſermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris*: id eſt, ego non ſum à meipſo, ſed à patre qui miſit me, cuius utique uerbum & ſermo & ſapientia ego ſum. Me igitur loquente quid audiſtis niſi uerbum patris, quod in principio erat uerbum, & ſermonem, & ſapientiam patris? Verbum autem, ſermo, & ſapientia, non à ſe, ſed ab alio ſunt. Sermo igitur quem audiſtis non eſt meus: quia ego non ſum à meipſo. *Hæc loquutus ſum uobis apud uos manent*. Hæc, inquit, omnia uerba loquutus ſum ego uerbum: mea ſunt igitur hæc uerba, ſed ego non ſum meum uerbum. Cuius ergo? illius de quo dicitur: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. *Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcunque dixero uobis*. Doletis, inquit, quia non ſemper uobiſcum corporaliter maneo, & quia hæc mea uerba meæq; carnis præſentiam ſubtraho uobis: ſed nolite contriſtari, quia mea uice & in meo nomine magnus conſolator & doctor ſapientiſsimus dabitur uobis. Ille uos conſolabitur, ille uos docebit, ille uobis omnia ſuggeret & miniſtrabit quæcunq; dixero uobis. *Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: ſed nō quomodò mundus dat, ego do uobis*. Mundus enim non dat pacem niſi his à quibus accipit pacem. Sed quid dicit Apoſtolus? Si fieri poteſt, quod ex uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem. & cęte. Et Pſalmiſta, Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Et talem quidem pacem dedit Ieſus diſcipulis ſuis, dicens eis: Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos. Hanc autem pacem debemus habere cum malis, non ut eis in malitia conſentiamus, ſed ut ab iniquitate eos ad iuſtitiæ uiam trahamus. Inde eſt enim quod Dominus ait: Nolite putare quia ueni pacem mittere in terram: non ueni pacem mittere, ſed gladium. *Non turbetur cor ueſtrum neque formidet: audiſtis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos*. Non turbetur cor ueſtrum de morte mea, neque formidet de abſentia mea. Eſtote ſemper memores quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Non dixi ſolummodo uado, ſed uado & uenio. Sicut igitur turbamini quia dixi uado, ita confortamini quia dixi uenio. Ad patrem uado, ſed uos non relinquo: maior eſt diuinitas quæ uobiſcum remanet, quam humanitas quæ cœlos aſcendet. Iam enim & illius imbecillitatem & huius potentiam cognouiſtis. Vadit igitur Chriſtus ad patrem per humanitatem, qui ubique eſt per diuinitatem. Quomodo ergo uenit? ipſe utrunque dicit, & uado & uenio. Venit enim, & inuiſibiliter uenit, præbendo auxilium, dando ſolatium, corroborando fidem, & confirmando charitatem. Sic enim Dominus ad Apoſtolum uenerat, qui ait, An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Hoc autem modo non ſolum filius, ſed pater quoque uadit & uenit. Vnde & modo ſuperius, Ad eum, inquit, ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia ad patrē uado, quia pater maior me eſt*. Diligebant enim eum Apoſtoli, ſed nondum ſpirituali perfectoque amore, dum ſolam carnis præſentiam ſe amittere dolebant. Hoc enim non fecit Iohannes Baptiſta: neque corporaliter cum eo conuerſatus eſt, quem ſecundum diuinitatem apud ſe ſemper habebat, ſemperque mentis oculis inſpiciebat. Si diligeretis me (inquit) ſicut me diligere debetis, & ſicut poſt aduentum Spiritus ſancti diligetis, unde uos modo doletis, inde utique gauderetis. Doletis igitur quia ad patrem uado, quia portas paradiſi aperio, quia cœli ianuam pando, quia uitæ ſemitam uobis oſtendo, & ſpiritum paracletum uobis mando. Niſi enim ego abiero, paracletus non ueniet ad uos, ſi autem abiero, mittam eum ad uos. Vado igitur ad patrem, quia pater maior me eſt, id eſt, ſecundum hoc uado ad patrem, ſecundum quod maior eſt pater. Aequalis eſt enim patri ſecundum diuinitatem, minor uero ſecundum humanitatem. *Et nunc dixi uobis prius quam fiat, ut cum factum fuerit credatis*. Quid credatis? Quæcunque uobis dixi & credere iuſsi. *Iam non multa loquar uobiſcum*. Quare? Vultis audire quare? Quia iam paſsioni appropinquo, iam cum ſatellitibus ſuis princeps mundi huius ad prædā occurrit. Et hoc eſt quod ait: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Venit aduerſum me, ſæuit & fremit contra me, ſed nihil habet in me. Poteſtatem enim habeo ponendi aiam meā, & iterū ſumendi eā. Nemo tollit eā à me, ſed ego pono eā à meipſo. Cōſidera modo qd in aliorū exitu facit, qui contra ipſum mūdi ſaluatorem & Dñm uenire pręſumpſit. Sed quare princeps mundi dicit̃ diabolus? quare huius? non enim ſine cauſa dictum eſt huius, aliquid enim determinatur dū dicitur *Huius*. non enim diceret̃ princeps mundi huius, ſi totius mundi princeps eſſet. Eſt igitur princeps mundi huius: huius nequam & præſentis, & Chriſtum occidere cupientis. Eſt denique princeps mundi huius, id eſt omnium illorum qui non habent curam alterius niſi ſeculi huius. Et quaſi aliquid diceret, ſi princeps mundi huius non habet quicquam in te, & ſi nihil poteſt aduerſum te, quare te non defendis? quare te occidi permittis? ait. *Sed ut cognoſcat mundus quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio*. Amor (inquit) eſt impotētia, non eſt defectus, ſed obedientia. poteram enim me defendere ſi uoluiſſem, nūquam morerer ſi noluiſſem. Sed ut cognoſcat mūdus quia

diligo

diligo patrem & cognoſcẽdo me imitetur, factus
ſum obediens patri uſq; ad mortem, & ſicut man-
datum dedit mihi pater, ſic facio: ſicut uoluit pa-
ter, ſic facio. Ipſum enim uoluiſſe mãdaſſe fuit, quo
niam una eademq; uoluntas eſt in utroq;. *Surgite,*
eamus hinc. Non eſt hic locus noſtræ habitationis,
cœlum attendite, quia inde originem habetis.

FERIA SECVNDA PENtecoſtes, Iohannis III.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis
ſuis: Sic deus dilexit mundũ, ut filiũ ſuũ u-
nigenitũ daret, ut omnis qui credit in ipſo
non pereat, ſed habeat uitam æternam. Et
reliqua. Homilia B. Auguſtini Epiſcopi.

TOTA cordis noſtri intẽtio fratres ad
euangelium feratur, nemo aliunde cogi-
tet. Si enim totus qui adeſt uix capit, q
ſe per cogitationes diuerſas diuidit, nõ-
ne quod ceperit fundit? Audite auribus
accipite mentibus dilectiſſimi loquentibus nobis,
ſed ipſo docẽte, qui non recedit à nobis. Dominus
dicit commendans charitatem patris in nobis, quã
exhibuit ipſe filius moriendo pro nobis, quomo-
do cum legeretur audiſtis: ¶*Sic enim deus dilexit*
mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis
qui credit in ipſo, non pereat. Et enim filius mortu-
us eſt, & ipſa morte liberauit nos à morte: mor-
te occiſus, mortem occidit. Et noſtis fratres cha-
riſſimi, quia mors iſta diaboli inuidia intrauit in
mundum. Deus mortem nõ fecit, ſcriptura loqui-
Sap. 1. tur: Nec lætatur, inquit, in perditione hominum,
Creauit enim ut eſſent omnia. Sed quid ibi ait? In-
Sap. 2. uidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.
Ad mortem enim à diabolo propinatam, non ue-
niet homo ui adductus. Non enim cogendi poten-
tiam diabolus habebat, ſed perſuadẽdi uerſutiam.
Niſi conſentires, nihil inuexerat diabolus. Con-
ſenſio tua o homo te perduxit ad mortem. A mor
tali mortales nati, ex immortalibus mortales fa-
cti. Ab Adam omnes homines mortales. Ieſus au-
tem filius dei, uerbum dei, per quod facta ſunt om-
nia, unicus æqualis patri, mortalis factus eſt, quia
Ioh. 1. uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Er-
go mortem ſuſcepit, & mortem ſuſpendit in cru-
ce, & de ipſa morte liberantur mortales. Quod in
Iohan. 3 figura factum eſt apud antiquos, commemorauit
Num. 21 illud dominus: Et ſicut, inquit, exaltauit Moyſes
ſerpentem in eremo, ita exaltari oportet filium
hominis: ut omnis qui credit in ipſum, nõ pereat,
ſed habeat uitam æternam. Proſternebatur in ere-
mo populus Iſrael morſibus ſerpentium: dictum
eſt à domino ad Moyſen, ut faceret ſerpentem
æneum, & exaltaret in populo, admoneretq; po-
pulum, ut ſi quis morſus eſſet à ſerpente, illum ſer-
pentem exaltatum in ligno attenderet. Factum
eſt, mordebantur homines, intuebantur, ſanaban-
tur. Quid ſunt ſerpentes mordentes? Peccata de
mortalitate carnis. Quis eſt ſerpens exaltatus?
Mors domini in cruce. Quia enim à ſerpẽte mors,
per ſerpentis effigiẽ figurata eſt mors. Morſus ſer
pẽtium lœtalis, mors domini uitalis. Ergo fratres
ut à peccato ſanemur, Chriſtum crucifixum intue-
amur. Quomodo qui intuebantur illum ſerpen-
tem æneum in deſerto, non peribant morſibus ſer-
pentium, ſic qui intuentur fide mortem Chriſti,
ſanantur à morſibus peccatorum. Sed illi ſanaban-
tur à morte ad uitam temporalem, hic autem ait,
ut habeant uitam æternam. Sequitur: ¶ *Non enim*
miſit deus filium ſuum in mundum, ut iudicet mundum,
ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. Ergo quantum in
medico eſt, ſanare uenit ægrotum. Ipſe ſe interi-
mit, qui pręcepta medici obſeruare non uult. Ve-
nit ſaluator in mundum. Quare ſaluator dictus eſt
mundi, niſi ut ſaluet mundum, non ut iudicet mun
dum? Saluari non uis ab ipſo, ex teipſo iudicabe-
ris. Et quid dicam iudicaberis? Vide quid dicat:
Qui credit in eum, non iudicabitur. Qui autem nõ cre
dit quid ſperabis dicturum, niſi, iudicetur? ¶ *Iã, in-*
quit, iudicatus eſt. Nondũ apparuit iudiciũ, ſed iam
factum eſt iudiciũ. Nouit enim dñs qui ſunt eius.
Nouit qui permaneant ad coronam, qui maneant 2. Tit. 2.
ad flammam. Nouit in area ſua triticum, nouit pa
leam, nouit ſegetem, nouit zizaniam. Iam iudica-
tus eſt qui nõ credit. Quare iudicatus eſt? ¶ *Quia*
non credidit in nomine unigeniti filij dei. Hoc eſt autem
iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homi
nes tenebras magis quam lucem. Erant enim mala ope-
ra eorum. Fratres mei, quorum opera bona inue-
nit dominus? Nullorum. Omnium mala opera in-
uenit. Quomodo ergo quidam fecerunt ueritatẽ,
& uenerunt ad lucem? Et hoc enim ſequitur. *Qui*
autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifeſten-
tur opera eius, quia in deo ſunt facta. Quomodo qui-
dam bonum opus fecerunt, ut uenirent ad lucem,
id eſt, ad Chriſtum? Et quomodo quidam dilexe-
runt tenebras? Si enim omnes peccatores inue-
nit, & omnium peccata ſanat, & ſerpẽs ille in quo
figurata eſt mors domini, eos ſanat qui morſi fue-
rant, & propter morſum ſerpentis erectus eſt ſer-
pens, id eſt, mors domini propter mortales homi-
nes, quos inuenit iniuſtos, quomodo intelligitur,
Hoc eſt iudicium, quia lux uenit in mundum, & di
lexerunt homines magis tenebras quam lucẽ, erãt
enim opera eorum mala? Quid eſt hoc? Quorum
enim erãt bona opera? Nonne ueniſti ut iuſtifices
impios? Sed dilexerunt, inquit, magis tenebras quã
lucem. Ibi poſuit uim. Multi enim dilexerunt pec-
cata ſua, multi confeſſi ſunt peccata ſua: quia qui
confitetur peccata ſua, & accuſat ea, iam cum deo
facit. Accuſat deus peccata tua: ſi & tu accuſes,
coniungeris Deo. Quaſi duæ res ſunt, homo &
peccator. Quod audis homo, Deus fecit: quod
audis peccator, ipſe homo fecit. Dele quod feci-
ſti, ut deus ſaluet quod fecit. Oportet ut oderis in
te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cum autem
cœperit tibi diſplicere quod feciſti, inde incipi-
unt bona opera tua, quia accuſas mala opera tua.
Initium bonorum operum, confeſſio eſt operũ ma
lorum. Facis ueritatem, & uenis ad lucem. Quid
eſt facere ueritatem? Non te palpes, non tibi blan-
dieris, non aduleris: non dicas, iuſtus ſum, cum ſis
iniquus: & incipis facere ueritatem. Venis autem
ad lucem, ut manifeſtentur opera tua, quia in deo
ſunt facta: quia & hoc ipſum quod tibi diſplicuit
peccatum tuum, non tibi diſpliceret, niſi Deus ti-
bi luceret, & eius ueritas tibi oſtenderet. Sed qui
admonitus diligit peccata ſua, odit admonentem
lucem, & fugit eam ut non arguantur opera eius
mala quę diligit. Qui autem facit ueritatem, accu-
ſat in ſe mala ſua, non ſibi parcit, non ſibi ignoſcit,
ut deus ignoſcat. Quia quod uult ut deus ignoſcat,
ipſe agnoſcit, & uenit ad lucem, cui gratias agit,
quod illi quid in ſe odiſſet oſtenderet, & dicit deo

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & qua fronte
dicit, niſi iterũ dicat: Quoniam facinus meum ego
cognoſco, & peccatũ meum cõtra me eſt ſemper?
Sit ante te, quod non uis eſſe ante deum. Si autem
poſt te feceris peccatum tuum, retorquet tibi deus
illud ante oculos, & tunc retorquet, quando iã pœ
Ioha.9. nitentiæ fructus nullus erit. Currite, ne uos tene-
bræ cõprehendant. Fratres mei, euigilate ad ſalu-
tem ueſtram, euigilate dum tempus eſt. Nullus re-
tardetur à templo dei, nullus retardetur ab opere
domini, nullus auocetur ab oratione continua, nul
lus à deuotione ſolita fraudetur. Euigilate, cum
dies eſt, lucet dies. Chriſtus eſt dies, paratus eſt
ignoſcere reis, ſed agnoſcentibus, punire autẽ de-
fendẽtes ſe, & iuſtos ſe iactantes, & putãtes ſe ali-
quid eſſe cum nihil ſint. In dilectione autẽ eius, &
in miſericordia eius qui ambulat, etiam liberatus
ab illis lœtalibus & grãdibus peccatis, qualia ſunt
facinora hominũ, homicidia, furta, adulteria, præ-
ter illa quæ minuta eſſe uidentur, peccata linguæ,
aut cogitationum, aut immoderationis in conceſ-
ſis rebus, facit ueritatem confeſſionis, & uenit ad
lucem in operibus bonis, quoniã minuta plura pec
cata, ſiunt grandia ſi negliguntur. Minutæ ſunt gut
tæ quæ flumina implent, minuta ſunt grana arenæ.
Sed ſi multa onera arenæ imponant, premunt atq;
opprimunt. Hoc facit ſentina neglecta, quod facit
fluctus irruẽs. Paulatim per ſentinã intrat, ſed diu
intrando, & non exhauriẽdo, mergit nauim. Quid
eſt exhaurire, niſi bonis operibus agere, ne obruãr
peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoſcen
do? Iter autem huius ſeculi moleſtum eſt, plenũ eſt
tẽtationibus. In rebus proſperis ne extollat, in re-
bus aduerſis ne frãgat. Qui tibi dedit fœlicitatem
huius ſeculi, ad conſolationem tuam dedit, non ad
corruptionem. Rurſus, qui flagellat in iſto ſeculo,
ad emendationem, nõ ad damnationẽ facit. Ferto
patrem erudientem, ne ſentias iudicem puniẽtem.
Hæc quotidie dicimus uobis, & ſæpe dicenda ſunt,
quia ſalutaria & bona ſunt.

FERIA TERTIA PEN tecoſtes, Iohannis X.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis
ſuis: Amen amen dico uobis, qui non in-
trat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcen-
dit aliunde: ille fur eſt & latro. Et reliqua.
Homilia beati Auguſtini Epiſcopi.

DE illuminato illo q natus eſt cæcus, ſer-
mo ad Iudæos domini exortus eſt. Huic
itaq; lectioni hodiernã eſſe contextam
ſcire debuit & commoneri charitas ue
ſtra. Cũ enim dñs dixiſſet, in iudicium
Ioh.9. ego in hunc mundũ ueni, ut qui nõ uident uideãt,
& q uident cæci fiant, quidã ex phariſæis dixerũt:
Nunqd & nos cæci ſumus? Quibus reſpõdit: Si cæci
eſſetis, non haberetis peccatũ. Nunc autẽ quia di-
citis, uidemus, peccatũ ueſtrum manet. His uerbis
ſubiunxit ea quæ hodie cũ recitarẽtur audiuimus,
¶*Amen amen dico uobis, qui non intrat per oſtiũ in oui-
le ouiũ, ſed aſcẽdit aliunde, ille fur eſt & latro.* Dixerãt
eñ ſe cæcos nõ eſſe, uidere autẽ tũc poſſent, ſi oues
Chriſti eſſent. Vnde ſibi uſurpabant lumẽ, qui fure-
bant contra diẽ. Propter illorũ ergo uanam & ſu-
perbã & inſanabilẽ arrogantiam, dñs Ieſus iſta cõ-
texuit, in quibus nos ſalubriter, ſi aduertamus, ad-
monuit. Multi enim ſunt, qui ſecundum quandam
uitæ huius conſuetudinem dicuntur boni homi-
nes, boni uiri, bonæ fœminæ, innocentes, & quaſi
obſeruantes ea quæ in lege præcepta ſunt, deſe-
rentes honorem parentibus ſuis, non mœchãtes,
non homicidium perpetrantes, non furtum faciẽ-
tes, non falſum aduerſus quenquam teſtimonium
perhibentes, & cætera quæ in lege mandata ſunt,
uelut obſeruantes, & Chriſtiani non ſunt, & ple-
runq; ſe iactant quomodo iſti, Nunquid & nos cæ
ci ſumus? Quia uero iſta omnia quæ faciunt, & ne
ſciunt ad quẽ finem referant, inaniter faciunt, do-
minus de grege ſuo & oſtio quo intratur ad oui-
le, ſimilitudinem poſuit in hodierna lectione. Di
cant ergo pagani, Bene uiuimus. Si per oſtiũ non
intrant, quid eis prodeſt? unde gloriantur? Ad hoc
enim debet unicuiq; prodeſſe bene uiuere, ut de-
tur illi ſemper uiuere. Nam cui non datur ſemper
uiuere, quid prodeſt bene uiuere? Quia nec bene
uiuere dicendi ſunt, qui finẽ bene uiuẽdi uel cæci-
tate neſciũt, uel inflatione contẽnunt. Non eſt au-
tem cuiq̃ ſpes uera & certa ſemper uiuendi, niſi a-
gnoſcat uitã quæ eſt Chriſtus, & per ianuã intret
in ouile. Quærunt ergo plerunque tales homines
etiã pſuadere hominibus ut bene uiuãt, & Chri-
ſtiani non ſunt. Per aliam partem uolunt aſcẽdere,
rapere & occidere, non ut paſtor conſeruare atq;
ſaluare. Fuerunt ergo quidam philoſophi de uir-
tutibus & uitijs ſubtilia multa tractantes, diuiden
tes, diffinientes, ratiocinationes acutiſſimas con-
cludentes, libros implentes, ſuam ſapientiam buc-
cis crepantibus uentilãtes, qui etiam dicere aude-
rent hominibus, Nos ſequimini, ſectã noſtram te-
nete, ſi uultis beate uiuere. Sed non intrãt per oſti
um. Perdere uolebant, mactare, & occidere. Quid
de illis dicam? Ecce ipſi phariſæi legebãt, & in eo
quod legebant, Chriſtum ſonabant, uenturũ ſpe-
rabãt, & præſentem non agnoſcebant. Iactabant
ſe etiã ipſi inter uidentes, hoc eſt, inter ſapientes,
& negabant Chriſtum, & non intrabant per oſti-
um. Ergo & ipſi ſi quos forte ſeducerent, mactan
dos & occidendos, non liberandos ſeducebant. Et
hos dimittamus, uideamus illos, ſi forte ipſi in-
trant per oſtium, qui ipſius Chriſti nomine glori-
antur. Innumerabiles enĩ ſunt, qui ſe uidentes non
ſolum iactãt, ſed à Chriſto illuminatos uideri uo-
lunt, ſunt autem hæretici. Forte ipſi per ianuam
intrauerunt? Abſit. Sabellius dicit: Qui filius eſt,
ipſe pater, ſed filius non eſt pater. Non intrat per
oſtium, qui filium dicit patrem. Arrius dicit, Aliud
eſt pater, aliud filius. Recte diceret, ſi diceret ali- Ioh.10.
us, & non aliud. quando enim dicit aliud, et contra
dicit à quo audit: Ego & pater unum ſumus. Nec
ipſe ergo per oſtium intrat. Prædicat enim Chri-
ſtum qualem ſibi fingit, non qualem ueritas dicit.
nomen habet, rẽ non habet. Alicuius rei eſt Chri-
ſtus, tene ipſam rem, ſi uis prodeſſe tibi nomen.
Alius, neſcio unde ſit, ſicut Photinus, Chriſtus ho
mo eſt, inquit, deus non eſt. Nec ipſe intrat per o-
ſtium, quia Chriſtus & deus & homo eſt. Et quid
opus eſt multa percurrere, & multa uana hæreſiũ
dinumerare? Hoc tenete, ouile Chriſti eſſe eccleſiã
catholicã. Quicunq; uult intrare ad ouile, p oſtiũ
intret, Chriſtum uerum prædicet. Non ſolũ Chri
ſtum uerũ pdicet, ſed Chriſti gloriã quærat, nõ ſu
am. Nam multi quærendo gloriã ſuam, oues Chri
ſparſerunt potius q̃ cõgregauerũt. Humilis enim
ianua eſt Chriſtus. Qui intrat per hãc ianuã, opor
tet

ter ut humiliet ſe, ut ſano capite poſſit intrare.
Qui aũt ſe nõ humiliat, ſed extollit, ꝑ maceriẽ uult
aſcendere. Qui enim per maceriã aſcẽdit, ideo ex-
altatur, ut cadat. Tecte tñ adhuc loquitur dñs Ie-
ſus, nõdum intelligitur. Nominat oſtium, nominat
ouile, nominat oues. Cõmẽdat hęc omnia, ſed nõ-
dum exponit. Legamus ergo quia uenturus eſt ad
ea uerba, in quibus nobis aliqua quę dixit, digne-
tur exponere, ex quorum expoſitione dabit nobis
fortaſſe etiã illa quę non expoſuit, intelligere. Paſ-
cit enim manifeſtis, exercet obſcuris. Qui non in-
trat per oſtiũ in ouile ouiũ, ſed aſcendit aliunde, uę
miſero, quia caſurus eſt. Sit ergo humilis, per oſtiũ
intret, plano pede ueniat, & non offendet. Ille, in-
quit, fur eſt & latro, qui oues ſuas uult dicere oues
alienas, ad hoc ſuas, id eſt, furto ablatas, nõ ut ſal-
uet, ſed ut occidat. Ergo fur eſt, quia quod alienũ
eſt, ſuum dicit. Latro, quia & quod eſt furatus, occi-
dit. ¶ *Qui autem intrat per oſtiũ, paſtor eſt ouium, huic
oſtiarius aperit.* De oſtiario iſto tunc quæramus, qñ
ab ipſo domino audierimus quod ſit oſtiũ, & quis
ſit paſtor. ¶ *Et oues eius uocem audiunt. Et proprias
oues uocat nominatim.* Habet enim nomina eorũ ſcri-
pta in libro uitę. Proprias oues uocat nominatim.
2. Ti. 2. Hinc dicit Apoſtolus: Nouit dominus q ſunt eius.
*Et educit eas: & cũ proprias oues emiſerit, ante eas ua-
dit, & oues illum ſequũtur, quia ſciunt uocem eius. Alie-
num autem non ſequuntur, ſed fugiũt ab eo, quia non no-
uerunt uocem alienorũ.* Tecta ſunt uerba hæc, plena
quæſtionibus, grauida ſacramentis. Sequamur er-
go & audiamus magiſtrũ ex his obſcuris aliquid
aperientem, & per id quod aperit, nos forte intra-
re facientem. *Hoc prouerbiũ dixit illis Ieſus. Illi autem
non cognouerunt quid loqueretur eis.* Forte nec nos,
quid ergo intereſt inter illos & nos, antequã ipſa
uerba cognoſcamus & nos? Quia & nos pulſamus
ut aperiatur nobis, illi autem Chriſtũ negãdo no-
lebant intrare ſeruãdi, ſed foras remanere perden-
di. Quod ergo nos audiuimus hæc pie, quod ante-
quã illa intelligamus credimus uera eſſe atq; diui-
na, magna ab iſtis diuerſitate diſtamus. Incipiamus
ergo audire exponentẽ, quẽ audiuimus proponẽ-
tem. ¶ *Dixit ergo illis iterum Ieſus: Amẽ amen di. uo-
bis, quia ego ſum oſtium ouiũ.* Ecce ipſum oſtiũ quod
clauſum poſuerat, aperuit. Ipſe eſt oſtium. Agnoui-
mus, intremus, ut nos intraſſe gaudeamus. *Omnes
quotquot uenerũt, fures ſunt & latrones.* Quid eſt hoc
domine, omnes quotquot uenerãt? Quid enim? Tu
non ueniſti? Sed intellige, omnes quotquot uene-
runt, dixit utiq;, præter me. Recolamus ergo. An-
te aduentum ipſius uenerunt prophetæ, nũquid fu-
res & latrones fuerunt? Abſit, non preter illũ ue-
nerunt, quia cum illo uenerunt. Vẽturus præcones
mittebat, ſed eorum corda quos miſerat poſſide-
bat. Vultis noſſe quia cũ illo uenerunt? quia eſt ipſe
ſemper. Carnẽ quippe accepit ex tẽpore. Quid eſt
Iohan. 1. ergo ſemper? In principio erat uerbum. Cũ illo er-
Ioh. 14. go uenerunt, q cum uerbo dei uenerunt. Ego ſum,
inquit, uia, ueritas & uita. Si ipſe eſt ueritas, cum
illo uenerunt qui ueraces fuerunt. Quotquot ergo
præter illum, ſunt fures & latrones. i. ad furandum
& occidendum. ¶ *Sed non audierunt eos oues.* Maior
hæc quæſtio eſt, non audierunt eos oues. Ante ad-
uentum dñi noſtri Ieſu Chriſti, quo humilis uenit
in carne, pręceſſerunt iuſti, ſic in eũ credẽtes uentu-
rum, quomodo nos credimus in eũ qui uenit. Tem-
pora uariata ſunt, nõ fides: quia & ipſa uerba pro
tempore uariãtur, cum uarie declinantur. Aliũ ſo-
num habet, uẽturus eſt: alium ſonum habet, uenit.
Mutatus eſt ſonus, uẽturus eſt, & uenit. Eadẽ fides
utroſq; cõiungit, & eos qui uẽturum eſſe, & eos q
eum ueniſſe crediderũt. Diuerſis quidẽ tẽporibus,
ſed utroſq; ꝑ unum fidei oſtium, hoc eſt, ꝑ Chriſtũ
uidemus ingreſſos. Nos credimus dominũ Ieſum
Chriſtum natũ ex uirgine: ueniſſe in carne, paſſum
eſſe, reſurrexiſſe, in cœlum aſcendiſſe. Totũ hoc, ſi-
cut auditis uerba præteriti temporis, impletũ eſſe
iam credimus. In eius ſunt fidei ſocietate nobiſcũ
& illi patres, qui crediderũt de uirgine naſciturũ,
paſſurum & reſurrecturũ, in cœlũ aſcẽſurum. Illos 2. Co. 4.
enim oſtendit Apoſtolus ubi ait: Habentes autem Pſal. 115.
eundẽ ſpũm fidei, ſicut ſcriptũ eſt: Credidi, propter
quod & locutus ſum. Et nos credimus, ꝓpter quod
& loquimur. Vt ſcias autẽ quod una ſit fides, audi
dicentẽ: Habẽtes eũdẽ ſpũm fidei, & nos credimus.
Quotquot ergo illo tẽpore crediderunt uel Abra-
hæ, uel Iſaac, uel Iacob, uel Moyſi, uel alijs patriar-
chis, alijsq; prophetis Chriſtũ prænunciãtibus, o-
ues erant, & Chriſtũ audierunt, nõ alienã uocẽ, ſed
ipſius audierunt. Iudex fuerat in pręcone, quia &
qñ iudex loquitur ꝑ ꝑconẽ, exceptor nõ facit, non
ꝑco dixit, ſed iudex dixit. Alij ſunt ergo quos non
audierunt oues, in quibus nõ erat uox Chriſti, er-
rantes, falſa dicẽtes, inania garriẽtes, uana fingen-
tes, miſeros ſeducentes: Quid eſt ergo quod dixi,
maior hæc quæſtio eſt? Quid habet obſcurũ & ad
intelligendũ difficile, audite obſecro: Ecce dñs ip-
ſe Ieſus Chriſtus, uenit, ꝑdicauit. Vtiq; multo ma-
gis uox paſtoris erat expreſſa ipſo ore paſtoris. Si
enĩ ꝑ ꝓphetas uox paſtoris erat, quãto magis uo-
cẽ paſtoris proferebat lingua ipſa paſtoris? Nõ o-
mnes audierunt. Sed qd putamus? Qui audierunt,
oues erãt? Ecce audiuit Iudas, & lupus erat, ſeque- Ioh. 8.
batur, ſed pelle ouina tectus paſtori inſidiabatͣ. Ali-
qui uero eorũ qui Chriſtũ crucifixerunt, nõ audie-
bant, & oues erãt. Ipſos enĩ uidebat in turba qñ di-
cebat: Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs, tunc agnoſcetis,
q; ego ſum. Quõ enim iſta ſoluitur quæſtio? Audi-
unt nõ oues, & nõ audiunt oues. Sequuntur uocem
paſtoris quidẽ lupi, & ei quædã cõtradicunt oues.
Poſtremo paſtorẽ occidũt oues. Soluatur quęſtio.
Reſpõdet enim aliqs & dicit: Sed quãdo nõ audie-
bant, oues nondũ erant, tunc lupi erãt: uox audita
eos mutauit, & ex lupis oues fecit. Quãdo ergo fa-
ctæ ſunt oues, audierunt, & paſtorẽ inuenerãt, pa-
ſtorẽq; ſecutæ ſunt, paſtoris promiſſa ſperauerũt,
q; iuſſa fecerunt. Soluta eſt utcunq; iſta quęſtio, &
cuiq̃ forte ſufficiat, me autẽ adhuc mouet, & quid
me moueat cõmunico uobiſcũ, ut quodãmodo q-
rens uobiſcum, reuelãte illo uobiſcum merear in-
uenire. Quid ergo me moueat, accipite. Per Eze-
chielẽ ꝓphetã deus obiurgat paſtores, & dicit in- Eze. 34
ter cętera de ouibus: Errantẽ nõ reuocaſtis. Errã-
tẽ dicit, & ouẽ appellat. Si qñ errabat, ouis erat, cu-
ius uocẽ ut erraret, audiebat? Proculdubio enim nõ
erraret, ſi uocẽ paſtoris audiret. Sed ideo errauit,
q; uocẽ audiuit alieni, uocẽ furis & latronis audi-
uit. Certe latronũ uoces nõ audiũt oues. Qui uene-
runt, inqt, & intelligimus ꝑter me, fures ſunt & la-
trones, & nõ audierunt eos oues. Domine, ſi nõ au-
dierunt oues, quomodo errant oues? Si oues nõ au-
diunt niſi te, tu autẽ ueritas es, quiſquis ueritatem
audit, nõ utiq; errat. Illi autem errant, & oues ap-
pellantur. Nam ſi in errore ipſo oues non appel-
larentur, non diceretur per Ezechielem, erran-
tem ouem non reuocaſtis. Quomodo & errat, &
ouis

ouis eſt? Vocem alieni audiuit. Certe non audierũt
eos oues. Audiſtis fratres altitudinem quæſtionis.
Dico ergo: Nouit dominus qui ſunt eius, nouit pręſcitos, nouit pdeſtinatos. Nouit dominus qui ſunt
eius, ipſæ ſunt oues, aliquando ſe ipſę neſciunt, ſed
paſtor nouit eas, ſecundum iſtã prędeſtinationem,
ſecundum iſtam dei præſcientiam, ſecundũ electionem ouium ante conſtitutionẽ mundi. Nam hoc
Eph.1. dicit Apoſtolus: Sicut elegit nos in ipſo ante cõſtitutionem mundi. Secundum ergo iſtam præſcientiam dei, & prędeſtinationẽ, quã multę oues foris,
quam multi lupi intus, & quã multæ oues intus, &
quam multi lupi foris. Quid eſt quod dixi, q̃ multę
oues foris? Quam multi modo luxuriãtur, caſti futuri: quam multi blaſphemant Chriſtũ, credituri
in Chriſtum: q̃ multi ſe inebriant, futuri ſobrij: q̃
multi rapiunt res alienas, donaturi ſuas? Veruntamẽ modo alienam uocem audiũt, alienos ſequuntur. Item q̃ multi intus laudant blaſphematuri, caſti ſunt fornicaturi, ſobrij ſunt ſe uino poſtea ſepulturi, ſtant caſuri, & nõ oues, de prędeſtinatis enim
loquimur, de his quos dominus nouit, q ſunt eius,
& tamen ipſi quã diu recte ſapiunt, Chriſti uocem
audiunt. Ecce audiunt ipſi, non audiunt illi, & tamen ſecundum prędeſtinationem non oues iſti, oues illi. Adhuc manet quæſtio, quæ mihi interim
nunc uidetur ita poſſe diſſolui. Eſt aliqua uox, eſt
Mat.10. inquam uox aliq̃ paſtoris, in qua oues non audiunt
alienos, in qua oues nõ audiunt Chriſtũ. Quæ eſt
iſta uox? Qui perſeuerauerit uſq; ad finem, hic ſaluus erit. Hanc uocem non negligit proprius, non
audit alienus. Nam & ille hoc ei prædicat, ut perſeueret apud ipſum uſq; in finem. Sed nõ apud eũ
perſeuerando, non audit hãc uocem. Iſtam quę audierit, ouis eſt. Sed audiebat illã neſcio quis, & deſipuit & refriguit, audiuit alienam. Si prædeſtinatus eſt, ad tempus errauit, in æternum non periet.
Redit ut audiat quod neglexit, facit quod audiuit.
Si enim de his eſt qui prędeſtinati ſunt, & errorem
ipſius deus præſciuit, & conuerſionem futuram.
Si aberrauit, redit ut audiat uocẽ illã paſtoris, &
ſequatur dicẽtem: Qui perſeuerauerit uſq; in finẽ,
hic ſaluus erit. Bona uox fratres, uera, paſtoralis,
ipſa eſt uox ſalutis in tabernaculis iuſtorũ. Perſeuerare uſq; in finẽ, hoc eſt ouiũ uocẽ paſtoris audientiũ. Tentatio accidit, perſeuera uſq; in finem. Vſq;
in quem finem perſeuerabis? Quouſq; finias uiam,
hoc eſt, iſtam mortalem uitã. Vt potui, ut deus donauit, profundam multũ quæſtionem aut expoſui
uobis, aut tractaui uobiſcũ. Per hoc ergo quod expoſuit dñs, quia ipſe eſt oſtiũ, intremus ad ea quæ
propoſuit nec expoſuit. Et paſtor quidẽ quiſnam
ſit, quamuis non dixerit in lectione iſta quæ hodie
recitata eſt, tamen in ea quæ ſequitur, apertiſſime
dicitur, ego ſum paſtor bonus. Quod & ſi nõ diceret, quem aliũ pter ipſum intelligere deberemus
in eius uerbis, ubi ait: Qui intrat per oſtiũ, paſtor
eſt ouiũ: huic oſtiarius aperit, & oues uocat nominatim, & educit eas: & cũ proprias oues emiſerit,
Ioh.10. ante eas uadit, & oues eũ ſequuntur, quia ſciũt uocem eius? Quis enim alius oues ſuas uocat nominatim, & educit eas hinc ad uitã ęternã, niſi qui nouit
nomina prędeſtinatorũ? Vnde ait diſcipulis ſuis:
Luc.10. Gaudete, quoniã nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Hinc enim eas uocat nominatim. Et quis alius
eas emittit, niſi qui eorũ peccata dimittit, ut eũ ſequi duris liberatæ uinculis poſſint? Et quis eas pręceſſit, quo eum ſequantur, niſi qui ſurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur? Vnde illud quod ait: ¶ *Ego ſum oſtium: per me* Rom.6.
ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur et egredietur
& paſcua inueniet, in hoc euidenter oſtendit, nõ ſolum paſtorẽ, ſed etiam oues intrare per oſtiũ. Non
pigeat nos fratres ſecundũ quaſdam ſimilitudines
accipere oſtiũ ipſum oſtiariũ. Quid eſt enim oſtiũ
quo intramus? quis eſt oſtiarius qui aperit? quis ergo ſe aperit, niſi q ſeipſum exponit? Ecce dominus
dixerat oſtiũ, non intellexeramus: quando nõ intellex imus, clauſum erat: q aperuit, ipſe eſt oſtiarius.
Nulla eſt ergo neceſſitas aliquid aliud quęrere, nulla neceſſitas, ſed forte eſt uoluntas. Si eſt uoluntas,
noli exorbitare, noli à trinitate diſcedere. Si aliã
perſonam quęris oſtiarij, ſpirituſſanctus occurrat.
Non enim dedignabitur oſtiarius eſſe ſpũſſanctus,
quando ipſum eſſe dignatus eſt filius. Vide oſtiariũ
forte ipſum ſpũmſanctũ, ipſe dñs diſcipulis de ſpiritu ſancto dicit, Ipſe uos docebit omnẽ ueritatẽ. Ioh.16.
Oſtiũ qd eſt? Chriſtus. Quid eſt Chriſtus? Veritas.
Quis aperit oſtiũ, niſi q docet omnẽ ueritatẽ? Sed
quid eſt, ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet? Ingredi quippe in eccleſiã per oſtiũ Chriſtũ,
ualde bonũ eſt. Exire autẽ de eccleſia, ſicut ait iſte
ipſe euangeliſta in epiſtola ſua: Ex nobis exierunt, 1.Ioh.2.
ſed non erant ex nobis, nõ eſt utiq; bonũ. Talis ergo egreſſus nõ poſſet à bono paſtore laudari, ut diceret: Et ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Eſt ergo aliquis, nõ ſolũ ingreſſus, uerũetiam
egreſſus bonus per oſtiũ bonũ, quod eſt Chriſtus.
Sed quis eſt iſte laudabilis & beatus egreſſus? Poſſem quidẽ dicere ingredi nos, quando interius aliqd cogitamus, egredi autẽ, qñ exterius aliqd operamur, ex quo, ſicut dicit Apoſtolus: Per fidẽ habi- Ephe.3.
tat Chriſtus in cordibus ueſtris. Ingredi p Chriſtũ, eſſet ſecundũ ipſam fidẽ cogitare: egredi autẽ
per Chriſtũ, ſecundũ ipſam fidẽ etiam foris, id eſt,
coram hominibus operari. Vnde & in Pſ. legitur: Pſal.103.
Exibit homo ad opus ſuũ. Et ipſe dominus dicit: Mat.5.
Luceãt opera ueſtra corã hominibus. Sed plus me
delectat, quod ipſa ueritas tanq̃ paſtor bonus, &
ideo doctor bonus, quodammodo nos admonuit,
quemadmodũ intelligere debeamus quod ait, Ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet, cũ ſecutus adiunxit: ¶ *Fur non uenit niſi ut furetur, & mactet, & perdat: ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant.* Videtur enim mihi dixiſſe, ut uitã habeant ingredientes, & abundantius habeant egredientes. Non autẽ poteſt quiſquã per oſtiũ, id eſt,
per Chriſtũ egredi ad uitã æternã, quę erit in ſpecie, niſi per ipſum oſtiũ, hoc eſt, p eũdem Chriſtũ,
in eccleſiam eius, quod eſt ouile eius, intrauerit ad Gal.5.
uitam temporalem, q̃ eſt in fide. Ideo ait: Ego ueni Aba.2.
ut uitam habeant, hoc eſt, fidem quæ per dilectionem operatur, per quam fidem in ouile ingrediuntur ut uiuant, quia iuſtus ex fide uiuit. Et abundantius habeant, q perſeuerando uſq; in finem, per illud oſtium, id eſt, per fidem Chriſti egrediuntur,
qm & fideles moriuntur, & abundantius habebunt
uitam, ueniendo quo paſtor ille pręceſſit, ubi nunquam deinde moriatur. Quãuis ergo & hic in ipſo
ouili non deſint paſcua, quoniam ad utrunq; poſſumus intelligere quod dictum eſt, & paſcua inueniet, id eſt, & ad ingreſſum & egreſſum, tamen tunc
uera paſcua inuenient, ubi ſaturentur qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, qualia paſcua inuenit cui Luc.23.
dictum eſt: Hodie mecum eris in paradiſo. Tu
autem.

Feria

FERIA IIII. PENTECO-ſtes. Iohan. VI.

¶In illo tempore Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is: Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſ-
cendi. Si quis manducauerit ex hoc pane,
uiuet in æternum, & rel. Homilia Beati
Auguſtini epiſcopi.

CVM DOMINVS noſter Ieſus Chri-
ſtus, ſicut in euangelio cũ legeretur au-
diuimus, panẽ ſe eſſe dixiſſet qui de cœ-
lo deſcendit, murmurauerunt Iudæi, &
dixerunt: Nonne hic eſt I E S V S filius
Ioha. 6. Ioſeph, cuius nos nouimus patrẽ & matrem? Quo-
modo ergo dicit hic, quia de cœlo deſcendi? Iſti à
pane de cœlo longe erant, nec eum eſurire noue-
raut, fauces cordis languidas habebant, auribus a-
pertis ſurdi erant, uidebant, & cæci ſtabant. Panis
quippe iſte interioris hominis quærit eſuriem. Vn-
de alio loco dicit: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iu-
Matt. 5. ſtitiam, quoniã ipſi ſaturabuntur. Iuſtitiã uero no-
bis eſſe Chriſtum, Paulus apoſtolus dicit. Ac per
hoc qui eſurit hunc panem, eſurit iuſtitiã, ſed iuſti-
tiam quę de cœlo deſcẽdit, iuſtitiã quã dedit deus,
nõ quam ſibi facit homo. Si enim nullã ſibi faceret
homo iuſtitiam, nõ diceret idem Apoſtolus de Iu-
Ro. 10. dæis: Ignorantes enim dei iuſtitiã, & ſuam uolen-
tes conſtituere, iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti. Iudęi
erant iſti, qui panem de cœlo deſcendentẽ non in-
telligebant, quia ſua iuſtitia ſaturati, iuſtitiam dei
non eſuriebãt. Quid eſt hoc, iuſtitia dei, & iuſtitia
hominis? Iuſtitia dei hic dicitur, non qua iuſtus eſt
deus, ſed qua dat homini deus ut iuſtus ſit homo.
Per quem? Per deum. Quæ autem erat illorum iu-
ſtitia, qui de ſuis uiribus pręſumebant, & quaſi im-
pletores legis, ſeipſos ex ſua uirtute iuſtos dice-
bãt? Nemo autem implet legem, niſi quẽ adiuuerit
gratia, id eſt, panis qui de cœlo deſcendit. Legis e-
Ro. 13. nim plenitudo, ut compendio ait Apoſtolus, chari-
tas eſt: charitas non nummi, non auri aut argenti,
nõ poſſeſſionũ terrenarũ, ſed dei uidelicet & pro-
ximi, charitas non terræ, non cœli, ſed eius qui fe-
cit cœlum & terrã. Vnde iſta charitas homini? Ip-
Rom. 5. ſum audiamus. Charitas, inquit, dei diffuſa eſt in
cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt
nobis. Daturus ergo dominus ſpiritũ ſanctũ, dixit
ſe panem qui de cœlo deſcendit, hortans ut creda-
mus in eũ. Credere enim in eum, hoc eſt manduca-
re panẽ uiuum. Qui credit in eum, mãducat & in-
uiſibiliter ſaginatur, quia inuiſibiliter renaſcitur.
Infans intus eſt, nouus intus eſt. Ibi nouellatur, ibi
ſatiatur. Quid ergo talibus murmurãtibus reſpon-
dit Ieſus? ¶*Nolite murmurare inuicem*. Tanquam di-
cens: Scio quare eſuriatis, & iſtum panẽ non intel-
ligatis, neq; quæratis. ¶*Nolite murmurare inuicem.
Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater qui miſit me, attra-
xerit eum*. Gratiæ hæc magna commẽdatio. Nemo
uenit niſi tractus. Quem trahat, & quem non tra-
hat, quare illum trahat, & quare illum nõ trahat,
noli uelle iudicare, ſi non uis errare. Semel accipe,
& intellige. Nondum traheris? ora ut traharis.
Quid hic dicimus fratres? Si trahimur ad Chriſtũ,
ergo inuiti credimus, ergo uiolentia adhibetur,
non uolũtas excitatur. Intrare quiſquã eccleſiam
poteſt nolens, accedere ad altare poteſt nolẽs, ac-
cipere poteſt ſacramentũ nolens, credere non po-
teſt niſi uolens. Si corpore crederetur, fieret in no-
lentibus, ſed nõ corpore creditur. Apoſtolũ audi.
Corde creditur ad iuſtitiã. Et quid ſequitur? Ore Ro. 10.
autem confeſſio fit ad ſalutem. De radice cordis Ibid.
ſurgit iſta confeſſio. Aliquando audis confitẽtem,
& neſcis ardentem, uocas confitentẽ, & neſcis cre-
dentẽ: ſed nec debes uocare confitentem, quẽ iudi-
cas non credentem. Hoc enim eſt confiteri, dicere
quod habes in corde. Si autẽ aliud in corde habes,
aliud dicis, loqueris, non confiteris. Cum ergo in
Chriſtum corde credatur, quod nemo utiq; facit
inuitus, qui autem trahitur, tanquam inuitus cogi
uidetur: quomodo iſtam ſoluimus quęſtionem, ne-
mo uenit ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit
eum? Si trahitur, ait aliquis, inuitus uenit, ſi inuitus
uenit, non credit. Si non credit, nec uenit. Non e-
nim ad Chriſtũ ambulando currimus, ſed creden-
do. Nec motu corporis, ſed uoluntate cordis acce-
dimus. Ideo illa mulier quæ fimbriam tetigit, ma-
gis tetigit quam turba quæ preſſit. Ideo dominus Luc. 8.
dixit: Quis me tetigit? Et mirantes diſcipuli dixe-
rũt: Turba te comprimit, & dicis, quis me tetigit?
Et ille repetiuit: Tetigit me aliquis. Illa tãgit, tur-
ba premit. Quid eſt tetigit, niſi credidit? Vnde &
illi mulieri poſt reſurrectionẽ dixit, uolẽti ſe mit-
tere ad pedes eius miſericordiã domini perpẽdens Ioh. 20.
Noli me tangere, nondũ enim aſcendi ad patrẽ me-
um. Quod uides, hoc ſolũ me eſſe putas. Noli me
tangere, quid eſt? Hoc ſolum me eſſe putas, quod
tibi appareo. Noli me ſic credere, hoc eſt, noli me
tangere, nondum enim aſcendi ad patrẽ. Tibi nõ-
dum aſcendi, nam inde nunquã antea receſſi. In ter-
ra non tangebat ſtantẽ, quomodo tangeret ad pa-
trem aſcendentem? Sic tamẽ, ſic ſe tangi uoluit, ſic
tangitur ab eis à quibus bene tangitur, aſcendens
ad patrem, manens cum patre, æqualis patri. Inde
& hic ſi aduertitis, nemo uenit ad me, niſi quẽ pa-
ter attraxerit, nolite cogitare inuitum trahi, inui-
tus trahitur animus ex amore. Nec timere debe-
mus, ne ab hominibus qui uerba perpendunt, & à
rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti
ſunt, in hoc ſcripturarum euangelico uerbo forſi-
tan reprehendamur, & dicatur nobis: Quomodo
uoluntate credo, ſi trahor? Ego dico, parũ eſt uo-
lũtate ire, etiã uoluptate traheris. Quid eſt uolu- Pſal. 36.
ptate trahi? Delectare in dño, & dabit tibi petiti-
ones cordis tui. Eſt quędã uoluptas cordis, cui pa-
nis dulcis eſt ille cœleſtis. Porro ſi poetæ dicere li-
cuit: Trahit ſua quenq; uoluptas, nõ neceſſitas, ſed
uoluptas, non obligatio, ſed delectatio, quãto for-
tius nos dicere debemus trahi hominẽ ad Chriſtũ,
qui delectatur ueritate, delectatur beatitudine, de-
lectatur iuſtitia, delectatur ſempiterna uita? quod
totũ Chriſtus eſt. An uero habent corporis ſenſus
uoluptates ſuas, & animus deſeritur à uoluptati-
bus ſuis? Si animus non habet uoluptates ſuas, un-
de dicitur, Filij autem hominũ in tegmine alarum Pſal. 35.
tuarũ ſperabũt, inebriabũtur ab ubertate domus
tuæ, & torrẽte uoluptatis tuę potabis eos, quoniã
apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus
lumẽ. Da amantem, & ſentit quod dico. Da deſide-
rantẽ, da eſurientẽ, da in iſta ſolitudine peregrinã-
tẽ atq; ſitientẽ, & ad fontẽ æternę patrię ſuſpiran-
tẽ: da talẽ, & ſcit quid dicã. Si autẽ frigido loquor,
neſcit quid loquor. Tales erant iſti qui inuicẽ mur-
murabãt. Pater, inquit, quẽ traxerit, uenit ad me.
Quid eſt autem, pater quẽ traxerit, cũ ipſe Chri-
ſtus trahat? Quare uoluit dicere, pater quẽ traxe-
rit? Si trahẽdi ſumus, ab illo trahamur cui dicit quę-
dam

dam quæ diligit: Poſt odorem unguentorum tuo-
rum curremus. Sed quid intelligi uoluit, aduerta-
mus fratres, & quantum poſſumus capiamus. Tra
hit pater ad filium eos, qui propterea credunt in
filium, quia eum cogitant patrem habere deū. De-
us enim pater æqualem ſibi genuit filium. Et qui
cogitat, atq; in fide ſua ſentit & ruminat æqualem
eſſe patri eum in quē credidit, ipſum trahit pater
ad filium. Arrius credidit creaturam, non eum tra-
xit pater, quia non conſiderat patrem, qui filium
non credit æqualem. Quid dicis o Arri? Quid hæ-
retice loqueris? Quid eſt CHRISTVS? Non, in-
quit, deus uerus. Non te traxit pater: non enim in-
telligis patrem, cuius filium negas. Aliud cogitas,
nō eſt ipſe filius, nec à patre traheris, nec ad filium
traheris. Aliud eſt enim filius, aliud quod tu dicis.
Photinus dixit, Homo ſolus eſt Chriſtus, nō eſt &
deus. Qui ſic credit, non pater eū trahit Quem pa
ter trahit? Tu es, inquit, Chriſtus filius dei uiui,
non ſicut propheta, non ſicut Iohannes, non ſicut
Mat.16. aliquis iuſtus, ſed ſicut unicus, ſicut æqualis. Tu es
Chriſtus filius dei uiui. Vide quia tractus eſt, & à
Ibid. patre tractus eſt. Et dominus quid? Beatus es Si-
mon Bariona, quoniam non tibi reuelauit caro &
ſanguis, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Iſta reue-
latio, iſta eſt attractio. Ramum uiridem oſtendis
oui, & trahis illam. Nuces puero demonſtrantur,
& trahitur: & quo currit trahitur, amando trahi-
tur, ſine læſione corporis trahitur, cordis uinculo
trahitur. Si ergo iſta quæ inter delicias uoluptates
teſq; terrenas reuelantur amātibus, trahunt, quo-
niam uerum eſt, Trahit ſua quenque uoluptas, nō
trahit reuelatus Chriſtus à patre? Quid enim for
tius deſiderat anima, quam ueritatem, quo auidas
fauces habere debet? Vnde optatur ut ſanus ſit in-
tus palatus uera iudicandi, niſi ut manducet & bi-
bat ſapientiam, iuſtitiam, ueritatem, & æternita-
tem? Vbi autē hoc? Ibi melius, uerius ibi, plenius
Mat.5. ibi, nam hic facilius poſſumus eſurire, & hoc, ſi bo
nam ſpem habemus, quam ſatiari. Beati enim, in-
quit, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, ſed hic, quo-
Ioh.6. niam ſaturabuntur, ſed ibi: ideo cum dixiſſet, Ne-
mo uenit ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit
eum, ilico ſubiecit: ¶ *Et ego reſuſcitabo eum in nouiſ-
ſimo die*. Reddo illi quod amat, reddo quod ſperat.
Videbit quod adhuc non uidendo credidit, mandu
cabit quod eſurijt, ſaturabitur eo quod ſitijt. Vbi?
In reſurrectione mortuorum, quia ego reſuſcita-
bo eum in nouiſſimo die. ¶ *Scriptum eſt enim in pro-
phetis: Et erunt omnes docibiles dei*. Quare hoc dixi o
Iudæi? Pater uos non docuit, quomodo me pote-
ſtis agnoſcere? Omnes regni illius homines doci-
biles dei erunt. Non ab hominibus audiēt, & ſi ab
hominibus audiunt, tamen quod intelligunt, intus
datur, intus coruſcat, intus reuelatur. Quid faciēt
homines forinſecus annunciantes? Quid ego mo-
do cum loquor? Strepitum uerborum ingero au-
ribus ueſtris. Niſi ergo reuelet illi qui intus eſt,
quid dico, uel quid loquor? Exterior cultor arbo-
ris, interior eſt creator: qui plantat & qui rigat,
1.Co.3. extrinſecus operatur. Hoc facimus nos. Sed neque
qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui in-
crementum dat deus Hoc eſt: Erunt omnes doci-
biles dei. Qui omnes? ¶ *Omnis qui audiuit a patre &
didicit, uenit ad me*: Videte quomodo trahit pater?
Docendo delectat, non neceſſitatem imponendo.
Ecce quomodo trahit. Erūt omnes docibiles dei.
Trahere, dei eſt. Omnis qui audiuit à patre & di-
cit, uenit ad me, trahere enim eſt dei. Quid igi-
tur fratres? Si omnis qui audiuit à patre & didi-
cit, ipſe uenit ad Chriſtum, Chriſtus hic nihil do-
cuit? Quid, quod patrem magiſtrum homines non
uiderunt, filium uiderunt? Filius dicebat, ſed pater
docebat. Ego homo cum ſim, quem doceo? quem
fratres, niſi eum qui audit uerbum meum? Si ego
cum homo ſim, illū doceo qui audit uerbū meum,
illum docet & pater, qui audit uerbū eius. Si illum
docet pater qui audit uerbum eius, quære quid ſit
Chriſtus, & inuenies uerbū eius. In principio erat
uerbum. Non in principio fecit deus uerbum, quo Ioh.1.
modo in principio fecit deus cœlū & terram. Ec-
ce quia non eſt creatura. Diſce trahi ad filium à pa Gen.1.
tre, doceat te pater, audi uerbum eius. Quod uer-
bum, inquis, audio? In principio erat uerbum. Nō
factum eſt, ſed erat. Quomodo homines in carne
conſtituti, audiunt tale uerbum? Quia uerbum ca- Ioh.1.
ro factum eſt, & habitauit in nobis. Exponit hoc
& ipſe, & oſtendit quid dixerit Qui audit à patre
& didicit, uenit ad me. Continuo ſubiecit quod
cogitare poſſemus. ¶ *Non quia patrem uidit aliquis,
niſi is qui eſt a deo, hic uidit patrem*. Quid eſt quod
ait: Ego uidi patrem, uos non uidiſtis patrem, &
tamen non uenitis ad me, niſi trahamini à patre,
niſi diſcere à patre? Quid eſt autem uobis trahi à
patre, niſi diſcere à patre? Quid eſt diſcere à patre
niſi audire a patre? Quid eſt audire a patre, niſi au-
dire uerbum patris, id eſt, me? Ne forte ergo cum
dico uobis, Omnis qui audiuit a patre & didicit,
dicatis apud uos, ſed nunquam uidimus patrem,
quomodo diſcere potuimus a patre? A meipſo au-
dite, non quia patrem uidit quiſquam, ſed qui eſt
a deo, hic uidit patrem. Ego noui patrem, ab illo
ſum. Sed quomodo uerbū ab illo cuius eſt uerbum,
non quod ſonat & tranſit, ſed quod manet cum di-
cente, & trahit audiētem? Admoneat quod ſequi-
tur: Amen amē dico uobis, qui credit in me, habet
uitam æternam Reuelare ſe uoluit quid eſſet. Nam
compendio dicere potuit, Qui credit in me, habet
me. ipſe enim Chriſtus uerus eſt deus, & uita æter
na. Qui credit ergo in me, it in me: & qui it in me,
habet me. Quid eſt autem habere me? Habere ui-
tam æternam. Vita æterna mortem aſſumpſit, uita
æterna mori uoluit, ſed de tuo, non de ſuo. Acce-
pit a te, ut moreretur pro te. Ab hominibus enim
carnem aſſumpſit, ſed non more hominum. Nam
patrem habēt in cœlo, matrem elegit in terra. Et
illic natus ſine matre, & hic ſine patre. Aſſumpſit
ergo uita mortem, ut uita occideret mortē. Nam
qui in me credit, inquit, habet uitam æternam. Nō
quod patet, ſed quod latet. Vita enim æterna uer
bum erat in principio apud deū, & deus erat uer-
bum, & uita erat lux hominum. Ipſe uita æterna,
dedit & carni ſuſcipere uitam æternam. Mori ue-
nit, in die tertia reſurrexit. Inter uerbum ſuſcipiē-
tem & carnem reſurgentem, mors media conſum
pta eſt. ¶ *Ego, inquit, ſum panis uitæ*. Et unde illi ſu-
perbierant? Patres, inquit, ueſtri manducauerunt
in deſerto manna, & mortui ſunt. Quid eſt unde
ſuperbitis? Manducauerunt māna, & mortui ſunt.
Quare manducauerūt māna & mortui ſunt? Quia
quod uidebant, credebant: quod non uidebāt, non
intelligebant. Ideo patres ueſtri, quia ſimiles eſtis
illorum, & infidelium filiorum infideles patres. nā
quātum pertinet fratres mei ad mortem iſtum ui-
ſibilem & corporalem, nūquid nos non morimur,
qui non manducamus panem de cœlo deſcenden-
tem?

tem? Sic ſunt mortui & illi, quemadmodum nos ſu
mus morituri, quantũ attinet (ut dixi) ad mortem
huius corporis uiſibilem atq; carnalem. Quantum
autem pertinet ad illam mortem de qua terret do
minus, quia mortui ſunt patres iſtorum, manduca
uit manna & Moyſes, manducauit manna & Aa-
ron, manducauit manna & Phinees, manducauerũt
ibi multi qui deo placuerunt, & mortui non ſunt.
Quare? Quia uiſibilem cibum ſpiritualiter intelle-
xerunt, ſpiritualiter eſurierunt, ſpiritualiter gu
ſtauerunt, ut ſpiritualiter ſatiarentur. Nã & nos
hodie accipimus uiſibilem cibum: ſed aliud eſt ſa-
cramentum, aliud uirtus ſacramenti. Quàm multi
accipiunt de altari, & moriuntur? unde dicit Apo-
1. Co. 11. ſtolus: Iudicium ſibi manducat & bibit. Non enim
buccella dominica uenenum fuit Iudæ, & tamen
accepit. Et cum accepit, inimicus in eum intrauit,
non quia malum accepit, ſed quia bonum male ma
lus accepit. Videte ergo fratres, panem cœleſtem
ſpiritualiter manducate, innocentiam ad altare ap
portate. Peccata & ſi ſint quotidiana, uel non ſint
mortifera, antequam ad altare accedatis, attẽdite
Matt. 6. quid dicatis: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &
nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimittis, di
mittetur tibi. Securus accede, panis eſt, non uene-
num, ſed uide ſi dimittis. Nam ſi non dimittis, mẽ-
tiris, & ei mentiris quem non fallis. Mentire deo
potes, fallere deũ nõ potes. Notat ille quid agas.
Intus te uidet, intus te examinat, intus inſpicit, in-
tus iudicat, intus damnat aut coronat. Patres autẽ
iſtorum, id eſt, mali patres malorum, infideles pa-
tres infidelium, murmuratores, patres murmura-
torum. Nam de nulla re magis deum offendiſſe ille
populus dictus eſt, quàm contra deum murmuran
do: ideo & dominus eos uolens oſtendere talium
filios, hinc ad eos cœpit: Quid murmuratis inuicẽ
murmuratores, filij murmuratorum? Patres ueſtri
manducauerunt manna, & mortui ſunt. Non quia
malum erat manna, ſed quia male manducauerũt.
Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Hunc panem
ſignificauit manna, hunc panẽ ſignificat altare dei.
Sacramenta illa fuerunt, in ſignis diuerſa ſunt, ſed
1. Co. 10 in re quæ ſignificatur, paria ſunt. Apoſtolum audi:
Nolo enim uos, inquit, ignorare fratres, quia pa-
tres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes ma-
re tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt,
in nube & in mari, & omnes eãdem eſcam ſpiritua
lem mãducauerunt. Spiritualem utiq; eandem, cor-
poralem uero alteram, quia illi manna, nos aliud,
ſpiritualem uero eam quam nos. Sed patres noſtri
non patres illorum, quibus nos ſimiles ſumus, non
quibus illi ſimiles fuerunt. Et adiungit: Et omnes
eundem potum ſpiritualem biberunt. Aliud illi, a-
liud nos, ſed ſpecie uiſibili, quod tamen hoc idem
ſignificaret uirtute ſpirituali. Quomodo enim eun
dem potum? Bibebant, inquit, de ſpirituali ſequen-
ti eos petra, petra autẽ erat Chriſtus. Inde panis,
inde potus, petra Chriſtus in ſignum. Verus Chri-
ſtus in uerbo & in pane. Et quomodo biberunt?
Num. 20 Percuſſa eſt petra de uirga bis. Gemina percuſſio,
duo crucis ligna ſignificat. ¶ *Hic eſt ergo panis de cœ
lo deſcendens, ut ſi quis ex ipſo manducauerit, non mo-
riatur.* Sed quod pertinet ad uirtutem ſacramenti,
non quod pertinet ad uiſibile ſacramentum. Qui
manducat intus, non foris: qui manducat in corde,
non qui premit dente. ¶ *Ego ſum panis uiuus, qui de
cœlo deſcendi.* Ideo uiuus, quia de cœlo deſcendi. De
cœlo deſcendit & mãna, ſed manna umbra eſt, iſta
ueritas eſt. ¶ *Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet
in æternum. Et panis quem ego dabo caro mea eſt pro
mundi uita.* Hoc quãdo caperet caro, quod dixit pa-
nem carnem? Vocatur caro; quod non capit caro:
& ideo magis non capit caro, quia uocatur caro.
Hoc enim exhorruerunt, hoc ad ſe multum eſſe di-
xerunt, hoc non poſſe fieri putauerunt. Caro mea
eſt cibus, inquit, pro mũdi uita. Norunt fideles cor
pus CRISTI, ſi corpus CHHRISTI eſſe nõ negli
gant. Fiant corpus Chriſti, ſi uolunt uiuere de ſpi-
ritu Chriſti. De ſpiritu Chriſti non uiuet, niſi ſit
corpus Chriſti. Intelligite fratres mei quid dixe-
rim: Homo es, & ſpiritum habes, & corpus habes.
Spiritũ dico, qui anima uocatur, qua conſtat quod
homo es. Conſtat enim ex anima & corpore. Ha-
bes itaq; ſpiritum inuiſibilem, corpus uiſibile. Dic
mihi quid ex quo uiuat? Spiritus tuus uiuit ex cor
pore tuo, an corpus tuum ex ſpiritu tuo? Reſpon-
det omnis qui uiuit, qui autem hoc non poteſt reſ-
pondere, neſcio ſi uiuit. Quid reſpondet omnis qui
uiuit? Corpus utiq; meũ uiuit de ſpiritu meo. Vis
ergo & tu uiuere de ſpiritu CHRISTI? in corpo-
re eſto Chriſti. Nunquid ergo corpus meum uiuit
de ſpiritu tuo? Meum uiuit de ſpiritu meo, & tuum
uiuit de ſpiritu tuo. Non poteſt uiuere corpus Chri
ſti, niſi ſpiritu dei. Inde eſt quod exponens nobis
apoſtolus Paulus hunc panem: Vnus, inquit, panis, 1. Co. 10
unum corpus multi ſumus. O ſacramentũ pietatis,
o ſignum unitatis, o uinculum charitatis. Qui uult
uiuere, habet ubi uiuat, habet unde uiuat. Accedat,
credat, incorporetur, ut uiuificetur. Non abhor-
reat à compage membrorum, non ſit putre mem-
brum quod reſecari mereatur, non ſit diſtortum
de quo erubeſcat. Sit pulchrum, ſit aptum, ſit ſa-
num. Hæreat corpori, uiuat deo de deo. Nunc la-
boret in terra, ut poſtea regnet in cœlo. Amen.

FERIA QVINTA PEN tecoſtes. Lucæ. IX.

¶In illo tempore: Conuocatis Ieſus duo-
decim Apoſtolis, dedit illis uirtutem & po
teſtatem ſuper omnia dæmonia, & ut lan-
guores curarent. Et reliqua. Homilia bea
ti Hieronymi presbyteri.

PRæcedentibus ſancti huius euãgelij locis nar
rat beatus Lucas, quia in illis diebus exijt Ie- Luc. 6.
ſus in montem orare, & erat diu pernoctans
in oratione dei. Et cum dies, inquit, factus eſſet, uo
cauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis.
Forma igitur præſcribitur o homo, quam debes
æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere opor-
tet, quando pro te Chriſtus in oratione perno-
ctat? Quid te facere conuenit, cum uis aliquod of-
ficium pietatis adoriri, quando Chriſtus miſſurus
Apoſtolos prius orare curauit? Non autem omnis
qui orat, aſcendit in montem. Eſt enim oratio quæ
peccatum facit. Sed qui bene orat, qui deum oran-
do quærit, hic à terrenis ad ſuperiora progrediẽs,
uerticem curiæ ſublimioris aſcendit. Qui uero de
diuitijs, aut honore ſeculari, aut certe de inimici
morte ſolicitus obſecrat, ipſe in infimis iacens, ui-
les ad deum preces mittit. Orat autem dominus,
non ut pro ſe obſecret, ſed ut pro me impetret. Nã
& ſi omnia poſuerit pater in poteſtate filij, filius
tamen ut formam hominis impleret, obſecrandum
patrem putat pro nobis eſſe, quia aduocatus no-
ſter eſt. Aduocatum enim, inquit, habemus apud

 patrem,

patrem, Ieſum Chriſtum. Si aduocatus eſt, debet
pro meis interuenire peccatis. Non ergo quaſi in-
Luce. 6. firmus, ſed quaſi pius obſecrat. Vis ſcire quia om-
nia quę uellet poſſet? Et aduocatus & iudex eſt. In
altero pietatis officium, in altero inſigne eſt pote-
ſtatis. Vis quoque ſcire quia mihi nō ſibi orauerit?
Et cū dies, inquit, factus eſſet, uocauit diſcipulos
ſuos, & elegit duodecim ex ipſis. Vbi notandum,
quod euangelica & apoſtolica ſcriptura nō ſolum
illos duodecim appellat diſcipulos Chriſti, ſed &
omnes in eum credētes, qui eius miniſterio ad re-
gnum cœlorum erudiebantur. Diſcipuli quippe à
diſcendo ſunt uocati, de quorum multitudine quos
ipſe uoluit elegit, quos & apoſtolos nominauit.
Mar. 3. Apoſtoli Græce, latine miſſi dicuntur. Cuius ſacra
mentum nominis exponens euangeliſta Marcus,
Ioh. 20. ait: Et fecit ut eſſent duodecim cum illo, & ut mit-
teret eos prædicare euangelium. Et ipſe dominus
dicit: Sicut me miſit pater, & ego mitto uos. Qui
bene duodecim ſunt electi, ut uidelicet mundi ſalu-
tem quam uerbo prædicarent, ſuo quoque numero
myſtice commēdarent. Ter enim quaterni decas
diſpondius. Hinc eſt illud, quia cū in typo eccleſię
3. Par. 4. Salomon domino templum conderet, fecit & ma-
re æneum, in quo ſacerdotes lauarentur. Duode-
cimq; hoc boum clunibus impoſuit, quorum tres
aquilonem, tres occidentem, tres meridiē, & tres
aſpicerent oriētem: figuraliter inſinuās, quoniam
apoſtoli apoſtolorumq; ſucceſſores, cunctas orbis
quadrati plagas fide & confeſſione ſanctæ trinita-
tis eſſent à peccatorum labe purgaturi. Qui bene
etiam in mōte eleguntur. Mons ille in quo apoſto-
los elegit dominus, altitudinem deſignat iuſtitiæ,
qua inſtituendi erāt, & quam prędicaturi homini-
bus. Nam quia miſſurus erat ad prędicandum euā-
gelium regni cœleſtis, merito per ſublimitatē loci
in quo electi ſunt, admonere eos uoluit, non in in-
fimis deſiderijs animū diſſoluere, ſed ad ſupna deſi-
deranda & quærenda ſemper erigere debere. Sic
etiam legem daturus priori populo ſuo, in monte
apparuit, de monte quæ agenda eſſent innotuit.
Mat. 3. Verum quia necdum erat tempus ut diceretur:
Pœnitentiam agite, appropinquabit enim re-
Exo. 20. gnum cœlorum, ſed tantum dicebatur: Honora
patrem tuum & matrem, ut ſis longæuus ſuper
terram, quam dominus deus tuus dabit tibi. Quāuis
uis hæc eadem uerba typice regnum uobis æter-
num quod eſt in terra uiuentium, promittant, ne-
Exo. 19. quaquam populus loquenti in monte Domino ap-
propinquare ualuit, de inferioribus quæ diceren-
tur audiuit, quia necdum mente capaci ad intelli-
genda myſteria quæ dicebantur, aſcendere noue-
rat: ſolusque Moyſes, quia legem ſpiritualiter au-
dire didicerat, montis in quo erat dominus, uer-
ticem cōſcendit. Bene autē dicitur, quia aſcendēs
in montē dominus, uocauit ad ſe quos uoluit ipſe.
Non enim illorum electionis ac ſtudij, ſed diuinæ
erat dignationis & gratiæ, ut in apoſtolatum uo-
Ioh. 15. carentur. Vnde & eis alibi dicit: Non uos me ele-
giſtis, ſed ego elegi uos. Modo autem fratres, cum
euangelium legeretur, audiuimus, quia cōuocatis
Ieſus duodecim apoſtolis, dedit illis poteſtatem &
uirtutem ſuper omnia dæmonia, & ut languores
curarent. Benignus & clemens dominus ac magi-
ſter non inuidet ſeruis atq; diſcipulis uirtutes ſuas
exercere. Et ſicut ipſe curauerat omnem languorē
& omnem infirmitatem, apoſtolis quoque ſuis tri-
buit poteſtatem, ut curarent omnem languorem,

omnem infirmitatem. Sed multa diſtantia eſt in-
ter habere & tribuere, donare & accipere. Iſte
quodcunque agit, poteſtate domini agit. Illi quic-
quid faciunt, imbecillitatem ſuam, & uirtutem do
mini confitentur, dicētes: In nomine Ieſu ſurge & Actu. 3.
ambula. Notandum autem, quod in duodecimo lo
co ſecundum Matthæū prima poteſtas ſignorum Mat. 10.
Apoſtolis conceditur. Nec hoc myſterio caret,
quod duodenario numero chorus apoſtolicus con
cluditur, ut ſcilicet mundi ſalus quæ uerbo ab eis
prædicaretur, ſuo etiam numero commēdaretur.
Ter etenim quaterni, duodecim faciūt. Et ter qua
terni ad prædicandū ſunt miſſi apoſtoli, ut per uni
uerſas quadrati orbis plagas baptizarent gentes
in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Vnde &
de ciuitate ſancta Hieruſalem deſcendente de cœ- Apo. 21.
lo à deo, ſcriptum eſt, quia erant ei ab oriente por
tę tres, & ab aquilone portę tres, & ab auſtro por
tæ tres, & ab occaſu portæ tres. Vbi figuraliter
oſtendebatur, quia prędicātibus apoſtolis, apoſto-
lorumq; ſucceſſoribus, cunctę per orbem nationes
in fide ſanctæ trinitatis eccleſiam eſſent ingreſſu-
ræ. In quo etiam ſacramento ita quondam filij Iſ-
rael circa tabernaculum caſtra metabantur, ut ex
omni parte quadrum, ternæ tribus manerēt. Quia
primitiua nimirum eccleſia, quæ erat in Iudæa, un-
diq; per circuitum ſui credentibus toto orbe nati-
onibus, ſpiritualia deo caſtra erat in fide & confeſ-
ſione ſanctæ trinitatis fixura. ¶ *Dedit, inquit, illis uir
tutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & ut langno
res curarent.* Poſtquam dominus nefandos ſpiri-
tus ſe prædicare prohibuit, elegit ſanctos, qui &
immundos ſpiritus eijcerent, & ipſi euangelium
munda mente ac lingua prędicarent: quibus etiam
cæteras infirmitates curandi, necnon & mortuos Mat. 10.
ſuſcitandi (ut Mathæus euangeliſta ſcribit) contu-
lit facultatem. ¶ *Et miſit illos prædicare regnum dei,
& ſanare infirmos.* Fortaſſe enim nemo crederet ho
minibus illiteratis promittentibus regna cœlo-
rum, ideo cōceſſit illis primum poteſtatem ſigno-
rum, & tunc miſit prædicare regnum dei, ut pro-
miſſorum magnitudini atteſtaretur etiam magni-
tudo factorum, fidemque daret uerbis uirtus o-
ſtenſa, & noua facerent, qui noua prędicarent: atq;
ad hoc uiſibilia miracula in ſanandis infirmitati-
bus exhiberent, ut corda audientium ad fidem in-
uiſibilium pertraherent. Vnde nunc quoquę cum
fidelium numeroſitas excreuit, intra ſanctam ec-
cleſiam multi ſunt, qui uitam uirtutum tenent, &
ſigna uirtutum non habent, quia fruſtra miracu- 1. Co. 14
lum foris oſtenditur, ſi deeſt quod intus opere-
tur. Nam iuxta magiſtri gentium uocem, lingnę
in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus. Ve-
rum ſigna quæ tunc per Apoſtolos corporaliter
fiebant, quotidie in ſancta eccleſia per ſanctos
prædicatores ſpiritualiter fiunt, cum in fide quis
infirmus, eorum prædicatione roboratur ad fi-
dem: cum mortuus quis in peccatis, gratia & miſe-
ricordia dei cōpunctus, per eorum eruditionē re-
ſuſcitatur ad pœnitentiam & confeſſionem pecca
torum ſuorū, dignaq; emendatione uitam meretur
tur ſempiternā. Seductus quis à diabolo in fornis
catione, aut auaritia quę eſt idolorum ſeruitus, aut
etiam quorundam capitalium criminum deceptus
errore, quæ omnia eſſe lepra animæ iudicātur, per
ora doctorum, uel etiam per exempla ſanctitatis
compuncti, redeunt ad ſinum matris eccleſiæ, cōfi-
tentes ſe iugiter in maximis deliquiſſe, & gemi-

tum

tum peccatorum ſuorũ inceſſabiliter oſtendentes,
culpas ſuas eleemoſynis, cæteriſq; operibus miſe-
ricordiæ redimunt, donec emendationẽ uitiorum
quibus implicati fuerant, in pœnitentia permanen
tes percipiant: nonne hi quaſi lepra mundati, ſalu-
tem uierentur æternam? *Et ait ad illos: Nihil tuleri-*
tis in uia, neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; pe-
cuniam, neq; duas tunicas habeatis. Tanta ergo ſacer-
dotibus debet in deo eſſe fiducia, ut nequaquã cu-
ris terrenæ negociationis, nec deſiderijs ſeculi im-
plicentur. Et quanuis præſentis uitæ ſumptus nõ
prouideant, tamen hos ſibi nunquam deeſſe certiſ-
ſime ſciant, ſi in opere uoluntatis dei, in uerboq;
prædicationis fideliter laborẽt, ne dum mens eo-
rum occupatur ad temporalia, minus ſibi ſubiectis
prouideant æterna. Pauperem uidelicet uitam ſa-
cerdotes debere habere demonſtrat, ne uiderẽtur
cauſa lucri prædicare: quia qui diuitias detrunca-
uit, propemodũ & neceſſaria uitæ amputauit: the-
ſauriſq; prohibitis, etiam gulam prohibet, cũ pa-
nem portare contradicit. In uirgæ prohibitione
nos admonet, non aliunde niſi à domino auxilium
quærere, ut qui domini habemus auxilium, baculi
præſidia non quæramus. Vnde alibi dicit: Quæri-
Luc. 12. te ergo primum regnũ dei & iuſtitiam eius, & hęc
omnia adijcientur uobis. Cum peram prohibuit,
honores terrenos uel etiam humanos fauores, nec
non & delectationem carnis omnimodis nos uita-
re debere monſtrat. Cum panem, contradicit, mo-
net, ut non in crapula & ebrietate ſit conuerſatio
nostra: & qui alijs abſtinentiam prædicamus, nos
Mar. 6. uitium gulæ à nobis abſcindamus. Porro Marcus
dicit, ſandalijs eos calceatos eſſe præcipi, ut neq;
pes tectus ſit, neq; nudus terram tangat, id eſt, ut
terreni commodi appetitu nequaquam prędicatio
occultetur, nec etiam exempla praua à ſacerdoti-
bus ſubditis demonſtrentur. Per pecuniam occul-
ta ſapientiæ deſignantur. Qui enim ſapientiæ uer-
bum habet, ſed hoc erogare proximo negligit, qua
ſi pecuniam clauſam portat. Verum quiſquis offici-
um doctoris accipit, neq; oneribus ſecularium ne-
gociorum deprimi, neq; deſiderijs carnalibus re-
ſolui, neq; commiſſum ſibi talentum uerbi ſub ocio
debet lenti torporis abſcondere. Cum duas tuni-
cas prohibet, monet nos nõ duplici eſſe animo, ali-
ud ore loquentes, & aliud in corde geſtantes, ſed
Mat. 10. beneuolos & benignos nos eſſe ad omnes. In alio
euãgelio ſcribitur dominũ apoſtolos uetuiſſe poſ-
ſidere aurum uel argentum, neq; pecuniã in zonis,
non peram in uia &c. Conſequenter hoc præcipit
euangelizatoribus ueritatis, quibus ante dixerat:
Ibid. Gratis accepiſtis, gratis date. Si enim ſic prędicãt,
ut precium non accipiant, ſuperflua eſt auri & ar-
genti nummorumq; poſſeſſio. Nam ſi habuiſſent
aurum & argentum, uiderentur non cauſa ſalutis
hominum, ſed cauſa lucri prædicare. Aes uero in
ſacculis ideo amputauit, ut apoſtoli doctores uerę
religionis, qui inſtituebant omnia prouidentia gu
bernari, ſeipſos oſtenderent nihil cogitare de cra-
ſtino. Non perã, inquit, in uia. Et ex hoc pręcepto
arguit philoſophos, qui uulgo appellãtur Bactro
peritæ, quod contẽptores ſeculi, & omnia pro ni-
hilo ducentes, cellarium ſecum uehant. Neq; duas
tunicas. In duabus tunicis uidetur mihi duplex o-
ſtendere ueſtimentũ, non quod in locis Scythię &
glaciali niue rigẽtibus una quis tunica debeat eſſe
contentus, ſed quod in tunica ueſtimentũ intelli-
gamus, ne alio ueſtiti, aliud nobis futurorum timo
re reſeruemus. Neq; calceamenta. Et Plato præci-
pit duas corporis ſummitates nõ eſſe uelandas, ne c
aſſuefieri debere molitiæ capitis & pedum, cum
enim hæc habuerint firmitatẽ, cætera robuſtiora
ſunt. Neq; uirgam. Auxilium habentes à domino,
baculi præſidia cur quæramus? Et quia quo dã mo-
do nudos & expeditos ad prędicandũ miſerat apo
ſtolos, & dura uidebatur eſſe cõditio magiſtrorũ,
ſeueritatem præcepti ſequenti ſentẽtia temperą-
uit, dicens: Dignus eſt operarius cibo. Tantũ (in- Mat. 10.
quit) accipite, quantũ in uictu & ueſtitu uobis ne-
ceſſarium eſt. Vnde & Apoſtolus replicat: Haben- 1. Ti. 6.
tes uictum & ueſtitum, his contenti ſumus. Cõmu Gal. 6.
nicet autẽ is qui catechizatur uerbo, ei qui ſe cate-
chizat, in omni bono: ut quorum diſcipuli metunt
ſpiritualia, conſortes eos faciant carnalium ſuorũ,
non in auaritia, ſed in neceſſitate. Hęc hiſtorice di-
xerimus. Cæterum ſecundũ anagogen: Non licet
magiſtris aurum & argentum & pecuniam quę in
zonis eſt, poſſidere. Aurũ ſæpe legimus pro ſenſu,
argentũ pro ſermone, ęs pro uoce. Hæc nobis non
licet ab alijs accipere, ſed data à domino poſſide-
re. Neq; hæreticorum & philoſophorum peruer-
ſasq; doctrinæ ſuſcipere diſciplinas, non ſeculi pon-
dere premi, neq; duplici eſſe animo, neque pedes
noſtros mortiferis uinculis alligare, ſed ſanctã ter
ram ingredientes eſſe nudos, neque habere uirgam
quę uertatur in colubrum, neq; in aliquo pręſidio
carnis inniti, quia iſtiuſmodi uirga & baculus arũ-
dineus eſt, quem ſi paululum preſſeris, frangitur,
& manum transforat incumbentis. Item neq; uir-
gam, id eſt, poteſtatis extraneę iura non indigere,
habentes uirgã de radice Ieſſe. Nam quęcunq; alia
fuerit, non erit Chriſti. Solet autem quęri, quomo- Luc. 9.
do Matthæus & Lucas commemorauerint dixiſſe
dominũ diſcipulis, ut nec uirgam ferrent, cũ dicat Mar. 6.
Marcus: Et pręcepit eis ne quid tollerẽt in uia, niſi
uirgam tãtum. Quod ita ſoluitur, ut intelligamus
ſub alia ſignificatione dictã uirgam, quę ſecundum
Marcũ ferenda eſt, & ſub alia illam, quæ ſecundum
Lucam & Matthæum non eſt ferẽda: ſicut ſub alia
ſignificatione intelligitur tentatio de qua dictum Iacob. 1.
eſt, Deus neminem tentat: & ſub alia de qua dictũ Deut. 13
eſt, Tentat uos dominus deus noſter, ut ſciat ſi dili-
gitis eum. Illa ſeductionis eſt, hæc probationis.
Vtrunque ergo accipiendum eſt à domino apoſto
lis dictum, ut nec uirgam ferrent, & ut non niſi uir
gam ferrent. Cum enim ſecũdum Matthęum dice-
ret eis, Nolite poſſidere aurũ & argentũ &c. con-
tinuo ſubiecit, Dignus eſt operarius cibo ſuo. Vn- Mat. 10.
de ſatis oſtendit, cur hæc eos poſſidere ac ferre no
luerit, non quod neceſſaria non ſint ſuſtentationi
huius uitæ, ſed quia ſic eos mittebat, ut eis hæc de-
beri monſtraret ab eis quibus euangelium creden-
tibus annunciarent. Claret autem hęc ita non pręr
cepiſſe dominum, tanquã euangeliſtæ uiuere aliun
de non debeant, quã eis prębẽtibus quibus annun-
ciant euangelium. Alioquin cõtra hoc pręceptum Act. 20.
fecit Apoſtolus, qui uictum de manuum ſuarum la
boribus tranſigebat, ne cuiquã grauis eſſet, ſed po-
teſtatẽ dediſſe, in qua ſcirent ſibi iſta deberi. Cum
enim à domino aliquid imperatur, niſi fiat, inobe-
dientiæ culpa eſt: cum autem poteſtas datur, licet
unicuique non uti, & tanquam de ſuo iure cedere. 1. Co. 9.
Hoc ergo ordinans dominus, quod eum ordinaſſe
dicit Apoſtolus, his qui euangelium annunciãt, de
euãgelio uiuere, illa apoſtolis loquebatur, ut ſecu-
ri non poſſiderẽt neque portarẽt huius uitæ neceſ-

ſaria,nec magna,nec minima.Ideo poſuit,nec uir-
gam,oſtendens á fidelibus ſuis omnia deberi mini-
ſtris ſuis,nulla ſuperflua requirentibus.Ac per hoc
addẽdo,Dignus eſt enim operarius cibo ſuo,pror-
ſus aperuit & illuſtrauit unde hæc omnia loquere-
tur.Hanc ergo poteſtatem, uirgæ nomine ſignifi-
cauit,cum dicit, Ne quid tollerent in oia,niſi uir-
gam tantum,ut intelligatur, quia per poteſtatem
a domino acceptam, quæ uirgæ nomine ſignifica-
ta eſt,etiam quę non portantur,non deerunt. Hoc
& de duabus tunicis intelligendũ eſt,ne quiſquam
eorum præter eam qua eſſet indutus, aliam por-
tandam putaret,ſolicitus ne opus eſſet,cum ex illa
poteſtate poſſet accipere. Quod uero ſecundum
Marcum non portari,uel habere duas tunicas, ſed
expreſſius indui prohibet,dicens: Et ne induerен-
tur duabus tunicis,quid eos monet,niſi non dupli-
citer,ſed ſimpliciter ambulare? ſufficit enim nobis
ſemel Chriſtus indutus, neue per prauitatem in-
telligentiæ noſtræ, altera deinceps uel hæreſeos,
uel ueſte legis induamur. Aliter: In prohibitione
duarum tunicarum,monemur omnia ſuperflua no-
1.Ti.6. ſtra indigentibus erogare.Vnde & Apoſtolus nos
monet, ut habentes uictum & ueſtitum, his con-
tenti ſimus. Non mundi pompas quæramus, non
Matt.6. diuitias ſeculi, ſed theſaurixemus nobis theſauros
in cœlo,ubi neque ærugo, neque tinea demolitur,
& ubi ſures non effodiunt, neque furantur. Quia
ubicunque theſaurus noſter eſt, ibi & neceſſario
cor noſtrum erit.Ideo indigentibus dare oportet
quæ nobis ſuperſunt,quoniam manus pauperis,ga-
zophylacium Chriſti eſt.Nos ergo fratres diſpen-
ſatores domini ſumus. Quapropter uideamos &
recogitemus, quia cum magna á nobis diſtrictio-
ne exigetur,quod hic nobis ad erogandum tribui-
tur. Vnde fideles nos eſſe diſpenſatores oportet:
nam de ſubſtantia quam habemus, nullus fidelior
eſt diſpenſator quam noſipſi. Dum ergo licet, &
dum tempus habemus,ſolicite tribuamus.Memo-
res ſimus quod quidam ſapiens dixit:Munera quę
tibi das moriens,hęc munera nõ ſunt.Dicis ergo,
*nõ ita *non eſſe deo placabilia munera noſtra data poſt
mortem, ut ea quæ in incolumitate huius uitæ do-
nantur. Quod ergo homo uoluerit habere in pa-
tria æterna, pręparet ſibi quouſq; moratur in hac
præſenti uita:quia quæ hic recondit in manu pau-
peris,illic inueniet in pręſentia diuinę Maieſtatis.
Melius eſt ergo ut quiſq; uiuẽs quæ habet,deo of-
ferat,quam alius poſt mortem eius,quoniã qui ſe-
metipſum negligit,poſt mortem non pœnitebit.
Vnde & dominus fideli ſuo diſpenſatori in fine di-
Mat.25. ctorus eſt:Euge ſerue bone, in modico fidelis,in-
tra in gaudium domini tui.Sequitur:¶*Et quamcun-
que domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.*
Dat conſtantiæ generale mandatum,ut hoſpitalis
neceſſitudinis iura cuſtodiant,alienum à prædica-
tore regni cœleſtis aſtruens curſitare per domos,
& inuiolabilis hoſpitij iura mutare.Nec otioſe ſe-
cundum Matthæum domus quã ingredientur apo-
Mat.10. ſtoli,eligenda decernitur, ut mutandi hoſpitij ne-
ceſſitudiniſq; uiolandę cauſa nõ ſuppetat Sic enim
ſcriptũ eſt: In quamcunq; ciuitatem aut caſtellum
intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, &
ibi manete donec exeatis.Super ordinatione epiſ-
1.Tim 3 copi & diaconi Apoſtolus loquitur:Oportet autẽ
teſtimoniũ eos habere bonũ ab his qui foris ſunt.
Apoſtoli nouam introeuntes urbem,ſcire non po-
terant quis qualis eſſet. Ergo hoſpes fama eſt eli-
gendus populi, & iudicio uicinorum, ne prædica-
tionis dignitas ſuſcipiẽtis infamia deturpetur.Cũ
uniuerſis debeãt prædicare,hoſpes unus eligetur,
non tribuens beneficiũ ei qui apud ſe manſurus eſt,
ſed accipiens. Hoc enim dicitur quis in ea dignus
ſit,ut magis ſe nouerit accipere gratiam quã dare.
*Et quicunq; non receperit uos, exeuntes de ciuitate illa,
etiam puluerem pedum ueſtrorum excutite &c.* Puluis
excutitur de pedibus in teſtimonium laboris ſui,
quod ingreſſi ſunt in ciuitatem, & prædicatio a-
poſtolica ad illos uſq; peruenerit. Siue excutitur
puluis de pedibus, ut nihil ab eis accipiant,nec ad
uictum quidem neceſſarium,qui euangelium ſpre-
uerint.Allegorice autem,qui uerbo humiliter in-
tendunt,ſi quibus ut homines, terrenæ læuitatis
næuis obſcurãtur,per ea mox quæ recipiunt euan-
gelicæ prædicationis ueſtigia purgãtur.Qui uero
perfidia,uel negligentia,uel etiam ſtudio contem-
nunt,horum uitanda communio, fugienda ſyna-
goga cenſetur. Excutiendus eſt pedum puluis, ne
geſtis inanibus, & pulueri comparandis, mentis
caſtæ ueſtigium polluatur.Aliter:Pedes diſcipulo-
rum,ipſum opus,inceſſumque pręedicationis ſigni-
ficant.Puluis uero quo aſperguntur, terrenæ leui-
tas eſt cogitationis,a qua etiam ipſi ſummi docto-
res immunes eſſe nequeunt, cum pro auditoribus
ſoliciti,ſalubribus curis inceſſanter intendunt, &
quaſi per itinera mundi,uno uix calcaneo terrę pul-
uerem legunt. Qui ergo receperint uerbum, ipſi
afflictiones curaſq; doctorum,quas pro ſe tolera-
bant,in argumentum ſibi uertunt humilitatis.Qui
uero ſpreuerint doctrinam docentium, ſibi labo-
res & pericula,tædiumque ſolicitudinum ad teſti-
monium damnationis inflectũt. Et ipſe eſt puluis, Luc.10.
qui in euangelij contemptores alibi extergi man-
datur,& á quo per bonos auditores, euangeliſta-
rum iubentur pedes ablui, immo per ipſum ſalua-
torem narrantur abluti.¶*Egreſſi autem circumibant
per caſtella,euangelizantes & curantes ubiq;.* Quid e-
uangelizarẽt, uel quomodo curarẽt apoſtoli,Mar- Mar.6.
cus exponit plenius:Prædicabant,inquit,ut pœni-
tentiam agerent, & ungebant oleo multos infir-
mos,& ſanabantur. Dicit & Iacobus: Infirmatur Iacob.5.
quis ex uobis? inducat preſbyteros eccleſiæ ut o-
rent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine do-
mini,& alleuiabit eum dominus: & ſi in peccatis Mat.5.
ſit,dimittẽtur ei.Vnde patet ab ipſis apoſtolis hũc
ſanctæ eccleſię morem eſſe contraditum,ut ponti-
ficali benedictione conſecrato oleo perungantur
ægroti. Pręedicabant autem ut pœnitentiam age-
rent. Et ſupra:Miſit illos,inquit, euangelizare re-
gnum dei,quia uidelicet utrunque(iuxta Iohannis
Baptiſtæ,uel ipſius domini ſaluatoris exemplum)
pręedicabant:Pœnitentiam agite, appropinquabit
enim regnum cœlorum. Regni cœlorum ianuis
appropinquare,eſt de his quenq; quibus ab eo de-
ciderat,pœnitere.

FERIA SEXTA PEN-
tecoſtes, Lucæ V.

¶In illo tempore:Factum eſt una dierum,
& Ieſus ſedebat docens. Et erant phariſæi
ſedentes, & legis doctores, qui uenerant
ex omni caſtello Galileæ, & Iudeæ, & Hie-
ruſalem. Et uirtus domini erat ad ſanun-
dum eos. Et reliqua. Homilia de eadem
lectione.

Saluator omniū dñs ſalutari oīa luſtrat acceſſu, & nunc in deſertis, nūc in ciuitate, nūc ad mare doctrinæ cœleſtis, & uirtutum dona turbis miniſtrat. Nunc in monte ſolus orat, nunc laborantes in mari ne perire debeat, adiuuat. Vbiq; munera ſalutis impartitur, ut omnes gradus ac cōditiones ad ſuam gratiā peruenire demōſtret. Conueniebant, inquit euāgeliſta, turbæ multæ ut audirent Ieſum, & curarentur ab infirmitatibus ſuis: ipſe autem ſedebas in deſersum, & orabat. Iuxta myſticum intellectum, poſt factum in ciuitate miraculū, perfecta utiq; leproſi curatione, quam ſupra deſcribit euangelicus ſermo domino tangente mundatum, ſecedit in deſertum, ibiq; cōuenientes ad ſe turbas benigna pietate ſuſcipit, ut oſtendat ſe magis quiete, & à ſeculi curis remotam diligere uitam, atq; ob huius appetitum ſanandis curam adhibere corporibus. Et quidem more humano quaſi frequentiam ſe quærentium declinās, nolebat manifeſte ciuitatem introire, ſed allegorice docebat, quia tumultuoſis carnaliū mentibus apertam ſui manifeſtationem ueritas non exhibet, ſed quoſcunq; ab illecebris rerum temporalium uiderit eſſe diſcretos, his ſuorū lucem donorum largius infundit. Verum quia nec carnales ſuperna pietas deſerit, quin etiā his gratiam ſuæ uiſitationis per quam ipſi ſpūales effici ualeant, indulget, poſt deſertum (ut Marcus ſcribit) dominus redit in ciuitatē, multiſq; ibidem cōuenientibus loqtur uerbū, ac ſanato paralytico, pluribus occaſionē internæ ſanationis, quę eſt in fide tribuit. Aliter: Quod in urbe dñs miracula facit, in deſerto uero, uel (ut legitur) in monte orando pernoctat, utriuſq; uitę nobis, & actiuę uidelicet & contemplatiuæ, documēta p̄monſtrat, ut nec contemplationis ſtudio quis proximorum curam negligat, nec cura proximorum immoderatius obligatus, contemplationis ſtudia derelinquat, quatenus nec amorem dei præpediat amor proximi, nec amorem proximi abijciat amor dei. In monte quippe orare, eſt relictis infirmarum cogitationum curis, tota mente quemlibet ad æterna ſupernæ contemplationis gaudia feſtinare. In deſertum ſecedere, & orare, eſt exurgentem intrinſecus ſtrepitum terrenorum deſideriorum premere, & quoddam ſibi cum domino intra ſe ſecretum quærere, ubi cum illo, ceſſante exteriore tumultu, per interna deſideria ſilenter loquatur. Quod uero legitur
Mar. 2. ſecundum Marcum, quia docente domino in domo, iam multi conuenerunt, ut non caperent, neq; ad ianuam, noſtram proprie ſaluationem, qui de gentibus ad fidem uenimus, deſignat. Quia prædicante in Iudęa domino, necdum intrare ad audiendum ualuimus, ad quos tamē etſi foris poſitos, uerba ſuæ doctrinæ fecit peruenire, quia nos ipſe per ſanctorum ora prædicatorum collegit, & quamuis extra ſynagogam, in qua ipſe prædicabat, inuentos, euangelij ſui fecit eſſe participes. Conſiderantes quæ ab euangeliſta compendio ſunt præmiſſa, quod ſequitur de euangelio, & hodie lectum eſt, conſequenter & nos uideamus, & quod dominus donauerit, hinc dicamus: ¶ *Et factum eſt in una dierum, & Ieſus ſedebat docens. Et erant phariſei ſedentes & legiſdoctores, qui uenerant ex omni caſtello Galilææ & Iudææ, & Hieruſalem. Et uirtus domini erat ad ſanandum eos.* Vbi dominus ſedens docuerit, quando ſcribis & Phariſeis conſedentibus paralyticum curauit, Lucas breuiandi cauſa prætermiſerit, ſed Matthæus & Marcus qui narrant, quæ- Matt. 9. Mar. 2.
ſtionem facere uidentur, quoniam quidem Matthæus in ciuitate ſua, Marcus in Capharnaum hoc eum feciſſe teſtatur. Quæ difficilius ſolueretur, ſi Matthæus etiam Nazareth nominaret. Nunc uero uel ipſa Galilæa, in qua erat Nazareth, intelligēda eſt dicta ciuitas Chriſti, ad diſtinctionem uidelicet regionis tranſmarinæ Gerazenorū, de qua tranſfretando, ſicut Matthæus ſcribit, uenerat Galilæam: uel certe ipſa Capharnaum ciuitas Chriſti eſt dicta, quam non naſcendo, ſed uirtutibus illuſtrando, ſuam ipſe fecerat. ¶ *Et ecce uiri portantes in lectulo hominem qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere ante Ieſum.* Obtulerant autem eum paralyticū iacentē in lectulo, quia ipſe ingredi non ualebat. Curatio paralytici huius, animę poſt diuturnā illecebrę carnis inertiā, ad Chriſtum ſuſpirātis indicat ſaluationē, quæ primo omniū miniſtris qui eā ſubleuent, & Chriſto offerant, id eſt, bonis doctoribus, qui ſpē ſanationis opemq; interceſſionis ſuggerant, indiget. Qui bene Marco narrante, quatuor fuiſſe reperiuntur, ſiue quia quatuor euangelij libris omnis prædicantium uirtus, omniſque ſermo firmatur: ſeu quia quatuor ſunt uirtutes, quibus ad promerendam ſoſpitatem fiducia mentis erigitur. Has nanq;, ut alio loco didicimus, cardinales uidelicet, non immerito intelligamus. Aliarum enim uirtutum in ordine iſtæ præcedentes, iſtis illæ condependent quaſi in cardine. De quibus in æternæ Sapientię laude dicitur: Subrie- Sapi. 8.
tatem enim & iuſtitiam docet, & ſapiētiam & uirtutē, qbus utilius nihil eſt in uita hominibus, quas nonnulli uerſis nominibus prudentiam, fortitudinem, temperantiam & iuſtitiam appellant. ¶ *Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectum per tegulas.* Deſiderant paralyticum Chriſto offerre, ſed turba interpoſita, ab omni parte recluduntur: quia ſæpe anima poſt infirmi corporis deſidiam ad deum reſipiſcens, ſupernæq; gratiæ remedio cupiens renouari, priſcæ cōſuetudinis obſtaculo retardatur. Sepe inter ipſas orationes ſecretæ dulcedinis, & quaſi ſuaue cum domino colloquium, turba cogitationum interueniens, aciem mentis, ne Chriſtus uideatur, intercludit. Et quid inter hæc agendum? Non ā ſalutis deſiderio torpendum. Non uſq; in infimis exterius qua turbæ tumultuantur, remanendum, ſed tectum domus in qua Chriſtus docet, aſcēdendum,
id eſt, ſacræ ſcripturæ ſublimitas eſt appetenda, Pſal. 118
lexq; domini cum pſalmiſta die noctuq; meditanda. In quo enim corrigit iunior uiam ſuam? In cuſtodiendo, inquit, ſermones tuos. ¶ *Et ſubmiſerunt illum cum lecto in medio ante Ieſum.* Patefacto tecto, æger ante Ieſum ſubmittitur, quia reſeratis ſcripturarum myſterijs, ad notitiam Chriſti peruenitur, hoc eſt, ad humilitatem fidei pietate deſcenditur. Et bene domus Ieſu tegulis contecta deſcribitur: quia ſub contemptibili literarum uelamine,
ſi adſit qui reſeret, diuina ſpiritualis gratiæ uirtus Mar. 2.
inuenitur, unde iuxta alterius euangeliſtæ narrationem, nudauerunt tectum ubi erat Ieſus. Denudatio etenim tegularum in domo Ieſu, apertio eſt in utilitate literæ ſpiritualis ſenſus & arcanorum cœleſtium. Quod autem cū lecto deponitur, ſignificat, ab homine in iſta carne adhuc cōſtituto Chriſtum debere cognoſci. Iuxta myſticum uero ſenſum, iam in paralytico gentiū uniuerſitas offertur medenda. Et curationis ipſius dñi uerba ſunt con-

iucunda. Non dicitur paralytico, ſaluus eſto, non di-
Mat. 9. citur, ſurge & ambula, ſed (ut Matthęus ſcribit) i-
ſtum dicitur, Confidas eſto fili, remiſſa ſunt tibi pec-
cata. In Adam uno peccata uniuerſis gentibus re-
mittuntur. Hic itaq; angelis miniſtrantibus curan-
dus offertur, hic filius nuncupatur, quia primũ dei
opus eſt. Hinc remittuntur animę peccata, & in-
dulgentia primę tranſgreſſionis ea uenia eſt. Hoc
eſt enim quod ſubſequitur: ¶ *Quorum fidem ut uidit,*
dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Hominem
dominus à paralyſi curaturus, primũ peccatorum
uincula diſſoluit, ut oſtenderet eum ob nexus cul-
parum, artuum diſſolutione damnari, nec niſi his
relaxatis, membrorum poſſe recuperatione ſana-
ri. Sic & illi paralytico, qui iuxta probaticam piſ-
cinam diu aquæ motum fruſtra præſtolabatur, ſa-
nato a domino dicitur: *Ecce ſanus factus es: iam*
noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Et
Ioh. 5. bene is cui peccata dimittebantur, homo uocatur:
qui hoc ipſo quod homo erat, nõ poſſet dicere, non
peccaui. Simul etiam, ut ille qui homini errata di-
mittebat, intelligeretur deus, in Matthæo & Mar-
Matt. 9. co ei dicitur: Confide fili, remittuntur tibi pecca-
Mar. 2. ta tua. O mira humilitas, deſpectum & debilem,
totisq; membrorum compaginibus diſſolutum, fi-
lium uocat, quem ſacerdotes non dignabantur at-
tingere. Aut certe ideo filium uocat, quia dimit-
tuntur ei peccata ſua. Iuxta tropologiam, inter-
*torpore dum anima iacens in * corpore ſuo, totis mem-
brorum uirtutibus diſſolutis, à perfecto doctore
curãda offertur domino: quę ſi miſericordia eius ſa-
nata fuerit, tantum roboris accipit, ut portet ſta-
tim lectum ſuum. Intuendum ſane, quanti propria
cuiuſq; fides apud deum ualeat, ubi tanti ualuit a-
liena, ut totus homo repente, id eſt, exterius inte-
riusq; ſaluatus iam exurgeret, aliorumque merito
alijs laxarentur errata. ¶ *Et cœperunt cogitare ſcri-*
bæ & phariſæi, dicentes: Quis eſt hic qui loquitur blaſ-
phemias? Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus?
Legimus in prophetis, dicente domino, Ego ſum
Eſai. 43 qui deleo iniquitates tuas. Conſequenter ergo ſcri-
bæ, quia ipſum hominem putabant, & uerba dei in-
telligebant, arguunt eum blaſphemiæ. Verum ut-
que dicunt phariſæi, quia nemo dimittere pecca-
ta niſi ſolus deus poteſt: qui per eos quoque dimit-
tit, quibus dimittendi tribuit poteſtatem: & ideo
Chriſtus uerus deus eſſe probatur, quia dimittere
peccata ut deus poteſt. Verum deo teſtimonium
reddunt, ſed perſonam Chriſti negantes falluntur.
Errant itaq; Iudæi, qui cum Chriſtum & deum eſ-
ſe, & peccata dimittere poſſe credunt, Ieſum ta-
men Chriſtum eſſe non credũt. Sed multo demen-
tius errant Arriani, qui cum Ieſum Chriſtum eſſe,
& peccata poſſe dimittere euangelij uerbis deuli-
cti negare non audeant, nihilominus tamen deum
negare non timent. Erroneum hoc nequiter indu-
cere pręſumunt, & fidei Chriſtianæ uerbis contra-
ria proclamantes nõ erubeſcunt. Cũ Arrianis igi-
tur hi perfidi ab eccleſia cenſentur eſſe catholica, q
nec dominũ uerũ dei filium deum eſſe, neq; pecca-
ta poſſe dimittere, in mente ſua tenent erronea.
At ipſe perfidos ſaluare deſiderãs, & occultorum
cognitione, & uirtute operum, deũ ſe manifeſtat.
¶ *Reſpondens dixit ad illos: Quid cogitatis mala in cor-*
dibus ueſtris? Eidem nanque deo qui dicit, Ego ſum
qui deleo iniquitates tuas, ſapientiſſimus orator
3. Re. 8 ait: Tu enim ſolus noſti corda omnium filiorũ ho-
minum. Eadem ego, inquit, maieſtate & poten-
tia qua cogitationes ueſtras intueor, poſſum & ho-
minibus delicta dimittere. Ex uobis intelligite
quid paralyticus cõſequatur. ¶ *Quid eſt facilius dice-*
re: Dimittuntur tibi peccata, an dicere, ſurge & ambu-
la? Inter dicere & facere, multa diſtãtia eſt. Verũ
ſicut paralytico peccata dimiſſa, ſolus nouerat qui
dimittebat. Surge autẽ & ambula. tam ille qui ſur-
gebat, quã hi qui ſurgentem uidebant, approbare
poterant. Fit igitur carnale ſignũ, ut probetur ſpi-
ritale: quanquã eiuſdem uirtutis ſit, & corporis &
animę uitia dimittere. Et datur nobis intelligẽtia
propter peccata pleraſq; euenire corporum debi-
litates: & idcirco forſitan prius dimittũtur pecca-
ta, ut cauſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur.
Quinq; ſiquidem ſunt differẽtiæ cauſarũ, pro qui-
bus in hac uita moleſtijs corporalibus affligimur.
Aut enim ad merita augenda per patientiam iuſti
corporis infirmitate grauãtur, ut beati patres Iob
& Tobias, & innumeri martyres in utroq; teſta-
mẽto. Aut ad cuſtodiã uirtutum perceptarũ, ne ſu-
perbia tentante diſpereant, ſicut apo ſtolo Paulo,
ne magnitudine reuelationum extolleretur, datus
eſt illi ſtimulus carnis ſuæ, angelus ſatanæ qui eũ
colaphizaret. Aut ad intelligenda & corrigenda
peccata noſtra, ſicut Maria ſoror Aaron in eremo 2. Co. 12.
ob uerba temeritatis & ſuperbię, lepra pcuſſa eſt: Num. 12
& ſicut paralyticus de quo tractamus, qui non niſi
primo dimiſſis peccatis potuit ab infirmitate cu-
rari. Aut ad gloriã dei ſaluãtis, ſiue per ſeipſum, ſi- Ioh. 9. 11
ue per famulos ſuos: ſicut cæcus natus in euãgelio
qui neq; ipſe peccauit, neq; parẽtes eius, ſed ut ma-
nifeſtarẽtur opera eius in illo: & ſicut Lazarus, cu-
ius infirmitas non dicebatur eſſe ad mortẽ, ſed pro
gloria dei, ut glorificaretur filius dei per eam. Aut
ad inchoationẽ dãnationis ęternę, quod reprobro-
rum eſt proprium, ſicut Antiochus & Herodes, q
uterq; ſuo tempore aduerſus deum repugnantes,
quid tormẽtorum in gehenna perpetuo paſſuri eſ-
ſent, pręſentium afflictionum miſeria cunctis oſtẽ-
debatur. Quibus cõgruit illud prophetę, Et dupli-
ci contritione cõtere eos. Vnde neceſſe eſt in omni- Hie. 17.
bus quę aduerſa temporaliter patimur, cum humi-
litate dño gratias agamus, & infirmitatis noſtræ
conſcij, de collatis nobis remedijs gratulemur. Ne-
ceſſe eſt ut ad conſciẽtiã noſtrã reuerſi, ſolerter o-
pera noſtra ſimul & cogitationes exploremus, &
quicquid nos peccaſſe dephendimus, digna caſtiga-
tione purgemus: quicquid de his quę nos recte fe-
ciſſe credebamus, uitio nobis elationis periſſe com-
perimus, & hoc humili ſatisfactione caſtigemus.
Hoc enĩ nobis ſæpius fuit cauſa flagellorũ. Cęterũ
innocentes & iuſtos ob augmenta pręmiorum fla-
gellari, perfectorum eſt donum ſpeciale uirorum:
uerberibus autem temporalibus ad ęterna tormẽ-
ta cõpelli, impœnitẽtium eſt pœna reproborum.
¶ *Vt ſciatis autem quia filius hominis poteſtatem habet*
in terra dimittere peccata. Si & deus eſt nobis iuxta
Pſalmiſtam, qui quantum diſtat oriens ab occaſu, Pſa. 102.
elongauit à nobis iniquitates noſtras, & iuxta me-
moratum Iſaiæ teſtimonium, qui delet iniquita-
tes noſtras, & filius hominis poteſtatem habet in
terra dimittẽdi peccata: ergo idem ipſe & deus, &
filius hominis eſt, ut & homo Chriſtus per diuini-
tatis ſuæ potentiã dimittere ĩam peccata poſſit, &
Ieſus Chriſtus per humanitatis ſuæ fragilitatem
pro peccatoribus mori. ¶ *Dixit paralytico: Surge, tol-*
le lectum tuũ, & uade in domum tuam. Et anima no-
ſtra paralytica ſi reſurrexerit, ſi robur priſtinum
recu-

recuperauerit, portat lectum ſuum in quo iacebat ante diſſoluta, & portat illum in domum uirtutū ſuarum. Spiritualiter de lecto ſurgere, eſt animā à carnalibus deſiderijs, ubi ægra quieſcebat, extrahere. Lectum uero tollere, eſt ipſam quoq; carnē per cōtinētiæ frena correctam, ſpe cœleſtium præmiorum delicijs priuare terrenis. Ipſe enim eſt lectus, qui per ſingulas noctes lauatur à Dauid, id Pſal. 6. eſt, pro unius noxç maculis, digno pœnitentiæ flumine caſtigatur. Sublato autē lecto domū ire, eſt ad paradiſum redire. Ipſa eſt eni uera domus quæ hominem prima ſuſcipit, non iure amiſſa, ſed fraude, tandemq; reſtituta per eum, qui fraudulēto hoſti nihil debuit. Aliter: Sanus qui languebat, lectū reportat domum, cum anima peccatorum remiſſione accepta, ad internam ſui cuſtodiam cum ipſo ſe corpore refert, ne poſt ueniam quid, unde iterū iuſte feriatur, admittat. Per lectū enim in quo carnis eſt requies, ipſa caro ſignatur: per domū uero conſcientia ſignatur. Et quia cum mente mortui in uicijs iacemus, in carnis delectatiōe quieſcimus, infirmi portamur in lecto. Cum uero ſanati mēte fuerimus, ut iā uicijs carnis pulſantibus reſiſtamus, neceſſe eſt ut tētationum cōtumelias de noſtra infirmitate toleremus. Ergo itaque mire ad ſalutem reductio præcipitur, tolle lectum tuum, id eſt, illud in quo portatus es: quia neceſſe eſt ut portet quiſque contumeliā carnis, in qua prius iacebat ægrotus. Quid ergo eſt dicere, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam? niſi, porta tentationes, in quibus hactenus iacuiſti, ac reuertere ad conſciētiam, ut uideas quæ feciſti. ¶ *Et confeſtim ſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domum ſuam, magnificans deū. Et ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant deum.* Mira diuinæ potentiæ uirtus, ubi nulla temporis interueniente morula, iuſſu ſaluatoris ſalus feſtiua comitatur. Merito qui affuerāt, damnatis blaſphemiæ iaculis, ad laudem tantç maieſtatis ſtupentia corda conuertunt. Nam primo domini uirtutem ſuæ perfidiæ fore ultuicem iurbæ timēt: dehinc ceſſante iam deſperationis timore, honor deo redditur, quod tantā dedit hominibus potaſtatē. Hoc enim ſequitur: ¶ *Et repleti ſunt timore, dicentes, quia uidimus mirabilia hodie.* Sed ſoli hoc Chriſto erat debitum, ſoli de communione paternæ ſubſtantiæ hoc agere erat familiare. Non ergo hoc uenit in admirationem, quod poſſet iſta. Quid enim deus non poſſe creditur? Alioquin laus de uno homine, non de pluribus extitiſſet. Sed delati deo honoris huius cauſa eſt, quod poteſtas hominibus ac uia data ſit per uerbum eius & peccatorum remiſſionis, & corporum reſurrectionis, & reuerſionis in cœlum. Tu autem domine, &c.

SABBATO POST PENtecoſtes. Luce. iiij.

¶ In illo tempore: Surgens Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simōis: Socrus aūt Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerūt illum pro ea. Et reliqua. Homilia beati Ambroſij.

SACRILEGIA Iudæorum quæ ante dominus prænunciauerat p propheta, & Pſal- Pſal. 75. mi uerſiculo declarauerat quç paſſurus erat Pſal. 108 in corpore conſtitutus, dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis, quoniam ſequebar bonitatem. Et in alio: Odio me habuerūt gratis: Nam odium retribuebant pro dilectione mea. Hæc omnia in euangelio docet eſſe completa. Nam cum ipſe per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec mirum ſi perdiderunt ſalutem, qui eiecerunt de ſuis finibus ſaluatorem. Moralis enim dominus, & qui docuerat exemplo ſui apoſtolos ſuos omnibus omnia fieri, nec nolentes repudiat, nec inuitos alligat, nec reijcientibus reluctat, nec rogātibus deeſt. Sic Gerazenos alibi cum uirtutes eius ſuſtinere non poſſent, quaſi infirmos & ingratos reliquit. Simul intellige, nō ex neceſſitate fuiſſe, ſed uolūtariam corporis paſsionē: nec captum à Iudæis, ſed à ſe oblatū. Et enim quando uult capitur, quando uult elabitur, quando uult ſuſpenditur, quando uult nō tenetur. Et hic in ſupercilium montis præcipitādus aſcēderat, & ecce per medium eorum (mutata ſubito uel obſtupefacta furentium mente) deſcēdit. Nondum enim uenerat hora paſsionis. quinetiam malebat adhuc Iudços ſanare quam perdere, ut inefficaci furoris exitu deſinerent uelle, quod implere non poſſent. Vides igitur & hic diuinitatis eſſe quod non captus eſt, & illic uoluntatis eſſe quod captus eſt. Nam quemadmodum à paucis teneri potuit, qui à populo non tenetur? Sed noluit ſacrilegium eſſe multorum, ut in autores culpæ, crucis inuidiam retorqueret. Atque à paucis quidem affigitur, ſed pro toto orbe moritur. ¶ *Et in ſynagoga erat homo habens ſpiritum immundum. Et infra. Surgens autem de ſynagoga, intrauit in domum Simonis & Andreæ. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Vide clemētiam domini ſaluatoris. Nec indignatione commotus, nec ſcelere offenſus, nec iniuria uiolatus Iudæam deſerit, quinetiā immemor iniuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc liberando, nunc ſanando in fide plebis corda demulcet. Et bene ſanctus Lucas uirū à ſpū nequitiç liberatū ante præmiſit, & ſubdidit fœminç ſanitatem. Vtrunq; enim ſexum dominus curaturus aduenerat, & prior ſanari debuit, q prior creatus eſt: nec prætermitti illa, quç mobilitate magis animi quam prauitate peccauerat. Sabbato medicinç dñicæ opera cœpta ſignificat, ut inde noua creatura cœperit, ubi uetus creatura ante deſijt: nec ſub lege [illegible] dei, ſed ſupra legem in ipſo principio deſignaret: nec ſolui legē, ſed impleri. Neq; enim per legem, ſed uerbo factus mundus, ſicut legimus: Verbo domini cœli firmati ſunt. Pſal. 32. Non ſoluitur ergo lex, ſed impletur, ut fiat renouatio hominis iam labētis. Vnde Apoſtolus ait: Spoliantes uos ueterem hominem, induite nouum q ſecundum deum creatus eſt. Ephe. 4 Et bene ſabbato cœpit, ut ipſum ſe oſtēderet creatorem, q opera operibus intexerat, & proſequeretur opus quod ipſe iā cœperat, ut ſi domum faber renouare diſponat, non à fundamētis, ſed à culminibus incipiat ſoluere uetuſtatem. Itaq; prius manum admouet ubi ante deſierat, deinde à minoribus incipit ut ad maiora perueniat. Liberare à dæmone & hoïes, ſed in uerbo dei poſſunt: reſurrectionē mortuis imperare, diuinç ſolius eſt poteſtatis. Nec quemq̃ mouere debet, q̃d Ieſu Nazareni nomen in hoc libro diabolus dixiſſe primus inducit. Nec enim ab eo Chriſtus nomen accepit, quod de cœlo angelus ad uirginē detulit. Eſt huius impudentiç, ut inter hoïes aliquid primus uſurpet, & ad homines quaſi nouum deferat, quo terrorē ſuç poteſtatis incutiat. Deniq; & in Geneſi primus deum hoï nuncupauit. Sic em̄ hat

 bes: Et

bes: Et dixit ſerpens mulieri: Quid utiq; dixit de-
Gen.3. us? Ne edatis de omni ligno. Vterq; igitur à diabo
Gen 2. lo deceptus eſt, ſanatus à Chriſto. Sequere cętera,
& euangelicę lectionis diſce myſteria, atq; in duo
rum ſanitate, publicæ ſacramentum ſalutis agnoſ-
ce. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in
1.Co.15. Chriſto omnes uiuificabuntur. Quis eſt iſte qui in
ſynagoga ſpūm dæmonis habebat immundum, niſi populus Iudæorum? qui quaſi ſerpentinis ſpiris
reuinctus eſt, & innodatus diaboli laqueis, ſimulatam corporis munditiam, interioris mentis ſordibus inquinabat. Et bene in ſynagoga homo erat q̃ ſpiritum immundum habebat, quia ſpiritū ſanctū amiſerat, introierat enim diabolus, unde Chriſtus exierat. Simul oſtenditur natura diaboli non improba, opera iniqua. Nam quem per ſuperiorē naturam dominum confitetur, opere negat. Et in hoc apparet eius nequitia, & improbitas Iudæorum, quod ita populo uæſanæ cæcitatem mentis offundit, ut populus neget quem dæmones confitētur. O peior magiſtro diſcipulorum hęreditas, ille uerbo tentat dominum, hi facto. Ille dicit, mitte te, iſti adoriūtur ut mittant. Si altiori conſilio iſta pēſamus, animi debemus intelligere & corporis ſanitatem, ut prius animus qui ſerpētinis laborabat inſidijs, abſolutus ſit. Anima enim à corpore nunquā uinceretur, niſi prius à diabolo tentaretur. Nam cū anima corpus agat, uiuificet & gubernet, quemadmodum in eius illecebras captiua raperetur, niſi & ipſa ſuperioris alicuius poteſtatis uinculis ſtringeretur? Deniq; non prius Eua eſurijt, quam ſerpentis eam uerſutia tentauit: ideo & aduerſus ipſum autorē peccati prius debuit medicina ſalutis operari. Fortaſſis etiam in typo mulieris illius, ſocrus ſcilicet Simonis & Andreæ, uarijs criminum febribus caro noſtra languebat, & diuerſarum cupiditatum immodicis æſtuabat illecebris. Nec minorem febrem amoris eſſe dixerim, quam caloris. Itaque illa animum febris, hæc corpus inflammat. Febris enī noſtra auaritia eſt, febris noſtra libido eſt, eo quod ignitæ ſint cupiditates. Vnde & Apoſto-
1. Cor.7 lus ait: Si non ſe continent, nubant. melius eſt enī nubere quam uri. Febris noſtra luxuria eſt, febris noſtra ambitio eſt, febris noſtra iracūdia eſt. Quæ licet corporis uitia ſint, ignem tamen oſſibus implicant, mentem, animam, ſenſumq; pertentant. Hæc prior diaboli ſolicitatur arte. Etenim ager bonus, ueſtis, monile, ſuadela ſerpentis eſt, honorum gratia, ſublimitas poteſtatum, epularum ſuauitas, forma meretricis laqueus eſt diaboli, & quaſi quidam nequitiæ ſpiritualis illecebroſus affectus, qui per carnis illecebram, quæ cito fœminea quadam leuitate mollitur, animam quoq; de gradu deijcit. Neq; enim formam mulieris animus prius, quam corporis oculus cōcupiſcit. Denique q̃d non uideris, non amabis. Sed ubi caro cōcupierit, compatiens quoq; animi conſtantia deficit, & mēs conſortio amoris inflectitur. Duo enim in carne una ſunt, atque ita mors irrepſit ſceleris effectu, tentante diabolo, carne ſuadēte. Vehemētior tamē eſt animi quā corporis febris, & ideo ꝓ animi uoluntate corporis ſalus plerunq; cōtemnitur, nec à periculis abſtinetur. Vnde nō alienū uidetur repetere quemadmodū Theotimus, cum graui oculorū incōmodo laboraret, & amaret uxorē, interdicta ſibi à medico facultate coeundi, cupiditatis impatiens, atq; impetu libidinis raptus, ſe moderare nequiuerit. Sciēs enim prudens ille quod eſſet oculos amiſſurus, priuſquā conueniret uxori, in ipſo æſtu feruentis cupiditatis, & conſuetudinis apparatu, uale, inquit, amicum lumen. Sic febre libido flagrātior eſt, grauiusq; præcipitat & inflammat. Sed ubi quis reſipuerit à furore, tunc conſcientiæ interioris uiſus aperitur, factisq; ſuccedit pœnitentia, & pudenda ſui unuſquiſq; pro qualitate facinoris erubeſcit. Tunc deus timetur, & peccator cupit ſe celare, ſed non poteſt. Tunc caro arguitur, diabolus accuſatur, hæc quaſi plena uitiorum, ille quaſi autor erroris. Pateſcit deformitas, nudum eſt enī deo omne ſecretum, nec ullius ficus folijs, hoc eſt, tegmine corporali uel iactātia ſeculari, flagitiorū ſecreta uelātur, & unuſquiſq; diuinum peccati cōſcientia formidat mente iudicium, dicens: Vtinam ſuper me montes cadant. In quibus me abſcōdam fiſſuris petrarum, cum uenerit confringere terrā? Tūc tribulos & ſpinas animo caro, hoc eſt, curarū morſus ſolicitudinemq; generat, æſtusq; quos ſibi ꝑ concupiſcentiam caecus animus ipſe circūdedit. Etenim quaſi clauis q̃buſdam ſuffigitur anima corporeis uoluptatibus, & cum ſemel adhæſerit uoluptatibus dimerſa terrenis, difficile in altū poteſt unde deſcēdit, ſine dei fauore reuolare. Actuū enī ſuorū uincta laqueis, & deliciarū ſecularium illecebris obnoxia iam tenetur. Hunc ergo Adam, hanc Euam dominus liberaturus aduenit, quorum alter ad imaginem dei factus, altera uirtutem accipiens ſui uiri, quādiu fuit ſubdita fortiori, unam gerebāt in uno ſpū deo placitam uoluntatem, & in paradiſo poſiti dei, uitę cœleſtis operabātur alimoniam. Poſtea uero quam caro ſuadere diuerſum, & legē ꝓpriam cœpit non tenere, paradiſi exules facti, in hunc inferiorem dimerſumq; locum peccati merito ceciderunt. Nec quiſquā putet incōgruum eſſe, ſi Adam atq; Eua in typo animæ & corporis æſtimentur, cum in typo eccleſiæ æſtimentur & Chri-
ſti. Nam cum duos eſſe in una carne Apoſtolus di- Ephe.5.
ceret, adiecit, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. In quo ergo ſuꝑni dei, in eo multo magis animi noſtri poteſt eſſe myſteriū. Sed hæret, ſuffixus eſt, captus eſt, & corporeis febribus ſuccenſus, cōpaſſione carnis ægreſcit, quęrēdus eſt medicus. Sed q̃s iſte tantus eſt, q̃ ſauciæ mentis mediaī uiceribus? Quis tantus eſt homo, q̃ poſſit alijs ſubuenire, cū ſibiꝑſi nō poſſit ſuccurrere? Quis alijs poſſit uitā reddere, cum ipſe
mortē non poſſit euadere? Oēs enim in Adam mo- 1.Co.15.
riūtur, q̃a per unum hominē in hunc mundum pec- Rom.5.
catum intrauit, & per peccatum mors, & ita in oēs homines mors pertranſijt, in quo oēs peccauerūt. Illius igitur culpa, mors omnium eſt. Denique miſſi ſunt ſancti, miſſi ſunt & prophetę, qui oracula diuina loquerentur, nec quicquam promouere potuerunt. Quęramus ergo aliquem de angelis aut archangelis medicum. Sed quemadmodum mihi poſſunt præſidium ferre ne peccem, cum ipſe archangelus à peccato non potuerit abſtinere? Quemadmodum ad paradiſum angelus reuocare me poterit, cum ipſe ſatanas & angeli ſui ſedem quam acceperant, ſeruare non potuerint?

ITEM DE EODEM SABBATO. Luce iiij.

¶ In illo tempore: Surgens Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis: Et reliqua. Homilia de eadem lectione.

IN iſto ſancti euangelij capitulo non idem ab
euangeliſtis ſeruatus eſt ordo. Hoc denique
Mar. 1. factum Marcus & Lucas antequam de lepro
ſo, qui domino deſcendente de monte mun-
Mat. 8. datus eſt, q̃d dicerent, narrãt. Matthæus ue-
ro poſt terminatum in monte ſermonẽ, leproſi prę
miſſa mundatione, puerię centurionis curatione,
ſubiungit de reſtitutiõe ſocrus Simonis Petri. Sed
nihil obſtat narrandi diuerſitas, ubi eadem res nun
ciatur. Et notandum quod leproſus ille apud Mat
thæum primus ſpecialiter curatus ſit, ſecũdo puer
centurionis, tertio ſocrus Petri febriẽs in Caphar
naum, quarto in loco qui oblati ſunt ei dæmonio
uexati, quorum ſpiritus uerbo eijciebat, quãdo &
Sapiẽ. 2. omnes male habentes curauit. Quoniam inuidia
diaboli mors intrauit in orbem terrarũ, ideo con-
tra ipſum mortis autorem primo debuit medicina
ſalutis operari, primo lingua ſerpẽtina ne ultra ui
rus ſpargeret, occludi: ac deinde fœmina, quæ pri-
ma ſeducta eſt, à carnalis concupiſcentiæ febre, cu-
rari: tertio uir qui male ſuadentis dicta coniugis
audiuit, ab erroris ſui lepra caſtigari, ut ipſe apud
Lucam euãgeliſtam eſſet ordo reſtaurationis, qui
fuerat & caſus. paulo ſuperius enim refert, quia in
ſynagoga erat homo habens dæmonium immun-
dum. Cuius integra reſtitutio ſanitatis deſcripta,
ſubdit hoc quod ex lectione audiuimus hodierna:
¶ *Surgens autem de ſynagoga Ieſus, introiuit in domũ
Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febri-*
reuelationis. *bus.* Sed & huius * reuelationis à domino colla-
tæ explicita narratione, nõnullis interpoſitis, uir
qui erat plenus lepra, ſubinfert mundationem. Be-
ne autem ubi leproſus mundatur, certus non ex-
primitur locus, ut oſtendatur, non unum populum
ſpecialis alicuius ciuitatis, ſed omnium populos ſu
iſſe ſanatos. Hęc per exceſſum neceſſarium pręmiſi
mus, ut myſticum ordinẽ ab euangeliſta ſeruatum
monſtraremus, ut dictum eſt, reſtaurationis in do-
mino, qui erat & caſus in ꝓtoplaſtis. Intendamus
nunc mẽtis obtutum ad hoc euangelij capitulum,
quod nobis exponendum hac lectione ꝓpoſitum
eſt. Si uirum à dæmonio liberatum, mortaliter ani
mum ab immunda cogitatione purgatum dixeri-
mus ſignificare, conſequenter fœmina febribus tẽ-
ta, ſed ad imperium domini ſanata, carnem oſten-
dit à concupiſcentiæ feruore per continentię præ
Ephe. 4. cepta frenatam. Omnis enim amaritudo & ira &
indignatio & clamor & blaſphemia, ſpiritus im-
mundi furor eſt. Fornicationem uero, immunditi-
am, libidinẽ, cõcupiſcentiã malam, & auaritiã, quę
Coll. 3. eſt ſimulacrorũ ſeruitus, febrem illecebroſę carnis
intellige. ¶ *Et rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper
illam, imperauit febri, & dimiſit illã.* In euãgelio Matt
Mat. 8. thæi ſcriptum eſt. Et tetigit manum eius, & dimi-
ſit eam febris. Modo enim ſaluator rogatur, mo-
do ultro curat ægrotos, oſtendens ſe contra pecca
torum quoque paſsiones & præcibus ſemper an-
nuere fidelium, & ea quæ ipſi minime in ſe intelli-
gunt, uel intelligenda dare, uel pie petentibus e-
tiam non intellecta dimittere, iuxta quod Pſalmi-
ſta poſtulat: Delicta q̃s intelligit? ab occultis me-
Pſal. 18. is munda me dñe. Tangitur uero manus mulieris,
& ſanatis operibus eius, peccatorum infirmitas fu
git. ¶ *Et continuo ſurgens, miniſtrabat illis.* Naturale
eſt febricitãtibus, incipiente ſanitate laſſeſcere, &
ægrotatiõis ſentire moleſtiã. Verũ ſanitas quę do-
mini confertur imperio, ſimul tota redit, nec ſolum
ipſa redit, ſed & tãto robore comitante, ut eis cõ-
tinuo qui ſe adiuuerant, miniſtrare ſufficiat: & (iu
xta leges tropologiæ) membra quæ ſeruierãt im-
munditiæ ad iniquitatem, ut fructificarent morti,
ſeruiant iuſtitiæ in uitam æternam. Sed & ſecun-
dum myſticos intellectus, ſaluato centurionis pue
ro, ac fide gentiũ in centurione laudata conſequẽ-
ter ſocrus Petri, hoc eſt, ſynagoga Iudaica ab æſtu
febrium ſanatur. Domus nanq; Petri, plebs Iſrae-
litica intelligitur, in qua (iuxta quod Paulus apo-
ſtolus refert) Petrus apoſtolatus miniſterium acce Gal. 2.
pit. Socrus uero Petri, eiuſdem plebis eſt ſynago-
ga, quæ mater primitiuæ eccleſiæ tãquam uxoris
Petri ob hoc conuenienter accipitur, quoniam ex
ipſa ſynagoga primaria diſcipulorum Chriſti ec-
cleſia carnis originem traduxiſſe cognoſcitur: quæ
Petro ueluti deſpõſata, ſed ſpũſancti gratia inuiſi-
bili et fœcundata, in exemplũ beati Ioſeph & Ma
riæ uirginis ſalubriter creditur. At uero ſocrus Pe
tri, hoc eſt, ſynagoga Iudaica interim pfidię febri-
bus æſtuat. donec plenitudo gentium introeat, &
ſic omnis Iſrael ſaluus fiat. Cuius manum tangere, Rom. 11.
eſt in ea bonas actiões informare, q̃a niſi mundatæ
fuerint manus Iudæorum, quæ ſanguine ſunt ple-
næ, ſynagoga eorum febricitans iacet. Sed tunc eã
febris dimittit cũ multiplex pfidię languor ipſam
deſerit. Porro ſurgit ac miniſtrat, cũ mortuis ope-
ribus abrenuncians, atq; ea quæ ſurſum ſunt quæ-
rens, in nouitate uitæ perambulat. ¶ *Cum ſol autem
occidiſſet, omnes qui habebant infirmos uarijs languori-
bus, ducebant illos ad illum. At ille ſingulis imponens
manus, curabat eos.* Matthęus ita ſcribit: Veſpere, in- Matt. 8.
quit, facto obtulerunt ei multos dæmonia habẽn-
tes, & eijciebat ſpiritus uerbo, & omnes male ha-
bentes curauit, ut impleretur quod dictum eſt per
Iſaiam prophetam dicentem: Ipſe infirmitates no- Iſaię. 53.
ſtras accepit, & ægrotatiões portauit. Omnes non
mane, nõ meridie, ſed ad ueſperam curantur, quan
do ſol occubiturus eſt, quãdo granum tritici in ter
ra morit, ut multos fructus afferat. Solis nanq; oc-
cubitus, paſsionem mortemq; illius ſignificat, q̃ di-
xit: Quandiu in mundo ſum, lux mundi ſum. Et Iohã. 9.
ſole occidẽte plures dæmoniaci quàm ante, plures
ſanant ægroti: quia temporaliter in carne uiuens,
paucos Iudęorũ docuit, calcato regno mortis, omĩ
bus per orbem gentibus fidei ſalutisq; dona tranſ-
miſit. Cuius miniſteis quaſi uitę lucisq; pręconibus,
Pſalmiſta canit: Iter facite ei q̃ aſcẽdit ſuper occa-
ſum. Super occaſum q̃ppe dñs aſcendit, q̃a unde in
paſsione occubuit, inde maiorem ſuam gloriam re Pſal. 67.
ſurgendo manifeſtauit. ¶ *Exibant autem dæmonia
a multis clamantia & dicentia: quia tu es filius dei. Et
increpans non ſinebat ea loqui, quia ipſum ſciebant eſſe
ſe Chriſtum.* Dæmonia filium dei confitebantur, &
atteſtante euangeliſta, ipſum eſſe Chriſtum: quia
quem dierum quadraginta ieiunio fatigatum dia-
bolus hominem cognouerat, nec tentando ualeba-
bat, an & dei filius eſſet, experiri, iam nunc per ſi-
gnorum potentiam uel intellexit, uel potius ſuſpi-
catus eſt eſſe filium dei. Non ergo ideo Iudæis eũ
crucifigere perſuaſit, quia Chriſtum ſiue filium dei
non eſſe putauit, ſed quia ſe morte illius non pręni
dit eſſe damnandũ. Vere enĩ de hoc myſterio à ſe- 1. Cor. 2.
culis abſcõdito dicit Apoſtolus, quod nemo prin-
cipum huius ſeculi cognouit. Si enĩ cognouiſſent,
nunquam dñm glorię crucifixiſſent. Quare autem
dæmonia Dominus ſe loqui prohibebat, manife-
ſtat Pſalmiſta, qui ait: Peccatori autem dixit deus, Pſal. 49.
quare tu enarras iuſtitias meas? ne quis dum audie

prę-

prædicantem,ſequatur errantem. Improbus autē
magiſter eſt diabolus, q falſa ueris ſemper permi-
ſcet.ut ſpecie ueritatis teſtimonium fraudis obte-
xat. Alias autem non ſoli dæmones qui inuiti con-
fitebantur,iubentur ſilere à Chriſto, ſed & illi qui
ab eo ſanati ſponte confiteri uolebant , immo ipſi
apoſtoli, qui eū poſt reſurrectionē toto orbe erāt
prædicaturi ,ante paſſionem eius præcipiuntur o-
mnino reticere de illo, ne diuina uidelicet maieſta
te prædicata,paſſionis diſpēſatio differretē,& dila
ta paſſione,ſalus mundi quæ per hanc futura erat,
negaretur. ¶*Facta autem die, egreſſus ibat in deſer-
tum locum. Et turbæ requirebant eum, & uenerunt uſq;
ad ipſum, & detinebant eum ne diſcederet ab eis. Qui-
bus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euange
lizare regnum dei.* Si occaſu ſolis, domini mors ex-
primitur, quare non die rediūte reſurrectio illius
indicetur? Cuius manifeſtata luce, à credentium
turbis inquiritē, & in gentium deſerto inuētus,ne
abeat detineē: maxime cū hæc prima ſabbati, quo
reſurrectio celebrata eſt,egreſſio,quęſitio,& inuē
tio contigerit. Quod autem ſecundū Marcū abijt
Mar.1. in deſertū locū dñs,ibiq; orabat,hoc facto intima
tur, qa reſurrectiōis ſuę patefacta gloria , abijt in
deſertū gentium, ibiq; in ſuis fidelibus orabat, qa
corda eorum per gratiam ſui ſpiritus ad uirtutem
orationis excitabat. Et nos igitur fratres exēplo
eorum qui dominum fideliter exquiſierūt,& ideo
inuenire meruerunt , atq; præſentia eius dulcedi-
ne capti detinebant illū ne diſcederet ab eis,inten
damus mentis obtutum, & adiuuante domino,do
minum requiramus. Diuini cantici uox eſt: Quęri
Pſal.68. te dominum,& uiuet anima ueſtra. Quęramus in-
ueniendum,quæramus inuentum. Vt inueniendus
quæratur occultus eſt: ut inuentus quæratur, im-
menſus eſt. Vnde & alibi dicitur: Quærite faciem
Pſal.104 eius ſemper. Satiat enim quęrentē inquantum ca-
pit,& inuenientem capatiorem facit,ut rurſus quæ
rat impleri,ubi plus capere cœperit. Non ergo di-
ctum eſt,quærite faciem eius ſemper,quemadmo-
dum de qbuſdam,ſemp diſcētes,& ad ueritatis ſci
a. Tit.3. entiam nunquam peruenientes:ſed potius ſicut il-
le ait: Cum coſummauerit homo,tunc incipit,do-
Eccl.18. nec ad illam uitā ueniamus, ubi ſic impleamur, ut
rapaciores non efficiamur, qa ita pfecti erimus,ut
iam nō ꝓficiamus. Tunc enim oſtenditur nobis q̄d
ſufficit nobis. Hic autem ſemper quæramus,& fru-
ctus inuentionis non ſit finis inqſitionis. Neq; enī
ꝓpterea nō ſemper,qa hic tantū:ſed ideo hic dici-
mus eſſe quærendū, ne aliquando hic putemus ab
inquiſitione ceſſandum. Nam & de quibus dictum
eſt,ſemper diſcentes,& ad ueritatis ſcientiam nūſ
q̄ ꝑuenięntes, hi ſunt utiq; diſcentes. Cum uero de
hac uita exierint,iam nō erunt diſcentes,ſed erro-
ris ſui mercedem recipiētes. Sic enī dictū eſt, ſem
per diſcentes, & ad ueritatis ſcientiam nunq̄ per-
uenientes: tanquam diceretur, ſemper ambulātes,
& nunquam ad uiam peruenientes. Non autē ſem
per ambulemus in uia, donec eo ueniamus quo du-
cit uia. Nuſquam remaneamus in ea donec perdu-
cat ubi maneamus: atq; ita & quęrendo tendimus,
& inueniendo ad aliquid ꝑuenimus , & ad id quod
reſtat, quęrēdo & inueniēdo tranſeamus,quouſq;
inueniendo ibi fiat finis quærendi, ubi poſt pfectio
Rom.5. nem non ſupereſt inuentio ꝓficiendi,in Chriſto Ie
a.Cor.5. ſu domino noſtro, per quem nunc gratiam recon-
ciliationis accepimus, & acceſſum habemus ex fi-
de,iuſtificati ex ea in gratiā ſpei glorię filiorū dei,
qui & dedit nobis pignus ſpiritus: ipſi ſemper glo
ria uirtus & in patre & ſpirituſancto ante ſecula,
& nunc per immortalia ſecula ſeculorum Amen.

IN OCTAVA PENTE- coſtes. Iohan iij.

¶ In illo tempore: Erat homo ex phariſæ
is Nicodemus nomine, princeps Iudæorū.
Hic uenit ad Ieſum nocte,& dixit ei: Rab
bi, ſcimus quia a deo uenisti magiſter. Et re
liq̄. Homilia uenerabilis Bedæ pſbyteri.



S Icut ex lectiōe ſan
cti euāgelij fratres
chariſsimi audiſtis,
princeps Iudæo-
rum uenit ad do mi-
minum nocte, cupiens ſe-
creta eius allocutione ple
nius diſcere myſteria fidei,
cuius aperta oſtenſione ſi-
gnorum aliquatenus iam
rudimēta perceperat. Qui
quoniam prudēter ea quæ
ab illo fieri uidebat,intelligere curauit,ſublimiter
ea quæ ab illo quærebat, inueſtigare promeruit.
¶*Rabbi, inquit, ſcimus quia a deo uenisti magiſter. Ne-
mo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit
deus cum eo.* A deo igitur Ieſum uenisse ad magiſte
rium cœleſte mundo adhibendum confeſſus eſt,de
um cum illo fuiſſe , miraculis prodentibus intelle-
xit: necdum tamen ipſum deum eſſe cognouit.
Sed quia quem magiſtrum nouerat ueritatis ſtu-
dioſe docendus adijt , merito ad agnitionem diui-
nitatis eius perfecte doctus ſubijt: merito utriuſq;
natiuitatis eius, diuinæ ſcilicet & humanæ, ſed &
paſsionis & aſcenſionis ipſius arcana percepit, nec
non etiam modum ſecūdę generationis,& ingreſ-
ſum regni cœleſtis,aliaq; perplura doctrinę euan-
gelicæ ſacramenta,domino reuelāte,didicit. ¶*Re-
ſpondit etenim Ieſus, & dixit ei: Amen amen dico tibi,
niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt uidere regnum
dei.* Quæ ſententia tāto apertius cunctis fidelibus
lucet,quanto conſtat qa ſine huius luce fideles eſſe
nequeunt. Quis etenim ſine lauacro regeneratio-
nis remiſsionem peccatorum conſequi,& regnum
ualet intrare cœlorum? Sed Nicodemus , qui no-
cte uenit ad dominum,necdum lucis myſteria ca-
pere nouerat: nam & nox in qua uenit , ipſam eius
qua premebatur ignorantiam deſignat. Nec dum
enim eorum numero ſociatus erat, quibus ait Apo
ſtolus: Fuiſtis aliquando tenebræ,nunc autem lux Ephe.5.
in domino , ſed inter eos potius remanebat , qui-
bus loquitur Iſaias: Surge , illuminare Hieruſalē, Iſaię.40
quia uenit lumen tuum, & gloria domini ſuper te
orta eſt. Reſpondit ergo domino , & ait: ¶*Quo-
modo poteſt homo naſci , cum ſit ſenex? Nunquid poteſt
in uentrem matris ſuæ iterato introire, & naſci?* Quia
enim ſecundæ natiuitatis adhuc neſcius perſeuera
bat, de ſalute autem ſua iam ſolicitus extiterat ,
neceſſario de una quam nouerat natiuitate, an poſ
ſet iterari , uel quo ordine regeneratio poſſet im-
pleri quærebat, ne huius expers remanendo,uitæ
cœleſtis particeps eſſe nequiret. Notandum autē,
quia quod de carnali dixit, hoc etiam de ſpiritua-
li eſt generatione ſentiendum, nequaquam uideli-
cet eam poſtquam ſemel expleta fuerit, poſſe repe
ti. Siue enim hæreticus, ſiue ſchiſmaticus, ſiue faci-
noroſus

norоſus quiſq; in confeſsione ſanctæ trinitatis bas
prizet, non ualet ille qui ita baptizatus eſt, à bonis
catholicis rebaptizari, ne cõfeſſio uel inuocatio tã
ti nominis uideatur annullari. Et quia Nicodemus
ad primam domini reſponſionem ſolicitus quomo
do ſit intelligenda, diligenter inquirit, meretur iã
planius inſtrui: & quia ſecunda natiuitas non car-
nalis, ſed ſpiritualis ſit, audire. Reſpondit nanque
illi Ieſus. ¶ *Amen amẽ dico tibi, niſi quis renatus fuerit*
ex aqua & ſpũſancto, non poteſt introire in regnum dei.
Cuius natiuitatis modum ſubſequẽter exponens,
prorſusq; à carnali diſtinguens, ait: ¶ *Quod natum*
eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ſpiritu, ſpiritus
eſt. Natura ſpiritus inuiſibilis, carnis uiſibilis eſt:
atque ideo carnalis generatio uiſibiliter admini-
ſtratur uiſibilibus incrementis, qui in carne naſci-
tur, per ætatũ momenta proficit: ſpiritalis aũt ge-
neratio tota inuiſibiliter agitur. Nam uidetur quis
dem baptizandus in fontẽ deſcendere, uideť aquis
intingi, uideť de aquis aſcendere: quid autẽ in illo
lauacrum regenerationis egerit, minime poteſt ui
deri. Sola hoc fideliũ pietas nouit, quia peccator in
fontem deſcendit, ſed purificatus aſcẽdit: filius mor
tis deſcẽdit, ſed filius reſurrectionis aſcendit, filius
præuaricationis deſcendit, ſed filius reconciliatio
nis aſcendit: filius iræ deſcendit, ſed filius miſericor
diæ aſcendit: filius diaboli deſcendit, ſed filius Dei
aſcendit. Sola hoc eccleſia mater quæ generat, no-
uit. Cæterum oculis inſipientium uidetur talis exi
re de fonte qualis intrauit, totumq; ludus eſſe q̃d
Sapi.5. agitur. Vnde in fine uidẽtes gloriam ſanctorum, di
cent gementes in tormentis: Hi ſunt quos aliquan-
do habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem im-
1.Ioh.3. properij. Quomodo ergo computati ſunt inter fi-
lios dei? Et apoſtolus Iohãnes: Chariſsimi, inquit,
nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit quid eri-
mus. Quod ergo natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt:
quia qui ex aqua & ſpiritu regeneratur, inuiſibili-
ter in nouum mutatur hominem, & de carnali effi-
citur ſpiritalis. Qui ideo recte non ſolum ſpiritalis
ſed etiam ſpiritus uocatur: quia ſicut ſubſtãtia ſpi-
ritus inuiſibilis eſt noſtris aſpectibus, ita is qui per
gratiam dei renouať, inuiſibiliter fit ſpiritalis, &
Dei filius, cum uiſibiliter omnibus caro & filius
hominis appareat. Sequitur: ¶ *Non mireris quia*
dixi tibi, oportet nos naſci denuo. Spiritus ubi uult ſpi-
rat, & uocem eius audis, ſed non ſcis unde ueniat, aut
quo uadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Spiri-
tus ubi uult ſpirat, quia ipſe habet in poteſtate, cu-
ius cor gratia ſuæ uiſitationis illuſtret. Et uocem
eius audis, cum te præſente loquitur is qui ſpiritu
ſancto repletus eſt. Sed non ſcis unde ueniat aut q̃
uadat, quia etiam ſi te præſente quempiam ſpiritus
ad horam impleuerit, non potes uidere quomodo
in eum intrauerit, uel quomodo redierit, qui natu-
ra eſt inuiſibilis. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpi
ritu. Et ipſe enim (inuiſibiliter agẽte ſpũ) incipit
eſſe quod non erat, ita ut infideles neſciãt unde ue-
niat, aut quo uadat, id eſt, qa à gratia regenerati-
onis uenit in adoptionem filiorum dei, & uadit in
perceptionem regni cœleſtis. Quærente aũt adhuc
Nicodemo q̃modo poſſent hæc fieri, ſubiunxit do-
minus, dicens: ¶ *Tu es magiſter in Iſrael, & hæc igno-*
ras? Non quaſi inſultare uolens ei qui magiſter uo-
cetur, cum ſit ignarus ſacramentorum cœleſtium,
ſed ad humilitatis illum uiã prouocans, ſine qua ia
nua cœleſtis non poteſt inueniri. ¶ *Si terrena dixi*
uobis, & nõ creditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia cre-
detis? Terrena illis dixit, ut in ſuperiori lectione
inuenimus, cum de paſſione ac reſurrectiõe ſui cor
poris, quod de terra aſſumpſerat, loquereť, dicens:
Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo il- Iohã.2.
lud. Nõ tñ credebant uerbo quod dixit: ſed ne hoc
qdem intelligere ualebant, qa nõ de alio q̃ de tem
plo corporis ſui diceret. Qui ergo terrena audien
tes non capiebant, quãto minus ad cœleſtia, id eſt,
diuinæ regenerationis cupiẽda myſteria ſufficiũt?
Addit aũt adhuc dñs & de cœleſtibus ſacramentis
& terrenis inſtruere eum, quẽ uidit ſapiẽter ac di-
ligenter his quę audit, intẽdere. Cœleſtis nanq; eſt
aſcenſio eius ad uitã ſempiternã, terrena uero ex-
altatio eius ad mortẽ tẽporalẽ. Dicit ergo de cœ-
leſtibus: ¶ *Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo*
deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo. Subiungit ue-
ro de terrenis: ¶ *Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentem*
in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. Merito
autem quæritur quomodo dicatur filius hominis
uel deſcendiſſe de cœlo, uel eo tempore quo hæc
loquebať in terra, iam fuiſſe in cœlo. Nota eſt nãq;
confeſſio fidei catholicę, quia deſcendens de cœlo
filius dei, filiũ hominis in utero uirginali ſuſcepit,
eumq; completa diſpenſatione paſſionis ſuæ, reſuſ
citauit à mortuis, & aſſumpſit in cœlum. Nõ ergo
caro Chriſti deſcendit de cœlo, neque ante tempus
aſcenſionis erat in cœlo. Et qua ratione dicit, niſi
qui deſcendit de cœlo, filius hoĩs qui eſt in cœlo, niſi
ſi qa una Chriſti perſona eſt in duabus exiſtens na-
turis? Atq; ideo filius hoĩs recte dicitur & deſcen
diſſe de cœlo, & ante paſsionem fuiſſe in cœlo: qa
quod in ſua natura habere non potuit, hoc in filio
dei à quo ſumptus eſt, habuit, ſicut propter eãdem
unius Chriſti perſonam, quę ex duabus extat natu
ris, Apoſtolus ait: Vos ſpũſſanctus poſuit epiſco- Actu.20
pos regere eccleſiam dei, quã acquiſiuit ſanguine
ſuo. Neq; eñ deus in ſua ſubſtantia, ſed in hoĩe aſ-
ſumpto ſanguinẽ quẽ pro eccleſia funderet habuit.
Hinc etiam Pſalmiſta dicit: Aſcendit deus in iubi
latione. Quomodo enim deus niſi in hoĩe aſcende Pſal.46.
ret, qui in ſuæ natura maieſtatis ſemper ubiq; prę
ſens adeſt? Sed & hoc quærendũ quomodo dictũ
ſit, & nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcẽdit de
cœlo: cum omnes electi ueraciter confidant aſcen
ſuros ſe in cœlum, pmittente ſibi dño, quia ubi ego
ſum, illic & miniſter meus erit. Cuius tñ nodũ quæ
ſtiõis apertiſsima ratio ſoluit, qa uidelicet media Iohã.12.
tor dei & hoĩm homo Chriſtus Ieſus electorũ oĩm
caput eſt, itemq; oẽs electi eiuſdem capitis mem-
bra ſunt, dicẽte Apoſtolo: Et ipſum dedit caput ſu-
pra omnem eccleſiam. Et rurſum: Vos eñ eſtis cor- Ephe.1.
pus Chriſti, & mẽbra de mẽbro. Nemo ergo aſcen 1.Cor.12.
dit in cœlũ, niſi q deſcẽdit de cœlo, filius hoĩs q eſt
in cœlo. Quod eſt aperte dicere: Nemo aſcendit in
cœlũ, niſi Chriſtus in corpore ſuo quod eſt eccleſia,
qui in ſeipſo qdem primum cernẽtibus apoſtolis,
eminentioribus nimirum membris ſuis, aſcẽdit, &
exinde in membris ſuis quotidie aſcendẽs, ſe colli-
git in cœlum. Hinc eſt eñ q̃d ipſum corpus eius in
ter aduerſa pręſentis ſeculi deprehenſum, gloriať
& dicit: Nunc aũt exaltauit caput meum ſuper ini
micos meos. Ac ſi aperte dicat: Qui occiſum à Iu- Pſal.26.
dæis Chriſtum, caput uidelicet meum, ſuſcitauit à
mortuis, ac fruſtratis omnibus inimicorũ inſidijs
ſubleuauit in cœlum, ſpero quod me etiam de præ
ſentibus piculis eruẽs, meo capiti iungat in regno.
Quia ergo nemo aſcendit in cœlũ, niſi qui deſcen-
dit de cœlo, quiſquis in cœlum aſcẽdere deſiderat,

DVm dignitas imperialis a Deo ordinata, ad nil aliud exaltata eſſe uidetur, niſi populo præeſſe & prodeſſe, proinde datur a deo electis poteſtas & ſapientia. Poteſtas, ut ſuperbos opprimat, & defendat ab improbis humiles. Sapiētia, ut regat & doceat pia ſolicitudine ſubiectos. His duobus ſancte Imperator muneribus diuina ueſtram incõparabiliter ſublimitatem eiuſdem nominis & numinis anteceſſoribus gratia ſuperexaltauit & honorauit, terrorem potentiæ ueſtræ ſuper omnes undique gentes immittens, ut uoluntaria ſubiectione ad uos ueniant, quos prioribus bellicus labor temporibus ſibi ſubdere non potuit. Quid igitur, quid agendum eſt ueſtræ deo deuotiſſimæ ſolicitudini tēpore ſerenitatis & pacis, quo militaris laboris cingulo ſoluto, totus pacifica quiete populus concurrere feſtinat ad ueſtræ iuſſionis edictum, intentuſq; ante thronū gratiæ ueſtræ conſiſtens, quid cui perſonæ ueſtra autoritas præcipere uelit: niſi etiã omni dignitate iuſta decernere, rata præcipere, ſancta admonere, ut quiſq; lætus cum perpetuæ ſalutis præcepto domū redeat? Ne uero meæ in dño deuotionis ſtudium ocio torpens, ueſtro in prædicatione catholicæ fidei defuiſſet adiutorio, direxi ſanctiſſimæ autoritati ueſtræ de fide ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, ſub ſpecie manualis libelli ſermonē, ut diuinæ laus & fides ſapientiæ, ſapientiſſimi hoim probaretur iudicio. Nec uidelicet alio quolibet ueſtræ imperialis maieſtatis munere digniorem æſtimabã ſapientiã, nec aliū quemlibet tam excellenti dono in accipiendo æque dignū putabam, dum principem populi Chriſtiani cuncta ſcire & prædicare quæ deo placeant neceſſe eſſe, notiſſimū eſt. Neq; enim quemq̃ magis decet meliora noſſe uel plura, q̃ imperatorē, cuius doctrina omnibus ꝓdeſſe debet ſubiectis. Non quo imperator inuicte & ſapientiſſime, ac refulgens rector, aliquid ſciētiæ ueſtræ fidei catholicæ incognitum eſſe, uel minus exploratum cogitarem: ſed ut mei nominis, quo a quibuſdã magiſter (licet non merito) uocabar, officium oſtenderē, necnõ ut cõuincerem eos qui minus utile exiſtimabant, ueſtrã nobiliſſimã intentionem dialecticæ diſciplinæ diſcere uelle. rationes, quas pater Auguſtinus in libris de ſancta trinitate apprime neceſſarias eſſe putauit, dū ꝓfundiſſimas de ſancta trinitate quæſtiones, non niſi categoriarū ſubtilitate ſolui poſſe ꝓbauit. Quod etiã in ante noiato eiuſdē patris opuſculo, pius & deuotus inquiſitor facile inueniet, ſi philoſophiæ cognitionē in diſcēdo habere nõ negligit. Hæc omnia deuota mētis acie cõſiderans, tpe celeberrimi cõuentus, quo ſacerdotes dei, & populi prædicatores Chriſtiani in unum imperiali præcepto conueniūt, nõ ignaui (ut reor opum pondera in ratione catholicæ fidei ueſtræ excellentiſſimæ autoritati attuli: ſi dñs, qui uoluntatē dicendi dederat ſpiritu gratiæ cor (ut de eius cõfido miſericordia) in agnitione ueritatis illuminauit. Nec aliquid mea inuenire ualuit deuotio, quod liberius afferret, nec ꝙ regalē beneuolentiã gratius accepiſſe putarem. Quid exinde efficere ſit ratū, ueſtræ probationis expectat iudiciū, ſi digne meus iſte labor in ſacerdotales procedere ualeat aures. Ergo ueſtræ dignitatis dextera dante ad legendū, nemo iuſte mea dicta ſpernere poterit, quia probantis autoritas pluris æſtimatur, q̃ ſcribentis deuotio. Multa eſt omnibus fidelibus in ueſtra pietate gloriandi facultas, dū clementiæ ueſtræ ſolicitudo ſacerdotalē, ut decet, habet in prædicatione uerbi

dei uigorem, & perfectam in catholica fide ſcientiam, & ſanctiſſimam pro hominū ſalute, deuotionem. Quapropter uniuerſorum precibus fidelium optandū eſt, ut in oēm gloriā ueſtrū extendatur imperiū, ut ſcilicet catholica fides, q̄ humanū genus ſola uiuificat, ſola ſanctificat, ueraciter in una cōfeſſiōe cūctorum cordibus infigatur, quatenus ſummi regis donāte pietate, eadē ſanctæ pacis & perfectæ charitatis oēs ubiq; regat & cuſtodiat unitas. Nec aliud omnipotenti deo munus amabilius eſſe ꝓbatur, quam in catholica fide diuinæ cōcordiæ charitas, ut omnes unum ſint in Chriſto, qui pro omnibus mortuus eſt, per quem cuncti credentes in eum, efficiantur filij æternæ beatitudinis.

O rex auguſto clariſſime dignus honore,
Et dux, & doctor, & decus imperij,
Te pater atq; patris proles, te ſpiritus almus
Protegat, exaltet, ſaluet, honoret, amet.
Quem tua per populos, terras, per regna, per urbes,
Mens pia permandet ſemper amare deum.

INDEX CAPITVM
primi Libri.

1 Quod ad ueram beatitudinem, niſi per fidem catholicam, peruenire nemo poterit.
2 Quæ ſit uera fides.
3 Quod ſit unus deus, pater et filius et ſpūſſctūs.
4 Quod quædam de deo ſubſtantialiter, quædam relatiue dicuntur.
5 Quod ſpirituſſanctus relatiue dicitur ad patrē & filium.
6 Quod ſpirituſſanctus communis eſt patris & filij ſpiritus.
7 Quod non de patre & filio illud de illo dici poſſunt.
8 Quod neceſſario diſcernendum ſit, quid de deo ſubſtantialiter, uel quid relatiue dicatur.
9 Quod non ſit maius aliquid pater & filius & ſpirituſſanctus ſimul dicti, quam una quælibet perſona ex eis.
10 Quod nihil ſecundum accidens in deo dicatur.
11 Quod non ſit diuerſum in ſubſtantia patrem & filium dicere.
12 Quæ ſint propria unicuiq; perſonæ in ſancta trinitate.
13 Quod quædam opera ſanctæ trinitatis quibuſdam perſonis proprie conueniunt.
14 Quod ſancta trinitas non ſit ſeparabilis natura, nec in perſonis dicenda.
15 Quid ſit inter ingenitum patrē, & quod filius ſolus ſit genitus: ſpūſſanctus nec genitus nec ingenitus.
16 Quomodo intelligendæ ſint locutiones prædicamentorum de deo.

¶ Quod ad uerā beatitudinem, niſi per fidem catholicam, peruenire nemo poterit. Caput I.

QVanuis enim in huius exilij ærūnoſam cæcitatem pro originalis peccati iuſtiſſima pœna a gaudio beatæ felicitatis deiecti ſimus, nō tamen ita inde præciſi atq; abrupti ſumus, ut non etiā in iſtis mutabilibus & tēporalibus æternitatem, ueritatē, beatitudinē quærere uel deſiderare ignoremus. Quod ex eo perſpicuū eſt, quod nec mori, nec falli, nec miſeri eſſe, uoluntatē habemus. Vnde ex hoc naturali inſtinctu beatos eſſe uelle, omnibus cōmune eſt hoībus, licet diuerſo modo in animis ſingulorū beatitudinis appetitus fiat. Quidā uero beatū exiſtimant eſſe, regno potiri terreno, alij diuitijs abundare, alij honoribus exultari. Quidā uero laudibus celebres eſſe gaudēt, alij uoluptatibus inhiant carnalibus, ſed nequaq̄ in huius uitæ uolubilitate uera inueniri poterit beatitudo. Quocirca tota ſanctarū ſeries ſcripturarū nos à terrenis ad cœleſtia erigi hortatur, ubi uera & ſempiterna eſt beatitudo, ad quam niſi per fidem catholicæ pacis, cooperante charitate dei & proximi, neminem peruenire poſſe certiſſimum eſt.

¶ Quæ ſit uera fides. Caput II.

DEniq; ad uerā beatitudinē ꝑuenire uolentibus, primo olm fides neceſſaria eſt, ſicut apoſtolica docet autoritas, dicens: Sine fide impoſſibile eſt deo placere. Conſtat ergo neminē ad uerā ꝑuenire poſſe beatitudinē, niſi deo placeat: & deo neminē placere poſſe, niſi ꝑ fidē. Fides nanque eſt bonorū oīm fundamentū. Fides eſt humanę ſalutis initiū. Sine hac nemo ad filiorū dei poteſt cōſortiū ꝑuenire: qa ſine hac ipſa nec in hoc ſeculo qſquā iuſtificatiōis cōſequit̄ gratiā, nec in futuro uitā poſſidebit ęternā. Et ſi qs hic nō ambulauerit ꝑ fidē, nō ꝑueniet ad ſpeciē beatę uiſionis dñi noſtri Ieſu Chriſti. Proinde oīs anima rationalis ętate cōgrua diſcat fidē catholicā, maxime populi ꝓdicatores Chriſtiani, & eccleſiarū dei doctores, ut poſſint ueritati cōtradicētibus reſiſtere, & catholicā amātibus pacē ꝓdeſſe. Quomodo docet quis q̄d nō didicit? uel qualiter paſtor eſſe poterit, ſi pane uitæ gregē ſibi cōmiſſum paſcere ignorat? Nec erubeſcat neſciens diſcere q̄d ignorat, nec ſciēs tardus ſit docere q̄d nouit. Sciat uterq; ſe ſuo dño accepte pecuniæ rationē redditurum. Tunc deſiderabilem fidelis ſeruus audiet uocem dñi, dicētis: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſup pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Heb. 11. Mat. 25.

¶ Quod ſit unus deus, pater & filius & ſpirituſſanctus. Caput III.

OMnis nanque ſcriptura ueteris & noui teſtamenti diuinitus inſpirata, ſi catholice intelligitur, hoc inſinuat, q̄d pater & filius & ſpūſ-

ſanctus, unus ſit deus, unius eiuſdẽq́ ſubſtãtię eſſen
tię, atq; inſeparabilis in diuinitate unitatis. Ideoq́
nõ ſunt tres dij, ſed unus deus, pater & filius & ſpũſ
ſanctus: quanuis pater filiũ genuerit, & ideo filius
nũ ſit q pať eſt: filiusq́ à patre ſit genitus, & ideo
pater nõ ſit qui filius eſt: ſpũſſanctus nec pater ſit,
nec filius, ſed tantũ patris & filij ſpũs, patri & filio
am ipſe coęqualis, & ad trinitatis ptinens unitatẽ.
Et hęc trinitas unus eſt deus, ex q̃ oĩa, per quẽ oĩa,
& in q̃ oĩa, beato Paulo apoſtolo atteſtãte, ubi ait:
Rom. 11 Quõ ex ipſo & p ipſum & in ipſo ſunt oĩa: Ipſi glo
ria in ſecula ſeculorũ. Amen. Teneamus igitur fir
miſsime, patrẽ & filiũ & ſpũmſanctũ, unũ eſſe natu
raliter deũ: nec tñ ipſum patrẽ eſſe q filius, nec fili
um ipſum eſſe q pater eſt, nec ſpũmſanctũ ipſum
eſſe q pater aut filius eſt. Vna eſt enĩ patris & filij &
ſpũſſancti eſſentia, in qua nõ eſt aliud pater, aliud
filius, aliud ſpũſſanctus: quãuis pſonaliter ſit alius
pater, alius filius, alius ſpũſſanctus. Quod nobis ma
xime in ipſo ſanctarũ ſcripturarũ demonſtrať ini
Gene. 1. tio, ubi deus dicit: Faciamus hoĩem ad imaginẽ &
ſimilitudinẽ noſtrã, cũ enĩ ſinguiari numero dixit,
imaginẽ: oſtendit unã naturã eſſe, ad cuius imagi
nẽ homo fieret: cũ uero dicit pluraliť, noſtrã: oſten
dit deum ad cuius imaginem homo fiebat, nõ unã
eſſe perſonã. Si eñ illa una eſſentia patris & filij &
ſpiritusſancti, una eſſet perſona, non diceretur, Ad
imaginem noſtram, ſed ad imaginem meam: nec di
xiſſet, faciamus, ſed faciam. Si uero in illis tribus p
ſonis tres eſſent intelligendę uel credendę ſubſtan
tiæ, nõ diceretť, ad imaginẽ noſtrã, ſed ad imagines
nr̃as. Sed ad unã imaginẽ unius homo factus diciť,
ut una ſanctę trinitatis eſſentialiter diuinitas intis
metur. Hãc quoq; trinitatẽ pſonarũ, atq; unitatem
naturę, ppheta Iſaias reuelatã ſibi nũ tacuit, cũ di
Iſaię. 6. xit Seraphim audiſſe clamãtia: Sãctus, ſanctus ſan
ctus Dñs deus ſabaoth. Vbi pſus in eo q̃d dicitur
tertio, ſanctus, perſonarũ trinitatẽ: in eo uero q̃d
ſemel dicitur dñs deus ſabaoth, diuinæ naturę co
gnoſcimus unitatẽ. Plane & abſq; oĩ dubitatione
credendũ eſt, patrẽ & filiũ & ſpũmſanctũ, unũ eſſe
deũ omnipotentẽ, ęternũ, incõmutabilẽ, & ſingulis
horũ deus, & ſimul oẽs unus deus. Et ſingulus quiſ
que horũ plena & pfecta & ęterna ſubſtãtia, & ſi
mul oẽs una ſubſtãtia. Quia quicqd eſt pater eo q̃d
deus eſt, q̃d ſubſtantia eſt, q̃d ęternitas eſt, hoc fi
lius, hoc ſpũſſanctus eſt. Ita etiã & filius eo q̃d de
us eſt, q̃d ſubſtantia eſt, quod ęternitas eſt, hoc pa
ter eſt, hoc ſpũſſanctus eſt: & quicquid ſpũſſanctus
eſt, eo q̃d deus eſt, q̃d ſubſtãtia eſt, quod æternitas
eſt, hoc pater eſt & filius. Vna in tribus diuinitas,
una eſſentia, una omnipotẽtia, & quicqd ſubſtan
tialiter de deo dici poteſt. Si forte de ſolo patre in
terrogatus fueris quid ſit pater, reſponde, deus: in
terrogatus de filio, reſpõde, deus: interrogatus de
ſpũſancto, reſpõde, deus. Si interrogatus fueris ſi
mul de patre & filio & ſpũſancto, nõ deos, ſed deũ
reſponde, unum, oĩpotentẽ, incõmutabilem.

¶ Quod quædam de Deo ſubſtantialiter, quę
dam relatiue dicuntur Caput IIII.

SCiendũ eſt, q̃d quędã de deo ſubſtãtialiter dicũ
tur, ut eſt, deus magnus, omnipotẽs, & quicqd
ad ſe dicitur. i. ſubſtantiã diuinitatis ſignificãs.
Quędã itaq; relatiue dicũtur, ut pater ad filiũ, &
filius ad patrẽ, & ſpũſſanctus relatiue ad patrẽ &
filiũ. Ad ſe aũt ſiue pater, ſiue filius, ſiue ſpũſſanct9,
deus ſubſtãtialiter diciť. Itaq; pater eo q̃d deus eſt,
hoc ipſo ſubſtãtia eſt. Quia eiuſdẽ ſubſtãtię filius &
citur, qa nõ ſubſtantię nomẽ eſt, ſed refertur ad fi
lium. Non ſic dicimus filiũ patrẽ eſſe, quomodo di
cimus filium deũ eſſe. Nec ita dicimus patrẽ filiũ
eſſe, ſicut dicimus deũ eſſe: qa deus ſubſtantialiter
diciť, pater & filius & ſpũſſanctus relatiue dicũtur.

¶ Quod Spiritusſanctus relatiue dicitur ad pa
trem & filium. Caput V.

PRorſus & ſpũſſanctus relatiue dicitur ad pa
trẽ & filiũ, ſed non eo modo q̃ inter ſe pater &
filius. Sicut eñ relatiue pater & filius dicũtur,
ita & ſpũſſanctus ad patrẽ & filiũ quodãmodo re
latiue dicitur, qa patris & filij ſpiritus eſt. Sed ipſa
relatio ſpũſſancti nõ ita reciproca ratione cõuerti
poterit, ſicut pater & filius. Nã pater filij pater di
citur, & filius patris filius diciť, ſpũs uero ſanctus
uniformiter dicitur ad patrẽ & filiũ, qa patris & fi
lij ſpũs eſt. Dicimus ſpũmſanctum ſpũm patris, ſed
non uiciſſim dicimus patrẽ ſpũſſancti: ne filius eius
intelligatur ſpũſſanctus. Itẽ dicimus ſpũmſanctũ
ſpũm filij, ſed nõ dicimus filiũ ſpũſſancti, ne pater
eius intelligatur ſpũſſanctus. Dicitur & idem ſpũs
donum dei, qa deus donator doni ſui eſt. In qbus
nominibus circunferri poteſt uiciſſim relatiõis re
gula, ut ſi dicamus donator doni, & donũ donato
ris: qa in his uocabulis potuit inueniri uſitata huic
categoriæ, quę dicitur ad aliquid, circumlatio.

¶ Quod Spiritusſanctus communis eſt patris
& filij & ſpiritus. Caput VI.

ERgo hoc donum dei. i. ſpũſſanctus q de patre
& filio æqualiter pcedit, ineffabilis quędã pa
tris filijq; cõmunio eſt: & ideo fortaſſe ſic ap
pellatur, qa patri & filio poteſt eadẽ appellatio cõ
uenire. Nã hoc ipſe pprie diciť, q̃d illi cõmuniter
dicuntur: quia & pater ſpũs, & filius ſpũs, & pater
ſanctus, & filius ſanctus recte dicitur. Ergo ut no
minibus iũctis, quæ ſeparatim utriq; perſonę con
ueniunt, utriuſq; cõmunio pprie ſignificetur, uoca
tur ſpũſſanctus, q eſt tertia in ſancta trinitate per
ſona, patri & filio per oĩa coæqualis, coęternus &
conſubſtãtialis: & hęc trinitas unus eſt deus ſolus,
bonus, magnus, æternus, omnipotens. Ipſe unitas,
deitas, magnitudo, bonitas, omnipotẽtia, & quic
qd ad ſe ſubſtãtialiter diciť. Non ita in relatiuis uo
cabulis intelligendum eſt, uel dicendum: quia dici
non poteſt pater ſibi pater, uel filius ſibi filius, uel
ſpũſſanctus ſibi ſpiritusſanctus, ſed hæc relatiua uo
cabula proculdubio ad perſonas referri debent.

¶ Quod non de patre & filio illud de illo dici
poſſunt. Caput VII.

QVicquid ergo ad ſe dicuntur pater & filius,
non dicitur alter ſine altero, id eſt, quicquid
dicuntur, quod ſubſtantiam eorum oſtendat,
ambo ſimul dicuntur. Si hæc ita ſunt, iam ergo nec
pater eſt deus ſine filio, nec filius deus ſine patre. i.
non ita dicitur pater deus, quaſi filius non ſit deus,
ſed ambo ſimul deus, etiam & unus deus. Quocirs
ca quicqd ſecundũ ſubſtantiã uel æternitatẽ de eis
dici poteſt, ambo ſimul ſunt. Quanuis de filio dicať
deus de deo, lumen de lumine, ambo ſimul lumen,
ſed non pater deus de Deo, nec lumen de lumine,
ſed filius deus de deo, & lumẽ de lumine: ambo ta
men ſemper ſimul deus unus, & unum lumen. Sic
etiam & de alijs appellationibus quæ ſecundũ ſub
ſtantiam dicuntur, id eſt, quod ſimul ambo ſunt,
dici debet, ut omnipotens, magnus, bonus, æter
nus &c. quæ ad ſe dicuntur. Quod ſi ita eſt, hoc ſo
lum de his dici non poteſt, illud de illo, quod ſimul
ambo ſunt: ſicut uerbum de uerbo dici non poteſt,

quia non ſimul ambo uerbum, ſed ſolus filius. Nec imago de imagine, quia non ſimul ambo imago, ſed ſulus filius. Nec filius de fillo, quia non ſimul ambo filius. Nec pater de patre, qa nō ſimul ambo
Iohā.1. pater. Et ideo qnod euangeliſta ait, Et uerbum erat apud deum, malum eſt ut ſic intelligatur, uerbum: quod ſolus eſt filius, erat apud deum quod nō ſolus eſt pater, ſed pater & filius ſimul deus. In quo perfecte intelligitur, quod nō pręceſſerit genitor illud quod genuit: & q̄d ipſe in euangelio ait, Ego
Iohā.10. & pater unum ſumus. Vnū ſumus ait, id eſt, quod ille, hoc ego ſecundum eſſentiam, nō ſecuudum relatiuum. Quod dicimus, lumen de lumine, non duo lumina intelligēda ſunt, uel ſeparatio luminis: ſed ita intelligēdum eſt quod filius effulgentia ęterna luminis eſt æterni, ſicut imago ſempiternę ſubſtantiæ ſempiterna eſt imago.

¶ Quod neceſſario diſcernendum ſit, quid de deo ſubſtantialiter, uel quid relatiue dicatur Caput VIII.

EXempli gratia: Si quæritis quid ſit Abraham iuxta ſubſtantiam, reſpōdetur, homo. Si quæritis de Abraham cur pater ſit, relatiue reſpōdetur, quia filium habet Iſaac. Si quæritis de Iſaac cur ſit filius, relatiue reſpondetur, quia patrem habet Abraham. Omnis uero ratio ad aliud aliquid refertur. Et hęc regula relationis in pſonis ſanctę trinitatis intelligēda eſt. Si ergo interrogatus fueris de deo cur dicatur pater, relatiue reſponde, qa habet filium: & ideo eſſe filium, quia habet patrē. Si ergo de deo dictum tibi fuerit, quomodo pater hoc eſt quod filius, & filius hoc eſt quod pater: reſponde, ſecundum ſubſtantiam hoc eſt filius quod pater, & pater quod filius: quia unus eſt deus & una ſubſtantia, pater & filius. Ad ſe enim deus ſubſtantialiter dicitur: ad patrem filius, & filius ad patrem, relatiue dicitur. Iuxta perſonæ proprietatē non eſt pater q̄ filius, nec filius qui pater eſt. Iuxta ſubſtantię unitatē hoc eſt pater quod filius, id eſt, unus deus omnipotens. Quicquid ergo ad ſeipſum dicitur deus, & de ſingulis perſonis dicitur patre & filio & ſpirituſancto, & ſimul de ipſa trinitate, nō pluraliter, ſed ſingulariter dicendū eſt. Quomodo quippe non aliud eſt deo eſſe, & aliud magnum eſſe, uel aliud eſſe, & aliud bonum eſſe, ſed hoc illi eſt eſt & eſſe & magnum eſſe, et eſſe et bonum eſſe, propterea ſicut nō dicimus tres deos, nec tres eſſentias, ſic nō dicimus tres magnitudines, nec tres bonitates, ſeq̄ unū deum, unam eſſentiam & unam magnitudinem et unam bonitatem.

¶ Quod non ſit maius aliquid pater et filius et ſpirituſſanctus ſimul dicti, quam una quælibet perſona ex eis. Caput IX.

QVod ſi aliquādo cœpiſſet pater pater eſſe, uel filius filius, aut pater aliqñ deſineret pater eſſe, uel filius deſineret filius eſſe, proculdubio ſecundum accidēs diceretur pater uel filius. Abſq; omni ſcilicet dubitatione credi neceſſarium eſt, q̄d pater plenus et perfectus eſt deus, filius plenus & perfectus eſt deus, ſpirituſſanctus & pfectus & plenus eſt deus: non tñ tres dīj pater & filius & ſpirituſſanctus, ſed unus deus plenus & pfectus. Nec aliqd maius tres ſimul dicti, pater & filius, & ſpūſſanctus, quā unus quilibet, uel pater uel filius, uel ſpirituſſanctus: quia eadem magnitudo eſt in una quaq; perſona ſemel dicta, quæ eſt in tribus perſonis ſimul nominatis. Nō ita dicimus in hominibus fieri poſſe. Abraham plenus homo, Iſaac plenus homo, Iacob plenus homo, & hi oēs unius ſubſtantiæ quantum ad humanam pertinet naturam. Non tamen hi tres unus homo, ſed tres omnimodis homines: & aliquid maius in tribus cognoſcit̃, q̄ in quolibet uno eorum. Item Abraham unus homo, non tamen tres pſonæ in eo, ſicut in uno deo tres ſunt perſonæ plenæ & perfectę, ſed una pſona in Abraham, ſicut in uno ſolet homine eſſe.

¶ Quod nihil ſecundum accidens in deo dicatur. Caput X.

IN deo autem nihil quidē ſecundū accidens dicit̃, quia nihil in deo mutabile eſt: nec tamen omne q̄d de deo dicitur, ſecundū ſubſtantiā dicitur, ut in ſuperioribus diximus. Quāuis eñ dicatur pater ad filiū, & filius ad patrē, ſecundū aliqd, nō eſt tñ antecedēs patri patrē eſſe, uel filio filiū eſſe: qa & ille ſemp pater, et ille ſemp filius, qa ęternitas & incōmutabilitas negat accidētis alicuius in deo inſtabilitatē, quia omne accidens ſecundū tēpus uel eſſe uel non eſſe poteſt uel potuit, uel etiā poterit, qa pater nunq̄ nō pater, & filius nunq̄ non filius, nec cœpit unquā pater eſſe pater, nec filius eſſe filius. Quod ſi aliqñ cœpiſſet pater pater eſſe, uel filius filius eſſe, uel deſineret eſſe q̄d erat, ſecundū accidens diceretur pater uel filius. Si uero q̄d dicitur pater, ad ſeipſum diceretur, non ad filiū: & q̄d dicitur filius, ad ſeipſum diceretur, non ad patrē, ſecūdum ſubſtantiā diceretur. Sed pater nō dicitur pater, niſi ex eo q̄d eſt ei filius: & filius non dicitur filius, niſi ex eo q̄d habet patrē, nō ſecundū ſubſtantiā, ut dictū eſt in prioribus: qa nō quiſq; eorū ad ſe ipſum, ſed ad inuicē atq; alterutrum iſta dicunt̃: neq; ſecundū accidens, quia & q̄d dicitur pater & q̄d dicitur filius æternū atq; incōmutabile eſt eis.

¶ Quod non ſit diuerſum in ſubſtantia patrem & filium dicere. Caput XI.

LIcet alius ſit pater, alius filius, nō eſt tñ diuerſa ſubſtantia patris & filīj, qa hoc non ſecundum ſubſtantiā dicūtur, ſed ſecundū relatiuū. Quod tñ relatiuū non eſt accidens, quia nō eſt mutabile. Cū itaq; tātus ſolus eſt pater, uel ſolus filius, uel ſolus ſpūſſanctus, quantus eſt ſimul pater & filius & ſpūſſanctus, nullo modo triplex dicendus eſt deus, qa non eſt q̄ creſcat illa pfectio ſummæ trinitatis. Perfectus aūt ſiue pater ſiue filius, ſiue ſpūſſanctus, & perfectus deus pater & filius & ſpirituſſanctus: ideo trinitas potius quam triplex dicenda eſt.

¶ Quæ ſint propria unicuiq; perſonæ in ſancta trinitate. Caput XII.

HAbent itaq; ſingulæ in ſancta trinitate perſonæ aliquid propriū, quod inſeparabili æqualitate aliquam in ſe oſtendat proprietatem. Pater ſolus pater, & filius ſolus filius, & ſpirituſſanctus ſolus eſt ſpūſſanctus. Et pater hoc habet ꝓprium, quod ex oībus quæ ſunt, ſolus eſt, qa ab alio non eſt, ac per hoc ſolus eſt in paternitatis pſona, non in deitatis eſſentia. Vnigenitus uero filius dei hoc habet proprium, quod ex patre idem ſolo conſubſtantialiter & coeſſentialiter genitus eſt, & in hoc eſt perſonæ ſuæ proprietas. Spirituſſanctus itaq; hoc habet proprium, quod ex patre & filio ęqualiter procedit, & eſt amborum ſpūs, eiuſdemq; ſubſtantię & ęternitatis cum patre & filio. Sed hęc tria uere etiā tria ſunt, ineffabiliterq; tria, & eſſentialiter tria, habētia proprietates ſuas: & hęc tria unum, & uere unum, & hoc unū tres. Sed non tres patres, nec tres filīj, nec tres ſpūſſancti, ſed tres pſonæ, unus pater, unus filius, unus ſpūſſanctus. Et

hi tres. i. patre & filius & ſpūſſanctus, unum ſunt in natura, omnipotētia, & æternitate. Sed hoc etiam atq; etiam firmiter tenendū eſt, nihil in ſancta trinitate ad ſe dictū, plurali numero eſſe dicendū: quia ſimplex illa ſumma diuinitatis natura ſingulari numero deſignari debet, non plurali: ac ideo nec tres deos, nec tres omnipotentes, nec tres bonos, nec tres magnos, nec tres eſſentias in deo dicere fas eſt. Cum enim perſonaliter alius ſit pater, alius filius, alius ſpiritusſanctus, his tamen unū eſt naturæ nomen quod dicitur deus, uel ſubſtantia uel eſſentia, uel omnipotentia, uel alia multa quę ſubſtantialiter, non relatiue de deo dicuntur.

¶Quod quædam opa ſanctę trinitatis quibuſdam perſonis proprie conueniunt. Caput XIII.

IN dubitanter ſiquidem credere debemus, ipſam ſanctam trinitatem eſſe inſeparabilis ſubſtantiæ atq; eſſentię, inſeparabiliterq; operari quicquid à ſingulis perſonis legimus operatum eſſe, quāuis

Mat.3. certiſſimum ſit patrem eſſe ſolū qui dixit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. & filium eſſe ſolum ſuper quem illa uox ſolius patris inſonuit, quando in Iordane ſecundum hominem baptizatus eſt, id eſt, unigenitus deus qui carnem ſolus accepit, & ſpiritumſanctum patris & filij ſolū eſſe, qui in ſpecie columbæ ſuper eundem baptizatum aſcendentem de aqua deſcēdit, &

Actu.2. quinquageſimo die poſt reſurrectionē Christi fideles in uno loco poſitos, in linguarum ignearum uiſione adueniens repleuit. Illam tamen uerisſime uocē, quia ſolus homo factus eſt unigenitus deus, & illam columbam in cuius ſpecie ſpiritusſanctus ſuper Chriſtum deſcendit, illasq; linguas igneas in quarum uiſione fideles uno loco conſtitutos repleuit, opera eſſe totius ſanctę trinitatis, id eſt, unius dei, qui fecit in cœlis & in terra uiſibilia & inuiſibilia, uerisſime credendum eſt.

¶Quod ſancta trinitas non ſit ſeparabilis natura, nec in perſonis dicenda. Caput XIIII.

DEus ergo per immenſitatem naturæ ſuæ, totam creaturam ſuam & implet & continet, ac per hoc totum quicquid eſt implet pater, totum filius, totum ſpiritusſanctus, quia pater & filius & ſpūſſanctus naturaliter unus eſt deus. Inſeparabilis igitꝰ naturę unitas, nō poteſt ſeparabiles habere pſonas. Hęc uero summę trinitatis atq; indiuiduę unitatis natura, quę ſola eſt & ubiq; tota, ſicut ubiq; inſeparabilem habet unitatem naturæ uel operis, ſic ſeparationē non poteſt recipere perſonarum. Nominātur quidē illæ perſonę aliquando ſingulæ, ſed ita ſe uoluit ipſa dei trinitas inſeparabilem oſtendere in perſonis, ut nullum ibi nomen ſit in qualibet perſona, qd ad aliam ſecūdum relationis regulam non referatur, ſicut pater ad filiū, uel filius ad patrem, uel ſpiritusſanctus ad patrem uel filiū uerisſime refertur. Ea uero nomina quę ſubſtantiam uel potentiam uel eſſentiam dei ſignificant, uel quicquid proprie ad ſe dicitur deus, omībus perſonis æqualiter conueniūt, ut deus magnus, bonus, æternus, omnipotens, & omnia quæ naturaliter de deo dicūtur. Non poteſt igitur dici aliquod nomē naturę, quod ſic patri cōuenire poſſit, ut aut filio aut ſpūiſancto æqualiter conuenire nequeat. Dicitur enim pater naturaliter deus, ſed naturaliter eſt deus & filius, naturaliter eſt deus & ſpiritusſanctus. Idcirco inſeparabilis eſt ſancta trinitas in perſonis ſenſu intelligenda, quāuis in uoce ſeparabilia habeat noīa, quia pluralem numerū in naturę ſuę nominibus nullatenus recipit. In hoc oſtenditur perſonas non poſſe diuidi in ſancta trinitate, qa cuiuſlibet perſonę nomen ſemper ad alteram reſpicit perſonā. Si patrem dicis, filiū oſtendis. Si filium nominas, patrē prædicas. Si ſpiritumſanctum appellas, alicuius eſſe ſpiritum neceſſe eſt intelligas. i. patris & filij. Et hoc regulariter tenere debemus, oīa naturę diuinę nomina uel eſſentię, ſicut in una perſona ſingulariter, ſic etiam in tribus ſemper ſingulari numero dici debere. Si quis uero minus in talibus eſt exercitatus myſterijs ſummæ trinitatis, uotis agat apud deū, ut intelligat quæ dei ſunt: nō mecum querelis, quod ea ſcripſi quę in ſanctorum dictis doctor legebam.

¶Quid ſit inter ingenitum patrem, & quod filius eius ſolus ſit genitus, ſpiritusſanctus nec genitus, nec ingenitus. Caput XV

SCiendum eſt, quod non per omnia idem eſt patrem dicere ingenitum, quia etſi filium non genuiſſet, nihil prohiberet eum dici ingenitum: quia dum dicitur ingenitus, non quid ſit, ſed quid non ſit ille, de quo dicis ingenitus, ſignificatꝰ. Pater itaque ſecūdum affirmationem, ingenitus ſecundum negationem dicitur. Negatur itaque genitum eſſe eundē pro quo hoc dicitur, nec tamen aliquid eum genuiſſe ſignificatur, dum dicitur ingenitus. Patrē itaque dum dicimus, ſignificamus filium eum genuiſſe, quia filius proprie ideo genitus dicitur, qa patrem habet qui eum genuit, ſed non eſt inter patrem & filium diuiſio uel ſciſſio, quia alter in altero eſt, ſicut in euangelio legimus ipſum dominum dicentē: Ego in patre, & pater in me. Vnus ab uno Ioan.14 genitus, perfectus à perfecto, plenitudo diuinitatis in utroq;, nihil differens alter ab altero, qa uita an ita eſt, filius à patre, ſicut ipſe ait: Sicut pater Ioan.5. habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere uitam in ſemetipſo, id eſt, talem genuit filiū, qui uitam haberet in ſemetipſo. Spiritus ſiquidem ſanctus nec ingenitus, nec genitus alicubi dicitꝰ: ne ſi ingenitus diceretur ſicut pater, duo patres in ſancta trinitate intelligerētur: aut ſi genitus diceretur ſicut filius, duo itidem filij in eadem æſtimarētur in ſancta trinitate, ſed tantummodo procedere de patre & filio, ſalua fide, dicendus. Qui autem nō de patre procedit in filium, & de filio procedit ad ſanctificandam creaturā, ſicut quidam male intelligentes, credendum eſſe putabant: ſed ſimul de utroque procedit, quia pater talem genuit filium, ut quemadmodum de ſe, ita de illo quoque procedat ſpiritusſanctus.

¶Quomodo intelligendæ ſint locutiones prædicamentorum de deo. Cap. XV.

DEcem genera ſunt humanæ locutionis, quibus homines ſuus ſenſus ſolent inter ſe conferre: non de illis dico, quas grammatici partes orationis uocant, ſed de illis quas philoſophi Græce categorias, Latine prædicamēta appellare ſolent: quæ quidem ab eis ſic nominantur, ſubſtantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, (quod genus locutionis relatiuum dicitur) item habitus, ſitus, tēpus, locus, facere, pati. Hæc ſunt igitur cauſæ locutionis noſtræ. Aut enim de ſubſtantia cuiuſlibet rei loquimur., uel quantitate, id eſt, magnitudine, aut etiam de qualitate, in quo genere locutiōis bonos dicimus qui boni ſunt. Aut uero ad aliquid, id eſt, dum perſonæ quælibet inter ſe conferuntur, ut dominus nō dicitur niſi ſeruus intelligatur: nec iterum ſeruus, niſi reſpiciat ad dominum. Idem de ha

bitu animi uel corporis: aut de ſitu, in quo conſideratur ſtare, ſedere, iacere. De loco & tempore, id eſt, quid in quo loco uel tempore fiat. Item quis quid faciat, uel quid patiatur, ſæpe loquela noſtra oſtēdit. His ergo omnibus modis ſolet ſancta ſcriptura de deo loqui, ſed aliter proprie, aliter tranſlatiue, aliter relatiue. Proprie deus dicitur ſubſtantia una, ſumma & ineffabilis, qui ſemper idem eſt quod eſt, cui nihil accidens uel reſidēs ineſſe poterit, quæ ſemper eſt quod eſt, quia ſemper immutabilis. Item deus magnus dicitur, non alia magnitudine, niſi quia ipſe magnus eſt & immenſus. Ea igitur magnitudine magnus eſt, quia ipſe eadem magnitudo: & ea bonitate bonus eſt, qa ipſe eſt bonitas. Nec deo aliud eſt eſſe, aliud magnum eſſe, aliud bonum eſſe: ſed eo quod eſt magnus, eſt & bonus. Ideo nec tres ſubſtantias, nec tres magnos, nec tres bonos de deo dicere fas eſt. Quod autem facere dicitur, de deo ueriſsime dicitur per quem omnia facta ſunt quæ ſunt, domino dicente:
Ioh. 5. Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Hæc proprie in prædicamentis ſupra nominatis de deo dicuntur, ſi tameo de illo proprie aliquid dici ore hominis poteſt. Relatiue itaque de deo dicitur pater & filius & ſpirituſſanctus, ſicut ſupra abundanter docuimus. Situs uero & habitus, & loca, & tempora, & pati, non proprie, ſed tranſlatiue per ſimilitudines dicūtur in deo. Nam & ſedere ſuper Cherubim dicitur, quod ad ſitum: & abyſ-
Pſal. 77. ſum tanquam ueſtimentum amictus, quod ad habi-
138. tum: & anni tui non deficient, quod ad tempus: &
101. ſi aſcendero in cœlum, tu ibi es, quod ad locum per-
138. tinet. Dicitur & de deo, Pœnitet me feciſſe homi-
Gen. 6. nem: uel etiam, Laboraui ſuſtinens. Neq; enim ali-
Eſaiæ 1. quid deus patitur, quantum ad eius ſubſtantiam pertinet; quia deus eſt, qa incōmutabilis & impaſſibilis ſubſtantia eſt, dum aliæ omnes ſubſtātiæ capiunt accidentia, quibus in eis fiat uel magna uel quantacunq; mutatio. Deo autem huiuſmodi aliquid accidere non poteſt: & ideo ſola eſt incōmutabilis ſubſtantia uel eſſentia quę deus eſt: cui profecto ipſum eſſe, unde eſſentia nominata eſt, maxime ac ueriſsime competit. Cui ſoli optime cōgruit illud nomen quod Græci dicunt on, Latine eſt,
2. Cor. 5. ſicut Apoſtolus ait: Non eſt in illo, eſt, & non: ſed eſt, in illo eſt. Ea uero ſublimitas huius tam arduę diſputationis, reſpirare aliquantulum dictantē admonet, ut liberiori curſu ea quæ deinde dicenda ſunt, ingrediatur explanare.

Finis primi libri.

INDEX CAPITVM
Secundi libri.

1 Quod deus omnium ſit cauſa quæ ſunt ut ſint.
2 Quod deus ſuper omnia ſit.
3 Quod melius ſit de Deo æqualia dicere, quam ſimilia.
4 De immenſitate dei.
5 Quod deus credatur in cœlo magis habitare, quam in terra.
6 Quanuis humano more ſcriptura de deo loquatur, nil tamen commutationis in deo eſſe.
7 Quod deus ubiq; ſit totus poteſtate naturali.
8 Quod deus aliter in ſanctis ſit, aliter peccatoribus præſit.
9 De diuerſitate eorum quæ ſunt.
10 Quod quædam mirabilis facta eſt coniunctio creatoris ad creaturam.
11 Vtrum anima Chriſti plenam habeat diuinitatis ſuæ cognitionem. Mar. 13.
12 Si anima Chriſti plenam habet diuinitatis cognitionem, quomodo dicitur in euangelio, filium neſcire diem iudicij.
13 Quod unum opus ſit patris & filij.
14 Omnia per Chriſtum facta eſſe, ipſum natum, non factum.
15 De eo quod ſicut pater eſt uita, ita eſt & filius.
16 Quod ſubſtantia diuinitatis omnimodo inuiſibilis ſit & incomprehenſibilis in ſua natura.
17 Quod illę uiſiones quę in ueteri teſtamento patribus apparuiſſe leguntur, per angelicas adminiſtrationes fierent.
18 Non de ſolo patre intelligendū quod dicitur, Qui facit mirabilia magna ſolus. Pſal. 71.
19 De unitate ſpirituſſancti cum patre & filio.
20 Quod nihil temporale debemus intelligere de ſpirituſancto, dum dicitur donum dei.
21 Cur idem ſpiritus bis à Chriſto datus ſit.
22 Quanuis diuerſa ſint dona in ſanctis, ab uno eodemq; ſpiritu ſingulis ſingula dantur.

PRAEFATIO IN LIbrum ſecundum.

OMnis itaque ſanctorum autoritas librorum hoc nobiſcum agit, ut recte de deo credamus eumq; tota intētione amemus. Sed mētis humanæ uiſio inualida eſt ad perſpiciendum diuinæ maieſtatis excellētiſsimam lucem, niſi iuſtitiæ, fidei, & dilectionis, diuina donante gratia, illuſtretur ſplendore. Quapropter diuina uotis poſtulanda eſt gratia, ut mūdetur oculus cordis ad uidendum, quam proprie trinitatis ſit unus & ſolus & uerus deus, & quam recte pater & filius & ſpirituſſanctus unius eiuſdemque ſubſtantiæ dicatur, intelligatur, credatur. Ad huius ſacratiſſimæ beatitudinis uiſionem nemo niſi per fidem mundato cordē attingere poterit, dicente ipſa ueritate: Beati mundo Matt. 5. corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Hæc uero uiſio non carnalibus æſtimāda eſt oculis cerni poſſe, ſed puræ mentis intuitu conſideranda eſt, ſecundum quod ſpūſſancti gratia noſtræ mentis aciem illuſtrare dignabitur.

¶ Quod deus omnium ſit cauſa quæ ſunt, ut ſint. Caput I.

EORVM igit̄ quæ ſunt uel fuerūt, uel futura ſunt, cauſa eſt deus, & horū dator & creator. Et non eſt dicere, hoc eſſe ipſum q̄d ſunt illa

quibus

quibus ut eſſent dedit: nec alicui creaturæ partem ſuæ ſubſtantiæ dedit, & cum ipſe ſit immutabilis, mutabilia ſine ſua mutabilitate creauit. Ideo in illo hymno laudabili, quem peracta cœna myſtica coram diſcipulis ſuis in laudem patris deus filius decantauit, non dixit fidelibus ſuis. Vt unum ſint
Iohā. 17. nobiſcum, ſed unum ſint in nobis, quia diuerſa ſubſtantia eſt creatoris & creaturæ. Nec etiam dixit: Ego & ipſe unum ſumus, quanuis per id quod eccleſiæ caput eſt, & corpus eius eccleſia, poſſit di-
Ibid. cere: Ego & ipſe nō unum, ſed unus, quia caput & corpus, unus eſt Chriſtus. ſed diuinitatē ſuam conſubſtantialem patri oſtendens, ait: Vt ſint unum, ſicut & nos unū ſumus. Vult ergo eſſe ſuos unum, ſed in ipſo, quia in ſeipſis non poſſunt diſſociari ab inuicem per diuerſas uolūtates. Cum enim ſit ſancta trinitas unus & ſolus deus, in ſubſtantia ſolus, in perſonis tria quædam cum multis uoluit eſſe: ea uoluit eſſe quod ille ipſe eſt, dum ea quæ uoluit eſſe, originem habent: illi ſiquidem eſt ſine origine eſſe.

¶ Quod deus ſuper omnia ſit.
Caput. II.

DEum ſupra omnem exiſtentiā, ſupra omnem uitam, ſupra omnem intelligētiam credimus eſſe, & illa eſt ſumma exiſtentia, ſumma intelligentia, ſumma uita, à quo omnis uita, omnis intelligentia & omnis exiſtentia. Dei enim idem ipſum eſt & potentia, & ſubſtantia, & diuinitas: & hæc omnia unum ſimplex.

¶ Quod melius ſit de deo æqualia dicere, quam ſimilia. Caput III.

DE dei filio doctor egregius beatus Paulus Apoſtolus dicit: Cum eſſet in forma dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Proinde melius eſſe uidetur æqualitatem de diuinis dicere perſonis, quam ſimilitudinem, quanquam utrunq; inueniatur, quia una quælibat ſubſtantia ſecundum quod ſubſtantia eſt, non eſt alia; ut ſit ſimilis ad aliam. Nec enim in ſancta trinitate ſubſtantia ſubſtantiæ ſimilis eſt, ſed una & ipſa & eadem ſubſtantia eſt patris & filij & ſpirituſſancti. Nec ſunt tres ſubſtantiæ ſimiles, ſed una trium æqualiter: nec pater filio prior, nec filius patre poſterior ſicut Arriani uoluerunt. Nam Abraham & Iſaac licet unius ſint ſubſtantiæ ſecundum humanitatem, tamen Abraham prior eſt tempore, & Iſaac poſterior. Quanuis ſint ſimilis ſubſtantiæ, tamen illa ſimilitudo ſubſtantiæ in filio poſterior eſt tempore, quod impium eſt in deo credere aliquid prius eſſe uel poſterius, quia non ex tempore deus cœpit eſſe pater, ſed ſicut ſemper deus, ita ſemper pater, ſemper habens filium quem ſemel genuit ex ſua æqualem ſibi natura. Addūt quoq; dialectici, quod omne ſimile receptibile poſſit eſſe diſſimilitudinis ſicut duo homines quanuis ſimiles ſint ſubſtantia, diſſimiles tamen poſſunt eſſe moribus. Ideo non poſſunt recte per omnia æquales dici, & ſunt duæ ſubſtantiæ in eis diuiſæ, unuſquiſq; in ſua ſubſtantia plenus homo. In patre uero & filio & ſpiritu ſancto nō eſt ſimilis ſubſtantia ſubſtātiæ, ſed una æqualis per oīa, & ideo homouſios, id eſt, unius ſubſtantiæ, nō ſimilis ſubſtātiæ, ſicut hæretici uoluerūt.

¶ De immenſitate dei.
Caput IIII.

QVicquid in natura creaturarum eſt, creatura eſt dei, cuius omnipotentia ea gubernat, regit & implet quæ creauit. Nec ideo deum omnia implere dicimus, ut eum contineant, ſed ut ipſa potius contineantur ab eo. Nec particulatim deus implet omnia, nec nullatenus ita putandum eſt in omnibus eſſe deum, ut unaquæq; res pro magnitudine portionis ſuæ capiat eum, id eſt, maiora maius, & minima minus, dum ſit potius ipſe totus in omnibus, ſiue omnia in ipſo, cuius omnipotentia omnia concludit, nec euadendi potentiam eius quis aditum inuenire poterit. Qui enim eum non habet placatum, nequaquam euadet iratum. Immenſitas diuinæ magnitudinis iſta eſt, ut intelligamus eum intra omnia, ſed non incluſum: extra omnia, ſed non excluſum: & ideo interiorem, ut omnia contineat: ideo exteriorem, ut incircunſcripta magnitudinis ſuæ immenſitate omnia concludat. Per id ergo quod exterior eſt, oſtenditur eſſe creator: per id uero quod interior, gubernare omnia demonſtratur. Ac ne ea quæ creata ſunt, ſine deo eſſent, deus intra omnia eſt. Verum ne extra deum eſſent, deus exterior eſt, ut omnia concludantur ab eo, non locali magnitudine, ſed potentiali præſentia, qua ubique præſens eſt, & omnia illi præſentia, quanuis quidam hoc intelligant, quidam uero non intelligant. Nam cæco ſol abſens eſt, quanuis ſit in ſole, & ſoli præſens. Sed talibus de deo dictis, nihil humana mens localis uel tēporalis mutabilitatis fingere uel cogitare debet.

¶ Quod credatur in cœlo magis habitare quam in terra. Caput. V.

QVod nero in dominica oratione dicitur: Pa- Matt. 6.
ter noſter qui es in cœlis, uel quod in Pſalmis legitur: Ad te leuaui oculos meos qui ha- Pſa. 122.
bitas in cœlis. non corporaliter intelligendum eſt, ſed ſpiritualiter, quia non ſpacio locorum continetur deus. Sunt autem cœli excellentiſſima quidem mundi corpora, quæ non poſſunt eſſe niſi in loco, ſed ſi in cœlis, tanquam in ſuperioribus mundi partibus locus dei eſſe creditur, melioris meriti ſunt aues, quarum uita eſt deo uicinior. Non autem ſcriptum eſt: Prope eſt dominus excelſis hominibus, aut eis qui in montibus habitant, ſed ſcriptum eſt:
Prope eſt dn̄s obtritis corde, quod magis pertinet Pſ. 144.
ad humanitatem. Sed quemadmodum terra appellatus eſt peccator, cum ei dictum eſt, terra es, & in terram ibis: ſic cœlum iuſtus e contrario dici poteſt
iuſtis enim dicitur, Templum dei ſanctum eſt, Gene. 3.
quod eſtis uos. Quapropter in templo ſuo habitat 1. Cor. 3.
deus, quia ſancti templum eius. Recte dicitur qui es in cœlis, id eſt, in ſanctis. Et accommodatiſſima iſta ſimilitudo eſt, ut ſpiritualiter tantum intereſſe uideatur inter iuſtos & peccatores, quantum corporaliter inter cœlū & terram. Cuius rei ſignificandæ gratia, cum ad orationem ſtamus, ad orientem conuertimur, unde cœlum ſurgit & lumen oritur, non tanquam ibi habitet deus, quaſi cæteras mundi partes deſeruerit, qui ubique præſens eſt, non locorū ſpacijs, ſed maieſtatis potentia, ſed ut admoneatur animus ad naturam excellētiorem ſe conuertere, id eſt, ad deum, qui eſt lumen uerū illuminās omnē hominem uenientem in hunc mundum, cum homo ipſum corpus ſuum quod terrenum eſt, ad corpus excellens, id eſt, ad corpus cœleſte conuertit. Nam ſi cœlum illud corporeum quod oculis uidemus, intellexerimus eſſe habitationē dei, trāſitura eſt habitatio dei, quia cœlū & terra trāſibunt.
Deinde anteꝗ faceret deus ſanctos, ubi habitabat. Mat. 24.
Cui reſpondendum eſt, in ſe habitat. Apud ſe ha-

bitabat, & apud ſe eſt deus, & in ſe manet. Sed
ideo dicit in cœlis habitare, qa maior agnitio eſt
in cœlis illius ſummæ maieſtatis & eſſentiæ, *in
*id eſt, in angelis, uel in ſanctis animabus ſanctorũ, quam in
terra habitantibus ſanctis propter grauitudinem
carnalis habitationis, quæ uix pmittit animam ad
purum ueritatis lumẽ euolare, ſicut dicitur: Cor-
Sap. 9. pus quod corrumpitur, aggrauat aoimã, & depri-
mit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitãtem.
Cum igitur exuta erit anima hac mortali habita-
tiõe, & ſereno reddita ppetuo, tũc uidebit facie ad
1. Co. 13 faciẽ, quod nũc per ſpeculũ in ænigmate cõſiderat.

¶ Quãuis humano more ſcriptura de deo loquat. nihil tñ in deu cõmutationis eſſe. Cap. VI.

SAnctæ ſcripturæ ad cognoſcẽdum deum no-
bis diuinitus p ſanctos doctores adminiſtra-
tæ, æterno & humano ſenſu ad diuinũ & cœ-
leſtem nos erigentes, uſque ad ea uerba deſcende-
runt, quibus humana utitur conſuetudo, ita ut etiã
cõmutiones humanæ mentis, & paſſiones uel affe
ctiones de deo ſcriberent, ſicut zelare, iraſci, pœ-
nituiſſe, aliquid ex tempore uelle uel nolle deum
dicerent, quæ ſunt humanæ mentis inſtabilitates,
non diuinæ ſerenitatis immutationes, quę ſemper
idem eſt. Quod ergo dominum iraſci dicitur, non
eſt perturbatę mentis motio, quia dei ira non eſt
paſſibilis ſicut hominis. Iraſcitur itaq; deus ſine
aliqua ſuæ ſimplicis naturæ paſſibilitate uel per-
Sap. 12. turbatione, aut etiam immutatione. De eo namq;
dicitur: Tu autem Domine uirtutum cum trãquil-
litate iudicas. Quod autem tranquillum eſt, nõ eſt
perturbatum. Sic etiam & humani corporis mem
Pſal. 118. bra deo aſſcribuntur: ſicut, manus tuæ fecerũt me.
Pſal. 33. Et iterum: Oculi domini ſuper iuſtos, & aures ei-
us in preces eorũ: dũ omnimodis nihil tale uel cor-
porale de deo mens humana putare debet, tamen
clementer deus humanæ conſulit infirmitati, ut
quia eum ſicut eſt, nõ poſſumus agnoſcere, noſtræ
locutionis more ſeipſum nobis inſinuare uellet,
quatenus ad ſua per noſtra nos traheret, & dũ con
deſcendit per pietatem noſtrę infirmitati, aſcẽda-
mus nos per intelligentię puritatem ad illum ſecũ
dum ſuæ donum gratiæ.

¶ Quod deus ubiq; ſit totus poteſtate naturali: Caput. VII.

HOc maxime intelligere debemus, ſanctæ tri-
nitatis unam eandemque naturam ita totum
implere, ut non ſit aliquid ubi non ſit, ſicut
acutiſſime quendam Chriſtianum philoſophum in
terroganti ubi eſſet deus, reſpondiſſe fertur, Dic
tu potius o philoſophe, ubi non ſit. Tota itaque di-
uinitas ubique tota eſt, & nullo continetur loco,
quia non eſt localis deus. Tota ſcilicet in ſpiritua-
libus & corporalibus ſingulis, & tota ſimul in om-
nibus creaturis. Nec adhuc de gratia loquimur, q̃
ſe gratuito munere miſericordiæ ſuæ ſaluandis ho
minibus pębet, ſed de natura qua deus omnia que
fecit, & implet & continet, ſecundum quam dicit:
Hier. 23. Cœlum & terram ego impleo. & ſecundum quã
Pſal. 138 ipſi deo B. Dauid dicit: Quo ibo à ſpiritu tuo, &
Sap. 8. quo à facie tua fugiam? & de Chriſto qui eſt ſapiẽ
tia dei, dicitur, Attingit à fine uſque ad finem for-
Sap. 1. titer, & diſponit omnia ſuauiter. De ſpiritu quoq;
ſancto ſcriptura ſancta ſic loquitur: Quia ſpiritus
domini repleuit orbem terrarum. Trinitas itaque
quæ eſt deus unus, uerus, & bonus, æternus, incom
mutabilis, ubique tota eſt ſecundum immenſitatẽ
atque omnipotentiam naturalem, quamuis non in
omnibus inhabitet ſecundum gratiæ largitatem.

¶ Quod deus aliter in ſanctis ſit, aliter pecca- toribus præſit. Cap. VIII.

DEus ergo natura bonis propinquat & gratia. Natura, qua eos facit homines: gratia, qua eoſdem peccatores iuſtificat. Natura, qua eos facit ex hominibus naſci. Gratia, qua dat eis poteſtatem filios dei fieri. Natura, qua facit ut uiuant: gratia, qua facit ut ſobrie & iuſte & pie uiuant. Natura, qua eos facit in hoc mundo paruo tempore manere: gratia, qua eos facit in cœlo ſine fine regnare. In malis uero ſola eſt dei immenſitas atque omnipotentia naturalis, qua eos facit eſſe, uiuere atq; ſentire, rationales eſſe, liberum quoque uoluntatis habere arbitrium, ſed liberum, nõ liberatum. Liberum enim arbitrium manet etiam nunc in hominibus per naturam, quod in quibus uoluerit deus dignatur liberare per gratiam, ne malum habeant uoluntatem. Ex quo enim primus homo libero arbitrio uenundatus eſt ſub peccato, ideo mala cœpit eſſe libertas hominis, quia ipſi libero arbitrio ablata eſt bonitas uoluntatis, quam exinde nemo à ſeipſo habere potuit, niſi gratia diuinę miſericordiæ adiutus habuiſſet, ſine cuius adiutorio liberum arbitrium nec conuerti poteſt ad deum, nec proficere in deum. Vtrũque credere debemus, & gratiam dei, & liberum arbitrium hominis. Si ergo non eſt dei gratia, quomodo ſaluatur mundus? Et ſi non eſt liberum arbitrium, quomodo iudicabitur mundus?

¶ De diuerſitate eorum quæ ſunt. Caput IX.

OMne quod eſt, aut ſemper fuit, & non eſſe cœpit: aut non ſemper fuit, & eſſe cœpit. Quod itaque non cœpit eſſe, ſed ſemper fuit, ſolus deus eſt, pater & filius & ſpiritusſanctus. Quod uero eſſe cœpit, omnis eſt creatura, ideo in rerum naturis hæc duo tantum ſunt, id eſt, creator & creatura. Sed quod ſemper fuit & ſemper eſt, aut ingenitum eſt, aut genitum: aut nec ingenitum, nec genitum, & ſunt hæc tria æternaliter tria. Quod ingenitum eſt, pater eſt ſolus, qui a nullo eſſe habet quod eſt, niſi à ſeipſo. Quod genitum eſt, filius eſt, cui a patre eſt eſſe quod eſt. Quod uero nec ingenitum eſt nec genitum, ſpiritusſanctus eſt, cui eſt eſſe a patre & filio procedere: & hæc tria trinitas eſt uera, conſubſtantialis & coæterna. Quia igitur aliud eſt genuiſſe quam natum eſſe, aliud eſt procedere quam genuiſſe uel natum eſſe, manifeſtum eſt, quomodo alius eſt pater, alius filius, alius ſpiritusſanctus. Trinitas itaq; ad perſonas patris & filij & ſpiritusſancti refertur, unitas ad naturam æternæ deitatis pertinet. Porro plurima in eis quæ facta ſunt, & quod ex tempore cœpit, diſtãtia inuenitur eſſe. Nam quædam ex eis ſunt ſpiritualia, quædam uero uiſibilia. Quiddam itaq; in eis factum dicitur & non natum, ut cœlum, terra, & multa in creaturis. Quiddam uero factum dicitur & natum, ſed inſenſibiliter, ut arbores & herbæ de terra. Quiddã eſt factum natumq; ſenſibiliter, ut homines & animalia. Aliquid etiam factum eſt & natum & renatũ, ut homo factus a deo, natus à parentibus, renatus gratia dei in miniſterio baptiſmatis. Quę regeneratio in ſolo homine inuenitur, ſed nõ in omni. Quiddã uero in his quæ facta ſunt, rationale eſt & mortale, ut idem homo, ſed hoc in ſolo homine & in omni reperitur. Quiddam uero rationale tantum eſt, nõ mortale, ut angelus: & hoc ſimiliter in ſola angelica natura inuenitur, & in omni. Sed ex

his,

his,id eſt,angelis quidam ſunt æternaliter miſeri, quidam æternaliter beati: ſicut etiam de hominibus quidam ſunt pœnales propter merita malitię, quidam uero cum Angelis qui ſuum ſeruauerunt principatum,beati æternaliter erunt per gratiam dei.Sed hæ diuerſitates creaturarum & commutabilitates ab uno ſolo & incõmutabili deo creatæ ſunt,quia omnia quę ſunt in cœlo & in terra,abſq; ulla dubitatione ſicut uoluit fecit.Hoc quoq; ſciendum eſt , quod omnis ſubſtantia quæ deus non eſt, creatura eſt:& quæ creatura non eſt,deus eſt.

¶Quod quædam mirabilis facta eſt coniunctio creaturis ad creaturam. Cap. X

INter harum ſcilicet creaturarum mirabilem & ſpecioſam ueritatem , ex qua pulcherrima uniuerſitas formatarum conſtat rerum,de qua dici-
Gen.1.
tur, Et erant omnia ualde bona:bona uero, quia à bono condita ſunt creatore:ſed non ſic bona,ſicut creator, qui ſolus eſt ſummum & incommutabile bonum : homo ſolus ad imaginẽ & ſimilitudinem conditoris creatus eſſe legitur, & fœliciſſimus horti qui paradiſus dicitur,habitator cõſtitutus,uniſ-
*prohibitus
que tantummodo epulis * prohibitus , quatenus tam facilis obſeruatione mandati cœleſtem mereretur beatitudinem , ſed inuidia ruentis angeli de beatitudine ſua , huius mandati tranſgreſſor effectus eſt,atque in huius exilij,ſicut comminatus eſt ei creator, ærumnoſam deiectus eſt miſeriam , & pœnali mortis conditione mulctatus . Sed mitiſſimus creator nolens facturam imaginis ſuæ æternaliter perire,miſit filium ſuum unigenitũ deum, per quem creauit hominẽ,ut per eundem redimeretur,per quem creatus eſt,qui carnem ex uirgine aſſumẽs,ita humanæ naturæ adunatus eſt, ut idem eſſet homo qui deus eſt,& deus qui homo:quia talis erat illa ſuſceptio,quę deum hominem faceret, & hominem deũ:nec ulla eſt in hac duarũ coniunctione naturarum,id eſt , diuinitatis atq; humanitatis perſonalis ſeparatio. Ergo quia forma dei accepit formam ſerui,utrunq; deus,& utrunq; homo:ſed utrunq; deus propter accipientem deum, utrunq; autem homo propter acceptum hominẽ: non tamen illa ſuſceptione alterum eorum in alterum eorũ conuerſum eſt atq; mutatũ. Nec diuinitas quippe in creaturã mutata eſt,ut deſiſteret eſſe diuinitas:nec creatura in diuinitatẽ, ut deſiſteret eſſe creatura : unum tamen horum miraculis claruit,aliud ſuccubuit iniurijs , ſed nullatenus alius fuit qui miraculis claruit , alius qui iniurijs fatigatus eſt,ſed unus atq; idem in forma dei,cõſubſtantialis patri,in forma ſerui conſubſtantialis matri, & anima & carne plenus homo.

¶Vtrum anima chriſti plenam habeat diuinitatis ſuæ cognitionem. Cap. XI.

COnfidenter plane & indubitanter dicimus de ſanctis angelis atq; hominibus ſanctis,quorũ quamuis quilibet per adoptionis gratiam nuncupatiue deus dicatur, nulla tamẽ ratione deus angelorum, uel deus ſanctorum naturaliter dici po-
Pſal.96.
teſt,ſicut de Chriſto dicitur:Et adorent eum om-
Pſal 8.
nes angeli dei, &,omnia ſubiecit ſub pedibus eius. In eo quod ait,omnia ſubiecit,nihil dimiſit nõ ſubiectum ei. Quamuis quilibet ſanctus diuinæ habitationis gratia pręcipuus eſſet, nullus tamen eorũ in unam cum diuinitate perſonam electus eſt, niſi Chriſtus deus & homo. Anima quippe & caro Chriſti cum uerbo, unus eſt Chriſtus & unus filius. Per quam uero durum eſt à firmitate fidei penitus alienum, ut dicamus animam Chriſti non plenam ſuæ deitatis habere notitiam, cum qua naturaliter unam creditur habere perſonam. Vnde Iohannes Baptiſta Chriſto ſingulariter,ac ſine menſura da-
Ioh.3.
tam ſpiritus largitatem dixit:Non enim ad menſuram deus dat ſpiritum. Hominibus ad menſurã dat unico filio ad menſuram non dedit,quia omnis plenitudo diuinitatis in eo habitat. Ipſe eſt enim qui dat ſanctis,ipſe eſt qui accepit : & quia potens eſt ad menſuram dare,ideo non potuit ad menſurã accipere .In forma enim dei manens,ſpiritũ dat:formam ſerui accipiẽs,ſpiritum accepit. Ipſum enim quem ad menſuram dat,totum accepit. Ad menſuram quippe dat multis filijs,ſed non ad menſuram accepit,qui unicus eſt filius, qui ſic eſt homo naturaliter uerus , ut idem ſit naturaliter etiã deus uerus .In Chriſto autem ſecundum catholicæ fidei ueritatẽ in unitate perſonæ ſimul & deitate fatemur & animam rationalem, & carnem : in quo tamen deitas ſpiritũ accipere non potuit,quia ſecundum deitatem pater & filius & ſpiritus ſanctus unus eſt deus.Non ergo potuit ſpiritum ſanctum diuinitas filij accipere,cum ipſe ſpiritus ſanctus ſic procedat à filio,ſicut procedit a patre,& ſic detur a filio, ſicut datur a patre . Reſtat itaq; ut anima Chriſti ſpiritum acceperit , quẽ tamẽ nõ ad menſuram accepit,quia totum accepit. Vbi enim menſura dicitur eſſe,plenitudo perfectionis , & perfectio plenitudinis inuenitur,per quam etiam plenitudinem diuinę cognitionis habere manifeſtum eſt. Inquantum enim cuilibet ſanctorum datur , intantum cognitio diuinitatis accipitur ab eo. Non enim æſtimandum eſt animæ Chriſti in aliquo plenam diuinitatis deeſſe notitiam: cuius una eſt perſona cum uerbo,quam ſic ſapientia ſuſcepit , ut cum ipſa diuinitate ſua,una ſit in trinitate pſona,id eſt,Chriſtus crucifixus,quem dei uirtutẽ,deiq; Sapientiam
1.Cor.1.
Paulus Apoſtolus prædicat.

¶Si anima Chriſti plenam habeat diuinitatis cognitionem,quomodo dicitur in euangelio filium neſcire diem iudicij?

Cap. XII.

IN ſcripturis ſanctis genus eſt locutionis,quod apud grammaticos metonomya dicitur , id eſt, dum per efficientẽ deſignatur id quod efficitur. Hoc enim genere locutionis deus neſcire dicitur, quia neſciẽtes facit:etiã & ſcire deus dicitur, quia
Deut.13
ſcientes facit,ſicut ſcriptum eſt: Tentat uos dominus deus ueſter, ut ſciat ſi diligatis eum. Nõ enim ſic intelligendum eſt,quaſi deus neſciat ſi diligant eum,de quibus hoc dicitur,ſed ut ipſi ſciant quantum in dñi dilectione profecerint,quod niſi in tentationibus quę accidunt,nõ plene ab hoĩbus agnoſcitur: & ipſum,tentat,ꝓ eo poſitũ eſt quod tẽtari ſinat. Sic & cũ dicitur neſcire deũ aut pro eo dicitur quod non approbat, ſicut impijs dicturus eſt:
Mat.25.
Neſcio uos,aut pro eo quod utiliter neſcientes facit,ſiue etiam pro eo quod non eſt tempus ſciendi,
Mar.13.
ſicut in euãgelio dicitur: De die illa & hora nemo ſcit,neq; angeli in cœlo,neque filius,niſi pater.Hoc enim genere locutionis neſcire dicitur filius, quia neſcientes fecit: quod utile illis fuit neſcire,id eſt, quod nõ ita ſciebat ut eos ſcire feciſſet , quia utilius illis fuit diem iudicij neſcire,quam ſcire,ut ſemper parati eſſent & uigilantes, dum qua hora dies domini quaſi fur ueniret,paratos inueniret eos.

¶Quod unum ſit opus patris & filij.

Cap. XIII.

Opera

OPeratur enim pater per filium, per quem fe-
Iohan.1, cit omnia, & ſemper operatur ſicut dictũ eſt:
Iohan.5 Omnia per ipſum facta ſunt. Item, Pater me
us uſque modo operatur, & ego operor, non diuer
ſitatem operis deſignans, quia opus patris eſt &
filij, ſed proprietatem perſonarum oſtendens. Ip-
ſa itaque operatio dei, id eſt, ſanctæ trinitatis, uo-
luntas eſt dei, & uoluntas dei ſimplex eſt, & ſemp
in requie beatitudinis. Nec aliud eſt deo operari,
aliud uelle, ſed idem eſt illi uelle & operari, quia
uoluntas dei effectiua eſt potentia: nec deo aliud
eſſe, aliud uelle, ſed unũ atque idem: & hoc totum
ſimplex, totum unitas, totum trinitas, homouſiõ:
quia eſſe quod ſubſtantiale eſt, unum eſt in patre
& filio & ſpiritu ſancto: & horum una actio eſt,
ſicut una uoluntas. Fuerunt enim omnia ab æterno
in deo, operatione autem, id eſt, uirtute dei, qui eſt
filius, apparuerunt omnia, & facta ſunt ſicut uolu-
it, & quando uoluit, & quomodo uoluit, qui fecit
omnia, ſed non ille factus per quem facta ſunt om-
nia. Natus eſt ergo filius dei ex æterno æternus,
de deo deus, de lumine lumen, ſicut ſæpiſſime di-
ximus, & ſemper dicemus.

¶ Omnia per Chriſtum facta eſſe, ipſum natũ, non factum. Cap. XIIII.

IN principio fecit deus cœlum & terram, id eſt,
in Chriſto fecit deus, qui eſt filius dei, qui eſt
uerbum dei, qui eſt uirtus & ſapientia dei, ſicut
Pſal. 103 in Pſalmo dicitur: Omnia in ſapientia feciſti. Sed
ipſe idem filius ante omnia ſemper eſt, & ſemper
deus, & ſemper in deo, idcirco homouſion pater
& filius. Ideo utro quod filius dicitur & eſt, geni-
1.Cor.1 tus eſt, nõ factus. Quamuis Apoſtolus dixiſſet, Qui
factus eſt ſapientia nobis à deo, nõ quod factus ſit
in ſubſtantia ſua quod eſſet, ſed effectus eſt, ut do-
minus eſſet omnium quæ facta ſunt, dum fuerunt
quibus dominus eſſet. Creaturas ergo fecit deus p
filium, non filium fecit, per quem fecit omnia, ſed
genuit de ſubſtantia ſua æqualem ſibi. Natus eſt
ergo Chriſtus, non factus. Vbicunque ergo dicitur
quoniam factus eſt, poſt primam generationem di
citur, quæ æterna eſt, & una eſt, ſancta & ineffabi-
Actu. 2. lis. Legitur in Actibus apoſtolorum: Certiſſime
igitur ſciat omnis domus Iſrael, quia hunc Chri-
ſtum deus fecit, quem uos ſuſpendiſtis in cruce. Et
Gala.4. Apoſtolus: Qui factus eſt ex muliere. Et euangeli
Iohan.1 ſta: Verbum caro factum eſt. Iſta omnia non in ei-
us exiſtentiam uel ſubſtantiam, ſed in actus & in
miniſtrationem eius potentiæ atque uirtutis dicũ
1. Cor.1 tur. Quod Apoſtolus ait Chriſtum dei uirtutem,
& dei ſapientiam, non ita intelligendum eſt, quod
pater dici non poſſit uirtus uel ſapientia, ſicut di-
ci non poteſt filius uel uerbum, quia hæc relatiua
ſunt nomina, ſicut ſuperius dictum eſt: illa uero, id
eſt, uirtus & ſapientia, ſubſtantialia ſunt. Ideo pa
ter uirtus & ſapientia, filius uirtus & ſapientia, &
ſpiritusſanctus uirtus & ſapientia: non tamen tres
uirtutes, nec tres ſapientiæ, ſed una uirtus & una
ſapiẽtia, pater & filius & ſpiritusſanctus, ſicut una
ſubſtantia, & una omnipotentia, & alia quæ de ſub
ſtantia diuinitatis dicuntur: & ita intelligatur fili-
us ſapientia patris, quomodo dicitur lumẽ patris,
id eſt, ut quemadmodum lumen de lumine, & utrũ
que lumen, ſic intelligatur ſapientia de ſapientia,
& utrunque una ſapientia: quia in illa ſimplicitate
diuinę naturæ, non aliud ſapere quam eſſe, nec ali-
ud eſſe quam poſſe, nec aliud eſſe poſſe quam uiue-
re. Eadem ibi ſapiẽtia quæ eſſentia, eadem poten-
tia quæ eſſentia, eadem uita quæ eſſentia. Et hæc
omnia unum & unus deus.

¶ De eo, quod ſicut pater eſt uita, ita eſt & filius. Cap. XV.

SIcut pater uiuificat, ſic & filius quos uult uiuifi-
cat, non tamẽ alios uel aliter pater, & alios uel
aliter filius, ſed eos quidem quos pater uiuifi-
cat, uiuificat & filius ſimiliter: nec ſpiritusſanctus
ab hac uiuificatione ſecernendus eſt, quia unum o-
pus eſt patris & filij & ſpiritusſancti, ſicut una ſub-
ſtantia atque eſſentia. Sicut enim pater uiuens ui-
ta eſt, ita & filius uita. Manet ergo pater uita, ma-
net & filius uita. Pater uita in ſemetipſo, non ab
alio, filius uita in ſemetipſo, ſed à patre, qui eum
talem genuit, ut uitam haberet in ſemetipſo. Di- Iohan.5
ctũ quippe eſt, ſicut ipſe filius ait: Sicut pater ha-
bet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam ha-
bere in ſemetipſo, id eſt, genuit filium uitam in ſe-
metipſo habentem. Hoc ſolum intereſt, quod pa-
ter uita eſt non naſcendo, filius uita eſt naſcendo.
Pater de nullo patre, filius de deo patre. Pater pro-
pter filium pater eſt, filius uero & quod filius eſt,
propter patrẽ eſt: & quod eſt, à patre eſt, & à uita
uita eſt. Pater qui eſt uita in ſemetipſo, genuit filiũ
qui eſſet uita in ſemetipſo. Ideo quod ipſe filius
ait: Sicut uiuit pater, & ego uiuo propter patrem Iohan.6
non ita dictũ eſt, quaſi in ſemetipſo filius propriã
nõ haberet uitã, ſed participatione paternæ uitæ
uitã haberet, ſicut oculus carnalis participatione
lucis alterius lumen accipit, quod non haberet in
ſemetipſo, niſi aliunde mutuaſſet, ſed iam * itaque *utiq;
talis à patre genitus eſt filius, qui in ſeipſo uiue-
ret. Sicut pater non eſt indigens uita, ſic & filius
non indiget alterius uitæ. Et pater uita, & filius
uita, utriq; tamẽ una uita, nõ duę: quia unus deus,
nõ duo dij. In hac uero uita uiuet mundus, & uiuet Iohan.6
quamdiu obedierit huic uitæ. Vnde & Petrus ait:
Tu uerba uitę æternæ habes, id eſt, qui tibi obedie
rit, uitam ęternã habebit. Et ipſe dominus: Amen
amen dico uobis, quia uenit hora, & nũc eſt, quan- Iohan.5
do mortui audient uocẽ filij dei: & qui audierint,
uiuent. Quid eſt enim audient, niſi obediẽt, id eſt,
obedierint? Quantũ enim pertinet ad auris audi-
tum, non omnes qui audient, uiuẽt. Multi enim au-
diunt, & non credunt, uel non faciũt quod credũt.
Audiendo & nõ credendo, nõ obediunt. Non obe-
diendo non uiuent. Itaque hi qui audient, nihil eſt
aliud, quam obedient. Qui ergo obedient, uiuent.

¶ Quod ſubſtantia diuinitatis omnimodo inuiſibilis ſit, & incomprehenſibilis in ſua natura. Caput. XVI.

SIcut igitur immutabilis eſt omnino deus, ita &
inuiſibilis eſt in natura magnitudinis ſuæ, quan
uis multoties legatur quod apparuiſſet deus
cuilibet in ueteri teſtamento patrum: ſed apparu-
it quibus uoluerat, per ſubiectam creaturã, in qua
uoluerat ſpecie, & quomodo uoluit, ſed nullate-
nus à quolibet uiſus eſt in ſubſtãtia diuinitatis ſuę,
quę omnino inuiſibilis & incõmutabilis eſt. Quod
beatiſſimus & magnus propheta Moyſes intelli-
gens, ait deo, cum quo ut amicus ad amicum, facie
ad faciem locutus eſſe dicitur: Si inueni gratiã an- Exo. 33
te te, oſtende mihi temetipſum. Si itaque eius na-
turam ſubſtantiamq; conſpiceret, nullatenus di-
ceret, Oſtende mihi temetipſum. Ipſi ergo appa-
ruit deus in ea ſpecie qua uoluerat, non ipſe autem
apparuit illi in natura propria, quam Moyſes uide
re cupiebat manifeſte. Nouerat utiq; quod corpo-

raliter uidebat quodcunq; uidebat, & ueram uiſio-
nem dei ſpiritualiter requirebat. Locutio quippe
illa quæ fiebat in uocibus, ſic modificabatur, tan-
quam eſſet amici loquentis ad amicum. Cõfirmat
Ioh. 1. & 1. Io. 4. uero euangeliſta, dei eſſe naturam omnimodis in-
uiſibilem, ubi ait: Deum nemo uidit unquam, quia
plenitudinem diuinitatis quę in deo eſt, nemo ocu-
lis uidit, nemo mente comprehendit. Nec etiam
angelicæ naturæ comprehenſibilis eſt deus, quia
uere incomprehenſibilis dicitur, ſed ſecundũ men-
ſuram donationis dei, ita deum uel angeli uel ani-
mæ ſanctorum intelligunt. Proinde quanuis uſq;
ad æqualitatem angelicam humana poſt reſurre-
ctionem natura proficiat, & ad contemplandum
deum glorificata conſurgat, uidere tamen eius eſ-
ſentiam plene non ualet, ſed unicuiq; ſanctorum
ad ſuæ ſufficientiam beatitudinis, manifeſtabitur
gloria eius.

¶ Quod illæ uiſiones quæ in ueteri teſtamento
patribus apparuiſſe leguntur, per angelicas
adminiſtrationes fierent. Cap. XVII.

QVod uero omnia quæ patribus uiſa ſunt, con-
gruis temporibus uel locis, ſecundum diſpen-
ſationem dei per angelicas eſſent adminiſtra-
tiones, apertiſſime eximius mundi doctor, qui in
tertium raptus cœlum, audire meruit quædam ar-
Heb. 1. cana myſteriorum dei uerba, oſtẽdit ubi ait: Non-
ne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in admini-
ſtrationem miſſi propter eos qui hæreditatem ca-
piunt ſalutis? uolens intelligi, illa nõ omnia ſolum
per angelos facta, ſed etiã propter nos facta, quæ
in ueteribus legũtur figurationibus, & paulo poſt:
Si enim ſermo per angelos dictus, factus eſt fir-
mus, omnia quæ data ſunt uel dicta populo prio-
ri, per angelos miniſtrata eſſe oſtendit, noſtræ ue-
ro ſalutis originem & plenitudinẽ per ipſum dei
filium, mox in ſequentibus eiuſdem epiſtolæ uer-
Actu. 7. bis miniſtratam eſſe demonſtrauit. Et beatus Ste-
phanus protomartyr, angelum Moyſi locutum
eſſe in flamma ignis aſſeruit in diſputatione quã
habuit contra lapidatores ſuos, dum in eadem ui-
ſione dicitur dominum apparuiſſe Moyſi, apparu-
erunt uero angeli, & locuti ſunt in perſona illius
qui eos direxerat. Sed quæri poteſt, cur ſcriptura
non dicat, Apparuit angelus, uel Locutus eſt ange-
lus cuilibet patrum. Quanuis quidem pręco uerba
referat iudicis, non ſcribitur in geſtis, Præco dixit
uel fecit, ſed, Iudex dixit uel fecit. Quapropter, pro-
babili ratione uideri poteſt patribus noſtris ante
incarnationem Chriſti ſub perſona domini appa-
ruiſſe uel locutos eſſe angelos. Nec illos etiã in ſua
apparuiſſe ſubſtantia credendum eſt, ſed in ſubie-
cta creatura, quæ ab illis tẽpore opportuno aſſum-
pta eſt ad miniſtrationem officij ſui. Sicut anima
hominis inuiſibilis eſt, ita etiã angelicã carnalibus
oculis naturam inuiſibilem eſſe certiſſimum eſt.

¶ Non de ſolo patre intelligendum quod dicitur,
Qui facit mirabilia magna ſolus.
Caput XVIII.

VBicunque in ſcriptura ſancta legitur, ſolus
deus, non de unaquaibet perſona in ſancta
trinitate intelligendũ eſt, ſed de tota ſancta
trinitate, quę æqualiter operatur omnia quæcũq;
operanda eſſe iudicat. Vnde quod in pſalmis dici-
tur: Qui facit mirabilia magna ſolus, qui fecit lu-
Pſal. 135 *magna minaria * ſolus, non de ſolo patre, ſicut aduerſarij
uolunt, intelligitur dictũ, ſed de tota ſancta trini-
tate, quæ eſt unus ſolus deus. Similiter de patre
ſolo non eſt intelligendũ quod Apoſtolus ait: Bea-
tus & ſolus potens, rex regum & dñs dominan- 1. Ti. 6.
tiũ, qui ſolus habet immortalitatem, & lucẽ habi-
tat inacceſſibilem, quã nemo hominũ uidit, nec ui-
dere poteſt. In quibus uerbis nec pater proprie
nominatus eſt, nec filius, nec ſpiritusſanctus, ſed
abſolute beatus & ſolus potens, quod eſt, unus ſo-
lus, beatus, potens, inuiſibilis, uerus deus, ipſa tri-
nitas, quę ęqualiter beata eſt, ęqualiter potẽs, imo
omnipotens, etiã & unipotens, quia una potentia
eſt totius ſanctæ trinitatis. Neq; enim quia ipſe fi-
lius alibi loquens uoce Sapientię (ipſe eſt enim ſa-
piẽtia dei) quæ ait: Gyrũ cœli circumiui ſola, ſepa- Ecc. 24.
rauit a ſe patrẽ, quanto magis ergo nõ eſt neceſſe,
ut tantũmodo de patre præter filium uel ſpiritum
ſanctum intelligatur quod dictum eſt, ſolus habet
immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem?

¶ De unitate ſpiritusſancti cum patre & filio.
Cap. XIX.

SPiritus itaq; ſanctus, ſicut pater & filius, plenus
eſt deus & perfectus, imo unus deus cũ patre
& filio, atq; una ſubſtantia, ſicut ſupra memora-
uimus, quoniam ipſe eſt ſpiritusſanctus, qui in ſcri-
pturis dicitur ſpiritus dei, uel ſpiritus Chriſti, ſiue
ſpiritus patris, ſiue ſpiritus paracletus, etiã & ſpi-
ritus ueritatis, nec non ſpiritus uitæ, quia a patre
& filio æqualiter procedit, & cum patre & filio
æqualiter adoratur, quia æqualiter eſt deus. To-
tus patris & totus filij ſpiritus, quia unus natura-
liter ſpiritus eſt & patris & filij. Proinde totus de
patre procedit, & totus de filio, totus in patre ma-
net, & totus in filio, quia ſic manet ut procedat, ſic
procedit ut maneat. Vnde naturaliter hanc habet
cum patre & filio unitatis plenitudinem, & pleni-
tudinis unitatem, ut totũ patrem habeat, totumq;
filium, ipſe quoque totus habeatur a patre, totus
habeatur a filio. Qui etiam à patre & filio æquali-
ter datur, imo & à ſeipſo datur, ſicut filius de eo di-
cit: Spiritus ubi uult ſpirat. Ipſe in prophetis locu- Iohan. 3.
tus eſt. Per ipſum apoſtoli ſine timore ſecularium
poteſtatum teſtimonium proferebant de Chriſto,
quia ipſe loquebatur in illis, ſicut ipſe dominus ait:
Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus pa- Mat. 10.
tris noſtri qui loquitur in uobis. In ipſo enĩ omnes
fideles remiſſionem peccatorũ conſequuntur, ſiue
in baptiſmo, ſiue in pœnitẽtia. Ipſe charitas dici-
tur, quãuis pater & filius ſit charitas, ſicut & filius
Sapiẽtia dei dicit, quãuis pater & ſpiritusſanctus
Sapiẽtia. Ipſe paracletus, id eſt, cõſolator dicitur,
quia reuera dũ dona ſacramentorũ diſtribuit, con-
ſolationem animæ prębet, per quã diffunditur in cor- Rom. 5.
dibus noſtris dei charitas, per quam nos tota inha-
bitat trinitas. Quo circa rectiſſime ſpiritusſanctus
cum ſit deus, uocatur, etiam donum dei. Quod do-
num proprie quid niſi charitas intelligitur? quæ
perducit ad deum, & ſine qua quælibet & alia uir-
tus boni operis non perducit ad deum.

¶ Quod nihil temporale debemus intelligere de
ſpiritu ſancto, dum dicitur donum dei.
Caput. XX.

HOc uero donum dei quod eſt ſpiritusſanctus,
coæternum eſt & conſubſtantiale donatori,
quia donum donabile fieri poterit, quãuis nõ
ſit cui donetur. Quod donum, id eſt, ſpiritusſan-
ctus, non ex tempore, ſed ab æternitate procedit.
Sed quia ſic procedebat ut eſſet donabile, iam do-
num erat & antequam eſſet cui daretur. Aliter e-
nim intelligitur cum dicitur donum, aliter cum di-
citur

citur donatum. Nam donum poteſt eſſe & anteſquam detur: donatum autem, niſi cuilibet datum fuerit, nullo modo dici poteſt. Et hoc itaque donũ dei, occultum fuit ab æterno in patre & filio, manifeſtandum opportuno tempore, dum eſſent quibus manifeſtari deberet. Et hoc donũ, id eſt, ſpũs ſanctus, in eadem unitate ſubſtantiæ & æqualitate cum patre & filio conſiſtit, ſiue enim ſit unitas amborum, ſiue ſanctitas, ſiue charitas, ſiue ideo unitas, quia charitas, & ideo charitas, quia ſanctitas, nequaquam minor eſt in aliquo illis ex quibus procedit. Et hæc eſt ſumma charitas, qua genitus à gignente diligitur, genitoremq́ſ ſuum diligit, & ideo non amplius quã tria ſunt, unus diligens eum qui de illo eſt, & unus diligens eum a quo eſt, & ipſa dilectio, de qua dicitur, quia deus charitas eſt.
1.Ioh.4. Et hæc ſumma ineffabilis trinitas, non unius dei dici debet, ſed unus deus.

¶ Cur idem ſpiritus bis à Chriſto datus ſit.
Cap. XXI.

ABſq; dubitatione i deo ſpiritus ſanctus bis datus eſt, ut commendarẽtur duo præcepta charitatis. Duo etiam ſunt præcepta, ſed una eſt charitas, ſicut etiam unus ſpiritus, & duo data, nec alia charitas diligit proximum, quàm illa quæ diligit deum. In terra datur ſpiritus, ut diligatur proximus: de cœlo datur, ut diligatur deus. Quanuis ſit aliud deus, aliud proximus, tamen una charitate diligendus eſt deus & proximus, dum plus ſeipſo deum, proximum ut ſeipſum amator amet. In terra Chriſtus dedit ſpiritũ, ſed de cœlo eſt quod dedit. Ille enim dedit, qui de cœlo deſcẽdit, hic inuenit cui daret, ſed inde attulit quod daret. Sed iſta charitas non tenetur, niſi in unitate eccleſiæ Chriſti, nec illam habent qui ſe diuidunt ab unitate catholicæ pacis.

¶ Quanuis diuerſa ſint dona in ſanctis, ab uno eodemq́ſ ſpiritu ſingulis ſingula dantur.
Cap. XXII.

DOna ſancti ſpiritus membris eccleſiæ ſingulatim diuiduntur, & ſingulis ſingula dona tribuuntur. In Chriſto ſiquidem ſolo omnis plenitudo donorum, quia omnis plenitudo diuinitatis
Iohan.1. tis in eo habitat. Vnde plenus gratiæ & ueritatis ab euangeliſta prædicatur. In ſpiritu ſancto omnis gratia donorum exiſtit, ipſe enim prout uult, gratiam donorum largitur, alĳs dans ſermonem ſapientiæ, alĳs ſcientiæ, alĳs fidem, atq; ita unicuique
1.Co.12. in uirtute ſancti ſpiritus gratia tribuitur ſecundũ uoluntatem largitoris. Et in omnibus idem ſpiritus habetur, ſicut in prophetis unus atq; idem locutus eſt ſpiritus. Ipſe etiã ineffabilia docet, quę ꝓferre humanus ſermo nõ poteſt. Ipſe enim dicitur ab Apoſtolo gemitibus inenarrabilibus poſtulare
Rom.8. ꝓ nobis. Poſtulare plane dicitur, quia nos poſtulantes facit ineffabili cordis gemitu. Sed nõ nunc ut quondã, dona ſancti ſpũs ſunt in hominibus. Nam paucis in populo Iſrael dona emicuerũt ſancti ſpiritus per quęlibet ſigna, nũc autẽ in omni credentium multitudine ſpiritusſancti gratia diffunditur ſecundum uoluntatem diſtribuẽtis dei. Et hoc eſt quod in euangelio dicitur: Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum fuerat clarificatus.
Iohan.7 Sicut enim unius corporis membra diuerſa habẽt officia, quæ tamen omnia una operatur anima & regit, diſtribuens unicuiq; membro quid faciat, oculo ut uideat, manui ut operetur, pedi ut ambulet, auri ut audiat: ſic ſunt etiam diuerſa dona fidelibus tanquam membris ad menſuram cuiq; propriam diſtributa. Quanuis enim & in omni fideliũ multitudine diuerſæ ſint donorum gratiæ, unum tamen corpus eſt eccleſiæ per unum ſpiritum, una charitatis compage conglutinatum atque connexum. Qui ſpiritus meæ humilitatis ſpiritum inſpirare dignetur, quid deinceps dicendum ſit de ineffabili Chriſti domini noſtri natiuitate, de qua propheta ait: Generationẽ eius quis enarrabit? quod Iſaię.53.
ab alio incipiendum eſſe exordio melius arbitror.

INDEX CAPITVLOrum libri III.

1 De gratia dei, quia deus homo factus eſt.
2 Ad commendationẽ eiuſdem, euangeliſta Chriſtum ait plenum gratia & ueritate.
3 Quomodo nõ ſit Chriſtus filius ſpiritusſancti, dum in ſymbolo dicitur de ſpiritu ſancto & Maria uirgine natus.
4 Quomodo intelligenda ſit filĳ miſſio à patre.
5 Quomodo miſſio ſpiritusſancti intelligẽda ſit.
6 Cur ſolus pater miſſus non legatur.
7 Quare filius nunc æqualis, nunc minor patre dicitur.
8 Quare nuſquam ſpiritus ſanctus patre minor legatur.
9 Quod aliter intelligendum ſit, uerbum caro factum eſt, atq; aliter uerbum dei in quolibet ſanctorum.
10 Quod nec pater, nec ſpiritusſanctus, ſed ſolus filius incarnatus ſit.
11 De eo quod uerbum dei ſuæ carnis conceptione conceptus ſit in utero uirginis.
12 De mediatore dei & hominum, homine Ieſu Chriſto.
13 De eo quod in Chriſto ſit naturæ diſtĩctia, non perſonę, & in ſancta trinitate perſonarum, & non naturæ.
14 De Maria uirgine & incarnatione Chriſti.
15 Quid cuiq; naturæ in Chriſto conueniat.
16 Quod diuinitas hominem quem aſſumpſit, nunquam dimiſit.
17 De baptiſmo Chriſti, & quod omnia quæ gerebantur in Chriſto, noſtræ ſalutis cauſa geſta ſunt.
18 Quod deus pater quædam opera facit per filium ſibi coæternum in forma dei, quædam per eundem filium in forma ſerui filium hominis.
19 De nouiſſimis ſeculi temporibus.
20 De reſurrectione corporum in nouiſſimo die.
21 De iuſtorum præmio, & pœna peccatorum.
22 De æterna beatitudine ſanctorum.

PROOEMIVM LIBRI III.

DVas enim creaturas rationales condidit creator, unam cœleſtem, alteram terreſtrẽ: & utranque liberi arbitrĳ poteſtate nobilitauit, ut uoluntarie in dilectione dei, & diuinæ potentiæ laude

de perpetualiter atque beate permanerent. Sed quia prior, id eſt, angelica, nō tamen tota, propria delectando potentia, ab amore ſummi boni recedens, in ſeipſam delapſa, ſui homicida facta eſt, ærumnoſam atque pœnalem impietatis ſuæ æternitatem experta, proinde inuidia contra hominem inardeſcens, ne cœleſtem beatitudinis ſedem poſſideret, incitauit eū ad peccandum, efficiens eum ſuæ ſocium miſeriæ: quaſi quoddam ſolatium ſibi eſſet, cum plurimis pœnas pati, uel etiam ut iniuria creatori ingereretur, ſi creatura ad imaginē ſuam condita, perdito dignitatis ſuæ nomine, in æternum ignem ſuæ ſubderetur impietati. Quod pius conditor non paſſus, miſeratus hominis, reformare eum uolens ad priſtinæ dignitatis nobilitatem, miſit unicum filium ſuum hominem ſuſcipere, ut idem qui deus erat ex deo, eſſet homo ex homine, & immortalis haberet aliquid unde mori potuiſſet. Aſſumpſit itaque dei filius ex mortalitate noſtra, unde ſalua ſua immortalitate mortalis eſſet, & diabolum hominis uictorem magis uinceret iuſtitia quam potētia, ut oſtenderet utrunque, & perpetuam æquitatis ſuæ iuſtitiam, & æternæ bonitatis ſuæ miſericordiam: iuſtitiam in angelo homicida ſuiipſius atque hominis, in homine uero ab eodem perdito miſericordiam, quę gratuito magnæ pietatis ſuæ munere redimere uoluit. quod in ſequentibus, diuina nobis donante gratia, dicturi ſumus.

LIBER III. DE FIDE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

¶De gratia dei, quia deus homo factus eſt. Cap. I.

IN hoc etiā euidenter cōmendatur, quod ſpiritusſanctus ſit donum dei, ſicut ſupra oſtendimus, dum dicitur in ſymbolo Catholicæ fidei, quod Chriſtus de ſpiritusſancto & ex Maria uirgine ſit natus, cum aliter de illo, aliter de illa natus ſit, non de illo ſicut de patre, de illa uero ſicut de matre. Quid tamen hic ſancti ſpiritus mentio facta eſt, niſi quod magna dei gratia commendatur? Quid enim natura humana in homine Chriſto meruit, ut in unitatē perſonæ unici filij dei ſingulariter eſſet aſſumpta? Quę bona uoluntas, cuius boni propoſiti ſtudium, quæ bona opera præceſſerunt, quibus mereretur iſte homo una fieri perſona cum deo, imino & homo ipſe deus? Nempe ipſe deus, ipſe ex quo homo cœpit, non aliud cœpit eſſe quam dei filius, & hoc unicus unigenitus, & proprius, & propter dei uerbum, quod caro factum utique deus, ut quemadmodū eſt una perſona quilibet homo, anima ſcilicet rationalis & caro, ita ſit Chriſtus una perſona, & uerbum caro. Vnde naturæ humanę tanta gloria, nullis præcedentibus meritis, ſine dubitatione gratuito munere, niſi quia magna hic & ſola dei gratia, fideliter & ſobrie cōſiderātibus, euidēter oſtenditur, ut intelligāt homines, per eandem gratiam ſe iuſtificari poſſe a peccatis, per quam factum eſt ut homo Chriſtus nullū poſſet habere peccatum? Sic ſanctam uirginem, matrē ſcilicet filij dei, angelus ſalutauit, quando ei futurū nunciauit partum: Aue (inquit) gratia plena. Et paulo poſt: Inueniſti (ait) gratiā apud deum. Et hęc quidē gratia plena, & inueniſſe apud deum gratiam dicitur, ut dñi ſui, immo domini oīm, ſalua uirginitate, mater eſſet. Lucæ. 1.

¶Ad commendationem eiuſdem gratiæ, beatus euangeliſta Chriſtum ait plenum gratia & ueritate. Cap. II.

DE ipſo autem domino Iohannes euangeliſta cum dixiſſet: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, adiunxit: Vidimus (inquit) gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis. Iohan. 1. Quod ait, uerbū caro factum eſt, hoc eſt plenū gratię. Quod ait: gloriam quaſi unigeniti a patre, hoc plenum ueritatis. Veritas quippe ipſa unigenitus eſt dei filius, nō gratia, ſed natura. Gratia ſuſcepit hominem tāta unitate perſonæ, ut idem ipſe eſſet etiā filius hominis, qui dei filius unicus unigenitus, in ipſo uno deo & homine plena gratia humanitatis, plenaque diuinitatis ueritas agnoſcitur. Hæc plenitudo diuinitatis in ſeipſa plenitudinem habet gratiæ, qua eſt tota humanitas in diuinitate ſua, & plenitudo gratiæ plenitudinem in ſe habet ueritatis, qua eſt tota diuinitas in humanitate ſua, ita ut plenitudo * ueritatis, plenitudinem in ſe habeat ueritatis. *gratiæ Sic ergo Chriſtus plenus gratiæ & ueritatis, ut ſicut a diuinitate plenitudo humanitatis ſuſcepta eſt, ita in humanitate eius plenitudo ſit diuinitatis, Apoſtolo teſtante, qui ait: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Col. 2.

¶Quomodo non ſit Chriſtus filius ſpiritusſancti, dum in ſymbolo dicitur, de ſpiritusſancto ex Maria uirgine natus. Cap. III.

ILlud uero mouere poterit, quomodo dictum ſit Chriſtum de ſpiritusſancto natum ex Maria uirgine, cū filius nullo modo ſit ſpiritusſancti. An ideo dicitur de ſpiritusſancto natus, quia fecit eum de uirgine naſci, quia hoc opus mirabile totum dono dei factum eſt, & donū dei dicitur proprie ſpiritusſanctus? Neque enim quia mundum iſtum fecit deus, dici eum fas eſt dei filium, aut eum natum de deo, ſed factum uel creatum uel conditum uel inſtitutum ab illo, uel ſi quid huiuſmodi recte poſſumus dicere. Nec igitur cōcedendum eſt, quicquid de aliqua re naſcitur, continuo eiuſdem filium nuncupandum, ut de multis exemplis hoc proferam: Certe qui naſcūtur ex aqua & ſpiritusſancto, neque

filios eos recte quiſquam dixerit aquę uel ſpiritus
ſancti,ſed plane dicuntur filij dei patris, & matris
eccleſiæ.Sic ergo de ſpirituſancto natus,dicitur fi
lius dei patris,& non ſpirituſſancti. Si enim filius
ſpirituſſancti diceretur ſecundum humanitatem,
duo patres eſſent in ſancta trinitate, & deus ho-
mo factus duos habuiſſet patres ,unū diuinitatis,
alterū humaoitatis.Sed quis hoc dicere audebit?

¶ Quomodo intelligenda ſit miſſio filij à patre.

Cap. IIII.

QVærendum eſt, quomodo intelligatur miſſio
filij. Pater enim ſolus nuſquā legitur miſſus.
Gal.4. de filio quidem ita ſcribit Apoſtolus: Cū au-
tem uenit plenitudo temporis, miſit deus filiū ſuū
factum ex muliere,factum ſub lege, ut eos qui ſub
lege erant,redimeret.Cum autem ait,miſit deus fi
lium ſuum factum ex muliere, ſatis oſtendit eo ip-
ſo miſſum filium quo factus eſt ex muliere. Quod
ergo de deo natus eſt dei filius, in hoc mundo erat
Ioh.1. ſicut Euangeliſta ait:In mūdo erat,& mundus per
ipſum factus eſt. Quod autē de uirgine Maria na-
Ioh.16. tus eſt,in hunc mundū miſſus aduenit.Nam & ipſe
dominus ait:Ego a patre exiui,& ueni in hūc mun
dum,hoc eſt mitti. Quid igitur eſt , quod de illo
idem ipſe Euangeliſta dicit?In mūdo erat,& mun-
dus per ipſum factus eſt,&mundus eum nō cogno
Iohan.1. uit?Deinde ſubiungit:In propria uenit?Illuc itaq;
miſſus eſt ,ubi erat:in mundo erat, & in mundum
miſſus eſt. Quam miſſionem opus eſſe ſanctæ tri-
nitatis,nulli catholico dubitandum eſt.

¶ Quomodo miſſio ſanctiſpiritus ſit intelli-
genda.Caput V.

SIcut enim à patre ſpirituſſanctus mittitur, ita
& à filio. utrunque enim in euangelio legitur,
Ioh.14. ipſo domino dicente : Dum autem uenerit pa-
racletus, quem pater mittet in nomine meo, & il-
Ioh.15. lud de ipſo:Cum autem uenerit paracletus,quem
ego mittam in nomine patris mei. Sed iſta miſſio
per quaſdam uiſibiles ad horam facta eſt creatu-
ras,facta eſt enim quædam creaturæ ſpecies ex tē-
pore , in qua uiſibiliter oſtenderetur ſpirituſſan-
ctus , ſiue cum ſuper ipſum dominum baptizatum
corporali ſpecie columba deſcendit,uel etiam cor
porali ſpecie in linguis igneis uiſus eſt ſuper apo-
ſtolos deſcendiſſe:hæc operatio uiſibiliter expreſ-
ſa,& oculis oblata mortalibus , miſſio ſancti ſpiri-
tus dicta eſt,non ut appareret eius ipſa ſubſtantia,
qua & ipſe inuiſibilis & incommutabilis eſt , ſicut
pater & filius , ſed ut exterioribus uiſis hominum
corda commouerentur temporali manifeſtatione
uenientis ad occultam ſe æternitatem ſemper prę
ſentis conuertere.

¶ Cur ſolus pater miſſus non legatur.

Cap. VI.

IDeo pater miſſus non legitur , quia incarnatus
non creditur.Congruenter dictus eſt miſſus ille
qui in carne apparuit,miſiſſe autem ille qui in ea
non apparuit.Forma igitur illa ſuſcepti hominis,
filij perſona eſt,& non etiam patris. Quapropter
inuiſibilis una cum filio ſecum inuiſibili , eundem
filium uiſibilem faciendo , miſiſſe eum dictus eſt.
Ita uero accepta eſt forma ſerui , ut maneret in-
commutabilis forma dei.Quod uero in filio appa-
ruit carnalibus oculis,ab inuiſibili ſancta trinitate
factum eſt.

¶ Quare filius nunc æqualis ,nunc minor
patre dicatur.

Capu. VII.

EX una ſententia Apoſtoli, duæ in filio dei na-
turæ intelliguntur : una in qua eſt per omnia
æqualis patri , altera in qua minor eſt patre,
ubi ait: Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam Phil.2.
arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo,ſed ſemetipſum
exinaniuit, formam ſerui ſuſcipiens.Proinde quæ-
dam ita dicuntur in ſcripturis ſanctis, ut minor fi-
lius intelligatur,ſicut ipſe ait:Pater maior me eſt. Ioh. 14.
Quædam uero ita dicuntur,ut æqualis patri oſten
datur,ſicut ibi, ubi idē ipſe ait:Ego & pater unum Ioh.10.
ſumus,unum,propter ſubſtantię unitatem:ſumus,
propter perſonarum proprietatem.Quod prudē-
tiſſime prudens lector cōſiderare debet , quid pro
qua dicatur forma,cum tamen in forma ſerui,& in
forma dei idem ipſe ſit filius unus unigenitus dei
patris, in forma dei æqualis patri , in forma ſerui
minor patre. Quapropter non immerito ſcriptu-
ra utrunq; dicit,& æqualē patri filium, & patrem
maiorem filio. Illud enim propter formā dei, hoc
autem propter formam ſerui ſine ulla perſonę diſ-
cretione intelligitur. In forma dei:in principio e-
rat uerbum:in forma ſerui, uerbū caro factum eſt,
id eſt,deus homo factus eſt:in illa ex æterno ęqua-
lis patri, in iſta ex tempore minor. In forma qua
æqualis eſt patri,fecit hominem:in forma qua mi-
nor eſt patre,factus eſt homo. Proinde in catholi-
ca fide ſine ulla dubitatione confirmatum eſt , ho-
minem illum quem ſuſcepit ſapientia dei ex uirgi-
nali utero,nihil minus habuiſſe quam cæteri homi
nes quantum pertinet ad integritatē humanæ na-
turæ,in qua homo creatus eſt, & nihil omnino ex
eo quod deceptor inuexit.Quantum autem ad ex-
cellentiam perſonæ , longe aliud eſt quàm cæteri
homines, quia idē homo una perſona cum dei uer-
bo factus eſt.

¶ Quare ſpirituſſanctus nuſquam patre minor
legatur. Cap. VIII.

IDeo autem nuſquam ſcriptum eſt quod deus pa-
ter maior ſit ſpirituſancto , uel ſpirituſſanctus
minor deo patre,quia non eſt ita à ſpirituſancto
columba in qua apparuit,aſſumpta,uel ille ignis in
quo deſcendit ſuper apoſtolos , in unam diuinita-
tis ſuæ perſonam , ſicut aſſumpta eſt a filio dei ex
Maria uirgine humanitas in unam deitatis perſo-
nam.Neq; enim columbā beatificauit ſpirituſſan-
ctus,uel illum flatum,uel illum ignē,ſibiq; & per-
ſonæ ſuæ in unitatem habitumq; coniunxit inter-
num , ſed apparuerunt ſicut opportune apparere
debuerunt,creatura ſeruiente creatori, & ad nutū
eius,qui incommutabiliter in ſeipſo permanet ,ad
eum ſignificandum uel demōſtrandum, ſicut ſigni-
ficari & demonſtrari mortalibus oportebat muta
ta & conuerſa . Quamuis ſpirituſſanctus apparuiſ-
ſet in ſpecie columbæ uel ignis , non poſſumus ta-
men dicere ſpiritumſanctum deum aut columbam,
aut deum & ignem , ſicut dicimus filium deum &
hominem.Propter has ergo corporales formas,in
quibus apparuit ſpirituſſanctus,miſſus dicitur,nō
propter has minor patre dici poteſt , ſicut filius
propter formam ſerui: quia illa forma ſerui inhæ-
ſit illi ad unitatem perſonæ perpetualiter,illæ ue
ro ſpecies corporales,columba & ignis, ad demō-
ſtrandum quod opus fuit,ad tempus apparuerunt
& eſſe poſtea deſtiterunt.

¶ Quod aliter intelligendum ſit, uerbum caro
factum , atque aliter uerbum dei in
quolibet ſanctorum.

Caput IX.

Heb.1. MVltis modis dicit deiloquus Paulus deum locutom eſſe patribus in prophetis. Nouiſſime uero diebus iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo. Et ut certius intelligatur de quo filio dixiſſet mox ſubdidit, dicens: Quem conſtituit hæredem uninerſorum, per quē fecit & ſecula. Per illum uero per quem omnia creauit, id eſt, Chriſtum dei filium, locutus eſt nouiſſimis ſeculi tēporibus ſanctis ſuis, quanuis deum locutum eſſe iu prophetis legamus ſicut dicitur: Principium loquendi domi-
Oſee.1. ni in Oſee, uel etiam uerbum domioi factum ad
Iſaiæ.1. Iſaiam prophetam. Non igitur Chriſtus ita uerbum dei habuit in ſe, ſicut alij ſancti, ſed ipſe eſt uerbum dei. Aliud eſt enim uerbum in carne, aliud eſt uerbum caro factū: aliud eſt deus in homine, aliud eſt deus homo, ideo dei filius non ſolum ſecundum ueram diuinitatem quam habet de natura dei patris, ſed etiam ſecundum carnem quam habet ueram naturaliter de corpore beatæ genitricis, deus uerus & creditur & prędicatur ab omnibus catholicis: quoniam æterna diuinitas filij cum plena humanitate ſua, & eadem plena humanitas filij cum æterna diuinitate ſua, una eſt in ſancta trinitate perſona, & hæc non adoptiua, ſed propria & perfecta, & ipſe totus in diuinitate ac bumanitate ſua unigenitus & oerus filius dei. Ideo cum patre & ſpiritu ſancto unus eſt deus, non nuncupatiuus, ſicut Hiſpanica hæreſis impia temeritate affirmare præſumpſit, aſſerens dei filium io diuina natura deum eſſe uerum, & in humana nuncupatiuum. Similiter & in diuina natura proprium filium dei, & in humana adoptiuum, diuidens unam perſonam filij dei cum Neſtorio in duas perſonas, id eſt, ueri filij & adoptini, cum certiſſimum conſtet, in illam perſonam quam habuit æternaliter dę patre genitus, dei filium humanam aſſumpſiſſe naturam, quam nemo catholicus fide confirmatus adoptiuam eſſe auſus eſt dicere. Deus dei filius humanam aſſumpſit oaturam, non perſouam. Aeternam ſuſcipiēs perſonam diuinitatis, temporalem humanitatis ſubſtantiam, homo tranſiuit in deum, non uerſibilitate naturæ, ſed propter diuinæ unitatem perſonæ: ideo non ſunt duo Chriſti, nec duo filij, ſed unus Chriſtus, & unus filius dei homo.

¶ Quod nec pater nec ſpiritusſanctus, ſed ſolus filius ſit incarnatus. Cap. X.

QVanquam una ſit ſanctæ trinitatis natura, nō tamen tota trinitas incarnata eſt, ſed ſola filij perſona humanam ſuſcepit miſericorditer naturam: nec tamen dei filius ita incarnatus eſt, ut & una ſit io eo natura diuinitatis & carnis. Neque enim in Chriſto hoc deitas potuit eſſe quod caro, aut caro quod deitas: quia utraque natura, id eſt, diuinitatis & humanitatis in ſua permaoſit proprietate. Propterea utique humanam naturam, id eſt, carnem, rationabilemque animā, non a tota trinitate, ſed à ſolo filio confitemur ſuſceptam. In unitate quippe perſonæ, non in unitate naturæ, utique perſona filij non eſt eadem quæ patris aut ſpiritusſancti. Vnitas ergo perſonæ, manēte duntaxat utriuſque proprietate ſubſtantiæ, ſicut in Chriſto perſonam non fecit duplicem, ſic humaoæ naturæ ſuſceptionem non fecit ſanctæ trinitati communē. Ad perſonam quippe dei uerbi tātummodo acceptio illa ſeruilis formę pertinet. Sed nihil diuinę plenitudinis abſtulit, oihil domininationis ademit in Chriſto, humanitatis ſuſceptio. Hioc eſt, quod in uno eodemque Chriſto, & humanę naturę ueritas claruit, & diuinæ naturæ incommutabilitas permanſit æterna. Hoc tamen ſciendum eſt, quod hanc ſeruilē formam, quam ſolus dei filius accepit, tota trinitas fecit: quam tamen certum eſt à tota ſancta trioitate factam, ad ſolam filij dei pertinere perſonam: Non enim pater carnem aſſumpſit, neque ſpiritusſanctus, ſed filius tantum, ut qui erat in diuinitate dei patris filius, ipſe fieret in homine matris uirginis filius, ne filij nomen in alteram tranſiret perſonam, qui non eſſet natiuitate filius. Dei ergo filius, hominis factus eſt filius, natus ſecuodum ueritatē oaturæ ex deo dei filius, & ſecundum ueritatem naturæ ex homine hominis filius, & in utraque natura, oon adoptione tantum uel appellatione, ſed ueritate dei filius.

¶ De eo, quod uerbum dei ſuæ carnis conceptione conceptum ſit in utero oirginis. Caput XI.

SOlus itaque (ſicut diximus) filius dei accepit carnem, ut poſſet corporeis oculis uideri, & corporeis manibus contractari. Solus humanam naturam ſic accepit, ut ſuam faceret, & per illam diuinitatis quoque ſuę notitiam miſericorditer hominibus inſinuaret, nec tamen ullatenus credi debet, carnem CHRISTI ſine diuinitate conceptā in utero uirginis, priuſquā ſuſciperetur à uerbo, ſed ipſum uerbum domini ſuæ carnis acceptione conceptum, ipſamque carnem uerbi dei incarnatione cōceptam, eandem carnem humanæ naturæ uerā habere dei filium, qua de uirgine uerbū deus natus eſt. Non ergo ad beatam nirginem locali motu uerbi diuinitas uenit, ſed ineffabili potentiæ ſuę manifeſtatione, & utrum matris gignendus impleuit, nec dimiſit patrem cum uenit ad uirginem, ubique totus, ubique perfectus. Nec plenitudo diuinitatis ſeparari poteſt, ſed totus filius in patre, totus filius in utero uirginis, totus filius ex otero eiuſdē beatæ uirginis carnem aſſumens. In qua crucifixus & ſepultus eſt, in qua reſurrexit, & in cœlum aſcendit, & in dextera dei ſedet, in qua etiā uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, & in qua uidebnot eum omnes tribus terræ, non in ea humilitate qua iudicatus eſt, ſed in ea claritate qua iudicaturus eſt uniuerſum mondum.

¶ De mediatore dei & hominum, homine Ieſu Chriſto. Caput XII.

NVllus plane ueram pacem cum deo habere poterit, niſi prr mediatorem dominum Chriſtū, qui eſt in duabus uaturis uerus deus, uerusque homo, unus Chriſtus, idem ſacerdos & ſacreficiū, ueniens ad nos offerre pro nobis quod ſumpſit ex nobis, ot auferret à nobis quod inuenit in nobis, id eſt, peccata. Sicut enim diabolus mediator eſt ad mortem, qui ſuperbus ſuperbientem hominem perdoxit ad mortem, ita Chriſtus mediator ad uitam humilis, hominem inobedieutem reduxit: quia ſicut ille elatus cecidit, & deiecit conſeotientem, ſicut iſte humiliatus ſurrexit, & erexit credeotem. Idcirco autem mediator, quia idem deus atque homo uerus, habens cum patre eandē diuinitatis naturam, & humanitatis eandem cum matre ſubſtantiam, habens ex nobis uſque ad mortem iniquitatis noſtræ pœuam, habēs incommutabilem de deo patre ioſtitiam, propter ooſtram iniquitatem temporaliter mortuus, propter ſuam iuſtitiam & ipſe
ſemper uiuus, qui crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed uiuit ex uirtute ſua. 1.Co.15

¶ De eo quod in Chriſto ſit naturarum diſtantia, non perſonæ, & in ſancta trinitate perſonarum, non naturæ. Caput. XIII.

NEq; dei filius deus æternus ex patre deum deſeruit patrem, quanuis homo factus eſſet ex matre. Sed eiſdem qui gerebat quæ hominis

Ioh. 3. ſunt in terris, idem ipſe gerebat in cœlis q̃ dei ſunt, ſicut ipſe ait in euangelio: Nemo aſcendit in cœlũ, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Hæc loquebatur in terra filius hominis, ſed idem ipſe filius hominis erat in cœlo. Quanuis in uniuscorpuſculi uideretur latuiſſe anguſtia, tamen omnium creaturarũ regebat latitudinẽ. Nec alius eſt per quem omnia creata ſunt, alius qui creatus eſt homo, idem ipſe creator & creatura. Creator in diuinitate, & creatura in humanitate: nõ alius, ſed aliud: quia nõ una natura in eo, ſed una eſt omnimodis perſona. Nam ita eſt in ſancta trinitate dicendum uel intelligendum. Non enim fas eſt dicere de patre & filio & ſpiritusancto aliud, quia una horum eſt natura: ſed alius, quia perſonarum diſtantia eſt in eis. In Chriſto itaq; non eſt perſonarum diſtantia, ſed natura: ideo alius dici non debet, ſed aliud de eo. Quocirca omnimodis unus eſt atq; idem, mortalis & immortalis, paſſibilis & im

1. Cor. 2 paſſibilis. Ideo dñm gloriæ dixit Apoſtolus crucifixũ, quanuis ſola humanitas paſſionibus ſubiaceret. Crucifixus ergo dei filius, ſed ſecundũ carnẽ,

1. Cor. 1 ſicut in alio loco idem Apoſtolus ait: Nos autẽ prędicamus Chriſtũ crucifixũ, Iudęis quidẽ ſcandalũ, gentibus autẽ ſtultitiã, ipſis autẽ uocatis Iudæis & Græcis Chriſtum dei uirtutem, & dei ſapientiam.

¶ De matre uirgine, & incarnatione uerbi dei. Cap. XIIII.

Ioh. 1. SAnctus Euãgeliſta ut proprietatem unius perſonæ in Chriſto oſtenderet, ait: Verbum caro factum eſt. Verbum quod erat apud deum antequam mundus eſſet, per quod mundus factus eſt. Verbum quod non amiſit æternitatem ſuam, quanuis in tempore ex uirginali utero carnem aſſumendo, homo fieri uoluiſſet. Quod uerbum per omnipotentiam ſuam uoluit hunc hominem quẽ aſſumpſit, hoc fieri ex tempore, quod ipſe ſemper fuit ſine tẽpore, id eſt, proprius filius dei, ut non poſſint dici duo filij dei, alius ante tẽpora genitus, & alius natus ex tẽpore, ſed unus deus filius proprius & perfectus deus, dominus noſter Ieſus Chriſtus: quẽ beata Maria uirgo, ſalua ſui integritate corporis, deum edidit & hominem. Quæ fuit lana mundiſſima, & uirginitate clariſſima, & incõparabilis uniuerſis quæ erant ſub cœlo uirginibus, eratq; talis ac tanta, ut ſola digna fuiſſet, qua nullus alius induceretur, niſi auguſta prędicus dignitate. Ita ſpiritus ſanctus superueniens in beatam uirginẽ, & uirtus altiſſimi obumbrauit eam, ut lana fieret diuinitate purpurata, ſolummodo æterno imperatore indui digniſſima, & ſic facta eſt beatiſſima uirgo Maria theotocos, ſicut & Chriſtotocos. Nam & ante eã fuerunt & aliæ in populo dei Chriſtotocæ, id eſt, Chriſtorum genitrices, non tamẽ uirgines: nec ſpiritusancto obumbrare, ut deũ dignæ generare inuenirentur. Hæc autẽ & Chriſtotocos, & ſola theotocos, & ſola uirgo ex ſpiritusancto & uirtute altiſſimi concipiens, ac ſic glorificata, ut deum dei filium coæternum & conſubſtantialem patri generaret uirgo, uirgo ante partũ, uirgo in partu, uirgo poſt partum. Dignum enim erat ut deo naſcente meritum creſceret caſtitatis, ne per eius aduentum uiolarentur integra, qui uenerat ſanare corrupta. nec regnator cœli, uirginalis uteri dedignatus eſt anguſtias intrare, qui omnium creaturarum implet latitudinem, cui angelorum militia nato decantare ueniebat: Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Lucæ. 2.

¶ Quid cuiq; naturæ in Chriſto conueniat. Cap. XV.

FIrmiſſime credere debemus, ſub unius perſonę proprietate, duarũ eſſe in Chriſto naturarum inſignia, non ut diuiſionẽ faciamus unius Chriſti, ſed ut in uno dei filio & uno Chriſto duas diſtinguamus *ſubſtantias: unam quæ initium habuit ex uirginali utero, alteram quæ ſine initio coæterna eſt deo patri: unam quæ ætate proficiebat & ſapientia, alteram quæ æterna eſt dei uirtus, & dei ſapientia, ut de plurimis pauca dicamus, unam quę dormiebat in naui, & excitata eſt à diſcipulis, alteram quę imperabat uentis & fluctibus, unam quæ plorat amicum & mortuum, alteram quæ uoce ſola uocat eũ de ſepulchro, & reſuſcitat ad uitã, unã quæ triſtatur uſq; ad mortem, aliã quę liberat ſanctos à triſtitia, & dat eis gaudium uitæ perpetuæ. unam quæ uidentibus apoſtolis aſcendit in cœlos, & ſedet ad dexteram dei patris, alteram quę de ſinu patris nunquam abſceſſit, ſed ſemper cum patre & in patre fuit, & eſſe non deſinit. Salua igitur proprietate utriuſq; naturæ, & in unã coeunte perſonam, ſuſcepta eſt à maieſtate humilitas, à uirtute infirmitas, ab æternitate mortalitas. Ad perficiendum opus ſalutis humanæ, natura incommutabilis naturę eſt unita paſſibili, ut mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero. Propter unius perſonæ identitatem, communis deo & homini dicitur uel gloria, uel cõtumelia. Proinde ſic in uno Chriſto communia naturæ utriuſq; inueniũtur officia, ut eũ non diuidatur in uirtutibus atq; infirmitatibus Chriſtus, tamen in opere aliquid utriuſq; naturæ non ſit commune. Quicquid tamen geſtũ eſt in Chriſto, unus hoc gerebat Chriſtus; non duo Chriſti. In operibus proprietas diſcernitur naturarum, in poteſtate unitas perſonę intelligitur.

*idẽ ſubſiſtentias ſeu naturas

¶ Quod diuinitas hominem quem aſſumpſit, nunquam dimiſit. Cap. XVI.

IN nulla ſiquidem proprietate operum, quæ naturas diſtinguunt in Chriſto, diuinitas deſeruit humanitatem, nec etiam in ipſa paſſione. Quod ut facilius intelligi poſſit, exemplis fides roboranda eſt, uerbi gratia dicamus: ſecuris ictu arborẽ quã uerberaueris, & ſplendorem in ea ſimul percuſſeris ſolis, arbori quidem uulnus inſiigis, ſolẽ uero, cuius & ſplendorem ſimul percutis & calorem, impaſſibiliter derelinquis. Quod ſi arborem ictu ſecuris percuſſam ſol non deſerit, quanto magis ſanctum ſuum dei filius, quod eſt uerbum, in paſſione non deſeruit? Quanuis ipſa diuinitas impaſſibilis ſemper in ſua permaneat natura, ſicut Exo. 3. Moyſe duce populi dei uidente rubus flammam habuit, ſic uere paſſa eſt humanitas CHRISTI. Et ſicut uere non incenſus eſt, ſic uere non paſſa eſt diuinitas. Non tamen alicubi diuinitas humanitatem, ex quo in unitatem ſuæ perſonæ aſſumpta eſt, deſeruit, uerum etiam de eodem matris utero idem deus homo factus exiuit, & in cruce idem deus homo factus pependit, & in ſepulchro idem deus homo factus iacuit: ſed in ſepulchro ſecundum ſolam carnem idem

deus

deus homo iacuit, & in infernum ſecundum ſolam animam deſcendit. Quicquid enim in Chriſto factum eſſe legitur, ab uno Chriſto & ab uno dei filio geſtum eſſe nullus catholicus dubitare debet. Hæc uero omnia pſonaliter totus Chriſtus dignatus eſt agere. Ipſe quippe ſuam paſſionem inuenitur operatus, qui nihil habuit quod pateretur inuitus, ipſe etiam & opus, & autor operis. Iam uero cum Chriſtus uno eodemq́ tempore & in ſepulchro iacuit, & in infernum deſcendit, quis non inſeparabile naturæ utriuſque opus uideat, & quis in ipſo uno atq; inſeparabili opere propria carnis & animę ac diuinitatis opera nõ euidẽter agnoſcat? Vt enim ſecũdum carnem in ſepulchro iaceret, totus Chriſtus fecit, ſepulturæ capax ſola caro naturaliter fuit. In infernum quoq; ut ſecundum animã Chriſtus deſcenderet, naturæ utriuſque, id eſt, diuinæ atq; humanæ unum fuit opus: ſed ſolius animę naturalis fuit ille deſcenſus, ſicut eodem tempore totus in cœlo & in terra non ceſſabat Chriſtus operari, ſed ſolius diuinitatis fuit & loco non contineri, & quæ ad gubernationem uniuerſitatis pertinebant, cum patre naturaliter & æqualiter operari. Inde eſt quod in omnibus illis operibus paſſionis & mortis, autoritas apoſtolica, quod totus operatus eſt in ſe Chriſtus, ſic uni perſonæ operantis aſſignat, ut quid cuius naturæ ſit, indubitanter oſtẽdat. nã & beatus Paulus de uno eodemq́ Chriſto dicit: Et ſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed uiuit ex uirtute dei. Et beatus Petrus propheticum ſic protulit de Pſalmis eloquiũ, ut Chriſti animam quam in infernum nouerat deſcendiſſe, ipſam diceret in inferno non derelictã. Qua de inferis ad carnem die tertio reuertente, idem deus ſecundum carnem qua in ſepulchro iacuit, de ſepulchro reſurrexit, & quadrageſimo poſt reſurrectionem die, idem deus homo factus, in cœlum aſcendens, in dextera dei ſedet, inde in fine ſeculi ad iudicandum uiuos & mortuos uenturus.

2. Co.13. Act.2. Pſal.15.

¶ De baptiſmo Chriſti, & quod omnia quæ gerebantur in Chriſto, noſtræ ſalutis cauſa geſta ſunt. Cap. XVII.

Mat.3. Dicit euangeliſta, Chriſtum beato reſpondiſſe baptiſtæ, dum ad eius uenit baptiſmum: Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Quid eſt aliud quod ait, omnem iuſtitiam implere, niſi quod in ſeipſo totius uitæ noſtræ ordinem oſtendere uoluit, ut ipſe alio demonſtrat in

Ioh 8. loco, dicens: Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Baptizatus eſt ergo Chriſtus, non ut eius ulla dilueretur iniquitas, quia omnino nullam habuit, ſed ut eius magna cõmendaretur humilitas. Ita quippe in eo baptiſmus nihil quod ablueret, ſicut mors nihil quod puniret, inuenit: qui ſolus ita naſci potuit, ut ei non eſſet opus renaſci. Non enim renaſcebantur qui baptizabantur baptiſmate Iohannis, a quo & ipſe baptizatus eſt. Quapropter baptiſmus Chriſti non fuit in aqua tantum, ſicut Iohannis, ſed in ſpirituſancto in

Ioh.3. remiſſionem peccatorũ, ipſo alibi dicẽte: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt introire in regnum dei, ut de ſpirituſancto regenerati, qui in Chriſtum credunt, habeant omnium remiſſionem peccatorũ. De quo ſpiritu Chriſtus regeneratus, regeneratione nõ ęguit, quia ſpirituſſanctus ro baptizato, in ſpecie columbę deſcẽdiſſe ſuper eum uiſus eſt. Nec credendum eſt tunc dona eũ ſanctiſpiritus ſuſcepiſſe, q à prima cõceptione ſpirituſancto plenus ſemper extitit, ſed ut ſanctę & indiuiduæ trinitatis in baptiſmate demonſtraretur myſteriũ, filius dei baptizatur in homine, ſpiritus dei deſcendit in columba, pater deus adeſt in uoce, ſine cuius inuocatione, id eſt, ſanctæ trinitatis, nullũ baptiſma prodeſſe poterit. Ideo dei filius primus ipſo ſuo in baptiſmate totam perſonaliter oſtendere uoluit adeſſe trinitatem, qui ſacramentorum ſuorum diſpenſatoribus erat præcepturus, docere omnes gentes, & baptizare eas in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Quicquid igitur geſtũ eſt in cruce Chriſti, in ſepultura, in reſurrectione tertio die, in aſcenſione in cœlũ, & ſede ad dexteram patris, ita geſtũ eſt, ut his rebus nõ myſtice tantũ dictis, ſed etiam geſtis cõfiguraretur uita

Gal.5. Chriſtiana, quæ hic quæritur: nã propter crucem dictũ eſt: Qui autẽ Chriſti Ieſu ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus & cõcupiſcen-

Ro.6. tijs. Propter ſepulturã, Conſepulti enim eſtis Chriſto per baptiſmum in morte. Propter reſurrectionem, ut quemadmodũ Chriſtus reſurrexit à mortuis * in gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Propter aſcenſionem in cœlum, ſedemque ad dexteram patris, Si autem conſurrexiſtis cũ Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens quę ſurſum ſunt ſapite, nõ quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & uita neſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo.

*per

Col.3.

¶ Quod deus quædam opera facit per filium ſibi coæternum in forma dei, quædam per eundem filiũ in forma ſerui filiũ hominis. Cap. XVIII.

Ipſe enim dominus de poteſtate quam habuit ex æterno cum patre, & de poteſtate quam accepit ex tempore in forma ſerui, ſic ait: Sicut enim pater habet uitã in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Genuit itaq; deus pater filium, uitam & poteſtatem in ſemetipſo habẽtem. Dedit enim poteſtatẽ eidem filio iudicium facere, qui in forma ſerui factus eſt homo. Deus pater per duas in Chriſto operatur naturas: per unam quæ ei communis eſt cum deo patre, ex eo quod deus eſt, per alterã qua ex uirgine Maria homo factus eſt: per has duas naturas in uno filio dei duas fecit deus pater reſurrectiones humani generis, id eſt, animarum & corporum: habent enim & animæ mortem ſuam in impietate atq; peccatis, ſecundum quam mortẽ mortui ſunt, de quibus idem dominus ait: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos, ut ſcilicet in anima mortui, in corpore mortuos ſepelirent. Mors eſt uidelicet animæ, quãdo deus deſerit eam ob peccatorũ magnitudinem: corporis, quando anima deſerit corpus. Ab his duobus mortis generibus reſuſcitatos, duas dicimus reſurrectiones. Nunc autem animarum in eccleſia per filium dei uerbũ dei fit reſurrectio, quando per gratiam dei uiuificatæ reſurgunt à morte iniquitatis. Et hæc eſt prima reſurrectio, quam qui habent, in ſecunda quæ eſt corporum, feliciter reſurgẽt in uitam æternam. Filius uero hominis accepit poteſtatem iudicium facere, quod iudicium in fine erit ſeculi. Et ibi non erit reſurrectio animarum, ſed corporum. ideo & ipſe dominus has duas deſignat in eodem loco reſurrectiones: animarũ, ubi ait: Amẽ amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc eſt, quando mortui audient uocem filij dei. Corporum uero: Veniet hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem eius. Hora autem eſt nunc ut

Ioh.5.

Mat.8.

Iohan.5.

Ibid.

reſurgant mortui:hora erit in fioe ſeculi ut reſur
gant mortui,ſed reſurgunt nunc in mente,tunc in
carne:reſurgunt nunc io mente per uerbum dei,fi
lium dei:reſurgent tunc in carne per uerbum dei
carnem factum,filium hominis. Animas ergo nūc
ſuſcitat deus per uerbum filium dei, ut uiuant in
Chriſto. Corpora ſuſcitat deus io fine ſeculi per
eundem filium hominis,ut æternaliter uiuāt cum
Chriſto. Neq enim ad iudicium uiuorum & mor
tuorum pater ipſe uenturus eſt, nec tamē recedet
á filio pater. Quomodo ergo nō ipſe uenturus eſt?
Quia non ipſe indutus eſt forma ſerui, nec uidebi
tur in iudicio,uidebuot autē impij in quem com
Zac. 12. punxerunt. Forma illa erit iudex, quæ ſtetit ſub
iudice:illa iudicabit,quæ iudicata eſt. Iudicata eſt
enim inique,iudicabit iuſte. Talis apparebit iudex
qualis uideri poſſit & ab eis quos coronaturus eſt,
& ab eis quos damnaturus eſt. Forma ergo ſerui
uidebitur,occulta erit forma dei,quę iuſtis uideri
ſolummodo promittitur ad ęternum beatitudinis
præmium.

¶ De nouiſſimis ſeculi temporibus.

Caput XIX.

QVædam uidelicet ſigna, quæ ipſe dominus in
euangelio ante finem mundi futura eſſe prędi
xit, tranſacta leguntur, quædam uero immi
nentia quotidie ſentiūtur. Quædam itaq necdum
acta ſunt ſed futura eſſe certiſſime credūtur,id eſt,
Ro. 11. fides Iſraelitici populi,de qua Apoſtolus ait: Cum
intrauerit plenitudo gētium,tunc omnis Iſrael ſal
uus fiet,& regnum Antichriſti, & crudelitas eius
in ſanctos. Hęc enim erit nouiſſima perſecutio,no
uiſſimo imminente iudicio, quam ſancta eccleſia
tota terrarum orbe patietur,uniuerſa ſcilicet ciui
tas Chriſti ab uniuerſa diaboli ciuitate, quanta
cunq erit utraq ſuper terram. Cuius perſecutio
nis autorē eſſe eundē Antichriſtum nō dubium eſt,
2. Theſ. 2 quem Apoſtolus filiū nominauit perditionis,atq
refugā utiq à domino deo,qui tolletur ſuper om
ne id quod dicitur deus,aut quod colitur. Eccleſia
equidem ſancta dicitur deus. Colitur itaq recte
tantūmodo ſancta trinitas deus, cuius honorē im
pijſſimus ille refuga ſibi uēdicare præſumet, alios
adulationibus,alios terroribus, alios ſignis illici
tans,ut ſe colāt pro deo,cuius perſecutionē trium
ſemis annorum ſpatio excandeſcere ſuper terrā,in
Apo. 11. & 13. Apocalypſi prędictum eſt. Sed ne tam immanis &
crudelis perſecutio improuiſa ueniens, omnes mi
nus paratos inuoluat, Heliam & Enoch maximos
prophetas uenturos eſſe,eccleſiæ habet fides,per
quorum doctrinā populus Iſraeliticus cōuertetur
ad fidē. Qui cum ipſi primo tres ſemis annos præ
dicauerint,in ipſa eadē prædicatione cum alijs fideli
bus glorioſo coronabuntur martyrio:percuſſo aūt
illo perditionis filio,& impijſſimo totius iniquita
tis magiſtro ab ipſo domino, ſicut Apoſtolus ait:
2 Theſ. 2 Quem dn̄s Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & de
ſtruet illuſtratione aduentus ſui, non cōtinuo dies
iudicij ſecuturus eſſe credendus eſt,ut impleatur ſi
cut ipſe dominus in euangelio ait: De die autē illo
Mar. 13. & hora nemo ſcit, neq angeli neq filius, niſi pa
ter ſolus. Quę domini uerba quomodo intelligēda
ſint,loco opportuno ſuperius expoſuimus.

De reſurrectione corporum in nouiſſimo die.

Cap. XX.

IPſe dominus noſter Ieſus Chriſtus in reſurrecti
one carnis ſuæ, quam die tertio ſuſcitauit de ſe
pulchro,nobis noſtræ carnis ueram oſtendit re
ſurrectionem. Quā uidelicet abſque omni dubita
tione firmiſſime credere debemus,ut in ea carne q̄
hic quiſque uiuebat in hac præſentia uitæ, in eadē
reſurgere debeat. Nec alicui incredibile debet eſſe
potentiā diuinam corpora noſtra de cuiuſcunque
cōditionis corruptione reſuſcitare poſſe. Abſit hoc
á fide noſtra dubitare,ut ad reſuſcitanda corpora,
uitæq reddenda, nō poſſit omnipotētia creatoris
oīa reuocare, quę uel beſtia uel ignis cōſumpſit,
uel in puluerum cineremq cōuerſum,uel in humo
rem reſolutū, uel in auras eſt exhalatum. Abſit ut
ſinus ullus ſecretumq naturæ ita recipiat aliquid
ſubtractū ſenſibus noſtris,ut omniū creatoris aut
cognitionē lateat,aut effugiat poteſtatem. Reſur
gēt equidē ſanctorū corpora ad gloriam ſine ullo
uitio,ſine ulla deformitate: in quibus tanta facili
tas erit,quanta & felicitas. Quanuis enim aliquid
deformitatis habeant corpora eorū in hac præſen
ti uita,uel maius uel minus habentia quā humanæ
naturæ deceat pulchritudinem, nihil tale habebūt
in illa perpetuæ felicitatis perfectione: in ea ſcili
cet mēſura & dignitate,qua uel futura erant,ſi an
te perfectę ætatis decorē moriuntur,ſiue etiā ha
buerunt ante urgentis ad infirmitatē ętatis annos
membrorū omniū pulchritudine congruo decore
reſeruata: ita ut nihil incongruum habeant in illa
corporis parte,quia ſpirituale erit corpus,nō car
nale: quanuis caro ſit,non ſpiritus,nō tamen carna 1. Co. 15.
libus ſubiacebit uitijs,de quibus Apoſtolus ait: Quia
caro & ſanguis regnū dei non poſſidebit. Procul
erit ab eis omnis infirmitas,omnis deformitas, o
mnis tarditas,omnis corruptio,omnis egeſtas,om
nis indigētia,& ſi quid aliud quod illud ſummi re
gis non decet regnū,in quo reſurrectionis & pro
miſſionis filij æquales erunt angelis dei. Ergo quic
quid de corporibus uiuis, uel poſt mortem de ca
daueribus perijt, humanosq effugit uiſus, ſimul
cum eo quod in ſepulchris remanſit, in ſpiritualis
corporis nouitate ex animalis corporis uetuſtate
mutatum,reſurget incorruptione atque immorta
litate ueſtitū. Reſurgēt & impij,unuſquiſque cum
ſua carne,ut cum diabolo & angelis eius punian
tur. Vtrum ſane ipſi cum uitijs & deformitatibus
eorū corporum reſurgant,quæcunque in eis uitio
ſa & deformia membra geſtauerunt,inquirēdo la
borare quid opus eſt? Neque enim fatigare nos de
bat incerta eorum habitudo uel pulchritudo. Hoc
certiſſime ſciēdum eſt,quia nemo niſi per indebitā
miſericordiam dei liberabitur,& nemo niſi per de
bitum iudicium damnabitur. Tunc ſancti ſciēt ple
nius,quid boni eis cōtulerit gratia, uel quid eſſent
conſecuturi,ſi diuina eos gratuito munere nō ele
giſſet miſericordia, & quā uerum ſit quod in Pſal Pſal. 100
mo canitur: Miſericordiam & iudicium cantabo
tibi domine.

¶ De iuſtorum pręmio,& pœna peccatorum.

Caput XXI.

DE igne diei iudicij Apoſtolus ait: Vniuſcuiuſ 1. Cor. 3
que opus quale ſit,ignis declarabit. De igne
purgatorio hoc eum dixiſſe non eſt dubitan
dum,quem ignē aliter impij ſentient, aliter ſancti,
aliter iuſti. Impij ſiquidem de illius ignis cruciatu
ad perpetuas ignium flammas detrudentur: ſancti
uero qui ſine omni peccatorum macula in corpo
ribus ſuis reſurgent, qui ſupra fundamētum quod
eſt Chriſtus,aurum, argentū & lapides precioſos
ædificauerūt,tanta facilitate illum euolabūt ignē,
quāta integritate fidei & dilectionis Chriſti in hac
uita

uita cuſtodierũt pręcepta, eritq; illis ille ignis diei
Dani.3. iudicij ſicut tribus pueris caminus Babylonicę for
nacis fuerat, q abſq; omni flammarũ lęſione in do-
mini laudes omnium pulchritudinem creaturarum
conuocabant. Sunt ergo quidam iuſti minutis qui-
1.Cor.3. buſdam peccatis obnoxij, qui ædificauerunt ſupra
fundamentum quod eſt Chriſtus, fœnum, ligna, ſti
pulam, quę illius ignis ardore purgantur: à quibus
mundati, ęternę felicitatis digni efficiũtur gloria:
illoq; tranſitorio igne & toto extremi dei iudicio
completo, diuidentur duę congregationes, ſancto
rum & impiorum, una Chriſti, altera diaboli: una
bonorum, altera malorũ, utraq; angelorum & ho-
minum. Iſtis uoluntas, illis facultas non poterit ul
la eſſe peccandi, nec ulla cõditio moriendi. Iſtis in
æterna uita uere feliciterq; uiuẽtibus, illis infelici-
ter in æternis tormẽtis ſine moriẽdi poteſtate du-
rantibus. Quando utiq; extremi iudicij uentilabrũ
diſcernet frumẽtum à paleis, unuſquiſq; ſecundum
modum meritorum aut damnabitur aut coronabi
tur. Quidam uidelicet iuxta peccatorum qualitatẽ
mitius torquentur, qui minorum ſcelerum põdere
grauantur. Sunt etiam & ſanctorum merita diuer
ſa, quorum quiſq; ſecundum meritorum magnitu-
dinem, æternę recipiet pręmia beatitudinis, quod
ipſe dominus in euangelio ſignificabat, dicens: In
Iohã.14 domo patris mei mãſiones multæ ſunt. Sed nemo
in illis alicuius lætitiæ uel beatitudinis ſentiet de-
trimentum, quia unicuiq; ſufficiet quod accipiet,
quia Chriſtus erit omnia in omnibus.

¶ De æterna beatitudine ſanctorum
Caput XXII.

QVid uero acturi ſunt in illa requie ſummæ be-
atitudinis, Pſalmiſta expoſuit dicens; Beati
qui habitant in domo tua domine, in ſecula
Pſal.83. ſeculorum laudabunt te. Expreſsiusq; ipſe domi-
nus in euangelio, ubi ait: Beati mundo corde, quo
Math.5. niam ipſi deum uidebunt. Hęc eſt abſq; omni ptur
batione beata dei pax, quę exuperat omnẽ ſenſum,
in qua uidebitur deus deorũ in Sion. i. in ſpeculo
ppetuæ quietis. Oĩa quippe membra & uiſcera in-
corruptibilis corporis, quę nunc uidemus per uſus
neceſsitatis diſtributa habere miniſteria, proficiẽt
laudibus dei: quia nulla erit eis tũc neceſsitas labo
randi, nec ulla cuiuſlibet indigẽtię moleſtia, ſed ple
na certaq; ſecuritas, & ſempiterna felicitas, & in-
deficiẽs lętitia. Quã ineffabilis felicitas erit illa, ubi
nullum erit malum, ubi nullum deerit bonum! Va-
cabitur dei laudibus, qui erit omne bonum in omi-
bus, unus amor omnium, omnia cõcordia cunctis.
Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deſe
retur indigno: nec ad eum perueniet ullus indignus
ubi nullus pmittitᷣ eſſe indignus, ubi pax, ubi nihil
aduerſum à ſeipſo quiſq̃, nec ab alio patietur. Præ-
miũ uirtutis erit ipſe q uirtutẽ dedit, & q ſeipſum
quo melius & maius nihil poſsit eſſe, promiſit, qui
erit beata ſatietas omnibus. Quod propheta ſpiri
tu inſpiratus ſancto præuidit optando, inquiẽs: Sa
Pſal.16. tiabor dũ manifeſtabitur gloria tua. Tunc erit ipſe
deus ſanctorum ſatietas, beatorũ iucũditas, & oĩa
quęcunq; ab eius honeſtate deſiderari poſsunt, &
uita & ſalus, & uictus & copia, & gloria & honor
& pax, ęterna beatitudo, & beata æternitas. Ipſe
erit pfectio deſideriorũ noſtrorũ, q ſine fine uide-
bitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatiõe lauda-
bitur. Tunc tantũ erit uera immortalitas, ubi nul-
lus mori poteſt. Prima cõditio hoĩs fuit, poſſe non
mori: cui ppter pctĩ pœnã cõtigit, nõ poſſe nõ mo-
ri, reſtat illa felicitate illud tertiũ, nõ poſſe mori.
Tunc plene erit liberũ arbitriũ, qd primo hoĩ fuit
ſic datũ poſſe non peccare: ſed illud beatius erit,
qñ tale erit non poſſe peccare. Tunc ſabbatiſmus
æternę quietis dies omnibus ſanctis erit, ibi uide-
bitur q amabitur, & qui amabitur laudabitur: qui
nobis huius ſermonis initium & cauſa fuit, ſic eti-
am perfectio & finis. Pro cuius amore iegentes fla
gitamus p nobis apud eius intercedere miſericor-
diam, ut cum eis eo miſerante mereamur ad illud
peruenire regnum, cuius nullus eſt finis.

EPILOGVS.

CRedimus ſanctam trinitatem, id eſt, patrem
& filium & ſpũmſanctũ, unum deũ oĩpoten-
tẽ, unius ſubſtãtię, unius eſſentiæ, unius pote
ſtatis, creatorem oĩm creaturarum, à quo oĩa, per
quem omnia, in quo omnia. Patrem à ſeipſo, non
ab alio, filium à patre genitum, deũ uerum de deo
uero, lumen uerum de lumine uero, non tamẽ duo
lumina, ſed unum lumẽ. Spiritum ſanctum à patre
& filio æqualiter procedentem, conſubſtãtialem,
coæternum patri & filio. Pater plenus deus in ſe,
filius plenus deus à patre genitus, ſpiritusſanctus
plenus deus à patre & filio procedens. Non tamen
tres deos dicimus, ſed unum deum omnipotẽtem,
æternum, inuiſibilem, incommutabilem, qui totus
ubique eſt, totus ubique pręſens eſt, non per par-
tes diuiſus, ſed totus in omnibus, non localiter, ſed
potentialiter, qui ſine commutatione ſua mutabi-
lia creauit, & creata gubernat, ſemper manẽs quod
eſt, cui nihil accidens eſſe poterit, quia ſimplici di-
uinitatis naturæ nihil addi uel minui poteſt, quia
ſemper eſt quod eſt. Cui proprium eſt, cui ſempi-
ternum eſt, cui idẽ eſt eſſe, uiuere, & intelligere: &
hæc tria unus deus, & unus deus hęc tria, idem de-
us & dominus, uera & ſempiterna trinitas in per-
ſonis, uera & ſempiterna unitas in ſubſtãtia, quia
una eſt ſubſtãtia pater & filius & ſpũſſanctus. Hæc
uero ſancta trinitas nihil maius eſt in tribus perſo
nis ſimul nominatis, quam in unaqualibet perſo-
na ſemel dicta: qa unaquæq; perſona plena eſt ſub-
ſtantia in ſe, non tamen tres ſubſtãtię, ſed deus una
ſubſtantia, una potentia, una eſſentia, una æterni-
tas, una magnitudo, una bonitas, pater & filius &
ſpũſſanctus, nec aliud eſt pater in natura, quam fili
us uel ſpũſſanctus, nec aliud filius & ſpũſſanctus
quam pater in natura, quibus una natura, ſed alius
eſt pater in perſona, alius filius in perſona, alius ſpi
rituſſanctus in perſona. In patre æternitas, in filio
æqualitas, in ſpiritusſancto æternitatis æqualita-
tisq; connexio: unum omnes in ſubſtantia & eſſen-
tia, omni potẽtia & deitate. Sicut enim eadem ſan-
cta trinitas inſeparabilis eſt in ſubſtantia, ita inſe
parabilis eſt in operibus, quamuis quædam opera
dei quibuſdam perſonis ſpecialiter conueniant, ſi-
cut patri uox illa quę de cœlo ſonuit ſuper CHRI- Matth.3
STVM baptizatũ: & ad filij perſonam humanita-
tis tantummodo pertinet ſusceptio: & ſpũſſancti
perſonæ proprie congruit illa columba, in cuius
ſpecie idem ſpũſſanctus deſcendit ſuper eundem fi
lium dei ſecundum hominem baptizatum: tamen
abſq; omni dubitatione illam uocem & illam co-
lumbam & CHRISTI humanitatem, tota ſancta
trinitas operata eſt, cuius opa inſeparabilia ſunt.

CRedimus eũdem filium dei, uerbum dei ęter-
naliter natum de patre, cõſubſtantialem pa-
tri per omnia, temporaliter natũ de ſpũſan-

ſto & Maria uirgine, duas habentem natiuitates. unam ex patre æternam, alteram ex matre temporalem. Qui etiam filius dei ſua conceptione conceptus eſt, & ſuæ carnis natiuitate natus eſt. Deũ uerum confitemur conceptum, deum uerum natum. Eundem uerum deum, & uerum hominem, unum Chriſtum, unum filium dei unigenitum proprium & perfectũ in duabus naturis, in unius perſonæ ſingularitate, impaſſibilem & paſſibilem, mortalem atq; immortalẽ, crucifixum in infirmitate noſtra, eundemq; ſemper uiuentẽ in uirtute ſua: q mortuus eſt carnis ſuę morte, & ſepultus, atq; ab inferis damnato & ſpoliato principe totius iniquitatis rediẽs tertia die reſurrexit, atq; cum triũpho gloriæ uidentibus diſcipulis cœlum aſcendit, ſedens in dextera patris, id eſt, manifeſtæ diuinitatis, unde iam uenturus iudicare uiuos & mortuos. Quem impij uidebunt iudicantem in ea forma qua crucifixus eſt, nõ in ea humilitate qua iniuſte iudicatus eſt, ſed in ea claritate qua iuſte iudicaturus eſt mũdum. Cuius uiſio æterna erit omnium ſanctorum beatitudo & gloria. Gratia & pax à Deo patre & filio eius Ieſu Chriſto domino noſtro ſit iſta confitenti in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

¶ Finit liber tertius de ſancta trinitate, quẽ excerpſit Alcuinus de libris ſancti Auguſtini epiſcopi.

SEQVITVR EVANgelium feſti Trinitatis. Ioannis XV.

¶ In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cum uenerit paracletus, quẽ ego mittã uobis à patre ſpiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium. Et reliqua. Homilia Herici de eadem lectione.

POſitus in cœna dominus cum diſcipulis, poſtquam myſteria noui teſtamenti corporis ſanguinisq; ſui conſecratione ſignauit, inſtante iam hora ſuæ traditionis inter cætera quibus eos dignatus eſt erudire monuit, ne impiorum contra ſe perſecutione ſæuiente terrerentur, ne feſſi cederent, ſed in omnibus inuictum robur conſtantię tenerent, aduentu etiam ſpiritusſancti promiſſo, cuius gratia terreno timore priuarentur, & uirtutis cœleſtis robore fundarentur. Deniq; ſi diuinæ ſcripturæ oracula cõſulamus, apte cognoſcemus, quod ſancti apoſtoli ante perceptionẽ ſancti ſpũs, qui die decimo poſt eius aſcenſionem in cœlos ſup eos miſſus eſt, minus idonei & capaces fuerãt ad intelligẽda myſteria diuinę ſublimitati, minus etiã fortes ad toleranda aduerſa illatæ perſecutionis. Adueniente autem ſup eos ſpũſancto, cum augmẽto diuinæ cognitionis conſtantiam perceperũt ad perferenda tormenta paſſionis. Quod ut exempli gratia euidẽtius pateat, ipſum apoſtolici culminis uerticem beatum Petrum in medium deducamus, qui antequam ſpirituſancto roboraret, adeo infir-
Matt 26
mus & pauidæ mentis fuit, ut ad uocem unius ancillę dñm ſe uel noſſe negauerit. Verum poſtquam ſanctiſpũs ignis timore ante frigidum pectus accẽdit, tantam ſubito fortitudinem animo cõcepit, ut præ cũctis apoſtolis ad gloriã reſurrectionis Chriſti publice prædicandam emicaret, atq; principũ
Actu.5
terriculamenta tranſiret, dicens: Obedire oportet
Actu.4,
deo magis quã hoĩbus. Et iterum: Non poſſumus quæ uidimus & audiuimus, nõ loqui. Admiremur ergo beatum Petrum prædicãtem, quem dolorcas mus inficiantẽ. Tanto enim ſpũſſancti fulgore illuſtratus eſt, tãtaq; ueritatis autoritate ſolidatus, ut ipſos qui paulo ante fuerũt interfectores Chriſti, ita conuerteret, quod etiam mori uellent pro amore Chriſti. Proinde loquẽs dominus diſcipulis, & promittens eis aduẽtum ſpirituſſancti, qui eos doceret ſcientiã diuinę cognitionis, & corroboraret ad fiduciam prædicationis, atque conſtantiam paſſionis, dicit: ¶ *Cum uenerit paracletus quem ego mittam uobis a patre &c.* Ordo uerborum talis eſt: Cũ uenerit paracletus, ille teſtimoniũ perhibebit de me. Paracletus nanque, hoc eſt ſpirituſſanctus, teſtimoniũ perhibuit de dño Ieſu Chriſto, q a cordibus apoſtolorum illapſus, pleniſſimam eis diuinitatis & humanitatis Chriſti ſcientiam contulit: adeo ut quantum mortalis fragilitas patitur, quicquid de eo ſentiendũ eſt noſſent, qualiter unius cũ patre eſſet ſubſtãtiæ, eiuſdemq; maieſtatis, quod is q ante ſecula deus erat apud deum, homo inter homines apparuit in fine ſeculorum, quod de uirgine natus acceperit, ut idem homo, idem eſſet & deus: q̃d ſponte paſſus, ſua uirtute à mortuis reſurrexerit, atq; in cœlũ aſcẽdẽs, in dextera patris ſederit, poſtremo quod ipſe in fine mundi æquus omnium iudex uenturus ſit. Hæc omnia ſancti apoſtoli de Chriſto ſpũſſancti magiſterio didicerunt. Nec ſolum illi, uerumetiam oẽs qui recte aliquid de Chriſto ſentiunt, huius ſpiritus gratia hoc promeruiſſe credendi ſunt. Perhibuit etiam teſtimonium, quando diſcipulis conſtantiam, ea quæ didicerant, prædicãdi inſpirauit: q ſi uno eodemq; ſpiritu & ſciẽtiæ ſpũalis dote, & uirtutis ad prędicandũ ope donati ſunt. Quod autem ait, quem ego mittam uobis à patre ſpiritũ ueritatis, qui à patre procedit, per interpoſitionem dictũ eſt, quę figura gręce dicitur parentheſis. quam ſentẽtiam ideo interponere uoluit, ut apte oſtenderet in patre & filio unã eſſe uoluntatem, & unã operationem cũ diſtinctione perſonarũ: ita uidelicet, ut intelligamus aliam quidem perſonam patris, aliam filij, aliam ſpiritus ſancti, ſed in tribus perſonis unam atq; eãdem poteſtatem maieſtatis. Intuendum uero, quod ſpũm ſanctũ & à ſe mitti, & à patre procedere dicit, nõ quo ſeparabilis ſit patris & filij operatio, ſed ut diſtĩctio perſonarũ patris & filij manifeſtetur, in q̃ tamen perſonarum diſtinctione una filij uoluntas ac q; operatio cum patris uoluntate & operatione concordat. Sicut ergò ſpũſſanctus mittit̃ à filio, ſic mittitur & a patre, & ſic procedit à filio quomodo & à patre. Ipſe ſpirituſſanctus q a unius eſt uolũtatis, eiuſdemq; operationis cum patre & filio, dicit̃ quoque ipſe ſua ſponte uenire. Quod patenter in eo loco dominus oſtẽdit ubi dicit: Spiritus ubi uult ſpirat. Et Apoſtolus enumeratis diuinorũ chariſmatũ diſtributiõibus ſubdit: Hęc omnia operat̃ unus atq; idem ſpũs. Idipſum quoq; dominus in hoc loco oſtendit, dicens: Cũ uenerit paracletus. Quia uero & à filio mittat̃, ſubſequitur ipſe filius & dicit: Quem ego mittam uobis. Et ut oſtẽdat à patre illũ etiã procedere, ſubinſertur: Spiritum ueritatis, q à patre ꝓcedit. Propterea quæſitu indignum nõ eſt, cur ſpũſſanctus non natus, non genitus, non ingenitus, ſed potius ꝓcedens dicatur. Cui quęſtiõi hac rõne à patribus obuiat̃: Spiritus enim ſanctus de patre ꝓcedit & filio, ſed ideo non dicitur genitus, ne duo in trinitate filij ſuſpicentur: ideo nõ uocat̃ ingenitus, ne duo ſimiliter in trinitate patres credantur exiſtere. Procedẽs autẽ dicitur teſtimonio

Iohan. 3
1.Cor. 12

nio Chriſti, dicentis: ſpũm ueritatis qui à patre, pro-
cedit. Inter naſcentẽm uero filium & procedẽtem
ſpiritumſanctũ iſta diſtantia eſt, quod filius ex uno
naſcitur, ſpiritus uero ſanctus ex utroq; procedit.
Aduentu autem ſuo ſpirituſſanctus teſtimoniũ pro-
hibit de domino, quia diſcipulorum mentibus in-
fuſus, omnia quę de eo mortalibus erãt cognoſcen-
da, clara eius luce reuelauit, aperte uidelicet eis in
ſinuans, q̃modo ſit pater ingenitus, filius genitus,
ſpũſſanctus neque genitus neque ingenitus, ſed ex
utroq; pcedẽs, & in his tribus pſonis una maieſtas
atq; una ſubſtantia. ¶ *Et uos, inquit, teſtimonium per
hibebitis.* Teſtimonium perhibuerunt apoſtoli do-
mino Ieſu Chriſto, quando die pentecoſtes ſpiri-
tuſancto illuſtrati, quæ per illius aſpirationem a-
gnouerũt intrinſecus, hęc forinſecus abiecto timo
re libere alijs pdicauerũt. ¶ *Quia ab initio mecũ eſtis.*
Quia enĩ ab initio prędicationis cum domino fue-
rant, poterant alijs prędicare quæ nouerãt. Multũ
quippe ad fidem prædicandam, & ad perhibẽdam
teſtimonium de Chriſto Apoſtolis profuit, q̃d ab
initio dñicæ prędicationis cum eo conuerſati ſunt:
quia & temporis quantitate, & ſui aſſiduitate ple-
nius cœleſtem diſciplinam ceperunt, & (ut ita di-
ctum ſit) medullitus imbiberunt. Vnde & ea quæ
ab ipſo uiderũt & audierũt, abſq; ambiguitate alijs
prędicabant. Cui rei & atteſtat beatus Petrus, q in
locũ Iudæ pditoris alium ſubſtituere uolens apo-
ſtolum, non hunc neophytũ, id eſt, rudem, ſed lon-
ga cõuerſatione probatum, ex tempore uidelicet
dominicæ prędicationis, eligere ſtatuit, dicens: Vi-
Actu. 1. ri fratres, oportet ex his uiris q nobiſcum conuer
ſati ſunt in omni tẽpore quo intrauit inter nos do
minus Ieſus & exiuit, teſtem fieri reſurrectionis e-
ius ad plebem, unum ex iſtis. Matthiã ſcilicet, qui
fuit unus de ſeptuaginta diſcipulis, quos dominus
in ipſo pdicationis ſuę exordio poſt apoſtolos ele-
git. Quanta autem autoritate reſurrectionem do-
mini prędicaret, alibi inſinuat, ita de CHRISTO
dicens: Quem deus ſuſcitauit à mortuis, & dedit
eum manifeſtum fieri, non omni populo, ſed teſti-
Actu. 10 bus à deo præordinatis, nobis qui manducauimus
& bibimus cum illo poſtquam reſurrexit à mortu-
is. ¶ *Hæc locutus ſum uobis, ut non ſcandalizemini.*
Præuidebat dominus quæ perſecutionum procel-
læ contra prædicãtes Apoſtolos ſurrecturę eſſent,
ideoq; prouide dignatus eſt eis poſt uentura præ-
dicere, quo uenientia facilius poſſent tolerare. Mi-
nus ergo afficiunt mala quę prænoſcuntur, graui-
us uero improuiſa perturbant. Et intuendum: q
cum dixiſſet eos aduentu ſpirituſſancti illuſtran-
dos, & ſibi teſtimonium reddituros; ilico futuræ
perſecutionis aduerſa ſubiunxit. Quanto enim am-
plius ſancti ad uirtutum ſublimia enituntur, eo ma
ior contra eos diaboli inuidia oritur, quæ eorũ p
fectibus reſiſtere, & ſiue per ſe ſiue per mẽbra ſua
inchoati boni operis initia quærit radicitus extir-
pare. Ait ergo dominus: Hæc locutus ſum uobis,
ut non ſcandalizemini, ac ſi diceret: Idcirco uobis
uentura poſtmodum innoteſco, ut præſcientię cly
peo muniti, nequaquam à ſtatu ueſtræ ſoliditatis
deijciamini. ¶ *Abſque ſynagogis facient uos.* In e-
uangelio inuenimus conſpiraſſe Iudæos, ut ſi quis
confiteretur CHRISTVM, extra ſynagogã fie-
ret. Quod nimirum apud illos pro magno piacu-
lo deputabatur. Hanc apud Iudæos olim uiguiſſe
conſuetudinem, nemo dubitauerit, ut eos qui uel
blaſphæmiæ, uel alicuius ſceleris arguebantur, ex-
tra conuentum ſuum expellerent. Sicut enim nunc
homicidæ uel inceſtuoſi, uel capitalibus crimini-
bus obnoxij, imperio canonũ ab eccleſię cõſortio &
altari detrudũtur, ita tũc temporis nominis Chri-
ſti confeſſores à ſynagoga eliminabantur. Quod
paſſi ſunt Nicodemus & Gamaniel, multiq; alij q
elegerunt ad tempus hominum conſortio priuari,
ut Chriſto in perpetuum adhęrerent. Quod autem
non ſolum à ſynagogis eijcerẽtur, uerũetiam mor-
te à conciuibus ſuis plecterentur, manifeſtat domi-
nus cũ ſubiungit: ¶ *Sed uenit hora, ut omnis qui interfe-
cerit uos, arbitretur ſe obſequium præſtare deo.* Iudæi
dum præcones ſancti euangelij odijs mortibusq;
perſequerentur, obſequium ſe præſtare deo arbi-
trati ſunt, putantes ſe per hoc legis exercere uin-
dictam. Vnde & beatus Paulus teſtimonium illis
reddidit, dicens: Aemulationem legis habent, ſed
non ſecundum ſcientiam: Vnde & hęc uerba domi- Rom. 10
ni, non de gẽtibus, ſed de Iudæis ſingulariter opor
tet intelligi, ac ſi diceret: Tribulationes quidẽ à ci
uibus gentis ueſtræ paſſuri eſtis, ſed tanto eas per-
ferte libentius, quanto non tam odio ueſtro quam
paternæ legis æmulatione uobis eas inferre tenta
bunt. Verum nihil prodeſt eis legem, quæ per ſer-
uum data eſt, defendere, q gratiam euangelij quæ
per filium facta eſt, noluerũt recipere. Quibus uer-
bis non minime apoſtoli conſolantur, dum uideli-
cet audiũt (ut diximus) non ſol odio, ſed zelo diui-
næ legis perſecutionis aduerſum ſe eabiem cõcitan
ri. ¶ *Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, ne-
que me.* Satis iam ſanctæ eccleſiæ fides accepit pa-
trẽ & filium unius eſſe diuinitatis & potẽtiæ, ac
ideo patris ſine filij cognitionem haberi à nemine
poſſe. Hinc idem Euangeliſta alibi dicit: Omnis qui 1. Ioh. 2.
negat filium, nec patrẽ habet, qui cõfitetur filium
& patrem habet. Et alibi: Qui diligit eum qui ge-
nuit, diligit & eũ q genitus eſt ab eo. Fruſtra ergo 1. Ioh. 5.
Iudæi de patris cognitione gloriantur, qui filiũ re-
cipere obſtinato corde renuerunt. Iactent ſe de cul-
tu dei patris quantum uolũt, ſi fidem noſtram quæ
in Chriſto & per Chriſtum eſt irrideant, nunquam
certe deo patri placere poterunt, nunquam ad no-
titiam eius peruenire ualebunt, niſi Chriſtũ, in quo
ianua ad patris ſcientiam perueniẽdi eſt, per fidem
receperint, & æqualem deo pãtri per omnia credi-
derint. Quid uero utilitatis, quidue ſolaminis hæc
uerba domini apoſtolis conferrent, ilico manifeſta
tur cum ſubditur: ¶ *Sed hæc locutus ſum uobis, ut cum
uenerit hora eorum,* id eſt, malorum quæ paſſuri e-
ſtis, reminiſcamini quia ego dixi uobis. Ac ſi dice-
ret: Idcirco uobis ea quæ mei nominis cauſa paſſu-
ri eſtis prænuncio, ut cum uenerit hora, hoc eſt,
tempus eorum quæ prædicta ſunt, ad memoriã re
ducatis me illa uobis prędixiſſe, ſicq; pſecutoria mala
ſuſferatis, ſciẽtes q ego q potui uobis prædicere,
potero cum uenerint liberare. Magnum ſiquidẽ ge-
nus conſolationis apoſtolis fuit, cum reminiſceren
tur inter aduerſa à magiſtro ſuo de talibus ſe fuiſſe
prędmonitos, à quo ſe pro laborũ exercitijs ſine du
bio nouerant remunerãdos. Magnopere uero hæc
uerba domini ſunt ponderanda, & non ocioſe audi-
enda quibus ait, ego dixi uobis. Ego, uidelicet de-
us omnipotentiſſimus, ego q pro uobis ueſtraq; ſa-
lute ſum mortuus, uoſq; meo ſanguine redempturus,
q in tribulatione uobis ſemper adiutorium mi-
niſtrabo, & poſt tribulationes immortalibus præ-
mijs uos uictores remunerabo. Ego prędixi uobis,
tanquam diceret. Cũ ea quę futura uobis prædixi,

ad-

adimpleta uideritis, me filiũ dei eſſe credatis, qui potui talia facere cum prædixiſſem, & predicere antequam facerem. Notãdum uero, quod ipſe qui hic perſecutionẽ futuram prædixit, ipſe poſt paucã in eadem perſecutione fidelibus ſuis auxiliũ pro-

Ioh. 16. mittit, dicens: In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego uici mundũ. Ipſe quoq; alibi eiſdem legitime certantibus præmium pollicetur, dicens: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſti-

Mat. 5. tiã. Qui & milites ſuos ne uicti poſſent adiuuare, & ne incaſſum uincant, immortalẽ ſolet poſt prælia palmam rependere, Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui cũ patre & ſpirituſancto uiuit & regnat deus per æterna ſecula. Amen.

DOMINICA II. POST Pentecoſten. Lucæ, XVI.

¶ In illo tẽpore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Et reliqua. Homilia beati Gregorij Papæ.



IN uerbis ſacri eloquij fratres chariſſimi prius ſeruanda eſt ueritas hiſtoriæ, & poſtmodum requirenda ſpiritualis intelligentiæ allegoria. Tunc nanq; allegoriæ fructus ſuauiter carpitur, cũ prius per hiſtoriam in ueritatis radice ſolidatur. Sed qa nonnunq̃ allegoria fidem ædificat, & hiſtoria moralitatẽ, nos q; autore deo iã fidelibus loquimur, non abre credimus, ſi ipſum loquendi ordinẽ poſtponamus, quatenus q fidẽ iam firmã tenetis, prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis, & quod uobis de moralitate hiſtoriæ ualde eſt neceſſariũ, hoc in expoſitionis noſtræ ordine ſeruei poſtremũ, qa ea plerunq; ſolẽt melius recoli, quæ cõtingit poſtmodũ audiri. Senſus ergo allegoricos ſub breuitate tranſcurrimus, ut ad moralitatis latitudinẽ citius uenire ualeamus. ¶ *Homo quidã erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide.* Quem fratres chariſſimi, quem diues iſte qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide nisi Iudaicum populũ ſignat, qui cultum uitæ exte-

*delicijs rius habuit, qui acceptæ legis *diuitijs ad nitorem uſus eſt, non ad utilitatẽ? Quem uero Lazarus ulceribus plenus, niſi gentilẽ populũ figuraliter exprimit? qui dũ conuerſus ad deũ, peccata ſua confiteri non erubuit, huic uulnus in cute fuit? In cutis quippe uulnere uirus a uiſceribus trahitur & foras erũpit. Quid eſt ergo peccatorũ cõfeſſio, niſi quædam uulnerũ ruptio? quia peccati uirus ſalubriter aperitur in confeſſione, quod peſtifere latebat in mente. Vulnera etenim cutis, in ſuperficiẽ trahunt humorẽ putredinis. Et cõfitendo peccata, quid aliud agimus, niſi malũ quod in nobis latebat, aperimus? Sed Lazarus uulneratus cupiebat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat, quia gentilẽ quenq; ad cognitionẽ legis admittere ſuperbus ille populus deſpiciebat, q dũ doctrinam legis nõ ad charitatem habuit, ſed ad elationẽ, quaſi de acceptis opibus tumuit, & quia ei uerba defluebant de ſcientia, quaſi micæ cadebant de menſa. At contra iacentis pauperis hulcera lingebant canes. Nonnũquam ſolent in ſacro eloquio per canes prædicatores intelligi. Canum etenim lingua uulnus dum lingit curat, quia doctores ſancti dum in confeſſione peccati noſtri nos inſtruũt, quaſi uulnus mentis per linguam tangunt: & quia nos loquendo à peccatis eripiunt, quaſi tangendo uulnera ad ſalutem reducunt. Quia enim canum nomine prædicatorum lingua ſignatur, dum per Pſalmiſtam dicitur: Lingua canum tuorum ex inimicis

ab ipſo. Ex Iudæis quippe infidelibus ſancti prædi- Pſal. 67.

catores electi ſunt, qui in aſſertione ueritatis contra fures latronesq; uenientes, magnos pro domino (ut ita dicam) latratus dederũt. Quo cõtra de quo-

rundam reprobatione dicitur: Canes muti, non ualentes latrare. Quia ergo prædicatores ſancti pec- Iſaiæ. 56

cata damnant, confeſſionem uero peccatorum approbant, dicentes: Confitemini alterutrum peccata

ueſtra, & orate pro inuicem ut ſaluemini, hulcera Lazari canes lingunt. Sancti etenim doctores dum Iaco. 5.

gentilium confeſſiones accipiunt, mentium uulnera ſaluti reſtituunt. Vnde & bene Lazarus interpretatur adiutus, quia ipſi hunc ad ereptionem iuuãt, qui eius uulnera per linguæ correptionem curant. Poteſt etiam per linctionem canum, lata adulantiũ lingua ſignari. Adulãtibus etenim uulnera noſtra lingere eſt, quod plerunq; ſolent etiã ipſa mala quæ nos in nobis reprehendimus, improbo fauore laudare. Contigit uero ut ut uterq; moreretur: & diues qui induebatur purpura & byſſo, ſepultus eſt in inferno, in ſinũ uero Abrahæ Lazarus ab angelis ductus eſt. Quid uero Abrahæ ſinus, niſi quietam re-

quiem ſignificat patrum, de qua ueritas dicit: Mul- Mat. 8

ti uenient & recumbent cum Abrahã, Iſaac & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores? Qui enim purpura indutus dicitur, regni recte filius uocatur. Qui de lõginquo ad uidendum Lazarum oculos leuat, quia dum per damnationis ſuæ ſupplicia infideles in imo ſunt, fideles quoſque ante diem extremi iudicij ſuper ſe in requie attendunt, quorum poſt gaudia contemplari nullatenus poſſunt. longe uero eſt quod conſpiciũt, quia illuc per meritum non attingunt. In lingua autem amplius ardere oſtenditur cum dicit: ¶ *Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flammã.* Infidelis populus uerba legis in ore tenuit, quæ opere ſeruare contempſit. Ibi ergo amplius ardebit, ubi ſe oſtendit ſcire quod facere noluit. Quapropter bene de doctis & negligentibus Salomõ di-

citur: Omnis labor hominis in ore eius, ſed anima Eccẽs 6

eius non implebitur: quia quiſquis hoc ſolummodo laborat, ut ſciat quid loqui debeat, ab ipſa refectione ſcientiæ ſuæ mente uacua ieiunat. Ab extremo digiti ſe tangi deſiderat, quia æternis ſupplicijs datus, optat operatione iuſtorum uel ultima participari. Cui reſpondetur quod in hac uita bona receperit, quia omne ſuum gaudium felicitatem tranſitoriam putauit. Habere hic etenim poſſunt & iuſti bona, nec tamen hæc in recompenſatione recipere: quia dum meliora, id eſt, æterna appetunt, eorum iudicio quælibet bona affuerint quũ ſanctis deſiderijs æſtuat, bona minime uidentur. Vnde Dauid, qui regni diuitijs multis multorumq; obſequijs fulciebatur, quamuis & hæc ad neceſſitatem bona eſſe conſpiceret, uni tamen ſingulariter bono inhianter

æſtuabat, dicens: Mihi autem adhærere deo bonum Pſal. 72.

eſt. Inter hæc uero notãdum eſt, q̃d ei dicitur, me-
mento fili. Ecce enim Abraham filium uocat, quẽ
tamen à tormento non liberat: quoniam huius infi
delis populi præcedentes patres fideles, qa multos
à ſua fide deuiantes conſiderãt, eos nulla compaſsi
one à tormẽtis eripiũt, quos tamen per carnem fi-
lios recognoſcũt. In tormẽtis autem diues poſitus,
q̃nq; fratres habere ſe perhibet, q a ſuperbus idem
Iudaicus populus, qui ex magna parte damnatus
eſt, ſequaces ſuos quos ſuper terram reliquit, quin-
q; libris Moyſi carnaliter intellectis, uel quinque
ſenſibus corporis deditos nouit. Quinario ergo nu
mero fratres quos reliquerat, exprimit: qa eos ad
ſpiritualem intelligentiam non aſſurgere in infer-
no poſitus gemit, petit ut ad eos Lazarus mittat.
Cui q̃a Moyſen & prophetas habẽãt dicit: ſed ait,
q̃a non credũt niſi ſi quis ex mortuis reſurrexerit.
Cui protinus reſpondet: Si Moyſen & prophetas
nõ audiũt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit, cre
dent. Certe de Moyſe ueritas dicit: Si crederetis
Moyſi, crederetis utiq; & mihi, de me eni ille ſcri-
pſit. Impletur ergo q̃d per Abrahæ reſponſionem
dicit. Ex mortuis enim dñs reſurrexit. Sed Iudai-
cus ille populus qa Moyſi credere noluit, ei etiam
Iohã. 5. qui reſurrexerit, credere cõtempſit. Cũque Moyſi
uerba ſpũaliter intelligere contẽpſit, ad eum de q̃
Moyſes locutus fuerat, non peruenit. Nec uos fra-
tres chariſſimi, pro indagãdis allegoriæ myſterijs,
ſuccincte trãſcurriſſe ſufficiat: nũc ad intuẽdum ia-
tius rei geſtæ moralitatem animus recurrat: ¶ *Ho-
mo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo,
& epulabatur quotidie ſplendide, & erat quidam mendi-
cus nomine Lazarus, qui iacebat ante ianuã diuitis hul-
ceribus plenus.* Nonnulli putant præcepta ueteris
teſtamenti diſtrictiora eſſe quam noui, ſed hi ni-
mirum improuida conſideratione falluntur. In il-
lo enim non tenacia, ſed rapina mulctatur. Ibi res
iniuſte ſublata, reſtitutiõe quadrupla punitur, hic
aũt diues iſte non abſtuliſſe aliena reprehenditur,
ſed propria non dediſſe. Nec dicitur, quia ui quẽpi
am oppreſsit, ſed quia in acceptis rebus ſe extulit.
Hinc ergo, hinc ſummopere colligendum eſt, qua
pœna mulctãdus ſit qui aliena diripit, ſi inferni dã-
natione percutitur, qui propria non largitur. Ne-
mo itaq; ſecurũ ſe æſtimet, dicẽs: Ecce aliena non
rapio, ſed conceſsis licite rebus fruor: qa diues iſte
nõ idcirco punitus eſt, quoniã aliena abſtulit, ſed
quia acceptis rebus ſemetipſum male dereliquit.
Hoc quoq; fuit quod hunc inferno tradidit, quia
in ſua felicitate tumidus fuit, quia pcepta dona ad
uſum arrogãtiæ inflexit, q̃a uiſcera pietatis igno-
rauit, q̃a peccata ſua redimere, etiã cũ inibi abũda-
ret, precio noluit, Et ſunt nonnulli q cultum ſubti
lium precioſarumq; ueſtium non putant eſſe pecca
tum. Quod ſi uidelicet culpa nõ eſſet, nequaquam
ſermo dei tam uigilanter exprimeret, q̃d diues q
torquet apud inferos, byſſo & purpura indutus fu
iſſet. Nemo quippe ueſtimenta præcipua niſi ad in
anem gloriam quærit, uidelicet ut honorabilior cæ
teris eſſe uideatur. nam quia pro ſola inani gloria
ueſtimentum præcioſius quæritur, res ipſa teſtat,
quod nemo uult ibi precioſis ueſtibus indui, ubi ab
alijs non poſſit uideri. Quam culpã poſſumus me
lius etiã ex diuerſo colligere, qa ſi abiectio uilis in
dumenti uirtus non eſſet, euãgeliſta uigilanter de
Mat. 3. Iohanne non diceret, Erat indutus pilis camelorũ.
Sed notandum magnopere eſt, in ore ueritatis de
ſuperbo diuite & humili paupere, quãtus ſit ordo
narrationis. Ecce enim dicitur: Homo q̃dam erat
diues, & p̃rimus ſubinfertur: Et erat quidã mẽdicus
noie Lazarus. Certe in populo ſolent magis noia
diuitũ quã pauperũ ſciri. Quid eſt ergo q̃d dñs de
paupere & diuite uerbum faciens, nomẽ pauperis
dicit, & nomẽ diuitis nõ dicit: niſi q̃d dñs humiles
nouit atq; approbat, & ſupbos ignorat. Unde & q-
buſdã de miraculorũ uirtute ſuperbiẽtibus in fine
dicturus eſt: Neſcio uos unde ſitis, diſcedite à me
oẽs operarij iniquitatis. At cõtra Moyſi dicit. No- Matt. 7.
ui te ex noie. Ait ergo de diuite, Homo quidã erat Exo. 33.
de paupere, Egenus noie Lazarus, ac ſi aperte di-
cat: Pauperem humilem ſcio, ſuperbũ diuitem ne-
ſcio. Illum cognitum per approbationem habeo,
hunc per iudicium reprobationis ignoro. Penſan-
dum eſt etiam nobis, conditor noſter omnia quan-
ta conſideratione diſpenſet. Vna etenim res non p
una re agitur, nam ecce hulceribus plenus mendi-
cus Lazarus ante ianuã diuitis iacet, qua de re una
dominus duo iudicia expleuit. Habuiſſet enim for-
taſſe aliquam excuſationem diues, ſi Lazarus pau-
per & hulceroſus ante eius ianuam nõ iacuiſſet, ſi
remotus fuiſſet, ſi eius inopia non eſſet oculis im-
portuna. Rurſus, ſi longe eſſet diues ab oculis hul-
ceroſi pauperis, minorem toleraſſet in animo ten-
tationem pauper. Sed dũ egenũ & hulceratũ ante
ianuam * diuitijs & delicijs affluẽtis poſuit, in una * diui-
eademq; re & ex uiſione pauperis nõ miserẽti di- tis
uiti cumulũ damnationis intulit, & rurſum ex uiſi
one diuitis tentatũ quotidie pauperem probauit.
Quantas nanq; hunc egenum & uulneribus obſeſ-
ſum tẽtationes creditis in ſua cogitatione toleraſ-
ſe, cũ ipſe egeret pane, & nõ haberet etiã ſalutem,
atq; ante ſe diuitẽ cerneret ſalutẽ & delicias habe
re cũ uoluptate, ſe dolore & frigore affici, illũ gau
dere conſpiceret, & byſſo & purpura ueſtiri, ſe de-
primi uulneribus, illum diffluere acceptis rebus, ſe
egere, illum nolle largiri? Quantus putamus fra-
tres chariſsimi, tunc in corde pauperis tumultus
tentationis fuit, cui certe ad pœnam ſufficeret pau
pertas, etiã ſi ſanus fuiſſet, & rurſus ſuffeciſſet ægri
tudo, etiam ſi ſubſidiũ adeſſet? Sed ut probaretur
amplius pauper, ſimul hunc & paupertas & ægri-
tudo tabefecit, atq; inſuper uidebat procedentem
diuitem obſequentibus cuneis circunfulciri, & ſe
in infirmitate & inopia à nullo uiſitari. Nam quia
nemo ei ad uiſitandum aderat, teſtantur canes qui
licenter uulnera lingebant. Ex una ergo re oĩpo-
tens deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarũ pau-
perem ante ianuam diuitis iacere permiſit, ut & di
ues impius damnationis ſibi augeret ultionem, &
tentatus paup creſceret ad remunerationẽ. Cõſpi-
ciebat ille quotidie cui non miſereret, uidebat iſte
de quo probaret. Duo inferius corda, ſed unus de-
ſuper inſpector, qui & hunc tentãdo exercebat ad
gloriam, & illũ tolerando expectabat ad pœnam.
nam ſequitur: ¶ *Factum eſt autem ut Lazarus morere-
tur, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortu-
us eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.* Qui ni-
mirum diues eum cui in hac uita miſereri noluit,
in ſuo iam ſupplicio poſitus, patronũ quærit. Nam
ecce ſubiungitur, quia ¶ *Eleuans oculos cum eſſet in
tormentis, uidit Abraham a longe, & Lazarum in ſinu
eius, & ipſe clamãs dixit: Pater Abrahã, miſerere mei, &
mitte Lazarũ ut intingat extremũ digiti ſui in aquã, ut
refrigeret linguã meã, quia crucior in hac flãma.* O quã
ta eſt ſubtilitas iudiciorũ dei, o q̃ diſtricte agit bo
norũ actuũ maloruq; retributio. Certe ſuperius
dictum

dictum eſt, quia Lazarus in hac uita cadẽtes micas de mẽſa diuitis quærebat, & nemo ei dabat: hũc de ſupplicio diuitis dicitur, q̃ de extremo digito Lazari deſtillari aquã in ore ſuo concupiſcit. Hinc ergo, hinc fratres colligite, quanta ſit diſtrictio ſeueritatis dei, diues enim iſte, q̃ uulnerato paupi mẽſæ ſuæ uel minima dare noluit, in inferno poſitus, uſq; ad minima quærẽda peruenit. Nam & guttam aquæ petijt, qui micas panis negauit. Sed notandum ualde eſt, quid ſit q̃d diues in igne poſitus linguam ſuã refrigerari petit. Mos quippe eſt ſacri eloquij, ut aliquando aliud dicat, & ex eodem dicto aliud innuat. Superius aũt hunc ſuperbum diuitem dominus non loquacitati uacantẽ dixerat, ſed ſuperflue cõuiuãtem: neq; hunc de loquacitate notauit, ſed cũ elatione & tenacia de edacitate peccaſſe. Sed quia abundare in cõuiuijs loquacitas ſolet, is q̃ hic male cõuiuatus dicitur, apud infernum grauius in lingua ardere perhibetur. Primo nanque male conuiuantibus famulatur culpa loquacitatis, poſt loquacitatẽ ludendi etiam leuitas ſequitur. Nã quia edacitatẽ luſus ſequatur, teſtatur ſacra ſcriptura, quæ
Exo 32. ait: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Sed priuſquã ad luſum moueatur corpus, ad iocos & uerba inania mouet̃ lingua. Quid ergo eſt q̃d innuitur, quia in tormẽtis poſitus diues linguam ſuam refrigerari poſtulat, niſi q̃d is q̃ conuiuando magis de loquacitate peccauerat, per retributionis iuſtitiam in lingua atrocius ardebat? Sed cum graui ualde eſt pauore penſandũ hoc quod ei per Abrahæ reſponſionem dicitur: ¶ *Fili, recordare quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc aũt hic conſolatur, tu uero cruciaris.* Iſta chariſſimi fratres ſententia pauore potius indiget quam expoſitione. Nã ſi qui eſtis qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepiſtis, ipſum (ut ita dicã) donum exterius pertimeſcere debetis, ne uobis pro quorundam ueſtrorũ actuum recõpenſatione ſit datũ, ne iudex qui hic dona exteriora reſtituit, à retributione intimi boni repellat, ne honor hic uel diuitiæ non adiumentum uirtutis, ſed remuneratio ſint laboris. Ecce enim dũ dicitur, recepiſti bona in uita tua, indicat̃ & diues iſte aliqd boni habuiſſe, ex q̃ in hac uita bona reciperit. Rurſumq; dum de Lazaro dicitur, quia recepit mala, profecto monſtratur & Lazarus habuiſſe malũ aliquod quod purgaretur. Sed mala Lazari purgauit ignis inopiæ, & bona diuitis remunerauit felicitas tranſeuntis uitæ. Illum paupertas afflixit & terſit, iſtum abundantia remunerauit & repulit. Quicunque ergo bona in hoc ſeculo habetis, cum uos bona egiſſe recolitis, ualde de ipſis pertimeſcite; ne conceſſa uobis proſperitas eorundem remuneratio ſit bonorũ. & cũ quoſlibet pauperes nõnulla reprehenſibilia perpetrare conſpicitis, nolite deſpicere, nolite deſperare, quia fortaſſe quoſquos ſuperfluitas tenuiſſimæ prauitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. de uobis omnino pertimeſcite, q̃a nonnulla etiam mala acta proſpera uita ſecuta eſt, de illis uero ſolicite penſate, quia eorum uitam etiam magiſtra paupertas cruciat, quouſq; ad uitæ rectitudinem perducat. Sequitur: ¶ *Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum eſt, ut hi qui uolunt hinc ad uos tranſire, non poſſint, neque inde huc tranſmeare.* Qua in re ualde quærendũ eſt, quomodo dicitur: hi qui uolunt hinc ad uos tranſire, non poſſunt. Quia enim hi qui in inferno ſunt, ad beatorum ſortem tranſire cupiunt, dubium non eſt: qui uero in beatitudinis ſorte ſuſcepti ſunt, quo pacto dicitur quia tranſire ad eos qui in inferno cruciantur, uolunt? Sed ſicut tranſire reprobi ad electos cupiunt, id eſt, à ſuppliciorum ſuo afflictione migrare, ita ad afflictos atq; in tormentis poſitos tranſire iuſtorum eſt, mente ire per miſericordiã, eoſque uelle liberare. Sed qui uolunt de beatorum ſede ad afflictos atq; in tormentis poſitos tranſire, non poſſunt: quia iuſtorum animæ quamuis in ſuæ naturæ bonitate miſericordiam habeant, iam tunc autoris ſui iuſtitiæ coniunctæ, tanta rectitudine conſtringuntur, ut nulla ad reprobos compaſsione moueantur. Ipſi quippe iudici concordant cui inhærent, & eis quos eripere non poſſunt, nec ex miſericordia condeſcendunt, quia tantum illos tunc à ſe uidebunt extraneos, quantum & ab eo quem diligunt autore ſuo conſpiciunt repulſos. Nec iniuſti ergo ad beatorum ſortem tranſeunt, quia damnatione perpetua conſtringuntur: nec iuſti ad reprobos tranſire poſſunt, quia electi iam per iuſtitiam iudicis, eis nullo modo ex aliqua compaſsione miſerentur. Sed poſtquam ardenti diuiti de ſe ſpes tollitur, eius animus ad propinquos quos reliquerat, recurrit: quia reproborum mentem pœna ſua quandoq; inutiliter erudit ad charitatem, ut iam tunc etiam ſuos ſpiritualiter diligant, qui hic dum peccata diligerent, nec ſe amabant. Vnde nunc ſubditur: ¶ *Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domũ patris mei, habeo enim quinque fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi ueniant in hunc locum tormentorum.* Qua in re notandum eſt, ardenti diuiti quanta ad ſupplicium cumulantur. Ad pœnam nanq; ſuam ei & cognitio ſeruatur, & memoria: cognoſcit enim Lazarũ quẽ deſpexit, fratrum quoq; ſuorum meminit, quos reliquit. Perfecta quippe ei ultio de paupere non eſſet, ſi hunc in retributione nõ recognoſceret: & perfecta pœna in igne non eſſet, ſi non hoc quod ipſe patitur, etiam ſuis timeret. Vt ergo peccatores in ſupplicio amplius puniantur, & eorum uident gloriam quos contempſerunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt. Credendum uero eſt, quod ante retributionem extremi iudicij iniuſti in requie quoſdam iuſtos aſpiciunt, ut eos uidentes in gaudio, nõ ſolum de ſuo ſupplicio, ſed etiam de illorum bono crucientur. Iuſti uero in tormentis ſemper intuentur iniuſtos, ut hinc eorum gaudium creſcat: quia malũ conſpiciunt quod miſericorditer euaſerũt: tantóq; maiores creatori ſuo gratias referunt, quanto uident in alijs quod perpeti, ſi eſſent derelicti, potuerant, nec illam tantæ beatitudinis claritatem apud iuſtorum animos fuſcat aſpecta pœna reproborum, quia ubi iam cõpaſsio miſeriæ non erit, minuere procuidubio beatorum lætitiam non ualebit. Quid autem mirum, ſi dum iuſti iniuſtorum tormenta conſpiciunt, hoc illis eueniat in obſequium gaudiorum, quando & in pictura niger color ſubſternitur, ut albus uel rubeus clarior uideatur. Sicut dictum eſt, tanto bonis gaudia ſua excreſcunt, quanto eorum oculis damnatorum mala ſubteriacent, quæ euaſerunt. Et quamuis eis ſua gaudia ad perfruendum plene ſufficiant, mala tamen reproborum abſq; dubio ſemp aſpiciũt: quia qui creatoris ſui claritatem uidẽt, nihil in creatura agitur, quod uidere non poſſint. Petenti aũt diuiti, ut Lazarus mittatur, ab Abraham protinus reſpondetur: ¶ *Habeat Moyſen & prophetas, audiant illos.* Sed qui dei uerba deſpexerat, hæc audire non poſſe ſuos ſequaces æſtimabat. Vnde &

reſpon

reſpondit, dicens: ¶*Non pater mi, ſed ſi quis ad eos ex mortuis ierit, credent.* Cui mox ueraci ſententia dicitur: ¶*Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexit, credent ei,* quia nimirum q́ uerba legis deſpiciunt, redemptoris præcepta, qui ex mortuis reſurrexit, quanto ſubtiliora ſunt, tanto hæc difficilius implebunt. Minus eſt enim quicquid per legem dicitur, q̃ hoc q̃d per dñm iubet̃. Illa eñ dari decimas præcipit, redemptor uero noſter ab his qui perfectionem ſequuntur, omnia dimitti iubet. Illa peccata carnis reſecar, redemptor uero noſter cogitationes etiam illicitas damnat. Si ergo Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credẽt ei: quia hi q uiliora præcepta implere negligunt, ſaluatoris noſtri mandatis altioribus obedire qñ conualeſcunt? Et nimirũ conſtat, q̃a cuius implere dicta renuũt, ei proculdubio credere recuſant. Hæc nos de ipſa rei geſtę cõſideratione dixiſſe ſufficiat. Sed uos fratres chariſsimi, & requiem Lazari, & pœnam diuitis cognoſcentes, ſolerter agite, culparũ ueſtrarũ interceſſores quærite, atq; aduocatos uobis in die iudicij pauperes procurate. Multos eñ nunc Lazaros habetis, ante ianuas ueſtras iacẽt, atq; his indigent quæ uobis iam ſatiatis quotidie de menſa cadunt. Verba ſacrę lectionis debẽt nos inſtruere ad implẽda mãdata pietatis. Quotidie Lazarũ ſi quęrimus, inuenimus: quotidie Lazarum ſi non quærimus, cernimus. Ecce importune ſe pauperes offerunt, rogant nos q tũc nobis interceſſores ueniẽt. Certe nos oĩno rogare debuimus, tñ & rogamur. Videte ſi negare debemus quod petimur, qñ patroni ſunt qui petunt. Nolite ergo miſericordiæ tempora perdere, nolite accepta remedia diſſimulare, Ante ſupplicium rogate de ſupplio. Cum quoſlibet in hoc mundo abiectos aſpicitis, etiam ſi qua reprehenſibilia eorũ eſſe uideant̃, nolite deſpicere: quia fortaſſe quos morum infirmitas uulnerat, medicina paupertatis curat. Quorum ſi qua ſunt talia quæ debeant iure reprehẽdi, hæc ſi uultis, ad uſum ueſtrę mercedis inflectitis, ut ex ipſis eorum uitijs cumulentur uobis incremẽta pietatis, quatenus panem pariter detis & uerbũ, panem refectionis cũ uerbo correptionis, & duo à uobis alimenta pcipiat, qui unum quærebat: dum exterius cibo, & interius ſatiatur eloquio. Pauper ergo cum reprehenſibilis cernitur, moneri debet, & deſpici non debet. Si uero reprehenſionis nil habet, uenerari ſummopere ſicut interceſſor debet. Sed ecce multos cernimus, quis cuius ſit meriti, neſcimus. Oẽs ergo uenerãdi ſunt, tantoq; neceſſe eſt ut omnibus te humiliare debeas, quãto quis ſit ipſe, ignoras. Rem fratres refero, quã bene is q pſto eſt, frater & cõpreſbyter meus Specioſus nouit. Eodem tempore quo monaſterium petq, anus quędam Redempta noĩe, in ſanctimoniali habitu conſtituta, in urbe hac iuxta Marię ſemper uirginis eccleſiã manebat. Hæc illius Herundinis diſcipula fuerat, quę magnis uirtutibus pollens, ſuper pręneſtinos mõtes uitã eremiticam duxiſſe ferebatur. Huic duæ in eodem habitu diſcipulæ adherebant, una noĩe Romula, & altera quæ nunc adhuc ſupereſt, quam quidem facie ſcio, ſed nomine neſcio. Tres itaq; hę in uno habitaculo cõmorantes, morum quidem diuitijs plenam, ſed tamen rebus pauperem uitam ducebant. Hęc aũt quã prefatus ſum Romulam, aliam quam prædixi condiſcipulam ſuam, magnis uitæ meritis anteibat. Erat quippe miræ patientiæ, ſummęq; obedientiæ, cuſtos oris ſui ad ſilentium, ſtudioſa ualdu ad continuæ orationis uſum. Sed plerunq; hi quos iam perfectos hoĩes ęſtimant, adhuc in oculis ſummi opificis aliquid imperfectionis habent, ſicut ſępe impiti hoĩes necdũ pfecte ſculpta ſigilla cõſpicimus, & iam quaſi perfecta laudamus, quæ adhuc artifex conſiderat & limat: laudari iam audit, & tamen ea tundere meliorando nõ deſiuit. Hęc quam prædiximus Romula, ea quam gręco uocabulo paralyſim medici uocãt, moleſtia corporali percuſſa eſt, multiſq; annis in lectulo decũbens, pene omnium iacebat membrorum officio deſtituta, nec tamen hæc eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipſa ei detrimẽta mẽbrorum facta fuerant incremẽta uirtutum: quia tãto ſolicitius ad uſum orationis excreuerat, quãto & aliud quodlibet agere nequaquam ualebat. Noctu igitur quadam eandem Redemptam quam præfatus ſum (quę utraſq; diſcipulas ſuas filiarum loco nutrierat) uocauit, dicens: Mater ueni, mater ueni. Quæ mox cum alia eius condiſcipula ſurrexit, ſicut utriſq; referentibus, & multis res eadẽ claruit, ego quoq; in eodem tẽpore audiui. Cumq; noctis medio lectulo iacẽtis aſſiſterẽt, ſubito cœlitus lux emiſſa, omne illius cellulę ſpatiũ impleuit, & ſplendor tantę claritatis emicuit, ut corda aſſiſtentium inæſtimabili pauore pſtringerẽt, atq;, ut poſt ipſę referebãt, omne eius corpus obrigeſceret, & in ſtupore ſubito remanerẽt. Cœpit nãq; quaſi cuiuſdã magnę multitudinis ingredientis ſonitus audiri, oſtiũ cellulę cõcuti, ac ſi ingredientiũ turba premuretur: atq; ut dicebant, intrãtium multitudinẽ ſentiebant, ſed nimietate timoris & luminis nil uideru poterant: quia earum oculos & pauor depreſſerat, & ipſa tanti luminis claritas reuerberabat. Quã lucem protinus miri odoris eſt fragrãtia ſubſecuta, ita ut earum animum, q̃a lux emiſſa terruerat, odoris ſuauitas refoueret. Sed cum uim claritatis illius ferre nõ poſſent, cœpit eadem Romula aſſiſtentem & trementem Redemptam ſuorũ morum magiſtram blanda uoce conſolari, dicens: Noli timere mater, non morior modo. Cumq; hoc crebro diceret, paulatim lux q̃ fuerat emiſſa, ſubtracta eſt, ſed is qui ſubſecutus eſt odor remanſit, ſicq; dies ſecundus & tertius tranſit, ut aſperſa fragrãtia odoris remaneret. Nocte igitur quarta eandem magiſtram ſuam uocauit, qua ueniente, uiaticum petijt, & accepit. Necdum uero eadẽ Redempta uel alia eius diſcipula à lectulo iacentis diſceſſerat, & ecce ſubito in platea ante cellulę eiuſdem oſtiũ duo chori pſallentium conſtiterũt, & ſicut ſe dicebãt ſexus ex uocibus diſcreuiſſe, pſalmodiæ cantus dicebant uiri, & fœminæ reſpondebãt. Cumq; ante fores cellulæ exhiberẽtur cœleſtes exequiæ, ſancta illa anima carne ſoluta eſt. Qua ad cœlum ducta, quanto chori pſallentium altius aſcendebant, tanto cœpit pſalmodia lenius audiri, quouſq; & eiuſdẽ pſalmodiæ ſonitus & odoris ſuauitas elongata ſiniretur. Hæc igitur quandiu uixerat in corpore, quis illam haberet in honore? Indigna cunctis hominibus & deſpecta uidebatur. Quis enim ad illam accedere, quis illã uidere dignaretur? Sed latebat in ſterquilinio margarita dei. Sterq̃liniũ fratres hanc ipſam corruptibilitatem corporis appello, ſterquilinium abiectionẽ paupertatis nomino. Aſſumpta eſt ergo margarita quæ iacebat in ſterquilinio, & poſita eſt in cœleſtis regni ornamẽto. Iam inter ſuperbos ciues emicat, inter ignotos illos lapides ęterni dia

DOMINICA III. POST Pentecoſten. Luca xiiij.

¶In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Homo quidam fecit cœnam magnā, & uocauit multos. Et miſit ſeruum ſuū hora cœnæ dicere inuitatis ut uenirent. Et reliqua. Homilia beati Gregorij.

HOc diſtare fratres chariſsimi inter delici
as corporis & cordis ſolet, quod corpo-
rales deliciæ cum non habentur, graue
in ſe deſiderium accendunt: cum uero ha-
bitæ eduutur, comedentem protinus in
faſtidium per ſatietatem uertunt. At contra ſpiri-
tuales deliciæ cum non habentur, in faſtidio ſunt:
cum uero habentur, in deſiderio, tātoq̄ à comeden
te amplius eſuriuntur, quanto ab eſuriente ampli-
us comeduntur. In illis appetitus placet, experien-
tia diſplicet: in iſtis appetitus uilis eſt, experientia
magis placet. In illis appetitus ſaturitatem, ſaturi-
tas faſtidium generat, in iſtis appetitus ſaturitatē,
ſaturitas appetitum parit. Augēt enī ſpirituales de
liciæ deſiderium in mente dum ſatiant, quia quan-
to magis earum ſapor percipitur, eo amplius cogno
ſcitur quod auidius ametur. Et idcirco non habitę
amari non poſſunt, qa earū ſapor ignoratur. Quis
enī amare ualeat quod ignorat? Proinde Pſal. uos
Pſal.33. admonet, dicēs: Guſtate & uidete, quoniā ſuauis eſt
dn̄s. Ac ſi apte dicat: Suauitatē eius nō agnoſcitis,
ſi hanc minime guſtatis: ſed cibum uitæ ex palato
cordis tangite, ut probātes eius dulcedinem ama-
re ualeatis. Hat autem homo delicias tunc amiſit,
cum in paradiſo peccauit: extra exijt, cū os à cibo
æternæ dulcedinis clauſit. Vnde nos quoq̄ nati in
huius peregrinationis ærumna, huc faſtidioſi iam
uenimus, neſcimus quid deſiderare debeamus: tan-
toq̄ ſe amplius faſtidij nr̄i morbus exaggerat, quā-
to ſe magis ab eſu illius dulcedinis animus elōgat:
& eo iam terrenas delicias nō appetit, quo eas co-
medere diulōgeq̄ diſſueuit. Faſtidio ergo noſtro
tabeſcimus, & longa inedię peſte fatigamur. Et qa
guſtare intus nolumus paratam dulcedinem, ama-
mus foris miſeri famē noſtrā. Sed ſup̄na nos pietas
nec ſe deſerētes deſerit. Contēptas enī illas delici-
as ad memoriæ noſtræ oculos reuocat, eaſq̄ no-
bis proponit, in promiſsione torporē excutit, atq̄
ut faſtidium noſtrum repellere debeamus, inuitat.
Ait nanq̄: ¶ *Homo quidā fecit cœnam magnā, & uoca
uit multos.* Quis iſte homo eſt, niſi ille de quo p pro
phetā dicit: Ecce homo eſt, & qs cognoſcit eū? Qui
fecit cœnā magnā, qa ſatietatē nobis dulcedinis in-
ternæ p̄parauit. Qui uocauit multos, ſed pauci ue-
niunt, qa nonnunq̄ ipſi qui ei p fidē ſubiecti ſunt,
æterno eius cōuiuio male uiuēdo cōtradicūt. ¶ *Mi
ſit aūt ſeruum ſuū hora cœnæ dicere inuitatis, ut ueni-
rent.* Quid hora cœnæ, niſi finis eſt mundi? In quo
nimirū nos ſumus, ſicut iamdudū Paulus teſtaī, di-
1.Cor.10 cens: In quos fines ſeculorum deuenerunt. Si ergo
hora cœnæ iam eſt cū uocamur, tanto minus nos
debemus excuſare à cōuiuio dei, quāto appropin-
quaſſe iam cernimus finē ſeculi. Quo enī pēſamus
quia nihil eſt quod reſtat, eo debemus pertimeſcere,
ne tēpus gratiæ qd preſto eſt, pereat. Idcirco autē
hoc conuiuiū dei non prandiū, ſed cœna nominaī,
qa poſt prandiū cœna reſtat, poſt cœnā uero cōui-
uium nullū reſtat. Et qa æternū dei cōuiuiū nobis
in extremo p̄parabitur, rectū fuit ut hoc non pran-
dium, ſed cœna uocaretur. Sed quis per hūc ſeruū
q à patreſamilias ad inuitandū mittit, niſi prędica-
torū ordo ſignatur? De q̃ uidelicet ordine, quāuis
adhuc indigni exiſtimus, quāuis peccatorū noſtro
rū ponderibus grauamur, & nos tā in iſtis diebus
ſumus, & cū ad ædificationē ueſtrā uobis aliqd lo-
quor, hoc eſt qd ago. Seruus enī ſum ſummi patris
familias, cū uos admoneo ad cōtemptū ſeculi, inui-
tare uos uenio ad cœnā dei. Nemo me propter me
hoc in loco deſpiciat. Et ſi ad inuitandū nequaq̄ di
gnus appareo, ſed tā magnę ſunt delicię quas pro-
mitto. Sępe ſolet fratres mei euenire qd dico, ut per
ſona potēs famulū habeat deſpectū; cumq̄ per eū
ſuis forte uel extraneis aliqd reſpōſum mādat, nō
deſpicitur perſona loquētis ſerui, quia ſeruatur in
corde reuerentia mittentis dn̄i: nec pēſant qui au-
diunt, per quē, ſed quid uel à quo audiant. Ita ergo
fratres, ita uos agite, & ſi nos forſan digne deſpici-
tis, in mente tamen ueſtra uocantis domini reue-
rentiā ſeruate. Conuiuę fieri ſummi patriſfamilias
libēter obedite, corda ueſtra diſcutite, atq̄ ex eis
mortale faſtidium pellite. Ad repellendum nanq̄
faſtidium ueſtrum iam parata ſunt omnia. Sed ſi
adhuc carnales eſt is, fortaſſe epulas carnales inqui
ritis. Ecce ipſæ carnales epulæ in ſpūale uobis ali-
mentum conuerſę ſunt. Ad abſtergendum nanque
mētis ueſtræ faſtidiū, in cœna dei ille uobis ſingu-
laris agnus occiſus eſt. Sed quid agimus qui hoc
qd ſubiungitur, adhuc fieri à multis uidemus? ¶ *Et
cœperunt omnes ſimul excuſare.* Offert deus quod ro-
gari debuit, non rogatus dare uult quod uix ſpe-
rari poterat, qa dignaretur largiri poſtulatus, &
tū contēnitur. Contemptoribus uero paratas deli-
cias refectionis æternę denunciat, & tamen ſimul
omnes excuſant. Ponamus ante oculos mentis mi-
nima, ut poſſimus dignius penſare maiora. Si quiſ
quam potēs ad inuitandum quempiam pauperem
mitteret, quid fratres rogo, quid paup ille faceret,
niſi de eadem ſua inuitatione gauderet, reſpōſum
humile redderet, ueſtem mutaret, ire quātocyus fe-
ſtinaret, ne prior ſe ad potentis conuiuiū alter oc-
curreret? Homo ergo diues inuitat, & paup occur-
rere feſtinat. Ad dei inuitamur conuiuiū, & excuſa
mus. Sed ecce inter hęc æſtimare poſſum quid ſibi
corda ueſtra reſpōdeant. Occultis enim fortaſſe ſi-
bimet cogitatiōibus dicūt: Excuſare nolumus. Ad
illud enim ſupernæ refectionis conuiuiū & uocari
& peruenire gratulamur. Loquentes uobis talia
mētes ueſtrę, uerū dicūt, ſi non plus terrena quam
cœleſtia diligūt, ſi nō amplius rebus corporalibus
quā ſpiritualibus occupantur. Vnde hic quoq̄ ipſa
excuſantium cauſa ſubiungitur, cū protinus ſubin-
fertur: ¶ *Primus dixit, uillam emi, & neceſſe habeo
exire uidere illam: rogo te, habe me excuſatum.* Quid
per uillam, niſi terrena ſubſtantia deſignatur? Exit
ergo uidere uillam, qui ſola exteriora cogitat pro
pter ſubſtantiam. ¶ *Alter dixit: Iuga boum emi quin-
que, & eo probare illa, rogo te, habe me excuſatū.* Quid
in quinq̄ iugis boum, niſi quinque ſenſus corporis
accipimus? Qui recte quoque iuga boum uocata
ſunt, quia in utroq̄ ſexu geminantur. Qui uidelicet
corporales ſenſus, quia interna comprehendere ne
ſciunt, ſed ſola exteriora cognoſcunt, deſerentes
intima, ea quæ extra ſunt tangunt, recte per eos
curioſitas deſignatur, quę dum alienā uitam quæ-
rit diſcutere, ſemper ſua intima neſciens, ſtudet ex-
teriora cogitare. Graue nāq̄ eſt curioſitatis uitiū,
quę dum cuiuſlibet mentem ad inueſtigandam ui-

tam ꝓximi exterius ducit, ſemper ei ſua intima abſcōdit, ut aliena ſciens, ſe neſciat: & curioſi animus quanto peritus fuerit alieni meriti, tāto fiat ignarus ſui. Propter hoc nanq; & de his quinq; iugis boum dicitur, eo probare illa, rogo te, habe me excuſatum. Ipſa enim excuſantis uerba à uitij ſui ſignificatione non diſcrepant, dum dicit, eo probare illa, quia uidelicet aliquando pertinere probatio ad curioſitatem ſolet. Sed notandū quod is qui propter uillam, & is qui ꝓpter probanda iuga boum à cœna ſui inuitatoris excuſat, humilitatis uerba permiſcet, dicens: Rogo te, habe me excuſatum, dum enī dicit, rogo, & tamen uenire cōtemnit, humilitas ſonat in uoce, ſuperbia in actione. Et ecce hic praua diiudicat prauus quiſq; cū audit: nec tamen ea quę diiudicat, agere deſiſtit. Nam dum cuilibet peruerſe agenti dicimus, conuertere, deum ſequere, mūdum relinque, ubi hūc niſi ad dominicam cœnam uocamus? Sed cum reſpondet, ora pro me, q̄a peccator ſum, hoc facere non poſſum: quid aliud agit, niſi & rogat & excuſat? Dicēs nāq;, peccator ſum, humilitatem inſinuat: ſubiungēs autem, conuerti non poſſum, ſuperbiā demonſtrat. Rogando ergo excuſat, qui & humilitatem ſuperducit in uoce, & ſupbiam exercet in actione. ¶ *Alius autē dixit: Vxorem duxi, et ideo non poſſum uenire.* Quid per uxorē, niſi uoluptas carnis accipitur? Nam quamuis bonū ſit coniugium, atque ad propagandam ſobolem diuina prouidentia conſtitutum, nōnulli tamen nō per hoc fœcunditatem prolis, ſed deſideria expetunt uoluptatis: & idcirco per rem iuſtam ſignificari poteſt non incongrue res iniuſta. Ad cœnam ergo nos æterni cōuiuij ſummus paterfamilias inuitat, ſed dum alius auaritię, alius curioſitati, alius uoluptati carnis eſt deditus, nimirū reprobi ſimul, oēs excuſant. Dū hūc terrena cura occupat, illū alienī actus ſagax cogitatio deuaſtat, alterius etiam mentem uoluptas carnis inquinat, faſtidioſus quiſque ad æternæ uitæ epulas non feſtinat. Sequitur: ¶ *Reuerſus ſeruus nunciauit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas et uicos ciuitatis, et pauperes ac debiles, cæcos et claudos introduc huc.* Ecce qui terrenæ ſubſtantiæ plus iuſto incubat, uenire ad dominicam cœnam recuſat, qui labori curioſitatis inſudat, præparata uitæ alimenta faſtidit, qui carnalibus deſiderijs inſeruit,
1.Cor.1. ſpiritualis conuiuij epulas reſpuit. Quia ergo uenire ſuperbi renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc? Quia iuxta Pauli uocem infirma mūdi elegit deus, ut confundat fortia. Sed notandum nobis eſt, quomodo deſcribantur qui ad cœnam uocantur, & ueniunt. Pauperes & debiles dicūtur, qui iudicio ſuo apud ſemetipſos infirmi ſunt. Nā pauperes & quaſi fortes ſunt, qui poſiti in paupertate ſuperbiunt. Cæci uero ſunt, qui nullum ingenij lumen habent. Claudi quoq; ſunt, qui rectos greſſus in operatiōe non habent. Sed dum morum uitia in membrorum debilitate ſignantur, profecto liquet, quia ſicut illi peccatores fuerunt, qui uocati uenire noluerūt, ita hi quoq; peccatores ſunt, qui inuitati & ueniunt. Sed peccatores ſupbi reſpuūtur, ut peccatores humiles eligantur. Hos elegit dn̄s quos deſpicit mūn-
Luc.15. dus, quia plerunq; ipſa deſpectio hominem reuocat ad ſemetipſum. Is nā qui patrē reliquit, & partē ſubſtantię quā perceperat, ꝓdige expendit, poſtq̄ eſurire cœpit, in ſe reuerſus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Longe quippe à ſe diſceſſerat quādo peccabat, & ſi nō eſuriſſet, in ſemetipſum minime rediſſet: q̄a poſtq̄ terrenis rebus indiguit, tūc cogitare cœpit q̄d de ſpiritualibus amiſit. Pauperes, ergo & debiles, cæci & claudi uocantur & ueniūt, quia infirmi quiq; atq; in hoc mundo deſpecti plerunq; tāto celerius uocem dei audiunt, quanto & in hoc mundo non habent ubi delectent̄. Quod bene Amalechitarum puer ille Aegyptius deſignat, q Amalechitis præ- 1.Re.30.
dātibus atq; currētibus æger remanſit in uia, & fame ſitiq; aruit. Quē tn̄ Dauid inuenit, & ei cibū potūq; ꝓbuit. Qui ilico cōualeſcēs, dux Dauid factus, & conuiuantes Amalechitas reperit, & eos q ſe debilem reliquerant, cū magna fortitudine ꝓſtrauit. Amalechita quippe populus lambēs uocat̄. Et q̄d per lambentē populū, niſi mētes ſeculariū deſignātur, quæ terrena cūcta ambiendo quaſi lābunt, dū ſolis tēporalibus delectantur. Quaſi enim populus lambens prædā facit, dū terrena diligētes, lucra de alienis damnis exaggerāt. Sed puer Aegyptius æger in uia relinquitur, quia peccator quiſque dum infirmari ab huius mūdi ſtatu cœperit, mox ſecularibus mētibus in deſpectū uenit. Quē tn̄ Dauid inuenit, eiq; cibū & potum ꝓbet, q̄a manu fortis dn̄s abiecta mundi non deſpicit, & plerunq; eos qui ſeſe qui mundū minime ualētes, quaſi in uia remanent, ad amoris ſui gratiā cōuertit, eiſq; uerbi ſui cibū potūq; porrigit, & quaſi duces ſibi in oia eligit, dū ſuos etiā prędicatores facit. Dum enī Chriſtū peccatorū cordibus inferunt, quaſi Dauid ſup hoſtes ducunt. Qui cōuiuantes Amalechitas uelut Dauid gladio feriunt, quia ſuperbos quoſq; qui ſe in mundo deſpexerant, dn̄i uirtute proſternūt. Puer ergo Aegyptius qui in uia remāſit, Amalechitas interfecit: quia plerunq; ipſi mentes ſecularium ꝑdicando ſuperant, qui prius cum ſecularibus in hoc mundo currere non ualebāt. Sed deductis ad cœnam pauperibus, quid puer ſubiungat, audiamus: ¶ *Domine factum eſt ut imperaſti, et adhuc locus eſt.* Multi tales ad cœnam dn̄icam ex Iudæa collecti ſunt, ſed multitudo quę ex Iſraelitico populo credidit, locum ſuperni conuiuij nō impleuit. Intrauit iā frequentia Iudæorum, ſed adhuc uacat locus in regno, ubi ſuſcipi debeat numeroſitas gentium. Vnde & eidem ſeruo dicitur: ¶ *Exi in uias et ſepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Cum de uicis & plateis ad cœnam quoſdam dn̄s inuitat, illum uidelicet populum deſignat qui tenere legē ſub urbana conuerſatione nouerat. Cum uero conuiuas ſuos colligi ex uijs & ſepibus præcipit, nimirum agreſtem populum colligere, id eſt, gentilem quærit. De cuius ſignificatione per Pſalmiſtā dicitur: Tunc exulta- Psal.95.
bunt oia ligna ſyluarum ante faciem dn̄i, quoniam uenit. Ligna enī ſyluæ gentes uocatæ ſunt, quia in infidelitate ſuā tortæ & infructuoſæ ſemper fuerunt. Qui ergo ex illo agreſti uſu conuerſi ſunt, ad cœnam dn̄icam, quaſi ex ſepibus uenerunt. Notandū uero q̄d in tertia hac inuitatione nō dicitur, inuita, ſed compelle intrare. Alij enī uocantur, & uenire contēnunt: alij uocantur, & ueniunt: alij autē neq̄uāq̄ dicit̄ quia uocantur, ſed cōpelluntur ut intrent. Vocātur & uenire cōtemnunt, q donum quidē intellectus accipiunt, ſed eundē intellectū operibus non ſequuntur. Vocantur & ueniunt, qui acceptā intellectus gratiā operando perficiunt. Quidam uero ſic uocantur, ut etiam compellantur, nā ſunt nōnulli qui bona facienda intelligunt, ſed hæc facere deſiſtunt, uident quæ agere debeāt, ſed hæc ex deſiderio non ſequunt̄. His, ut ſuperius diximus,

plerumque

plerūq; cōtingit, ut eos in carnalibus deſiderijs ſu-
is mundi huius aduerſitas feriat: apprēhēdere tēpo-
ralem gloriā conātur, & nequeūt: & dum per alta
pelagi, quaſi ad grādiores curas huius ſeculi naui-
gare pponunt, ſemp aduerſis flatibus ad deiectio-
nis littora repellunt. Cumq; ſe frangi in deſiderijs
ſuis aduerſante mundo conſpiciunt, quid de ſe au-
tori ſuo debeant, cōmemorant, ita ut ad eum eru-
beſcentes redeant, qui eum ſuperbiētes pro amore
mundi deſerebāt. Sæpe nanq; nōnulli ad tēporalē
gloriā proficere uolentes, aut longa ęgritudine ta-
beſcunt, aut afflicti iniurijs concidunt, aut percuſſi
grauibus dānis affliguntur, & in mundi dolore ui-
dent quia nihil confidere de eius uoluptate debue-
runt, ſeq; ipſos in ſuis deſiderijs reprehendētes, ad
deum corda conuertunt. De his quippe dñs per pro-
Oſee.2. phetam dicit: Ecce ego ſepiā uiam tuam ſpinis, &
ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet,
& ſequetur amatores ſuos, & non apprehēdet eos:
quæret, & nō inueniet eos, & dicet: Vadam & re-
uertar ad uirum meum priorem, quia bene mihi
tunc erat magis quam nunc. Vir uniuſcuiuſq; fide-
lis animæ, deus eſt, quia hæc uidelicet ei eſt coniun-
cta per fidem. Sed illa quæ coniuncta fuerat deo
anima, amatores ſuos ſequitur, quando mens quæ
iam per fidem credidit, adhuc ſe immundis ſpiriti-
bus in operationibus ſubſternit, mundi gloriā quę-
rit, carnali delectatione paſcitur, exquiſitis uolu-
ptatibus nutritur. Sed plerunq; oīpotens deus ta-
lem aīam miſericorditer reſpicit, & eius uolupta-
tibus amaritudines pmiſcet, unde dicit: Ecce ego
ſepiam uias tuas ſpinis. Viæ etenim noſtræ ſpinis
ſeptæ ſunt, qñ in hoc q̄d male cupimus, dolorū pū-
ctiones inuenimus. Et ſepiam eā maceria, & ſemi-
ta ſuas non inueniet. Viæ noſtræ maceria ſepiun-
tur, cū deſiderijs noſtris duræ in hoc mundo obie-
ctiones ceſſiſtunt. Et ſemitas noſtras inuenire non
poſſumus, qa hoc q̄d male quærimus, adipiſci pphi-
bemur. Et ſequetur amatores ſuos, & nō apprehē-
det eos: quęret, & non inueniet eos: quia malignos
ſpūs quibus ſe in ſuis deſiderijs aīa ſubdit, ad deſi-
deriorum ſuorū effectum minime comprehendit.
Sed de hac ſalubri aduerſitate quāta utilitas naſca-
tur, adiungit eum ſubditur, & dicit: Vadā & reuer-
tar ad uirū meum priorem, qa bene mihi erat tunc
magis q̄ nunc. Poſtquā ergo uias ſuas ſpinis ſeptas
inuenit, poſtquā amatores ſuos apprehendere non
ualet, ad amorē uiri prioris redit: qa plerūq; poſt-
quā in hoc mundo non poſſumus obtinere quæ uo-
lumus, poſtquam in terrenis deſiderijs de impoſſi-
bilitate laſſamur, tūc ad mentem dñm reducimus,
tunc placere incipit qui diſplicebat, & is cuius no-
bis amara fuerant pręcepta, repēte dulceſcit in me-
moria, & peccatrix anima quę adultera conata eſt
eſſe, nec tñ aperto opere potuit, decernit eſſe fide-
lis coniunx. Qui ergo huius mundi aduerſitatibus
fracti, ad dei amorem redeunt, atq; à præſentis ui-
tæ deſiderijs corriguntur, quid iſti fratres chariſſi-
mi, niſi compelluntur ut intrent? Sed ualde tremēda
eſt ſententia, quæ protinus ſubinfertur. Intenta hanc
cordis aure percipite fratres & dñi mei, inquantū
ſuiti dñi mei, intenta hanc aure percipita, ut tanto
eam minus ſentiatis in examine, quanto nunc audi-
ſtis formidoloſius in prędicatione. Ait enim: ¶ *Di-
co autem uobis, quod nemo uirorum illorum qui uocati
ſunt, guſtabit cœnam meam.* Ecce uocat per ſe, uocat
per angelos, uocat per patres, uocat per prophe-
tas, uocat per apoſtolos, uocat per paſtores, uocat

etiā per nos, uocat plerunq; p miracula. uocat ple-
runq; per flagella, uocat aliqñ per mundi huius pro-
ſpera, uocat aliqñ per aduerſa. Nemo contemnat,
ne, dū uocatus excuſat, cū uoluerit, intrare non ua-
leat. Audite q̄d ſapientia per Salomonē dicat: Tūc
inuocabunt me, & nō exaudiam: mane cōſurgent, Prou.1.
& nō inuenient me. Hinc eſt q̄d fatuę uirgines tar-
deuenientes clamant: Dñe dñe, aperi nobis. Sed Mat.25.
iam tunc aditum quęrentibus dicit: Amen dico uo-
bis, neſcio uos. Quid inter hæc fratres chariſſimi,
niſi relinquere omnia debemus, cuncas mundi poſt-
ponere, ſolis deſiderijs æternis inhiare? Sed hæc
paucis data ſunt. Admonere uos uolo, ut relinquas-
tis oīa, ſed non pręſumo. Si ergo cuncta mundi re-
linquere nō poteſtis, ſic tenete q̄ huius mūdi ſunt,
ut tamen per ea non teneamini in mundo, ut terre-
na res poſſideatur, nō poſſideat: ut ſub mentis ue-
ſtræ ſit dominio q̄d habetis, ne ſi mens ueſtra ter-
renarum rerū amore uincitur, à rebus ſuis magis
ipſa poſſideatur. Sit ergo res tēporalis in uſu, æter-
na in deſiderio: ſit res tēporalis in itinere, deſideret-
tur æterna in peruētione. Quaſi ex latere reſpiciatr,
quicqd in hoc mundo agitur: ante nos aūt tendant
mentis oculi, dū tota intentione illa conſpiciāt ad
quę peruenimus. Extirpentur funditus uitia, non
ſolum ab actu operis, ſed etiā à cogitatione cordis
euulſa. Non uos uoluptas carnis, non ſolicitudo cu-
rioſitatis, nō ęſtus ambitiōis à cœleſti cœna pręped-
at, ſed ipſa quoq; quæ honeſta in mundo agimus,
quaſi ex quodā latere mentis tangamus, ut terre-
na quęlibet ſic noſtro corpori inſeruiāt, quatenus
cordi minime obſiſtant. Nō ergo fratres audemus
uobis dicere ut oīa relinquatis, ſed tñ ſi uultis, oīa
etiam retinendo relinquitis, ſi ſic tempor. lia gera-
tis, ut tñ tota mēte ad ęterna tēdatis. Hinc etenim
Paulus apoſtolus dicit: Tēpus breue eſt, reliquū ſu- 1.Cor.7
peſt, ut q habent uxores, tanq̄ non habētes ſint: &
qui flent, tanq̄ non flentes: & qui gaudent, tanq̄ nō
gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſiden-
tes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam nō utan-
tur. Præterit enī figura huius mūdi. Vxorē nāq; ha-
bet, ſed quaſi nō habēs, q ſic ſolit carnis debita exol-
uere, ut tñ per ea mūdo tota mēte non cogatur in-
hęrere. Nam cum idē rurſum egregius prędicator
dicat: Qui habet uxorē, cogitat quę ſunt huius mū- Ibidē.
di, quō placeat uxori: ille uxorem habet quaſi non
habens, qui ſic ſtudet placere cōiugi, ut tñ non diſ-
pliceat conditori. Flet quoq;, ſed tanq̄ non fleat, q
ſic tēporalibus damnis affligitur, ut tñ de æternis
lucris ſemper aīm conſoletur. Gaudet uero, ſed tā-
quam non gaudeat, q ſic temporalibus bonis hila-
reſcit, ut tñ ſemper ppetua tormēta conſideret, &
hoc q̄d mentem gaudio ſubleuat, hanc continuo
pondere prouidi timoris premat. Emit aūt, ſed quaſi
non poſſidens, q ad uſum terrena pparat, & tñ cau-
ta cogitatione puidet q̄d hęc citius relinquat. Mūn-
do quoq; utitur, ſed quaſi non utatur, q & neceſſa-
ria cuncta exterius ad uitæ ſuæ miniſterium redi-
git, & tamen hæc eadem non ſinit ſuæ menti domi-
nari, ut & ſubiecta foris ſeruiant, & nunquā inten-
tionem animi ad alta tendētis frangant. Quicūq;
igitur tales ſunt, eis profecto terrena oīa non ad
deſiderium, ſed ad uſum aſſunt: qa rebus quidē ne-
ceſſarijs utuntur, ſed nihil cū peccato habere cupi-
unt. De ipſis quoq; rebus habitis q̄tidie mercedes
quærunt, & plus gaudent bono operi, quam bona
poſſeſſione. Ac ne aliquibus iſta difficilia eſſe uide-
antur, rem de pſona refero, quā multi ueſtrū mecū

nouerunt,quam uidelicet rem ipſe ante triennium in Cĕtum cellenſi urbe à perſonis fidelibus didici. Nuper nanq; in eadem ciuitate Theophanius comes fuit, uir miſericordiæ actibus deditus, bonis operibus intentus,hoſpitalitati pręcipue ſtudens. Exercendi comitatus actibus occupatus, agebat terrena,& temporalia,ſed ut poſt ex fine eius claruit,magis ex debito quam ex intentione. Nã cum propinquante mortis eius tempore, grauiſſima aëris tempeſtas obſiſteret,ne ad ſepeliendum duci potuiſſet,cumque coniunx ſua cum fletu uehementiſſimo inquireret,dicens:Quid faciam quomodo te ad ſepeliẽdum eijcio, quæ oſtium domus huius egredi præ tempeſtate nimia non poſſum? Tunc ille reſpondit: Noli mulier flere,quia mox ut ego defunctus fuero,ſerenitas aëris rediet. Cuius protinus & uocem mors, & mortem ſerenitas eſt ſecuta. Cuius manus & pedes podagræ humore tumeſcentes,& uerſi in uulneribus fuerant, & profluente ſanie putebant. Sed cum corpus illius ex more ad lauandum fuiſſet detectum,ita ſanum repertum eſt, ac ſi unquam uulneris nihil habuiſſet. Ductus itaque ac ſepultus eſt,eiuſque coniugi uiſum eſt,ut quarto die in ſepulchro illius marmor quod ſuper impoſitum erat, mutari debuiſſet. Quod uidelicet marmor corpori eius ſuperimpoſitum, dum fuiſſet ablatum, tanta ex eius corpore fragãtia odoris emanauit, ac ſi ex putreſcente carne illius ꝓ uermibus aromata ferbuiſſent. Hæc igitur dixi,ut e uicino exemplo oſtẽdere poſſem nonnullos & ſecularem habitum gerere,& ſecularem animum non habere.Quos enim talis neceſſitas in mundo ligat,ut ex omni parte exlui a mundo non poſſint,ſic ea quæ mundi ſunt,debent tenere,ut tamen eis neſciant ex mentis fractione ſuccumbere. Hæc ergo cogitate,& cum relinquere cuncta quę mundi ſunt non poteſtis, exteriora exterius bene agite,ſed ardenter interius ad æternã feſtinate. Nihil ſit quod deſiderium mentis ueſtræ retardet,nullius uos rei in hoc mundo delectatio impliceet. Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus,id eſt, in cœleſtibus delectetur: ſi malum metuitur, mala animo æterna proponantur, ut dum illic eſſe conſpicit & amplius quod diligat,& amplius quod pertimeſcat, hic omnino non hæreat. Ad hæc agenda habemus mediatorem dei & hominum adiutorem noſtrum, per quem cuncta obtinebimus, ſi ad illum uero amore flagramus, qui uiuit & regnat cum patre,&c.

DOMINICA IIII. POST Pentecoſten. Euáng. Lucæ. 15.

ERant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant phariſæi & ſcribæ dicẽtes: Quia hic peccatores recipit,& mãducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens: Quis ex uobis homo qui habet centum oues,& ſi perdiderit unam ex illlis,nonne dimittit nonagintanouem in deſerto, & uadit ad illam quæ perierat,donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens:& ueniens domum,conuocat amicos & uicinos, dicens illis:Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico uobis,quod ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam & euertit domum & quærit diligẽter,donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens:Congratulamini mihi,quia inueni drachmam quam perdideram.Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

HOMILIA D. EVSEBII Emiſſeni.

ERANT appropinquantes ad Ieſum publicani & peccatores ut audirent illum,& murmurabant Phariſęi & ſcribæ: dicẽtes, Quia hic peccatores recipit,& manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens:Quis ex uobis homo qui habet centũ oues: & ſi perdiderit unam ex illis,nonne dimittit nonagintanouem in deſerto, &c. Lucæ. 15. Apoſtolus enim Corinthijs ſcribens ait: Si quis frater nominatur,& eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens,aut maledicus,aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Cum talibus igitur Dominus cibum ſumit, cum quibus Apoſtolus pręcipit cibum non ſumere. Et Dominus quidem ut conuertat,Apoſtolus uero ut terreat. iſte terret ſuos,ille uocat extraneos. Vtrunque igitur bonum eſt,& terrere proximos & mulcere extraneos, illos mulcemus ut conuertantur, iſtos terremus ut erubeſcant & à malo quieſcãt. Errant igitur phariſæi,peccatores penitus abominantes,nõ enim abominandi,ſed uocandi ſunt. Vocandi autẽ,aut blanditijs aut minis. Vocat eos Dominus blandiendo,& manducando cum illis:uocat eos Apoſtolus terrendo,nolens cibum ſumere cum illis.Sequitur. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens. Quis ex ex uobis homo, q habet centũ oues, & ſi perdiderit unã ex illis,nõne dimittit nonagintanouẽ in deſerto,& uadit ad illã quæ perierat,donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam,imponit in humeros ſuos gaudens,& ueniens domum conuocat amicos & uicinos,dicens illis:Congratulamini, quia inueni ouem meam quæ perierat. Hoc autem quid ſignificet, ipſe ſubinferens ait: *Dico uobis quod ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*

agentie, quam ſupra nonaginta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. Dicendum eſt igitur quid homo iſte, quid centum oues, quid una perdita, & quid defectum ſignificet: ut illud quoq; ſcire poſſimus, quid ſignificent nonaginta nouem iuſti, & unus peccator qui pœnitentiam agit. Centum enim oues, tota angelorum & hominum multitudo intelligitur. Ex his autem una errauit, quando primus homo peccauit. Vnde Pſalmus ait, Erraui ſicut ouis quæ perierat: require ſeruum tuum Domine, quia mandata tua non ſum oblitus. Remanſerunt igitur nonaginta & nouem, per quas nouem angelorum ordines figurantur, ſiquidem totus hic numerus ex nouenis. Pro hac itaq; una ſaluator noſter de cœlis deſcendit, nonaginta & nouem (de quibus modo diximus) ibi dereliɛtis: ibi (inquam) dereliɛtis, unde & cœlum hoc in loco dicitur deſertum. Quod iam enim modo cœlum Dominus deſeruiſſe uidebatur, quando inter homines corporaliter conuerſabatur. Hanc enim unam ouē imponens in humeros ſuos (ibi enim onera ferunttur) gaudens domum rediit, cœlos aſcendit, uicinis & amicis, id eſt, angelis & archangelis, lætitiam fecit: & tantam lætitiam, quantam pro omnibus iuſtis, qui nunquam peccauerunt, unquam habuerunt. Viſitatiſſimum etenim eſt, ut quamuis cum plus non diligamus, maiorem tamen de illo lætitiam faciamus, quem de maiori periculo diuinitus liberari uidemus. Sequitur. *Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam & euertit domum, & diligenter quærit donec inueniat: & cum inuenerit conuocat amicas & uicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inueni dragmam quam perdideram.* Hæc autem ſimilitudo eadem eſt quæ ſuperior: idem enim ſignificant decem drachmæ quod centum oues, una quoque drachma & una ouis perdita idem ſignificant: nouem uero quæ ceſtant, nouem ordines angelorum ſunt. Quoniam autem regis imago in drachma exprimitur, non immerito per drachmā homo figuratur: quoniam ad ſui regis imaginem factus eſt homo. Hanc igitur drachmam (Dei ſapientia enim ſic uocatur) Chriſtus quærere uenit, lucernam ſui corporis accendit (diuinitas enim in capite, lumen eſt in lucerna) & huius mundi ampliſſimam domum euertit: Sicut ipſe ait: Nolite putare quia ueni pacem mittere in terram: non ueni pacem mittere, ſed gladium. Ex hoc enim erunt quinque in domo una, duo in tres, & tres duo uidentur in duos. Sic igitur ut hanc drachmam inueniret, hanc domum, id eſt, hunc mundum Dominus euertit, inter filium & patrem, inter matrem & filiam, inter ſocrum & nurum diſcordiam ponens, aliis fidem & iuſtitiam impugnantibus, aliis defendentibus. Nemo enim prius pro fide pugnabat, cunctis in errore concordantibus. Hanc autē malam concordiam Dominus diſſipauit, domum euertit, & drachmam repperit. Vnde & Apoſtolus ait, Oportet hæreſes eſſe, ut hi qui probati ſunt manifeſti fiant. Pro huius igitur inuentione, omnes uicinæ & amicæ, omnes uirtutes & dominationes ſimul cum Dei ſapientia in cœleſtibus gratulantur. Ceſſent igitur murmurare ſcribæ & phariſæi, non dicant, nec inuidioſe reprehendant quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Venit enim Dominus quærere & ſaluare quod perierat, & non uenit uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

DOMINICA IIII. POST Pentecoſten, Luc. XV.

¶ In illo tempore: Acceſſerūt ad Ieſum publicani & peccatores ut audirent illum, & murmurabant phariſæi & ſcribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit. Et reliq.

Homilia beati Gregorii papæ.

A Eſtiuum tēpus quod corpori meo ualde contrarium eſt, loqui me de expoſitione euangelii longa mora interueniente prohibuit: ſed nūquid ga lingua tacuit, ardere charitas ceſſauit? Hoc etenim dico, qđ apud ſe unuſquiſq; cognoſcit. Plerunq; charitas quibuſdā occupationibus p̄pedita, & intus flagrat in corde, & tamen non monſtratur in opere: quia & ſol quum nube tegitur, non uidetur in terra, & tamen ardet in cœlo. Sic eſſe occupata charitas ſolet, & intus ſui uim ardoris exercet, & foris flammas operis non oſtendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus rediit, ueſtra me ſtudia accendunt, ut mihi tanto amplius loqui libeat, quanto hoc ueſtræ mentes deſiderabilius expectāt. Audiſtis in lectione euangelica fratres mei, quia peccatores & publicani acceſſerunt ad redemptorem noſtrum, & non ſolum ad colloquendum, ſed etiā ad conueſcendum recepti ſunt. Quod uidentes phariſæi, dedignati ſunt. Ex qua re colligite, quia uera iuſtitia compaſſionem habet, falſa iuſtitia dedignationem, quamuis & iuſti ſoleāt recte peccatoribus dedignari. Sed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quod zelo iuſtitiæ uel diſciplinæ. Dedignantur etenim, ſed non dedignantes: deſperant, ſed non deſperantes: perſecutionem commouent, ſed amantes: quia & ſi foris increpationes p diſcipliną exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem ſeruant. Proponunt ſibi in animo ipſos plerunque quos corrigunt, meliores æſtimant eos quoq; quos iudicāt. Quod uidelicet agētes per diſciplinam ſubditos, & per humilitatē cuſtodiunt ſemetipſos. At contra hi qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſq; deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt, & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto numero phariſæi extiterunt. qui diiudicantes dominum qđ peccatores ſuſciperet, arenti corde ipſum fontem miſericordiæ reprehendebant. Sed qui ægri erant, ita ut ſe ægros eſſe neſcirent, quatenus quod erāt agnoſcerent, cœleſtis eos medicus fomentis blandis curat, benignum paradigma obiicit, & in eorū corde uulneris tumorem premit. Ait nanque: ¶ *Quis ex uobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & uadit ad illam quæ perierat?* Ecce mira dedit diſpenſatione pietatis ſimilitudinem ueritas dedit, quam & in ſe homo ipſe recognoſceret, & tamen hæc ſpecialiter ad ipſum autorē hominum pertineret. Quia enim centenarius perfectus eſt numerus, ipſe centū oues habuit, cū & ſanctorū angelorū ſubſtātiā & hominum poſſidet. Sed una ouis tūc periit, qn̄ peccādo homo paſcua uitæ dereliquit. Dimiſit aūt nonaginta nouem in deſerto, quia illos ſummos angelorū choros reliquit in cœlo. Cur aūt cœlum deſertum uocatur, niſi qđ deſertum dicitur derelictum? Tunc aūt homo cœlum deſeruit, cum peccauit. In deſerto aūt nonaginta nouē oues remanſerunt, qn̄

dū angeli & archangeli, Cherubim atq; Seraphim
adiuncta ſunt, proculdubio nouē eſſe angelorū or-
Ezec. 28 dines inueoiuotur. Vnde & ipſi angelo qui primus
eſt conditus, per prophetā dicitur: Tu ſignaculum
ſimilitudinis, plenus ſapiētia, & perfectus decore,
in delicijs paradiſi dei fuiſti. Vbi notandū quod nō
ad ſimilitudinē dei factus, ſed ad ſignaculum ſimili-
tudinis dicitur: ut quo ſubtilior in eo eſt oatora,
eo imago dei in illo ſimilius inſinuetur expreſſa.
Quo in loco mox ſubditur: Omnis lapis precioſus
operimentū tuū, ſardius, topaſius, iaſpis, chryſoli-
thus, onyx & beryllus, ſapphirus, carbunculus, &
ſmaragdus. Ecce nouē dixit nomina lapidū, quia
profecto nouē ſunt ordines angelorū. Quibus ni-
mirū ordinibus ille primus angelus ideo ornatus
& optus extitit, qa dū cūctis agminibus angelorū
prælatus eſt, ex eorū cōparatione clarior fuit. Sed
cur iſtos perſiſtentiū angelorū choros enumerādo
perſtrinximus, ſi nō eorū miniſteria ſubtiliter ex-
primāmus? Græca enim lingua angeli nūcij, archā-
geli uero ſummi nuncij uocantur. Sciendum quoq;
quod angelorū uocabulū nomē eſt officij, nō natu-
ræ. Nā ſancti illi cœleſtis patriæ ſpūs ſemper quidē
ſunt ſpiritus, ſed ſemper uocari angeli nequaquā
poſſunt: qa tunc ſolū ſunt angeli, cū p eos aliq̄ nun-
Pſal. 103 ciātur. Vnde & per Pſal: dicitur: Qui facit angelos
ſuos ſpūs. Ac ſi patēter dicat: Qui eos quos ſemper
habet ſpūs, etiā cū uoluerit angelos facit. Hi autē
qui minima nūciant, angeli: qui uero ſumma nun-
ciant, archangeli uocantur. Hinc eſt enim quod ad
Mariā uirginē nō quilibet angelus, ſed Gabriel ar-
chāgelus mittitur. Ad hoc quippe miniſteriū, ſum-
mum angelū uenire dignum fuerat, q ſummū oīm
nunciabat. Qui idcirco etiā priuatis nominibus cē-
ſentur, ut ſignetur per uocabula etiā in operatione
qd ualeāt. Neq; enim in illa ſancta ciuitate quā de
uiſione omnipotētis dei plena ſcientia perfecit, id-
circo propria nomina ſortiuntur, ne eorū perſonę
ſine nolbus ſciri nō poſſint, ſed cum ad nos aliquid
miniſtraturi ueniunt, apud nos etiā nomen à mini-
ſterijs trahūt. Michael nanq; quis ut deus, Gabriel
autē fortitudo dei, Raphael uero dicitur medici-
na dei. Et quoties miræ uirtutis aliquid agitur, Mi-
chael mitti perhibetur, ut ex ipſo actu & nomine
detur intelligi, quia nullus poteſt facere quod face-
Iſaię. 14. re prægualet deus. Vnde & ille antiquus hoſtis, q eſ-
ſe deo per ſuperbiā ſimilis cōcupiuit, dicēs: In cœ-
lū conſcendā, ſuper aſtra cœli exaltabo ſoliū meū,
ſedebo in monte teſtamēti, in lateribus aqoilooisi
aſceodā ſuper altitudinē nubium, ſimilis ero altiſſi-
mo: dū in fine mundi in ſua uirtute relinquetur ex-
tremo iudicio perimendus, cū Michaele archange-
lo præliaturos eſſe perhibetur, ſicut per Iohānem
Apoc. 12 dicitur: Factū eſt prælium cū Michaele archangelo,
ut q ſe ad dei ſimilitudinē ſuperbus extulerat, per
Michaelē peremptos diſcat, quia ad dei ſimilitudi-
nē per ſuperbiā nullus exurgat. Ad Mariā quoque
Gabriel mittitur, qa fortitudo dei nominatur. Illū
quippē nūciare ueniebat, qui ad debellandas aëre-
Pſal. 23. as poteſtates humilis apparere dignatus eſt, de
quo p Pſalmiſtā dicitur: Tollite portas principes
ueſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit
rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? dn̄s fortis & po-
tens, dn̄s potēs in prælio. Et rurſum: Dominus uir-
tutū, ipſe eſt rex gloriæ. Per dei ergo fortitudinē
nunciādus erat, qui uirtutū dominus, & potens in
prælio ad debellandas poteſtas aëreas ueniebat.
Raphael quoq; interpretatur (ut diximus) medici-
na dei, quia ſcilicet dū Tobiæ oculos quaſi per offi- Tob 11
ciū curationis tetigit, cæcitatis illius terſit tene-
bras. Qui ergo ad curandum mittitur, dignū uide-
licet fuit, ut dei medicina uocaretur. Sed qa ange-
lorū noīa interpretādo perſtrinximus, nūc ſup eſt,
ut ipſa officiorū uocabula breuiter exequamur. Vir-
tutes enim uocanī illi nimirum ſpūs, p quos ſigna &
miracula frequētius fiunt. Poteſtates etiam uocan-
tur hi q hoc potētius cæteris in ſuo ordine pcepe-
runt, ut eorum ditioni uirtutes aduerſæ ſubiectæ
ſint, quorum poteſtate refrenātur, ne corda hoīm
tm̄ tētare ualeant, quātum uolunt. Principatus etiā
uocātur, q ipſis quoq; bonis angelorum ſpiritibus
præſunt, q ſubiectis alijs dum quæq; ſunt agēda diſ-
ponunt, eis ad explenda miniſteria principantur.
Dominationes autē uocantur, q etiam poteſtates
principatuum diſſimilitudine alta tranſcēdunt. Nā
principari, eſt inter reliqoos priorē exiſtere: dn̄ari
uero, eſt etiam ſubiectos poſſidere. Ea ergo ange-
lorum agmina q̄ mira potētia præeminent, pro eo
quod eis cętera ad obediēdum ſubiecta ſunt, dn̄a-
tiones uocātur. Throni quoq; illa agmina ſunt uo-
cata, q̄bus ad exercēdum iudicium ſemp deus om-
nipotēs pſidet. Quia em̄ thronos latino eloquio ſe-
des dicimus, throni dei dicti ſunt hi q tanta diuini-
tatis gratia replētur, ut in eis dominus ſedeat, & p
eos ſua iudicia decernat. Vnde & per Pſal. dicitur:
Sedes ſuper thronum, qui iudicas æquitatē. Cheru- Pſal. 9.
bim quoq; plenitudo ſciētiæ dicitur & ſublimiora
illa agmina idcirco Cherubim uocata ſunt, quia
tanto perfectiori ſciētia plena ſunt, quato clarita-
tem dei uicinius cōtemplantur, ut ſecundom crea-
turæ modum eo plene oia ſciant, quo uiſioni crea-
toris ſui p meritum dignitatis appropinquant. Sera-
phim etiam uocantur illa ſanctorum ſpuūm agmi-
na, quæ ex ſingulari ppinquitate conditoris ſui in-
cōparabili ardent amore. Seraphim nanq; ardētes
uel incendētes uocantur. Quæ qa ita deo cōiuncta
ſunt, ut inter hæc & deum nulli alij ſpūs interſint,
tanto magis ardent, quanto hunc uicinius uident.
Quorum profecto flamma amor eſt, q a quo ſubti-
lius claritatē diuinitatis eius aſpiciuot, eo ualidius
in eios amore flammeſcunt. Sed quid prodeſt nos
de angelicis ſpiritibus iſta perſtringere, ſi non ſtu-
deamus hæc etiam ad noſtros profectus congrua
cōſideratione deriuare? Quia enim ſuperna ciuitas
illa ex angelis & hoībus cōſtat, ad q̄ tantum credi-
mos humanum genus aſcendere, quantos illic cōti-
git electos angelos remanſiſſe, ſicut ſcriptum eſt:
Statuit terminos gētium ſecundum numerum an- Deu. 32
gelorum dei, debemus & nos aliqd ex illis diſtin-
ctionibus ſupnorum ciuium ad uſum noſtræ cōuer-
ſationis trahere, nosq; ipſos ad incremēta uirtu-
tum bonis ſtudijs inflāmare. Quia enim tanta illuc
aſcenſura creditur multitudo hoīm, quanta multi-
tudo remāſit angelorum, ſupereſt, ut ipſi quoq; ho-
mines q ad cœleſtem patriam redeunt, ex eis agmi-
nibus aliqoid illuc reuertentes imitētur. Diſtinctę
nanq; cōuerſationes hominum ſingulorum agmi-
num ordinibus congruont, & in eorum ſortem per
conuerſationis ſimilitudinē deputantur. Nam ſunt
plerią; qui parua capiunt, ſed tamen hæc eadē par-
ua pie annunciare fratribus nō deſiſtunt. Iſti itaq;
in angelorum numerum currunt. Et ſunt nonnulli
qui diuinæ largitatis munere refecti, ſecretorum
cœleſtiom ſumma & capere prægualēt, & nunciare.
Quo igitur iſti, niſi inter archāgelorum numerum
deputantur? Et ſunt alij qui mira faciunt ſigna, ua-
lenter

lenter operantur. Quo igitur iſti, niſi ad ſupernarū
uirtutum ſortem & numerum congruunt? Et ſunt
nonnulli qui etiā de obſeſſis corporibus malignos
ſpiritus fugant, eosq; uirtute orationis & ui acce-
pta poteſtatis eijciunt. Quo itaque iſti meritum
ſuum, niſi inter poteſtatum cœleſtium numerū ſor-
tiuntur? Et ſunt nonnulli, qui acceptis uirtutibus
electorum etiam hominum merita tranſcendunt,
cumque & bonis meliores ſunt, electis quoq; fra-
tribus principantur: quo ergo ſortem ſuam niſi in-
ter principatuum numeros acceperunt? Et ſunt
nonnulli, qui ſic in ſemetipſis uitijs omnibuſque
deſiderijs dominantur, ut ipſo iure munditiæ, dij
Exo.7. inter homines uocentur. Vnde & ad Moyſen dici-
tur: Ecce conſtitui te deum Pharaonis. Quo ergo
iſti, niſi inter numeros dominantium currunt? Et
ſunt nonnulli, qui dum ſibimetipſis uigilanti cura
dominātur, dumque ſe ſolicita intētione diſcutiūt,
diuino timori ſemper inhærentes, hoc in munere
uirtutis accipiūt, ut iudicare recte & alios poſſint.
Quorū profecto mētibus dum diuina cōtemplatio
preſto eſt, in his uelut in throno ſuo dominus præ-
ſidens, aliorum facta examinat, & cuncta mirabili-
ter de ſua ſede diſpenſat. Quid ergo iſti niſi throni
ſui conditoris ſunt? Vel quo niſi ad ſupernarum ſe-
diū numeros aſſcribūtur? Per quos dū ſancta eccle-
ſia regitur, plerunq; de infirmis quibuſdā actibus
ſuis etiā electi iudicantur. Et ſunt nonnulli qui tan-
ta dei & proximi dilectione pleni ſunt, ut Cheru-
bim iure nominentur. Quia enim ut præfati ſumus
Rom.13 Cherubim plenitudo ſcientię dicitur: & Paulo di-
cente didicimus, quia plenitudo legis eſt dilectio:
omnes qui dei & proximi charitate cęteris ampli-
us pleni ſunt, meritorū ſuorū ſortem inter Cheru-
bin numeros perceperunt. Et ſunt nonnulli, qui ſu-
pernæ contēplationis facibus accenſi, in ſolo cōdi-
toris ſui deſiderio anhelant, nil iam in hoc mundo
cupiunt, ſed ſolo ęternitatis amore paſcuntur, ter-
rena quæq; abijciunt, cuncta tēporalia mēte tran-
ſcendunt, amant & ardent, atq; in ipſo ſuo ardore
requieſcunt, amando ardent, loquēdo alios accen-
dunt, & quos uerbo tangūt, ardere protinus in dei
amore faciunt. Quid ergo iſtos niſi Seraphim di-
xerim, quorū cor in ignem conuerſum lucet & urit,
quia & mentium oculos ad ſuperna illuminant, &
compungendo in fletibus uitiorum rubiginem pur-
gant. Qui ergo ita ad amorē ſui conditoris inflam-
mati ſunt, quo niſi inter Seraphim numerū ſortem
ſuę uocationis acceperunt? Sed hæc fratres chariſ-
ſimi me loquente introrſus uos ad uoſmetipſos re-
ducite, ſecretorū ueſtrorū merita, cogitationeſque
diſcutite, uidete ſi quid boni iam uobiſcum intus
agitis, uidete ſi in numero horum agminū quę bre-
uiter tangendo perſtrinximus, ſortem ueſtrę uoca-
tionis inuenitis. Væ autē animę quæ in ſe de his bo-
nis quæ enumerauimus, minime aliquid recogno-
ſcit, eique adhuc uæ deterius imminet, ſi & ſe pri-
uatam donis intelligit, & nequaq̄ gemit. Quiſquis
ergo talis eſt fratres mei, gemendus eſt ualde, q̄a
non gemit. Penſemus ergo accepta electorū mune-
ra, & uirtute qua poſſumus ad amorē tantæ ſortis
anhelemus. Qui in ſe donorū gratiā minime reco-
gnoſcit, gemat: qui uero in ſe minora cognoſcit,
maiora alijs nō inuideat: quia & ſupernę iſtę diſtin-
ctiones beatorū ſpirituum ita ſunt cōditę, ut aliæ
alijs ſint prælatæ. Fertur uero Dionyſius Areopa-
gita, antiquus uidelicet & uenerabilis pater, dice-
re, quod ex minoribus angelorū agminibus foras
ad explendū miniſteriū uel uiſibiliter uel inuiſibi-
liter mittūtur, ſcilicet quia ad humana ſolatia aut
angeli aut archangeli ueniūt. Nam ſuperiora, illa
agmina ab intimis nunq̄ recedunt, q̄m ea quæ pre-
eminent, uſum exterioris miniſterij nequaq̄ habēt.
Cui rei illud uidetur contrariū quod Iſaias dicit: Iſai.6.
Volauit ad me unus de Seraphim, & in manu eius
calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit
os meum. Sed in hac prophetiæ ſententia uult in-
telligi, quia hi ſpiritus qui mittuntur, eorum uoca-
bulum percipiunt, quorū officiū gerūt, quia enim
ut peccata locutionis incendat, de altari angelus
carbonē portat, Seraphim uocatur, quod incendiū
dicitur. Huic autem ſenſui & illud creditur nō in-
conuenienter opitulari, quod per Danielē dicitur: Dan.7.
Millia milliū miniſtrabant ei, & decies millies cen-
tena millia aſſiſtebant ei. Aliud nanq; eſt miniſtra-
re, aliud aſſiſtere. Hi miniſtrant deo, qui & ad nos
nunciando exeunt: aſſiſtunt uero, qui ſic contēpla-
tione intima perfruūtur, ut ad explenda foris ope-
ra minime mittantur. Sed quia in quibuſdam ſcri-
pturæ locis quædam per Cherubim, quędam uero
per Seraphim agi didicimus: utrum per ſe hæc fa-
ciant, an per ſubiecta agmina agantur, quæ, ſicut
dicitur, in eo quod à maioribus ueniūt, maiora uo-
cabula ſortiuntur, nos affirmare nolumus, quod a-
pertis teſtimonijs nō approbamus. Hoc tamen cer-
tiſſimum ſcimus, quia ad explendū de ſupernis mi-
niſterium alij ſpiritus alios mittunt, Zacharia ſci- Zach.2.
licet propheta teſtante qui ait: Ecce angelus qui
loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus
egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eū: Cur-
re, & loquere ad puerū iſtum dicens: Abſq; muro
habitabitur Hieruſalē. Dum enim angelus ad an-
gelum dicit, curre & loquere, dubium nō eſt, quia
alius aliū mittit. Minora uero ſunt quę mittuntur,
maiora quæ mittunt. Sed hoc quoq; de ipſis agmi-
nibus quę mittuntur, certū tenemus, quia & cū ad
nos ueniunt, ſic exterius explent miniſteriū, ut tū
nonnunquā deſint interius per cōtemplationē. Et
mittuntur, igitur & aſſiſtunt, q̄a etſi circunſcriptus
eſt angelicus ſpiritus, ſummus tamen ſpiritus non
eſt. Angeli itaq; & miſſi ante ipſum ſunt, q̄a quoli-
bet miſſi ueniāt, intra ipſum currūt. Sciendū quoq;
eſt, quia plerunq; ipſi beatorū ſpūum ordines, uici-
norum ſibi ordinum uocabula ſortiuntur. Thronos
enim, ſcilicet ſedes dei, beatorū ſpūum ordinē ſpe-
cialē diximus, & tamen per Pſ. dicitur: Qui ſedes Pſal.79.
ſuper Cherubim, appare. quia uidelicet dū in iſtis
diſtinctionibus agminum Cherubim thronis iun-
guntur, ſedere etiā ſuper Cherubim dñs ex uicini
agminis ęqualitate perhibetur. Sic quippe in illa
ſumma ciuitate ſpecialia quædā ſingulorū ſunt, ut
tū ſint cōia oīm, & quod in ſe q̄ſq; ex parte habet,
hoc in alio ordine totū poſſideat. Sed idcirco uno
eodemq; uocabulo cōmuniter non cēſentur, ut ille
ordo uocari priuato uniuſcuiuſq; rei nōie debeat,
q̄ hanc in munere plenius accepit. Seraphim nanq;
incendiū diximus, & tamē amore conditoris ſimul
omnes ardent. Cherubim plenitudinē ſcientię di-
ximus, & tū q̄s ibi aliquid neſciat, ubi ipſum ſimul
omnes fontē ſcientię deū uidēt? Throni illa agmi-
na quoq; quibus conditor pręſidet uocantur, ſed
beatus eſſe quis poteſt, niſi creator ſuus eius menti
pręſideat? Quę ergo ex parte ab omnibus habētur,
eis in priuato nomine data ſunt, qui hęc in munere
plenius acceperunt. Nā & ſi qua illic ſic alij habēt,
ut haberi ab alijs nequaquam poſſint, ſicut ſpeciali
nomi-

nomine dñationes & principatus uocant̃, cũcta ibi
ſingolorũ ſunt, qa per charitatẽ ſpũs ab alio in alijs
habẽtur. Sed ecce dũ cœleſtiũ ciuium ſecreta rima
mur, ab expoſitionis noſtræ ordioe longe digreſſi
ſumus. Suſpiremus ergo ad eos de qbus ioquimur
ſed redeamus ad nos. Meminiſſe etenim debemus,
quia caro ſumus. Taceamus interim de ſecretis cœ
li, ſed aote cõditoris oculos manu pœnitentię ter-
gamus maculas pulueris noſtri. Ecce ipſa diuina
Luc. 15. miſericordia pollicetur, dicẽs: Gaudiũ erit in cœlo
ſuper uno peccatore pœnitentiã agente, & tamen
Ezec. 33 per prophetã dñs dicit: Quia quacunq; die iuſtus
peccauerit, oẽs iuſtitiæ eius erũt in obliuione corã
me. Penſemus ſi poſſumus diſpenſationẽ ſupernæ
pietatis. Stantibus ſi ceciderint minatur pœnã, la-
pſis uero ot reſorgere appetãt, ꝓmittit miſericor-
diã. Illos terret ne pręſumãt in bonis, iſtos refoouet
ne deſperẽt in malis. Ioſtus es, iram pertimeſce, ne
corruas: peccator es, præſume de miſericordia, ut
reſurgas. Ecce autẽ iam iapſi ſumus, ſtare nequaq̃
ualuimus, in prauis noſtris deſiderijs iacemus. Sed
qui nos rectos coodidit, adhuc expectat & prouo-
cat, ut reſurgamus. Sioum ſuæ pietatis aperit, nos
quoq; ad ſe recipere per pœnitẽtiam quærit. Sed
pœnitentiã agere digne nõ poſſumus, niſi modum
quoq; eiuſdẽ pœnitẽtiæ cognoſcamus. Pœoitentiã
quippe agere, eſt & perpetrata mala plangere, &
plangẽdo nõ perpetrare. Nã qui ſic alia deplorat,
ut tñ alia committat, adhuc pœnitentiã agere aot
ignorat aut diſſimulat. Quid enim ꝓdeſt, ſi peccata
qs luxuriæ defleat, & tñ adhuc auaritiæ æſtibus
anhelet? Aut qd ꝓdeſt ſi auaritiæ culpas iã lugeat,
& tñ inoidiæ facibos tabeſcat? Sed minus eſt ualde
quod dicimus, ut qui peccata deplorat, plorãdo mi
nime cõmittat: & q plãgit uitiũ, ꝑpetrare uitia ti-
meat. Nã cogitandũ ſummopere eſt, ut qui ſe illici
ta meminit cõmiſiſſe, à quibuſdã etiã licitis ſtude-
at abſtinere, quatenus per hoc cõditori ſuo ſatiſfa-
ciat, & q cõmiſit prohibita, ſibimetipſi abſcindere
debeat etiã cõceſſa, & ſe reprehendat in minimis,
quem meminit in maximis deliquiſſe. Nimia ſunt
hæc quæ loquor, ſi hæc ex ſacri eloquij teſtimonio
nõ affirmo. Lex certe ueteris teſtamẽti alienã uxo
rẽ cõcupiſci ꝓhibuit, a rege uero fortia iuberi mi-
litibus, uel deſiderari aquã nõ pœnaliter uetat. Et
cuncti nooimos qood Dauid mucrone cõcupiſcen-
tię trãſfixos, alienã cõiugẽ & appetioit & abſtulit.
Cojus culpã digna uerbera ſuot ſecuta, & malũ q̃d
perpetraoit, ꝑ pœnitẽtiæ lamenta correxit. Qui
cũ lõgo poſt cõtra hoſtiũ cuneos ſederet, aquã bi-
bere ex eorũ ciſterna ex deſiderio uoluit. Cuius e-
lecti milites inter cateruas aduerſantiũ medias e-
rũpẽtes, aquã quã rex deſiderauerat, detulerũt illæ-
ſi. Sed uir flagellis eruditus, ſemetipſum ꝓtinus cũ
periculo militũ aquã deſideraſſe reprehẽdit, eãq;
2. Re. 23 dño fundẽs libauit, ſicot illic ſcriptũ eſt: Libauit eã
dño. In ſacrificio quippe domini effuſa eſt aqua &
conuerſa, qoia culpã concupiſcẽtiæ mactauit ꝑ pœ
nitentiã reprehenſionis ſuæ. Qui ergo quondã con
cupiſcere alienã coniugẽ nequaq̃ timuit, poſt etiã
quia aqoã cõcupiuit expauit. Quia enim ſe illicita
perpetraſſe meminerat, cõtra ſemetipſum iã rigi-
dus, etiã à licitis abſtinebat. Sic ſic pœnitẽtiã aga
mus, ut ea q̃ cõmiſimus, ꝑfectè defleamus. Pẽſemus
ſuper nos diuitias cõditoris noſtri, peccare nos ui-
dit, & pertulit. Qui nos ante culpã peccare prohi-
buit, etiã poſt culpã expectare ad ueniam non deſi-
ſtit. Ecce ipſe nos quẽ deſpeximus, uocat: auerſi ab
illo ſumus, & tñ nõ auertit̃. Vnde & bene ꝑ Iſaiã Iſai. 30.
dicitur: Erũt oculi tui uidentes ꝓceptorẽ tuũ, &
aures tuæ audiẽt uocẽ poſt tergũ monentis. Quaſi
in faciẽ ſuam homo monitus eſt, qñ ad iuſtitiã cõdi
tus, ꝓcepta rectitudinis accepit. Sed cum hæc eadẽ
præcepta contẽpſit, quaſi cõditori ſuo dorſum mẽ-
tis in faciẽ dedit. Sed ecce adhuc ſequitur, poſt ter
gũ monet, quia iam & à nobis contẽptus eſt, & tñ
nos adhuc uocare nõ ceſſat. Quaſi dorſum in faciẽ
eius dedimus, coius uerba deſpicimus, cuius præ-
cepta calcamus. Sed ſtans poſt tergũ nos auerſos
reuocat, quia & uidet quod deſpicitur, & tñ ꝑ prę
cepta clamat, per patientiã expectat. Pẽſate ergo
fratres chariſſimi ſi cuilibet ueſtrũ loquẽti ſamulus
ſuperbiret, terga in faciẽ mitteret, nũquid nõ con-
temptus dominus eius ſoperbiã ferret, uulnera di-
ſtrictæ animadnerſionis infligeret? Ecce nos pec-
cando autori ooſtro terga in faciẽ dedimus, & ta-
mẽ ſuſtinemur. Superbe auerſos benigne reuocat,
& qui ferire nos auerſantes potuit, ut reoertamur
munera ꝓmittit. Tanta ergo cõditoris noſtri mi-
ſericordia duritiã noſtri reatus emolliat, ut homo
qui malũ quod fecit, experiri percuſſus poterat,
ſaltẽ expectatus erubeſcat. Rẽ fratres breuiter re-
fero, quam oiro uenerabili Maximiano, tunc patre
monaſterij mei atque presbytero, nunc autẽ Syra-
cuſano epiſcopo, narrante cognoui. Hanc itaque ſi
ſolerter aoditis, charitati ueſtrę nõ breuiter ſuffra
gari credo. Noſtris uero temporibus Victorinus
quidã extitit, q alio quoq; noĩe Aemilianus appel-
latus eſt, nõ inopis ſubſtãtiæ iuxta mediocritatem
uitę, ſed qa plerunq; regnat in terũ opulẽtia carnis
culpa, in quodã facinore lapſus eſt, quod debuiſſet
ualde pertimeſcere, ac de ſuæ mortis immanitate
cogitare. Reatus ergo ſui cõſideratione compon-
ctus, erexit ſe cõtra ſe, mundi huius omnia dereli-
quit, monaſteriũ petijt. In quo nimirũ monaſterio
tantæ humilitatis tantæq; diſtrictionis extitit, ut
cuncti fratres q illic ad amorẽ diuinitatis excreue-
rant, ſuã cogerẽtur uitã deſpicere, dũ illius pœni-
tentiã uiderẽt. Studuit nanq; toto mentis annisu
cruciare carnẽ, uoluntates ꝓprias frãgere, furtiuas
orationes quærere, quotidianis ſe lachrymis lauare,
deſpectũ ſui appetere, oblatã à fratribus uenerati-
onẽ timere. Hic itaq; nocturnas fratrũ uigilias ꝑ-
uenire cõſueuerat. Et qa mons in quo monaſteriũ
ſitũ eſt, ex uno latere in ſecretiori parte promine-
bat, illuc cõſuetudinẽ fecerat ante uigilias egredi,
ut ſe quotidie in fletu pœnitẽtię quanto ſecretius,
tãto liberius mactaret. Contẽplabat̃ nanq; diſtri-
ctionẽ uenturi iudicis ſui, ac iã eidẽ iudici concor-
dãs, puniebat in lachrymis reatũ facinoris ſui. Qua-
dam uero nocte abbas monaſterij uigilãs, hunc la-
tenter egredientẽ intuitus, lẽto foras pede ſecutus
eſt. Quẽ cũ in ſecreto mõtis latere cerneret in ora
tione proſtratũ, expectare uoluit, quãdo ſurgeret,
ut ipſam quoque longanimitatẽ orationis eius ex-
ploraret. Tũc ſubita lux cœlitus emiſſa, ſup eũ fuſa
eſt q in oratione proſtratus iacebat, tãtaq; ſe in illo
loco claritas ſparſit, ut tota pars regionis illius ex
eadẽ luce candeſceret. Quã abbas ut uidit, intremu
it & fugit. Cumq; poſt longũ horæ ſpatium idem
frater ad monaſteriũ rediſſet, abbas eius ut diſce-
ret an ſup ſe effuſionem tanti luminis agnouiſſet,
requirere eũ ſtuduit, dicẽs: Vbi fuiſti frater? At ille
latere ſe poſſe credens, in monaſterio ſe fuiſſe re-
ſpondit. Quo negante, abbas compulſus eſt dicere
quid uidiſſet. At ille ſe uidẽs eſſe deprehẽſum, hoc
quoque

quoq; quod abbatem latebat, aperuit, adiungens: Quando ſuper me uidiſti lumẽ de cœlo deſcẽdere, uox etiam pariter uenit, dicens: Dimiſſum eſt tibi peccatum tuum. Et quidem omnipotens deus peccatum eius potuit tacendo relaxare, ſed loquendo per uocem, radiando per lumen, exemplo ſuæ miſericordiæ, noſtra ad pœnitentiam noluit corda
Act.9. conuertere. Miramur fratres chariſſimi, quod perſecutorẽ ſuum Saulum dominus de cœlo proſtrauit, de cœlo allocutus eſt. Ecce noſtris quoque tẽporibus peccator & pœnitens uocem de cœleſtibus audiuit. Illi dictum eſt, quid me perſequeris? iſte uero meruit audire, dimiſſum eſt tibi peccatũ tuum. Longe eſt inferior meritis peccator pœnitens iſte quam Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur, crudelitatẽ necis anhelãte, liceat audenter dicere, quia Saulus propter ſuperbiã uocem increpationis, iſte uero propter humilitatem uocem conſolationis audiuit. Hunc quia humilitas ſtrauerat, diuina pietas erigebat: illũ quia ſuperbia erexerat, diuina ſeueritas humiliabat. Habete ergo fratres mei fiduciã de miſericordia conditoris noſtri, cogitate quę facitis, recogitate quę feciſtis. Largitatem ſupernæ pietatis aſpicite, & ad miſericordem iudicem, dum adhuc expectat, cum lachrymis uenite. Conſiderantes nanque quod iuſtus ſit, peccata ueſtra nolite negligere. Conſiderantes uero quod pius ſit, nolite deſperare, prębet apud deũ homini fiduciã deus homo. Eſt nobis ſpes magna pœnitentibus, quia aduocatus noſter factus eſt iudex noſter. Qui uiuit & regnat cum patre in unitate ſpiritusſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DE EADEM DOMINICA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

ESTote (inquit) miſericordes: ſed quomodo? Sicut pater ueſter miſericors eſt. Ipſe eſt enim qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Ipſe nõ ſolum miſericors, ſed ipſa quoque miſericordia eſt. Ipſe eſt qui neminem uult perire, ſed omnes uult ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Sic igitur & uos eſtote miſericordes, hanc miſericordiæ regulam tenete. Magna eſt uirtus miſericordiæ, omnibus alijs uirtutibus ſuperior eſt. Vnde & per prophetam dicitur, Suauis Dominus uniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Vnde & bene apud Græcos oleum uocatur. Sicut enim in liquoribus oleũ, ita & in bonis operibus miſericordia ſuperior eſt. Quencunque enim liquorem in oleum fundas, oleũ ſemper deſuper natat: oleo baptiſmus ſanctificatur, oleo eccleſia cõſecratur. Nos quoque ideo oleo toties ſumus inuncti, ut ſemper miſericordię memores ſimus, & nunquam pietatis & miſericordię obliuiſcamur. Hinc eſt etiam quod Dominus ait: Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Sunt autem & alia multa quæ de miſericordia dici poſſunt, ſiquidẽ miſericordia Domini plena eſt terra. Sed quis ſapiens & cuſtodiens hæc, & intelliget miſericordias Domini? Eſtote ergo miſericordes, & ita miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Omnes diligite, neminem odio habeatis. Orate pro perſequentibus & calumniantibus uobis, ut ſitis filij patris ueſtri q in cœlis eſt. *Nolite iudicare & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.* Quare ergo iudices conſtituti ſunt? quare & leges poſitæ ſunt? gaudeant igitur homicidæ, lætentur adulteri, exultent ſacrilegi: nihil eis ulterius timendum eſt, ſi iam neq; iudicandi neque damnandi ſunt. Quare ergo ſcriptum eſt, Maledictus omnis qui prohibet gladium ſuum à ſanguine? quare laudantur filij Leui, qui zelo iuſtitiæ nec ipſis ſuis parentibus pepercerunt? Quare dei ſapientia dicit: Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram? Quare & Pſalmiſta ait, Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate? quare in lege toties præcipitur, Si quis fecerit hoc uel illud, morte moriatur? Aliter igitur intelligẽdum eſt. Non iudicandi licẽtia aufertur, nõ iuſtitia prohibetur: temeritas tollitur, ambitio uetatur, & crudelitas interdicitur. Tale eſt igitur ac ſi diceret: Nolite iudicare ſine miſericordia, ubi miſericordia haberi & cuſtodiri poteſt. Nolite condemnare, nolite in danda ſententia eſſe præcipites: expectate dum ira tranſeat, ſuſtinete dum mens a furore conquieſcat. Non in uoluntate, ſed in iuſtitia ſit iudicium ueſtrum: nõ ſecundum uoluntatem iudicetis, ſed diu deliberate ſententiam, tandem nocẽtes & impios condemnetis. Sic enim facit pater ueſter qui in cœlis eſt, ſicut facit ille qui plenus eſt miſericordia, qui etiam damnando impios nũquam recedit à miſericordia. Ille (inquam) hoc facit qui non uult mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. Quare ergo eos occidit? quare eos damnat & iudicat? Non uult quidem ut moriantur, ſic tamen ſi conuertantur, ſi peruerſe agere quieſcant, & ad pœnitentiam redeant. Hoc autem ſi feceritis, & ſi ita iudicaueritis, neq; iudicabimini, neq; condemnabimini. Iudicate iniquos, damnate ſuperbos & impios: eos uidelicet ſuperbos & impios, qui neq; ad pœnitentiam redeunt, neque à ſua iniquitate quieſcunt. In proprijs autem cauſis, & in quibus iudices cõſtituti non eſtis, omnibus dimittite, omnibus ueniam date, ut non plus contra uos fratres ueſtri ualeant peccare, quam uos eis peccata dimittere. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorũ, & pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra. Contra uero, niſi dimiſeritis hominibus peccata eorũ, nec pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra. Menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluẽtem dabunt in ſinũ ueſtrum. His autem uerbis quid aliud ſignificatur, niſi quia omnibus bonis, omni lætitia, omni dignitate, omniq; beatitudine abundabitis, ſi & in uos peccantibus dimiſeritis, & à pietate & miſericordia non receſſeritis. Vnde & ſubditur: *Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur uobis. Dicebat autem illis & ſimilitudinem. Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt?* Ac ſi dicat, Non omnium eſt iudicare, non omnium eſt cõdemnare, non ad omnes pertinet de peccatis ſententiam dare. Hoc ſolummodo iudicum eſt, hoc ſolummodo prælatorũ eſt. Cæci igitur ſunt, & mentis oculos amiſerunt, quicunque id quidem quod ſui officij non eſt, & quod eius interdictum eſt, agere præſumunt. Tales autem dum temeritate quadam alios quoſuis iniquos damnant & iudicant, ſimul cum eis in foueam cadunt: in foueam utique damnationis ęternę. Et illi quidem propter peccata ſua, iſti uero propter temeraria & iniqua iudicia ſua. *Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius.* Hoc autem ad ſuperiora reſpicit: & tale eſt ac ſi dicat: Dixi uobis, eſtote miſericordes, & ita miſericordes, ſicut & pater ueſter, ſicut Dominus & magiſter ueſter miſericors eſt. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis

erit,

erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Illum ſequimini, illũ imitamini, illius formã & exemplum tenete, ad illius exemplum & formam uiuite. *Quid enim uides feſtucã in oculo fratris tui, trabem autẽ quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? Et quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, ſine eijciã feſtucã de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non uides?* Nolite, inquit, iudicare, & non iudicabimini. Iudica prius teipſum quicunque es, damna prius & corrige peccata tua. *Eijce prius trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies ut educas feſtucam de oculo fratris tui.* Hoc enim intereſt inter feſtucã & trabem, quod intereſt inter peccata & crimen. Apoſtolus autem loquitur dicens: Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit. ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum. Nolite itaque ante tempus iudicare, quoad uſq; ueniat Dominus, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit concilia cordiũ, & tunc laus erit unicuique à Deo, qui uiuit & regnat, &c.

DOMINICA QVINTA
poſt Pentecoſten. Lucæ VI.

¶In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et reliq. Homilia. B. Auguſtini epiſcopi.

MODO fratres cum euãgelium legeretur, audiuimus dicente domino: Nolite iudicare, ut non iudicemini, in quo enim iudicaueritis, iudicabimini. Quid eſt hoc cum ipſe dominus in alio loco
Ioh. 7. euãgelij dixerit: Nolite ſecundũ faciem iudicare, ſed iuſtum iudicium iudicare. Non enim ſibi diuina lectio contraria eſſe poteſt, ſed intellectũ ſobrium quærit. In conuerſione humana dilectiſſimi ſunt aliqua, que rationabiliter reprehenduntur, ſunt uero quæ non ſine peccato iudicantur. Aperta enim mala & iudicari & argui debent. Illa uero q̃ ignoramus utrum bono an malo animo fiant, ſcire non poſſumus, iudicare penitus nõ debemus. Verbi gratia: Vides hominem frequentius ieiunare? congaude, & noli nimis laudare: quia poteſt hoc quod facit, pro humana gloria fieri: ſed & noli uituperare quia poteſt & pro deo & pro animæ remedio ieiunare. Vidiſti alium indicto ieiunio publice uelle prandere? eum dilectione admone. Si dixerit ſe pro ſtomachi laſſitudine ieiunare non poſſe, crede, & noli iudicare, quia utrunq; poteſt fieri, ut pro gula uel pro luxuria prandere uelit, & prę infirmitate ieiunare non poſſit. Vidiſti alterum ſubditis ſuis cum ſeueritate diſciplinam imponere, & indulgentiam tardius dare? noli iudicare crudelẽ, quia forſitan non fit morbo iracundiæ, ſed zelo diſciplinæ & amore iuſtitiæ, propter quod illud ſcriptum
Pſal. 68. eſt: Zelus domus tuæ comedit me. Forte aliquis uicinus aut amicus tuus, dum animũ ſuũ habet in rebus ſibi ſatis neceſſarijs occupatum, aut tardius te ſalutaueit, aut tardius occurrerit quã debuit, noli eum ſuperbum iudicare, noli malignũ credere, ſed magis hoc aut per obliuionem, aut per negligentiam, quàm per deſpectũ, aut per ſuperbiam factum crede: quia forte & tibi hoc (ut eſt humana fragilitas) frequenter euenit, ut in rebus alijs nimis intẽtus, aliquid minus caute, aut minus ſolicite feciſſe uidearis, & tamen noluiſti te pro hac re malo animo iudicari. In iſtis ergo & in his ſimilibus quę utrũ bono an malo animo fiant, ſcire non poſſumus, melius eſt ut ad partem dexteram animũ noſtrum declinemus: quia tolerabilius eſt nos in hoc pręueniri, ut eos qui mali ſunt, bonos eſſe credamus, quã ut conſuetudine iudicandi, etiã de bonis quod malum eſt ſuſpicemur. De iſtis ergo rebus quæ ſunt deo notæ, & nobis incognitæ, periculoſe noſtros
Mat. 7. proximos iudicamus. De ipſis enim dominus dixit: Nolite iudicare, ut non iudicemini. De illis uero quæ aperta ſunt & publica mala, iudicare & redarguere (cum charitate tamẽ & amore) & poſſumus & debemus, odio habentes non hominem, ſed peccatum: non uitioſum, ſed uitium deteſtantes, morbum potius quam ęgrotum, nam publicus adulter, raptor, aſſidue ebrioſus, proditor, ſuperbus, ſi iudicati uel caſtigati non fuerint, implebitur in eis illud quod beatiſſimus martyr Cyprianus de tali- Cyprianus.
bus dixit: Qui peccantem uerbis adulantibus palpat, peccati fomitem ſubminiſtrat. Ad hanc rẽ pertinet fratres chariſſimi etiam illud, quod in hac ipſa euangelica lectione audiuimus: *Quid enim uides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides?* Vidiſti hominem ſubito iraſci? noli continuo iudicare, ſed expecta paululum. forſitan quam ueluciter iraſcitur, tam celeriter mitigatur. Quid tamen feſtuca, quid trabes ſignificet, uideamus. Subita enim iracundia, feſtuca eſt: iracundia diu in corde ſeruata, trabes eſt. Ergo ira inueterata conuertitur in trabem. Et qua fronte ille qui odiũ ſeruat in corde, illũ iudicare prꝗſumit, in cuius oculo non trabem, ſed feſtucam eſſe cognoſcit? nã cordis oculum feſtuca turbat, trabes excæcat. Quod dixi fratres, ſcripturarum debeo teſtimonijs approbare.
Quomodo Ira cordis oculum turbat, audi Pſalm. Pſal. 6.
Turbatus eſt præ ira oculus meus. Quomodo autẽ odium oculum cordis excæcat, Iohannes euange-
liſta teſtatur: Qui, inquit, odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo uadat, quoniam tenebræ obcæcauerunt oculos eius. 1. Ioh. 2.
Secundum hoc ergo per ſubitaneam iracundiã cordis oculus turbatur, per odium lumen charitatis extinguitur. Ergo fratres chariſſimi capitula uobis quædam & indicula, qualiter hęc intelligere & accipere debeatis, inſinuo. nam uos deo propicio, melius hæc capere & obſeruare poteſtis. Vt hæc quæ dixi, tenacius ueſtris cordibus inferantur, breuiter repeto quod ſuggeſſi. In his enim rebus, ſicut iam ſupra dixi, periculoſe alios iudicamus de his, quę dubium eſt utrum bono uel malo animo fiant, id eſt, ieiunare, uigilare, eleemoſynas facere, à uino & à carnibus uel abſtinere, uel non abſtinere, & reliqua his ſimilia, quæ & pro deo, & pro humana gloria fieri poſſunt. Et quia ignoramus quo animo fiant, iudicare penitus non debemus: Propterea hæc dicit dominus: ¶*Nolite iudicare, ut non iudicemini.* Propter apertam uero iniquitatem dictum eſt? Argue obſecra, increpa cum omnipa- 1. Tit. 4.
tientia & doctrina. Et illud quod ſupra memorauimus: Iuſtum iudicium iudicare. Hæc enim fra- Ioh. 7.
tres chariſſimi ſi diligenter, ſicut credimus, conſiderare, & cum grandi ſolicitudine deo auxiliante obſeruare uolumus, de non paruo peccato cum dei adiutorio liberamur. Maxima enim pars generis humani indiſcreto iudicio ad reprehẽdendũ prompta & parata probatur, cũ tamen ſe non ita uelit ab alijs iudicari, quomodo uult alios iudicare. Pro-
re hac ſcriptura diuina admonens, dicit: Priuſquã Eccl. 11.

Interroges, ne uituperes quenquam: & cum interrogaueris, corripe iuſte. Omnis homo prius uult ſe interrogari, & poſtea ſi reus eſt, patienter tolerat reprehendi. Et quia hoc nobis omnes uolumus ab aliis fieri, iuſtum eſt, ut hoc in aliis ſtudeamus implere Prius cum patientia interrogemus, & ſoliciti ſimus: & cum aliquid certius agnouerimus, tunc aut ſi mala ſunt reprehendere, aut ſi bona, defendere ualeamus, propter illud quod ſcriptū eſt:
Mat.7. Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis ſimiliter, hæc eſt enim lex & prophetæ. Et quia, ſicut ipſi uidetis, plures ex noſtris de eccleſia nunc abſentes eſſe uidentur, & illis qualemcunq; admonitionem in aliam baſilicam referemus: forſan inſpirabit & illis deus, ut uel ibi pro animæ ſuæ ſalute conueniant.

DE EADEM DOMINICA Lucæ VI.

¶In illo tēpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Et reliq. Homilia. Herici.

Dominus deus ea lege hominem inter omnia condidit, tantaq; dignitatis præcellentia donauit, ut ſi in ſuæ creationis uoluiſſet beato perſeuerare principio, per ſe quæ agenda eſſent, ſciret, & ad ea implenda ſine ulla contrarii ferretur repugnantia. At poſtquam diaboli ſuaſionibus obtemperauit, tanto ſubito mutabilitatem in ſeipſo perſenſit, ut non ſolum mortalis ex immortali fieret, uerum ipſam quoq; liberi arbitrii facultatem ita uitiatam deterioratamq; experiretur, ut nil iam per ſe boni intelligere, nedum opere implere ſine auxilii diuini ualeat miſeratione. Quia ergo impoſſibile erat, prolapſum genus humanū per ſe ad agenda quę ſalutis expoſcit ratio, ſurgere, dignatus eſt dominus ſub habitu hominis apparens, per ſemetipſum apoſtolos quos ex omni humani generis maſſa elegerat, erudire, & quo pacto ad filietatē dei reparari poſſemus, oſtendere. Dixerat enim ſuperius: Inimicos ueſtros diligite, ut ſitis filii patris ueſtri qui in cœlis eſt. Manifeſte intimans ſola
Mat.5. dilectione diuinæ paternitatis gratiam poſſe promereri. Et poſt pauca: ¶*Eſtote, inquit, miſericordes.* In hac lectione ſancti euangelii, non ſolum miſericordes eſſe docemur, ſed etiam quomodo ſimus miſericordes, inſinuatur nobis, cum dicitur: ¶*Sicut & pater ueſter cœleſtis miſericors eſt.* Pater noſter omnipotens deus duobus modis dicitur: uel quia cum eſſemus, nos creauit, uel quia cum perditi eſſemus, miſericorditer nos recreauit. Miſericors igitur deus pater noſter eſt, uel larga ſua miſericordia ingratis & malis temporalia bona tribuendo, ſuper iuſtos & iniuſtos pluendo, ſuper bonos & malos ſolem ſuum oriri faciendo, qua etiam iumenta paſcit, eos in præſentibus temporalibus ad uotum ſucceſſibus nihilominus prouehi permittendo, uel etiam ſpiritualium bonorum munera ſpeciali gratia ſuis electis conferendo, quos ita præſentibus uti concedit, ut eos perpetuis bonis quādoq; frui faciat. Iſta magna dei miſericordia nobis imitanda proponitur, ſi filii dei eſſe deſideramus. Miſericors aūt à miſero corde dicitur: quod noſtrę fragilitati proprię coaptatur, qui miſeriis ſubiacentes, ex nobis ipſis diſcimus, qualiter aliis miſereri debeamus. Miſeria autem non modo in deum cadere nō poteſt, qui ſuæ naturæ beatitudine ſempiterna fœlix fœliciterq; permanet ſempiternus, uerū nec in hominē iuſtū quidē cadit, cū miſeretur alterius. Quis enim non contēdit ab omni miſeria liberum eſſe debere ſapientē cum ſubuenit inopi, cū cibum præſtat eſurienti, potumq; ſitienti, cum ueſtit nudum, cum recipit tecto peregrinum, cum deniq; humanitatem ſuam uſq; ad ſepulturā porrigit mortuorū? Nam etſi id faciat mente tranquilla, nullis aculeis doloris inſtinctus, ſed officio bonitatis adductus, miſericors tamen dicēdus eſt, eo quod aliis cōdoleſcendo miſerum cor habere uideatur. Huic enim nihil obeſt nomen, cui prodeſt diuinorū impletio mandatorū. Miſericors igitur dicitur omnipotēs deus, tranſlato ab homine uocabulo, qui utiq; ſupra omnem creaturam ſuam miſericors eſt, quā clementi protectione diſponit & ordinat, ne ad nihilū redeat, ſed potius æterna ſtabilitate ſubſiſtat. Aliter eum ergo deus miſericors dicitur, nequaquā per hoc ſubſtantiæ eius proprietas demonſtratur, ſed potius noſtro intellectui conſulitur. Et quia de eo ſicut eſt, nihil cogitare poſſumus, agitur ut ad eius cognitionē per id quod in nobis agitur, condeſcendamus. Miſericors enim deus dicitur, quia humanū genus quod potentialiter condidit, miſericorditer gubernat & regit. Quod enim ſalute corporū fruimur, quod fructuū ubertate gaudemus, & læto aęre paſcimur, quod ipſius ſolis calore fouemur, totū miſericordiſſimi dei beneficio agi nō dubitatur. Scire autē debemus, quod aduerbiū ſicut, nō ſemper pro æqualitate ponitur, ſed nonnunquam etiā pro ſimilitudine. Patet enim nos nulla ratione tantā habere miſericordiā, q̄ magnā deus habere probatur: ſed deus, ſicut immēſus eſt, immēſam etiā miſericordiā exhibet. Nos quoq; ab eius potentia ualde diſſimiles, utpote qui puri homines ſumus, inquantū intellectus & poſſibilitas ſuppeditat, miſericordes eſſe curemus, diligendo & beneficia cumulādo, non ſolū gratis & amicis, ſed etiā ingratis & inimicis. Quiſquis etiā bona temporalia uel ſpiritualia aliis pro amore diuino largitur, quiſquis in ſe peccantibus indulgentiam miſericorditer tribuit, ſicut à domino ipſe ueniam impetrare deſiderat, hic proculdubio imitator dei efficitur. *Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.* Quæri poteſt, cū per Pſalm. dicat:
Recte iudicate filii hominū, cur hic idem prohi- Pſal.57.
beat fieri, dicens: nolite iudicare? Hoc dicēdo, non tollit nobis intelligentiā iudicādi, ſed illud admonet, ne damnemus aliquē cuius uel cogitatio nobis cognita non eſt, uel neſcimus qualis poſtea futurus ſit. Nullatenus enim eccleſiaſticis præiudicare putandū eſt iudiciis, quibus negligentiū culpas puniri mos eſt, ſed neceſſariū diſcretionis moderamen intimatur Hæc enim ſentētia ideo nobis principaliter imperatur, ut ea facta de quibus dubitare poſſumus quo animo fiant, quia ſunt quędā media quę à bono & malo animo poſſunt agi, in meliorē ſemper partē interpretemur: Sicut (uerbi gratia) ſunt diuerſorū ciborū perceptiones, & exquiſitę potionū uarietates, & cæteræ neceſſariæ corporū curationes, de quibus ab Apoſtolo iudicare prohibe-
mur: Qui mãducat, inquit, nō manducantē nō ſper- Ro.14.
nat: & qui non manducat, manducantē nō iudicet, eo quod poſſent humani cibi quilibet ſimplici animo ſine uitio concupiſcentię ſumi. Horum ergo & ſimiliū operū quæ indifferenter geri poſſunt, tempus

pus quo iudicentur adueniet, cum, ſicus Apoſtolus
docet, illuminabit dominus abſcondita tenebrarũ,
1. Co. 4. & manifeſtabit conſilia cordium. At uero de illis
iudicare permittimur, de quibus dubium non eſt
quin praua intentione gerantur, qualia ſunt quæ
Gal. 5. Apoſtolus opera carnis nominat, inquiens: Homi-
cidia, ebrietates, fornicationes, & cętera talia, quę
autores ſuos & à regno dei excludunt, & æternæ
morti obnoxios faciunt, niſi digna pœnitudine dũ
uiuitur, expleantur. De quibus ipſe dominus alibi
Mat. 7. dicit: A fructibus eorũ cognoſcetis eos. Dũ uero
quædam præcipua ſunt, in quibus temerarium iu-
dicium debemus refugere, cum uidelicet incertum
habetur, ut dictũ eſt, quo animo quid factũ ſit, ubi
etiam cum incertũ eſt qualis futurus ſit cras, qui
hodie uel bonus uel malus apparet. Verbi gratia:
Si quis de infirmitate ſtomachi cõqueſtus, ante ho-
ram comedere uoluerit, & tu id nõ infirmitati, ſed
edacitati deputaueris, temere iudicaſti: de hoc nõ
oportet nos iudicare, illo uidelicet iudicio damna-
tionis, ut de eius ſalute deſperemus. Rurſum ſi a-
pertam ebrietatem edacitatemq́ꝫ cognoueris, &
ita reprehenderis, ut de correctione illius deſpe-
res, qui huiuſmodi uitio ſubiacet, nihilominis te-
mere iudicaſti. Non ergo reprehendamus ea quæ
occulta ſunt, neqꝫ ita reprehendamus quæ manife-
ſta ſunt, ut quenquã de emendatione deſperemus,
& tunc uitabimus iudicium de quo dicitur: *Nolite
iudicare, & non iudicabimini: dimittite, & dimittemini:
date, & dabitur uobis.* Hac ſententia omnia quæ de
conuerſando cum inimicis per campos ſcriptura-
rum ſanctorarũ latiſſime continentur, eximia bre-
uitate cõplexa ſunt. Præcipit ut dimittamus pec-
cantibus in nos, ut noſtra à deo nobis dimittantur
peccata. Itẽ præcipit ut demus beneficia, ut nobis
quoqꝫ à deo detur uita æterna. Dicendo ergo, di-
mittite, & dimittemini: & mox addendo, date, &
dabitur uobis, oſtendit, quia non ſufficit tantum di-
mittere his qui in nos peccant, niſi etiam eis quæ
poſſumus beneficia impendamus. Quiſquis enim
bona temporalia uel ſpiritualia ains amore diui-
no largitur, quiſquis in ſe peccantibus indulgẽtiã
tribuit, ſicut ipſe à domino ueniam impetrare de-
ſiderat, hic proculdubio imitator dei efficitur. *Mẽ-
ſuram bonam & coafertam & coagitatam & ſuperefflu-
entem dabunt in ſinum ueſtrum* Quia enim nos domi-
nus ad pietatis officium prouocat, futuræ etiam re-
tributionis modũ inſinuat, quatenus tanto magis
largitati inſeruiamus, quãto de pleniſſima remune-
ratione ſecuri exiſtimus. Ait enim: Menſuram bo-
nam. i. iuſtam & æquam, & confertam. i. plenam,
& coagitatã. i. cõmotam, uel hinc inde. i. undiqꝫ
concuſſam, & ſupereffluentem. i. ſuperabundãtem
dabunt in ſinum ueſtrum. Qui ſunt iſti qui dabunt
menſuram bonam, niſi pauperes quibus beneficia
Luc. 16. dederimus? Tale eſt & illud quod ueritas alibi di-
cis de pauperibus: Facite nobis amicos de mãmo-
na iniquitatis &c. Non enim pauperes ipſi merce-
dem reddent his qui eleemoſynã illis largiuntur,
ſed Chriſtus, pro cuius dilectione hoc faciũs. Quĩ
tamen in ſinũ dare dicuntur, quia ut ipſam merce-
dem largitores eleemoſynarum à domino prome-
reri potuiſſent, pauperes ipſi occaſionem dederũt,
cũ aut miſerabiliter egẽtes, aut in petẽdo importu-
ni exiſtentes, fortiorũ ſunt beneficio ſuſtentati, &
nonnulli etiam eorũ ad fidẽ Chriſti per dulcia be-
neficia prouocati. Vel certe ut de inimicis aliquid
dicamus, multi malorũ cõtra bonos ſæuientes, eo-
rum patientia uel beneuolentia ad rectitudinem
charitatis ſunt reuocati. Notandum quod in ſinum
nobis dare dicitur, ea enim quæ in ſinu habemus
ſecuri utiqꝫ poſſidemus. Pulchre ergo hęc remune-
ratio in ſinum dari dicitur, ut cum quanta ſecuri-
tate poſſidenda, quantaqꝫ charitate retinenda ſit,
oſtendatur. *Eadem quippe menſura qua menſi fueritis,
remetietur uobis.* Menſuræ nomine, ipſam iudicij re-
gulam ſignificatam accipimus. Quod alius euange- Mat. 7.
liſta apertius ponit, dicens: In quo enim iudicio iu-
dicaueritis, iudicabimini. Sed nũquid ſi nos temere
iudicauerimus, temere etiam deus iudicabit q iu-
ſtus iudex eſt? Aut ſi iniqua mẽſura mẽſi fuerimus,
nunquid & apud deũ iniqua menſura eſt, unde no-
bis remetietur? Sed hoc ideo dictũ eſt, quia teme-
ritas qua noces alij, ipſa tibi noceat neceſſe eſt: &
iuſtitia qua aliũ iuuas, reſtat etiam ut ipſa te adiu-
uet. Poteſt etiã hoc & de largienda eleemoſyna
ſimpliciter accipi. Vnde & egregius prædicator
ſuis auditoribus dicit: Qui parce ſeminat, parce & 2. Cor. 9
metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de bene-
dictionibus & metet. Quãto enim quiſqꝫ in hac ui-
ta erga pauperes Chriſti magis miſericors fuerit,
tanto potiorem in futuro à domino recipiet mer-
cedem Hoc autem quid de eleemoſyna impenden-
denda dicimus, generaliter de omnibus quæ cogi-
tamus, loquimur ſeu opere perficimus, ſciendum
eſt, quia unicuiqꝫ ſecundum ſua reſtituendum eſt
opera. ¶ *Dicebat autem illis & ſimilitudinem: Nun-
quid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in fouea
m cadunt?* Huius uerſiculi ſenſus hæret ſenſui ſupe-
rioris ſentẽtiæ, ubi præcipitur eleemoſynã tribui,
& peccantibus offenſam remitti. Ac ſi dicat: Si te
contra inimicũ ira cõcitauerit, aut cõtra illũ q à
te eleemoſynã petit, auaritia obduxerit, nunquid
eius uitium exhortando curare poteris, pręſertim
cũ & tua mens eodẽ uitio teneatur obſtricta? Aut
nunquid putat illũ ſolũ qui tibi iniuriã fecit, reum
deputandũ, & nõ etiã te, qui iniuriam portare pa-
tienter neſcis, cõdemnandũ? E contra uero, ſi illius
improbitas inuenerit mentẽ tuam mitem & tran-
quillam, & ille ad pœnitentiã mouebitur, & tu pa-
tientiæ munere donaberis. ¶ *Non eſt diſcipulus ſuper
magiſtrum.* Perfectus autẽ omnis erit, ſi ſit ſicut ma-
giſter eius. Magiſter cœleſtis, & omniũ dñs pie ui-
uentiũ Chriſtus eſt: à quo & in quo totius uirtutis
& religionis eſt diſciplina, diſcipuli eius oẽs ſunt
quos Chriſtianitatis exornat titulus, iuxta quod
ab eo alibi audiunt: Magiſter ueſter unus eſt Chri- Mat. 23.
ſtus Hic ergo tantus, tantæqꝫ ſingularitatis magi-
ſter homo factus eſt, cũ eſſet deus iniurias paſſus,
& læſionis uicem nõ retribuit, qui utpote deus nu-
tu ſolius uolũtatis obtrectatores ſuos punire ualu-
it. Poſtremo ipſam ſubire mortẽ indignum nõ ha-
buit, qui uitæ æternæ autor extitit. Si ergo ille q
deus erat, illatas ſibi iniurias patiẽter tulit, quare
nos eius diſcipuli, q puri homines ſumus, quique
multa rimari, parua implere poſſumus, cõtumelias
perferre dedignemur? Si enim uere eius diſcipulĩ
eſſe uolumus, neceſſe eſt ut perfectionis quã ab eo
diſcimus, normam tenere ſtudeamus. Quaſi enim
diſcipulus ſuper magiſtrũ erigitur, cũ Chriſtianus
quis iniurias audire dedignatur, ſeque ſuis uiribus
ulciſci conatur. ¶ *Quid autem uides feſtucam in oculo
fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt non conſi-
deras?* Et iſtud ad ſuperiora referendum eſt, ubi cæ-
cum à cęco duci, hoc eſt, peccantẽ ab eo qui graui-
oribus reus eſt criminibus, corrigi minime poſſe

dicitur. Multi igit̃ cū ſint ſuperbi, fures, raptores, odium in corde tenentes, ſi alios uel ad modicū uiderint ira irrūpēte, quaſi feſtuca irruēte turbatos, & á ſolita mētis trāquillitate mutatos, aut in quaslibet offenſa uel leui detētos, acriter eos dijudicāt, ſua crimina aut leuia aut nulla, illorū autem grauia eſſe cenſentes. Et cum dñi præceptū habeant, iudicare & condēnare prohibētis, ipſi immemores magis uolunt iudicare, & condēnare, quā emēdare & corrigere. Vnde adhuc infertur: *Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater ſine eijciam feſtu.ā de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non uides?* Oculus hoc in loco, intentio cordis, & mentis perſpicacitas appellatur. Feſtuca uero eſt ira repentino animi impulſu excitata. Trabes autē intelligitur odiū, hoc eſt, ira longa meditatione cordis, quaſi aſſiduis arbor pluuijs enutrita, Quātumq; diſtat inter trabis magnitudinem, & feſtucæ gracilitatem, quaſi tantum intereſt inter irā & odium, odiū enim eſt ira inueterata, ira autē ſubita animi perturbatio, quę nonnunquā etiā utilis eſſe probatur. Poteſt nanq; fieri, ut ſi iraſcimur homini, uelimus eū corrigi: nunquam autē fieri poteſt, ut eum quē odimus, corrigi aut meliorari cupiamus. Pro qua cauſa Dominus impoſſibile teſtatur eſſe, ut de oculo fratris ſui feſtucam auferat, qui in ſuo oculo trabem portat. Et quidem nō iraſci impoſſibile eſt, quia iraſcibilis eſt homo naturę. Vnde & iraſci permittimur indulgētia apoſtolica, ut ipſa ira breui coarctata compen-

Ephe. 4 dio, modū non excedat. Cum enim dixiſſet, Iraſcimini, continuo addidit, & nolite peccare. Nihil uero inter odium & homicidiū diſtat, Iohanne atteſ-

1. Joh. 3. ſtante: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Non ergo poteſt, ſicut præmiſſum eſt, feſtucam educere e fratris oculo, qui ſuo in oculo trabē geſtat: quia nemo aliquem ab ira poteſt corrigere, qui odium celat in mente. Proinde merito talis acri inuectione arguitur, cum dicitur: ¶ *Hypocrita, eijce primum trabem de o.ulo tuo*. Hypocrita græcus ſermo eſt, ex integro & corrupto compoſitus. Hypo ſiquidē falſum, criſis iudicium grece dicitur. Hypocrita ergo ſimulator dici poteſt, qui ſpecietenus iuſtitiæ ſibi nomen uſurpat. Tractum eſt autem hoc nomē à picturis, quæ diuerſorum ſucis expreſſæ colorū, ſimilitudinem uerorum tantum corporum repræſentant. Hypocrita etiam dici poteſt ſubauratus. Hypo nanq; græce, latine dicitur ſub, chryſos aurum. Et hypocrita uocatur non ſolū qui aliud corde gerit, & aliud opere agit, uerum & ille qui cum ſit malus, quærit reprehendere bonos. Et nonnunquam tales cum ipſi malitię atq; odij pleni ſint, eorum quos per odium corripiunt, conſultores uideri uolunt. Quos tanto prudentius cauere, atq; obſeruare debemus, quanto facilius ſuperducta ſanctitatis ſpecie falli poſſumus. Dicit ergo dominus: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies ut educas feſtucā de oculo fratris tui. Quod eſt dicere: Primo repelle à te odiū, quod grauius eſt, & deinceps poteris ſecurius eum quē diligis, emendare de leuibus. Inter hæc uero ſciendum eſt nobis, & uigilantiſſime attendendum, ut cuius aliquando rei utilitas quempiam popoſcerit corrigendum, primo cogitemus utrum illud peccatum ex quo fratrem arguimus, aliquando habuerimus nec ne, ſeu adhuc eodē impliciti teneamur. Et ſiquidē inuenerimus nos minime habuiſſe, agamus deo gratias, cuius illud dono uitare potuimus cognoſcamus nos tamen homines eſſe, & habere potuiſſe. Si uero perpenderimus nos tale aliquid commiſiſſe, & iam per donum dei caremus, tangat mentem communis infirmitas, & quales erga nos adhuc ſimiles eſſemus, alios eſſe uoluimus, tales quoq; erga fratrē eſſe ſtudeamus, eademq; illi qua nobis per alios ſubuentum nouimus pietate conſulamus. Quod ſi adhuc nos in eo quo frater arguitur, errore perſiſtere deprehenderimus, nō reprehendamus neq; obiurgemus, ſed congemiſcamus, & illum non ad optemperandum nobis, ſed ad pariter conandum inuitemus, atq; ad remedium pœnitentię unanimiter cōcurramus. Et hoc ſummo ſtudio prouidendum, ut quolibet modo correctionis rigor procedat, intentio tamen ad ſalutem & emendationem eius qui corrigitur tendat, quatenus ita erga fratrē diſtrictio foris ſæuiat, ne intus charitatis feruor tabeſcat. Sic enim nobis pro aliorū ſalute certantibus, fit ut ipſi noſtrorum conſequamur ueniam peccatorum. Vnde prudentiſſime doctores ſancti inter modos quibus peccata laxan-

tur, hoc quoque poſuerunt, beato id autorante Ia- Iaco. 5.

cobo, qui dicit: Quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Tu autem.

DE EADEM DOMINICA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

STagnū Genezareth ipſum eſt quod mare Galilææ: unde & Matthęus hæc eadem ſcribens, ait: Ambulans autē Ieſus ſecus mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: (erant enim piſcatores.) & uocauit eos. Matthęus itaq; alijs omnibus, quæ in hoc Euangelio narrantur, prętermiſſis, ſolam uocationem Apoſtolorum ſcribit. Lucas autem non ſolum Apoſtolorum uocationem, ſed alia quæ tunc tēporis Dominus egit, latius narrat. Nemo hic narrationis ordinem quærat, ubi ea quæ poſterius ſcribuntur, tempore priora inueniuntur. ¶ *Et uidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia.* Duæ naues, duo populi ſunt, Iudæorum ſcilicet & Gentilium. Piſcatores autem, utriuſq; populi doctores & rectores intelliguntur. Et in altera quidem pontifices & ſacerdotes, in altera uero philoſophi & poetæ piſcari ſolebant. Retia autem lauare eſt, ſuæ prędicationis ſententias exponere & dilucidare. *Aſcendēs autem in unam nauim quæ erat Symonis, rogauit eum a terra reducere puſillum, & ſedens docebat de nauicula turbas.* In nauiculā Simonis Dominus aſcendit, quia ſynagogam & Iudæorum populum prædicare uenit. Vnde ipſe ait: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. De hac enim Simonis nauicula Apoſtolus dicit: Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes. Simonis igitur nauicula, Synagoga eſt, in qua Dominus reſidens turbas docebat, quia ibi Euangelium prædicauit, ubi omnes gentes docentur, & ad fidem uocantur. *Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem, duc in altum, & laxate retia ueſtra in capturam.* Tunc enim Dominus loqui ceſſauit, quando poſt paſſionem ſuam à prædicatione quieuit. Et tunc quidem præcipit Symoni, alijſque apoſtolis omnibus, ut nauiculā in altum ducerēt, & retia in capturam laxarent, dicens eis: Ite in uniuerſum mundum, prędicate euangeliū omni creaturæ. Itemq;, Ite, docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris

&

& filij & ſpiritus ſancti. Mare igitur eſt mundus. Vnde Pſalmiſta: Hoc mare magnum & ſpatioſum, illic reptilia quorum non eſt numerus. De cuius etiam altitudine & profundo ſic ait: Deus noſter refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis: propterea non timebimus dum conturbabitur terra, & transferentur mõtes in cor maris. Retia uero Euangelia ſunt, quorum ſententijs fideles animę capiuntur & illaqueantur. Multa enim retia, multoſq́ piſcatores habet Eccleſia. *Et reſpondens Symon dixit illi: Præceptor, per totã noctem laborantes nihil cœpimus.* Sic enim & ſynagoga, quamuis multum laboraſſet, retia miſiſſet, ſcripturas expoſuiſſet, legẽ & prophetas prędicaſſet, tamẽ quia hoc in nocte, id eſt, in tenebris ignorantiæ faciebat, ſiquidem quid diceret non intelligebat, ualde paucos ex Gentili populo capere & ad ſe conuertere potuit. *In uerbo autẽ tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam.* Hoc eſt enim quod per Pſal. dicitur: Annunciaui & loquutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerũ. Itemq́, Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum: dinumerabo eos, & ſuper arenã multiplicabuntur. *Rumpebatur autẽ rete eorum: & annuerunt ſocijs qui erant in alia naui, ut uenirẽt & adiuuarent eos. Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut mergerentur.* Tunc enim Eccleſia & Apoſtolorũ rete rũpitur, quando Iudæi, hæretici, & infideles uiolentis argumentationibus Euãgelicę prędicationi contradicunt. Vnde Apoſtolus: Oſtium mihi magnum apertũ eſt & euidens, & aduerſarij multi. Veniunt igitur his in adiutoriũ ſocij de alia naui, quia ex alijs omnibus Eccleſijs epiſcopi & ſacerdotes undiq́ in unũ conueniunt, ueritatem aperiunt, hęreticos damnãt, & eos quos illi fraudulenter deceperant, ad fidẽ & eccleſiã reuocant. *Quod quũ uideret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicẽs: Exi a me, quia homo peccator ſum Domine. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium quam ceperant. Similiter autem Iacobũ & Ioannem filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis.* Apoſtolus enim dicit, quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut perdat ſapientia: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret. Itemque, Quia non agnouit mundus per ſapientiã deũ, placuit Deo per ſtultos prędicatores ſaluos facere credẽtes. Quis igitur non obſtupeſcat? quis nõ miretur per tales prędicatores mundum conuerſum, philoſophos ſuperatos, mundi ſapientiã deſtructã, & intra fidei retia atq́ in Eccleſiæ nauiculã, tantã piſcium multitudinem eſſe collectam, præſertim quum prædicarent Chriſtum crucifixum, Iudæis quidẽ ſcandalũ, Gentibus autem ſtultitiam? Sed quid ſignificat quod Symon Petrus ait: *Exi a me Domine, quia homo peccator ſum,* niſi hoc quod in Canticis Canticorum Eccleſia dicit, Fuge dilecte mi, fuge, aſſimilare capreæ hinnuloque ceruorũ ſuper montes aromatum? Vnde & ipſe Iudæis Dominus loquitur, dicens: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Diximus enim nauiculã Simonis ſynagogã ſignificare. Hanc igitur Dominũ relinquere Petrus ſignificabat, quando ut a ſe exiret, eum rogabat. *Et ait ad Symonẽ Ieſus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens.* Ne timeas, inquit, ne obſtupeſcas, ſed potius gaude & crede, quia maiori piſcationi prædeſtinatus es. Vſque modo piſces cepiſti, a modo homines eris capiens, alia nauis & alia retia dabuntur tibi. *Et ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus ſequuti ſunt eum.* Factum eſt autem in Sabbato ſecundo primo, cum tranſiret per ſata, uellebant diſcipuli eius ſpicas, & manducabant, confricantes manibus. Quia alia omnia in Matthæo expoſita ſunt, hoc ſolũ reſtat, ut quid ſignificet in Sabbato ſecundo primo, dicamus. Tria enim prima. i. principalia & maxima Sabbata habebãt Iudæi. quia tres in anno feſtiuitates primas & maximas celebrabant. Primum enim principale Sabbatum in Martio erat, id eſt, Paſcha. Secundũ uero quãdo ſpicarum manipulos offerebant. Tertium autem in menſe ſeptimo colebatur. Secundũ igitur primum, id eſt, principale & maximum Sabbatum, illud erat, in quo ſpicarũ manipulos offerebant. Et de his quidem in Leuitico ſatis diximus.

DOMINICA VI. POST Pentecoſten. Lucæ. V.

¶In illo tempore: Cum turbæ irruerent ad Ieſum, ut audirent uerbum dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezaret. Et reliq.

Homilia beati Ambroſij Epiſcopi.

VBI Dominus multis impartiuit uaria genera ſanitatũ, nec tempore nec loco cœpit á ſtudio ſanandi turba cohiberi, ueſper incubuit, ſequebantur, ſtagnum occurrit, urgebãt. Et ideo aſcendit in Petri nauim. Hæc eſt illa nauis quæ adhuc ſecundũ Matthæum fluctuabat, ſecundũ Lucã repletur piſcibus, ut & principia eccleſiæ fluctuantis, & poſteriora exuberantis agnoſcas. Piſces enim ſunt qui hanc enauigant uitã. Ibi adhuc diſcipulis Chriſtus dormit, hic pręcipit. Dormit enim tepidis, perfectis uigilat. Sed quemadmodũ dormiat Chriſtus, audi dicentẽ in propheta: Ego dormio, & cor meũ uigilat. Can. 5. Et ſanctus Matthæus recte non prętermittendũ putauit æternę indiciũ poteſtatis, ubi imperat uentis. Nõ eſt enim humana doctrina, ſicut audiſti Iudæos dicere: Verbo imperat ſpiritibus, ſed cœleſtis maieſtatis inſigne. Quod turbatũ ſedatur mare, & diuinę uocis imperio obſequuntur elemẽta, atq́ inſenſibilia ſenſum accipiunt obſequendi, diuinæ myſteriũ gratię reuelatur. Quod fluctus miteſcunt ſeculi, uerbo immundus ſpiritus conquieſcit, nõ alterũ altero refellitur, ſed utrunq́ celebratur. Habes miraculum in elementis, habes documentũ in myſterijs. Ergo quia ſanctus Matthęus illã prędibauerat, ſanctus Lucas eam ſibi nauim in qua Petrus piſcaretur, elegit. Non turbatur iſta quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudã habet: etſi multa illic diſcipulorũ merita nauigabãt, tamẽ adhuc eam perfidia proditoris agitabat. In utraq́ Petrus. Sed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidũ, caueamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur hæc nauis in qua prudentia nauigauit. Abeſt perfidia, fides ſpirat. Quemadmodũ enim turbari poterat, cui præerat is in quo eccleſiæ firmamentũ eſt? Illic ergo turbatio, ubi modica fides: hic ſecuritas, ubi perfecta dilectio. Denique etſi alijs imperatur ut laxent retia ſua, ſoli tamen Petro dicitur: ¶ Duc in altum, id eſt, in profundũ diſputationũ. Quid enim tam altũ, quã altitudinẽ diuitiarũ uidere, ſcire dei filiũ, & profeſſionẽ diuinæ generationis aſſumere? Quã licet mẽs nõ queat humana plene rationis inueſti-

ueſtigatione cōpręhendere, fidei tamen plenitudo
cōplectitur. Nā etſi non licet ſcire quēadmodū na
tus ſit, nō licet tamē neſcire quod natus ſit. Seriem
generationis ignoro, ſed autoritatē generationis
agnoſco Non interfuimus cū ex patre filius dei na
ſceretur, ſed interfuimus cū a patre filius dei dice-
retur. Si deo non credimus, cui credemus? Omnia
quæ credimus, uel uiſu credimus, uel auditu. Viſus
ſæpe fallitur, auditus in fide eſt. An aſſerētis perſo
na diſcutitur? Si uiri boni dicerent, nefas putare-
mus nō credere. Deus aſſerit, probat filius, refugiēs
ſol fatetur, tremēs terra teſtatur. In hoc altū diſpu
tationis eccleſia à Petro ducitur, ut uideat hinc re
ſurgentē filiū dei, inde ſpiritūſanctum profluentē.
Quę ſunt autē Apoſtolorū quę laxare iubentur re-
tia, niſi uerborū complexiones, & quaſi quidā ora
tionis ſinus, & diſputationū receſſus, qui eos quos
ceperint non amittant? Et bene apoſtolica inſtru-
menta piſcandi retia ſunt, quæ nō captos perimūt,
ſed reſeruant, & de profundo ad lumen extrahunt
fluctuantes de infernis ad ſuperna tranſducūt. Eſt
& aliud apoſtolicū piſcandi genus, quo genere ſo-
Mat. 17. lum Petrū piſcari dominus iubet, dicens: Mitte ha
mum, & eū piſcē qui primus aſcenderit, tolle. Ma-
gnū quidē eſt & ſpirituale documentū, quo Chri-
ſtiani uiri ſublimioribus poteſtatibus docentur de
bere eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutionē regis ter-
reni putet eſſe ſoluēdam. Si enim cenſum filius dei
ſoluit, quis tu tātus es qui non putes eſſe ſoluendū?
Et ille cēſum ſoluit qui nihil poſſidebat, tu autem
qui ſeculi ſequeris lucrū, cur ſeculi obſequiū nō re-
cognoſcas? Cur te ſupra ſeculū quadā animi arro-
gantia feras, quū ſeculo ſis miſera cupiditate ſubie
ctus? Penditur igitur didrachma, quod erat pręciū
noſtræ redemptionis & corporis in lege promiſ-
ſum, in euangelio perſolutū, non ocioſe in ore piſ-
cis inuentū. Ex ore enim tuo iuſtificaberis. Etenim
precium immortalitatis eſt nobis noſtra cōfeſſio,
Ro. 10. quia ſicut ſcriptum eſt: Ore cōfeſſio fit ad ſalutem.
Et fortaſſe primus hic piſcis, primus eſt martyr, in
ore habens didrachma, hoc eſt precium cenſus, di
drachma noſtrum Chriſtus eſt. Habebat ergo pri-
mus ille m. rtyr. Stephanus ſcilicet, in ore theſau
rum, cū Chriſto in paſſione loqueretur. Sed reuer-
tamur ad propoſitū locū, & diſcamus apoſtolicam
humilitatē *Præceptor, inquit, per totam noctem labo-
rantes nihil cepimus, ſed in uerbo tuo laxabo retia.* Et
ego domine ſcio, quia nox mihi eſt, & quando non
imperas. Nemo adhuc dedit nomen ſuū, adhuc no-
ctem habeo. Miſi iaculū uocis per Epiphaniam, &
adhuc nihil cepi, miſi per dies, expecto ut iubeas,
In uerbo tuo laxabo retia O nō uacua pręſumptio,
o humilitas fructuoſa, qui nihil ante ceperant, ma-
gnam in uerbo dei cōcludunt piſciū multitudinē.
Non hoc humanæ facūdiæ opus, ſed ſupernę uoca-
tionis eſt munus. Cedūt diſputationes hominū, fi-
de plebs ſua credit. Rumpuntur retia, nec labitur
piſcis. Vocātur ad adiumentū ſocij qui erāt in alia
naui. Quæ eſt illa alia nauis, niſi forte Iudæa? Ex
qua Iohānes & Iacobus eliguntur. Facta eſt enim
Pſal. 113. Iudæa ſanctificatio eius. Hi igitur de ſynagoga ad
nauim Petri, hoc eſt, ad eccleſiā cōuenerunt, ut im
plerent ambas nauiculas. Omnes enim in nomine
Ieſu genu flectent, ſiue Iudæus, ſiue Græcus, & o-
mnia, & in omnibus Chriſtus. Sed mihi cumulus
iſte ſuſpectus eſt, ne plenitudine ſui naues pene
mergātur. Oportet enim & hęreſes eſſe, ut probē-
tur boni. Poſſumus tamen & aliam eccleſiam intel
ligere nauim alterius: Ab una enim plures eccleſię
deriuantur. Ecce alia ſolicitudo Petri, cui ſua iam
præda ſuſpecta eſt. Sed nouit perfectius, quemad-
modum ſeruare poſſit reconditos, qui ſcit quem-
admodum poſſit capere diſperſos, quos in uerbo
capit. Verbo credidit, negat ſuam prædam, negat
ſuum munus. ¶ *Exi, inquit, a me domine, quia homo pec
cator ſum.* Admirabatur enim dona diuina, & quo
plus meruerat, hoc præſumebat minus. Dic & tu,
exi a me domine, quia homo peccator ſum, ut re-
ſpondeat tibi dominus: Noli timere indulgenti do
mino peccatum fateri, noli etiam timere quæ tua
ſunt domino deferre, quia quæ ſua ſunt, nobis ille
conceſſit, neſcit inuidere, neſcit eripere, neſcit au-
ferre. Vides quā bonus dominus, qui tantū tribuit
hominibus, ut uiuificandi habeant poteſtatem.

DE EADEM DOMINICA HOMI lia D. Euſebij Emiſſeni.

SCribarum enim & phariſæorum iuſtitia fuit, ut
bene pręedicarent, & bene populū admonerent,
non tamen ea faciebant quæ pręedicabant & ad-
monebant. Vnde alibi Dominus ait: Super cathe-
drā Moyſi ſederūt ſcribæ & phariſæi: omnia ergo
quæ dixerint uobis facite, ſecundum opera eorum
nolite facere Quare hoc? Dicunt enim, & non fa-
ciunt. Erat igitur eorū iuſtitia dicere & nō facere,
legē ſoluere & non adimplere. Hęc autē ad cœlo-
rum regnum properantibus nō ſufficiunt. *Audiſtis
quia dictum eſt antiquis: Non occides: qui autē occiderit,
reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia omnis qui
iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit
fratri ſuo Raca, reus erit cōſilio: qui autē dixerit Fatue,
reus erit gehennæ ignis.* Non, inquit, nobis ſufficiunt
ad iuſtitiam ea quę ſcribæ & phariſæi ſibi ſufficere
non bene cogitabāt. Maiora nouis quam antiquis
præcepta dantur: illis dicitur ne occidant, iſtis di
citur ne iraſcantur: illi ab homicidio, iſti ab ira &
odio coërcentur. Sed quid eſt quod Dominus ait:
Qui autē occiderit, reus erit iudicio? Nō enim om
nis qui occidit, reus mortis in iudicio iudicatur:
neq; uero lex omnes damnat qui occidūt, quoniam
& ipſa multos occidere iubet. Determinandus eſt
igitur locus iſte, ſicut & cætera quę breuiter dicta
minus aliquid habere uidētur. Dicit enim lex Qui-
cunque ſponte uel per odium & inſidias hominem
occiderit, ipſe quoq; occidatur. Cæteris uero tres
ciuitates conſtituit, ad quas fugiant ne moriantur.
Quod quid ſignificet, non eſt huius loci expone-
re. Videamus quod ſequitur. *Ego autem dico uobis,
quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.* In
quo iudicio? In hoc enim quod in eccleſia fit, non
tenetur ita. In illo uero diſtricto iudicio, ſi omnis
qui iraſcitur damnabitur, aut nulli aut pauci ſalua-
ri poterunt. Quis enim tam quietæ mentis eſt,
ut aliquando non iraſcatur? Determinandum eſt
igitur & iſtud, ut non de omni ira, ſed de inſtāti &
perſeueranti intelligatur, quæ iam alio nomine o-
dium uocatur. Ira enim inueterata odium dicitur.
Vnde & bene non præterito uel futuro, ſed inſtāti
tēpore utitur, dicens: Omnis qui iraſcitur Et hoc
quidē manifeſtū eſt, quia ſic damnatur ille qui fra-
trē ſuū odit, ſicut & ille q occidit: uterq; enim ho
micida uocatur. Hoc enī Ioannes Apoſtolus dicit
Omnis qui odit fratrē ſuum, homicida eſt: & ſcitis
quod omnis homicida non habet uitam æternam
in ſe manentem. Sic igitur omnis qui iraſcitur fra-
tri ſuo, reus erit iudicio: qui autē dixerit fratri ſuo
Raca

Raca, reus erit concilio. Raca enim mentis affectū cū indignatione & irriſione ſignificat: uelut quum irridendo inſantis ſenciles aliquē inſufflamus. Dicitur q̄d Raca interpretatur uanus. Sed nunquid tā magnum peccatū eſt dicere Raca. i. aliquem quolibet ſono uocis irridere, ut quicunque hoc dixerit, reus in concilio habeatur? Magnum enim peccatū eſt omnis iniuria. Dicatur ergo: Si quis dixerit fratri ſuo Raca, & eum irridēdo qui irriſione dignus nō eſt, ad indignationē & irā ꝓuocauerit, in concilio epiſcoporū reus & culpabilis iudicabitur. Sępe ex parua iniuria magnę lites concitantur: quæ oēs in illius caput redundant, qui principalis cauſa earum extitit: ſecundum illud, Qui effundit aquas, caput eſt iurgiorum. Vnde & in lege præcipitur, Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtātes ſegetes in agris, reddet damnum qui ignem ſuccenderit. Nam & ipſe Dominus ait: Væ illi per quem ſcandalum uenit. Si enim de uerbo ocioſo rationem reddituri ſumus, quanto magis de iniurijs & contumelijs? *Qui aūt dixerit fatue, reus erit gehēnæ ignis.* Quid eſt hoc o Domine? quid eſt hoc o magiſter ueritatis? quid enim ſi hoc dixerit & pœnitētiam egerit? Scimus enim multos ſanctorum non ſolum fatuos, ſed hæreticos alios dicere non timuiſſe, eosq; de hæreſibus accuſatos uictosq; damnaſſe. Nā & Apoſtolus Paulus ſcribens ad Galatas, inſenſatos & ſtultos eos uocauit: quod quidē non minoris iniuriæ eſt, quam ſi fatuos dixiſſet. Ait enim, O inſenſati Galatæ, quis uos faſcinauit nō obedire ueritati? Et paulo poſt, Sic ſtulti facti eſtis, ut quum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummamini. Sic igitur dicamus: Qui ſuperbię ſpiritu inflatus, non corrigendi gratia, ſed inuidioſe & malitioſe fratrē ſuum fatuum dixerit, eumque contra ſe ad indignationem & odiū prouocare non timuerit, tandiu gehennæ ignis reus erit, donec pœnitentia ductus, eū quē iniuſte commouerat, quolibet modo quantum in ſe eſt, ſibi recōciliet. Vt autem ipſum Dominum hoc ſenſiſſe intelligas, audi quod ſeqtur. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.* Ac ſi dicat, fratrē tuum fatuum uocaſti, iratus eſt tibi, iuſtam cauſam habet aduerſum te, eius indignatio tuum peccatū eſt: non te recipio, uade prius & reconciliare fratri tuo. Et fortaſſe ideo has quas prædiximus iniurias nominatim Dominus poſuit, quia tunc temporis magis in uſu habebantur, & aut paruū aut nullum peccatum eſſe uidebantur. Dedit igitur nobis regulā, nouamq; legem conſtituit, ut nullum peccatum negligamus: qm̄ etiam illa quę minima eſſe putantur, niſi reſecata fuerint, animas perdunt & damnant. Neq; uero quaſi parua negligenda ſunt, pro quibus Deus offenſus, munera iam ante altare poſita recipere dedignatur. Sequitur. *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in uia cum eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris.* Hoc autem tale eſt ac ſi diceret, Audiſti quod dixerim. Hæc uerba uitæ ſunt & ſalutis, eſto igitur cōſentiens eis. Hic eſt eni aduerſarius tuus. Quis enim ſic aduerſatur homini, ut ſermo diuinus? Vult enim iſte occidere: dicit ille. Non occides. Vult iſte mœchari: dicit ille, Nō mœchaberis. Vult iſte furari: dicit ille, Nō furaberis. Et tandem uno ſermone pene oīa comprehendens, ait: Quod tibi nō uis fieri, alij ne feceris. Eſto igit̄ conſentiens huic aduerſario tuo. Hoc aūt cito, interim dū es in uia cū eo, cito enim hæc uia finitur: pauca ſunt miliaria. Tāta eſt hæc uia, quāta eſt uita uniuſcuiuſq;. Quamuis enim alijs lōgior, alijsq; breuior ſit, nulli tamen ualde prolixa eſt. Poſtquā uero uia cōpleta fuerit, & uita finitā, iam nihil proderit cōſentire uelle. Quid igitur? Accuſabit enim te aduerſarius tuus, tradet te iudici. Cur non dicis optime Domine, Tradetq; te mihi? Tu es enim qui cōſtitutus es à Deo iudex uiuorum & mortuorum. Sed quid ſequitur? Et iudex tradet te miniſtro. O quam iniquo miniſtro ad cruciandum traditur, qui bono conſiliario conſentire noluit. Poſtea uero q̄d fiet? Et in carcere mittaris. Carcer iſte, infernus eſt. Qualis miniſter, talis & carcer. Ille enim eſt crudelior omnibus, iſte formidoloſior & horribilior uniuerſis, in quo tenebræ nunquam deficiunt, in quo ignis nunquam extinguitur, in quo uermis nunquam moritur. *Amen dico tibi non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem.* Magnum enim hoc debitum, infinita & innumerabilis eſt pecunia iſta, ad cuius nouiſſimum quadrantem nunquam uenitur, qui ſemper ſoluitur, nunquam finitur.

DOMINICA VII. POST Pentecoſten. Mat. V.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen dico uobis, quia niſi abūdauerit iuſtitia ueſtra plus quam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

POſtea quam Dominus cohortatus eſt audientes, ut ſe prępararēt ad omnia ſuſtinenda pro ueritate atque iuſtitia, & ut non abſconderent bonum quod accepturi erant, ſed ea beneuolentia diſcerent, ut cæteros docerent, non ad laudem ſuam, ſed ad gloriam Dei bona opera ſua referentes, incipit iam eos informare & docere quod doceant, tanquam ſi quærerent, dicentes: Ecce uolumus & omnia ſuſtinere ꝓ tuo nomine, & doctrinam tuam non abſcondere. Sed quid eſt hoc ipſum quod uetas abſcondi, & pro quo iubes omnia tolerari? Nunquid alia dicturus es contra ea quæ in lege ſcripta ſunt? Non, inquit: Nolite enim putare quoniam ueni ſoluere legem, & prophetas. Non ueni ſoluere, ſed adimplere. In hac ſententia duplex ſenſus eſt, ſecundum utrunq; tractandum eſt. Nam qui dicit, non ueni ſoluere legem, ſed adimplere, aut addendo dicit quod minus habet, aut faciendo quod habet. Illud ergo prius conſideremus, quod primum poſuimus. Nā qui addit quod minus habet, non utique ſoluit quod inuenit, ſed magis perficiendo confirmat. Et ideo ſequitur & dicit: Amen quippe dico uobis, donec tranſeat cœlū & terra, iota unū, aut unus apex non peribit à lege, donec omnia fiant. Dum enim fiunt etiam illa quæ adduntur ad perfectionē, multo magis fiunt illa quę pręmiſſa ſunt ad inchoationem. Quod autem ait, iota unum aut unus apex nō trāſiet a lege, nihil aliud poteſt intelligi, niſi uehemens expreſſio perfectionis, quando per literas ſingulas demonſtrata eſt, inter quas literas iota minus eſt cæteris, quia uno ductu fit, apex aūt eſt ipſius aliqua in ſummo particula. Quibus uerbis oſtendit in lege ad effectum etiam minima quæq; pducele

Matt. 5.

Ibidem.

ci. Deinde ſubiecit: Qui enim ſoluerit unum de mã
Ibidem. datis iſtis minimis, & ſic docuerit homines, mini-
mus uocabitur in regno cœlorum. Mandata ergo
minima ſignificantur per unum iota, aut unum api
cem. Qui ergo ſoluerit & docuerit, ſic, id eſt, ſecũdũ
id quod ſoluit, non ſecundum id quod inuenit & le
git, minimus uocabit̃ in regno cœlorum, & fortaſ-
ſe non erit in regno cœlorũ, ubi niſi magni eſſe nõ
poſſunt. Qui autem fecerit & docuerit ſic. Qui au-
tem fecerit, hoc eſt, qui nõ ſoluerit & docuerit ſic,
Matt.5. id eſt, ſecũdum id quod non ſoluit. Quod uero ma-
gnus uocabitur in regno cœlorum; ſequitur & eti-
am ſit in regno cœlorum, quo magni admittũtur.
Ad hoc enim pertinet quod ſequitur: ¶ *Dico enim
nobis, quia niſi abundauerit iuſtitia ueſtra plus quam ſcri
barum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlo-
rum*, id eſt, niſi non ſolum illa minima legis præce-
pta impleueritis quæ inchoant homines, ſed etiã
iſta quæ à me adduntur, q non ueni ſoluere legem,
ſed implere, non intrabitis in regnum cœlorũ. Sed
dicis mihi: Si de illis mandatis minimis, cum ſupe-
rius loqueretur, minimũ uocari in regnum cœlorũ
quiſquis unum eorũ ſoluerit, & ſecundũ ſolutionẽ
ſuam docuerit, magnum autem uocari quiſquis ea
fecerit & ſic docuerit, & ex eo iam in regno cœlo-
rum futurũ eſſe, quia magnus eſt, qd opus eſt addi
præceptis legis minimis, ſi in regno cœlorũ poteſt
eſſe, quia magnus eſt, quiſquis ea fecerit & docue-
rit? Quapropter ſic eſt accipiẽda illa ſentẽtia: Qui
autẽ fecerit & docuerit ſic, magnus uocabit̃ in re-
gno cœlorum. i. non ſecundũ illa minima, ſed ſecũ-
dum ea quę dicturus ſum. Quę ſunt autem iſta? Vt
abundet autẽ iuſtitia ueſtra ſuper ſcribarũ & pha-
riſæorum, quia niſi abũdauerit, nõ intrabitis in re-
gnum cœlorũ. Ergo qui ſoluerit illa minima, & ſic
docuerit, minimus uocabitur. Qui aũt fecerit illa
minima, & ſic docuerit, nõ iã magnus habẽdus eſt
& idoneus regno cœlorũ, ſed tamẽ nõ tã minimus
q̃ ille qui ſoluit. Vt aũt ſit magnus, atq; illo regno
aptus, facere debet & docere ſicut Chriſtus nunc
docet. i. ut abũdet iuſtitia eius ſuper ſcribarum &
phariſæorũ. Iuſtitia phariſęorum eſt, ut non occi-
dant: Iuſtitia eorũ qui intraturi ſunt in regnũ dei,
ut non iraſcantur ſine cauſa. Minimũ eſt ergo nõ
occidere: & qui illud ſoluerit, minimus uocabitur
in regno cœlorũ. Qui aũt illud impleuerit ut non
occidat, non cõtinuo magnus erit & idoneus in re-
gno cœlorum, ſed tamen aſcendit aliquem gradũ,
perficietur autem ſi nec iraſcatur ſine cauſa. Quod
ſi perfecerit, multo remotior erit ab homicidio.
Quapropter qui docet ut non iraſcamur, non ſol-
uit legem ne occidamus, ſed implet potius, ut & fo
ris dum non occidimus, & in corde dum non iraſ-
cimur, innocentiam cuſtodiamus. ¶ *Audiſtis ergo, in
Exo 20. quit, quia dictum eſt antiquis, non occides. Qui autem oc
Deut.5. ciderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia
omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudi-
cio. Qui autem dixerit fratri ſuo racha, reus erit cõſilio.
Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Quid
intereſt inter reum iudicio, & reum conſilio, &
reum gehennæ ignis? Nam hoc poſtremum quod
grauiſſimum ſonat, admonet gradus quoſdam fa-
ctos à leuioribus ad grauiora, donec ad gehennam
ignis ueniretur. Et ideo ſi leuius eſt eſſe reum iudi-
cio quã eſſe reum cõſilio, itẽ leuius eſt eſſe reum
concilio, q̃ reum gehennæ ignis: oportet ut leuius
eſſe intelligatur iraſci ſine cauſa fratri, q̃ dicere ra-
cha: & leuius dicere racha, quam dicere fatue. Nõ
eñ reatus ipſe haberet gradus, niſi gradatim etiã
peccata cõmemorarentur. Vnum autem hic uerbũ
obſcurum poſitum eſt, qa nec græcum eſt nec lati-
num racha. Cætera uero in ſermone noſtro uſita-
ta ſunt. Nonnulli autem de græco trahere uolue-
runt interpretationem huius uocis, putantes pan-
noſum dicere racha, quoniam græce pãnus rachos
dicitur. A qbus tamen cum quæritur quid dicatur
grçce pannoſus, nõ reſpondet racha. Deinde poſſet
latinus interpres ubi poſuit racha, pãnoſum pone-
re, nec uti uerbo quod in lingua latina nullũ ſit, &
in græca inuſitatũ. Probabilius ergo eſt q̊d audiui
à quodã Hebręo cum id interrogaſſem. Dixit enim
eſſe uocẽ nõ ſignificantem aliquid, ſed indignantis
animi motum exprimentẽ. Has interiectiones grã
matici uocãt, orationis particulas ſignificantes cõ-
moti animi affectũ, uelut cũ dicitur à dolente, heu:
uel ab iraſcẽte, hem. Quę uoces quarũcunq; lingua-
rum ſunt, ꝓprię, nec in aliã linguã facile trãſferun-
tur. Quę cauſa utiq; coegit tam græcũ interpretẽ
quam latinum, uocẽ ipſam ponere, cũ quomodo eã
interpretaret̃, non inueniret. Gradus itaq; ſunt in
iſtis peccatis, ut primo quiſq; iraſcatur, & eum mo
tum retineat corde conceptũ. Iã ſi extorſerit uocẽ
indignantis, ſed confuſiuam, nõ ſignificantem ali-
quid, ſed illum animi motum ipſa eruptione teſtã-
tem, qua feriatur ille cui iraſcimur, plus eſt utiq; q̃
ſi ſurgens ira ſilentio premeretur. Si uero non ſolũ
uox indignantis auditur, ſed etiã uerbum quod iã
certam uituperationem in quem profertur, deſi-
gnet & notet, quis dubitet amplius hoc eſſe q̃ ſi ſo-
lus indignationis ſonus ederetur? Itaq; in primo unũ
eſt i. ira ſola. In ſecundo duo, & ira & uox quę irã
ſignificat. In tertio & in uoce ipſa certa uituperatio-
nis expreſſio. Vnde nunc etiã tres reatus, iudicij,
cõſilij, & gehẽnę ignis. Nã in iudicio adhuc deſen-
ſioni datur locus. In cõſilio aũt quanq̃ & iudicium
eſſe ſoleat, tñ quia intereſſe aliquid hoc loco fateri
cogit ipſa diſtinctio, uidet̃ ad cõſilium ꝑtinere ſen-
tentiæ prolatio, qñ non iam cum ipſo reo agitur,
utrum dãnandus ſit, ſed inter ſe conferunt quo ſup
plicio damnari oporteat, quem conſtat eſſe dãnan-
dum. Gehenna uero ignis, nec damnationẽ habet
dubiam, ſicut iudicium, nec dãnati pœnã ſicut con-
cilium. In gehenna quippe certa eſt damnatio, &
pœna dãnati. Videntur ergo aliqui gradus in pec-
catis & in reatu, ſed quibus modis inuiſibiliter ex-
hibeantur meritis animarum, quis poteſt dicere?
Audiendum eſt itaq; quantum intereſt inter iuſti-
tiam phariſæorum, & iſtam iuſtitiã maiorem, quæ
in regnum cœlorum introducit: qa cum ſit grauius
occidere quam uerbo irrogare conuicium, ibi oc-
ciſio facit reum iudicio, hic autem ira facit reum
iudicio. Quod trium illorum peccatorum leuiſſi-
mum eſt: quia illi quæſtionem homicidij inter ho-
mines agitabant, hic autem omnia diuino iudicio
committuntur, ubi finis damnatorum eſt in gehẽ-
na ignis. Quiſquis autem dixerit quod grauiori
ſupplicio in maiore iuſtitia punitur homicidium,
ſi gehenna ignis punitur conuicium, cogit intelligi
eſſe differentias gehennarũ. Sane in tribus iſtis ſen
tentijs ſubauditio uerborum intuenda eſt. Habet
eñ prima ſententia omnia uerba neceſſaria, ut ni-
hil ſubaudiatur. Qui iraſcitur, inquit, fratri ſuo ſi-
ne cauſa, reus erit iudicio. In ſecunda uero ait: Qui
aũt dixerit fratri ſuo racha, ſubauditur, ſine cauſa,
& ita iungitur, reus erit conſilio. Iam in tertio ue-
ro ait: Qui autem dixerit fatue, duo ſubaudiuntur

&

& fratri ſuo, & ſine cauſa. Hoc eſt unde defenditur q̄d Apoſtolus Galatas uocat ſtultos, quos etiam
Galat. 5. fratres nominat. Non enim id facit ſine cauſa. Ideo autem hic frater ſubaudiendus eſt, quia de inimico poſtea dicitur, quomodo etiam tractandus ſit maiore iuſtitia. Deinde hic ſequitur: ¶ *Si ergo obtuleris munus tuum ante altare, & illic recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconſiliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.* Hinc utiq; apparet de fratre dictū eſſe ſuperius, q̄m ſententia quæ ſequitur, ea coniunctione connectit, ut ſuperiori atteſtetur. Non em̄ ait: Si aūt obtuleris munus tuū ad altare, ſed ait: Si ergo obtuleris munus tuum in altare. Nam ſi iraſci nō eſt fas fratri ſine cauſa, aut dicere racha, aut dicere fatue, multo minus eſt fas animo tenere aliquid, ut in odium indignatio conuertatur. Quo pertinet etiam quod alio loco dici-
Ephe. 4. tur: Non occidat ſol ſuper iracundiam ueſtram. Iubemur ergo illaturi munus in altare, ſi recordati fuerimus habere nos aliquid aduerſum fratrem, munus ante altare relinquere, & pergere ac reconciliari fratri, deinde uenire & munus offerre. Quod ſi accipiatur ad literam, fortaſſis aliquis credat ita fieri oportere, ſi præſens ſit frater. Non enim diutius differri poteſt, cum munus tuum relinquere ante altare iubearis. Si ergo de abſenti, & q̄d fieri poteſt, etiam trans mare conſtituto aliquid tale ueniat in mentem, abſurdum eſt credere ante altare munus relinquendum, quod poſt tot terras & maria peragrata offeras deo. Et idcirco prorſus intro ad ſpiritualia refugere cogimur, ut hoc quod dictum eſt, ſine abſurditate poſsit intelligi. Altare itaq; ſpiritualiter in interiore dei templo ipſam fidem accipere poſſumus, cuius ſignum eſt altare uiſibile. Quodlibet enim munus offerimus deo, ſiue ꝓphetiam, ſiue doctrinam, ſiue orationē, ſiue hymnum, ſiue pſalmum, & ſi quid tale aliud ſpūtualiū donorū animo occurrerit, acceptum eſſe deo non poteſt, niſi fidei ſynceritate fulciatur, & ei fixæ atq; immobili tāquam altari imponatur, ut poſsit integrum atq; illibatum eſſe quod offertur. Nam multi hæretici non habentes altare, id eſt, ueram fidem, blaſphemias pro dei laude dixerunt, terrenis uidelicet opinionibus aggrauati, uotum ſuum tanquā in terram proiicientes. Sed debet eſſe ſana etiam offerentis intētio. Et ꝓpterea cum tale aliquid oblaturi ſumus in corde noſtro, id eſt,
1. Cor. 3. in interiore dei tēplo, (Tēplum enim dei ſanctum eſt, inquit, quod eſtis uos. Et in interiori homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris) ſi in mētem uenerit quod aliquid habeat aduerſus nos frater noſter, id eſt, ſi nos eum in aliquo læſimus, tūc enim ipſe habet aduerſum nos. Nā nos habemus aduerſus illū, ſi ille nos læſit, ubi nos nō opus eſt pergere ad recōciliationē. Nō em̄ ueniam poſtulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam, ſed tantū dimittes, ſicut tibi à domino dimitti cupis quod ipſe cōmiſeris. Pergendum eſt ergo ad reconciliationem, cum in mentem uenerit quod nos forte fratrem in aliquo læſimus. Pergendū autem non pedibus corporis, ſed motibus animi, ut te humili affectu proſternas fratri, ad quem cogitatione cucurreris, in conſpectu eius cui munus oblaturus es. Ita enim etiam ſi præſens ſit, poteris eum non ſimulato animo lenire, atq; in gratiam reuocare ueniam poſtulando, ſi hoc prius coram deo feceris, pergens ad eum non pigro motu corporis, ſed celerrimo dilectionis affectu. Atq; inde ueniens, id eſt, ad intentionē reuocans id quod agere cœperas, offeres munus tuum. Quis autem hoc facit, ut fratri ſuo uel non iraſcatur ſine cauſa, uel racha non dicat ſine cauſa, uel eum fatuū non appellet ſine cauſa, quod totum ſuperbiſsime admittitur, uel ſi forte in horum aliquo lapſus fuerit, quod unum eſt remediū, ſupplici animo ueniā deprecetur, niſi quiſquis inanis iactātię ſpiritu nō inflatur? Beati ergo pauperes
spiritu: quoniā ipſorū eſt regnū cœlorū. Tu autē, Matt. 5.

DE EADEM DOMINICA HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

LEgitur ſuperius, quum ueniſſet Ieſus ſecus mare Galilææ, aſcendens in montem, ſedebat ibi. Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habētes ſecum mutos, cæcos, claudos debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ mirarentur uidentes mutos loquentes, & claudos ambulantes, & cæcos uidentes, & magnificabant Deū Iſrael. Merito em̄ Ieſus in montē aſcendit tāta & talia miracula facturus, ut in monte in quē aſcendit, eius poteſtatis altitudo, & in miraculis quę fecit eius diuinitatis uirtus adpareat. Sequatur igitē eū ſup mōtes aromatū, quicunq; illū imitari & ſanari deſiderāt. De q̄bus mōtibus eccleſia dicit: Fuge dilecte mi, aſsimulare capreæ, hinnuloq; ceruorum, ſuper montes aromatum. Ieſus autem uocatis ſuis diſcipulis dixit: *Miſereor ſuper turbam, quia ecce iā triduo ſuſtinet me, nec habent quod manducent.* Tres enim dies, tria ſeculi tempora ſunt, ante legem ſcilicet, ſub lege, & ſub gratia. Tribus igitur diebus turbæ Dominū perſeuerant, quia totis his tribus temporibus uiri ſancti ſpiritu Dei pleni in Chriſtū credunt, Chriſtum expectant, eiuſq; panibus & doctrina magno deſiderio refici cupiunt: & non habent q̄d manducarent, quia panis uiuus qui de cœlo deſcēdit, nondū eis appoſitus fuerat, nondum leo de tribu Iuda librum aperuerat, neq; ſeptem ſignacula eius ſoluerat. Tertio igitur die, id eſt, hoc tertio ſuæ Incarnationis tempore turbas reficit, neq; ulterius eas fame perire patitē. Vnde & dicit: Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiāt in uia. Oēs enim in uia ſumus, oēs ad patriā tendimus. De hac em̄ uia Pſalmiſta ait: Viā mandatorum tuorū cucurri. Itemq;: Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege Domini. In hac autem uia deficiūt ieiuni, per hanc uiā currere non poſſunt, qui Chriſti pane non ſunt refecti, præfertim ſi de longe uenerunt. Longe eſt enim à peccatoribus ſalus. Sicut enī hæc uia breuis & facilis eſt bonis, ita lōga & difficilis eſt malis. Et dicūt ei diſcipuli: *Vnde iſtos poterit quis hic ſaturare panibus in ſolitudine?* Fortaſſe immemores erāt Chriſti diſcipuli, q̄d dn̄s ex quinq; panibus quinq; milia hominum iā ſuperius ſatiauerat. Et ait illis Ieſus: Quot panes habetis? At illi dixerunt, Septem, & paucos piſciculos. Septem enim panes, ſeptem libri ſunt ueteris teſtamenti, quos Heptateuchum uocamus: ſiue etiam ſeptē gratię ſpūs ſancti. Pauci uero piſciculi, pauci libri noui teſtamēti. Valde enī pauci ſunt libri noui teſtamenti comparatione ueteris. Iſti tamen pauci ſi illis ſeptem panibus coniungantur, cunctis hominibus ad animarum refectionē ſufficiūt. Sine illis enī neq; comedi poſſunt, neq; ſaturitatē uel fortitudinē comedentibus tribuunt. Sunt enim ſeptem panes, ſapiētia, & intellectus, conſiliū, & fortitudo, ſcientia, & pietas, & timor Domini. Sed quis ſine ſapientia ſapiat? quis ſit

ctas in pſenti,ſed quid latet in myſterio,ipſius gra
tia douante requiramus. In ſup̄ori eu͂ lectione de
quinq; panibus & duobus piſcibus,quinq; milia ho-
minum ſatiauit,hic ſeptem panibus ſaturauit qua-
tuor milia hominum. Ibi diſcipuli ſuggerunt dño,
Mar.6. dicẽtes: Locus deſertus eſt,& hora prę terijt,dimit
te turbas,ut eũtes in caſtella, emant ſibi eſcas. Hic
penitus tacẽt diſcipuli,ſed ipſe dominus pro eis ſo
licitus eſt. Videamus quare tacent,quia necdũ miſ
Mat.25. ſi fuerant prædicare gentibus, ſed potius ad oues
perditas domus Iſrael. Prior ergo illa parabola p̄
tinet ad Iudæos,iſta uero ad gentes. Ibi quinq; pa
nes fuerunt,hoc eſt,quinque libri Moyſi: hic uero
ſeptẽ panes,qui ſunt ſeptiformis ſpiritus dona, ſi-
Iſaię.11. cut ait ſanctus Iſaias,ppheta: Spiritus ſapientię &
intellectus,ſpiritus conſilij & fortitudinis,ſpiritus
ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timo
ris domini. Ibi duodecim cophini pleni ſpiritusan-
cto,hic ſeptem eccleſiæ,ſiue ſeptem candelabra au
rea. Ibi duo piſces, qui ſunt duo teſtamenta, ſiue
unus liber omnium prophetarũ, uel ſancti Iohan-
nis prædicatio,hic indefinitus numerus ponit̃,quę
1.Cor.12. ſunt dona gratiarum,ſicut Apoſtolus ait: Alij per
ſpiritum datur ſermo ſapientię,alij ſermo ſcientię,
alij prophetia,alij genera linguarum,alij interpre
tatio ſermonum,omnia uero hęc operatur unus at
que idem ſpiritus. Ibi ſuper fœnum recumbunt, &
hic ſuper terram. Vtriuque una conuerſatio, una
gratia,una uirtus,una deitas. Ibi ſuper fœnũ diſcũ-
bunt,hoc eſt,mortificata opera carnis,quia omnis
caro fœnum,ait propheta. Hic ſuper terram diſ-
Iſaię.40 cũbunt,id eſt, opera terrena conculcant. Ibi quin-
que milia refecti, q̃ numerus ptinet ad Iudæos.
nam poſt aſcenſionem domini loquente ſancto Pe
Actu.4. tro,quinq; milia ſunt baptizati: hic autem quatu-
or milia,hoc eſt,de tota terra omnes gentes,á qua
tuor cardinibus cœli,de ſeptiformis ſanctiſpiritus
gratia eſſe repletas in uitã æternã. Et ideo dilectiſ
ſimi nos qui nõ per legem, ſed per fidem credimus
in domino noſtro Ieſu Chriſto, qui non ex operi-
bus,ſed ipſius gratia ſumus redẽpti, q̃ non ex quin-
que panibus,id eſt, ex quinque libris Moyſi,ſed ex
ſeptiformi gratia ſpiritusſancti ſumus repleti,ſicut
Iſaię.11. beatus Iſaias prophetauerat,dicens: Spũs ſapiẽtiæ
& intellectus,ſpũs conſilij & fortitudinis,ſpũs ſci-
entiæ & pietatis,& replebit illum ſpiritus timoris
domini. In hac ergo ſeptiformi ſpiritusſancti gra-
tia maneamus, iu qua uocati ſumus, repleri dono
ſpũſſancti per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, qui
uiuit & regnat in unitate eiuſdem ſpũſſancti, per
omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM DOMINICA HO-
milia D. Euſebij Emiſſeni.

ATtendite (inquit) & cauete uobis á falſis pro
phetis,á malis ſacerdotibus & epiſcopis, attẽ
dite á ſimoniacis & hæreticis, qui ueniunt ad
uos in ueſtimentis ouiũ. Ouiũ ſimplicitatẽ ſimulãt,
ouium innocentiã fingunt,& ouium patientiã mẽ-
tiuntur. Quos quidẽ ſi interius uideretis, ſi ſub ue-
ſtibus cerneretis,aliud ibi quã ouem eſſe,cognoſce
retis. Latet enim lupus ſub ouina pelle: & quos
exterius oues eſſe putatis,intrinſecus ſunt lupi ra-
paces. Lupi enim rapaces ſunt, qui ad hoc non ue-
nerunt ut gregem cuſtodiant,ſed ad hoc ut furen-
tur & rapiant,mactent & perdant. Quomodo aũt
eos cognoſcere poſsitis, audite. Sicut eñi unaquę-
que arbor á fructu ſuo cognoſcitur, ita unuſquiſ-
que homo in operibus ſuis cognoſci poteſt. Ideoq;
non dixit á folijs eorum; ſed *a fructibus eorũ cogno-
ſcetis eos*. Si enim uerba attendamus,non facile bo-
ni diſcernuntur á malis. Vnde & alibi Dñs ait. Sup
cathedrã Moyſi ſederũt Scribę & Phariſęi: quæcũ-
que dixerint uobis facite,ſecundũ opera eorũ noli
te facere. In quo aptiſsime nos bene dicere & male
facere oſtendit. Qui igitur in uerbis nõ diſcernun-
tur,in operibus cõprehenduntur. Prędicent igitur
quicquid uelint,eos aũt opera conſiderate, ſi fide-
les ſunt,ſi mites,ſi patientes,ſi miſericordes,ſi hu-
miles,ſi pacifici,ſi caſti,ſi beneuoli,ſi auaritiã ode-
rint, ſi pecuniam non abſcondunt, & ſimilia, quæ
enumerare longum eſt. Iſti ſunt fructus bonæ ar-
boris: horum laudes,folia ſunt. Qui enim laudant
hęc & non agunt,folia tantum & non fructus oſtẽ-
dũt. Sic igitur á fructibus eorum cognoſcetis eos.
Nam & ſpinæ & tribuli á fructibus ſuis cognoſcũ-
tur: quoniam neque in ſpinis uuæ, neque in tribu-
lis ficus colliguntur. *Sic omnis arbor bona fructus bo
nos facit, mala autem arbor malos fructus facit. Non po
teſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala
fructus bonos facere.* Verum eſt enim quod omnis ar
bor bona facit fructum bonum,& omnis arbor ma-
la facit fructum malum. Sed quomodo illud uerum
eſt,quod uerum eſſe ueritas dicit, ut nulla bona fa
ciat malum, & nulla mala faciat bonum? Nemo e-
nim tam iuſtus,qui aliquando non peccet. Hoc eñi
Iohannes Apoſtolus ait, Si dixerimus quia pecca-
tum non habemus, nos ipſos ſeducimus,& ueritas
in nobis non eſt. Omne autem peccatum, malus
fructus eſt. Malus igitur fructus etiam in bona ar-
bore reperitur. Similiter autem nemo tã iniquus
qui aliquando bonum non agat. Neque enim fieri
poteſt, ut ſaltem uerum aliquando non dicat. Ve-
rum autem dicere bonum eſt. Inuenitur igitur bo-
nus fructus & in arbore mala. Quid igitur? quo-
modo uerum eſſe probabimus, quod uerum eſſe
non dubitamus? Veritas enim mentiri nõ potuit.
Verum eſt itaq; quod nulla arbor bona malos fru-
ctus facit,& nulla arbor mala fructus bonos facit.
Verum utique eſt,ſed cum determinatione uerum
eſt. Dicatur ergo: Nulla bona arbor,ſecundum hoc
quod bona eſt, fructus malos facit. Nullum enim
contrarium ſuum contrarium generat. Nam neq;
dulce facit amarum, neque ſanitas ægritudinem,
neque frigus calorem,neque ueritas falſitatem. Nõ
igitur bonum facit malum, neque malum bonum,
contraria enim ſunt. Omnis enim arbor ſecundum
ſuam naturã bona eſt,& bonos fructus facit. Secũ-
dum corruptionem uero mala eſt, & malos fru-
ctus facit. Quid autem in arbore ſignificetur intel-
ligis. Arbor enim iſta,homo eſt. Sed uis uidere q̃
non hominis natura,quæ utiq; bona eſt, facit fru-
ctum malum,ſed eius corruptio & peccatũ? Audi
quid Apoſtolus dicat: Non eñi quod uolo hoc ago,
ſed quod nolo malum, illud facio. Si autem quod
nolo,illud facio,iam non ego operor illud, ſed q̃d
habitat in me peccatum. Inde igitur dicitur arbor
mala,non quod ſecundum ſe mala ſit,ſed quia in ea
eſt corruptio mali. Et ſi parum quidem corrupta
eſt, quaſi iam á corruptione ſana, non mala, ſed
bona uocatur. Si uero multum corrupta eſt, mala
& non bona uocatur. Ab eo enim ſuſcipit nomen,
quod magis in ea abundat. Cognoſcuntur igitur
falſi prophetę á fructibus ſuis: quoniam & ſi aliquã
do bonum aliquid facere uideãtur, tamen quia uel
pro lucro,uel pro laude faciunt,eorũ ſimulatio diu
celari nõ poteſt. Quia enim omnia opera ſua faciũt

ut

ut uideantur ab hominibus, ipſum quoq; quod bonum eſſe uidetur, bonū non eſt. Sequitur: *Omnis arbor quæ non facit fructū bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Tunc enim arbores exciduntur, qn̄ homines moriuntur. In ignem uero tunc mittentur, qn̄ dicetur eis, Ite maledicti in ignē æternum. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnū cœlorū, ſed qui facit uoluntatē patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnū cœlorū.* Dicere enim Dn̄e Dn̄e, adulatio eſt, ſeruire aūt ei ſicut Dn̄o, amor eſt, dilectionisq; probatio, & patris filijq; uoluntas. Tantum autē intereſt inter dicere & facere, quantū inter folia & fructus. Hæc igitur ad ſuperiora ſpectant, ubi ait, A fructibus eorum cognoſcetis eos. Sequitur: *Multi dicēt mihi in illa die, Domine Domine, nonne in noīe tuo prophetauimus, & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquā noui uos. Diſcedite a me qui operamini iniquitatem.* Qui ſunt iſti multi, niſi illi quos modo paulo ſuperius falſos prophetas nominauit? Iſti aūt multi, hęc turba nō modica, dicent in illa die. In qua die? Non quæras nomen eius, quia notiſſimum eſt. Quid dicent? Dn̄e Dn̄e, nonne in nomine tuo prophetauimus? Prophetauit aūt Balaā, prophetauit & Caiphas. Hoc enim dicit euangeliſta, quia quū eſſet pontifex anni illius prophetauit, Dicens: Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Dæmonia uero uſq; hodie eijciunt, aliasq; multas uirtutes faciunt, & qui baptizant & q prędicant. Quot enim ſunt crimina, tot ſunt & dæmonia in unoquoq;. Vnde & Dn̄s de Maria Magdalena dicitur expuliſſe ſeptē Dæmonia, quoniā (ſicut alibi dicitur) dimiſit ei peccata multa, quia dilexit multum. Hæc autē dæmonia eijciuntur, qn̄ euangelica prædicatione, a quocunq; nuncietur, peccatores pœnitent & conuertuntur. Faciunt autem & alias multas uirtutes, quia cæcos illuminant, leproſos curāt, & mortuos ſuſcitant. Has enim uirtutes fecerunt in corpore aliquanti prædicatores, in anima uero faciunt omnes. Neq; uero minus eſt animā ſanare, quam corpus. Corpus enim ſanatur, & moritur: anima uero ſanatur, & nunquā moritur. Vis autem ſcire quæ anima ſit cæca? Anima enim infideli quæ Deum non uidet, & ueritatem non intelligit, cæca eſt. Leproſa uero eſt illa, quæ uitiorum maculis ſordeſcit. Illa uero mortua eſt, quæ in crimine perſeuerat. Toties igitur prædicatores cæcos illuminant, leproſos curāt, & mortuos ſuſcitant, quoties iniqui homines eorū monitis & prędicatione conuertuntur: & pœnitentia ducti, diabolo & omnibus operibus eius abrenunciant, & ſuæ ſalutis medicinā ab illis ſuſcipiunt. Sed qd hoc eis prodeſt? quum illis Dn̄s dicat: Nunquam noui uos, diſcedite à me qui operamini iniquitatē. Quid eſt, nunquā noui uos? Nunquā dilexi uos, nunq̄ ueſtra opera mihi placuerunt. Nouit enim eos Dn̄s, atq; dilexit ſecundum naturā quam in eos creauit. Non nouit uero, neq; dilexit, ſecundū corruptionem qua eos uitiauit diabolus. *Omnis ergo homo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur uiro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.* Non ergo ſufficit audire uerba Dei. Hoc enim & Apoſtolus ait: Non auditores legis iuſtificabuntur apud Deum, ſed factores. Audire enim omniū eſt, facere paucorum. Domus aūt quæ ſupra petram fundata eſt, firmū & ſtabile fundamentū habet. Sapiens igitur eſt qui ſic ædificat. Fundamentū prius quærendū eſt. Sed uideamus qd hęc petra ſignificet. Apoſtolus enim dicit quia petra erat Chriſtus. Itemq;, Fundamentū enim aliud nemo poteſt ponere, prętec id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Inueniſti fundamentum, hic domum ædifica. Hic enim domum ædificabis, ſi hęc mandata ſeruabis: Crede & fac quæ præcepit Chriſtus, & fundabis in fundamēto Chriſti. Ipſe erit tibi fundamentum, ideoq; non timebis pluuias & uentum. Hoc eſt enim quod ait: *Et deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerūt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra petram.* Vis autē uidere domū ſupra petram fundatam, quomodo nec pluuias nec flumina nec uētos timeat? Certus ſum (inquit Apoſtolus) quia neq; mors, neque uita, neque principatus, neque poteſtates, neq; aliqua perſequutio poterit me ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quamuis enim furore & terrore, flagellis & minis, omniumq; tormētorum generibus, quaſi quibuſdam magnis uentorum & tempeſtatum procellis, ſuper ſanctos ſæuientes irruerent, eos tamē à Chriſti fide ſeparare nullatenus poterāt. Hoc aūe ideo fiebat, quia bene ſupra petram fundati erant. Videamus etiam de illa domo quæ non ſuper petram, ſed ſuper arenam fundata eſt. *Et oīs, inquit, qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit uiro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam. Deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.* Qui enim uerba Dei audire delectātur, & cuſtodire non curant, ſuæ fidei domum ſeq; ipſos ſuper arenam ędificant, quia facili aura perſequutionis deijciuntur. Quorum quidem ruina tūc magna erit, quando malignorum ſpirituum furore & ira, quaſi quodam magno impetu procellarum, in tartara præcipitabuntur. De quo naufragio nos liberare dignetur Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum patre & ſpirituſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

DOMINICA IX. POST Pentecoſten. Matthæi VII.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Attendite a falſis prophetis, qui ueniūt ad uos in ueſtimētis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

DE inueſtiganda ac poſsidēda ſapientia dominus iā incipit loqui, qd eſt lignū uitæ, cuius utiq; inueſtigandę ac poſsidendæ, id eſt, contemplandę, talis oculus per omnia ſuperiora perductus eſt, quo uideri iam poſſit arcta uia, & anguſta porta. Quod ergo deinceps dicit: Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpacioſa uia eſt quę ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Mat. 7. Quod anguſta eſt porta, & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam, nō ideo dicit, quia iugum domini aſperum eſt & ſarcina grauis, ſed quia labores finire pauci uolunt, minus credentes clamanti: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos: Mat. 11. tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. iugū enim meum ſuaue eſt, & ſarcina mea leuis eſt. Hinc autem iſte ſermo ſumpſit exordium de humilibus & mitibus corde, qd iugum ſuaue & leuem ſarcinā multi recipiūt, pau

eſt ubeunt, eo quod ſit arcta uia quæ ducit ad uitã, & anguſta porta qua intratur in eam. Hi ergo illi qui promittunt ſapientiã cognitionemq́ ueritatis quam non habent, præcipue cauendi ſunt, ſicut ſunt hæretici, q plerunq́ ſe paucitate cõmendant. Et ideo cum dixiſſet paucos eſſe q inueniunt anguſtam portam & arctam uiã, ne ſe illi ſupponãt nomine paucitatis, ſtatim ſubiecit: ¶ *Cauete a pſeudo prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces.* Sed iſti nõ fallunt oculum ſimplicem, qui arborem dignoſcere ex fructibus nouerunt. Ait enim: ¶ *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Deinde ſimilitudines adiungit. ¶ *Nunquid colligunt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Igitur a fructibus eorum cognoſcetis eos.* Quo loco & illorum maximus error cauendus eſt, qui de his ipſis duabus arboribus, duas naturas opinãtur eſſe, quarum una ſit dei, altera uero nec dei, nec ex deo. De quo errore in alijs libris diſputatum eſt uberius, & ſi adhuc parum eſt diſputabitur. Nunc autem non eos adiuuare iſtas duas arbores docendum eſt. Primo, quia de hominibus eum dicere tam clarum eſt, ut quiſquis præcedentes & conſequentes legerit, miretur eorum cæcitatem. deinde attendunt quod dictum eſt: Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Et ideo putant neq; animã malam fieri poſſe ut in melius commutetur, neque bonã in deterius, quaſi dictũ ſit, non poteſt arbor bona, mala fieri, neq; arbor mala, bona fieri. Sed dictum eſt, non poteſt arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Arbor eſt ipſa anima, & ipſe homo: fructus uero, opa hominis. Non ergo poteſt malus homo bona operari, neq; bonus mala. Malus ergo ſi uult bona operari, bonus prius ſiat. Sic alio loco euidentius ipſe do-

Mat. 12. minus ait: Facite ergo arborem bonam, & fructus eius bonos. Quod ſi duas naturas iſtorũ his duabus arboribus figuraret, non diceret, facite. Quis enim hominũ poteſt facere naturã? Deinde etiã ibi eum ipſarum duarum arborum mentionẽ feciſſet, ſubiecit: Hypocritæ, quomodo poteſtis bona loqui, cũ ſitis mali? Quamdiu ergo quiſq; malus eſt, non poteſt facere fructus bonos. Si enim fructus bonos fecerit, iam non malus erit. Sic ueriſsime dici potuit, non poteſt eſſe nix calida. Cũ enim calida eſſe cœperit, nõ iam eam niuem, ſed aquam uocamus. Poteſt ergo fieri, ut quæ nix fuit nõ ſit, non poteſt autem fieri ut nix calida ſit. Sic poteſt fieri ut qui malus fuit, non ſit malus: non tamen poteſt fieri ut malus bene faciat. Qui etiã ſi aliquando utilis eſt, non hoc ipſe facit, ſed ſit de illo diuina procurante prouidentia, ſicut de phariſæis dictum eſt: Quæ di-

Mat. 23. cunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Hoc ipſum quod bona dicebant, & ea quæ dicebant, utiliter audiebantur, & fallebant, non erãt illorũ, In cathedra enim, inquit, Moyſi ſedent. Per diuinam ergo prouidentiam legem dei prædicantes, poſſunt eſſe audientibus utiles, cum ſibi non eſſent. De talibus alio loco per ꝓphetam dictum eſt: Seminaſtis triticũ, & ſpinas metetis: quia bona ꝓcipiunt, & mala faciũt. Non ergo qui eos audiebãt, &

Hie. 12. faciebãt quæ ab eis dicebantur, de ſpinis legebant uuas, ſed per ſpinas de uite legebãt uuas, tanquam ſi manum aliqs per ſepem mittat, aut certe de uite quæ ſepi fuerit inuoluta, uuam legat, non ſpinarũ eſt fructus ille, ſed uitis. Rectiſsime ſane quæritur quos fructus nos attẽdere uoluerit, quibus cognoſcere arborem poſsimus. Multi enim quædam in fructibus deputant, quæ ad ueſtitum ouium pertinent: & hoc modo à lupis decipiunt, ſicut ſunt uel ieiunia, uel orationes, uel eleemoſynæ, quæ omnia niſi fieri etiam ab hypocritis poſſent non ſuperius

diceret: Cauete iuſtitiam ueſtrã facere coram hominibus, ut uideamini ab eis. Qua ſententia propoſita, ipſa tria exequitur, eleemoſynam, orationem, ieiunium. Multi enim multa pauperibus, non miſericordia, ſed ambitione largiũtur. Et multi orãt uel potius uident orare, non intuentes deum, ſed hominibus placere conantes. Et multi ieiunant, & mirabilem abſtinentiam prætendunt eis quibus iſta difficilia uident, & honore digna exiſtimant, & huiuſcemodi dolis eos capiunt, dum aliud oſtentant ad decipiendum, aliud exerunt ad deprædandum, uel interficiendo eos qui ſub iſto ueſtitu ouino lupos uidere non poſſunt. Hi ergo non ſunt fructus de quibus cognoſci arborẽ monet. Iſta enim quã bono animo in ueritate ſiunt, ꝓpriæ ſunt ouibus ueſtes. Cum autem malo in errore, nõ aliud quam lupos contegunt. Sed non ideo debẽt oues odiſſe ueſtimentum ſuum, quod plerunq; illo ſe occultãt lupi. Qui ſunt ergo fructus, quibus inuentis cognoſcamus arborem malã? Dicit ergo Apoſtolus: *Ma-*

Gal. 5. *nifeſta* autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſentiones, hæreſes, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico uobis, ſicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnum dei nõ cõſequentur, neq; gaudium uirtutis ſicut uoluntas. Et hæc potius ad ſanctos pertinẽt: ad peccatores uero geſtus magnus & cupiditas deputanda ſunt. Et qui ſunt fructus, per quos cognoſcamus arborem bonam? Idem autem conſequenter dicit: Fructus autem ſpũs eſt charitas, gaudiũ, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, manſuetudo, modeſtia, cõtinentia. *Sane* ſciendum eſt, hic gaudium proprie poſitum. Mali enĩ hoĩes non gaudere, ſed geſtire proprie dicuntur, ſicut ſuperius diximus uoluntatem proprie poſitam, quã non

Mat. 7. habent mali, ubi dictum eſt: Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis hoĩes, & uos facite illis. Et iſta proprietate uerbi, quo gaudium non dicitur niſi in bonis, etiam per prophetam loquitur, dicens: Non eſt gaudere impijs, dicit dñs. Itaq; poſita eſt fides, non quæcunq; utiq;, ſed uera fides, & cætera quæ hic poſita ſunt, habent quaſdam imagines ſuas mali hoĩes & deceptores, ut oĩno fallant, niſi quiſque iam mundum oculum & ſimplicem habuerit quo iſta cognoſcat. Optimo itaq; ordine primo actum eſt de oculo mundãdo, & deinde dicta ſunt quæ cauerentur. Sed quoniam quãuis quiſq; oculo mũdo ſit, id eſt, ſyncero & ſimplici corde uiuat, nõ poteſt tamẽ cor alterius intueri, quæcunq; in factis uel in dictis apparere non potuerint, tẽtationibus aperiuntur. Tentatio autem duplex eſt. Aut in ſpe adipiſcendi aliquod commodum tẽporale, aut in terrore amittendi. Et maxime cauendum eſt, ne tendentes ad ſapientiam, quæ in ſolo Chriſto inueniri poteſt, in q ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſci-

Col. 2. entiæ abſcondi. Cauendũ ergo eſt, ne in ipſo Chriſti noĩe ab hæreticis, uel quibuslibet male intelligẽ

N tibus

tibus, & ſeculi huius amatoribus decipiamur. Nã
ideo ſequitur, & monet: *Non omnis qui dicit mihi, do-
mine domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit
uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, intrabit in regnũ
cœlorum.* Ne putemus ad illos fructus iam perti-
nere, ſi quis domino noſtro dicat, domine domine,
& ex eo nobis arbor bona uideatur: ſed illi ſunt
fructus, facere uoluntatem patris qui in cœlis eſt,
cuius faciendæ ſeipſum exemplum præbere digna-
tus eſt. Sed merito poteſt moueri, quomodo huic
ſententiæ conueniat illud Apoſtoli, ubi ait: Nemo
in ſpiritu dei loquens dicit anathema Ieſu, & ne-
1.Cor.12 mo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſan-
cto, quia nemo aliquos habentes ſpiritumſanctum
*poteſt * poſſumus dicere non intraturos in regnum cœ-
lorum, ſi perſeuerauerint uſq; in finem: neq; illos
qui dicunt domine domine, & tamen non intrant
in regnum cœlorum, poſſumus dicere habere ſpiri
tumſanctum. Quomodo ergo nemo dicit dñs Ie-
ſus, niſi in ſpũſancto, niſi quia proprie Apoſtolus po-
ſuit uerbum quod eſt, dicit, ut ſignificet uoluntatẽ
atq; intellectũ dicentis? Dñs uero generaliter po-
ſuit uerbum quod ait: Non oĩs qui dicit mihi domi-
ne dñe, intrabit in regnũ cœlorum. Videtur eñ di-
cere etiam ille, qui nec uult, nec intelligit quod di-
cit. Sed ille proprie dicit, qui uoluntatẽ ac mẽtem
ſuam ſono uocis enunciat, ſicut pauloante quod di-
ctum eſt gaudium in fructibus ſpiritus, proprie di-
ctum eſt, non eo modo, ut alibi dicit Apoſtolus:
Galat.5. Non gaudet ſuper iniquitate. Quaſi quiſquã poſ-
1.Cor.13 ſit ſuper iniquitate gaudere, quia illa elatio eſt ani
mi tumide geſtientis, non gaudium: nam hoc ſoli
boni habent. Ergo dicere uidentur etiam illi, qui
non hoc quod ſonant & intellectu cernunt, & uo-
luntate agunt, ſed tantum uoce ſonant, ſecundum
quem ſonum dñs ait: Non oĩs qui dicit mihi dñe
dñe, intrabit in regnũ cœlorum, ſed qui facit uolũ-
tatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in
regnũ cœlorum. Vere autẽ ac proprie illi dicunt, à
quorum uoluntate atq; mente non abhorret pro-
latio ſermonis ſui, ſecundum quã ſignificationem
1.Cor.12 dixit Apoſtolus: Nemo poteſt dicere dominus Ie-
ſus, niſi in ſpiritu ſancto. Tu autem.

DOMINICA X. POST Pentecoſten. Luc. XVI.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu
is parabolam hanc: Homo quidam erat di
ues, qui habebat uillicũ, & hic diffamatus
eſt apud illũ quaſi diſſipaſſet bona ipſius.
Et reliqua. Homilia de eadem lectione.

QVis eſt homo diues, niſi Chriſtus? Di-
ues in cœlo, & diues in terra, diues ubi-
que diues plenus gratiæ & ueritatis.
Johan.1 Et nos oẽs de plenitudine eius accepi-
mus Diues apud quẽ abſcõditi ſunt oẽs
theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ. Diues in omnibus, &
in omnes qui inuocant illum. Villicus autem eſt
unuſquiſque Chriſtianus, qui in baptiſmo uillica-
tionem ſui accepit, & proximi. Chriſtianus enim
unuſquiſq; nõ tantum ſui cauſa uiuit, ſed & proxi-
mi: & non tantum redditurus eſt rationem pro ani
ma ſua, ſed & ꝓ eius cum quo uiuit in hac uita, ex-
ercens ſe corpore & animo, & adiuuãs proximum
documentis & exemplo. Nec tantum quærens quæ
ſua ſunt, ſed & quæ aliorũ. Hæc eſt Chriſtianorum
cura nobilis, & ſancta uillicatio. Hinc eſt iudicium
Chriſti tremendum, & futura exactio. *Et hic diffa-
matus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius.*
Quotidie diffamamur apud deum, quia angeli no-
ſtri ſemper uident faciem patris, & nunciãt ei oĩa Mat.18.
opera noſtra. Quid ergo faciemus? Vbi abſconde-
mur? Illi nos diffamãt, qui noſtra interiora uidẽt.
Illi nos infamant, qui omni hora nos intuentur &
deum. Intuentur omnia noſtra & deum, quia no-
ſtra intuendo, nunciant deo. Non eſt obſtaculum,
non ſunt tenebræ quibus impediantur uidere om-
nia noſtra, quia diuinum lumen quo illuminantur,
penetrat omnia. Quia lux in tenebris lucet, & nox Pſal.138.
ſicut dies illuminabitur. ¶ *Et hic diffamatus eſt apud
illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius.* Quis omnia ſibi tra
dita bona bene diſpenſat in omnibus? Quis non
aliquando dormitat? Quandoque bonus dormi-
tat Homerus. Et in multis offendimus omnes.
Et ſi dixerimus quia peccatum non habemus, nos- 1.Ioh.1.
metipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt.
¶ *Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te?*
Q̃tidie nos uocat Dominus: Venite filij, audite me.
Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis. Pſal.33.
Et: O uiri ad uos clamito, & uox mea ad filios ho- Mat.11.
minum. Quotidie loquitur nobis. Loquitur per ꝓ-
phetas, loquitur per apoſtolos, loquitur per ſeip- Pro.8.
ſum in euangelio, loquitur per doctores, loquitur
in conſcientia. ¶ *Quid hoc audio de te?* Increpat ma-
le cogitantes, increpat male loquentes, increpat
praue agentes, increpat male uiuentes. Quid hoc
audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ.
Quia de omni uerbo otioſo q̃d locuti fuerint ho- Matt.12
mines, reddent rationem in die iudicij. ¶ *Redde ra-
tionem uillicationis tuæ:* Quid agas apud te, quid a-
pud proximum, quid cogites in corde, quale pro-
feras uerbum, quid auditu delectet, & cui infigas
oculum. Redde rationem uillicationis tuæ. Bona
mea diſſipas, bonis meis male uteris, bona mea
das extraneis. Voco, & non reſpõdes: porrigo ma-
num, & non reſpicis. Redde rationem uillicatio-
nis tuæ. ¶ *Iam enim non poteris uillicare.* Ad finẽ per-
ueniſti, tempus eſt iudicij & rationis reddendæ. Iã
non poteris uillicare. Cito hinc abiturus, cito mo-
riturus es, iam non poteris uillicare. Poſt hanc e-
nim uitam non eſt uillicatio. Hic uillicando ſerui-
mus, ibi requieſcendo mercedem capimus. Hic ac-
quirimus quod ibi poſſideamus. Hic labor, ibi præ-
mium. ¶ *Ait autem uillicus intra ſe: Quid faciam,
quia Dominus meus aufert a me uillicationem?* Felix
qui de fine cogitat, felix qui quotidie cogitat ſe
moriturum, quia melior eſt finis orationis quam Eccle.7
principium. Et ſancti dum finiuntur in ſeculo fi-
unt in cœleſti ſede perpetui, quibus finis uitæ ui-
uendi initium confert. Quid faciam? Quomodo
de male diſpenſata uillicatione euadam? ¶ *Fodere
non ualeo.* Poſtquam defecit huius uitæ uillicatio,
non relinquitur actio poſt hanc uitam, pro qua
mereamur æternam uitam. Ibi iam non ualeo fo-
dere, quia ibi nõ eſt pauperes recreare, infirmos uiſi-
tare, uigilijs ſacris & orationibus inſiſtere. Quid
eſt enim aliud fodere, niſi ſanctarũ exercitijs actio
num terram mentis & corporis excolere? Terram
fodimus, cum à nobis extirpamus uitia, & uirtutes
inſerimus. Quod fieri non poteſt poſt hanc uitam,
quia tempus illud non eſt pœnitẽtiæ aptum, ſed re-
tributioni bonorum ſiue malorum operum. ¶ *Men-
dicare erubeſco.* Ne mihi dicatur quod fatuis uirgi-
nibus dictum eſt: Ne forte nõ ſufficiat nobis & uo- Mat.25
bis, ite potius ad uendẽtes, & emite uobis. Eſt mẽ-
dicatio

dicatio bona, eſt mendicatio mala. Mēdicatio bona hic. Hic enim bene mendicamus à doctoribus ſapientiam & doctrinam: à ſanctis medicamus in litanijs ut orent ꝓ nobis. In alia uita mēdicatio erubeſcēda. Quis em̄ nō erubeſcat dicere: Date nobis de

Ibidem. oleo ueſtro, qa lampades noſtræ extinguunt? Ideo mendicare erubeſco. Vere mēdicatio erubeſcēda, ubi nihil recuperat, & egeſtas oim bonorū perpetua comitatur. Ideo mendicare erubeſco. Ibi eō ꝓ deſt alieni boni mendicatio, ubi deficit omne bonum ſuum. Nec poteſt ab alio quiſquam expectare quod ipſe non meruerit, cum unicuiq; uix ſua ſufficiant, & iuſtus uix ſaluabitur. Ideo mendicare erubeſco. ¶ *Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a uillica-*

1.Petr.4 *tione, recipiant me in domos ſuas.* Salubre conſilium reperit ad finem, qui male diſpenſauit uillicationem, ſcilicet ut daret pauca, recepturus plura, & reciperetur in domos aliorum, cui propria deficiebant. ¶ *Conuocatis itaque ſingulis debitoribus Domini ſui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei.* Communem Dominum habemus, qui unum deum colimus, qui omnes debemus quicquid boni poſſumus. Sed quia omnes uillici ſumus, de iure uillicationis noſtræ debitorum Domini pars ad nos refertur, ut non ſolum inueniamur debitores dei, ſed etiam inuicem noſtri. Non enim ſolum iubemur diligere deum, ſed & proximum. Debitores ergo ſumus dei, debitores ſumus & proximi: deo tamen totum debemus, etiam id quod ad proximum referimus, ut quicquid debemus, deo debeamus. Habemus autem ſpiritualia bona, habemus & corporalia. Spiritualia, ut fidem, iuſtitiam, charitatem, & cætera, quæ deo debemus & proximo. Corporalia, ut aurum, argentum, triticum, uinum, & cætera, unde deo ſeruimus, & proximum adiuuamus. Quid melius per oleum poſſumus intelligere, quā ſpiritualia, quod rarius eſt & leuius triticea ſoliditate, & lumen fouet, & cultus uirtutum, illuminat mentem ad intuendam ueritatem, & præſtat omnibus liquidis, ut ſpiritualia corporalibus? Quid per triticum, niſi corporalia? Siquidem per ſpeciem ſæpe genus intelligitur. Villicus autem primum debitori loquitur olei, quia priora ſunt ſpiritualia corporalibus. Quid debent centum cados olei, quia debet deo quicquid ſpiritualis habet boni. Sic enim ſunt olei cadi plures, ſicut ſpiritualis boni multæ ſpecies. Vas enim olei centenarium, ſpecies deſignat omnes ſpiritualium bonorū. Nam & centenarius plenitudinem ſæpe ſignificat, & finitus ſæpe ponitur pro infinito. Debet ergo centum cados olei, qui debet Deo perfectionem ſpiritualis boni. Sed multum pertinet proximo de hoc quod debetur Deo. Multum enim offendimus, niſi fidem, iuſtitiam, & charitatem proximo reddamus. Cum igitur de centum cadis olei uillicus quinquaginta ſcribi iubet, quod debetur Deo, confirmatur ſcripto, quia non dimittitur quod ſibi debetur: eō iubet ſcribi, quia dimittitur. Dimittit quod ſuum eſt, relinquit quod dei eſt. De hoc quod ſibi debetur, uenia facit ſecurum: de hoc quod debetur deo, ſcripto facit ſollicitum. Vnde ſequitur: ¶ *Dixit illi: Accipe cautionem tuam, & ſede cito, & ſcribe quinquaginta.* Ac ſi aperte diceret: quod mihi debes, dimitto tibi: qđ debes deo, cautelā aſſume. Et qui ſupbus ſtas, ſede cito, & humiliare: & qđ paruli pendebas, uel obliuioni ꝓ nihilo ducebas, ſcribe in tabulis cordis, & memoria tene, ut frequēter pœniteas & expies, donec & ipſum dimittat tibi. *Sede cito*. i. ne differas de die in diē. Scribe quinquaginta. Numerus pœnitentiæ & remiſſionis. Vnde & annus quinquageſimus remiſſionis, & Pſalmus quinquageſimus pœnitētialis. Quinquaginta ergo ſcribūtur, & quinquaginta dimittūtur. Similis numerus ſimilē ſignificat offenſionē in deū & hoīem. Vnde dñs dicit in euangelio: Diliges dn̄m deū tuū Matt.22 ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota mēte tua: hoc eſt primū & magnū mandatū. Secundū aūt ſimile eſt huic: Diliges ꝓximum tuū ſicut teipſum, Nā quorum ſimilis eſt dilectio, ſimilis eſt & offenſio. Sequitur: *Deinde alio dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici.* Cadus liquorum menſura eſt, & corus ſeminum. Valde timendum eſt nobis, qui plenitudinem corporalium bonorum debemus proximis: debemus, & tamen non ſoluimus: debemus totum, & uix parū ſoluimus. Quid ergo faciemus? Si non poſſumus ſoluere totum qđ debemus alijs, dimittamus ſaltem quod debetur nobis. Vnde ſequitur. ¶ *Ait illi: Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta.* Qui enim de centū ſcribit octoginta, quintam partem dimittit, quia de corporalibus hoc debetur proximo, quod quinque ſenſus corporis exigunt. Hoc ſcripto commendatur, quod diuinæ gratiæ per octonarium relinquitur. Rapuiſti meum, abſtuliſti præſtitum, negaſti commendatum. Si dimitto tibi, quid mea refert? ſcribe octoginta, id eſt, commenda memoriæ quod adhuc eges uenia diuinæ gratiæ. Siquidem euangelij gratia ſignificatur per octonarium, ſicut auctoritas legis per ſeptenarium. Sed meretur octonarij gratiam, qui præcepta cuſtodit quæ ſignificantur per decem: ut per octonarium iuncto quindenario gratiam intelligamus infixam præcepto, ut qui ſcribit octoginta, per decalogi cuſtodiam perueniat ad octonarij gratiā. *Et laudauit dominus uillicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet.* Mira res, malus eſt uillicus, & laudatur: male diſpenſauit, & parcitur: non emendauit quod fecit, & indulgetur. Vere prudenter egit, quia dimiſit pauca, ut reciperet plura: dimiſit tēporalia, ut æterna perciperet. Audierat enim: Dimittite, & dimittetur uobis. Et dimitte Luc.6.

nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Mat.6.

Vere prudēter egit, qui deū molitur facere debitorē ſuū, ut exigat ab eo debitam remiſſionem, quia remiſit. Prudenter egit, qa cui erat obnoxius, ipſum ſibi facit obnoxium: & quem habebat durum exactorem, nunc pium habet debitorem, ut fiducialiter dicat: dimitte, qa dimiſi: redde quam debes ueniam, qa ego dedi ueniā. ¶ *Quia filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Filij lucis laborant, & uix merentur precium: currunt, & uix ad brauium perueniunt: parturiunt, & uix euadunt. Filij ſeculi poſt fraudes & illecebras ac illicitos mores, ſolūmodo dimittunt, & deum debitorē tenent: parcunt, & parcitur eis: condonant, & donātur. Ideo prudentiores ſunt filij ſeculi filijs lucis in generatione ſua, id eſt, quando regenerantur deo, & renouātur ſpirituali uita. ¶ *Et ego dico uobis: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis.* Mammona, id eſt, diuitiæ, quæ iniquitatis dicuntur, quia ſine iniquitate non capiuntur, & qa iniquū eſt eas reuocare in ꝓprios uſus, quas creauit communes dñs. Vnde ſcriptum eſt, pro iniquitate uidi tentoria Æthiopiæ, id eſt, pro diuitijs capiendis uidi hoīes factos tabernacula nigredinis, id eſt, uitiorum & dæmonum, ut qui poterant eſſe

tabernacula uirtutum ſectaudo paupertatem, fa-
cti ſint uitiorum tentoria pro iniquitate congre-
ganda. Quis nonuideat multos periuria incurre-
re, homicidia facere, dolos machinari cõtra pro-
ximos, rerum domeſticarum & dominorum pro-
ditores eſſe propter diuitias? Hi ſunt pro iniquita
te tẽtoria Aethiopiæ. Sed cum uillicus fecerit ſu-
perius & de ſpiritualibus & corporalibus, cur do-
minus finem concludit parabolæ ſuæ de ſolis cor-
poralibus? Citius dimittimus iniuria factã quam
præſtitam pecuniam: facilius damus fidem quam
poſſeſsionem: proniores ſumus dimittere odia,
quam expendere noſtra. Ideo dominus parabola
nobis ad miſericordiam inſtructis, in ea parte mi-
ſericordię cõcludit ſermonẽ, q̃ nouit eſſe apud ho-
mines difficiliorẽ: & ad eam nos enixius hortatur
in fine, ad quam uidet nos difficilius inclinari, quia
melior eſt finis orationis quam principium. Facia-
mus ergo de diuitijs iniquitatis amicos, pauperi-
bus eas diſtribuendo, & debitoribus, atque his qui
eas abſtulerint dimittendo. Sed quia iniquitatis di
uitiæ aliæ paterna poſsidentur ſucceſsione, aliæ
iuſto conquiruntur labore, aliæ uſurpantur ex ſce-
lere uel impietate: de his certe amici non fiunt, quę
de ſcelere uel impietate ueniunt. Nec putet quiſ-
quã ex his adiutores quærere ſalutis, quas ex mer-
cimonio corraſit iniqtatis. Scriptũ eſt eñ: Hoſtiæ
impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcele-
re Et immolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata:
& qui uictimat filium in conſpectu patris. Cum
ergo præcipitur fieri amicos de mammona iniqui
tatis, diſcernendum eſt, ut eas intelligamus, quæ
de ſucceſsione uel iuſto labore proueniunt. Quæ
tamen & ipſæ iniquitatis dicuntur, quaſi inæquali
tatis: quia cum eas in proprietate tenemus, æqua-
litatem cum alijs hominibus non ſeruamus. Sunt
ergo illæ de quibus amicos facere præcipimur, di-
uitiæ & iniquitatis, & iuſtitiæ. Iniquitatis quidẽ
quantum ad deum, qui omnia communibus creat
uſibus. Iuſtitiæ uero quantum ad ſeculum, quia iu-
ſtitia ſeculari poſsidentur ab hominibus. Diuitiæ
ergo quæ iuſte poſsidẽtur in terra, & iniuſtæ ſunt
quantum ad diuinam iuſtitiam, & iuſtæ quantum
ad terrenam. Diuina iuſtitia cuiuſlibet, proprietas
alicuius poſſeſsionem defendit. Per terrenam iuſti
tiam homines propria colligunt, per diuinã iuſtiti
am ſua communia faciunt. Diuitiæ uero quæ ſunt
ex ſcelere, omnino ſunt iniuſtæ, nec illas iuſtitia di
uina cõprobat, quas etiam terrena condemnat. Et
iſtæ deo nullo modo ſunt offerendę, quę de ſcelere
ſunt acquiſitæ. Et cito tamen reddendæ ſunt, imo
mo proijciendę, ne malefactor inueniatur in malo
cœpto perſeuerare. ¶ *Vt cum defeceritis, recipiant
uos in æterna tabernacula.* Exponit hic q̃d dixerat,
recipiant uos in domos ſuas. Manſiones eñ ęternę
domus ſunt eorũ quibus impendit miſericordia.
Domus inquam eorũ, nõ poſſeſsione, ſed cauſa. Nõ
poſſeſsione, quod eas poſsideant, quas forſitan nõ
poſsidebũt: ſed cauſa, q̃d ſcilicet cauſa ſunt ſuis bñ
factoribus poſsidẽdi. In ſuas ergo domos nos reci
piunt, q̃ñ in ęternas manſiones nos ire faciunt. Su-
as eñ reputamus, quas non niſi per eos accipimus.
Quas uobis quaſi retribuũt propter beneficia quæ
receperunt: & propter miſericordias quas accepe
rũt tẽporalium, æternorum retributores exiſtũt,
per eum qui pro ipſis reddidit quod debuerũt, do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui uiuit & re-
gnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DE EADEM DOMINICA HO-
milia D. Euſebij Emiſſeni.

HAec autem ſecundum literam plana ſunt, &
per ſingula exponere non eſt neceſſe. Dicat
tamen ipſe dominus ad quid hanc ſimilitu-
dinem dederit. Quia, inquit, filij huius ſeculi pru-
dentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Non
enim uillici iniquitatem, ſed prudentiam dominus
laudat. Hic autẽ dominus qui uillicum iniquitatis
laudat, non dominus omnium, ſed dominus uillici
intelligi debet. Non laudat eum de fraude quã fe-
cit, ſed de ingenio quod ſibi in futurum ꝓſpexit.
Neſciens enim quomodo uiueret, (ſiquidem fode
re nõ ualebat, mẽdicare erubeſcebat:) hoc ſingula-
re inuenit pręſidiũ, ut q prius domini ſui bona diſ-
ſipauerat, hanc in finem fraudẽ committeret. Lau-
datur igitur non de bonitate aliqua, ſed de callidi-
tate & fraudandi aſtutia, ut qui bona Domini ſui
iam ſurando rapere non poterat, celando & ab-
abſcondendo ſubtraheret. Cui prudentię non ſolũ
dominus uillici, ſed & Dominus omnium applau-
dere uidetur, dum dicit. *Quia filij huius ſeculi prudẽ-
tiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Prudentiores
ſunt illi in malo, quam iſti in bono. Vix enim inue-
niuntur aliqui ſancti qui tantam prudentiã habeãt
in acquirendis bonis æternis, quantam calliditatẽ
iſti habent in acquirendis bonis tẽporalibus & fu-
gitiuis. Pro his enim die noctuꝗ uigilant, laborãt,
anguſtiantur, & per fraudes, rapinas, furta, prodi-
tiones, periuria, homicidia, & his ſimilia, has tales
diuitias coaceruare non ceſſant. Deniꝗ quis dice-
re ualeat, quantam ſe uiciſsim decipiendo huius ſe
culi prudentiam & calliditatem habeant? Audiãt
igitur hęc filij lucis, & à filijs huius ſeculi uinci eru
beſcant. Ideo enim hæc ſcripta ſunt, ut audiendo
prudentiores fiant, non autem ut iniquitatis uilli-
cum imitando, fraudem in aliquo uel iniuſtitiam
agant. Vnde & ſubditur. *Et ego uobis dico, facite uo-
bis amicos de Mammona iniquitatis, ut quum defeceri-
tis, recipiant uos in æterna tabernacula.* Facite, inquit,
uobis amicos de Mammona iniquitatis, ſed non eo
modo quo fecit uillicus iniquitatis. Non fraudan-
do aliena, ſed largiẽdo ueſtra. *Sicut igitur uillicus
iniquitatis,* qui Domini ſui bona diſsipauerat, ſciẽs
quia iam ulterius uillicare nõ poſſet, fecit ſibi ami-
cos ad quorum auxilium poſt uillicationem con-
fugeret: ita & uos facite de mammona iniqui-
tatis, & diuitijs domini ueſtri quas diſsipaſti, quia
auare eas retinuiſtis, & ſecundũ eius uoluntatẽ nõ
expendiſtis. Eas igitur pauperibus erogate, de his
uobis amicos facite: ut quum defeceritis, in ęterna
recipiant uos tabernacula. Quæ diuitiæ quum ſua
natura bonę ſint, ueſtra tenacitate iniquæ fiũt. Oẽs
enim diuitiæ iniquæ ſunt, quæ auare retentæ pro-
prijs dominis nocẽt, uel quę ex ęqualitate non ex-
penduntur. Tunc enim ex æqualitate eas expen-
dis, ſi & tibi tantum reſerues quantum ſufficere
poſsit, & cætera indigentibus largiaris. Vnde Apo
ſtolus: Non enim ut alijs ſit remiſsio, uobis autem
tribulatio, ſed ex æqualitate in præſenti tempore,
ueſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, ut &
illorum abundantia ueſtræ inopiæ ſit ſupplemẽ-
tum. In quo manifeſte oſtenditur quia non neceſ-
ſaria, ſed ſuperabũdantia dare iubemur. Nõ eñ uult
Apoſtolus ut ſic in dãdo prodigi ſimus, ut ipſi po-
ſtea penuria tribulemur. Diuitię igit̃, quæ p ſe qui-
dẽ iniquę ſunt, ſi ſic diuidãtur, æternos uobis ami-
cos & ęterna tabernacula pariũt. Per ſe quidẽ diui-

tiæ inlquæ ſunt, quia niſi diuidantur æquę nõ ſunt.
Diuiſæ autem iam non ſunt, inlquæ igitur ſunt,
quandiu ſunt. Non enim dicuntur diuitię, quæ non
ad ſuperfluitatem, ſed ad neceſsitatem reſeruan-
tur. Si igitur tollas ab eis ſuperfluitatem, tolles
& nomen iniquitatis. Sequitur: *Qui fidelis eſt in mi-
nimo, & in maiore fidelis eſt: & qui in modico iniquus
eſt, & in maiore iniquus eſt.* Hæc enim ſpecialiter de
Apoſtolis, & per eos de cæteris Eccleſiæ diſpenſa
toribus & prælatis dicuntur. Vnde & in huius Euã
gelij principio dicitur, quod hæc Dominus dixe-
rit ad diſcipulos ſuos. Maiora igitur Eccleſię nego
tia eis committenda & credenda non ſunt, q in ui-
ta priuata fideles non extiterunt, & de illo mo-
dico quod habebant pietatis & miſericordiæ
opera nõ fecerunt. At uero illos in prioratu fore
fideles dubitare non debemus, quos de modico qđ
poſsident, libenter alijs ſubuenire uidemus. Hic e-
nim Apoſtolus præcipit Epiſcopos non cupidos
eſſe, nec turpis lucri ſectatores. Valde igitur cõſi-
derandum eſt in electione prępoſitorũ, quales in
modico fuerint, & quid pietatis & miſericordiæ
habuerũt: quoniã qui in modico fideles nõ ſunt, in
magnis quoq; fideles nõ ſunt. Vnde & ſubditur, *Si
ergo iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod ueſtrũ eſt,
quis credet uobis?* Si de diuitijs, quę fugitiuæ & fallaz-
ces & trãſitoriæ ſunt, miſericordiam non feciſtis,
quis Eccleſiæ diſpenſationem & regimen, quod ue
rum, æquũ, & ſanctum eſt, & ſine dolo diſpenſari
debet, uobis credere & committere audeat? Et ſi
in alieno fideles nõ fuiſtis, quod ueſtrũ eſt quis da-
bit uobis? Illa enĩ aliena ſunt, & non noſtra, quæ ſic
poſsidemus ut ſemp amittere timeamus. Noſtra
uero ſunt de quibus ſecuri ſumus, & nunq̃ amitte-
re timemus. Tẽporales igitur diuitiæ alienę ſunt,
noſtræ uero æternæ, ſi boni fuerimus & in his tem
poralibus ſpem non habuerimus. Sed illa quæ no-
ſtra ſunt, & nobis prædeſtinata ſunt, nobis non da-
bũtur, ſi in hoc alieno fideles non fuerimus, quĩ ſub
ea conditione & data & prædeſtinata ſunt nobis,
ſi huius fidelitatis uirtus inueniatur in nobis.

DOMINICA XI. POST Pentecoſten. Luc, xix.

¶ In illo tempore: Cum appropinquaſſet
Ieſus Hieruſalem, uidens ciuitatem, fleuit
ſuper illã, dicẽs: Quia ſi cognouiſſes, & tu.
Et reliqua. Homilia beati Gregorij Papæ.

LEctionem breuem ſancti euãgelij, breui,
ſi poſſum, uolo ſermone percurrere, ut il-
lis in ea prolixior detur intentio, qui ſci-
unt ex paucis multa cogitare. Quod flẽte
domino Hieroſolymorũ ſubuerſio deſcri
batur, quæ à Veſpaſiano & Tito Romanis princi-
pibus facta eſt, nullus qui hiſtoriã euerſionis eiuſ-
dẽ legit, ignorat. Romani enĩ principes denunciã-
tur, cum dicitur: ¶ *Quia uenient dies in te, & circun-
dabunt te inimici tui uallo, & circundabunt te & coan-
guſtabunt te undique, & ad terram proſternent te, &
filios tuos, qui in te ſunt.* Hoc quoque quod additur:
¶ *Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem,* etiam
ipſa iam eiuſdem ciuitatis tranſmigratio atteſta-
tur, quia dum nunc in eo loco conſtructa eſt, ubi
extra portam fuit Dominus crucifixus, prior illa
Hieruſalem, ut dicitur, funditus eſt euerſa. Cui ex
qua culpa euerſionis ſuæ pœna fuerit illata, ſubiũ-
gitur: ¶ *Eo quod nõ cognoueris tẽpus uiſitationis tuæ.*
Creator quippe omniũ per incarnationis ſuę my-
ſterium hanc uiſitare dignatus eſt, ſed ipſa timoris
& amoris illius recordata non eſt. Vnde etiam per
prophetã in increpatione cordis humani, aues cœ-
li ad teſtimonium deducũtur, cum dicitur: Miluus Hie.8.
in cœlo cognouit tempus ſuum, turtur & hirundo
& ciconia cuſtodierunt tempus aduẽtus ſui: popu-
lus autem meus non cognouit iudicium domini.
Sed quærendum prius eſt quid ſit qđ dicitur. ¶ *Vi-
dens ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cogno-
uiſſes, & tu.* Fleuit enim pius redemptor ruinam
perfidę ciuitatis, quam ipſa ſibi ciuitas non cogno-
ſcebat eſſe uenturam. Cui à flente domino rectè di
citur, quia ſi cognouiſſes, & tu, ſubaudi fleres, quæ
modo, quia neſcis quod imminet, exultas. Vnde &
ſubditur: ¶ *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem ti-
bi.* Cum enim carnis ſe uoluptatibus daret, uentu-
ra mala non proſpiceret, in die ſua quæ ad pacem
ei eſſe poterant, habebat. Cur uero bona pręſentia
ad pacem habuerit, manifeſtatur cum ſubditur:
¶ *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Si enim à
cordis eius oculis mala quę imminebãt, abſcõdita
non eſſent, læta in pręſentibus ꝓſperis non fuiſſet.
Cuius mox etiam pœna quæ de Romanis, ſicut ſu-
dixi, principibus imminebat, adiuncta eſt. Qua de-
ſcripta, quid Dominus fecerit, ſubditur: ¶ *Quia
ingreſſus templum, cœpit eijcere uendentes de illo &
ementes, dicens illis: Scriptum eſt: Quia domus mea do-
mus orationis eſt, uos autem feciſtis illam ſpeluncam la-
tronum.* Qui enim narrauit mala uentura, & proti-
nus templum ingreſſus eſt, ut de illo uendentes &
ementes eijceret, profecto innotuit quia ruina po-
puli maxime ex culpa ſacerdotum fuit. Euerſionẽ
quippe deſcribens, ſed uendẽtes in templo & emẽ-
tes feriens, in ipſo effectu ſui operis oſtendit, unde
radix prodijt perditionis. Sicut autem euangeliſta
alio teſte didicimus, in templo colũbæ uendeban-
tur. Et quid p columbas, niſi ſpiritusſancti donum Mat.21.
accipitur? Sed uendentes & ementes e templo eli-
minat, quia uel eos qui pro munere impoſitionum
manuum tribuunt, uel eos qui donum ſpiritusſan-
cti emere nituntur, damnat. De quo templo mox
ſubditur: Domus mea, domus orationis eſt, uos au-
tem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Qui enim
ad accipienda munera in templo reſidebant, profe
cto quia quibuſdam non dantibus læſiones exqui-
rerẽt, dubium nõ erat. Domus ergo orationis, ſpe-
lunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo
aſſiſtere nouerant, ut aut nõ dantes munera ſtude-
rẽt corporaliter perſeq, aut dãtes ſpiritualiter ne
care. Quia uero redẽptor noſter prędicationis uer
ba nec indignis & ingratis ſubtrahit, poſtquam di
ſciplinę uigorem eijciendo peruerſos tenuit, donũ
gratiæ mox oſtendit. Nam ſubditur: ¶ *Et erat do-
cens quotidie in templo.* Hæc iuxta hiſtoriã breuiter
tractãdo trãſcurrimus. Sed qa euerſam tã Hieruſa
lem nouimus, atq; euerſione ſua in melius commu-
tatam, qa expulſos latrones e templo, atq; ipſum
iã templum erutum ſcimus, debemus ex rebus ex-
terioribus introrſus aliquam ſimilitudinem trahe-
re, atq; ex euerſis ædificijs parietum, morum rui-
nam timere. Vidẽs enim ciuitatem, fleuit ſuper il-
lam dicens: Quia ſi cognouiſſes, & tu. Hoc ſemel
egit, cum perituram ciuitatem eſſe nunciauit. Hoc
quotidie redemptor noſter per electos ſuos agere
nullatenus ceſſat, cum quoſdã ex bona uita ad mo
res reprobos perueniſſe conſiderat. Plangit enim
eos qui neſciunt cur plangantur, qa iuxta Salomo-

Pro.2. nis uerba, lętantor cũ maleſecerint, & exultaot in
rebus peſsimis. Qui ſi damnationẽ ſuã quæ eis im-
minet agnouiſſent, ſemetipſos cum lachrymis ele-
ctoeũ plaugerẽt. Bene ergo periturę animæ ſentẽs
tia quæ ſubditue, cõuenit: ¶ *Et quidem in hac die tua
quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis
tuis.* Suã hic diem habet aĩa pueeſa, qa tranſitorio
gaudet io tẽpore: cui ea quæ aſſunt, ad pacẽ ſunt,
quia dum ex rebus tẽporalibus lætatur, dũ honori
bus extollit, dũ in carnis uoluptate reſoluitue, dũ
nulla uenturę pœnę formidiue terretur, pacem ha
bet in die ſua, quę graue damnationis ſuæ ſcanda-
lum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda eſt,
ubi iuſti lętabuntur, & cuncta quæ modo ei ad pa-
cem ſunt, tunc in amaritudinem rixę uertuntur: qa
rixari ſecum incipit, cur damnationem quam pati-
rue, non expauit, cue à proſpiciendis malis ſequen-
tibus oculos mentis clauſit. Vnde ei dicitur: Nunc
autem abſcõdita ſunt ab oculis tuis. Peruerſa quip
pe anima rebus pręſentibus dedita, in terrenis uo-
luptatibus eeſoluta, abſcondit ſibi mala ſequeotia,
quia præuideee futura refugit, quę præſentem lę-
titiam pertuebent, dumq́ in præſentis uitæ oble-
ctatiooe ſe deſerit, quid aliud quam oculis clauſis
Eccl.11. ad ignem uadit? Vnde beue ſcriptum eſt, In die bo-
1.Cor.7 norum ne immemor ſis malorũ. Et unde per Pau-
lum dicitur: Qui gaudent, tanquam non gaudentes
ſint: quia & ſi qua eſt præſentis temporis, ita eſt a-
genda lętitia, ut nunquam amaritudo ſequentis iu-
dicij recedat à memoria, quatenus dum mens pa-
uida extremæ ultionis timore tranſfigitur, quan-
tum nunc præſens lætitia, tantum poſt ira ſubſe-
quens tempereiue. Hinc nanq; ſcriptum eſt: Bea-
Pro.28. tus homo qui ſemper eſt pauidus, qui uero mentis
eſt duræ, corruet in malum. Sequentis enĩm ira iu-
dicij tanto tunc diſtrictior portabitur, quãto nunc
& inter culpas minime timetur. Sequitue: ¶ *Quia
uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo.*
Qui, inquam, ſunt humanæ animæ maiores inimi-
ci, quam maligni ſpiritus, qui hãc à corpoee exeũ-
rem obſident, quam in carnis amore poſitam, dece
ptorijs delectationibus fouent? Quam uallo cir-
cuodãt, qa ante mentis eius oculos eeductis iniqui
tatibus quas perpetrauit, hãc ad ſocietatẽ ſuæ da-
mnationis coartant, ut in ipſa iam extremitate ui-
tæ depeehenſa, & à qbus hoſtibus circunclusa ſit ui
deat, & tamen euadendi aditum inuenire non poſ-
ſit, quia operari iã bona non licet, quæ cum licuit
agere contempſit. De quibus adhuc apte quod ſe-
quitur, intelligi ualet. ¶ *Circundabunt te, & coangu-
ſtabũt te undiq;.* Maligni quippe ſpũs undiq; animã
coanguſtant, quando ei non ſolum operis, uerũetiã
am locutionis, atq; inſuper cogitationis iniqtates
replicant, ut quę prius ſe per multa dilatauit in ſce
lere, ad extremum de omnibus anguſtetue in retri
butione. Sequitur: ¶ *Et ad terram proſternent te, &
filios tuos qui in te ſunt.* Tunc anima p cogitationẽ
reatus ſui ad terram conſternitur, cum caro quam
uitam ſuam credidit, redire ad puluerem urgetur.
Tunc in mortem filij cadũt, cũ cogitationes illici-
tæ, quæ modo ex illa prodeunt, in extrema uitæ
Pſal.145 ultione diſsipãtue, ſicut ſcriptum eſt: In illa die pe-
bunt omnes cogitationes eorum. Quæ ſcilicet diu-
ræ cogitationes intelligi etiam per lapidum ſigni-
ficationem ualent. Nam ſequitur: ¶ *Et nõ relinquẽt
in te lapidem ſuper lapidem.* Peeueeſa etenim mens cũ
peruerſæ cogitationi adhuc peruerſiorem adijcit,
quid aliud quam lapidem ſuper lapidẽ ponit? Sed
in deſtructa ciuitate ſuper lapidem lapis non relin
quitur, quia dum ad ultionem ſuã anima ducitue,
omnis ab illa cogitationum ſuarum conſtructio
diſsipatur. Quæ cur hoc patiatur, adiungitur: ¶ *Eo
quod non cognoueris tempus uiſitationis tuæ.* Prauam
quoq; animam omnipotens deus multis modis ui-
ſitare conſueuit. Nam aſsidue hanc uiſitat præce-
pto, aliquando autem flagello, aliquando uero mi
raculo, ut & uera quæ neſciebat audiat, & tamen
adhuc ſuperbiens atq; contemnens, aut dolore cõ-
puncta redeat, aut beneficijs deuicta, malum quod
fecit erubeſcat. Sed quia uiſitationis ſuæ tempus
minime cognoſcit, illis in extremo uitæ inimicis
traditur, cum quibus in æterno iudicio damnatio-
nis perpetuæ ſocietate colligatur, ſicut ſcriptum
eſt: Cum uadis cum aduerſario tuo ad principem
in uia, da operã liberari ab illo, ne forte trahat te
ad iudicẽ, & iudex tradat te exactori, & exactor
mittat te in carcerẽ. Aduerſarius quippe noſter in Luc.12
uia, eſt ſermo dei, cõtrarius noſtris carnalibus deſi
derijs in pręſenti uita, à quo ipſe liberatur, qui prę
ceptis eius humiliter ſubdit. Alioquin aduerſarius
iudici, & iudex tradet te exactori, qa ex ſermone
domini contẽpto, reus peccator teoetue in exami-
ne iudicis, quẽ iudex exactori tradet, quia hũc ma-
ligno ſpũi ad ultionem trahere permittit, ut com-
pulſam animam ipſe ad pœnã de corpore exigat,
quę ei ad culpã ſponte cõſenſit. Exactor mittit in
carcerem, quia per malignum ſpũm in inferno re-
truditur, quouſq; dies iudicij adueniat, ex quo iam
in inferni ignibus ſimul & ipſe crucietue. Expleta
igitor perditione ciuitatis, quam nos ad peruerſæ
animę ſimilitudinem traximus, protinus ſubditur:
¶ *Et ingreſſus templum, cœpit eijcere uendentes & e-
mentes in illo.* Sicut Dei templum in ciuitate Dei
eſt, ita in plebe fideli uita religioſorum. Et ſæpe
nonnulli religionis habitum aſſumunt, & dum ſa-
crorum ordinum locum percipiuot, ſanctæ reli-
gioois officium in commercium terrenæ negocia-
tionis teahunt. Vendeotes quippe in templo ſuot,
qui hoc quod quibuſdam iure competit, ad præ-
mium largiuntur. Iuſtitiam enim uẽdere, eſt hãc
pro præmij acceptione ſeruare. Ementes uero
in templo ſunt, qui dum hoc perſoluere proximo
quod iuſtum eſt nolunt, dumq; rem iure debitam
facere contemnunt, dato patronis præmio emunt
peccatum. Quibus bene dicitue: ¶ *Domus mea, do-
mus orationis eſt: uos autem feciſtis illam ſpeluncam
latronum.* quia dum nonnunquam peruerſi homi-
nes locum religionis tenent, ibi malitiæ ſuæ gla-
dijs occidunt, ubi uiuificare proximum orationis
ſuæ intercesſione debuerunt. Templum quoq; &
domus dei, eſt ipſa mens atq; conſcientia fidelium.
Quę ſi quando in læſione proximi peruerſas cogi-
tationes profert, quaſi in ſpelunca latrones reſi-
dent, & ſimpliciter gradientes interficiunt, quãdo
in eos qui in nullo rei ſunt, læſionis gladio defigũt.
Mens enim fidelium non iam domus orationis, ſed
ſpelunca latronum eſt, quando relicta innocentia,
& ſimplicitate ſanctitatis, illud conatur agere, un-
de ualeat proximis nocere. Sed quia cõtra peruer
ſa hæc omnia uerbis redẽptoris noſtri, per ſacras
paginas indeſinenter inſtruimur, nunc uſq; hoc a-
gitur, quod factum fuiſſe perhibetur, cum dicitue:
¶ *Et erat quotidie docens in templo.* Cum enĩm mentẽ
fidelium ad cauenda mala ſubtiliter erudit, quoti-
die ueritas in templo docet. Sed ſciendũ nobis eſt,
qa ueritatis uerbis ueraciter erudimus, ſi extrema
mala

mala noſtra formidoloſa & indefinẽter aſpicimus,
iuxta hoc quod per quendam ſapientem dicitur:
Eccl.7. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima
tua,& in æternum non peccabis. Penſare quippe
quotidie debemus,quod ex eiuſdem uoce noſtri re
demptoris audiuimus. *Et quidem in hac die tua, quæ
ad pacem tibi,nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.*
Dum enim diſtrictus iudex ſuſtinet, & adhuc ma-
num non exerit in percuſſionem,dum à retributio
ne ultionis ultimę eſſe quędam temporis ſecuritas
uidetur, debemus penſare malum quod ſequitur:
penſantes gemere,gementes uitare,ea quæ cõmiſ-
ſimus peccata,indeſinenter aſpicere, aſpiciẽtes fle
re,flentes abſtergere. Nulla nos proſperitatis trã-
ſitoriæ lætitia diſſoluat,nec mentis noſtræ oculos
ea quæ tranſitoria ſunt,obſtruãt,ne cæcos ad ignẽ
docant. Si enim diſtricte penſetur, cuius ſit ponde-
ris improperium,ex ore ueritatis agnoſcitur,cum
negligenti & futura non proſpiciẽti dicit: Et qui-
dem in hac die tua,quę ad pacem tibi,nunc autem
abſcondita ſunt ab oculis tuis. Nam cogitandũ ual
de eſt, quãtum nobis erit terribilis hora noſtræ re
ſolutionis,qui pauor mentis,quanta tunc omnium
malorum memoria,quæ obliuio tranſactæ felicita
tis,quæ formido eſt conſideratio iudicis. Quid er-
go eſſe nobis de præſentibus ad delectationẽ de-
bet,quando cunctis ſimul tranſeuntibus non ualet
tranſire quod imminet?quando & hoc funditus fi-
nitur quod diligitur, & illud inſpicitur,ubi dolor
nunquam finitur? Tunc maligni ſpiritus egredien
te anima,ſua opera requirunt:tunc mala quæ ſua-
ſerunt replicant, ut ſociam ad tormenta trahant.
Sed cur hoc de peruerſa ſolummodo anima dici-
mus,cum ad electos quoq; egredientes ueniãt, &
ſuum in illis,ſi præualeant,aliquid requirant? Vnus
autem in hominibus extitit, qui ante paſſionẽ ſuã
Ioh.14. libera uoce dixit: Iam non multa loquar uobiſcum,
uenit enim princeps mundi huius,& in me non ha
bet quicquam. Quia enim hunc mortalem homi-
nem uidit, ſuum in illo princeps mundi aliquid in-
uenire ſe poſſe credidit. Sed ſine peccato ullo à
mundi corruptione exijt,qui ſine peccato ad mun
dum uenit. Hoc de ſe contra mundi principem nec
Mat.16. Petrus dicere pręſumpſit,qui audire meruit: Quę-
cunq; ligaueris ſuper terram,erunt ligata & in cœ
2.Co.12. lis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, ſolutum
erit & in cœlis. Hoc nec Paulus dicere præſum-
pſit, qui priuſquam mortis debitum ſolueret, ad
Ioh.13. cœli tertij ſecreta peruenit. Hoc nec Iohannes di-
Pſal.50. cere auſus eſt,qui pro amore præcipuo in redem-
ptoris ſui pectore in cœna recubuit. Nam cum pro
pheta dicat, Ecce enim in iniquitatibus conceptus
ſum,& in delictis peperit me mater mea: ſine cul-
pa eſſe in mundo non potuit, qui in mundum cum
Pſal.142 culpa uenit. Hinc nanque idem propheta ait: Non
Eccęſ.7 iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Hinc
Salomon ait: Non eſt homo iuſtus in terra,qui fa-
ciat bonum,& non peccet. Hinc Iohannes,dicit: Si
1. Ioh.1. dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos
Iacob.3. ſeducimus,& ueritas in nobis non eſt. Hinc Iaco-
bus ait: In multis offendimus omnes. Cõſtat enim
quia omnes qui de carnis delectatione concepti
ſunt, in eorũm proculdubio uel actione uel locu-
tione uel cogitatione aliquid ſuum princeps mun-
di huius habuit. Sed idcirco illos uel poſt rapere,
uel prius tenere non potuit, quia illos ille à debi-
tis ſuis eripuit, qui ꝓ nobis ſine debito mortis de-
bitum ſoluit,ut nos ideo ſub iure hoſtis noſtri de-
bita noſtra non teneant, quia pro nobis mediator
dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus gratuito red-
didit,quod non debebat. Qui enim pro nobis mor
tem carnis indebitam reddidit,nos à debita animę
morte liberauit. Ait ergo: Venit enim princeps Ioh.14.
mundi huius,& in me non habet quicquam. Vnde
curandum nobis eſt, & cum magnis quotidie fle-
tibus cogitãdum,quam ſæuus, quam terribilis ſua
in nobis opera requirens in die noſtri exitus prin-
ceps huius mundi ueniat, ſi etiam ad deum carne
moriẽtem uenit, & in illo quæſiuit aliquid,in quo
inuenire nihil potuit. Quid itaq; nos miſeri dictu-
ri,quid acturi ſumus, qui innumera mala commiſ-
ſimus? Quid requirenti aduerſario,& multa ſua in
nobis inuenienti dicemus? niſi quod ſolum eſt no-
bis certum refugium,ſolida ſpes, quia unum cum
illo facti ſumus, in quo princeps huius mundi &
ſuũ aliquid requiſiuit, & inuenire non potuit,quo-
niã ſolus eſt inter mortuos liber, & a peccati iam
ſeruitio ueraci libertate ſoluimur,quia ei qui uere Mat. 7.
liber eſt,unimur. Conſtat enim, nec negare poſſu-
mus, ſed ueraciter fatemur, quia princeps huius
mundi habet in nobis multa,ſed tamen mortis no-
ſtræ tempore iam nos rapere non ualet, quia eius
membra effecti ſumus,in quo nõ habet quicquam.
Sed quid prodeſt, quod eidem redemptori noſtro
per fidem iũgimur, ſi ab eo moribus diſiungamur?
Ipſe etenim dicit: Non omnis qui dicit mihi domi-
ne domine, intrabit in regnum cœlorum. Rectæ
ergo opera, fidei rectæ iungenda ſunt. Mala quæ
fecimus,per quotidiana lamenta diluamus: tranſ-
actas nequitias noſtras, ſurgentia ab amore dei &
proximi recta opera ſuperent, nulla quæ poſſu-
mus fratribus impendere bona recuſemus. Neque
enim aliter redemptoris noſtri membra efficimur,
niſi inhærendo deo,& compatiẽdo proximo. Sed
quia ad amorem dei & proximi plerunque corda
audientium plus exempla quam uerba excitant,
charitati ueſtræ indicare ſtudeo, quod is qui præ-
ſto eſt filius meus Epiphanius diaconus in Iſauria
prouincia exortus, in uicina factum terra Lycao-
niæ ſolet narrare miraculũ. Ait enĩ quod in ea qui-
dã Martyrius nomine,uitæ ualde uenerabilis mo-
nachus fuit,qui ex ſuo monaſterio uiſitationis gra
tia ad aliud monaſterium tendebat, cui ſpiritua-
lis pater præerat. Pergens itaq;, leproſum quen-
dam, quem denſis uulneribus elephãtinus morbus
per membra fœdauerat, inuenit in uia, uolentem
ad ſuum hoſpitium redire, ſed pręlaſſitudine non
ualentem. In ipſo uero itinere ſe habere perhibe-
bat hoſpitium,quo idem Martyrius monachus ire
feſtinabat. Vir autem dei,eiuſdem leproſi laſſitudi-
nis miſertus, pallium quo ueſtiebatur, in terram
protinus proiecit & expandit, ac deſuper lepro-
ſum poſuit, eumque pallio ſuo undique conſtri-
ctum,ſuper humerum leuauit, ſecumq; reuertens
detulit. Cumq; iam monaſterij foribus propinqua
ret,ſpiritualis pater eiuſdẽ monaſterij magnis cla-
mare uocibus cœpit: Currite, ianuas monaſterij ci-
tius aperite,quia frater Martyrius, uenit dominũ
portans. Statim uero ut Martyrius ad monaſteriũ
aditum peruenit,is qui leproſus eſſe putabatur,de
collo eius exiliens,& in ea ſpecie apparẽs, qua re-
cognoſci ſolet ab hominibus redemptor humani
generis, deus homo Chriſtus Ieſus, ad cœlum
(Martyrio aſpiciente) rediſt, eiq; aſcendens dixit:
Martyri,tu me non erubuiſti ſuper terram,ego te
non erubeſcam ſuper cœlos. Qui ſanctus uir mox

ut eſt monaſterium ingreſſus,ei pater monaſterij
dixit:Frater Martyri,ubi eſt quem portabas? Coi
ille reſpondit,dicens:Ego ſi ſciſſem quis eſſet, pe-
des illius tenoiſſem. Tunc idem Martyrius narra-
bat,quia cum eum portaſſet, pondus eius mioime
ſenſiſſet.Nec mirum.Quomodo enim pondus ſen-
tire poterat , qui portantem portabat? Qua in re
penſandum nobis eſt, quãtum fraterna compaſſio
ualeat, quaotum nos omnipotenti deo miſericor-
diæ uiſcera coniungant.Inde enim ei qui eſt ſuper
omnia,propinquamus, unde nos per cõpaſſionem
proximi etiam ſub noſmetipſos deponimus. In re
bus corporalibus nemo alta tangit, niſi qui tendi-
tur:in rebus uero ſpiritoalibus certũ eſt,quia quã-
to plus per compaſſionem attrahimor, tanto altis
uerius appropinquamus. Ecce autem redemptori
generis humani ad ædificationem noſtram mini-
me ſuffecit , quod in extremo iudicio dicturum ſe
Mat.25. eſſe perhibuit: Quãdiu feciſtis uni de his fratribus
meis minimis,mihi feciſtis:niſi & ante iudiciũ hoc
in ſe oſtenderet,quod dixiſſet,ot uidelicet demon
ſtraret,quia quiſquis nũc bona opera indigentibus
exhibet,ei hoc ſpecialiter impẽdit,cuius hęc amo-
re exhibuerit:& taoto plos quiſque maiorem mer
cedem recipit,quanto nec eum deſpicit,qui ampli
us deſpiciendus uidetur.Quid enim in humana car
ne ſoblimius carne Chriſti, qoæ eſt ſuper angelos
exaltata? Et qoid in humana carne abiectios car-
ne leproſi , quæ tumeſcentibus uulneribos ſcindi-
tur,& exhalantibus fœtoribus impletur? Sed ecce
in ſpecie leproſi apparuit, & is qui eſt reuerendus
ſuper omnia , oideri deſpectus infra omnia dedi-
gnatus nõ eſt.Cur hoc, niſi ut nos ſenſu tardiores
admoneret,quatenos quiſquis ei qui in cœlo eſt,ſe
ſtinat aſſiſtere , hūm:li:ri in terra & compati etiã
abiectis deſpicabilibus fratribus non recuſet. Lo-
qui charitati ueſtrę ſub breuitate decreueram,ſed
quia noo eſt in homine uia eius , decurrens ſermõ
retineri non poteſt,qoem diſponit ipſe de qoo lo-
quimur,qui uiuit & regnat cũ patre & ſancto ſpi-
ritu per infinita ſecula ſeculorom,Amen.

DE EADEM DOMINICA HOMI- lia D.Euſebij Emiſſeni.

RESuſcitato nanq; Lazaro ueniens Dominus
Hieroſolymam , ſedeos ſuper pullum aſinæ,
quum iam appropinquaret ad deſcẽſum mon
tis Oliueti, cœperunt omnes turbę diſcipulorum
gaudentes laudare eom,uoce magna dicentes:Be
nedictus qui uenit in nomine Domini, Et quidam
phariſęorum de turba dixerũt ad illum:Magiſter,
increpa diſcipulos tuos.Quibus ipſe ait: Dico uo-
bis quia ſi iſti tacoerint,lapides clamabunt. Lapi-
des enim gentiles dicũtur,qui duri,ſteriles, & in-
fructuoſi erant, & ligna & lapides adorabant. Iſti
autem modo clamant,& Chriſti uirtutes laudare
non ceſſant. Vt igitur appropinqoauit uideos ip-
ſam ciuitatem in ſuam necem conſpirantem,nõ de
ſua morte quã illa machinabatur , ſed de illius rui-
na & perditione fleuit, dicens : *Quia ſi cognouiſſes
& tu.* Sicut,inqoit ego fleo qoi omnia uideo,& fu-
tora cuncta cognoſco,ſic & tu fleres ſi nunc uentu
ra uideres.Nobis fratres,nobis iſtę lachrymę fiũt,
ut Magiſtrũ imitemor,& ab hoc tãto præceptore
noſtro diſcamus, quid de noſtrorũ inimicorũ mor
te & ruina agere debeamus.Vnde & ipſe ait:Dili-
gite inimicos ueſtros , benefacite his qui oderunt
uos,& orate pro perſequentibus & calumniãtibus
uobis.Et quidem in hac die tua,quę ad pacem tibi:
nuoc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis . In hac,
inquit,die,in hoc tempore tua ſunt,quæ ad pacem
tibi breui tempore data ſunt.Nunc abſcõdita ſuot
ab oculis tũis ea mala quæ ſubito uenient tibi in
diebus tuis. Et hoc exponit. *Quia uenient dies in te,
& circundabunt te inimici tui uallo, & circundabunt te
undiq;,& ad terram proſternẽt te, & filios tuos qui in te
ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo
quod non cognoueris tempus uiſitationis tuæ.* Hæc au-
tem omnia ſub Veſpaſiano & Tito filio eius cõple-
ta ſunt,ſicut Ioſephus pleniſſime narrat:quãdo ex
dura & longa obſidione tãta calamitas Iudæos op
preſſit , ut ipſæ matres filios deuorarent . Et hoc
ideo, quia non cognouerunt tempus uiſitationis
ſuæ,quando uiſitauit nos oriens ex alto.De qua ui
ſitatione Zacharias ait:Benedictus Dominus De-
us Iſrael, quia uiſitauit & fecit redemptionem ple
bis ſuæ.Quod autem ait: Non relinquent in te la-
pidem ſuper lapidem,hyperbolice dictum eſt.Siue
lapis ſuper lapidem relictus non eſt , quo uel ipſa
ciuitas uel aliquis in tota ciuitate defendi potuiſ-
ſet.Prius enim ciuitas ipſa,deinde turris quæ An-
tonia dicebatur , poſtmodum uero templum illud
nobiliſſimom , ſuper quod aliquanti confugerant,
magna ui captum & deſtructum eſt.Qoi ſi ſe hoſti
bus tradidiſſent,templum deſtroctũ non fuiſſet.In
quod,quum iam incenderetur,Titus iotraſſe, mul-
tumq; illud laudaſſe dicitur. Huios autem ciuitatis
deſtructio, cuiuſlibet aoimæ perditionem ſignifi-
care poteſt , in qua, fide corrupta & uirtutum po-
polo deficiente , malignorum ſpirituũ uitiorumq;
exercitus eam aggreditur,incẽdit,& diſſipat. De
tali antẽ anima,Domini noſtri Ieſu Chriſti exem-
pla ſeqoentes , nos quoq; flere debemus: & tanto
amplius flere, quanto ipſa de ſeipſa flere ignorat.
Si enim ſuas infirmitates intelligeret,& calamita
tes quæ ei ſuperuenturæ ſunt cognouiſſet , fleret
utiq; & ipſa.Nunc autem abſcondita ſunt ab ocu-
lis eius.Non enim muros ciuitatis,quãuis poſt mo
dicum perituros, ſed animarum ruinã & perditio-
nem flebat Ieſus:nobiſq; exemplom dabat, quid in
tali re facere debeamus , quum peccatorẽ aliquem
in ęternam perditionem ruere uidemus. Capta eſt
autem ciuitas Hirruſalẽ poſt quadraginta & duos
annos à Chriſti paſſione. Quod bene quidam Eli-
ſæus ſignificauit,qui aſcendens Bethel,quom pue-
ri ipſius loci illuderent ei,dicentes: Aſcẽde calue,
aſcende calue,maledixit eis in nomine Domini.Et
ſtatim egreſſi ſunt duo urſi de ſaltu,& occiderunt
quadragiota duos ex illis.Ideo enim poſt quadra-
ginta & duos annos à duobus urſis,Tito uidelicet
& Veſpaſiaoo,Iudæi interfecti ſunt, quia Chriſto
illudentes,in Caluariæ mõtem eum duxerũt,ibiq;
eum crucifixerunt.Seqoitur:Et ingreſſus tẽplum,
cœpit eijcere uendentes in illo & ementes. Vnde
& Matthæus ait: Et intrauit Ieſos io templũ dei,
& eiecit omnes uendentes & ementes in templo,
& menſas oummulariorum, & cathedras uenden-
tium columbas euertit. Aodite hæc Simoniaci,au
dite nefandi negociatores , aot ceſſate à negocijs,
aut exite de templo.Non enim unom uel duos,ſed
indifferenter omnes & oendẽtes & emẽtes Domi-
nus templi eiecit de templo . Ipſe & menſas num-
mulariorum , & cathedras uendentium columbas
euertit.Vos nummularij eſtis , uos columbas uen-
ditis, oos ſine nommo & precio nihil agitis. Co-
lumbas enim nendunt,quicunq; uel Eccleſias, oel
ſanctí

Sanctiſpiritus gratias precio largiuntur. Horum autem cathedras Dominus euertit, ut per hoc eos non eſſe Epiſcopos intelligamus. Et dicit eis: Scri-ptum eſt quod domus mea, domus orationis eſt, uos autem feciſtis eam ſpelũcam latronum. Latro-nes enim uos eſtis, quia per oſtium non intraſtis. Qui enim non intrat per oſtiũ in ouile ouium, fur eſt & latro. Oſtium enim Chriſtus eſt, qui, quoniã per eum non intraſtis, ueſtras cathedras euertit. Per hoc enim oſtium illi ſoli intrant, qui ſecundum canonum inſtituta Epiſcopi conſtituuntur. Exite igitur de domo orationis: que quoniam uos in ea habitatis, facta eſt ſpelunca latronum. Nuſquã alis bi corporaliter Dominus reſtitiſſe, alios impuliſſe uel eieciſſe narratur. Si igitur eum in hoc quoque imitari uelimus, ſi aliter non poſſumus, uiolenter Simoniacos ab Eccleſia pellere debemus, ſi tamen uires ſupperũt, quibus hoc ſine Eccleſię detrimẽto facere ualeamus.

DOMINICA XII.
Lucæ. XVIII.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam, dicens: Duo homines aſcenderunt in templum ut orarent: unus phariſæus: & alter publicanus. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini Epiſcopi.

LEctio ſancti euãgelij ędificat nos ad orandum & credendum, & non de nobis, ſed de domino præſumendum. Quę ad orandum maior exhortatio, quam ut nobis de iudice iniquo proponeretur ſimilitudo? Iudex enim iniquus, nec deum timens, nec hominem reuerens, audiuit tamen uiduam interpellantem ſe, uictus tædio, non pietate inclinatus. Si ergo exaudiuit qui oderat quod rogabatur, quomodo non exaudiet qui ut rogemus hortatur? Cum ergo nobis iſta e contraria comparatione dominus ſuaderet, quia oportet ſemper orare, & non deficere,
Luc. 18. adiecit & ait: Veruntamen cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Si fides deficit, oratio perit. Quis enim orat quod nõ credit?
Ro. 10. Vnde beatus Apoſtolus cum ad orandum exhortaretur, ait: Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Et ut oſtẽderet fidem fontem eſſe orationis, nec poſſe ire riuulũ, ubi caput aquę ſicca-
Ibid. tur, adiunxit atque ait: Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Ergo ut oremus, credamus: & ut ipſa fides non deficiat qua oramus uel oremus, fides fundit orationem, fuſa oratio etiam ipſa impetrat fidei firmitatem. Etenim ne in ten-
Mat. 26. tationibus deficeret fides, propterea dominus ait: Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ. Quid eſt in tentationem intrare, niſi à fide exire? Intantum enim tentatio proficit, inquantũ fides deficit. Et intantum tentatio deficit, inquãtum fides proficit. Nam ut apertius nouerit charitas neſtra de fide, ne deficeret & periret dixiſſe dominum, uigilate & orate ne intretis in tentationem, eo loco
Luc. 22. euangelij ait: Hac nocte poſtulauit ſatanas uexare uos ſicut triticum, & ego rogo pro te Petre, ne deficiat fides tua. Rogat qui tuetur, & non rogat qui
Luc 18. periclitatur? Quod autem ait dominus: Cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? de fide dixit quæ perfecta eſt. Ipſa enim uix in terra inuenitur. Ecce plena eſt eccleſia dei. Quis huc accederet ſi fides nulla eſſet? Quis non montes transferret, ſi plena eſſet fides? Attendite ipſos apoſtolos: dimiſſis omnibus ſuis, & calcata ſpe ſeculi, dominum non ſequerentur, niſi magnam fidem haberent: & tamen ſi plenam haberent fidem, non dice-
rent, domine auge nobis fidem. Vide etiam illum Luc. 17.
utrunque de ſe confitentem, uide fidem, & non plenam fidem. Quidam dum obtuliſſet domino filium ſuum à malo dæmonio ſanandum, & eſſet interro-
gatus utrum crederet, reſpondit & ait: Credo do Mar. 9.
mine, adiuua incredulitatem meam. Credo, inquit, credo domine, ergo eſt fides. Sed adiuua incredulitatem meam, ergo non plena fides. Sed quia fides non eſt ſuperborum, ſed humilium, dixit ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & ſpernebant cæteros, ſimilitudinem hanc: *Duo homines aſcenderunt in templum orare, unus phariſæus, & unus publicanus. Phariſæus dicebat: Gratias ago tibi deus, quia non ſum ſicut cæteri homines.* Diceret ſaltem, ſicut multi homines. Quid eſt ſicut cæteri homines, niſi omnes pter meipſum? Ego, inquit, iuſtus ſum, cæteri peccatores. ¶ *Non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri &c.* Et ecce ſibi ex uicino publicano maioris tumoris occaſio. Sicut, inquit, publicanus iſte. Ego, inquit, ſolus ſum, iſte de cæteris eſt. Non ſum, inquit, talis qualis iſte. Per iuſtitias meas quibus iniquus non ſum ¶ *Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo.* Quid rogauerit deum, quære in uerbis eius, nihil inuenies. Aſcendit orare, noluit deum rogare, ſed ſe laudare. Parum eſt non rogare, ſed ſe laudare, inſuper & roganti inſultare. ¶ *Publicanus autẽ de lõginquo ſtabat.* & deo tamẽ ipſe propinquabat. Cordis conſciẽtia remouebat, pietas applicabat. Publicanus de lõgin-
quo ſtabat, ſed dñs eum de propinquo attendebat. Pſal. 137
Excelſus enim dominus, & humilia reſpicit: excelſos autẽ, qualis erat ille phariſæus, excelſa autẽ à lõge cognoſcit: dñs autẽ à longe cognoſcit, ſed nõ ignoſcit. Adhuc audi humilitatem publicani. Parũ eſt, quia de lõginquo ſtabat, ſed nec oculos ſuos ad cœlũ leuabat. Reſpicere ſurſum non audebat, premebat conſcientia, ſpes ſubleuabat, adhuc audi. ¶ *Percutiebat pectus ſuũ.* Pœnas de ſeipſo exigebat, propterea dominus confitenti parcebat. ¶ *Percutiebat pectus ſuum, dicens: Domine, propicius eſto mihi peccatori.* Ecce quid roget. Quid miraris ſi deus ignoſcit, quando ipſe ſe agnoſcit? De phariſæo & publicano accepiſti controuerſiam, audi ſententiam. Audiſti ſuperbum accuſatorem, audiſti reũ humilẽ, audi nunc iudicem. Amen dico uobis, ueritas dicit, deus dicit, iudex dicit: ¶ *Amen dico uobis, deſcendit iuſtificatus de templo publicanus iſte magis, quam ille phariſæus.* Dic domine cauſam. Ecce uideo publicanum iuſtificatum magis de templo deſcendere, quam phariſæum: quæro, quare? ¶ *Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Audi ſententiã, caue cauſam malã. Aliud dico: Audiſti ſententiam, caue ſuperbiam. Videant nunc, audiant iſta neſcio qui impij garriẽtes, & de ſuis uirtutibus pręſumentes. Audiant qui dicunt, deus me hominem fecit, iuſtum meipſum facio. O peior & deteſtabilior phariſæo. Phariſæus ille quidem ſuperbe iuſtum ſe dicebat, ſed tamen inde ille gratias deo agebat: Gratias tibi deus, quia non ſum ſicut cęteri homines. Gratias tibi deus. Gratias deo agit quia non eſt ſicut cæteri homines, & tamen tanquã ſuperbus & inflatus reprehenditur, non quia

deo

deo gratias agebat, ſed quia uelut nihil ſibi addi
cupiebat. Gratias tibi, quia nō ſum ſicut cæteri ho
mines iniuſti. Ergo tu iuſtus, ergo nihil rogas, er-
Iob.7. go iam plenus es? Ergo non eſt tentatio uita hu-
mana ſuper terram? Ergo iam plenus es, ergo iam
Mat.6. abundas? Ergo iam non eſt quare dicas, dimitte no
bis debita noſtra? Quid eſt ergo qui impie oppu-
gnat gratiā, ſi reprehenditur qui ſuperbe agit deo
gratias? Et ecce poſt dictam controuerſiam, prola
tamq́ ſententiam procedūt & paruuli, imo appor
tantur & offeruntur tangendi. Cui tangendi, niſi
medico? Certe inſani cui offeruntur infantes tan-
gendi? Cui? Saluatori. Si ſaluatori, utiq́ ſaluandi.
Luc.19. Cui, niſi illi qui uenit quærere & ſaluare quod peri
erat? Vbi iſti perierāt, quantum ad ipſos proprie
attinet innocentes? Video reatum, quæro unde.
Rom.5. Apoſtolum audio: Per unum hominē intrauit pec-
catum in orbem terrarum. Per unum, inquit, ho-
minem intrauit in mundum peccatum, & per pec-
catum mors: & ita in omnes homines pertrāſiuit,
in quo omnes peccauerunt. Veniant ergo paruuli,
ueniant, audiantur. Dominus dicit: ¶ *Sinite paruu-
los uenire ad me.* Veniant paruuli, ueniant langui-
di ad medicum, ueniant perditi ad redemptorem:
ueniant, nemo prohibeat. In ramo adhuc nihil
commiſerunt, ſed in radice perierunt. Benedicat
igitur dominus puſillos cum magnis. Tangat me-
dicus & puſillos & magnos. Cauſam paruu-
lorum commendauimus maioribus. Loquimini
pro tacentibus, orate pro flentibus. Si non fruſtra
eſtis maiores, eſtote tutores. Tuemini eos qui ad-
huc cauſam ſuam agere non poſſunt. Communis
fuit perditio, ſit communis inuentio: ſimul periera
mus, ſimul in Chriſto inueniamur. Diſpar eſt me-
ritum, ſed communis eſt gratia. Nihil habent ma-
li, niſi quod de fonte traxerunt. Nihil habent mali,
niſi quod ab origine traxerunt. Non eos impediāt
à ſalute, qui ad id quod traxerūt multa addiderūt.
Qui maior eſt ætate, maior eſt & iniquitate. Sed
Ibid. gratia dei delet quod traxiſti, delet & quod addi-
diſti. Vbi enim abundauit peccatum, ſuperabunda-
uit & gratia. Tu autem domine.

DE EADEM DOMINICA Lucæ XVIII.

¶ In illo tempore: Duo homines aſcende-
runt in templum ut orarent, unus phari-
ſæus & alter publicanus. Et reliqua. Ho-
milia Herici.

SEnſus huius lectionis hæret per omnia ſu-
perioribus, ubi dominus diſcipulos ad in-
ſtantiam orationis prouocat, iudicis deum
non timentis, & uiduæ inclamantis intro-
ducta parabola, quanquam hoc modo ter-
minauit: Veruntamen filius hominis ueniens, pu-
tas inueniet fidem in terra? Ne uero ſibi quiſquam
improbe de ſua fide applauderet, humilitatis ilico
documentum ſubiunxit, eam inter cunctorum bo-
norum operum exercitia plus ualere, matremque
uirtutum eſſe demonſtrans, ſicut conſtat ſuperbiā
uitiorum omnium caput exiſtere. Ad huius ergo
ſingulare meritum declarandum uſus eſt compa-
ratione duorum hominum, in altero quidem hu-
militatem laudans, in altero ſuperbiam uituperās.
*Duo, inquiens, homines aſcenderunt in templum, ut ora-
rent &c.* Videns dominus quoſdam Iudæorum de
ſuа ſe ſanctitate extollere, ac per hoc (quaſi excel
lentioris meriti eſſent) cæteris præferre: hanc pa-
rabolam deduxit in medium, in qua & uirtus hu-
militatis præcipue commendatur, & præſumpti-
ua ſuperbia quam ſit cauenda oſtenditur. Dixit au-
tem, inquit, euangeliſta, ad quoſdam qui in ſe con-
fidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cęteros,
parabolam iſtam: Duo homines aſcēderunt in tē-
plum. Nobile illud templū & toto orbe famoſum,
quod à Salomone Hieroſolymis affluētiſſimis ſum
ptibus fuerat ædificatum, in eminentiore ipſius ci-
uitatis parte ſitum fuerat, in monte ſcilicet Moria.
Pulchre igitur dictum eſt, aſcenderunt, quia ciui-
tas Hieruſalem in cliuo montis, hoc eſt, in deſcen-
ſu ſita, ex parte erat in monte, & ex parte in ualle:
templum autem domini: ut diximus, in eminentio-
ri loco ipſius ciuitatis fuit collocatum: & qui ad il-
lud uenire cupiebat, neceſſe erat ut illuc aſcenden Luc.10.
do perueniret. Vnde & in ſequentibus legitur: De-
ſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, hoc
eſt, templo, uel deſcēdit iuſtificatus publicanus ab
illo, id eſt, ex comparatione phariſæi. Et in alio e-
uangelio homo legitur deſcendiſſe ab Hieruſalem
in Hiericho, & incidiſſe in latrones. Cauſa quoq́
aſcenſionis eorum ſubditur: ¶ *Vt orarent.* Ad hoc
enim illud templum conſtat ædificatum, ut ibi po-
pulus tum primitiua ſua & reliqua quę in lege pręs
cipiebantur, offerret: tum etiam pro ſe ſuiq́ regni
ſtatu, certis temporibus poſtularet. Ex his autem
duobus hominibus qui aſcenderunt in templum ut
orarent. ¶ *Vnus phariſæus, & alter publicanus.* Phari-
ſæi clerici & presbyteri erant Iudæorum, qui pro
eo quod à cæteris ſe diuidebant, tanquam ſanctio-
ris ac potioris meriti, diuiſi interpretantur, à Pha
res filio Iudæ mutato uocabulo. E quibus iſte fuiſ-
ſe deprehenditur, qui arrogantia tumens, in tem-
plum aſcendit, non tam deum oraturus, quam ſe
laudaturus. Publicani autem dicebātur, uel qui pu-
blicis flagitiis incumbebant, uel qui publicis nego
ciis inſeruiebant, uectigalia reipublicæ perſoluen-
tes, id eſt, telonarii, uel etiam omnes qui per fas &
nefas diuitias ſibi accumbulabant. Deinde publica
nus iſte ad mēbra ſupradictę pertinet mulieris ſan Luc.18.
ctæ eccleſiæ, de quibus ſupra dicitur: Deus autem
non faciet uindictam electorum ſuorum clamam-
tium ad ſe? phariſæus uero ad illos de quibus for-
midabilis in concluſione ſentētia ſubditur: Verun-
tamen filius hominis ueniēs, putas inueniet fidem
in terra? ¶ *Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat.* Quod
ſtans phariſæus hic oraſſe perhibetur, ad morem
illius populi refertur, qui ad templum dei uenien-
tes, non ſolum proſtrati, ſed toto corpore erecti
orare conſueuerāt, quod geſtus corporis teſtatur.
¶ *Deus, gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homi
num.* Quatuor ſpecies a ſanctis doctoribus nume-
rantur, quibus omnis tumor arrogantium depre-
henditur. Prima ſiquidem ſpecies eſt, cum homo
putat ſe habere bonum, quod non habet, quem ſen Gal.6.
tentia Apoſtoli ex obliquo repercutit, dicens: Si
quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe
ſeducit. Secūda ſpecies eſt, cum aliquis bonū quod
habet, à ſeipſo habere ſe arbitratur, diabolum pro
fecto imitans, qui per elationem dixit: Neſcio do-
minum, & ego feci meipſum, quem redarguit Apo
ſtoli ſententia, dicentis: Quid enim habes quod 1.Cor.4
non accepiſti? Tertia uero eſt, cum quilibet etſi bo
num quidem quod habet, cœlitus ſibi datum nouit
tamen hoc pro ſuis meritis ſe accepiſſe cōfidit, con Ro.11.
trarius Apoſtolo Paulo dicenti: Quis prior dedit
illi,

illi, & retribuetur ei? Quarta nihilominus eſt cum
ſingulariter ſe aliquis bonum putat habere, & cæ
teris deſpectis ſpecialiter bonus uideri appetit.
Qui morbo phariſæus iſte potiſſimũ laboraſſe pro
batur, qui ſub quadam generalitate, omnibus infra
ſe poſitis, ſuaq; præponderãs merita, etiam publi
cano oranti ſe prætulit. ¶ *Deus, inquiens, gratias ago
tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti,
adulteri, uelut etiã hic publicanus.* Raptores ſunt, qui
per uim aliena diripiunt: Iniuſti, qui legem dei quę
ſummæ perfectæque iuſtitiæ index eſt, non cuſto-
diunt: adulteri, qui alienum thorum uiolant. ¶ *Ieiu
no bis in ſabbato.* Si quem mouet cur ſe bis in ſabba-
to ieiunaſſe iactet, huiuſmodi quæſtio ſub tali ci-
tius ſenſu diſſoluetur: Iudæos omnes dies ſuos à ſab
bato computaſſe manifeſtum eſt, hoc modo: Prima
ſabbati, ſecunda ſabbati, ſicque reliqui à ſabbato di
es nuncupãtur uſq; ſabbatum, ſicut & nos primam
& ſecundam feriam dicere cõſtat. Non incongrue
hoc loco nomine ſabbati tota hebdomada intelli-
gitur, quæ ſabbato clauditur. Nemo enim tam de-
mentiſſimus eſſe poteſt, qui hunc in una die bis,
quod utique impoſſibile eſt ieiunaſſe putet. Bis er-
go in ſabbato, id eſt, duobus diebus in hebdomada
ieiunaſſe ſe perhibet. ¶ *Decimas do omnium quæ poſ-
ſideo.* Lege præcipiebatur, ut filij Iſrael annua-
tim omnium rerum ſuarum domino decimas dat
rent. Sed ſcribæ & phariſæi, ut cæteris decimas
dantibus ſanctiores apparerent, non modo reddi-
tus frugum, uerum minima quæque olerum deci-
Mat. 23. mabant. Vnde & digne alibi à domino redarguun-
tur, cum dicitur: Væ uobis ſcribę & phariſæi hypo
critæ, qui decimatis mẽtham & anethum, & cymi
num, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, hoc
eſt, altiora præcepta legis, dilectionem uide-
licet dei & proximi, uel iudicium & miſericor-
Ezech. 1 diã. Hoc loco breuiter commemorandum, quod
Ezechiel propheta in myſtica uiſione quam refert
ſibi apparuiſſe iuxta fluuium Chobar, inter reliqua
dicit ſe uidiſſe quatuor animalia plena oculis ante
& retro. Quæ cum multiplicibus ſint referta my-
ſteriorum ſenſibus, ſpeciatim ſanctorũ ſymbolum
præferunt. Hæc ergo animalia recte undiq; ocula
ta eſſe dicuntur, quia ſanctorum actio undiq; ma-
gna uigilantiæ cura circũſpecta eſt. Ita enim bona
deſiderabiliter prævident, ut mala quæq; ſolerter
caueãt. Sic deniq; terrenorũ ſeſe impendũt actibus
officiorũ, ut à cœleſtibus non ſecernant animũ. Sic
poſtremo nouerunt frui temporalibus, ut ſemper
intendant æternis: tantoque in bonis etiam quæ
agunt ſolliciti & prudentes ſunt, quanto hoſtis uer
ſutiſſimi fraudis etiã in bonis ſurrepere ſolere non
neſciunt. At hi quos minima uel nulla ſui cura exer
cet, dũ alijs intendunt, frequenter alia negligunt:
multumq; his ſanctis diſſimiles animalibus, circum
ſpectionis oculũ prouide ad cuncta non porrigũt.
Quod huic phariſæo accidiſſe deprehenditur, qui
ad deo gratias agẽdas, ad eleemoſynã dandam, ad
ieiunia facienda ſagaci oculo intendit, ſed ad humi
litatis obſeruantiã negligenter torpuit, & quaſi o-
mnes ſuæ ciuitatis aditus diligenter emuniens, ſu-
perbiæ cicatricem reliquit, per quam feroci hoſtiũ
deprædationi ſubiacuit. Quemadmodũ enim nihil
prodeſt quod tota ciuitas contra hoſtium cuſtodi-
tur incurſum, ſi unum in ea foramen relinquitur,
per quod ab hoſtibus intretur, ſic nihil iuuat, quod
multas uirtutes congregamus, ſi unũ in nobis uitiũ
relinquimus, per quod a diabolo capiamur. ¶ *Et pu
blicanus a longe ſtans, nolebat nec oculos ad cœlum
leuare, ſed percutiebat pectus ſuum.* Quot in phariſæo
ſigna præceſſerunt ſuperbiæ, tot conſequenter in
publicano humilitatis indicia deſcribũtur. Ille enĩ
ſua merita prædicare, alijs ſe potiorem oſtendere:
e contra iſte ſuorum confeſſione peccatorũ, demiſ-
ſione luminum, pectoris inſuper uerberatione diui
nitatẽ ſibi conciliat. A longe ſtabat, quia ſe & pec-
catorem & prophanũ ueraciter intelligẽs, ſanctu-
ario appropinquare non audebat. A longe utique
ſtabat, quia peccãdo ſe longe à deo receſſiſſe noue-
rat. Oculos ad cœlũ leuare nolebat, quia ſciebat ſe
illũ qui in cœlis eſt, grauiter offendiſſe, illicita cõ-
ſpiciẽdo, indignũ certe exiſtimãs ijſdem obtutibus
deum uel dei templũ aſpicere, quibus ad concupiſ-
cendũ illicita plurima fuerat conſpicatus: necdum
eorum numero ſe ſociare audebat, qui de peccato- Pſal. 122
rum indulgentia ſiſi, cum Pſalm. dicunt: Ad te leua
ui oculos meos, qui habitas in cœlis. Pectus quoq;
ſuum percutiebat, quoniam ſe nouerat plurima ibi
cogitaſſe nefanda, unde deum offenderat: & quaſi
ſuppliciũ ſibi de ſeipſo exigens, ueniã ſcelerũ nõ tã
impetrabat, q̃ extorquebat à dño. *Deus, inquit, pro-
pitius eſto mihi peccatori.* Magna ſicis breuitas, ſed
mira robuſtaq; deuotione cõmendata, quę & iudi
cis ſententiam permutaret, & ex iniuſto iuſtifica-
tum repente publicanum efficeret. Vnde ſequitur:
Dico uobis, deſcẽdit hic iuſtificatus in domũ ſuam ab illo.
Maxima fiducia ſub exẽplo iſtius publicani digne
pœnitentibus prærogatur. Qui quoniã culpas prę-
teritas humiliter defleuit, quamuis iniuſtus ad tem
plum uenerit, iuſtificatus tamen à templo receſſit.
Quod uero dicit, ab illo, dupliciter autores expo-
nunt, uel ab illo ſcilicet templo: uel ab illo ſubaudi
endum phariſæo, id eſt, pluſquã ille. Hæc quia ad li
terã ipſe eminent, ſi quid myſterij ſupereſt, requira
mus. Duo iſti homines, duorum eſt typus populo-
rum. Phariſæus quidem de meritorum excellentia
inaniter ſe efferẽs, Iudaicum populum figuraliter
exprimit, qui de acceptæ legis obſeruãtia tumuit,
& redemptoris ſui ad ſe in humilitate uenientis
aduentũ ſuperba mente recipere detrectauit, cum
inter cætera quæ culparũ immanitas expoſcebat,
illuc recto ſatis ordine peruenit: ut qui olim in prę
oribus patribus angelos hoſpitio receperat, iã ſe-
cum ulterius habitare nolentes, in templo claman
tes audiret: Recedamus ab his ſedibus. Per publi-
canum uero, qui ſe humiliando, ſuaq; peccata con-
fitendo, exaltari meruit, gentilis æque deſignatus
eſt populus, qui Apoſtolicæ prædicationis uerita-
te ſuſcepta, falſorum numinum portẽta deſeruit,
ſummiq; creatorẽ condigna pœnitudine ſibi propi-
tiare contẽdit, cuius digne ſatis exaltationi contin
git, ut qui pridem fuerat mancipium diaboli, effi-
ceretur filius dei. Qui quoniã à deo conuerſus, pec
cata ſua recognouit, & ſcelerũ ſuorũ perfecte pœ-
nituit, non ſolum ueniam, ſed etiã ut populum Iu-
dæorum fidei dignitate precederet, accepit. *Quia
omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, ex-
altabitur.* Hæc ſententia & de utroq; populo ualet
intelligi, Iudaico ſcilicet & gẽtili: quorum alter, ut
dictũ eſt, de diuinis beneficijs ſuperbiẽs, humiliatus
alter uero deuote ſe in confeſſione peccatorũ hu-
milians, meruit exaltari. Et de omni ſuperbo &
humili poteſt conuenientiſſime accipi, concordan-
te ſuper hoc Salomonis ſententia. Ante ruinam
exaltatur cor hominis, & ante gaudium humi-
liatur. At uidemus multos honoribus & diui- Prou. 18
tijs

ijs huius ſeculi florere,& in eis uſq; ad finem per
ſeuerare: cernimus e contra nõnullos paupertate
& inopia laborare, & in eadẽ egeſtate uſq; ad exi-
tum uitæ permanere. Cum ergo iſti in inchoata fe
licitate,& illi in priſtina paupertate uſq; ad termi
num uitæ permaneant:quomodo uerũ eſſe cõſtat,
quod dominus dicit: omnem hominem exaltatum
humiliari, atque humiliatum exaltari? Sed quo-
niam ueritas falli non poteſt , ſciendum quia ſi
nun in præſenti hoc ſemper ad impleri uidetur,
in futuro tamen complendum non dubitamus.
Omnis enim qui in præſenti uita ſe exaltat,ut diui
nis præceptis ſe ſubdere contemnat , hic in die iu-
dicij cum ſuperbis & impijs ſociatus humiliari co-
Mat. 25. getur,à domino auditurus:Ite in ignem æternum.
Qui autem amore diuino hic ſe humiliare ſtudue-
Mat. 11. rit,imitans illum qui dicit: Diſcite à me,quia mitis
ſum & humilis corde : ipſe in futuro iudicio à do-
mino exaltabitur , cum optabilem uocem audire
meruerit : Venite benedicti patris mei. Nos autẽ
non ſolum ex humilitate publicani exemplem hu-
militatis colligere debemus,uerum e diuerſo,& de
uerbis elati phariſæi formam humilitatis aſſume-
re. Ille enim conſiderauit aliorum mala , & cœpit
iactanter ſua proferre bona : nos e contra noſtra
mala debemus perpendere,& aliorũ bona pie con-
ſiderare. Vt ſicut ille cæteris ſe præferens, ex eo
quod alios deſpexit,humiliatus eſt ad ruinam : Ita
& nos bonis fidelium impares iudicantes, ex eorũ
imitatione exaltati,proficiamus ad gloriã. Cumq;
huiuſcemodi deuotionis formã aſſecuti fuerimus,
in quotidianis precibus hanc orationem à B. Beda
editam,breuẽ quidem , ſed omnino ſaluberrimam
frequentando recitare ſtudeamus.

DEus omnipotens,miſerere ſupplici tuo, quia
non ſum ſicut innumeri ſerui tui , contemptu
ſeculi ſublimes , iuſtitiæ merito glorioſi,caſti
tatis laude angelici,uelut etiam multi illorum qui
poſt flagitia publica pœnitendo tibi meruerunt eſ
ſe deuoti:qui etiam ſi quid boni tua gratia largiẽ-
te fecero,quo fine hoc faciam, quaue à te diſtrictis
one penſetur,ignoro. Tu autem domine.

DE EADEM DOMINICA HOMI lia D. Euſebij Emiſſeni.

NVnquam arrogantia placuit Deo , nunquam
ſuperbia iuſtificata eſt. Vnde & de his qui o-
mnia opera ſua faciunt ut uideantur ab omni-
bus,alibi Dominus ait: Amen dico uobis , recepe-
runt mercedem ſuam. Tales erãt & iſti quibus hęc
uerba Dominus loquebatur,qui ſe coram homini-
bus iuſtificantes, cæteros quaſi peccatores abijcie-
bant,& aſpernabantur. Dominus autem,qui non
uenit uocare iuſtos; ſed peccatores ad pœnitentiã,
neminem repellebat , ſed cum publicanis & pecca-
toribus manducabat. Duo (inquit) *homines aſcende-
runt in templum ut orarent,unus phariſæus,& alter pu
blicanus*. Dominus phariſæis loquebatur , qui inde
etiam phariſæi dicuntur , inde diuiſi, quoniam ſe
præ cęteris meliores eſſe putabant. Hic autẽ unum
phariſæum appoſuit in quo quaſi in ſpeculo cæte-
ri ſequales erant,uidere potuiſſent. Et fortaſſe idẽ
ipſe ibi erat,de quo Dominus iſta dicebat. *Phariſæus
ſtans hæc apud ſe orabat,dicens . Deus gratias ago tibi,
quia nõ ſum ſicut cæteri hominum:raptores iniuſti,adul-
teri:uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in Sabbato,
decimas do omnium quæ poſſideo*. Nihil horum repre
henſibile eſt. Nã & deo pro beneficijs gratias age-
re, & bis in hebdomada ieiunare , & de omnibus
decimas dare,bonum ualde & laudabile eſt. Aliud
eſt igitur pro quo phariſæus iſte damnatur . Hoc
autem intus eſt, in corde eſt,in intentione eſt,quod
quidem niſi à deo uideri non poteſt. Deus enim nõ
quid,ſed qua intentione aliquid dicamus,conſide-
rat. Non oris,ſed uocem attendit cordis : non ad
riuos,ſed ad fontem reſpicit. Vnde manifeſtum eſt
phariſæũ iſtum per ſuperbiam & arrogantiã cun-
cta dixiſſe. Atq; in his quæ faciebat , magis homi-
nibus,quàm deo placere uolebat. Stultus qui pro
tanto tali q; ſeruitio nihil niſi uanam gloriam pro
mercede recipit. Sequitur: *Et publicanus a longe ſtãs,
nolebat nec oculos ad cœlum leuare ,ſed percutiebat pe-
ctus ſuum,dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori*. A
longe ſtabat publicanus,qualis erat,talem ſe oſten
debat. Inde enim dicuntur publicani, ſiue quia nec
publice peccare erubeſcant , ſiue qui publica uecti-
galia colligebant. Ex his enim fuit Matthæus pu-
blicanus,quem de teloneo Dominus uocauit. Me-
rito ergo de publicanis ad pharisęos dominus ait:
Publicani & peccatores pręcedent uos in regnum
Dei. Stabat igitur a longe publicanus: & quia pec
catorem ſe eſſe ſciebat, propius accedere timebat.
Nolebat autem nec oculos ad cœlum leuare,ne in
eo ipſo Dominum offenderet , quod ad ſuperiora
& ad ſedem Dei,de limo profundi & de tanta uo-
ragine peccatorum reſpicere præſumpſiſſet . *Sed
percutiebat pectus ſuum,dicens: Deus propitius eſto mi-
hi peccatori*. Merito autẽ pectus percutiebat , quia
ibi peccauerat,ibi erat fons & fouea & origo ma-
li. Ibi enim eſt cor, bonorum omniũ atq; malorum
ſecretarium,inde omnia bona & omnia mala pro-
cedunt. Ex corde enim (ait Dominus) exeunt co-
gitationes malæ, homicidia, furta, periuria, adul-
teria,& ſimilia. Hoc igitur publicanus percutiebat
& percutiendo ſe,de ſeipſo quodammodo uindica-
bat. Ideo enim Pſalmiſta dicit: Cor mundum c...
in me Deus. Quoniam ſi cor mundum fuerit,à quo
conſiliario omnia noſtra conſilia ſuſcipimus, malũ
facere non poterimus,niſi fortaſſe tale aliqd quod
ignorantię imputetur: ſi tamen illud cor mundum
dici poſſit , quod ignorantia maculatur. Propter
hoc enim ſolis ſacerdotibus pectuſculum ſe...er
de ſacrificijs datur,quia in eis totius populi cor &
conſilium,omniſq; doctrina & ſcientia cõtinetur,
ut bene cordati & pectoroſi ſemper ſufficienter
habeant quod unicuiq; interroganti reſpondeant.
Percutiebat igitur iſte pectus ſuũ,& dicebat, deus
propitius eſto mihi peccatori. Non attẽdas huius
cordis praua conſilia , dele peccata , & propitius
eſto. Nihil in me eſt, unde tibi placere , & ueniam
conſequi debeam ,quoniam corde & corpore, co-
gitationibus & operationibus tibi peccaui. Omni-
bus iniquior ego ſum , & niſi per miſericordiam
tuã ſaluari non poſſum. Ideoq; propitius eſto mihi
peccatori . Sic igitur non minus iſte ſe accuſabat,
quam ille phariſæus ſe iuſtificabat . Sed quo fru-
ctu?qua mercede? Sequitur. *Amen dico uobis,deſcen
dit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo*. A quo illo?
à templo,an à Deo? à templo utiq;, & a Deo. A tẽ-
plo enim deſcendit,ſed à Deo iuſtificatus. Quare
hoc? *Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe
humiliat exaltabitur*. Sicut igitur publicanus ſe hu-
miliando exaltatus eſt,ita & phariſæus ſe exaltan
do humiliatus eſt. Radix omnium malorum ſuper-
bia,cuſtos omnium uirtutum humilitas.

DOMINICA XIII.

Marc. VII.

¶ In illo tempore: Exiens Ieſus de finibus Tyri, uenit per Sidonē ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et reliq.

Homilia uenerabilis Bedæ.

SVrdus ille & mutus, quem mirabiliter curatum à domino modo cū euāgelium legeretur audiuimus, genus deſignat humanum, in his qui ab errore diabolicæ deceptionis diuina merentur gratia liberari. Obſurduit nanq; homo ab audiendo uitę uerbo, poſtquā mortifera ſerpentis uerba contra deū tumidus audiuit. Mutus a laude conditoris effectus eſt, ex quo cum ſeductore colloquium habere pręſumpſit. Et merito clauſit aures ab audienda inter angelos laude creatoris, quas ad audiendam eiuſdem creatoris uituperationē, ſermonibus hoſtis incautus aperuit. Merito clauſit os à prædicanda cum angelis laude creatoris, quod uelut ad meliorandum eiuſdem opus creatoris, cibi ueriti pręuaricatione ſuperbus impleuit. Et heu miſer generis humani defectus. Quod de radice uitioſum germinauit, uitioſius multo dilatari cœpit in propagine ramorum, ita ut ueniēte in carne domino, exceptis paucis de Iu
Rom. 5. dæa fidelibus, totus pene mundus ab agnitione & confeſſione ueritatis ſurdus erraret & mutus. Sed ubi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Venit nanq; dominus ad mare Galilææ, ubi nouerat ægrotare quē ſanaret. Venit ſuæ gratia pietatis ad tumentia, turbida & inſtabilia gentiū corda, in quibus nouerat eſſe quæ ad ſuam gratiā pertinerēt. Et bene inter medios fines Decapoleos ad mare Galilææ, ubi ægrotum ſanaret, ueniſſe perhibetur: quia relicto ob perfidiam populo, qui deca
Ioh. 11. logi mandata acceperat, exteras uenit ad gentes, ut, ſicut Iohannes ait, filios dei qui erant diſperſi, congregaret in unum. ¶ *Et adducūt ei ſurdum, inquit, & mutum, & depræcabantur eum ut imponat illi manū.* Quia ille ſurdus ſaluatorem agnoſcere, mutus rogare nequibat: adducunt eum amici, & pro eius ſalute domino ſupplicant. Sic nimirum, ſic in ſpiritali neceſſe eſt curatione geratur, ut ſi quis humana induſtria ad auditum confeſſionemq; ueritatis cōuerti non poteſt, diuinę pietatis offeratur aſpectibus: atq; ad ſanādum eū ſupernę manus flagitetur auxilium. Nec tardat cœleſtis miſericordia medici, ſi intenta pręcantiū non hæſitat nec deficit oratio. Vnde ſtatim ſubinſertur. *Quia apprehēdēs ægrotum Ieſus de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens, tetigit linguam eius.* Digitos quippe ſurdo in auriculas mittit ut audiat, cū per dona ſpūalis gratiæ diu non credentes, ad auditū ſul uerbi conuertit. Expuens, linguā muti ut loqui ualeat tangit: cū per miniſteriū prędicationis rationem fidei, quā cōfiteri debeat, preſtat. Per digitos nanque domini, ſpūſſancti dona ſignificari & ipſe docet: Si ego in digito dei eijcio dæmonia, quod
Luc. 11. alius euangeliſta manifeſtius ponit: Si ego in ſpiri
Mat. 12. tu dei eijcio dæmones. Et Pſal. ubi ait: Quoniā ui
Pſal. 8. debo cœlos opera digitorum tuorū, id eſt, uidebo ſanctos, non ſuę merito uirtutis, ſed tui munere ſpiritus à terrenis ſuſpenſos, & cœleſti factos conuerſatione ſublimes. Sputum quoq; capitis & oris domini, uerbum eſt euangelij, quod ex inuiſibili diuinitatis arcano ſumptum, uiſibiliter mūdo ut ſanari poſſet, miniſtrare dignatus eſt. Notādū ſane quod dominus priuſquam auriculam linguamq; ſanandi tangeret ægroti, apprehendens eum ſeorſum, duxit eum e turba. Prima nanq; ſalutis ſpes eſt, quamlibet aſſuetos uitiorū tumultus turbaſq; deſerere, & ſic ad ſuſcipienda ſanitatis munera humiliter caput inclinare. Neq; ullatenus ſaluari putandus eſt, quandiu quis inordinatis moribus adhærere, ſuperuacuis uerbis delectari, turbulentis cogitationibus non timet deuaſtari, ſed qui miſerante & adiuuante domino turbidam priſcæ conuerſationis uitam mutauit, qui inſpirationē diuinæ gratiæ corde concepit, qui uerbo doctrinæ cœleſtis confeſſionem nerę didicit fidei, reſtat ut confeſtim optata ſanitatis gaudia cōſequatur. Vnde bene poſtquam de turba ſegregat infirmum dominus, poſtquā mittit digitos in auriculas, poſtquā ſputo tangit linguam illius, ſubinſertur: ¶ *Suſpiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi: Effeta, quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt uinculū linguæ eius.* Et recte ſanaturus ægrotum dominus, ſuſpicit in cœlum & ingemit, ut ubi nobis ſperanda ſalus, & qua compunctionis uel lachrymarū ſit deuotione quærenda ac petenda ſignificet. Suſpiciens in cœlū ingemuit, quia nos quos ad poſſidēda cœleſtia creauit, longe in terreſtria deiectos eſſe doluit. Suſpiciens in cœlū ingemuit, ut nobis qui à cœleſtibus gaudijs per terrena oblectamenta diſceſſimus, ad hæc per gemitus & ſuſpiria inſinuaret eſſe redeundum. Quod autē ait effeta, id eſt, adaperire, ꝓpter aures dicit ſanandas, quas ſurditas diutina clauſerat, ſed ad audiendum iam tactus pateſecit ipſius. Vnde credo mos increbuit eccleſiæ, ut ſacerdotes illius his quos percipiendis baptiſmi ſacramentis præparent, prius inter cætera cōſecrationis exordia, de ſaliua oris ſui nares tangant & aures, dicentes: Effeta. Per ſaliuam quidem oris ſui, guſtū quo initiandi ſunt ſupernæ ſapientiæ deſignantes: per tactum ueronarium, ut abiectis delectationibus noxijs, ſolum Chriſti amplectantur odorē, de quo Apoſtolus: Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco, ut & meminerint ſe iuxta exemplum B. Iob donec ſupereſt halitus in eis, & ſpiritus dei in naribus eorū, non loqui iniquitatem labijs, nec lingua mendaciū meditari debere. Porro per tactum aurium, ut relicto auditu linguæ nequā, audiant uerba Chriſti, & faciant ea, ſimiles uiro prudenti, qui ædificauit domum ſuā ſupra petram. Et unuſquiſque noſtrum fratres chariſſimi qui baptiſma Chriſti rite ſuſcepit, hoc ordine cōſecratus eſt. Omnes quidem qui ſalutare lauacrū uel proximo hoc paſchæ tempore, uel aliquando alias rite ſuſcepturi ſunt, ipſo ſunt ordine conſecrandi. Vnde multum neceſſe eſt, ut quod dominus in nobis propicius abluere & ſanctificare dignatus eſt, ipſi paſſim contaminare & pro nihilo prophanare timeamus. Sed etſi qui cœnum nequitię ſordidantis incidimus, feſtinemus rurſum lachrymarum & pœnitentiæ fonte mundari. Renouemus aurium puritatem, quam nobis auditu fidei diuinitus conſtat fuiſſe collatam cauentes illud Apoſtoli quod quibuſdā exprobrās
ait: A ueritate quidem auditum auertent, ad fabu 2. Tit. 4.
las autem conuertentur. Cohibeamus linguam à malo, quæ confeſſione fidei ſanctificata eſt, timeamus in ipſa qua benedicimus deum & patrem, maledicere homines, qui ad imaginem dei facti ſunt.
Qui enim putat ſe religioſum eſſe, non refrenans Iacob. 1.
linguam ſuam, huius uana eſt religio. Ecce enim di

omni ſuperfluo humore omniq; impedimento &
ſtomachum reuelet, & mentem, quam per caput
intelligimus. Poſſumus autem & per ſputum Chri
ſti quod ex capite quidem deſcendit, eius diuinita
tis dulcedinem intelligere. Chriſti nanque caput
(ait Apoſtolus) Deus eſt. Hæc autem dulcedo, hæc
ſaliua noſtri redemptoris, linguas infantum fecit
diſertas, quas olim ueteti pomi amaritudo ligaue
rat. De hac autem dulcedine ait Pſalmiſta: Guſtate
& uidete, quoniam ſuauis eſt Dominus, beatus uir,
qui ſperat in eo. Itemque, dulcis & rectus Domi
nus. Et Petrus Apoſtolus: Deponētes (inquit) om
nem malitiam, & omnem dolū, & ſimulationes, &
inuidias & detractiones, ſicut modo geniti infan
tes rationabiles lac ſine dolo concupiſcite, ut in eo
creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtaſtis quam dulcis
eſt Dominus. Hæc igitur dulcedo, hæc ſaliua Chri
ſti, pellit antiquum uenenum omnemque amaritu
dinem de lingua fidelium. Hæc autem ſaliua illorū
linguas non tetigit, qui Chriſtum non cōfitentur.
& qui de fide interrogati, ſe credere non reſpon
dent. Si uideas hominem mendacem, litigioſum,
maledicum, male loquentem, male ſuadentem, &
uaniloquijs uacantem, dic illius linguam non eſſe
baptizatam, neque Chriſti ſaliuam eam tetigiſſe.
Si uero uideas aliquem ueracem, ſapientem, bene
loquentem, bene prædicantem, & Dei laudibus
& orationibus uacantem, huius linguam Chriſti
ſaliua non dubites eſſe infuſam. Sequitur: *Et ſuſpi
ciens in cœlum ingemuit.* In cœlum nanq; Dominus
ſuſpexit, quia ſecundum humanitatem pro nobis
ad patrem interpellat. Sed quare ingemuit, niſi
quia hominem, quem ad imaginem ſuam creaue
rat, nunc ſurdum & mutum, & per omnia infœli
cem eſſe uidebat, quem etiam per multas tribula
tiones & anguſtias ad priſtinam dignitatem redi
re oportebat? Poſt hæc autem omnia *ait illi: Ep
phata, quod eſt adaperire,* quia non prius ſenſus no
ſtri Deo aperiuntur, non prius eius doctrinæ plu
uijs fœcundātur, quam à Chriſto de turba traha
mur, eiuſque manu tangamur, & ipſius ſaliuæ dul
cedine omni amaritudine mundemur atque ſane
mur. Vnde & hic dicitur. *Et ſtatim apertæ ſunt aures
eius, & ſolutum eſt uinculum linguæ eius, & loquebatur
recte.* Non enim niſi recte loqui poterat, quem Dei
uirtus & ſapientia ſic tangendo & medendo ſana
uerat. *Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto eis præ
cipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius ad
mirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & ſurdos fecit
audire, & mutos loqui.* Quid eſt hoc? quare eis Do
minus hoc præcipiebat, unde eos inobedientes fo
re ſciebat? Nobis fratres, nobis fiunt iſta, ad nos re
ſpiciunt, & ad noſtram iactantiam inſinuant: qui ſi
aliquid dignum laude aliquando fecerimus, hoc
non ad uulgi fauorem extollere & prędicare, imo
humiliter abſcondere, & celare debemus. Et hoc
in contrarium uertitur: quia plus laudantur illi
qui facta ſua abſcondere uolunt, quam illi qui ea ꝑ
uana glora manifeſtare contendunt. Vnde beatus
Iob dixit, quod laus hypocritæ ad inſtar puncti.
De ſanctis uero dicitur: Rex uero lætabitur in do
mino, & laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia
obſtructum eſt os loquentium iniqua.

DOMINICA XIIII. poſt Pentecoſten Luc. X

¶ In illo tēpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis:
Beati oculi qui uident quæ uos uidetis: Di
co enim uobis, quod multi reges & prophe
tæ uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & nō
uiderunt: & audire quæ auditis, & non au
dierunt. Et reliq. Hom. B. Aug. Epiſcopi.

APerit dominus cœleſte myſteriū, quod
placuerit deo, ut paruulis magis q̄ pru
dentibus iſtius mundi ſuā gratiā reuela
ret. Quod Apoſtolus Paulus ſtylo pleni
ore digeſſit, dicēs: Nōne ſtultā fecit de 1. Cor. 1.
us ſapientiā huius mundi? Nā qm̄ dei ſapientiā nō
cognouit hic mundus per ſapientiā, placuit deo ꝑ
ſtultitiā prędicationis ſaluos facere credētes. Par
uulū ergo accipiamus, qui ſe exaltare non nouerit,
& phaleratis ſermonibus artē ſuæ iactare pruden
tiæ, quod philoſophi pleriq; faciunt. Paruulus erat
qui dixit: Domine non eſt exaltatum cor meū, neq; Pſal. 130
elati ſunt oculi mei. Neq; ingreſſus ſum in magnis
neq; in mirabilibus ſuper me. Et ut ſcires paruulū
hunc, non ætate, nō ſenſu fuiſſe, ſed humilitate ſui,
& quadam declinatione iactantiæ, addidit, ſed ex
altaui animam meam. Vides q̄ excelſus fuerit hic
paruulus, quanto uirtutum ſublimis uertice? Tales
nos paruulos uult eſſe Apoſtolus, cū dicit: Si quis 1. Cor. 3
uidetur inter uos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus
fiat, ut ſit ſapiens. Sapientia enim huius ſeculi, ſtul
titia eſt apud deum. Pulcherrimus connectitur de
fide locus, quando omnia ſibi tradita dicit à patre
ſuo. Cum omnia legis, omnipotentē agnoſcis, non
decolorem, nō degenerem patris. Cum tradita le
gis, filium confiteris, cui per naturam omnia unius
ſubſtantię iure ſint propria, non dono collata per
gratiam. Addidit: Nemo ſcit quis eſt filius niſi pa
ter, & quis pater niſi filius, & cui uoluerit filius re
uelare. Ideo beatos dixit oculos illorū, quibus da
tum eſt, dei ſalutare Chriſtū uidere. Vt ſcias autē,
quia ſicut filius patrē quibus uult reuelat, ita etiam
pater reuelat quibus uult filium. Audi dicētem ip
ſum dominū Ieſum cum laudaret Petrū, quod cum
dei filium eſſe cōfeſſus ſit: Beatus es, inquit, Simon Mat. 16.
barIona, quia non caro & ſanguis reuelauit tibi,
ſed pater meus qui in cœlis eſt. Adhęret his lectio
qua exponūtur hi, qui legiſperiti ſibi uidentur, qui
uerba legis tenent, uim legis ignorant: & ex ipſo
primo legis capitulo docet eſſe ignaros legis, pro
bans, quod in principio ſtatim lex & patrē & filiū
prędicauerit, Incarnationis quoq; dominicę annun
ciauerit ſacramentū, dicens: Diliges dominū deum
tuum, & diliges proximū tuū ſicut teipſum. Vnde
dominus ait ad legiſperitum: hoc fac, & uiues. At
ille quaſi neſciret proximum ſuum, quia non crede
bat in Chriſtum, reſpondit: Quis proximus meus?
Ita qui Chriſtum neſcit, neſcit & legē. Quomodo
enim poteſt ſcire legem, cū ueritatē ignoret, cū lex
annunciet ueritatem? ¶ *Homo quidam ex Hieruſalem
deſcendebat in Hiericho.* Vt eum locum qui propoſi
tus eſt nobis, planius poſſimus abſoluere, ueterem
ciuitatis Hiericho repetamus hiſtoriam. Meminia
mus itaq; quod Hiericho, ſicut legimus in libro q̄
ſcribitur Ieſu Naue, magna ciuitas fuerit, mirabili
bus ſepta parietibus, quę nō ferro peruia, non arie
te poſſit eſſe penetrabilis: In ea Raab habitaſſe me
retricem, quę exploratores quos direxit Ieſus, hoſ
pitio recepit, conſilio inſtruxit, poſtulantibus ciui
bus abiſſe reſpondit, abſcōdit in tecto: ut ſe ſuoſq;

urbis excidio poſſet eripere, coccum in feneſtra li-
gauit: urbis autē ipſius inexpugnabiles muros, ſe-
ptem tubarum ſacerdotaliom ſono, & populi iu-
bilantis ululatu conſono corruiſſe. Videte quomo-
do unuſquiſq; proprium ſeruet officium, explora-
tor excubias, myſterium meretrix, fidem uictor,
religionē ſacerdos. Hi pericolum pro laude nō me-
tuūt, illa ſuſcepios nec io periculis prodit. Iſte ſo-
licitus magis fidem ſeruare, quàm uincere: meretri
cis prius mādat ſalutem quam excidium ciuitatis.
Religionis autem inſignia, arma ſunt ſacerdotis.
Iam illud quis non plenū putet eſſe miraculi, quod
*hiſto- ex tota urbe nemo ſeruatus eſt, niſi quē meretrix
riç ueri- liberauit? Hęc ſimplicis * hiſtoria ueritatis eſt, quç
tas ſi altius conſideretur, admiranda ſignat myſteria.
Hiericho enim figura iſtius mundi eſt, in quam de
paradiſo, hoc eſt, de Hieruſalē illa cœleſti eiectus
Adam, præuaricationis prolapſione deſcendit,
hoc eſt, de uitalibus ad inferna demigrans, cui non
loci, ſed morum mutatio, naturæ ſuç fecit exilium.
Longe enim ab illo mutatus eſt Adam, qui iooffen
ſa beatitudiue fruebatur, ubi in ſecularia peccata
deflexit, incidit in latrones, in quos non incidiſſet,
* in his niſi * his mandati cœleſtis deuius ſe feciſſet obno-
xium. Qui ſunt iſti latrones, niſi angeli noctis atq;
tenebrarum, qui ſe nonnunquā transfigurant in an
gelos lucis, ſed perſeuerare non poſſunt? Hi ante
deſpoliant quæ accepimus indumenta gratiæ ſpi-
ritualis, & ſic uulnera inſerre conſueuerunt. Nam ſi
intemerata quæ ſumpſimus, indumenta ſeruamus,
plagas latronum ſentire non poſſumus. Caue ergo
ne ante nuderis, ſicut Adam ante nudatus eſt, man-
dati cœleſtis cuſtodia deſtitutus, & exutus fidei
teſtamento, & ſic lœtale uulnus excepit. In quo o-
mne genus occidiſſet humanū, niſi Samaritanus il-
le deſcēdeos, uulnera eius acerba curaſſet. Nō me-
diocris iſte Samaritanus, q eū quē ſacerdos quē leui
ta deſpexerat, nō etiā ipſe deſpexit. Nec uocabulo
ſectç deſpicias, quē uerbi interpretatione miraris.
Samaritani etenim oocabulo, cuſtos ſignificatur, hoc
Pſal. 114 habet ioterpretatio. Quis eſt cuſtos, niſi ille de quo
dictū eſt: Cuſtodiēs paruulos dñs? Itaq; ſicut Iu-
dęus alius in litera, alius in ſpiritu: Ita & Samarita
nus alius foris, alius in occulto. Hic ergo Samari-
Iohan. 3 tanus deſcendit. Quis eſt qui deſcendit de cœlo, ni
ſi qui aſcendit in cœlū, filius hominis qui eſt in cœ-
lo? Videos ſemiuiuum quē nemo poterat ante cu-
rare, ſicut illam quæ fluxu ſanguinis profluens, in
medicos erogauerat omne patrimonium ſuum, ue
nit ſecus eum, hoc eſt, factus compaſſionis noſtræ
ſuſceptione finitimus, & miſericordiæ collatione
uicinus? ¶ *Et alligauit uulnera eius, infundens uinum &
oleum*. Multa medicamēta medicus habet iſte, qui-
bus ſanare conſueuit. Sermo eius medicamentum
eſt. Alius eius ſermo cōſtringit uulnera, alius oleo
fouet, alius uinum infundit. Conſtringit uulnera
auſteriori pręcepto, fouet remiſſione peccati, ſicut
uino compungit denunciatione iudicij. ¶ *Et impo-
ſuit, inquit, eū in iumētum ſuum*. Audi quomodo te im
ponat. Hic peccata noſtra portat, & pro nobis do-
let, & paſtor impoſuit ouem laſſam ſuper humeros
ſuos. Homo enim iumentis ſimilis factus eſt. Et
ideo ſupra iumentum ſuum uos impoſuit, ne nos
eſſemus ſicut equus & mulus, ut per noſtri corpo-
ris aſſumptionem, infirmitates noſtræ carnis abo-
leret. Deniq; duxit nos iu ſtabulum, qui eramus iu
menta. Eſt autem ſtabulom, in quod defeſſi loogo
Pſal. 112. itinere ſuccedere ſolent. Duxit itaq; illum in ſtabu
lum Dominus, qui ſuſcitat à terra inopem, & de
ſtercore erigit pauperem. Et curam eios egit, ne
æger ea quæ acceperat, nequaquam præcepta ſer-
uaret: in quo cognouit aſina præſepe domini ſui.
Sed non uacabat Samaritaoo huic in terris diu de- Iſaiæ. 1.
gere, redeundum enim erat eo unde deſcenderat.
Itaq; altero die. Quis eſt iſte alter dies, niſi forte
ille dominicæ reſurrectioois, de quo dictum eſt,
Hæc eſt dies quam fecit dominus? ¶ *Protulit duos* Pſal. 117
denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe.
Qui ſunt iſti duo denarij, niſi forte duo teſtamenta
quæ imaginem in ſe habent æterni regis expreſ-
ſam, quorum precio uulnera noſtra curantur? re-
dempti enim ſumus precioſo ſanguine, ut ultimæ
mortis hulcera uitaremus. Hos ergo duos denarios
licet horum quoq; librorum quatuor formas non
abſurdum ſit intelligere, accepit ſtabularius. Quis? Phi. 3.
Ille forſitan qui ait, hęc æſtimo ut ſtercora, ut Chri
ſtum lucrifaciam, quo curam haberet hominis uul-
nerati. Stabularius itaque eſt ille qui ait: Miſit me 1. Cor. 1
Chriſtus euangelizare. Stabularij ſunt iſti quibus
dicitur: Ite in orbem uniuerſum, & prędicate euan
gelium omni creaturæ, &c. Qui crediderit, & bapti Mat. 16.
zatus fuerit, ſaluus erit, ſaluus utiq; à morte, ſaluus
à uulnere, quod infixum eſt à latronibus. Beatus
ille ſtabolarius, qui alterius uulnera curare poteſt.
Beatus ille cui dixit Ieſus: Quodcunq; ſupererogа
ueris, reuertens reddam tibi. Bonus diſpenſator
Paulus, cuius ſermones & Epiſtolæ ueloti ei rati-
oni quam acceperat ſuperfluunt, moderatum Do-
mini mandatum prope immoderato labore men-
tis & corporis executus, ut multos ab ægritudine
graui ſpiritualis alloquij diſpenſatione releuaret.
Bonus ergo ſtabularius, ſtabuli eius in quo agno-
uit aſinus præſepium domini ſui, & io quo greges
recluduntur agnorum, ne frementibus ad caulas ra-
pacibus lupis, facilis in ouilia ſit ingreſſus. Spon-
det ergo mercedem ſe redditurum. Quando re-
uerteris domine, niſi in iudicij die? Nam licet ubiq;
ſis ſemper, ſtans in medio noſtrum, & non cernaris
à nobis, erit tamen tempus quo uniuerſa caro te
aſpiciat reuertentem. Redde ergo quod debes.
Beati, quibus es debitor, utinam oos ſimos idonei
debitores. Vtinam qood accepimus, poſſimus ex-
oluere, nec nos aut ſacerdotij, aut miniſterij mu-
nus extollat. Quomodo reddes bone Ieſu? Promi-
ſiſti quidem io cœlo bonis copioſam eſſe merce-
dem, reddis tamen & cum dicis: Euge ſerue bone, Mat. 25.
quoniam ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te
conſtituam, intra in gaudiū domini tui. Ergo quo-
niam nemo magis proximus quam qui uulnera no
ſtra curauit, diligamus eum quaſi dominum, diliga
mus & quaſi proximū. Nihil enim tam proximum
quam caput membris. Diligamus etiam eum qui
imitator eſt Chriſti, diligamus eum qui inopiæ
alterius corporis unitate compatitur. Non enim
cognatio facit proximum, ſed miſericordia, quia
miſericordia ſecundum naturam. Nihil enim tam
ſecundum naturam, quam iuuare conſortem na-
turæ.

DE EADEM DOMINI-
ca, Lucæ X.

¶ In illo tēpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis:
Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Et
reliq. Homilia Hęrici de eadem lectione.

Famis

Familiare & quodammodo propriũ eſt di-
uinæ ſcripturæ, ſequentia præcedentibus
iungere, & ex præmiſſorum ſciẽtia ad ſen
ſum eorum quæ ſequuntur, recto ordine
informare. Vnde oportet ad lectionis hu-
ius ſ. riem pernoſcendam, paulo ſuperius dicta ſan
cti euangeliſtę retexere, ubi legitur quod reuerſis
de officio prædicationis diſcipulis, & ut moris eſt
hominũ exultantibus quod etiã dęmonia eis ſubij-
cerentur, ait eis dominus. Nolite gaudere quia dæ
monia uobis ſubijciuntur, ſed gaudete, quia nomi-
na ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et paucis interpoſi-
tis, conuerſus ad diſcipulos, ait: ¶ *Beati oculi qui ui-
dent quæ uos uidetis.* In quibus uerbis illud maxime
quæri debet, utrũ omniũ qui Chriſtum uidere po-
terant oculi, credantur ad hanc beatitudinem per-
tinere, cum non ſolum boni quiq; & fideles, uerum
etiam mali & infideles poſſint eum uidere, nec mo
do ad uidendum eum, ſed & ad irro[illegible]das iniurias
expoſitum haberent. Et ut ſcrupulus huius quæſti
onis elucidetur, neceſſe eſt, ut utriuſq; uiſionis mo
dus diſtincte in domino conſideretur. Aliter enim
Apoſtolos ſpiritualibus, aliter ſcribis & phariſęis,
ſeu turbis carnalibus apparebat. Apoſtoli & cęteri
fideles hominem eſſe cernẽtes, uerum quoq; deum
eſſe non dubitant, quod manifeſtat Petrus Apoſto
lus, qui pro omnibus reſpondit domino, dicens: Tu
es Chriſtus filius dei uiui. Phariſęi uero id quod ui
Mat. 16. debant, hoc ſolummodo credebant. Videbãt enim
oculis corporeis, & tantum purũ hominẽ eſſe cre-
debant. Credebãt dico, quia ab hominibus hoc cre
di uolebant: alioquin lege & ꝓpheris edocti, Chri
ſtũ illum eſſe non dubitabãt, ſed propter gloriam
humanam quam perdere timebant, Chriſtũ illum
confiteri metuebant. Vel ita: Phariſæi uero ſolo ui
ſu corporis dominum metientes, nihil in eo diui-
num cæca mente intelligebant, unde nec eum per-
ſequi, & iniurijs uel cõtumelijs ac probris inſecta-
ri metuebãt. Non ergo horũ oculi beatificantur,
qui eum ſolummodo hominem eſſe putabant, ſed
oculi Apoſtolorum & fideliũ beati, qui Chriſtum
in decore ſuæ diuinitatis cernere merebãtur, hoc
eſt, qui illum & uerum deum & uerum hominem
eſſe credebant, de quibus ipſe ſuperius ad patrem
Mat. 11. loquens, dicebat: Confiteor tibi pater domine cœ-
li & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus &
prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, id eſt, humili-
bus & manſuetis Apoſtolis: qui etſi illum uiderũt
communi infirmitate circundatum, crediderũt ta-
men & intellexerũt in homine latentem unũ cum
patre deum. Fœlices etiam eorum oculi, & huius
ſine dubio beatitudinis cum Apoſtolis conſcij, qui
omnium uitiorũ effuſione deterſa, & omnis labis
humore ad purum decocto, purgatiſſima mentis
acie deum contemplari merentur, qui non ſolum
cum multis dominum per fidem cognoſcere, ſed
eius inſuper diuinitatis naturam, quãtum ipſe per-
mittit, ſapienti ratione intueri feſtinant. *Dico enim
uobis, quod multi prophetæ & reges uoluerunt uidere,
quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis,
& non audierunt.* Reges, ſanctos & iuſtos appellat,
qui omnes corporis motus, omnes animi appeti-
tus iuxta ſui conditoris uoluntatem regere & diſ-
ponere nouerunt, animi imperio, corporis utentes
ſeruitio. Sed cum conſtet deum à paſtoribus priſcis
temporibus uiſum, quid ſibi uult quod dicitur: Mul
ti prophetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos ui
Gen. 18. detis, & non uiderunt? Abraham ſiquidem deum
uidit, quem toties apparentem in tribus etiam an-
gelorum perſonis hoſpitio recepit. Moyſes quoq;, Exo. 33.
ut teſtatur ſcriptura, ſolitus erat cum deo loqui fa
cie ad faciem, ſicut loquitur homo ad amicum ſuũ.
Sed & magnæ uocis Iſaias: Vidi, inquit, dominum Eſaię. 6.
ſedẽtem ſuper ſolium excelſum. Sic Micheas, mul-
tiq; alij prophetæ ueriſſime ſibi deum apparuiſſe
confirmant. Vnde & uidentes ſunt appellati: & pe
ne cuncta ſcriptura reliqua patres antiquos fere
omnes deum uidiſſe demonſtrat. Si ergo ſancti pa-
tres & prophetæ deum uiderunt, ut ſcriptura te-
ſtatur, quid eſt quod dominus dicit: Multi prophe
tæ & reges uoluerunt uidere quę uos uidetis? Sed
aliud eſt uidere per fidem, aliud per ſpeciem. Vide-
runt ſiquidem ſancti prememorati deum omnipo
tentem, ſed per ſpeculum, & per imagines, & in
ſubiecta creatura. Omnes enim manifeſtationes,
quæ in ueteri teſtamẽto ad patres factæ fuiſſe me-
morantur, per inferiores creaturas (hoc eſt, ange-
los) peractæ à doctoribus affirmantur. Si enim in
ſua diuinitate ut eſt, abſq; ullis imaginibus deũ ui-
debãt ſancti, quid eſt quod Moyſes ut iam dictum
eſt, cum domino facie ad faciem loquebatur, tamẽ
ex bono dominũ obſecrabat, dicens: Si inueni gra- Exo. 33.
tiam in conſpectu tuo, oſtende mihi teipſum mani
feſte, ut uideam te? Quem enim manifeſte uidere
quęrebat, utiq; uſq; ad illud tempus per imagines
& figuras uidiſſe declarabat. Et beatus Stephanus Act. 7.
de eodem Moyſe dicit: Hic eſt Moyſes qui fuit cũ
angelo qui apparuit ei in rubo. Verum ſancti Apo
ſtoli dominũ ſemper præſentem habebant, & cum
omni familiaritate, tum etiam in conuictu illi fa-
miliariſſime adhærentes, quicquid cognoſcere uo-
luiſſent, non per ſpeculum, non per ænigmata, ſed
per dominum interrogando diſcebant. Vnde me-
rito omnibus retro ſanctis lege beatitudinis præ-
feruntur, audientes à domino: Multi reges & pro-
phetæ uoluerunt uidere quę uidetis, & non uide-
runt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt. Nam
illi qui in ueteri teſtamento deum uidiſſe narran-
tur, iuxta fidem defuncti ſunt omnes, non acceptis
repromiſſionibus, ſed à longe eas aſpicientes & ſa-
lutantes. Sciendum uero per incrementa tempo-
rum creuiſſe diuinæ cognitionis augmentum. Ap-
paruit enim deus Abraham, ſed longe poſt Moyſi
uiſus dicit: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, Exo. 3.
& deus Iacob, & nomen meum Adonai non indi-
caui eis. Quibus uerbis plus aliquid de deo Moy-
ſes, quam præcedentes patres, cognouiſſe oſtendi-
tur. Beatus etiam Dauid multis poſt ſeculi tempo-
ribus natus, manifeſte clamat, dicens: Super ſenes
intellexi. Quod eſt aperte dicere: Præ cunctis qui Pſal. 118.
ante me fuere patriarchis & prophetis, ſubtilius
aliquid de dei maieſtate cognoui. Quid uero de ſan
ctis iam dicatur apoſtolis, qui ab ipſa & per ipſam
dei ſapientiam eruditi, cuncta quæ de cœleſtibus
& diuinis humana poterat ſufferre ſapientia, ple-
niſſime didicerunt? Quod enim antiqui ſancti ma-
ximum deſiderium habuerint, ut deum uiderẽt in
carne præſentem, quod hic ipſe eos intueri deſide-
raſſe aſſeuerat, ipſorum uerba teſtantur, quibus ſe
dei filium incarnatum uidere totis affectibus con- Iſa. 64.
cupiuiſſe declarant. Hinc Iſaias magno & incom-
parabili deum uidẽdi feruens deſiderio, clamabat:
Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes. Hinc
Dauid pari cupiditate exæſtuans, aiebat: Domine, Pſal. 143
inclina cœlos tuos, & deſcẽde. Optabant enim ſin-
guli, ſi fieri poſſet, ut ſuo quiſq; tẽpore dei filium

tem tribus à Dauid regno defecerant, atque inter
3.Re.12. Roboam & Hieroboam inteſtina bella uigebant.
Situs autem Hierichuntinus mirabilis fuiſſe à loco
rum ſcitis aſſeritur. Fuit enim urbs illa inſtar lunas
ris hemiſphæriŋ, ſeptemplici muro uallata, unde
lunæ nomen accepit, nam Hiericho luna interpre
tatur. Sed ita ea quæ literæ ſuperficies expoſcit,
tangenda ſunt, ut ueritas allegoriæ efficaciter re
quiratur, eiq́ inconcuſſe inhæreat. Homo ergo
iſte qui deſcendit de Hieruſalem in Hiericho & in
cidit in latrones: Adam, & in eo cauſaliter genus
humanum accipitur. Hieruſalem autem ciuitas de
qua deſcendiſſe refertur, quæ uiſio pacis interpre
tatur, ſignificat cœleſtem Hieruſalem, id eſt, illam
habitationem patriæ cœleſtis, ad quam perpetua
liter contemplandam atq; poſsidendã, primus ho
mo à deo creatus fuerat. A cuius felicitate tunc de
cidit, cum ſuperbus ex paradiſo expulſus eſt, atq; à
uiſione diuinæ contemplationis alienatus. Quan
diu eñ in paradiſo fuit, in cõſortio & ſocietate an
gelorum per mentis contemplationem manſit. At
ubi ſerpentis perſuaſione motus, cõtra creatorem
ſuperbiuit, ſtatim à paradiſo ſimul & à contẽplati
one ſui cõditoris decidit. Et hoc ſignificat pręſens
parabola, quę narrat hominem deſcendiſſe de Hie
ruſalem, cuius nomine uidelicet Hieruſalem, deſi
gnatur illa beatitudo patriæ cœleſtis. Quo uero
deciderit ille primus parens noſter, poſtq̃ à contẽ
platione cœleſtis Hieruſalem alienatus eſt, mani
feſtat dominus cum addit, in Hiericho, hoc eſt, in
hanc uitam mortalem, laboribus & defectibus ple
nam, in quam merito inobedientiæ infœlix huma
na mortalitas expulſa, grauiſsimam præſumptio
nem ſuperbiæ perpetuo deflet exilio. Hęc uita prę
ſens nomine Hiericho deſignatur. Et recte p Hie
richo quæ interpretatur luna, defectus noſtrę mor
tis figuratur, qm̃ ſicut ſingulis menſibus luna decre
ſcens deficit, ita uita noſtræ mortalitatis ſingulis
momentis deficiens, quotidie euaneſcit. Homo
ergo iſte tũc à Hieruſalẽ deſcendit in Hiericho, qñ
parens humani gñis, in quo omnes fuimus, peccã
do ab illis immortalibus ſedibus paradiſi ad hanc
mortalem & ærumnarũ plenã deuolutus eſt uitã.
¶ *Et incidit in latrones.* Sed uideamus qui ſint latro
nes in quos primus homo incidit, uel quõ ab eis de
ſpoliatus atq; uulneratus ſemiuiuus euaſerit. La
trones olim dicebãtur quos modo ſatellites uoca
mus, q̃d regũ aſtarent lateribus. Sed modo latrões
à latẽdo, pdones & fures conſuetudo obtinuit nun
cupari. Per latrones qui à latendo dicti ſunt, mali
gni ſpũs intelligunẽ, qui latrones dicũtur, q̃d eo ne
quius quo occultius ſæuiũt. Si enĩ puiderẽtur, for
taſsis aliquatenus cauerenẽ. Pro eo enĩ q̃d inuiſibi
les ſunt, iter noſtrũ latẽter obſidẽt. In hos latrões
homo ideo incidit, qa deſcendit. Deſcenſus aũt hic
non alius q̃ ſupbia intelligitur, de qua dñs ait: Qui
Luc.18. ſe humiliat, exaltabiẽ. Niſi ergo ſupbiendo deſcen
diſſet, in latrones non incidiſſet, qa primũ in ſe ſup
bus, ac deinde tẽtatus, hoſtibus ceſsit. Scriptũ nãq;
eſt: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriã hu
miliatur. Bene aũt prius deſcendiſſe, & deinde in la
Pro.16. trones incurriſſe dicit. Iam enĩ interius ante dei o
culos p ſuperbiam ruerat, qñ eũ ſibi hoſtis tentan
do foris tam facile ſternebat. Qua de re conijci da
tur, neminẽ ſuggeſtione malorũ ſpũum, niſi uolen
tem, & ultro tentandi occaſiones appetentem, ad
peccandum poſſe impelli. Qui etiam ſpoliauerunt
eum, quando hunc indutum illa immortalitatis &
innocentiæ ueſte nudauerũt, & ex iuſtis & immor
talibus peccatores ac mortales fecerũt. Niſi eñ ſup
biendo primus parens noſter Adam peccaſſet, im
mortalis permanſiſſet. Hoc eñ merito deſignatum
eſt per folia ficus quibus pudenda texerũt, aſperi
tat ſcilicet peccatorum, & pruritus illicitę uolupta Gene 3.
tis. Sed & in ueſtibus pelliceis conditio pręfigura Luc.15.
ta eſt mortalitatis. Hęc eſt enim illa ſtola quã pro
digus filius recipere meruit ad pietatem patris re
uerſus. Et plagis impoſitis abierunt. Quid uulnera
plagatum, niſi inflictæ corruptiones intelliguntur
peccatorũ? Sicut eñ plagis caro ſauciatur, ita pec
catis anima cruentatur. Quod inſuẽs Pſalmiſta, fle Pſal. 37.
bili lachrymatiõe ſemetipſum deplorat, dicẽs: Pec
cata mea ſicut ſagittæ infixa ſunt in me, iſto utiq;
nequius, quãto per hæc animæ, non corporis uita
ſubduciẽ. Plagis igitur impoſitis, id eſt, peccatis cu
mulatis abiſſe dicuntur, non quo ab hominum im
pugnatiõe aliquatenus ceſſent. ſed ipſas ſuas frau
des & neqtias ſpirituales callide, ne caueri uel de
prehendi ualeant, occultãdo, Semiuiuo relicto. Ex
ea parte qua homo deum cognoſcere poteſt, uiuit.
ex qua uero peccãdo deum offendit, mortuus eſſe
probatur, ſicut legitur: Anima quę peccauerit, ipſa Eze.18.
morietur. Licet meliorem in homine partem (id
eſt, animam) occiderunt, nequequam tamen ei ra
tionis & diuinæ imaginis dignitatem auferre po
tuerunt. Inquantum enim homo peccatis contabe
ſcit, moritur. Quantum uero ratione uiget, & au
torem ſuum cognoſcit, non mortuus, ſed uiuus ha
betur. Latrones ergo, id eſt, dæmones, ſemiuiuum
hominem reliquerunt, quia beatitudinem quidem
ab eo immortalitatis tulerunt, ſed rationem ani
mi qua deum noſſe poteſt, auferre minime potue
runt. ¶ *Accidit autem ut ſacerdos quidam deſcenderet
eadem uia, & uiſo illo præteriuit. Similiter & leuita cũ
eſſet ſecus locum, & uideret eum, pertranſijt.* Per ſacer
dotem & leuitam qui inſpecto ſaucio tranſierunt,
ſignificatur lex ueteris teſtamenti & ſacerdotium
Iudæorum, quod maxime quondam in ſacerdoti
bus & leuitis emicuit. Vel ut diſtinctius loquamur,
per ſacerdotem quidẽ Aaron ſacerdos cũ omni ſua
progenie, per leuitã uero Moyſes ſimiliter cũ ſua
ſucceſsiõe intelligitur. Qui leuita idcirco dicitur,
quod legis fuerit adminiſtrator. Qui eadẽ uia de
ſcenderunt, quia una qua & oẽs mortis conditione
per iter ſeculi decurrerũt. Sed uiſo ſaucio, ſine nul
lius remedij effectu pertranſierunt: quia uetus illa
lex & ſacerdotiũ, quidẽ ualebãt tantum oſtendere,
ſed neminem à peccato liberare. Peccatorũ enim
uulnera per legem & ſacerdotiũ Iudæorum tantũ
monſtrari poterãt, non aũt curari. Vt enim Apo Heb.10.
ſtolus ait: Impoſsibile erat ſanguine brutorũ ani
malium auferre peccata, donec ueniret illud ſingu
lare ſacrificium, q̃d in cruce oblatũ, peccata mundi
extерſit, unde ſeqtur: ¶ *Samaritanus aũt quidã iter
faciẽs, uenit ſecus eũ.* Samaritani nõ erant de populo
Iudęorũ, ſed alienigenę potius, & idolis ſeruiẽtes.
Cũ eñ à rege Aſſyriorũ X. tribus propter peccata
ſua trãſlatę fuiſſent de Samaria, ne terra eorũ habi
tatore uacua, redigereẽ in ſolitudinem, iuſſu regis
Aſſyriorũ quidã de alienigenis, Aſſyrijs uidelicet,
miſsi ſunt in Samariã, q̃ erat caput decẽ tribuũ, ut
habitarẽt ibi, & terrã excolerent. Cũq; cœpiſſent
inibi degere, & idolis (utpote deũ ignorãtes) de
ſeruire, immiſit in eos dñs feroces beſtias, ad qua
rũ deuaſtationẽ interibãt. Quo cõperto, rex Aſſy
riorũ cũ ſuis cõmunicato cõſilio, direxit eis quendã

prædicatores. Supererogauerunt ſancti apoſtoli,
quando ſuper euãgeliꝗ præcepta, dictis ſuis & epi-
ſtolis ſaluti hominum conduxerunt. Impleuit hoc
magiſter gentium, qui fuit unus ſanctæ eccleſię ſta
bularius, qui ſuper eam quam accepit rationẽ, ali-
quid erogauit, quando moderatum mandatum do
mini proge immoderato labore executus eſt, qñ
etiam de his de quibus præceptum non acceperat,
1.Cor.7 conſilium dabat, dicẽs: De uirginibus præceptum
domini non habeo, conſilium autem do. Et rurſum
1.Cor.9 dicit: Dominus ordinauit his qui euangelium nun-
ciant, de euangelio uiuere: nos autẽ non uſi ſumus
hac poteſtate inter uos, ne quem ueſtrum grauare
mus. Cui cum uenerit, hoc eſt, cũ in fine ſeculi uni-
uerſę carni apparuerit, ſupererogata reſtituet, qa
iuxta aliam euangeliꝗ parabolam ſuper omnia bo-
Mat.25. na ſua cõſtituet eũ. Magni ergo meriti eſt hic ſta-
bularius, cui debitor eſt Chriſtus. Quis enim non
gaudeat ſaltẽ idoneus debitor eſſe Chriſti? Quan-
tus eſt ergo iſte cuius eſt ille debitor, qui oẽs habet
debitores? Hinc ipſe certus gloriatur dicẽs: Nõ ne-
gabit debitum, qui donauit indebitum. Producto
uero huc uſq; ſimilitudinis huius tenore, id q̃d ſuſce
perat cõcluſurus, legiſperitũ interrogat, quis ho-
rum trium illi qui in latrones inciderat, ꝓximus fu
iſſe uideret, utrũ uidelicet ſacerdos & leuita q̃ ge-
nere proximi, miſericordia fuerant extranei, an Sa
maritanus qui natiõe externus, cõpaſsione fuerat
uicinus. At ille quod ratio pſuadebat reſpõdit, illũ
ſcilicet magis illi fuiſſe proximũ, qui fecit miſeri-
cordiam in illum. Et dñs ad ſimilem eum pietatis
operam prouocnas. ¶ *Vade, inquit, & tu fac ſimiliter.*
Quod eſt dicere: Vt oſtendas te ueraciter diligere
proximũ ſicut teipſum, uade, & quicquid uales in
utilitatem ipſius uel corporali, uel ſpirituali ꝓmõ-
ptus operare. Imitare huius prędicabile Samaritai
ni exemplũ, & cuicunq; potueris miſericordię mu
nus impartire. Tali argumento omnem hominem
noſtrum eſſe proximũ & cognoſcendo diligamus,
& diligendo inopiæ ipſius affinitatis intuitu com-
patiamur. Plus enim miſericordia q̃ cognatio ꝓxi-
mum facit, quia miſericordia res eſt naturę. Quid
enim maius ſecundum naturam, q̃ iuuare conſortẽ
naturæ? Spiritualiter uero proximus noſter nullus
amplius eſt q̃ Chriſtus, qui uulnera noſtra curauit.
Proximus itaq; nobis eſt per diuinitatem, quia nõ
longe eſt ab unoquoq; noſtrum. In ipſo enim uiui-
Act.17. mus, mouemur, & ſumus. Proximus etiam nobis
fieri dignatus eſt ex humanitate, quia cũ eſſet lon-
ge à nobis, utpote immortalis à mortalibus, iuſtus
à peccatoribus, deſcẽdit ad nos, ut nobis fieret pro
ximus, qui erat ante longinquus. Veneremur ergo
eum quaſi dominum & deum noſtrum, diligamus
& quaſi proximũ, quia ipſe eſt caput noſtrum. Et
conſtat quia nihil eſt proximius quam caput mem-
bris. Hunc ſemper quaſi membra fideliſsima caput
reſpectemus, eiuſq; miſericordiã iam de cætero ſe
curi poſcamus. Non enĩ poterit non miſereri ſub-
ditis, quia ſeſe proximum prębere dignatus eſt in-
deuotis. Diligentes ergo ſe diliget, & ad contẽpla
tionem ſuã patriſq; introducet, Ieſus Chriſtus do-
minus noſter, qui regnat in ſecula.

DE EADEM DOMINICA HO-
milia D. Euſebij Emiſſeni.

SVrrexit (inquit) legiſperitus conditorem re-
prehendere uolens: ſed non eſt ſapientia, non
eſt prudentia, non eſt conſilium contra Deũ.
Peritus quidẽ erat, quẽ ipſe Dei filius peritũ fuiſſe
teſtatur. Sed quæ peritia uel ſapientia ad diuinę ſa
pientiæ menſurã ſe extendere ualeat? In hoc enim
quod ait, *tentans eum*, manifeſte oſtendit, quia non
ad hoc ut uitam æternam poſsideret, ſed ut in ali-
quo eum reprehẽderet ſi poſſet, eũ interrogabat.
At ille dixit ad eũ: In lege q̃d ſcriptũ eſt? quomodo
legis? Si (inquit) legis peritus es, & legem noſti,
utiq; quid de uita æterna lex dicat intelligis: dic
ergo quid de hoc in lege ſcriptũ ſit. *Ille reſpõdens di
xit: Diliges Dominum deũ tuum ex toto corde tuo, & ex
tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mẽ
te tua, & proximum tuum ſicut teipſum.* Dixitq; illi, *Re-
cte reſpondiſti, hoc fac, & uiues.* Ecce quomodo Dñs
cõprehendit ſapiẽtes in aſtutia eorũ. Ipſe legis pe
ritus ſuã intentionẽ reuelat, & ad quid Dñm inter-
rogauerit manifeſtat. Ipſe interrogat, ipſe reſpõ-
det, ipſe ſui ipſius & magiſter & diſcipulus factus
eſt. Sciebat enĩ quid de lege ſcriptũ erat: hoc enim
dñs eũ fateri coegit. Cur ergo interrogabat quod
ſciebat? Ideo utiq;, quia Dñm reprehendere uole-
bat. Dñs tamen eũ non reprehendit, ſed recte eum
reſpondiſſe ait. *Ille aũt uolens ſeipſum iuſtificare, dixit
ad Ieſum, Et quis eſt proximus meus?* Quia enim Deũ &
proximum diligere ad iuſtitiã & uitã æternã poſ-
ſidendã ſufficere poſſe audierat, ilico ſeipſum iuſtũ
oſtendere uoluit, quaſi qui Deũ & proximũ dile-
xiſſet, niſi forte aliter q̃ ipſe quis ſit eius ꝓximus,
Dñs intelligeret. Vnde & ait. *Et quis eſt meus proxi-
mus?* Putabat enim fortaſſe illum ſolum ſibi eſſe ꝓ-
ximum qui uel amore uel carnis coniunctione ſibi
præ cæteris propinquior erat. *Sed non eſt ita*, di-
cente Dño: Si enim diligitis eos qui nos diligunt,
quam mercede habebitis? nonne & publicani hoc
faciunt? *Suſcipiens aũt Ieſus dixit: Homo quidã deſcen
debat ab Hieruſalẽ in Hierico, & incidit in latrones, qui
etiã diſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſe
miuiuo relicto.* Quid enim homo iſte, niſi genus hu-
manũ? Quid Hieruſalẽ, niſi paradiſus? Quid Hieri-
cho, niſi mundus iſte intelligit? Hiericho nanq; in-
terpretatur luna, quę tãtę mutabilitati ſubdita eſt,
ut nunq̃ in eodẽ ſtatu, nunc creſcendo, nũc minuẽ-
do permaneat. Vnde & non immerito hunc mun-
dum ſignificat, cuius mutabilitas ꝑpetua eſt, & niſi
mutationibus ſtare nõ poteſt. Vt enim de cœlo, &
tẽpore, de diebus, & menſibus, & annis taceamus,
quę ſemper uoluũtur, & in ſe replicãtur, neq; aer,
neq; terra, neq; mare, neq; ipſi hoĩes ſuam ꝑpe-
tuo ſeruant figurã. Quorum omnium mutationes
longum eſt narrare per ſingula. Tunc igitur ge-
nus humanum ab Hieruſalem deſcendit in Hieri-
cho, qñ in hunc mundũ primus homo de paradiſo
eiectus eſt. Totum enim humanum genus ſimul e-
rat in eo: totum igitur ſimul deſcendit cum eo. Et
incidit in latrones: latrones iſti, maligni Spiritus
ſunt, qui furtim & per latrocinium, animarum the-
ſaurum cunctis diuitijs excellentiorem, uirtutes
ſcilicet & bona opera, nobis ſubripiunt. Qui etiam
diſpoliauerunt eum, nimirum illa tunica immor-
talitatis, qua primus homo exutus, nudum ſe in-
telligens, Domino interroganti ubi eſſe, reſpõdit,
dicens: Audiui Domine uocem tuam, & abſcondi
me, eo quod nudus eſſem. *Et plagis impoſitis abierũt,
ſemiuiuo relicto.* Tot enim plagas unicuiq; homini
diabolus imponit, quot uitijs eum ſeruire cõpellit.
Alios enim per ſuperbiam, alios per auaritiam, ali-
os per luxuriam, atque alios alijs modis uulnerat
& occidit. *Accidit autem ut ſacerdos quidam deſcen-*

deret

deret eadem uia, & uiſo illo præteriuit. Quis eſt iſte ſacerdos, niſi Aaron cum filijs ſuis, totusq; ille ordo ſacerdotalis; quos pro cæteris orare Dominus iuſſerat? Iſte autem eadem uia deſcendebat, quia ipſe morti & corruptioni ſubditus erat. Vnde & uiſo eo præteriuit, quia eum liberare non potuit. *Similiter & leuita, quum eſſet ſecus locum, & uideret eũ, pertrãſijt.* Leuita enim non ſolum Moyſes, ſed & tota Leuitica intelligitur. Quanuis enim ſoli filij Aaron ſacerdotio fungerentur, tota tamen tribus Leui orationibus inſtabat, quoniam de decimis & eleemoſynis uiuebat. Pertranſijt igitur & Leuita, quia neque iſti genus humanum à mortis periculo eripere potuerunt. *Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit ſecus eum, & uidens eum motus eſt miſericordia.* Seipſum Samaritanum dominus dicit, quod nomen inimici ſui Iudæi impoſuerunt ei, dicẽtes: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Samaritanus autẽ interpræ tatur cuſtos. Quo nomine ille quidem dignus eſt, cui per prophetam dicitur: Cuſtos qui de nocte, cuſtos qui de nocte. & Pſalmiſta: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, in uanũ uigilant qui cuſtodiũt eam. Hic autem iter faciens, & ſicut cæteri homines ad finem tendẽs, ſua miſericordia hominem liberauit, & ſuo ſanguine redemit. Vnde & ſubditur: *Et appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum.* Qua in re Dominus docuit, qualiter infirmis & ad pœnitentiam uenientibus mederi debeamus. Vulnera enim ligamus, quando hominem à peccato ceſſare iubemus. Quanto enim tempore in peccato homo perſeuerat, tanto tempore uulnera ſoluta & aperta habet. Oleum aũt infundimus, quã miſericorditer conſolando indulgentiam peccatori promittimus. Infundimus inſuper & uinum, quando aſpere redarguendo ieiunare & carnem macerare iubemus. Non ſit igitur ſine uino oleum, nec oleũ ſine uino. Vnde Apoſtolus: Argue, inquit, obſecra: inſta opportune, importune. Obſecrando enĩ oleũ, & increpãdo uulneribus uinũ infundimus. *Et imponẽs illum in iumentũ ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius egit.* Iumẽtum Chriſti eius humanitas eſt. Hoc enim ferimur, hoc ad ſtabulum & ad Eccleſiã ducimur. De quo ipſe. Vt iumentum, inquit, factus ſum apud te: & propheta: Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Chriſti enĩ humanitas nos docuit, nos redemit, nos in unã fidem & in unam Eccleſiam collegit. Ibi curam noſtri agit, ibi nos quotidie ſanat & alit. *Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario: & ait: Curam illius habe, & quodcunq; ſupererogaueris, ego cum rediero reddam tibi.* Duo nanque dies, duo tempora ſunt. Primus dies ab Adam uſq; ad Chriſtum, ſecũdus uero uſq; ad finem ſeculi. Hoc igitur ſecundo die, id eſt, poſtquam Dñs in mundum uenit, duos denarios protulit, eoſq; ſtabulario dedit. Duo nãque denarij, duo ſunt teſtamenta. Primo itaq; die unus tantũ denarius datur, quia alter denarius nõdum compoſitus erat: nunc autẽ duo denarij dantur, qui cunctis languentibus ad eccleſiam uenientibus ad omnem expenſam ſufficere poſſunt. Stabulum enim, Eccleſia eſt: unde & in ſtabulo Dominus natus eſt. Stabularius, epiſcopus: ipſe enim ſtabulũ cuſtodit, Eccleſiam regit, & dei animalia diuini eloquij pabulo reficit. Bonus ſtabularius, beatus Paulus: qui & duos denarios ſibi à Domino commiſſos fideliter diſtribuit, & magnum aliquid de ſuo ſupererogauit. Ait enim: De uirginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. Audiamus igitur conſilium, quod ſupererogãdo Apoſtolus ait: Exiſtimo, inquit, hoc bonum eſſe, ꝑpter inſtantem neceſſitatẽ, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe: alligatus es uxori? Noli quærere ſolutionem: ſolutus es ab uxore: noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccaſti: & ſi nupſerit uirgo, non peccauit. Hoc Apoſtolus ſupererogauit, hoc in duobus denarijs non accepit. Supererogauit autem & multa alia. Quum enim ei de Euangelio uiuere liceret, de Euangelio tamen uiuere nolebat, ſed laborem labori ſupererogabat. Poſſumus autem per hanc ſupererogationem, ipſam quoq; bonam operationem intelligere. Qui enim teſtamentorum uerba exponit, denarios expẽdit: qui uero agit quod exponit, etiam ſuper denarios aliquid erogat. Cuius erogationis mercedem, Dñs ſe tunc redditurũ eſſe promittit, quãdo ad iudiciũ reuertetur. Sequitur: *Quis horum trium uidetur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum, & ait illi Ieſus: Vade & tu fac ſimiliter.* Ille enim proximus eſt tibi, cui miſerendo appropinquas. Qui uero nulli miſeretur, nullum proximum habet. Magna eſt igitur miſericordia, quæ ignotis etiam & extraneis nos proximos facit: magna eſt igitur miſericordia, per quã uita poſſidetur æterna.

DOMINICA XV. POST Pentecoſten. Luc. XVII.

¶ In illo tempore: Dum iret Ieſus in Hieruſalẽ, trãſibat per mediam Samariam. Et cũ ingrederetur, quoddã caſtellum, occurrerunt ei decem uiri leproſi. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

IN leproſis illis quos dominus ita mundauit, cum ait: Ite, oſtendite uos ſacerdotibus, multa quæri poſſunt quæ merito quærentes moueant, non ſolum de numero, quid ſibi uelit quod decem ſunt, ſed quod unus ex eis ſolum gratias agit. Hæc enim libere conſtruuntur, ut etiam non inueſtigata, uel nihil uel multum impediant intentionem legentis, ſed illa potius cur eos ad ſacerdotes miſerit, ut cum irent, mundarentur. Nullum eorum quibus hæc corporalia, beneficia præſtitit, inuenitur miſiſſe ad ſacerdotes, niſi leproſos. Nam & illum à lepra mundauerat, cui dixit: Vade, oſtende te ſacerdotibus, & offer pro te ſacrificium, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Luce. 5. Deinde qualis mundatio ſpiritalis poſſit eorum intelligi quod ingratos extitiſſe arguit. Secũdum corpus enim facile eſt uidere hominem poſſe non habere lepram, & tamen animi non eſt boni. Secũdum ſignificationem autem huius miraculi, dici poſſit ingratus. Quærendum eſt igitur quid ipſa lepra ſignificet. Non enim ſanati, ſed mundati dicuntur, qui ea caruerunt. Coloris quippe uitium eſt, nõ ualetudinis aut integritatis ſenſuum atq; membrorum. Leproſi ergo non abſurde intelligi poſſunt, qui ſcientiam ueræ fidei nõ habentes, uarias doctrinas profitentur erroris. Non enim uel abſcondũt imperitiam ſuã, ſed pro ſumma peritia proferunt in lucem, & iactantiam ſermonis oſtẽdunt. Nulla porro falſa doctrina eſt, quæ non aliqua uera intermiſceat. Vera ergo falſis inordinate ꝑmixta, in una diſputatione uel narratione

ratione hoīs,tanq̄ in unius corporis colore appa-
rētia,ſignificant leprā tanq̄ ueris falſisq́ colorū lo
cis humana corpora uariantem atq; maculantem.
Hi autem iā uitandi ſunt eccleſiæ, ut ſi fieri poteſt
longius remoti,magno clamore Chriſtū interpel-
lent,ſicut iſti decem ſteterunt à lōge,& leuauerūt
uocem,dicentes: Ieſu præceptor,miſerere noſtri.
Nam & quod præceptorem uocant, quo nomine
neſcio, utrum quiſquam dominum interpellauerit
ꝓ medicina corporali, ſatis puto ſignificare leprā
falſam eſſe doctriuam,quā bonus pręceptor abſter
git. Sacerdotium uero Iudæorum nemo fidelium
fere dubitat figurā fuiſſe futuri ſacerdotij regalis,
quod eſt in eccleſia,quo conſecrantur omnes per-
tinentes ad corpus Chriſti ſummi ueri principis ſa
cerdotum.Nam nunc & oēs unguntur, quod tunc
regibus tantū & ſacerdotibus fiebat. Et quod ait
a.Pet.2. Petrus ad Chriſtianum populū ſcribens, regale ſa
cerdotium, utrunq; illi populo nomen conuenire
declarauit,quo illa unctio ptinebat. Cætera itaq;
uitia tanquam ualetudines & quaſi membrorū ani-
mæ atq; ſenſuum,per ſeipſum interius in conſcien
tia & intellectu dominus ſanat & corrigit. Doctri
na uero uel imbuendi per ſacramenta, uel catechi-
zandi per ſermonem ſonātem atq; lectionem, ubi
color quidam uerus intelligitur atq; ſyncerus, q̄a
ī ĩn promptu eſt & foris eminentiſsimus: non eñ in
occultis cogitationibus,ſed in manifeſtis operatio
nibus hæc aguntur,eccleſiæ ꝓprie contributa eſt.
Itaq; & Paulus uoce domini audita,quid me perſe
queris? ego ſum Ieſus,quē tu perſequeris, ad Ana-
Actu.9. niam tñ miſſus eſt,ut illo ſacerdotio quod in eccle
ſia conſtitutum eſt,ſacramentum fidei doctrinę p-
ciperet,& uerus eius approbaretur color, non q̄a
non poteſt per ſeipſum dominus oīa facere (nam
quis alius hęc facit etiā in eccleſia?) ſed ut ipſa ſo-
cietas congregatorū fideliū approbādo inuicem,
atq; communicando ueræ fidei doctrinā in omni-
bus quæ dicuntur uerbis, uel ſignantur ſacramētis,
tanquam unam ſpeciem ueri coloris obducat. Ad
hoc pertinet etiā quod idem dicit Apoſtolus: De-
inde poſt annos quatuordecim aſcēdit Hieroſoly-
Galat.2. mam cū Barnaba,aſſumpto etiā Tito. Aſcendi aūt
ſecundum reuelationem, & expoſui euangeliū q̄d
prædico in gentibus,ſeorſum autem his qui * ui-
dentur,ne forte in uacuum curro aut cucurri. Et
paulo poſt. Cum cognouiſſent,inquit, gratiā quæ
data eſt mihi. Petrus, Iacobus & Iohannes qui ui-
debantur columnę eſſe,dexteras dederunt mihi &
Barnabæ ſocietatis. Ipſa enim collatio unam do-
ctrinæ ſpeciem excluſa omni uarietate mōſtrabat,
quod ſalubriter etiam Corinthios monet, dicens:
1.Cor.1. Obſecro aūt uos fratres per nomen domini noſtri
Ieſu Chriſti,ut idipſum dicatis omnes. Cornelius
Act.10. etiam cum & eleemoſynæ eius acceptæ, & preces
eius auditæ, illi ab angelo nunciarentur, propter
doctrinæ ſacramentorumq́ unitatem ad Petrū iu-
betur mittere,tanquā illi & ſuis diceretur: Ite,oñ-
dite uos ſacerdotibus. Nam & cum irent,mundati
ſunt. Iam eñ ad eos uenerat Petrus, ſed tñ ipſi nō-
dum accepto baptiſmatis ſacramento,nondū ſpiri
tualiter ad ſacerdotes peruenerant,& tamen infu-
ſione ſpiritusſancti,& admiratione linguarum,eo-
rum mundatio declarata eſt. Quæ cum ita ſe habe
ant, iam facile eſt etiam illud uidere fieri poſſe, ut
quiſq; in eccleſię ſocietate doctrinam integram ue
ramq; aſſequatur, & oīa ſecundum catholicæ fidei
regulam diſſerat, diſtinguat à creatore creaturam,
coq; manifeſtetur uarietate mendaciorū tanquā le
pra caruiſſe,& tñ ingratus ſit deo & dño mūdato-
ri ſuo,qui elatus ſuperbia gratiarū agēdarū pia hu
militate nō ſternitur,ſimilisq; efficitur eis de q̄bus
Apoſtolus dicit: Qui cum cognouiſſent deum,non Rom.1.
ſicut deū glorificauerunt,aut gratias egerūt. Quod
enim dicit eos deum cognouiſſe, oſtendit quidem
à lepra fuiſſe mūdatos,ſed tñ ſtatim accuſat ingra-
tos. Ideoq; tales in nouenario numero tanquā im-
perfecti manebunt. Vnum enim ſi addatur ad no-
uem quædā effigies unitatis impletur, quo fit tan-
ta complexio,ut ultra nō progrediatur numerus,
niſi rurſus ad unum redeatur,& hęc per infinitatē,
numeri regula cuſtodiatur. Nouem itaq; indigent
uno,ut quadā unitatis forma coagulentur, & decē
ſint. Vnum autē non eis indiget,ut cuſtodiat uni-
tatem. Quamobrem ut illi nouem qui gratias non
egerunt,reprobi effecti,à conſortio unitatis exclu
ſi ſunt,ita ille unius qui gratias egit,unicæ eccleſię
ſignificatione approbatus atq; laudatus eſt. Et q̄a
illi erāt Iudæi,amiſiſſe ſupbia declarati ſunt regnū
cœlorum,ubi maxime unitas cuſtoditur. Iſte uero
Samaritanus,quod interpretatur cuſtos,illi à quo
accepit tribuens quod accepit,& quodāmodo cā-
tās illud de Pſalmo: Fortitudinem meā ad te cuſto Pſal.58.
diam,per gratiarū actionem regi ſubiectus, uni-
tatem regi humili deuotione ſeruat. Tu autem.

DOMINICA XV. POST Pentecoſten. Luc. XVII.

¶ In illo tempore: Dum iret Ieſus in Hie-
ruſalē,trāſibat per mediam Samariam. Et
reliqua. Homilia Herici.

ITinera dñi & ſaluatoris noſtri,tū miracu
lis, tum etiā myſterijs plena ſemp fuiſſe,
ſanctorū euangeliſtarū euidentiſsima de-
clarat aſſertio. Neq; eñ locali tantū am-
bulatione explebat neceſsitudo, uerūeti-
am p hoc ſaluti aliq̄d prouidebat humanę. Ambu-
labat eñ de loco tranſiens ad locū ut omnibus ſub-
ueniret, omnibus adeſſet, occurreret ſingulis, con-
curreret uniuerſis, hos miraculis, illos prædicatio-
nibus ad fidē cogeret. Qui & idcirco cum diuinita
te impleret omnia, humanitate loco uoluit circū-
ſcribi,ut aſſumendo quod eramus, ſuæ nos diuini-
tatis participes eſſe donaret. Verum nō ſatis eſt ſi
hoc iter domini ſolūmodo carnaliter accipimus,
& nō etiam ſi forte aliquid myſterij lateat, inueſti
gauerimus. Iter ergo domini, trāſitus eſt de terris
ad cœlum. Ibat enim, quia mox impleta paſsione,
tranſito mūdo feſtinato ad patrē repedabat. Ibat,
quia de mortalitate ad immortalitatem, de pœna
ad gloriam, de contemptu ad regnum feſtinabat.
Dum ergo iret in Hieruſalem, trāſibat per mediā
Samariā. Memor dñs ſalutis humanę ob quam re-
ſtaurandā cælitus aduenerat, inſtante iam ſuę paſ-
ſionis articulo, ibat in Hieruſalem ciuitatem, non
reformidās gentem quālibet atrocem, quamlibet
ſui effuſionem ſanguinis anxie ſitientem. In Hieru
ſalem erat templum dñi, ibi ſacerdotium Iudæo-
rū, ibi erat cultus ſacræ religionis, ibi etiā ter in an
no apparebat omne maſculinū Iudæorū ſecūdum
præceptum legale, & ideo dñs ſępe adibat illam ci
uitatem, cupiens ibi plurimis annunciare uerba ſa-
lutis, & ſua oſtendere miracula. Vt ergo nec iter il
lius à miraculorum præconijs alienum atq; immu-
ne uideretur. ¶ *Tranſeunte illo per mediam Sama-
riam & Galilæā, & ingrediente quodā caſtellum, occur-
rerunt*

rerunt ei decē uiri leproſi,ita ut erant legis decre
to à cōmuni domorū uel urbiū cohabitatiōe diſcre
ti. Samaria nanq; ciuitas uel regio ſua erat, in qua
olim regnū decem uiguerat tribuū, anteq̃ à cultu-
ra dei deficiētes,captiuitatē Aſſyriorū experirent.
Illis ergo à ſolo ꝓprio in exiliū ductis,terras eorū
miſſę gentes ab Aſſyrijs incolebant. Galilæa uero
maxima pars erat Iudaici regni, in q̃ & Nazareth
fuit (ſi dici fas eſt) patria domini. Pergēs ergo dn̄s
in Hieruſalem,ad paſsionē,quę e ueſtigio implēda
erat,properans, has quoq; ꝓuincias tranſitu uiſita
bat,& miraculorū inſignibus illuſtrabat. Et dū in-
grederet quoddam caſtellum.Pulchre ſanctus euā
geliſta caſtelli huius uocabulum noīatim expɾime-
re noluit,ut oſtēderet hos qui dn̄o occurrere leꝓ-
ſos nullam cum hoībus habere ſocietatē,nuſquam
certū cōſiſtēdi locū.Legis em̄ decreto ſequeſtrati
fuerant à conſortio cōmunis habitationis. Notan-
dum aūt,quia non legimus occurriſſe dn̄o iſtos le-
proſos in uico aut in caſtello uel ciuitate,ſed poti-
us in itinere,quia lex præcipiebat ut qſquis lepro-
ſus eſſet, per miniſterium ſacerdotis ab omni ple-
be ſepararet̄:& ideo à cōmuni cōſortio ſegregati,
nō occurrerunt dn̄o in uico aut in caſtello, ſed po-
tius in itinere. Ingrediēte dn̄o caſtellum,occurre-
rūt,qa e uicino ſanādi erāt. Vnde & auſpicato dn̄m
pręceptorē inclamant, à q̃ cū ſalute corporis uitæ
æternæ præcepta ſuſcipiebāt. Sed dn̄s ut doceret
diuinæ legi ſemꝑ eſſe parendum,legis à ſe cōſtitu-
Leui.13. tæ mandatū executus,eos ad ſacerdotes direxit,di
cens: ¶ *Ite,oſtendite uos ſacerdotibus*. Præcipiebat e-
nim lex,ut ſi quis lepræ maculam incurriſſet,ad ſa-
cerdotem duceret̄,ut eius iudicio mundus uel im-
mundus iudicaret̄. Prouida ergo diſpenſatione do
minus leproſos ad ſacerdotes mittebat,multas ob
cauſas. Primo quidem,ut eis aditum calumniandi
obſtrueret,illis magis parcens,q eorū garrula ob-
loquia curabāt. Secundo,ut uidentes à dn̄o lepro-
ſos mundatos,quos ipſi per ſacerdotium & legem
curare nequiuerant,aut crederent & ſaluarent̄:aut
ſi non crederent,inexcuſabiles de eius aduētu red-
derentur. Tertio,ut per hoc ſanctæ eccleſiæ ſacer
dotium altius cōmendaret. Si em̄ illud ſacerdotiū
quod in typo & figura agebatur, adeo uenerabile
ſuo tēpore extitit,ut ab ipſo dn̄o honoraret̄, mul-
to magis hoc quod nunc iam non in figura, ſed in
ueritate adminiſtrat̄, reuerendū & omni ſit hono-
re colendū. Aliter: Quos ut uidit,dixit: Ite,oſ̄dite
uos ſacerdotibus. Inter oēs quos dn̄s à diuerſis in-
firmitatibus multipliciter curaſſe narrat̄, neminē
illorū quibus curam impendit, præter leproſos ad
ſacerdotes mittere uoluit. Cuius rei quidem ad li-
terā facilis eſt intellectus, quia patet illū ideo hoc
egiſſe,ne calumniātibus ſibi aduerſarijs, aduerſum
ſe iacula uideretur miniſtrare, dū quererentur illū
ſacerdotibus ſuis debitum honorem ac reuerentiā
non deferre, præſertim cū leproſorū curatio ſpe-
cialiter à ſacerdotibus eſſet diſcernēda. Si uero ſpi
ritualis in hoc facto intelligentia requiratur,con-
ſtat q̃d illud ſacerdotiū Iudæorū,typus erat ſacer-
dotij regalis & Chriſtiani, quod nūc ꝑ dei gratiā
in eccleſia manet,quo etiam emundantur & conſe
crantur oēs ád ueri ſacerdotis membra pertinētes.
¶ *Et factum eſt,dum irent mundati ſunt*. Velocem o-
bedientiam,apte feſtina ſanitas eſt ſubſecuta. Et
magna geſtum prouidentia,ut antequam ad ſacer-
dotes uenirent,mundarentur,ne ſi in eorum præ-
ſentia mundari eos cōtigiſſet,arbitrarentur ſe for-
taſſis eorū miniſterio, & nō uirtute mittētis fuiſſe
curatos. Sed hæc q̃ad literā curſim exeqmur,ple-
na ſacramentorū eſſe,ipſe rerum ordo manifeſtat.
Miracula enim dn̄i hoc ſibi ſpecialiter priuilegiū
uendicāt,ut iuxta hiſtoriā ueraciter facta credant̄,
& ſpūaliter excuſſa,interius reconditā myſteriorū
aperiant ſuauitatē. Quod qſi agūt,quid aliud quā
obſtruſis ſauorū intimis mella ꝓducimus? Leproſi
ergo iſti hęreticos nō incōgrue deſignare poſſunt.
Lepra nanq; eiuſmodi eſt naturæ,ut cutē quam in-
fecerit,diuerſis coloribus reſpergat. Sic & hęreti-
ci,ut uerū ſe dicere mentiātur,uera falſis ꝑmiſcent,
& quaſi unius coloris dogma mendaciorū ſuperdu
cta uarietate intertingūt, quia ſi ſemꝑ uera proſe-
querētur,hęretici nō eſſent,ſi autē ſemꝑ falſa dice-
rent,nulius eis niſi demētiſſimus crederet. Permiſ-
cent ergo,ut dictū eſt,uera falſis,ut dū ueritas ſu-
perducta recipitur,latēs intrinſecus falſitatis mor
bus irrepat,more eorū q uenena propinantes,ora
calicis melle liniunt,ut dum mellis dulcedo intēdi-
tur, uirtus poculi auidius inſumatur. Aliter: Sed
quia lepra in una eademq; cute diuerſis permixta
coloribus fœdū hominē reddit, nō incōgrue iuxta
ſignificationē ſpiritualē leproſorū noīe ſignantur
hęretici,q unitatē fidei non habentes,diuerſis infi
ciuntur erroribus. Sciendū uero eſt nullā ꝓrſus eſſe
falſam doctrinā,q̃ nō aliq̃ ſit ueritate ꝑmixta,ne ſi
aut aperte mēdax fuerit,nō recipiat̄:aut ſi ex toto
uera,hęretica nō ſit. Quēadmodū autē uulnera uni
us corporis in cute apparentia,diuerſis coloribus
carnē obducūt,ita ī uniuſcuiuſq; hęretici doctrina,
falſa ueris reſperguntur,ut ſub obtentu ueritatis,
falſitas inimica præualeat. Nā & qui uenena porri
gunt,prius melle calicis ora liniunt,ut per guſtum
dulcedinis perueniatur ad poculū mortis. Huiuſce
modi aūt peſtes,autoritate principum eccleſię ita
ſunt ꝓpellēdę,ut autores earū à totius Chriſtiani-
tatis ſocietate delecti,magnis dn̄m Ieſum uocibus
ꝓ ſalute recipiēda neceſſario interpellare cogant̄.
Et attendendū,quod ſanctus euāgeliſta ipm̄ quoq;
numerū ſignanter expreſſerit,cū quot fuerint,indi
care curauit. Ait enim,occurrerūt ei decē uiri leꝓ
ſi. Pulchra quidē quātitate cōmēdabiles,ſed obſcœ
na cute deformes. Ergo hęretici intra denariā quo
dāmodo perfectionē ſeſe iactant cōprehenſos, dū
diuinorū q̃ decalogo accipiunt mandatorū,imple-
tores ſe eſſe confirmāt,& Chriſtianæ fidei profeſ-
ſores ſe aſſeuerāt. Delectat numerus,ſed offendit
ſiniſtri dogmatis inſynceritas. Hoc eſt quod Apo- 2.Tim.3
ſtolus de talibus ait: Habentes quidē ſpeciem ſan-
ctitatis,uirtutem aūt eius abnegātes. Hi tales à co
habitatione ciuitatis dei,hoc eſt,à cōmunione uni-
uerſalis eccleſię ꝓijciendi ſunt,ut ſaltem dānati,&
ab oīm cōſortio ſequeſtrati,tandem longo ſuæ eli
minationis tędio fatigati,Chriſtū magnis uocibus
inclamare,& eū ueritatis pręceptorē fateri cogan
tur. Hoc enim eſt quod euangeliſta ait: ¶ *Steterunt
a longe,& leuauerunt uocem,dicentes: Ieſu præceptor,
miſerere noſtri*. Ideo à longe ſteterunt, nec domino
appropinquarūt,qa ut iam dictum eſt,à communi
conſortio ſeparati erāt. Et à longe ſtantes leproſi
uocem ad dominū extollunt,ne tumultuantis tur-
bæ ſtrepitu poſſent aliquatenus impediri. Merito
pręceptorē iam ſanandi uocant,in cuius fide & do
ctrina ſe erraſſe confiderant. Sed & in parte ſpiri-
tualis intelligētię quā congrue Ieſum pręceptorē
hęretici uocāt,in cuius uerbis ſe recolūt deliquiſſe,
dumq; ad eius magiſterij regulā ſtudioſe recurre-

re feſtinant, mox merentur optatæ ſalutis benefi-
cia inuenire. Quos ut uidit, dixit: Ite, oſtendite uos ſa
cerdotibus. Et factũ eſt dum irent, mundati ſunt.
Lepra quatuor habet differentias ſignificationũ.
Deſignat enim infidelitatem paganorũ, perfidiam
Iudæorum, errorem hæreticorum, & maculas gra
uium peccatorum. Ab hac tã multiplici lepra quiſ
cunq; expiari deſiderat, neceſſe eſt eccleſiã adeat,
ſacerdotes requirat, ut per eorũ miniſterium exu
atur maculis peccatorum, ſine quibus conſtat ne-
minem ab huiuſcemodi ualetudine poſſe curari.
Quod autẽ ad ſacerdotes leproſi miſſi ſunt, ſignifi
cat, q̃ conuerſi hæretici, ſacerdotibus, uel miniſtris
ſanctæ eccleſiæ ſeſe offerre debẽt, & praui dogma-
tis errorem, quaſi morbidæ cutis uarietatẽ ad exa-
minandum pandere, ſicq; ab eis fidei catholicæ re-
gulis inſtructi, priſtinæ munditiæ & pulchritudi-
ni reſtituantur. Quanuis enim dominus qui ſum-
mus pontifex uerusq; magiſter eſt, interna ſui eru-
ditione quod tenẽdum ſit ualeat inſpirare, magna
tamen diſpenſatione uult doctoribus obſequi, ut
per hoc qui docendi ſunt, profunda humilitate ſo-
lidentur, humiliati uero ad capienda fidei ſacramẽ
ta potiores efficiantur. Sic etenim beatus Paulus,
Gala 1. qui diuinis cœlitus reuelationibus fuerat inſtru-
Actu. 9. ctus, quiq; ſe dicit euangelium non ab homine ne-
que per hominem accepiſſe, ſed per reuelationem
Ieſu Chriſti, tñ miſſus eſt ad Ananiam, ut ab eo fi-
dei ueritatem acciperet, & reliqua quæ ordo eccle
ſiaſticus expoſcit, impleret. Quid uero ſibi uult q̃d
antequam ad ſacerdotes ueniſſent, mundati ſunt?
Forte illud præſignat, quod multi fide feruente,
dum pro recuperanda animarum ſalute doctores
ſanctos expeterent, tanta præuenientis dei gratia
ſunt donati, ut antequam per baptiſmi lauacrum
animæ lepram deponerent, ſpiritusſancti illapſu
ab originalibus peccatis emundari promeruerint.
Hoc in Cornelio, eisq; qui cum eo erant, impletum
eſt, de quibus legitur: Quia diſputante diu Petro,
cecidit ſpiritusſanctus ſuper eos qui audiebãt uer-
bum. Et beatus Petrus. Quis, inquit, aquam prohi-
Act. 10. bere poteſt, ut non baptizentur hi qui ſpiritumſan
ctum acceperunt, credẽtes ſicut & nos? Multiplex
enim dei miſericordia hanc prælatis eccleſiæ ſacer
dotibus poteſtatem contulit, ut & confitentibus
pœnitentiæ ſanctionem darẽt, & eadem ſalubri ſa-
tisfactione purgatos, ad ianuam reconciliationis
etiam admitterent, ſic diuinæ uoluntatis præſidijs
ordinatis, ut indulgẽtia dei niſi ſupplicationibus ſa
cerdotum nequeat obtineri. ¶ *Vnus autem ex illis
ut uidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna uoce
magnificãs deum.* Magni meriti ingentisq; fidei iſtũ
unum fuiſſe, ex hoc uel maxime conijci datur, q̃d
cæteris ingratis remanentibus, ipſe ſolus munda-
tori ſuo gratias acturus redijt, ſacerdotum ad q̃s
miſſus fuerat, conſpectibus ſeſe oſtendere paruı-
pendens, & uero ſacerdoti Chriſto, qui eſt ſacer-
dos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech,
quiq; pontifex pontificum, & ſacerdos eſt ſacerdo-
tum, ſua ora ſtuduit præſentare. Vnus iſte qui cæte-
ris ingrate abeuntibus, ſolus redijt, ſaluatori gra-
tias agens, unius eccleſiæ deuotam deo humilitatẽ
ſignificat, qui uero deo q̃tidie gratias exoluit, q̃a
repreſſis præſumptionis ſuæ cogitationibus infir-
mitatem ſuã humiliter aſpicit, de bonis quæ agit,
nihil ſibi tribuit, ſed omnia à diuina clementia pro
cedere confitetur. Pulchre autem dicitur, quia re
greſſus eſt cum magna uoce. Cum magna uoce re-
dijt, quia, magnam erga ſe dei miſericordiam men
te perſenſit. Rectè magna uoce deum magnificans
reuerſus eſt, cuius omnipotentiam in tam ſubita
ſui reſtauratione expertus eſt. Quo in facto mem-
brum ſe præcipuum ſanctæ eccleſiæ oſtendit, qui
quotidie Chriſtum inter blaſphemias hæreticorũ
& Iudæorum uoces collaudare, eiq; gratias agere
non deſiſtit. De quo adhuc rectè ſubditur: ¶ *Quia
cecidit in faciem ſuam, gratias agens.* Caſus iſte pro-
prie electorum eſt. Reproborũ autem retrorſum
ſemper eſt cadere, iuxta quod de domini perſecu-
toribus ſcriptum eſt, quia dicẽte domino, ego ſum,
abierunt & ceciderunt retrorſum. Et de ſequaci- Iohã. 18.
bus Antichriſti, ſub figura Dan Iacob dicit: Fiat Gen. 49
Dan coluber in uia, ceraſtes in ſemita, mordẽs un-
gulas equi, & cadat aſcenſor eius retro. Qui enim
retro cadit, ibi cadit ubi q̃d doli lateat neſcit. Qui
uero in faciem cadit, ibi utiq; cadit, ubi cũcta quæ
fuerint aſpicit. Reprobi enim retro cadunt, quia
dum mala præterita modo ante mentis oculos du-
cere negligunt, poſtmodum retro: hoc eſt, ad ſup-
plicia æterna quæ præuidere noluerunt, infeliciter
deuoluuntur. In faciem uero cadere, eſt de his quæ
per ignorãtiam ſeu per neglıgẽtiam cõmiſſa ſunt,
erubeſcere. Taliter nanq; in faciem cadẽtibus, Pau
lus apoſtolus loquitur: Quem ergo fructum habu- Rom. 6.
iſtis tunc, in quibus nunc erubeſcitis? Quod uero
ſanctus Euangeliſta de ſuo tam ſtudioſe interpo-
ſuit, dicens: ¶ *Et hic erat Samaritanus*, nõ ex ſuper-
fluo aut ocioſe additum reperimus, ſi nominis my-
ſterium cõſideremus. Samaritanus enim interpre-
tatur cuſtos. Quo nomine aptiſsime declaratur is
qui perceptæ dona ſoſpitatis, humilis & gratus
maluit cuſtodire, quam tumens & ingratus amitte
re. Ideoq; ueri illius Samaritani qui ſaucij uulnera
curauit, cognomine beatificari meruit. Et hic erat
Samaritanus, id eſt, alienigena. Sæpe legimus in
Euangelio, quia gentiles uenientes ad dominum
ut eum audirent, & ſanarẽtur ab eo, ſanitate perce-
pta, gratias deo referre ſtuduerunt. Iudæi uero iu-
giter eius miracula uidentes, & ab eo mundationẽ
percipientes, ſemper ingrati perſtiterũt. Spiritua-
liter Samaritanus qui interpretatur cuſtos, ſignifi
cat uniuerſitatem populi gentilis per fidem ad de
um conuerſi, qui cuſtodiam habet ad humilitatem
conſeruandam. Dum enim gentilis populus ad de-
um conuerſus, omne bonum quod habet, ei tribuit
à quo accepit, profecto beneficia diuinitus ſibi col-
lata uigilanter cuſtodit, decantans cum Pſalmiſta: Pſal. 58.
Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia tu deus
ſuſceptor meus es. ¶ *Reſpondens aũt Ieſus dixit: Non-
ne decem mundati ſunt, & nouem ubi ſunt?* Merito ſal-
uator eos qui ingrati perſtiterunt, quaſi ignotos
requirit cum dicit, nouem ubi ſunt? Sicut enim eos
quos eligit, ſcire comprobatur, ita eos quos repro- Luc. 13.
bat, non incongrue neſcire dicitur. Vnde & quibuſ-
dam in fine dicturus eſt: Neſcio uos unde ſitis, di-
ſcedite à me omnes operarij iniquitatis, non quod
deum aliquid lateat, ſed quia impiorum uias, quo-
rum figuram iſti prætendunt leproſi, quaſi ignotas
reprobat. Sic & mẽtiri neſcire uir uerax dicitur, q
loqui mendacium dedignatur, non quo ſi mentiri
uelit neſciat, ſed quia falſa loq ueritatis amore cõ-
temnat. Loquens ergo dominus dicit: Nonne decẽ
mundati ſunt, & nouẽ ubi ſunt? Nouenarius nume-
rus, ſi unum in augmentum ſui percipiat, quandam
formam unitatis explet, & in denarium ſurgit. Quo
numero, id eſt, denario tãta ſit cõplexio, ut ultra il-

lum alius numerus non excreſcat, niſi hic idem denarius repetat̃ à capite, hoc eſt, ab unitate. Vnum ergo ad unitatem ſuam cuſtodiendam nõ indiget nouem, nouem uero indigent uno, ut quædam effigies unitatis cõpleatur, id eſt, denarius. Similiter & illi qui intra unitatem ſanctę eccleſię ſunt collocati, qui deſignantur per unum, non indigent auxilio eorum qui extra ſunt poſiti per infidelitatem, Illi uero qui foris ſunt, indigent adiutorio electorum, ut per eorũ miniſteriũ ac interceſsionẽ mereantur ſanctæ eccleſiæ incorporari, quoniam aliter ſaluari nõ poſſunt. Adhuc quoq; de illis qui ingrati remanſerant, ſubditur: ¶ *Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam deo, niſi hic alienigena.* Supra decem mundatos aſſeruit, nunc autem neminem dicit inuentum qui rediret, & daret gloriam deo, niſi illum alienigenam. Iuxta literam facile eſt hominẽ uideri corpore ſanatum, & tamen perſiſtere ingratum. Spiritualiter autem mirum eſt, cur iſtos dicat eſſe ſanatos, qui gratia Dei de infidelitate ad fidem conuertuntur, & tamen permanere ingratos. Si enim perfecte mundus eſt aliquis per fidem & baptiſmum, quomodo eſt deo ingratus, cuius miſericordia ab infidelitate adductus eſt ad fidem? Et ſi ingratus, quomodo mundus? Sed ſciendum, quia ſunt quidam in congregatione fidelium qui mundantur quidem per fidem & baptiſmum, ingrati uero perſiſtunt per bonam operationem. De quibus dicit Apoſtolus Paulus: Qui cum cognouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Cum enim dicit eos dominum nouiſſe, oſtendit mũdatos eſſe à lepra infidelitatis p baptiſmum, cum uero addit, non glorificaſſe eos Dominum, nec illi gratias egiſſe, accuſantur ingrati. Non eſt inuẽtus qui rediret & daret gloriam deo. Qua ſententia & duritiam Iudæorum clam percuſſit, & gentium ad credendum facilitatem collaudat. Pene enim in omnibus ſancti euangelij locis, & Iudæos ad fidem tardos, & gentiles ad fidẽ impigros, immo paratiſsimos fuiſſe inuenimus. Hoc in illo beato centurione de quo dictum eſt, Non inueni tantam fidem in Iſrael, hoc & in gentibus quæ circa paſsionem CHRISTVM uidere deſiderabant, conſiderari aptiſsime poteſt. Ait ergo: Non eſt inuẽtus qui rediret & daret gloriam deo, niſi hic alienigena: Tanquam diceret, ciues oderũt, alienigenæ amplectunt̃. Iudæi perſequuntur, gentes ambiunt & uenerantur. Hi laborant ut poſt tot beneficia perimant, illi certant ut de perceptis gratias agentes, maioribus digni exiſtant. ¶ *Et ait illi Ieſus: Surge, uade, quia fides tua te ſaluum fecit.* Surge, uidelicet à uitijs peccatorum, & uade ad operationem uirtutum. Iacentem, & ſimpliciter ſe adorantem laudat dominus, cũq; ut ſurgat, diuini oris affatu animat, & quod perfecte credẽs, perfecte ſaluari meruit, approbat. Nihilominus & quid illi q redire ut gratias agerẽt detrectarũt meruerint indicat, quia ſi iſtum fides ſua ſaluauit, illos profecto infidelitas damnauit. Sed & illis qui iam de perpetratis peccatis erubeſcere cœperunt, ſurgendũ primo, deinde indicitur ambulandum. Prius enim quaſi ſurgimus, cum à peccatis reſipiſcimus, cũ malę inſitæ conſuetudini reſiſtimus, cum nobis ipſis q̃d tales fuimus diſplicemus. Ambulamus uero, cum in uia mandatorum dei, boni operis greſſum ponimus, cum uirtutum ſtudijs deſuetum iam & quaſi ignauum animum exercemus. Spiritualiter quoq; poſſumus intelligere, quoniã ſi illos qui intra ſanctam eccleſiam conſiſtunt, fides ipſorum ſaluos fecit, proculdubio eos qui extra manẽt, infidelitas eorum damnat. Illud etiam in iſto qui iacens ante pedes domini ſurgere iubetur, innuitur, quia qui fidẽ rectam cum humilitatis obſeruatione tenẽt, ac creatori ſuo ſe humiliter ſubdunt, quorũ figuram iſte prætendit, qui mundatus ad gratias deo agẽdas redijt, per diuini uerbi conſolationem à peccatis reſurgere, & ad opera uirtutum exercendo iubetur accedere, donec creſcentibus quotidie uirtutũ incrementis, ad illam perfectionem ſublimentur, in qua deum deorum in Sion perpetuo contemplari mereantur. Tu autem.

Rom. 1.

Mat 8.

DE EADEM DOMINICA HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

OMnes in uia ſumus, omnes ad patriam feſtinamus: alij quidem ad cœleſtem Hieruſalem, alij uero ad terram miſeriæ & tenebrarum. Nulla mora eſt in itinere, quotidie illuc quo tendimus appropinquamus. Hanc autem uiam Dominus & Saluator noſter currere non eſt dedignatus Vnde & ipſe quoque alibi ait: Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Hanc autem uiam quum Dominus teneret, quum mundum relinqueret, & ad patrem iret, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. Sed quid per Galilæam, niſi Iudæos: & quid per Samariam, niſi Gentiles intelligimus? Inde eſt enim quod dicitur, Non coutuntur Iudæi Samaritanis. Per medium autem illorum tranſibat Ieſus, quia hos & illos uocabat, hos & illos prædicabat, hos & illos ſanabat, & ad fidem conuertebat. Quum autem hoc faceret, accidit ut ingrederetur quoddam caſtellum: p quod uidelicet ſanctam Eccleſiam intelligimus. Tunc enim prius in eam ingreſſus eſt, quando eam prædicando & baptizando conſtruere cœpit. Vnde Ipſe ait: Ego ſto ad oſtium, & pulſo: & ſi quis aperuit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum ipſo, & ipſe mecum Cur autem caſtellum Eccleſia dicatur, multæ rationes reddi poſſunt. Sed qui ſunt decem uiri leproſi, niſi omnes peccatores? Quia enim hic numerus omnes in ſe numeros continet, frequenter decem pro omnibus ponuntur. Vnde & de ſanctis dicitur in Apocalypſi, Ecce miſſurus eſt ex uobis diabolus in carcerem, ut tentemini, & habeatis tribulationem diebus decem, id eſt, diebus omnibus. Omnes enim qui numerat, poſtquam ad decem uenit, niſi iterum à capite incipiat, quid dicat non habet. Vnde manifeſtum eſt, quod idem ſunt decem quod omnes. Quãtum enim ad animã, Chriſto Domino ueniente omnes homines leproſi erant: quantum uero ad corpus, nõ omnes. Omnis fornicator, adulter, homicidia, periurus, & ſacrilegus, ſecũdum animam leproſus eſt. De leproſis autem præcipit Moyſes, ut eijciantur extra caſtra. Cum adulteris uero & fornicatoribus dicit Apoſtolus nec cibum ſumere. Quos enim pro ſuis iniquitatibus excommunicamus, quaſi leproſos extra caſtra eijcimus. Valde enim deterior eſt lepra animæ, quam lepra corporis. Sed uideamus quod ſequitur: *Qui ſteterunt a longe, & leuauerunt uocem, dicentes: Ieſu præceptor, miſerere noſtri.* A lõge enim ſtabant, quia tales uiri propius accedere non audebant. Similiter autem & nos tandiu à longe ſtamus, quandiu in peccatis perſeueramus. Vt igitur ſanemur, & à peccatorum noſtrorum lepra

pra

pra cæremur, clamemus magna uoce, & dicamus, Ieſu præceptor miſerere noſtri. Clamemus autem non ore, ſed corde: cordis enim uox altior eſt, clamor cordis cœlos penetrat, & ante thronum Dei ſublimius eleuatur. *Quos ut uidit, dixit: Ite, oſtendite uos ſacerdotibus.* Reſpicere nanque Dei, miſereri eſt. Vidit igitur eos, & mox miſertus eorum ad ſacerdotes ire præcepit. Non ut ſacerdotes eos mundarent, ſed ut mundos eos eſſe iudicarent. Præcipit enim lex, ut ſi plaga lepræ in homine appareat, ducatur ad ſacerdotem, & ſecundum eius arbitrium ſeparetur ſeptem diebus. Deinde ſacerdos cõtemplatur: & ſi uiderit lepram non creuiſſe, mundum iudicabit. Omnia autem hæc (ut ait Apoſtolus) in figura contingebãt illis, ſcripta ſunt autem ad correctionem noſtram. Nam & nos peccatores multis modis ſeparamus: alios quidem à cibis, quibus prius licite utebantur, alios à corpore & ſanguine Chriſti, alios ab Eccleſiæ introitu, atque alios à noſtra communione: & alios quidem ſeptẽ, alios plures uel pauciores & dies & annos ſeparamus. In quibus ſi uiderimus lepram non creuiſſe, mundos eos iudicamus, & eccleſiæ recõciliamus. Hæc eſt igitur cauſa quare Dominus ad ſacerdotes, hos leproſos ire præcepit. *Et factũ eſt dum irent, mundati ſunt.* Hoc peccatores audiant, diligenterque intelligant. Facile eſt Domino peccata dimittere. Prius enim multoties peccatori debita remittuntur, quam ueniat ad ſacerdotem. Vna enĩ eademque hora & pœnitet & ſaluatur. Peccator enim quacunque hora cõuerſus fuerit, uita uiuet, & non morietur. Videat tamen quomodo conuertatur. Audiat quid Dominus dicat: Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu: & ſcindite corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra. Intus igitur in corde conuertatur, quia cor contritum & humiliatũ deus non ſpernit. Sed uide cuius obedientiæ fuerint iſti leproſi. Ad ſacerdotes eos ire Dñs iuſſit: adhuc ſe leproſos eſſe uidebant, adhuc ægritudinem ſentiebant, tñ ad ſacerdotes pergebant, quia non fruſtra hoc eis Dñm iuſsiſſe credebant. Non tãtæ obedientiæ fuit Naaman princeps militiæ regis Syriæ: cui quum Eliſæus præcepiſſet ut ſepties ſe lauaret in Iordane, acquieſcere nolebat, ſed potius indignatus abibat, donec ſaniori accepto cõſilio fecit quod ei propheta imperauerat, lauit, & mũdatus eſt. Et hoc fortaſſe iſti audierãt, eiuſque exẽplo admoniti quid fides & obedientia poſsit intelligebant. *Vnus autẽ ex illis ut uidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna uoce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens, & hic erat Samaritanus.* Per hunc enim omnes illi figurantur, qui poſtquã aqua baptiſmatis mũdati ſunt, aut p pœnitentiam curati, iam non diabolum ſequuntur, ſed Chriſtũ imitantur, poſt eum uadunt, eum magnificant, eũ adorant, illi gratias agunt, & ab eius ſeruitio non recedunt. *Reſpondens autẽ Ieſus, dixit: Nonne decem mundati ſunt? & nouem ubi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriã Deo, niſi hic alienigena.* Hoc eſt enim quod alibi ait: Quia multi ſunt uocati, pauci uero electi. Multi enĩ ſunt baptizati, multi à peccatorum lepra mundati, qui quoniã nõ Chriſtum ſequuntur, & iterum ad peccata reuertũtur, in electorum numero non computabuntur. Valde enim pauci ſunt boni, ad malorum comparationẽ. Sed quia iſte alienigena fuit, plures ex Gentibus quam ex Iudæis ſaluandos eſſe ſignificatur. *Et ait illi, Surge, uade, quia fides tua ſaluum te fecit.* Magna eſt igitur uirtus fidei, ſine qua (ut Apoſtolus ait) impoſsibile eſt placere Deo. Credidit enim Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Fides igitur ſaluat, fides iuſtificat, fides interius & exterius hominem ſanat.

DOMINICA XVI. POST Pentecoſten, Mat. VI.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterum cõtemnet. Et reliqua. Homilia beati Ambroſii epiſcopi.

HAEC uerba diligenter conſideranda ſunt. Nam qui ſint duo Domini, deinceps oſtendit cum dicit: Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ. Mammon apud Hebræos diuitiæ appellari dicũtur, congruit & Punicum nomen, nam lucrum punice Mammon dicitur. Sed qui ſeruit mammonæ, illi utique ſeruit, qui rebus iſtis terrenis merito ſuæ peruerſitatis præpoſitus, magiſtratus huius ſeculi à Domino dicitur. Aut ergo hunc odio habebit homo, & alterum diliget, id eſt, Deum: aut alterum patietur, & alterum contemnet. Patietur enim durum & pernicioſum dominum quiſquis ſeruit mammonæ. ſua enim cupiditate implicatus, ſubditur diabolo, & eum non diligit. Quis enim eſt qui diligit diabolum? Sed tamen patietur, ſicut in aliqua domo maiore, qui ancillæ alienæ coniunctus eſt, propter cupiditatẽ ſuam duram patitur ſeruitutem, etiam ſi non diligat eum cuius ancillam diligit. Alterum autẽ contẽnet dixit, nõ odio habebit. Nullius enim uere conſcientia Deum poteſt odiſſe, contemnit autem, id eſt, non timet, cum quaſi de eius bonitate ſecurus eſt. Ab hac negligentia & pernicioſa ſecuritate reuocat ſpiritusſanctus, cum per prophetam dicit: Fili, ne adiicias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas, Miſeratio Dei magna eſt, ignorans quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit. Cuius enim tanta miſericordia credi poteſt, quam eius qui omnia donat peccata conuerſis, & oleaſtrum facit participem pinguedinis? Et cuius tanta ſeueritas, quam eius qui naturalibus ramis non pepercit, ſed propter infidelitatem fregit illos? Sed ſi quis uult diligere deum, & cauere ne offendat, non ſe arbitretur duobus dominis ſeruire, & intentionẽ cordis ſui rectam ab omni duplicitate explicet. Ita enim ſentiet de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quæret illum. ¶*Ideo (inquit) dico uobis, non habete ſolicitudinẽ in anima ueſtra quid edatis, neque corpori quid induatis*, ne forte quamuis iam ſuperflua non quærãtur, propter ipſa neceſſaria cor duplicetur, & ad iſta conquirenda noſtra detorqueatur intentio, cũ quaſi miſericorditer aliquid operamur, id eſt, ut cum conſulere alicui uideri uolumus, noſtrum emolumentum ibi potius, quam illius utilitatem attendamus, & ideo nobis non uideamur peccare, quia non ſupflua, ſed neceſſaria ſunt quæ conſequi uolumus. Dominus autẽ admonet, ut meminerimus multo amplius nobis deum dediſſe, quod nos fecit & compoſuit ex anima & corpore, quam eſt alimentum atque tegumentum, quorum curam nobis duplicare cor nõ uult. ¶*Nonne anima (inquit) plus eſt quam eſca?* Vt intelligas eum qui

Eccl. 5.

Rom.

ria, quæ non de participantione regni, ſed ad ſu-
ſtentaculum miſeræ ſeruitutis dātur extrinſecus.
1.Cor.4 Quanquam & alio loco diſpēſatorem ſe dicat. Po-
teſt enim & ſeruus in filiorū numerum adoptatus,
eam rem in qua cohęredis ſortem meruit, fideliter
diſpenſare participibus ſuis. Sed nunc ubi ait, ſi au-
tem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt, talem di-
ſpenſatorem intelligi uoluit, qui alienam diſpen-
ſat, unde ipſe nihil accipiat. Ergo quæcunque res
propter aliud aliquid quęritur, ſine dubio inferior
eſt quam id propter quod quæritur, & ideo illud
primū eſt, propter quod iſtam rem quæris, non i-
ſta res quam propter illud quæris. Quapro-
pter ſi Euangelium & regnum Dei propter ci-
bum quærimus, priorem facimus cibum, & poſte-
rius regnum dei, ita ut ſi non ſit cibus, non quæra-
mus regnum dei. Hoc eſt ergo primum quærere
cibum, & deinde regnum dei, id eſt, hoc priori lo-
co ponere, illud poſteriori. Si autem ideo quæri-
mus cibum, ut habeamus regnum dei, faciamus q̃d
dictum eſt: Quærite primum regnum dei, & iuſti-
tiam eius, & hæc omnia apponentur uobis. Quæ-
rentibus enim primum regnum & iuſtitiam dei, id
eſt, hoc præponentibus cæteris rebus, ut propter
hoc cætera quæramus, non debet ſubeſſe ſolicitu-
do ne illa deſint quæ huic uitæ propter regnū dei
ſunt neceſſaria. Dixit enim ſuperius: Scit enim pa-
ter ueſter quia horum omnium indigetis. Et ideo
cum dixiſſet: Quærite primum regnum dei, & iu-
ſtitiam eius, non dixit: Deinde ergo iſta quærite,
quamuis ſunt neceſſaria, ſed ait: Hæc omnia appo-
nentur uobis, id eſt, conſequentur, ſi illa quæratis,
ſine ullo ueſtro impendimento. Et cum iſta quæ-
ritis, illinc auertamini, aut ne duos fines conſtitua-
tis, ut & regnum dei propter ſe appetatis, & iſta
neceſſaria, ſed hæc potius propter illud uobis nō
deerunt, quia non poteſt duobus dominus ſeruire.
Duobus autem dominis ſeruire conatur, qui & re-
gnum dei pro magno bono appetit, & hæc tempo-
ralia. Non poteſt autem ſimplicem habere oculū,
& uni domino deo ſeruire, niſi quæcunque cætera
ſi ſunt neceſſaria, propter hoc unum aſſumat, id
eſt, propter regnum dei. Sicut autem militantes
accipiunt annonam & ſtipendium, ſic omnes euan-
gelizantes accipiunt uictum & tegumentum. Sed
non omnes propter ſalutem reipublicæ militant,
ſed propter illa quæ accipiunt: ſic non omnes pro-
pter ſalutem eccleſiæ miniſtrant Deo, ſed propter
hæc temporalia, quæ tanquam annonam & ſtipē-
dia conſequuntur, aut & propter hoc, & propter
illud. Sed ſupra iam dictum eſt, non poteſtis duo-
bus Dominis ſeruire. Ergo ſimplici corde tantum-
modo propter regnum debemus operari bonum
ad omnes, non autem in hac operatione uel ſolam,
uel cum regno Dei mercedem temporalium cogi-
tare. Quorum omnium temporalium nomine,
craſtinum poſuit, dicens: Nolite ergo ſoliciti eſſe
de craſtino. Non enim dicitur craſtinus dies, niſi
in tempore, ubi præterito ſuccedit futurum. Ergo
cum aliquid boni operamur, non temporalia, ſed
æterna cogitemus. Tunc erit illud bonum & perfe-
ctum opus. Tu autem.

DE EADEM DOMINI-
ca. Matthæi. VI.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is: Nemo poteſt duobus dominus ſeruire.
Et reliqua. Homilia Herici.

DOMINVS ad hoc homo factus eſt, ut
nos de poteſtate tenebrarum eriperet
atque regnum Deo patri nos faceret.
Ait em̄ ipſe in quodam euangelij loco
parabolicæ loquens, quod homo qui- Luc.19.
dam nobilis abijt in regionem longinquam accipe-
re ſibi regnum. Quibus uerbis nullum alium quam
ſeipſum intelligi uoluit, qui ad hoc de cœleſtibus
in hæc ęrumnarū ac mortis regionē uenire digna-
tus eſt, ut imperiū diaboli quod fœdore quodā pec-
cati, mortiſq; æternę pacto pſuaſerat, diſſiparet,
& regnum ſuum iuſtitiæ ac manſuetudinis legibus
exaltaret. Cum ergo iam multi à regno diaboli de-
ficerent, & edictis cœleſtibus parentes, ſigna fidei
prompta deuotione ſubirēt, hac oratione eos rex
ille uictorioſiſſimus alloqtur. ¶*Nemo poteſt duobus
dominis ſeruire.* Ac ſi alijs uerbis ad ſpiritualis mili-
tiæ diſciplinā exhortans, dicat: Si perfecte mei im-
perij ius eligitis, oportet ut ꝑ oīa prioris dn̄i ſerui-
tiū abnuatis. Neq; enim ſimul utriſq; obtemperari
poteſt, cum contraria ſibi ſint quæ ego & quæ ille
præcipimus. Ego deniq; quæ ſanctitatis & quę ho-
neſtatis ſunt iubeo impleri, ille turpia omnia atq;
honeſtati repugnantia præcipit exerceri. Ego utr-
tutū arma meum militem pro māſuetudine, humi-
litateq; ſeruanda alacriter excipere, ille cogit ſuos
ꝓ ſuperbia mortem inſontibus irrogare. Quomo-
do ergo poteſt ambobus par exhiberi famulatus, q̃-
rum diſpar eſt dn̄atus? Hæc uerba redemptoris no-
ſtri ad curas iſtius ſeculi euitandas nos inſtruūt, &
ut contēnere tēporalia, & cœleſtia ſtudeamus ſem-
per appetere, exhortāt. Nemo (inquit) poteſt duo-
bus dn̄is ſeruire. Quę ſententia iuxta literam aper-
tiſſime etiam non expoſita claret, q̄a nemo ſcilicet
duobus dn̄is carnalibus ita poteſt ſeruire, ut am-
bobus æqualiter placeat, utriſq; ęqualiter obſequa-
tur, unde ſequit̄: Aut enim unum odio habebit, &
alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterum
contemnet. Spirituali uero intellectu qui ſint iſti
duo domini, ſubſequenter oſtendit, cum ſubdit:
¶*Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ*, id eſt, Chri-
ſto & diabolo. Quæ enim participatio Chriſto &
diabolo? aut quę lucis ad tenebras? Adhuc uero de
duobus dominis ſequit̄: ¶*Aut enim unum odio habe-
bit, & alterum diliget. aut unum ſuſtinebit, & alterū con-
temnet.* Vnum odio habebit, ſcilicet diabolum, qui
odio habendus eſt, nō per hoc quod ſubſtantia, ſed
per hoc quod malus eſt, oderit: & alterum diliget,
.i. Chriſtum, qui uelut manſuetus dominus ſolum-
modo ex affectu præcipit amari: Diliges, inquiens
dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex to-
ta anima tua, & ex tota uirtute tua. Aut unum ſu- Matt.12.
ſtinebit, id eſt, diabolum tanquam durum & immi-
tem dominum. Ipſe enim duriſſimis imperijs a-
matores ſeculi quatit, & poſtquam ſemel homi-
num dominari potuerit, etiam nolentem inuitum-
que ad male agendum compellit, nec ſine grauiſſi-
mis laboribus imperata peragūt. Frequēter enim
exilia, naufragia, & rei familiaris damna, ipſam po-
ſtremo mortem horum gratia ꝑferunt. De talibus
ſcriptura dicit: Vt male agerent, laborauerunt. Hier.9.
Hunc ergo talē dominum ſuſtinent potius inuiti,
quā ſeruiunt ſubditi: quia poſtquam ſemel eius ſu-
per ſe dominum ſponte ſuſceperunt, nunquā de cę-
tero ſuis uiribus, niſi ſola dei ualidiſſima manu eri-
pi poſſunt. Et alterum (inquit) contemnet, hoc eſt
deum. Et notandum ꝓprietat uerborum dn̄i, cum
enim præmiſiſſet, dicens: Aut unum odio habebit,

buat neceſſitatem patientibus. Quapropter labor exercendus eſt, ut neceſſitas eiuctetur: ſolicitudo rolienda, qua non neceſſitati, ſed cupiditati conſulitur. ¶ *Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam ueſtimentum?* Ex his duabus ſubſtantijs conſtat homo, anima uidelicet & corpore. Omne quod appetimus, aut propter ſe, aut propter aliud appetimus. Propter ſe enim ſapiētia, q̄ deus eſt, appetēda eſt: ꝓpter aliud uero, ſi qs (uerbi gratia) emplaſtra habere cupiat, non ut emplaſtra poſſideat, ſed ut ex eo ſanitas corpori prouideatur. Nemo uero dubitat maius eſſe illud quod propter ſe, quam illud quod propter aliud quæritur. Datur ergo hic intelligi, animam plus eſſe quā eſcam, quia ad hoc eſca requiritur, ut uita præſens illa ſuſtētetur. Corpus quoq; plus quam ueſtimentum, quod idcirco quæritur, ut nuditas illo tegatur. Admonet ergo nos dominus hac ſententia, ut meminerimus nos, multo amplius nobis deum dediſſe in eo quod nos cum non eſſemus, compoſuit ex anima & corpore, quam ſit alimentum, ut ſit ſenſus: Quia maiora nobis præſtitit, id eſt, corpus & animā, præſtabit utique minora, uictum uidelicet & ueſtitutum. Quare ergo de minoribus ſoliciti ſumus, qui maiora percepimus? ¶ *Reſpicite uolatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neq; congregant in horrea, & pater ueſter cœleſtis paſcit illa.* Volatilia cœli, aues per hunc aërem diſcurſantes appellat. Quicquid cœlo uicinius eſt, cœlum in ſcripturis nuncupari conſueuit. Ducit nos dominus ad conſideranda maiora opera, quatenus de rebus minoribus maiora uobis facilius perſuaderi poſſint. Nulli enim dubium eſt, quod homo maius ſit quam aliquod uolatile. Homo ad dei imaginem & ſimilitudinē factus eſt, uolatile uero eſt quædam creatura, ſed tamen irrationalis, & cum moritur, corpore & anima moritur: homo uero quamuis moriatur corpore, anima tamen uiuit deo. Ait ergo: Reſpicite, id eſt, conſiderate uolatilia cœli, quoniam non ſerunt, id eſt, non ſeminant, neq; metunt, hoc eſt, non colligunt, neq; congregant in horrea, uidelicet in granaria, & pater ueſter cœleſtis paſcit illa, id eſt, nutu dei aiūtur. Si ergo uolatilia, quorū mortalis eſt anima, proui[1]dentia dei creatoris alūtur, multo magis homines[2] quibus æternitas repromittiť, illius munificentia gubernantur. Quidā plus appetentes ſapere quam oportet, uoluerunt hunc locū allegorica interpretatione diſcutere, dicentes ꝑ uolatilia cœli angelos deſignari, qui abſq; ulla cura uiuētes, perpetua ſecuritate & quiete potiuntur, non attēdentes quod ſequitur: *Nonne uos magis pluris eſtis illis?* Si ergo his uolatilibus, quibus nulla colendi terras induſtria, nullus de ſegetum fœcunditate prouentus eſt, indeficientē diuina prouidētia ſuggerit alimoniam, turpe eſt homines cauſa ſolicitudinis fatigari, quibus & elementorū temperies, & terræ fœcunditas famulatur. Et merito talium imprudētia exemplo irrationabilium auium coercetur, quia aues nil ſibi ſpeciale uendicant, neſciunt alijs inuidere: hi uero propria defendunt, qui communia amiſerunt. Ad ſuam proinde intuendā dignitatem, ad conſiderandā originē reuocantur, cum ſubditur: *Nonne uos magis pluris eſtis illis?* Nō dicit, plures eſtis, quia plures ad numerū pertinet: ſed pluris, ad dignitatē reſpiciens, id eſt, carioris precij eſtis uos, & plus quā illa ualetis. Illa enim irrationabilia ſunt, nullo ſe intellectu regētia, quę cū moriuntur, corpore intereūt & anima: uos autē ad imaginem dei conditi, & ad æternitatem prędeſtinati, ac ſublimius in rerū natura compoſiti eſtis. Debetis ergo quid ſitis recolēre, ne dum nimis terrenis deditι eſtis, in terrena & infima decidatis. *Quis autem ueſtrum cogitās poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?* Vt facilius perſuaderet nobis poſſibilia ſine ſolicitudine, dedit etiā de impoſſibibilibus exemplū: Quis, inquiens, ueſtrum cogitās, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? Quaſi dicat: Si eſt aliquis ueſtrum qui ad ſtaturam ſuam unum cubitum adijcere poſſit, ut uel lōgior uel latior uideatur: cogitet & elaboret qui eiuſmodi eſt, qualiter illud ueſtiat & paſcat, quod ipſe ſibi adiecit. Cæterū quod deus creauit, etiam ſine ueſtra ſollicitudine ueſtire ac paſcere procurauit. Nunc ergo quia neq; quod deo minimū eſt, implere poteſtis, illius prouidentiæ curam tegendi & alendi corporis relinquite, qui fecit ut ad ſtaturam iſtam ueſtrū corpus perduceretur. Sed quia de alimentis datum fuerat documentum ex comparatione uolatilium cœli, dādum etiam erat & de ueſtimentis exemplum collatione liliorum agri. Vnde & ſequitur: ¶ *Et de ueſtimentis quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt.* Non laborant in creſcendo, neque nent, id eſt, non filāt, ut ſuo labore, operiantur. Quo morali præcepto ſuademur, quia ſi etiam ea quæ ſunt ſenſu & ratione carentia, ſic dei prouidētia ueſtiuntur, ut nullo uel uſu ad gratiam egeant, uel ad ornatum, multo magis credas rationabilem hominem ſi omnem ſui ſpem in deo collocet, nūquam poſſe egere eo quod ꝓſumpſerit de fauore diuino. Notandū uero quod lilia agri ꝓ omnibus herbis agri dominus poſuit, quæ non laborant in creſcendo, neque nent, id eſt, fila non contorquent, ut pulchra ſibi indumenta coaptent. De quibus ſequitur: Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis. Speciali nota pro generali uſus eſt, quod in ſequentibus aperitur, ubi fœnum agri euidentiſſime ponitur. Nec illud omittendum, quod quidam doctorum aſſerunt, nos hic angelorum exemplo eſſe præmonitos. Dicūt enim non ocioſe accipiendum quod flos homini, uel certe plus quam homini in Salomone confertur, qui pro ſui excellentia plus aliquid fuit quam homo, adeo ut templum deo conderet, & uerum Salomonem, hoc eſt, CHRISTVM myſteriō figuraret. Ergo per lilia, angelorum cœleſtium expreſſa eſt gloria, quorum & claritate ornamur, & odore ſanctitatis delectamur. Hæc ergo lilia, angelica ſcilicet illa agmina, nulla ſolicitudine præpediuntur, nullo laboris uſu exercentur, ſed diuinæ libertatis gratiam cœleſtis ſeruant dono naturæ. Addendum etiam, quod lilia nullum requirant cultum nec erga generationem huius floris, ſicut erga prouentum fructuum cæterorum redeat actus in orbem ſolicitus labor agricolis. Et licet dimiſſo flore, id quod extrinſecus eſt, uideatur areſcere, interius tamen radicis uirtute alitur, & mox uerni temporis prouocata blanditijs, floris ſui honore ueſtitur. Sic & angelicæ dignitates ex ea quam adeptæ ſunt originis ſuæ ſorte, ut ſint ſemper, accipiunt. His ergo floribus Salomon quanquam magno decore circundatus, componi non poteſt, quia licet infirmitatem naturæ corporeæ uirtute quadam mentis & operum gloria exornaret, nullatenus angelicæ potuit comparari celſitudini, quæ humanæ fragilitatis expers, incorruptæ bonitatis ornatum ſeruaret. Hanc, immor-

talitatis pulchritudinem,hunc incorruptibilē habi
tum,in reſurrectione ſe dominus electis daturum
repromittit,dicens:Erūt ſicut angeli dei in cœlo.
Mat.22. ¶ *Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni glo-
riaſua coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis.* Inter omnes
reges Iſraelitarum Salomonem ditiſſimum fuiſſe,
Regū narrat hiſtoria. Qui inter reliquas dignita-
tum diuitias pręcipue decore ueſtiū,ac diuerſitate
cū precioſitate pollebat,adeo ut ſingula miniſtran
tium officia, cum omnibus ſibi ſubiectis, proprijs
3 Re.10 ac ſingularibus uterentur indumentis. Vnde & de
regina Saba,quæ a finibus terræ uenerat audire ſa
pientiam eius,legitur:Quia uidens ordinem minis
ſtrorum, & ueſtes quibus in miniſterio utebantur
non habebat ultra ſpiritum. Sed quamuis tanto ho
nore ac ſplendore ueſtium fuerit decoratus,nō eſt
tamen tanta pulchritudine coopertus ſicut unū ex
iſtis,ſubauditur lilijs.Et reuera quæ textura aut pi
ctura texentium mulierum,ualet florum pulchri-
tudini coęquari? Quid enim ſic rubet ut roſa? Quid
ita candet ut lilium? Iam uero uiolæ colorem pul
cherrimū,nulla purpura ſuperare, nulla ualet tin-
ctura ſupergredi. Quod autē ait: Nec Salomon in
omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis:
in omni gloria dicit, id eſt, in magnitudine regni,
in deliciarum pulchritudine, uel ut diximus,in di-
ſtinctione & uarietate ueſtium. Cur autem hāc de
delicijs ſimilitudinem præmiſerit,ſubdendo mani
feſtat: ¶ *Si autem fœnum agri quod hodie eſt, & cras in
clibanum ignis mittitur, deus ſic ueſtit, quanto magis uos
minimæ fidei!* Fœnum agri idem appellat, quod &
ſuperius lilia agri, omnes ſcilicet herbas pulchris
coloribus decoratas. Hoc autem aduerbium quod
eſt cras,non ſemper pro ſuccedenti die,ſed aliquan
do etiam pro futuro tempore in ſcripturis poni ſo
let, iuxta illud quod Samuel a pythoniſſa excita-
1.Re.28. tus,Sauli ait:Cras tu & filij tui mecum eritis.Et Ia
Gen.30. cob: Exaudiet,inquit,me cras iuſtitia mea. Sic er-
go & hic quod dicitur, cras in clibanum mittitur,
de futuro tempore intelligi debet,& eſt ſenſus: Si
deus ea quę cito deciūdt & marceſcunt, fœnum ui
delicet, quod hodie eſt in ſua uiriditate, & cras in
ignem mittitur,tanto decore circundat,quāto im
penſiore diligētia ea quę uobis neceſſaria ſunt pro
uidebit,qui ad æternā hæreditatē pręparati eſtis?
Quod quia non(ut oportet)creditis,ſed adhuc am
bigitis,idcirco minimæ fidei eſtis.Minimos autem
fide appellat apoſtolos,qui necdum fidei perfectæ
Luc.17. culmen ſubierant.Vnde& domino dicebant:Auge
nobis fidem. ¶ *Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes, quid
manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* No
tandū quod non ait,nolite quærere,uel ſoliciti eſſe
de cibo aut potu,ſed quid(inquit)manducetis aut
bibatis. Vbi illi proprie notantur, qui in congrega
tionibus conſtituti, ſpreta communione aliorum,
qui ſub uno præpoſito generaliter aluntur,aut ue-
ſtiuntur, lautiora uel auſteriora præ cæteris cum
quibus habitant,alimēta ſiue indumenta requirūt,
ut per hoc uel potentiores cæteris, uel fortiores
æſtimentur. Vtrunq; ſane reprehenſibile, utrunq;
notabile, quia & de nimis ſuperbo habitu elatio
gignitur, & de nimis abiecto & inculto ueſtitu
quaſi ex religioſa ſpecie laus & appetendi fauoris
materies miniſtratur. Inter utrunq; proinde re-
gia uia gradiēdum, ut nec ueſtis precioſa deſignet
altū,nec uilis notet plus iuſto religioſum. Quibus
uero cibi & ueſtitus ſolicitudo conueniat,intima-
tur cū ſubinfertur: *Hæc enim omnia gentes inquirunt*

Exceptis paucis Iudæis,qui legem habentes deum
cœli uenerabantur, reliquæ per uniuerſum orbem
nationes idolis ſerulentes, gentes appellabantur.
De quibus hic loquens dominus dicit: Hæc omnia
gentes inquirunt. Illi ſcilicet deum ignorant, qui
neſciunt alia cogitare quam terrena, quorum eſt
proprie mundanis angi curis, quibus nulla futuro-
rum ſpes eſt,nullus laborum reſpectus,ſed tantum
præſentibus delectātur. Comparati enim ſunt iu- Pſal. 48
mentis inſipientibus,& ſimiles facti ſunt illis. Vos
autem aliter inſtituti, & ad cœleſtem compoſiti
dignitatem, de ſpiritualibus & perpetuis cogita-
te.Nec timendum quia iſta agentibus,tēporalium
deſit uſus bonorū,nec de dei potentia diffidendum
qui & melius quam nos ipſi nouit quibus indigea-
mus,& multo ſalubrius nobis proſpicit,quam nos
ipſi prouidere ſciamus. Vnde & ſubditur: *Scit enim
pater ueſter, quia his omnibus indigetis.* Hinc quidam
ſuperflue dogmatizantes obijciunt:Si deus(aiunt)
antequam petamus ſcit quibus indigemus,quid ne
ceſſe eſt, ut eū ꝓ noſtris neceſſitatibus exoremus?
Ergo fruſtra ſcienti loquimur. Quibus reſponden
dum eſt,quia non ſumus narratores,ſed potius ro-
gatores. Aliud eſt enim ꝑ ſciēti narrare,aliud ſciē
tem humiliter exorare. Vult ergo ſe peti a nobis
qui etiam nouit ea quæ petere debemus, ut noſtra
petitio præmium conſequatur. Quid uero nobis
præcipuo mentis appetitu,ſummoq; ſtudio ſit re-
quirendum,ſubiecta ſententia perdocemur. *Quæ-
rite autem primum regnum dei, & iuſtitiam eius.* Pri-
mum, non ponitur hoc loco pro numero, ſed po-
tius pro quantitate. Primum, id eſt, ante omnia,
& ſuper omnia quærite regnum dei. Regnum au
tem Dei in ſacris ſcripturis quatuor modis accipi-
tur. Aliquando enim ſignificat præſentem eccle- Matt.13
ſiam,ut illud:Omnis ſcriba doctus in regno cœlo-
rum,hoc eſt,in præſenti eccleſia, ſimilis eſt homi-
ni patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo noua
& uetera. Aliquando ſanctam ſcripturam, ut il-
lud:Auferetur a uobis regnum Dei,id eſt, intelli- Mat.21.
gentia diuinarum ſcripturarum. Aliquando cœle-
ſtem patriam,ut Iohannes dicit:Pœnitentiam agi- Matt.3.
te, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ali-
quando uero ſignificat ipſum Dominum Ieſum
CHRISTVM, ſicut ipſe loquitur ad Iudæos: Luc.17.
Regnum dei inter uos eſt, id eſt, Chriſtus per hu-
manitatem inter homines habitat. Et ſicut in præ
ſenti lectione dicit:Quærite primum regnum dei,
& iuſtitiam eius, ſiue regnum ſupernæ illius ciui-
tatis gaudia nuncupat, ubi ſumma pax, ueraque
tranquillitas, ubi fructus certaminum, & labo-
rum præmia ſanctis debentur. Hoc regnum Dei
uitæ noſtræ ſtipendijs quæramus, ad illud conti-
nue ſuſpiremus, & pro eius perceptione quæli-
bet dura & aſpera libentiſſime perferamus. Quæ-
ramus & iuſtitiam eius. Iuſtitia enim regni Dei,
impletio eſt mandatorum dei. Iuſtitia enim regni
Dei eſt, omnia caduca & tranſitoria ſpernere, ia-
cturam rerum præſentium lucra ſequentium repu
tare. Ille nimirum iuſtitiam dei quærit, qui bo-
na opera exercēs, dictis & præceptis illius in om-
nibus obtemperat. Ita ergo nobis regnum Dei &
iuſtitiam eius requirentibus,illa quidem ſumma &
uera bona dabuntur: hæc uero quaſi minima adij-
cientur. Quæ licet in præſenti bona uideantur,
media ſunt, & ad illa uera bona ſi comparentur,
iam nec bona dicenda ſunt. Dātur ergo ſanctis in
pręſenti adhuc peregrinatione deſudātibus,ut his

quaſi quodam uiatico reuelati, ad ea quæ in patria ſunt percepturi bona perueniant. Debet enim in uſu haberi temporalitas, in uoto æternitas. Nam ſi adſint bona præſentia, his eſt animus occupandus ne nimis ingeſta onerent, & quaſi ne ad patriam perueniatur, quodam pondere mentem grauent. Sic ergo parce & honeſte bonis præſentibus uti debemus, quatenus excurſis longæui huius exilij ſpatijs, ſempiternis perfrui ualeamus. Aliter: ¶ *Et hæc omnia adijcientur uobis.* Quia adhuc in hac uita manentes, abſque alimentis & indumentis illam tranſire nō poſſumus, cum præmiſiſſet: Primum quærite regnum dei & iuſtitiam eius, ſtatim addit: Et hæc omnia (ſubaudiendum bona temporalia) adijcientur uobis. Vbi notandum quod ideo iubentur maiora quæri, id eſt, regnum dei & iuſtitia eius, ut minora poſſint conſequi, id eſt, bona uitæ præſentis. De quibus nō dixit, dabuntur, ſed adijcientur, tanquam uidelicet neceſſaria, quibus non fruamur, ſed quaſi in itinere poſiti utamur.

DE EADEM DOMINICA HOMILIA. D. Euſebij Emiſſeni.

MOdo enim Saluator noſter ſuperius de theſauro loquutus eſt: quem etiam quo in loco reponere debeamus oſtendit, dicens: Theſaurizate uobis Theſaurum in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures nō effodiunt, nec furantur. Nunc autē dicit quia non poſſumus duobus dominis ſeruire, deo ſcilicet & mãmonę. Mammonæ nanque diuitiæ interpretantur. Reponat igitur in cœlo diuitias ſuas qui deo familiariter ſeruire deſiderat. Qui enim diuitijs ſeruit, eius ſeruitium deus non recipit. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem in regnū cœlorum introire. Diuitijs autē ſeruire eſt, ſubiectionem quandam eis exhibere, & pro neceſſitate uel utilitate eas expēdere timere. Aliud igitur eſt ſeruire diuitijs, aliud habere diuitias. Ille enim diues a paupere non multum diſtat, qui in diuitijs ſpem non ponit, eaſque utiliter largiterque diſtribuit. Hoc autem ſi ad literam nō intelligatur, ut ſimplex ſermo dicere uidetur, non ſolum duobus dominis, ſed & multis dominis non eſt impoſſibile ſeruire. Ideoque de quibus dominis hoc intelligere debeamus, confeſtim ſubdidit, dicens: *Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ.* Iſtis enim duobus nemo ſimul ſeruire poteſt. Quis enim ſeruit mammonę, niſi auarus? Auarus igitur deum contemnit & odio habet. Vnde hoc? Quia idolis ſeruit. Sic enim Apoſtolus ait: Hoc autem ſcitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatē in regno Chriſti & Dei. De auaritia nanque Zacharias propheta loquebatur, cum diceret ſe uidiſſe amphoram egredientem in qua mulier incluſa erat, quæ impietas uocabatur, cuius os ne egredi potuiſſet, maſſa plūbea claudebatur. Et ecce duæ mulieres, quæ habebant alas ſicut milui, ferebant amphoram in terram Semaar, ut ponerent eam ſibi ſuper baſim ſuam. Hæc autem ſuperius expoſuimus in eo Euangelio ubi Saluator noſter loquitur, dicens: Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me, Euangelizare pauperibus miſit me. Sequitur: ¶ *Ideo dico uobis, ne ſoliciti ſitis animæ neſtræ quid mãducetis, neque corpori neſtro quid induamini.* Hæc enim ſpecialiter dicuntur Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, cæteriſque omnibus qui ad ſummum perfectionis culmen attingere cupiunt. Talibus enim nulla terrenorum bonorum eſt ſolicitudo, qui habentes uictum & ueſtimentum, his contenti ſunt. Facile quidem & ſine omni ſolicitudine his abundant, qui totam ſpem ſuam in Deum ponunt. Vnde Pſalmiſta: Iacta, inquit, cogitatū tuum in domino, & ipſe te enutriet. Itemque: Non uidi iuſtum derelictū, nec ſemen eius egens pane. Nonne anima plus eſt quam eſca? & corpus plus quam ueſtimentum? Noli, inquit, quicunque es qui mundi gloriam ſpreuiſti, & Deo ſeruire, & contemplationi uacare decreuiſti, noli ſolicitus eſſe animæ tuæ, id eſt, uitæ tuæ, quia qui dedit uitam, dabit uel unde regatur uita. Plus eſt enim anima, quam eſca: plus eſt uita, quam regimen uitæ. Qui igitur dedit quod maius eſt, & illud utique dabit quod minus eſt. Valde enim hæc uerba Apoſtolis erant neceſſaria, qui ſine ſacculo & pera ubique terrarum erant ituri. Quibus & Dominus ait: Ecce ego mitto uos ſicut oues inter lupos. His autem (ut Apoſtolus ait) conſtituit dominus ut de euangelio uiuerent. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. *Reſpicite uolatilia cœli, quoniam non ſerunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Nonne magis pluris eſtis illis?* Nullum enim animal in hoc mundo Deus creauit, quod pluris amoris & dilectionis, & pluris precij & honoris ſit apud Deum, quam homo. Si igitur ea quæ propter hominem facta ſunt, & quæ ad ipſius comparationem aut parua aut nulla ſunt, ſine labore & ſolicitudine omnipotens Deus paſcit, quanto magis eos non derelinquet, qui ad eius imaginem facti, eius gratiæ ſunt reconciliati? Quis autem ueſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? Hoc autem tale eſt, ac ſi diceret: Quod uos quidem nec ſolicitudine, nec cogitatione, nec arte, nec ingenio, nec labore facere poteſtis, ut uidelicet ad ſtaturam ueſtram unum cubitum adijciatis, hoc ſine ueſtra cogitatione & ſolicitudine Deus in nobis operatur, quos de matris utero tam paruos egredientes ad integram menſuram perfecti hominis prouexit. Ergone paſcere non poterit, qui creare, uiuificare, & hæc incrementa dare potuit? Et de ueſtimento quid ſoliciti eſtis? *Conſiderate lilia agri quomodo creſcūt: nō laborãt, neque nent. Dico autē uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unū ex iſtis.* Putatis (inquit) quod uos ſine labore & ſolicitudine ueſtire non poſſit, qui agros ueſtit floribus, & lilia diſtinguit coloribus? Quomodo enim creſcunt lilia? quomodo tam pulchris operimentis induuntur? Nam neque laborare ne filare nouerunt: inſenſibilia enim ſunt: ueruntamen ſatis excellentius ipſo quoque Salomone induta ſunt, qui & diuitijs & ſapientia cæteris illius gentis regibus excellentior fuit. Nemo enim uel arte uel ſapientia, dei operationis pulchritudinem imitari poteſt. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt & cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit, quanto magis uos minimæ fidei? Si de his quæ infra uos ſunt hanc curam habet, quam curam de uobis eum habere putatis? ¶ *Nolite ſoliciti eſſe, dicentes. Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur?* Quoniam ille nihilo indiget, qui uobis, ſi fidem habeatis, ſufficienter omnia miniſtrabit. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Vos autem hæc quærere non eſt neceſſe. Quærere (inquam) cum labore & ſolicitudine. Ideoque Dominus non ait, nolite quærere, ſed nolite ſoliciti eſſe *Scit enim pater ueſter quia his omnibus indigetis.*

Vnde

Vnde Apoſtolus Petrus in epiſtolis ſuis loquitur, dicens: Omnem ſolicitudinem ueſtram projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis. *Quærite ergo primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.* Quærite (inquit) primum regnum dei, quærite uitam æternam, quærite ut eccleſia creſcat, orate ut regnum Dei eueniat, ſuamque nobis iuſtitiam tribuat, ut qui omnium iudices facti eſtis omnes in iuſtitia & æquitate iudicare poſſitis, & hæc omnia adijcientur uobis. Hoc eſt enim quod alibi dicit, Centuplum accipietis, & uitam æternam poſſidebitis. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum. Craſtinum enim pro futuro poſuit. Non enim uult dominus de futuro nos eſſe ſolicitos, qui neque de præſenti certi & ſecuri ſumus. Et in eo quidem quod nos in craſtinum ſolicitos eſſe prohibet, præſentium quodammodo ſolicitudinem concedere uidetur. Vnde & beatus Paulus, quaſi de præſenti ſolicitus, manibus ſuis laborabat, quod ei ad uictum quotidianum ſufficere poſſet. Hac enim ſolicitudine ocioſitas tollitur, nec tamen diuitijs ſeruitur. Cur autem de craſtino ſoliciti eſſe non debeamus, adiunxit: *Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi.* Ac ſi dicat: Sicut hodiernam ſolicitudinem non interdico, ita neque craſtinam, poſtquam craſtinus dies aduenerit. Sit igitur hodiernus dies de ſe ſolicitus, & non de alio: ſimiliter & craſtinus, & cæteri per ordinem. Sufficit enim diei malitia ſua. Sufficit tibi ſi huius præſentis diei malitiam tranſire ualeas. Cur ergo malitium malitiæ, laborem labori anguſtiam anguſtijs, fatigationem fatigationi ſuperaddere uelis? Non enim pro malo, hoc in loco malitia ponitur, ſed pro fatigatione & labore. Sic enim dicere ſolemus: Multa mala hodie paſſi ſumus, quando aliquo magno labore fatigamur. Hoc autem alicui inconueniens eſſe uidetur, niſi forte de ſolis Apoſtolis & ſimilibus intelligamus. Ad quid enim oues, & boues, & cætera animalia, quæ hodie neceſſaria habuimus, completo die teneamus & cuſtodiamus, ſi omnino de craſtino ſolicitudinem non habeamus? Ad quid præterea agros & uineas colimus, eorumque fructum in cellaria recondimus? Patent & alia multa, quæ ſimili modo contra hæc dicere poſſumus. De illis igitur hæc intelligantur, quibus præter corporis neceſſaria, nihil in hoc mundo poſſidere placet. Tales enim prophetæ & apoſtoli fuerunt, tales & multos alios fuiſſe legimus. Si enim omnes homines tales eſſe uellent, non deeſſet Deo unde eos paſceret.

DOMINICA XVII.
poſt Pentecoſten Luc. VII.

¶ In illo tempore: Ibat Ieſus in ciuitatem quæ uocatur Naim: & ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa. Et reliqua. Homilia Beati Ambroſij Epiſcopi.

HIC locus utrinque redundat ad gratiam, & cito flecti diuinam miſericordiam matris uiduæ lamentatione credamus, eius præcipue quæ unici filij uel labore uel morte frangatur, cui tamen uiduæ grauitatis meritum, exequiarum turba conciliet, & hanc uiduam populorum turba ſeptam, plus uideri eſſe quam fœminam, quæ reſurrectionem unici adoleſcentis filij, ſuis lachrymis meruerit impetrare, eo quod ſancta eccleſia populum iuniorem a pompa funeris, atque a ſupremis ſepulchri, ſuarum reuocet ad uitam cõtemplatione lachrymarum. Quæ flere prohibetur eum cui reſurrectio debebatur, qui quidem mortuus in loculo materialibus quatuor ad ſepulchrum ferebatur elementis. ſed ſpem reſurgendi habebat, quia ferebatur in ligno Quod ſi nobis ante non proderat, tamen poſtea quam Ieſus id tetigit proficere cœpit ad uitam, ut eſſet indicio, ſalutem populo per crucis patibulum refundendam Audito igitur dei uerbo ſteterunt acerbi illius funeris portitores, qui corpus humanum lœtali fluxu naturæ materialis urgebant. Quid enim aliud niſi in quodam feretro, hoc eſt, ſupremi funeris inſtrumento iacemus exanimes, cum uel ignis immodicæ cupiditatis exæſtuat, uel frigidus humor eaundat, uel pigra quadam corporis habitudine uigor hebetatur animorum, uel concreta noſter ſpiritus labe, puræ lucis uacuus alit mentem? Hi ſunt noſtri funeris portitores. Sed quamuis ſuprema mortis, ſpem uitæ omnis aboleuerint, & tumulo proxima corpora iaceant defunctorum, uerbo tamen dei iam moritura reſurgunt cadauera, uox redit, redditur filius matri, reuocatur a tumulo, eripitur a ſepulchro. Quis eſt iſte tumulus tuus, niſi mali mores? Tumulus tuus perfidia eſt, ſepulchrum tuum guttur eſt. Sepulchrum enim patens eſt guttur eorum, unde uerba Pſal.
mortua proferuntur. Ab hoc ſepulchro te liberat Chriſtus, ab hoc tumulo reſurges, ſi audias dei uerbum. Et ſi graue eſt peccatum quod pœnitentiæ tuæ lachrymis ipſe leuare non poſſis, fleat pro te mater eccleſia, quæ pro ſingulis tanquam pro unicis filijs uidua mater interuenit. Compatitur enim quodam ſpirituali dolore naturæ, cum ſuos liberos lœtalibus uitijs ad mortem cernit urgeri. Viſcera ſumus de uiſceribus eius. Sunt enim & ſpiritualia uiſcera quæ habet Paulus, dicens: Ita frater ego te Ad Phi
fruar in Domino, refice uiſcera mea in Chriſto. lemon.
Nos ergo uiſcera eccleſiæ ſumus, quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus. Doleat ergo pia mater. Aſſiſtat turba, non ſo Eph. 5.
lum turba, ſed etiam multa, compatiatur bonæ parenti. Iam reſurgens in funere, iam liberaberis a ſepulchro. Stabunt illi miniſtri tui funeris, incipies uitalia loqui, timebunt omnes. Vnius enim exemplo plurimi corriguntur, laudabunt etiam Deum, qui tanta nobis remedia uitandæ mortis indulſerit.

DE EADEM DOMINIca, Lucæ VII.

¶ In illo tempore: Ibat Ieſus in ciuitatem quæ uocatur Naim: & ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa. Et reliqua. Homilia Beati * Ambroſij epiſcopi.

SErmo euangelicus qui præcedit, narrat qualiter dominus centurioois puerum obtentu eius magnæ fidei ſanauerit, & quomodo ipſius centurionis, immo in eum omnium gentium extulerit fidem. Illo igitur digeſto miraculo, ſequitur euangeliſta, quia poſt hæc ibat in ciuitatem quæ uocatur Naim. De miraculo properatur ad miraculum, & quodam profectu uirtutis, de ſanatione paralytici uenitur ad reſuſcitationem defuncti. Beato nanque Hieronymo dicente didicimus, quia Naim ciuitas eſt Galilææ prouinciæ Iudæorum, duobus militaribus diſtans a monte Thabor, in quo monte dominus docuit octo beatitudines, & omnia pene mandata noui teſtamenti.

Inter

Interpretatur uero Naim fluctus uel commotio.
Cuius portæ appropinquans dominus, obuium ha
buit corpus defuncti, quod ad tumulandum extra
ciuitatem efferebatur. In qua ciuitate ferunt chro-
nographi eſſe eccleſiam, quæ quondam fuerat do-
mus uiduæ, cuius dominus legitur hic filium ſuſci-
taſſe. Ibat ergo dominus uirtutis euentu copiã pre
biturus, ibant cum illo diſcipuli, illi uidelicet fide-
liſſimi comites itinerum, comparticipes laborum,
cuius præſentia paſcebantur, prædicatione inſtru-
ebantur, miraculis firmabãtur. Naim autẽ ciuitas,
quæ (ut diximus) in noſtra lingua dicitur fluctus
ſiue commotio, hunc ſpiritualiter ſignificat mun-
dũ, q trãquillitate amiſſa ſemper eſt in fluxionibus
ac cõmutionibus, & nunquã in eodẽ ſtatu perma-
neus. Vnde & p Pſal. dictum eſt: Commouiſti do-
Pſal. 59. mine terrã, & conturbaſti eã, &c. Ergo quaſi Naim
dominus appropinquauit, quãdo noſtræ fragilita-
tis humanitate ſuſcepta, uiſibilis mundo apparere
dignatus eſt. *Cum autem appropinquaret portæ ciuita-
tis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris ſuæ,
et hæc uidua erat, et turba ciuitatis multa cum illa.* Non
ſimplex hanc mulierem doloris anxietas ſtimula-
bat. Vidua erat, filij ſolatio deſtituta fuerat, cuius
utcunq mortem leuius toleraſſet, ſi non unicus fuiſ
ſet, ſi alter q parẽtis dolorem leniret, ſuperfuiſſet.
Verum hinc illa beata erat, quod Chriſti pietate
mox eũ receptura erat, quem ſurtis humanæ incle
mentia amiſerat. Nec illud ſine diuina prouiden-
tia geſtum eſt, ut & cũ domino, & cum hac muli-
re multa turba eſſet, quo gerẽdi miraculi multi fie-
rent teſtes, multi etiam diuinæ potentiæ laudato-
Ioh. 6. res. Quare autem multa turba ierit cũ domino, Io-
hannes euãgeliſta manifeſtat, cum dicit: quia uide-
bãt ſigna. Quia enim dñs quocunq ibat, miracula
faciebat, id eſt, euangelium prædicãdo, uerba ſalu-
tis annũciabat, idcirco ibant cum eo diſcipuli eius
adhærentes ei, ibat & turba copioſa. Hæc autem
uirtus à ſaluatore mirabiliter patrata, iuxta hiſto-
riam apertiſſima eſt. Cæterũ ſpiritualiter intelle-
cta, non modicam ædificationem audientiũ menti-
bus ſubminiſtrat. Defunctus enim iſte iuxta ſpiri-
tualem uel moralem intelligentiam, qui extra por
tam ſuæ ciuitatis multis intuentibus eſt portatus,
ſignificat hominem peccatis mortuum, & lœtiſe-
ro criminum funere ſoporatum. Qui cum in anima
mortuus exiſtat, ipſam tamen animæ ſuæ mortem
non iam occultis cogitationum latebris contegit,
ſed ſicut per oſtia ciuitatis, ita per indicium prauæ
collocutionis uel malæ operationis ſuã peſſimam
uitam malo exemplo ad multorum notitiam per-
ducit: iam peccata ſua erubeſcenda non abſcondit,
ſed audacior in malũ factus, ea imitanda alijs ppo-
Iſaiæ. 3. nit. De talibus prophetã dicit: Peccatum ſuũ quaſi
Sodoma prędicauerũt, nec abſcõderũt. Et rurſum
ad peccatricem animã: Frõs (inqt) meretricis facta
Hie. 3. eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Per portã uero ciuita-
tis qua defunctus efferebatur, unus de quinq ſenſi
bus intelligitur corporis. Quinque enim ſunt
notiſſimi corporis ſenſus, locis ſibi conuenien-
tibus à natura cõpoſiti, uidelicet uiſus, auditus, gu-
ſtus, odoratus, & tactus. Ciuitas enim uniuſcuiuſ-
que animæ corpus eſt eius, in quo tanquã in ciuita
te clauſa inhabitat. Per huius ciuitatis portas mor
tuus effertur, cum quis per aliquẽ corporis ſenſum
malæ uoluntatis indiciũ oſtendens, mortuum ſe in
anima eſſe declarat. Qui enim (uerbi gratia) mulie-
rem ad concupiſcendam eam uiderit, qui ſublimes
oculos, & in fines terræ porrectos habuerit, iſte p
oculorum ſuorum portas ſigna ſuę mortis emittit.
Dum quilibet aurẽ ſuam aperit ad uerba ocioſa, &
ad cantica turpia uel luxurioſa, ſiue ſuſcipiẽda de-
tractionis uerba, hic tales aures ſuas efficit portas
mortis animæ ſuę. Qui odoribus meretricijs, & pe-
regrini muris pellicula illectus, poſt odorem un-
guentorum dei currere negligit, hic per nariũ ia-
nuam extrahitur mortuus. Qui uero os ad profe-
rendas in deũ blaſphemias, & diſſeminandas inter
fratres diſcordias apit, cuius os loquitur uanitatẽ,
qui non ſolũ ocioſis, ſed & nociuis ſermonibus lin-
guam accommodat, nil aliud iſte niſi mortem ſuæ
animæ foris per oſtium oris elatus prodit. Hinc &
propheta quod hi noſtræ ciuitatis aditus incaute
pateant, defiet, dicens: Intrauit mors per feneſtras Hie. 9.
noſtras, ingreſſa eſt domus noſtras. Rurſumq pro
pheta: Oculus, inquit, meus deprædatus eſt animã Thre. 3.
meam. Quemadmodũ enim ſi hoſtis per feneſtras
intra urbẽ iacula intorqueat, intus clauſos ſauciat
& occidit, ita malignus ſpiritus cum per aliquem
de quinq ſenſibus telum tentationis in mentẽ ade-
gerit, mox animam a ſuo ſtatu deijcit, ac peſtifera
interemptione perimit. Qui animæ penetralia ir-
rumpere quærens, figuris ſe accommodat, permiſ-
cet ſe ſonis, odoribus ſe ingerit, inſerit ſapori-
bus, ſicq dum minus uigilãter cauetur, morti (quę
ſecus delectationem poſita eſt) aditum pãdit. Pro-
inde diuina prouidentia à nobis eſt humiliter im-
ploranda, ut cunctas noſtræ ciuitatis portas cuſto
diat, quas ne ſæuiẽs inimicus obſideat, ipſe eas con
tra machinas illius miſericorditer claudat, & in
portis noſtris laudem ſuam iugiter annũciari per-
mittat. Non autem tranſeunter eſt intuendũ, quod
iuuenis hic defunctus filius unicus matris uiduę fu
iſſe perhibetur. Licet enim eccleſia, quæ eſt mater
cunctorum credẽtium, ex multis ſit collecta perſo-
nis, rectiſſime quiq fidelium qui fidei Chriſtianæ
charectere attitulantur, filij ſunt unius matris, ec-
cleſiæ (dico) catholicę. Quibus licet etatis diuerſę,
diuerſiq ſunt ſexus, unum tamẽ in Chriſto gratia
regenerationis efficiuntur, cum fiunt per adoptio-
nẽ fratres unici filij. Sed & unuſquiſq fidelis cum
rudimẽtis imbuitur fidei filius eſt: cum uero alios
educat, mater. ſic Paulus Apoſtolus materno affe-
ctu Corinthijs loquebatur: Filioli mei, quos ite- Gal. 4.
rum parturio, donec formetur Chriſtus in uobis.
*Quam cum uidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper
eam, dixit: Noli flere.* Quia duæ erant in Chriſto ſub-
ſtantiæ, dei uidelicet & hominis: idcirco pulchre
euangeliſta primo dominum tanquam uerum ho-
minem, miſericordia motum fuiſſe demonſtrat, ac
deinde tanquam uerum deum commemorat mor-
tuum ſuſcitaſſe, ut & in compaſſione qua uiduæ mi
ſertus eſt, exemplum nobis imirandæ pietatis tri-
bueret, & in effectu miraculi, potentiam diuinita-
temque illius qua etiam mortuum ſuſcitauit, admi
randam, prædicandamque proponeret. Noli, in-
quit, flere. Tanquam diceret: Noli uelut mortuum
flere, quem protinus uidebis a morte reſurgere.
¶ *Et acceſſit et tetigit loculum*, hoc eſt, feretrum in
quo mortuus ferebatur, quod a ferendo nomen ac-
cepit. Tactu loculi in quo exanimis geſtabatur,
euidens ſuæ dignationis dedit indicium. Et qui-
dem cum poſſet ſolo uerbo eum uitæ reſtituere,
maluit primo feretrum tangere, ut per hoc & ſi-
gnum clementiæ ſuæ daret, & matris uiduæ deie-
ctum mœrore animum erigeret. ¶ *Hi autem qui*

pore

portabant,ſteterunt, uirtutis effectum mirabilem ſuſti-
nentes. Cum uidiſſent enim dominum appropin-
quantem,qui mortuum ferebant ſteterunt,cupien
tes miſericordiam illius in reſurrectione mortui
cernere.Sed hæc cum ad literam per ſe ſatis emine
neant, ſupereſt ut quid myſterij contineant, in-
dagemus. Neque enim à ſacramento perſona
huius uiduæ poteſt eſſe ocioſa, quæ & grauitatis
honeſtata,& continentiæ merito,nec non & exe-
quiarum frequentia commendata, reſuſcitationẽ
unici filij à domino meruit obtinere. Significat utiq;
que ſanctam eccleſiam matrem omnium recte cre-
dentium,quę uerbo dei fœta,ſpirituales illi quoti-
die filios per lauacrum diuini fontis parere nõ de-
ſinit. Bene uero uidua hæc mulier fuiſſe dicitur:
Vidua quaſi à uiro diuiſa dicta,quia *iduare græ-
ci dicũt diuidere,Et ſancta mater noſtra uidua eſt,
quia uirũ ſuum Chriſtũ in carne præſentem nõ ui
det.Poſtquam enim Chriſtus uir illius,qui & redẽ-
ptor eius eſt,per aſſumptionẽ humanitatis abijt in
cœlum,ſancta eccleſia tanquam uidua remanſit in
terris. Vnde Salomon quoq; in perſona mulieris
adulteræ, hoc eſt,hæreticorum eccleſiæ,de Chri-
Pro.7. ſti abſentia ſibi blandientis dicit: Non eſt uir in do-
mo ſua,abijt uiam longinquam,ſacculum pecuniæ
ſecum tulit,in die plenæ lunæ reuerſurus eſt in do
mum ſuam. Cuius ſententiæ talis eſt ſenſus: Non
eſt uir in domo ſua,hoc eſt,per humanitatem non
eſt Chriſtus in eccleſia. Abijt uiam longinquam,
quia ſurgens à mortuis,cœlorum ſublimia lõge ab
hac luce & habitatione uaſti aeris interiectu diſtã
tia,penetrauit.Saccolum pecuniæ ſecum tulit,hoc
eſt,carnem ſuam theſauro diuinitatis ſuper cœlos
exaltatam,in patris dextera collocauit.In die ple
næ lunæ reuerſurus eſt in domũ ſuam, id eſt,imple
to numero electorum in eccleſia, in fine mundi re-
diturus eſt ad iudicium,ut aſſumat ſibi ſponſam ſu
am eccleſiam. Per loculum uero in quo defuncti ca
dauer baiulabatur,conſcientiam hominis peccato
ris accipimus,in qua iam deſperando ſopitus male
quieſcebat, Baiuli autem qui exanimem in feretro
hoc eſt, ſupremo funeris inſtrumento ad ſepelien
dum ferebant, uel immunda deſideria quæ homi-
nem ad interitum pertrahunt,accipiuntur,uel col-
loquia mala ſociorum male decipientium. Qui dũ
blandis lenocinijs animam in ſecuritatem mittũt,
& male agentibus fauẽt,ac per hoc ad peiora prõ-
ptiores efficiunt,quodammodo eos ſuperiecta hu-
mo operiunt,& ne reſpirare ualeant,facto deſuper
Loc.9. telluris aggeſtu obruunt. De talibus dominus di-
cit:Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortui
nanq; mortuos ſepeliunt, dum peccatores pecca-
toribus adulantur. Domino ergo loculum funeris
tangente, baiuli ſubſiſtunt,quia dum Dominus cor
hominis peccatoris per internam inſpirationem
compungit,carnalia & immũda deſideria atq; ma-
la colloquia decipientium ſociorum continuo cõ-
quieſcunt,ſicq; in ſemetipſos conuerſi, dominum
ad uitam uocantem audiunt,uocantiq; dignis con
uerſationis ſuæ operibus reſpondent. Quidam ma
giſtrorum,per loculum, lignum primariæ præua-
ricationis intelligunt,in quo omnes ſub conditio-
ne reatus illius mortui portabamur à quatuor ue-
ctibus,quæ materialia quatuor ſignificant elemẽ
ta. Quaſi his quatuor uectibus ad interitum rapta
bamur,cum uel cupiditatũ noxio feruore exæſtua-
remus,uel frigidus luxuriæ humor inũdaret,uel pi
gra hebetudo corporis uigorẽ obtũderet animo-
rum,ſeu cum cõcreta noſter ſpiritus labe uacuam
ueræ lucis aleret mentem. Verũ domino loculum
tangente,acerbi huius funeris portatores gradum
continuerunt,quia domino mortalia tangente,&
in ſimilitudine peccati apparente, nos qui iam tu-
mulo proximi eramus, curſu his portatoribus in-
terdicto reſurgere promeruimus. Tumulus enim
noſter,mali mores erant: tumulus noſter,perfidia
erat. Guttur noſtrum,ſepulchrũ erat, iuxta quod
Pſalmiſta de reprobis dicit: *Sepulchrum patẽs eſt* Pſal.5.
guttur eorum. Ab hoc ſepulchro tactu Chriſti &
auditu uocis ipſius liberati ſumus. Quid enim illi
eſt tangere,niſi miſerando ſubuenire? Quid nobis
uocem eius audire,niſi precepta illius alacriter im
plere? ¶*Et ait:Adoleſcens, tibi dico, ſurge.* Mortuus
quidẽ erat ille,ſed quia domino omnia uiuũt, mor
tuo uelut uiuo loquebatur,dicens: Tibi dico, ſur-
ge. Inter dictum & factum domini nulla diſtan-
tia eſt. Ipſe enim dixit & facta ſunt,ipſe mandauit Pſal.148
& creata ſunt. Et omnia quæcunq; uoluit fecit in
cælo & in terra. Audita ergo uoce domini, reſedit
qui erat mortuus, & cœpit loqui. Poſt reſuſcita-
tionem ſuã mortuus loqui cœpit: ut uidelicet per
hoc uera reſuſcitatio illius mõſtraretur, quatenus
non phantaſma,ſed ueritas crederetur. ¶*Et dedit*
illum matri ſuæ. Reſuſcitato mortuo, & perfecte
ſanitati reſtituto, dedit illum Dominus matri
ſuæ. Spiritualiter uero mortuus reſidet, cum per
internam compunctionẽ à morte animę peccator
ad uitam reſurgit, & poſt lætiferum peccati ſom
num ad bona opera ſe erigit. Incipit loqui,cum fi-
dem ſanctæ trinitatis confitendo,indicia ſuæ uitę
alijs pandit,uel cum uerbo exhortationis,atq; exẽ
plo ſuæ conuerſationis alios ad pœnitentiam inui
tat. Redditur matri,cum per ſacerdotale miniſte
rium communioni reformatur eccleſię. *Accepit au-
tem omnes timor, & magnificabant deum.* Nouum &
ſeculis antea inauditum miraculum iuſte magnus
intuentium ſubſecutus eſt ſtupor, ita ut laudes dei
prius ora tacentia repẽte laxarent. Quo loco mo-
rale aliquid datur aduertere. Sicut enim reſuſcita-
tio corporalis quę uiſibiliter in corpore facta eſt,
prouocauit homines ut exterius admirarentur, ita
& reſuſcitatio ſpiritualis quæ quotidie in animа-
bus fidelium fit, admonet nos, ut & interius à mor-
te animæ reſurgere ſtudeamus. Quanto enim peri
culoſior, ac deſperatior eſt mors animæ ad uitã re-
deuntis, tanto plures illius corriguntur exemplo,
& ad uitam reuocantur. De gradu enim ſublimio-
re deterius labitur, quo uero lapſus fuerit grauior,
eo fit ſubleuantis clementia gratior, ſicque dum is
qui deterius ruerat erigitur, pluribus inde ſpes ſa- a.Re.11.
lutis generatur. Conſideremus nanq; beatum Da
uid & Petrum, quorum alter cum eſſet rex & pro-
pheta, in tantam perditionis deſcendit foueam, ut Mat.26.
adulterium ſimul & homicidiũ perpetraret, alter
de gradu apoſtolici culminis, ad præcipitiũ actus
eſt triplicis negationis. Qui dum pœnitẽtes à morte
animæ cito ſurrexerunt, multi pœnitẽtes ſalutem
meruerunt. Qui quo maioris honoris & altioris
gradus fuerunt, eo periculoſius ceciderunt: & quo
grauior caſus illorum fuit, eo pietas domini erigẽ-
tis gratior in eis emicuit. Quo uero amplior domi
ni pietas in eis apparuit, eo firmior ſpes ſalutis cũ-
ctis ad pœnitentiam uenientibus creuit. *Quia pro-
pheta magnus ſurrexit in nobis.* Simplices turbę igno
rantes legem & prophetas, aduentum filij dei Iu-
dæis repromittẽtes, cum uiderent deum & homi-

nem

nem inter homines corporaliter conuerſantem,& ex uirtute diuinæ potentię mirabilia opera facientem, putabant eum unum eſſe ex prophetis, qui in populo Iſraelitico mirabilia facere ſoliti erant,& ideo errore decepti, clamabant dicentes: Quia propheta magnus ſurrexit in nobis. Magnum prophetam, non autem Deum, aut Dei filium appellabant, quia adhuc nubilo ignorantiæ cæcati erant, ac propterea in pręcedentibus figuraliter tales turbarum ſunt uocabulo nuncupati. Turbæ enim erant, quia necdum eum apoſtolis diuinitatis ipſius intima penetrauerant. Sed quamuis cum quadam animi deuotione errarent iſtæ turbæ, non in toto tamen errabant. In hoc enim errabant, quod eum purum hominem tantum eſſe putabant: in hoc autem nequaquam errabant, quod eum prophetam eſſe dicebant. Ipſe enim uerus erat propheta, quia quæ uentura erant, ueriſſima aſſertione prædicabat. Nam & ipſe dominus prophetam ſe teſtatur eſſe cum dicat: Non capit prophetam perire extra
Luc. 13. Hieruſalem. Et alibi: Non eſt, inquit, propheta ſine
Mat. 13. honore, niſi in patria ſua. Propheta ergo erat, cum dominus eſſet prophetarum, ſicut rex regnum, & dominus dominantium. Addunt etiam: ¶ *Quia dominus uiſitauit plebem ſuam.* Per iſtū uidelicet qui talia miracula operatur, uiſitauit deus pater plebem ſuam, mittendo uerbum ſuum incarnatum in mundum, quod pia ſubuentione illam redimeret, & a longa infirmitate, immo a morte qua diuitius torpebat, liberaret. Nec ſolum tunc plebem ſuam uiſitauit, ſed etiam quotidie fideles ſuos uiſitat per euangelium ſuum, per dicta prophetarum, atque exempla præcedentium patrum. Viſitat etiam dominus plebem ſuam, cum unicuiq; electorum per adminiſtrationem ſancti ſpiritus, uel terrorē æterni ſupplicij, uel dulcedinem cœleſtis patriæ intrinſecus demonſtrat, & quemadmodum a morte animę reſurgere ualeat, occulta inſpiratione edocet. Siue aliter: Viſitat quotidie plebem ſuam, eam quā præſciuit & prærordinauit conformem fieri imaginis filij ſui, cum per internam uerbi ſui inſpirationem, ad amorem inuiſibilium excitat, eorumque mentibus ingerit quanta ſint quæ eis in cœlo promiſſa ſunt gaudia: Incolumitas ſine debilitate, ſalus ſine dolore, uita ſine morte, facilitas ſine impedimento, ſecuritas ſine faſtidio, ubi electorum omnium ſocietas ſancta, ſolennitas certa, requies ſecura, pax uera, uita perpetua. Agamus ergo gratias Deo patri creatori noſtro, qui prioribus noſtris patribus merito ſuæ iniquitatis in infidelitate relictis, nouiſſimis huius ſeculi temporibus ſuper nos miſericordiam ſuam confirmauit, mittens do filium ſuum ad redimendum genus humanum. Agamus etiam gratias filio eius domino noſtro Ieſu Chriſto, qui per aſſumptam humanitatem ad nos uenire dignatus eſt, & pręceptis ſuorum mandatorum obtemperantibus, cœleſtem beatitudinem repromittere. Ad quam ut peruenire quandoque, & cum ipſo fœliciter uiuere mereamur, adiuuet ipſe, qui & præſentia ſuæ incarnationis nos uiſitauit, & ſanguine ſuæ paſſionis miſericorditer redemit. Interea collatis quatuor euangeliſtarum narrationibus, tres mortuos inuenimus a domino ſuſcitatos, quamuis plures eum reſuſcitaſſe dubium non ſit, licet ſcriptum non legatur. Multi ergo ſine dubio ſunt corporaliter a domino ſuſcitati, dicit beatus Auguſtinus, ſed nō fruſtra tres commemorati, filia ſcilicet archiſynagogi adhuc intra domum mortua iacens, & iuuenis iſte extra portam ciuitatis delatus, & Lazarus quatriduanus iam fœtens. Qui tres mortui ſignificant tria genera hominum peccatorum, quos hodieque in ſancta eccleſia a morte animæ ſuſcitat Chriſtus. Sed uideamus quæ ſunt iſta genera mortuorum. Sunt nanque nonnulli qui malæ cogitationi conſentiunt, & peccatum quidem intus in corde habent, & facto tamen nondum oſtendunt. Sed ut ſaluator huiuſcemodi in ſe uiuificari poſſe ſignificaret, ſuſcitauit archiſynagogi filiam adhuc intra domum iacentem, quaſi nequitiam delicti in ſecreto cordis latentem. Alij peruerſæ cogitationi inhærentes, poſt conſenſum peccati labuntur in factum, tanquam extra ſe rēres mortuum, ut quod latebat in ſecreto, iā appareat in publico. Sed ne iſti quoque ſi pœniteant ſint deſperandi quod ſi animā a domino non poſſint uiuificari, dominus iuuenem extra portam ciuitatis delatum ſuſcitauit, & matri reddidit, quia animam a peccato reſurgere faciens, unitati ſanctæ eccleſiæ reſtituit. Quidam uero non ſolum cogitando uel faciendo illicita peccant, ſed ipſa etiam conſuetudine peccandi ſe quaſi ſepeliendo obruunt. Sed ut etiam talibus ſpes ueniæ non deeſſet, ſi tamen aſſint cogitationes ſolicitæ, quæ ſuper eorum ſalute Chriſto inuigilent tanquam deuotæ ſorores, ſuſcitauit Lazarum quatuor iam dies in monumento habentem. Simul etiam ut oſtenderet dominus leuiora peccata quæ in corde & cogitatione ſunt, leuioris pœnitentiæ remedio poſſe curari, puellam in conclaui iacentem, breui ac facilima iuſſione euocat, dicens: Puella ſurge, quam & propter facilitatem Luc. 8.
reſurgendi, iam mortuam fuiſſe negauerat. Ut autem demonſtraret grauiora peccatā, quæ abſque uerecundia alijs imitanda proponuntur, uel quibus longa conſuetudine peccator ne ſurgere ualeat deprimitur, ampliori remedio pœnitentiæ indigere, elato foras iuueni, pluribus uerbis ut reſurgere ualeat dicit: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. La- Lucæ. 7.
zarum uero reſuſcitaturus, clauſtra monumenti reuelli præcepit, fremuit ſpiritu, turſum fremuit, Ioh. 11.
lachrymatus eſt, ac uoce magna clamauit: Lazare, Mat. 8.
ueni foras. Quartus uero mortuus Domino a diſcipulis nunciatur, ſed hunc non reſuſcitauit, quia defuerunt uiui qui pro eius uita Dominum precarentur. Qui mortuus eos ſignificat, de quibus Io- 1. Ioh. 5.
hannes ait: Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. Peccatum enim ad mortem, eſt, in peccato uſque ad mortem perſeuerare. Quicunque ergo in aliqua ex ſupradictis tribus mortibus animæ, ſeſe iacere cognouerit, pœniteat nec ceſſet factorum: & fidelium preces ſibi coniungens, diuinam iugiter precetur clementiam, ut celeriter ad uitam reſurgere mereatur æternam. Tu autem.

DOMINICA XVIII.
poſt Pentecoſten Luc. XIIII.

¶ In illo tempore: Cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam principis phariſæorum ſabbato mãducare panem: & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum, Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.



HYDROPIS morbus ab aquoſo humore uocabulum trahit. Græce enim hydor aqua uocatur. Eſt autem humor ſubcutanrus de uitio ueſicæ natus, cum inflatione turgente, & anhelitu fœtido. Propriumq; eſt hydropici, quāto magis abundat humore inordinato, tanto amplius ſitire. Et ideo recte comparatur ei quem fluxus carnalium uolupratū exhuberans aggrauat. Comparatur diuiti auaro, qui quanto eſt copioſior diuitijs, quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiſcit. ¶ *Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos & phariſæos: Licet ſabbato curare? At illi tacuerūt.* Quod dicitur reſpondiſſe Ieſus, ad hoc reſpicit quod præmiſſum eſt, Et ipſi obſeruabant eam. Dominus enim nouit cogitationes hominum. Sed merito interrogati tacent, qui contra ſe dictum quicquid dixerint uident. Nam ſi licet ſabbato curare, quare ſaluatorem an curet obſeruāt? Si non licet,

✱ ipſi quare ✱ ipſo ſabbato pecora curant? ¶ *Ipſe uero apprehenſum ſanauit, ac dimiſit.* Prouida diſpenſatione dominus ante legiſperitos & phariſæos hydropicum curat, & mox contra auaritiam diſputat, ut uidelicet per huius corporis ægritudinem, in illis exprimeretur ægritudo cordis, deniq; poſt multa diſputationis eius hortamenta, ſubiunctum eſt: Audiebant autem hæc phariſæi qui erant auari, & deridebant eum. Hydropicus quippe quo am-

Luc. 16. plius biberit, amplius ſitit. Et omnis auarus ſitim multiplicat, qui cum ea quæ appetit, adeptus fuerit, ad apprtenda alia amplius anhelat. ¶ *Et reſpōdens ad illos dixit: Cuius ueſtrū aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die ſabbati?* Sic obſeruatores ſuos phariſęos conuincit, ut eoſdem etiam auaritiæ condemnet. Si uos, inquit, in ſabbato bouem aut aſinum, aut aliud quodlibet animal in puteum decidens eripere feſtinatis, non animali, ſed ueſtræ auaritiæ conſulentes, quanto magis ego hominem qui multo melior eſt pecore, liberare debeo? Conuenienterq; hydropicum animali quod in puteum decidit, cōparauit, humore enim

Lu. 13. laborabat. Sicut illam mulierem, quam decem & octo annis alligatam dixerat, & ab eadem alligatione ſoluebat, cōparauit iumento quod ſoluitur, ut ad aquam ducatur. Et bene utroq; loco bouem poſuit & aſinum, quia ſiue ſapientes quoſq; & hebetes, ſiue (ut ſupra dictum eſt) utrunq; populum eos ſignificare ſentiamus, eum uidelicet cuius ceruicem iugum legis attriuit, atq; eum quem quilibet ſeductor reperit, quaſi brutum animal, atq; nulla ratione renitens, quo uoluit errore ſubtraxit, omnes ſaluator adueniens ſatanæ uinculis adſtrictos, omnes in uno concupiſcentiæ puteo demer-

Rom. 3. ſos inuenit. Non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in CHRISTO Ieſu. ¶ *Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco.* Aperta quidem ad literam eſt hæc admonitio ſaluatoris, docens humilitatem non ſolum apud Deum, ſed etiam apud homines eſſe laudabilem. Sed quoniam hanc euangeliſta non fruſtra parabolam uocat, breuiter intuendum quid etiam myſtice ſignet. Nuptias appellari CHRISTI & eccleſiæ coniunctionem, multis locis apparet, e quibus unum eſt. Num- Mar. 2.
quid poſſunt filij nuptiarum quandiu ſponſus cum illis eſt, ieiunare? Aliud: Simile factum eſt re- Mat. 22.
gnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, & miſit ſeruos ſuos uocare inuitatos ad nuptias. Has ergo nuptias quiſquis inuitatus adierit, id eſt, eccleſiæ membris ſe fidei gratia coniunxeris, non diſcumbat in primo loco, hoc eſt, non ſe de meritis gloriando, quaſi cæteris ſublimior extollat, & quidem ſtudeat iuxta alterius lo-
ci parabolam ueſte nuptiali ueſtitus, hoc eſt, uir- Mat. 22.
tutum ſulgore coruſcus apparere, ſed ipſarum habitum uirtutum loco deuotæ humilitatis adornet. ¶ *Ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi, da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere.* Honoratiori poſt inuitato locum dat ille, qui de longæ ſuæ conuerſationis confidentia ſecurior factus, cita illorum qui ſe in CHRISTO ſecuti ſunt, agilitate præit. Et cum rubore nouiſſimum locum tenet, quando de alijs meliora cognoſcens, quicquid de ſua operatione celſum ſentiebat, hu-
miliat, dicens ſibi cum propheta: Egens ſum ego, Pſal. 87.
& in laboribus a iouentute mea, exaltatus autem humiliatus ſum & confuſus. ¶ *Sed cum uocatus fueris, uade & recumbe in nouiſſimo loco.* Quanto ma- Eccl. 3.
gnus es, inquit, humilia te in omnibus. Et Pſal- Pſal. 118.
miſta gloriatur: Humiliatus ſum uſquequaque domine, uiuifica me ſecundum uerbum tuum. Manifeſte ſignificans, ita ſe a domino poſſe uiuificari, ſi de ſuis ipſe uirtutibus humilia ſentiret. ¶ *Vt cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius.* Veniens dominus, quem humilem inuenerit, amici nomine beatificans, ſuperius aſcendere præ-
cipiet. Quicunque enim humiliauerit ſe ſicut par- Matt. 18
uulus, hic eſt maior in regno cœlorum. ¶ *Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.* Pulchre dicis, tunc erit tibi gloria, ne nūc quęrere incipias quod
tibi ſeruatur in fine, quia ſicut Salomon ait: Hære- Pro. 20.
ditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimis benedictione carebit. Poteſt autem & in hac uita intelligi, qui in nouiſſimo loco recumbens inuenitur, domino ueniente ſublimatur, quia quotidie dominus ſuas nuptias intrat, quotidie mores, ſedes, habitus conuiuantiū dijudicat, & ſuperbos deſpiciens, humilibus ſępe tanta ſui ſpiritus munera pręſtat, ut eos merito ſimul diſcūbentium, hoc eſt, in fide quieſcentiū cœtus unanima admiratiōe glorificet, ſtupensq; in autoris ſui laudationē pro-
filiat, dicens: Mihi autem nimis honorificati ſunt, Pſal. 138.
ſunt amici tui deus, nimis cōfortatus eſt principatus eorū. ¶ *Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Et ex hac cōcluſione manifeſte claret præcedentem domini ſermonem typice intelligendum. Neq; enim mox omnis qui ſe coram hominibus exaltat, humiliabitur, aut qui ſe in conſpectu hominū humiliat, exaltabitur ab eis: ſed e cōtrario nonnunquā qui ſe uel in apice dignitatis, uel in alia qualibet acquirenda gloria ſubleuat, uſque in finem exaltari non ceſſat. Similiter & humilis quilibet ac uerecundus, in ſua qua contentus eſt uſque ad uitæ terminum mediocritate perſeuerat. Et ideo iuxta ueritatis ſententiam, omnis qui ſe incaute de meritis alleuat, humiliabitur a domino: & qui prouide ſe de benefactis humi-

liat,

llat, exaltabitur ab eo. In eundem proculdubio ſen
ſum præmiſſus ſermo redemptoris, quo primos in
nuptijs accubitus quæri uetat, congruit. ¶ *Dicebat
autem & ei qui ſe inuitauerat: Cum facis prandium, aut
cœnam, noli uocare amicos tuos, neque cognatos, neque
fratres tuos, neque uicinos diuites.* Fratres, amicos &
diuites alterutrum conuiuia celebrare, non quaſi
ſcelus interdicit, ſed ſicut cętera neceſſitatis huma
næ commercia, ubi & peccatores peccatoribus fœ
nerantur, ut recipiant æqualia, ad promerenda ui-
tæ cœleſtis præmia nil ualere oſtendit. Denique
ſubiungit: ¶ *Ne forte & ipſi te reinuitent, & fiat tibi re
tributio.* Non ait, & fiat tibi peccatum, ſed fiat, in-
Luc. 6. quit, tibi retributio. Cui ſimile eſt quod alibi dicit:
Et ſi benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quæ
uobis eſt gratia? Neq; dicit, peccatũ eſt uobis, ſed
quæ uobis eſt gratia? Siquidem & peccatores hoc
faciunt, quamuis ſunt quędam mutua fratrum, ami-
corum, cognatorum, uicinorumq; diuitum côui-
uia, quæ non ſolum in pręſenti retributionem, ſed
& damnationem percipiunt in futuro. Deniq; ab
Apoſtolo inter opera tenebrarum annumerantur.
Sic ut in die, inquit, honeſte ambulemus, non in co-
Rom. 13 meſſationibus & ebrietatibus. Comeſſationes quip
pe ſunt luxurioſa conuiuia, quę aut collatione oĩm
celebrantur, aut uicibus ſolent a contubernalibus
exhiberi, ut neminem pudeat inhoneſte aliquid di
cere aut facere, quia ad hoc conueniunt, ut fœda il-
lic copia congeratur uini, & irritetur libidinis di-
uerſa uoluptas. ¶ *Sed cum facis conuiuium, uoca pau
peres, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non ha-
bent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrecti-
one iuſtorum.* In reſurrectione iuſtorum dicit, quia
etſi omnes reſurgant, eorum tamen non immerito
quaſi propria cognominatur, qui in hac ſe beatos
non dubitant eſſe futuros. Ergo qui pauperes ád
conuiuium uocat, in futuro pręmium accipiet. Qui
amicos, fratres & diuites uocat, recipiet mercedẽ
ſuam. Sed & ſi hoc propter deum facit in exẽplum
beati Iob, ſicut cętera fraternæ dilectionis officia,
ipſe qui iuſſit remunerat. Qui guloſos ac luxurio-
ſos propter laſciuiam inuitat, pœna in futurũ ple-
ctetur æterna. ¶ *Hæc cum audiſſet quidam de ſimul
diſcumbentibus, dixit ei: Beatus qui manducabit panem
Ioh. 6. in regno dei.* Panis qui maducatur in regno dei, nõ
iuxta Cherintum corporalis intelligendus eſt ci-
bus, ſed ille utique qui ait: Ego ſum panis uiuus
qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex
hoc pane, uiuet in æternum, id eſt, ſi quis meæ in-
carnationis ſacramento perfecte incorporatus,
meæ diuinæ maieſtatis uiſione frui meruerit, hic
perpetua uitæ immortalis beatitudine gaudebit.
Tu autem.

DE EADEM DOMINI- ca. Lucæ XIIII.

¶ In illo tempore: Cum intraret Ieſus in
domum cuiuſdam principis phariſæorũ.
Et reliqua. Homilia Heirici.

AEternus atque inuiſibilis rerum condi-
tor, humanum genus quod per longa ſe
culi tranſeuntis ſpatia mortis perpetuę
legibus aſtrictum erat, ſaluare diſponẽs
nouiſſimis temporibus homo fieri di-
gnatus eſt, mirabili ordine, mirabili prorſus & na-
tiuitate, ut homines quos iuſtitia cenſente dãnaue
rat, clementia dictante redimeret. Et ut maiorem
circa nos ſuæ pietatis allegaret inſtantiam, non ſo
lum homo, uerumetiã pauper & humilis homo fa-
ctus eſt, ut noſtrę condeſcendendo paupertati, ſua
rum nos diuitiarum participes eſſe donaret. Deni-
que intãtum pauper pro nobis factus eſt, ut ne tu-
gurium quidem ad ſubeũdum haberet iuxta quod
ipſe alibi ait: Vulpes foueas habent, & uolucres cœ Mat. 8.
li nidos, filius autem hominis non habet ubi caput Luc. 9.
ſuum reclinet. Hac de cauſa dignabatur hominum
adire conuiuia, non quo affectaret epulas mortali
manu apparatas, ſed quo ſalutem doceret, fidemq;
requireret. Ad hoc ſeſe feſtis hominum facile uoca
tus impertiebat, ut & conuiuas miraculis illuſtra-
ret, & familiæ quæ intra dominum ædes ſeruitio
occupatæ erant, nec liberam accedendi ad eum co
piam habebant, per hanc occaſionem uerbum ſalu
tis audirent, & autorem ſuæ ſaluationis agnoſce-
rent. Nullam enim conditionem ſpreuit, aut a ſua
miſericordia indignam duxit, quia miſeretur om-
nium, & nihil odit eorum quę fecit, ſimiliterque de
omnibus illa cura eſt. Item aliud exordium: Adi-
bat dominus carnalia hominum conuiuia, nõ tam
ut exterioribus miniſtrantium epulis ueſceretur,
quam ut ipſe qui eſt panis de cœlo deſcendens, au-
ditoribus ſuis dapes ſuperni conuiuij erogaret.
Quod inde uerũ eſſe probatur, quia ubicunq; pran
ſurus reſedit, aut docuit aliquid, aut ſigna patrauit,
Quod factum in hoc conſtat conuiuio, de quo præ-
ſens lectio texitur, in quo & miraculum perpetra
uit, & prędicationem exhibuit. Agebat etiam hoc
clementiſſimo pietas affectu, ut familia quæ ſerui-
tute dominorum ſemper occupata, libere ad illum
ubicunq; eſſet confluere nequibat, ipſo ad habita-
cula dominorum dignanter ueniente, in præſentia
illius communiter frui, & doctrinis refici, & mira
culis poſſent lætificari. Simul etiam noui teſtamen
ti futuris prædicatoribus authoritatem præfere-
bat, quatenus uerbum ſalutis dominis & ſubiectis,
liberis & ſeruis, ſuperioribus & inferioribus, om-
nibus abſq; differentia perſonarum impartiens,
& ab his quibus uerbum uitæ nunciabat, humanita
tis obſequia non refugerent exhiberi ſibi digno
commercio, ut quibus ſpiritualia ſeminant, eorum
carnalia metant. Vt ergo dominus ſuę diſpenſatio- 1. Cor. 9
nis impleret officium, intrauit in domum princi-
pis phariſæorum manducare panem. Dies ſabbati
ſacerrimus, & ritu ueteri celeberrimus habebatur
in quo ab omni opere ceſſantes, meditationibus &
conuiuijs indulgebant. Cuius obſeruationem mos
Chriſtianus ad diem dominicam cõpetentius tran
ſtulit, ob reuerentiam dominicæ reſurrectionis.
Quod autem uocato ad principis conuiuium do-
mino dicitur: *Et ipſi obſeruabant eũ*, de ſcribis & pha
riſeis ſubintelligendũ eſt, q ad hoc aderãt, ut eũ po
tius potuiſſent rẽphendere duplici uidelicet mali-
gnitate. Vt ſiue curaret hydropicũ, dãnarent illũ
quaſi legis contemptorem, & ſabbati uiolatorem:
ſiue non curaret, arguerent eum impietatis uel im
poſſibilitatis. Sicut enim dominum ſequebantur, ut
eius prædicationẽ audirent, & miracula uiderent,
ſic e contra ſcribę & phariſæi aderant, ut eũ in ſuis
actibus potuiſſent calumniari. Obſeruare dicimus,
honeſte & uigilanter cuſtodire. Obſeruabãt ergo
eum, hoc eſt, quod callide reprehenſioni eius inten
debant. Quare uero eum obſeruarent, ex eo quod
ſequitur, animaduerti poteſt. ¶ *Et ecce, inquit, homo
hydropicus erat ante illum.* Quia enim ſabbatum erat

conſiderabant utrum languidum eo die curaret,
Ioh. 9. necne. Et ſiquidem curaret, dicturi erant: Non
eſt hic homo a deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Si
uero eum curare nollet, infamarent eum de impoſ-
ſibilitate. Ecce (inquit euangeliſta) homo hydro-
picus erat ante illum. Hydrops morbus, quem la-
tini ueternum nũcupant, ab aqua trahit originem
nominis, quia græce hydor aqua dicitur. Eſt uero
intercutaneus morbus ex interruptione ueſicæ na-
tus tumorem uentris, & anhelitus fœtorẽ faciens.
Habetque hoc proprium, ut quo amplius biberit,
eo magis noxiam in ſe ſitim excitet. ¶ *Et reſpon-
dens, dixit ad illos: Si licet ſabbato curare? At illi tacue-
runt. Ipſe uero apprehenſum ægrum ſanauit eum, ac di-
miſit.* Quod reſpondiſſe dicitur ad eos qui nihil
dixerant, ad illud reſpicit, quod præmiſſum eſt, &
ipſi obſeruabant eum. Qui enim non minus cogi-
tata usquam opera intuetur, non immerito ſic ad co-
gitata quaſi ad dicta uel facta reſpondit. Interro-
gantur, non quo eorum dominus ſpectaret ſenten-
tiam, ſed ut ex ſua melius reſponſione uel tacitur-
nitate confutentur. Vnde & illi undiq; concluſos
ſe aſpicientes, merito interrogati tacuerunt. Quic-
quid enim dixiſſent, contra ſe dictum uidebant.
Si dicerent, licet, audituri erant, quare ergo me ob-
ſeruatis? Si autem dicerent, non licet, nec ſic euaſ-
dere poterant. Nam diceret illis Dominus, quod
& ſubinde eis obiecit: Quare uos ueſtra pecora cu-
ratis ſabbato? Sua ergo eos conſcientia repercuſſos
& tacentes inſpiciens, apprehenſum ægrum ſana-
uit, ac dimiſit. Ideo ſanauit dominus hydropicum
ante præſentiam ſcribarum ac phariſæorum, ut
oſtenderet eis, quia ſicut ille ſanatus eſt corpore,
ita illi ſi in eum credere uellent, in anima ſanari po-
tuiſſent. Prudenti ſane diſpenſatione dominus an-
te legiſperitos & phariſæos hydropicum curat, &
mox contra auaritiam diſputat, ut per illam ægri-
tudinem quam ille patiebatur in corpore, deſigna-
ret illorum infirmitatem qua tabeſcant in mente.
Myſtice uero hydropicus iſte, ipſum Iudæorum ſi-
gnificat populum, qui peſſimo quodam ueterno a-
uariciæ & libidinis prægrauatus erat. Nihil enim
auarius gente Iudæorum erat, nihil ad libidinem
Nu. 24. pronius. Hoc morbo aſſuetos eos Balaam hariolus
& 25. præcognouerat, quando Balach huiuſmodi conſi-
lium dederat, ut eos per mulierẽ pulchritudinem
idololatriæ proſtitueret. Quod uere de ſpirituali
dicimus fornicatione, cui adeo eadem plebs inſer-
uiuit, ut meretricis procacis, & adulteræ nomine
Eze. 16. mulieris per prophetam appelletur. Hydropicus
uero qui ſanatur, ſynagogam præfigurat, in qua
pars illius populi fide a noxio auaritiæ & libidinis
Actu. 4. humore liberata eſt, adeo ut poſt Chriſti aſcenſio-
nem, quotquot eis domorum uel agrorum poſſeſ-
ſores erant, uendentes quæ habere poterant, pre-
cium ante pedes apoſtolorum deferrent, & cauſa
amoris eius uxoribus & omnibus ſeculi affectus
renunciarent. Sed & moraliter hydropicus iſte
quemlibet deſignat auarum uel luxurioſum. Sicut
enim hydropici ſitis eſt inexplebilis, ita auarus
quandam ſitim multiplicat, qui quo ampliora ac-
quiſierit, eo plura per fas & nefas acquirere labo-
Eccẽs. 5. rat. Vnde Salomon ait: Auarus non impletur pecu-
nia. Quia ſitis eius nec inopia minuitur, & nec co-
pia expletur, illa ſuper hoc cõcordante ſententia,
qua dicitur: Semper auarus eget. Pari modo luxu-
rioſus quiſq; quo magis uoluptatem carnis exple-
uerit, eo ad petora perpetranda accenditur, ſicq;
fit ut unde ad horam libidinis incentiuum extin-
guitur, inde mox deterius inflammetur. Diximus
enim morbo hydropico auaritiam ſignificari, quod
ſicut ille aquam, ita iſte ſitit pecuniam. Quo uitio
phariſæos laboraſſe euangeliſta manifeſtat, cum
poſt nonnullas parabolas ſubdit: Audiebant enim Lu. 16.
hæc phariſæi qui erant auari, & deridebant illum.
¶ *Et reſpondens dixit ad illos.* Cum nullius interroga-
tio præceſſerit, quid uult quod tam ſæpe reſpon-
diſſe dicitur ad legiſperitos & phariſæos? Sed hęc
locutio in ſacris uoluminibus habetur uſitata. So-
let enim ſcriptura nullo interrogante, hoc modo
reſpondentis uoce proferre ſententiam. Vnde eſt
illud quod alibi in euangelio legimus: In illo tem-
pore reſpõdẽs Ieſus dixit: Cõfiteor tibi pater dñe Mat. 11.
cœli & terrę. Et certe illo in loco nulla uel patris
uel alicuius interrogatio præceſſerat, ut eũ reſpõ-
diſſe ſancta illa autoritas teſtaretur. Hinc eſt etiã
quod ſanctis mulieribus ad ſepulchrũ domini flen-
tibus, nihilq; interrogantibus de angelo qui peren-
nem Chriſti reſurrectionem nunciare uenerat, di-
citur: Reſpõdens autem angelus dixit mulieribus: Mat. 28.
Nolite timere. Sanato uero ac dimiſſo hydropico,
inuehitur mox in auaritiam calumniatorum ſuo-
rum: Nam ſequitur: ¶ *Et ait illis: Cuius ueſtrum aſi-
nus aut bos in puteum cadit, & non continuo extrahet
illum die ſabbati?* His uerbis ſic dominus ſe calumni-
antes coarguit, ut eos auaritiæ ſtudere conuincat.
Ac ſi aliis uerbis loqueretur: Si uos, inquiens ueſtra
animalia in die ſanctificato, ſi fortę in puteum caſu
ceciderint, eripere feſtinati, etiam cum labore, nõ
ipſis animalibus, ſed auaritiæ ueſtræ operam dan-
tes, quare me reprehenditis, cur hominem ad ima-
ginem dei conditum, multoq; animali præſtantio-
rem, in die ſabbati curem? Et pulchra ratione hy-
dropicum animali in puteum decidenti comparat,
quia animal in puteum labens, aquæ humore labo-
rat, quemadmodum humore grauatur hydropi-
cus. Sicut & in alio loco mulierem curuam, quam
decem & octo annis alligauerat ſatanas, iumento
comparauit, quod ſoluitur ut aquatum ducatur.
Verum in apertiſſimis hiſtoriæ uerbis intimare do- Lu. 13.
let ſuauitas allegoriæ. Nam per bouem & aſinum
uterq; populus, Iudæorum uidelicet & gentium,
intelligitur. Per bouem quidem, cuius ceruix iugo
teritur, cuiusq; labore proſciſſa terra uerſatur, Iu-
daicus conuenientiſſime accipitur populus, qui le-
gis iugum duriſſimum traxerat: cuius ſuperbiam
legis pondus premebat, quiq; ob terrenam fœlici-
tatem, & rerum labentium copiam, deo ſeruiebat.
Graue enim iugum Iudæis fuit circuncisionem ſuf-
ferre, feſtiuitates tabernaculorum ſub dio, hoc eſt,
ſub aſperitate imbriũ, atq; calore ſolis celebrare,
ocium ſabbatorum ſeu feſtiuitatem cuſtodire, & cę-
tera legis onera grauiſſima, in quibus retro cun-
ctis temporibus iam ſeruierunt, obſeruare. Per aſi-
num uero, animal omnis irrationale: & præ cæte-
ris animantibus magis oniferum, gentilis populus
figuratur, qui peccatorum pondere, & malæ inſi-
ræ ſibi conſuetudinis mole præpediti, nequaquam
reſpirare, aut imponentibus reſiſtere ualebant,
ad ſimulacra muta prout docebantur, incedentes.
Poſſunt quoque hæc animalia, duo hominum ge-
nera deſignare. Bos enim qui prouentui frugum
inſudat, ſapientes exprimit. Aſinus uero igno-
bile animal & inſipidum, ſtultos quoſque & uerbi
ratione carentes, per typum oſtendit. Recte igi-
tur Dominus in utroque loco bouem & aſinum
in

in puteum labentes, uel a præſepio ſolutos, ſub ſi
gnificatione Iudaici populi atq; gentilis poſuit,
quia adueniens ipſe mediator dei & hominum in
hunc mundum, omnes ſiue Iudæos ſiue gẽtiles, ſeu
ſapientes ſiue hebetes, duriſſimis peccatorum uin
culis irretitos inuenit, atq; in imo uoluptatis & cõ
cupiſcentię carnalis, tanquam in profunditate pu-
Pro. 5. tei demerſos reperit. Scriptum nanq; eſt: Vinculis
peccatorum ſuorum unuſquiſq; conſtringitur. Et
Rom. 3. Apoſtolus: Omnes peccauerũt, & egent gloria dei.
Apte uero de inſultatoribus domini ſequitur: *Quia
non poterant ad hæc reſpondere illi.* Splendidiſſima
nanq; luce ueritatis euaneſcere uidebant omnes te
nebras falſitatis. Verum dominus cum uideret eos
reſpondere non poſſe, & tamen a malitia & inui-
dia nolle ceſſare, ad eorum qui inuitati erãt, exhor-
tationem, qui fortaſſis ex eius prædicatione profi-
cere poterant, ſermonem conuertit. Intendebat
enim non probo eos ſtudio primos accubitus affe-
ctare. *Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, inten-
dens quomodo primos accubitus eligerent, dicẽs ad eos:
Cum uocatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo
loco.* Hæc admonitio ſaluatoris ad literam utiliter
intellecta, ſalutiferum cunctis documentum exhi-
bet, humilitatem præcipue commendans, & non
ſolum apud deum, uerum etiam apud homines lau
dabilem eſſe declarat. Sed non ab re, quod ſanctus
euangeliſta hanc euangelicam lectionem, parabo-
lam uoluit nuncupare. Parabola enim gręce, latine
ſimilitudo dicitur: In ſimilitudine uero aliud eſt
quod prætenditur per figuram, aliud quod innui-
tur per ueritatem. Quod per nuptias coniunctio
Christi & eccleſiæq; ſignetur, pluribus ex locis ſan-
Mar. 2. cti euangelij conijci datur. Ait enim: Nunquid poſ
ſunt filij nuptiarum ieiunare quandiu cum illis eſt
Mat. 22. ſponſus? Alibi quoq; parabolice loquẽs: Simile eſt,
inquit, regnum cœlorum homini regi qui fecit nu-
ptias filio ſuo. Deus enim pater filio ſuo nuptias
fecit, quando per incarnationis myſterium ſancta
ei eccleſiam fidei & dilectionis dote coniunxit. In
nuptijs nanq; ſponſus ſponſæ coniungitur, ut filij
procreari poſſint. Ita unigenitus dei filius ſponſam
ſibi de gentibus ſanctam eccleſiam coniunxit, &
multos filios ſibi ſpirituales per adoptionem effec
it. Cuius ſponſi thalamus, uterus uirginis Mariæ
fuit, in quo diuinitatem ſuam humanitati noſtræ
per ſuam incarnationem dignanter ſociauit. Ad
has nuptias omnes inuitati ſumus, quicũq; Chriſti
anitatis titulo inſignimur, quicunq; crucis ſtigma-
te præmunimur. Quiſquis ergo has nuptias uoca-
tus adierit, hoc eſt, quicunq; per gratiam fidei ec-
cleſiæ membris ſe coniunxerit, non diſcumbat in
primo loco, hoc eſt, de ſuis meritis gloriãdo, quaſi
de ſingulari priuilegio meritorũ cæteris præferat
ſur, ſed ſemp humilia de ſe ſentire ſtudeat. Neſcit
enim ſi forte honoratior ab illo ſit inuitatus, cui
locũ decogatur. Honoratiori poſt ſe inuitato locũ
dat ille, qui ſecurus de confidentia priſtinę ſuæ cõ-
uerſationis, uidet ſe præiri in bono opere cita agi
litate ab illis qui poſt ſe uocati ſunt. Verbi gratia,
Qui ab ipſis ætatis teneræ incremẽtis ad diuinum
ſeruitium conuertitur, illum plerunq; in bonis ope
ribus præcedunt, qui nouiter de ſeculi ætatibus re
uertentes, in ſanctis actionibus fortes inueniũtur.
Hi ergo & poſt inuitantur, & primi accumbunt,
quia etſi ad religionis exercitium ſero ueniunt, for
tius tamen ſe iuſtitiæ & ſanctitatis lance edocent,
*parte & quod minus habent ex * tempore, ex ſtudij ui-

uacitate compenſant. Et cum rubore nouiſſimum
locum tenere incipit, cum de alijs quam de ſe me-
liora cognoſcens, quicquid prius in ſua actione ma
gnum putabat, ex comparatione alicbi meriti in-
firmum humilimumq; iudicat, cum propheta di- Pſal. 87.
cens: Pauper ſum ego, & in laboribus a iuuentute
mea: exaltatus autem, humiliatus ſum & confuſus.
Quid uero nobis agendum ſit, qualiter in eccleſia
conuerſandum ſit, præceptor diſciplinæ cœleſtis
mox aperire curauit, cum, inquiens, uocatus fueris
ad nuptias, id eſt, cum ueneris in ſocietatem ſan-
ctæ eccleſiæ, recumbe in nouiſſimo loco, id eſt, hu
milia de te ſentire cura, iuxta quod ſcriptum eſt: Eccl. 3.
Quanto magnus es, humiliate in omnibus. Et noli
de tuis gloriari uirtutibus, ſed omnes tibi æſtima
ſuperiores, minimum te omnium, inferiorem cun-
ctis deputa. Tanto enim eris in dei oculis precio-
ſior, quanto fueris in tuis oculis deſpectior, quan-
toq; amplius tibi uilueris, tanto magis deo placi-
bis. ¶ *Vt cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice,
aſcende ſuperius.* Quam ſententiam etiam in præſen
ti conſtat impleri. Quotidie enim dominus nupti-
rum, nuptias eccleſiæ ingreditur: habitus, conſeſ-
ſus, moresq; dijudicat conuiuantium: & eum quem
in humilitate inuenit fundatum, amici nomine ſub-
limatum, beatificat, dicens illi: Amice, aſcende ſu-
perius: Et quem locus uidebatur habere inferior,
ad ſummam eccleſiaſtici culminis promouet digni
tatem, ut ſimul diſcumbentes, hoc eſt, in fide quieſ
centes, magna hunc admiratione glorificent, &
ſtupentes cum Pſalmiſta dicant: Mihi autem nimis Pſal. 138.
honorati ſunt amici tui deus. Veniens ergo domi-
nus Ieſus Chriſtus ad iudicium, quemcunq; humi-
lem inuenerit, glorificabit & exaltabit, atq; ad ſu-
periora aſcendere præcipiet, quia ſcilicet illos ſub
limabit in æterna beatitudine, quos in hac uita de
ſuis uirtutibus humilia ſentire perſpexit, iuxta
quod apoſtolus Petrus ſuos auditores exhortatur 1. Pet. 5.
dicens: Humiliamini ſub potenti manu dei, ut uos
exaltet in die uiſitationis. Vnde & bene ſubditur:
Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Tunc,
id eſt, in fine mundi erit tibi gloria. Verũ quia non
de præſenti, ſed de futuro dicitur, (tunc erit) ad
illam quæ in fine mundi omnibus dabitur electis
beatitudinem referendũ eſt, quando deum quiſq;
uidebit ſicuti eſt. Bene autem dicitur tunc, ne uide
licet ſi quid boni agimus, laudem ab hominibus in
præſenti requiramus, ſed tunc, id eſt, in futura ui- Pro. 20.
ta a deo remunerationem expectemus. Scriptum
nanq; eſt: Hæreditas ad quam feſtinatur in princi-
pio, in nouiſſimo benedictione carebit. Quiſquis
enim gloria uitæ præſentis fuerit delectatus, &
ſummam gloriæ quæ in futurũ debetur, in præſen
ti poſſidere deſiderauerit, ille abſq; dubio æterna
beatitudine carebit, quæ electis ad ſupernam pa-
triam tendentibus reſeruatur. Quę ſententia euan
gelica poteſt & in hac uita iuxta literã ueraciter
intelligi. Qui enim in nouiſſimo loco recumbens
inuenitur, ueniẽte patreſamilias altius ſublimatur,
quia quotidie dominus in conſortio electorum ſpi
ritualiter atque inuiſibiliter ueniens, ſuas nuptias
intrat, quia quotidie, ut diximus, habitus moresq;
fidelium conſiderat, & ſuperbis reſiſtens, eos quos
humiles inuenit, ſæpe alijs præfert, ac tantis mune
ribus ſpecialium donorum glorificat, ut tales illi
qui ſimul diſcumbunt, hoc eſt, qui in eadem fide
quieſcunt, concordi admiratione efferant, procla-
mantes cum Pſalm: Beati quos elegiſti, & aſſumſt

pſiſti domine &c. ¶ *Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Hæc ſubiecta concluſio euangelicæ lectionis, docet præcedentem quoque parabolam debere myſtice intelligi. Patet enim quod non omnis qui ſe coram hominibus exaltat, mox in hac uita humiliabitur: aut qui ſe in conſpectu hominum humiliat, exaltatur, cum contrarium nonnunquam contingere ſoleat, ut is qui in aliquo dignitatis apice ſublimari incipit, uſque ad finem uitæ exaltari non deſinat. Et rurſum, is qui humilis ac uerecundus eſſe inchoat, in ipſa ſua mediocritate uſque in terminum uitæ perduret. *Ergo* quia deus falli non poteſt, cuius uerba ſunt iſta, & ſi hoc in præſenti uita non impletur, reſtat ut in futuro ſine dubio impleatur, tunc ſcilicet, quando impij & ſuperbi humiliabuntur cum diabolo in inferno, audientes a Domino, Ite in ignem æternum, iuſti autem & humiles exaltabũtur a domino, percipientes ab eo uocem optabilem, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Quam ut audire mereamur, ipſe nobis largiri dignetur, qui cum patre & ſpirituſancto uiuit & regnat deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DE EADEM DOMINICA HOMILIA. D. Euſebij Emiſſeni.

IN eo enim quod ad panem manducandum in domum principis Phariſæorum Dominum intraſſe Euangeliſta ſcribit, eũ ſolis neceſſarijs contentum, & non delicioſis cibis inhiaſſe oſtendit. Præſertim quum neque in ipſius principis domo aliud manducaſſe dicatur. In pane tamen, qui in omnibus principatum cibis tenet, omnia ciborum genera intelligere poſſumus. Vnde & de eccleſia dicitur, quia panem ocioſa non comedit. *Et ipſi* (inquit) *obſeruabant eum*, id eſt, inſidiabantur ei, ut uel in uerbis eius aliquid audirent, uel in eius actionibus aliquid uiderent, unde eum reprehendere & accuſare potuiſſent. Quorum iniquam uoluntatẽ Dominus cognoſcens, eiſdem ipſis materiam dabat, in qua ſuę intentionis iniquitatem declararẽt. Hoc enim ſequentia manifeſtant. *Et ecce quidam hydropicus erat ante illum*. Hæc eſt enim materia, qua & Chriſti uirtus & Phariſæorum perfidia manifeſtetur. *Et reſpondens Ieſus dixit ad legiſperitos & ad Phariſæos. Si licet Sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe uero apprehenſum ſanauit eum, ac dimiſit.* Reſpondit utique Ieſus, ſed cogitationibus reſpondit. Cogitabant enim Phariſæi, & intra ſe dicebant: Ecce hydropicus adeſt, & Sabbatum eſt, uideamus quid iſte agat. His enim cogitationibus reſpondens Dominus, ait: Si licet Sabbato curare? At illi utrobique timentes tacuerunt. Si enim dixiſſent quia licet, iam non erat in quo eum reprehendere poſſent. Si uero dixiſſent quia non licet, timebant ſibi, quia & ipſi multa in Sabbato operabantur. Tacuerunt igitur. Ipſe uero ſanauit eum, ac dimiſit. Et quia iam inſultare, & eum reprehendere cogitabant, utpote qui contra legem feciſſet, & Sabbatũ uiolare non timuiſſet, præoccupauit eos, & reſpondens dixit: *Cuius ueſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, &c. Et non poterant ad hæc reſpondere illi.* Quid enim reſponderent, qui ſe tam euidẽti ſyllogiſmo concluſos eſſe uidebant? Sed uideamus quid hydropicus iſte ſignificet: ſignificat enim aliquid. Hydropiſis enim ab aqua dicitur infirmitas. Hydropicus autem quamuis aqua plenus ſit, ſemper tamen ſitiens bibendo ſatiari non poteſt. Vnde & non immerito auaros deſignat: quia quanto plus habent, tanto plus habere deſiderant. Neque uero habendo ſatiatur, quia inſatiabilis amor habẽdi auaritia definitur. Hos tamen, ſi ad Chriſti conuiuium uenirẽ, & ibi abſtinentiam diſcant, & quid appetere & quid abijcere debeant intelligant, ſanat Ieſus. *Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, &c.* Hæc autem ſubinferens exponit, dicens. *Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.* Inuitatus enim Dominus ad conuiuium, conſiderans & intendens quomodo digniores & primos accubitus omnes eligerent, & quomodo ſinguli ſe cæteris anteferre & exaltare deſiderarent, hanc eis parabolam dixit, quæ ad literam quoque intellecta, cunctis honeſtatem diligẽtibus ualde utilis & neceſſaria eſt. Dat enim & minoribus gratiam & maioribus reuerentiam. Sed quia parabola dicitur, aliquid aliud præter literam ſignificatur. Videamus igitur quæ ſunt iſtæ nuptiæ, qui ſunt & illi qui ad nuptias inuitantur. Iſtę enim nuptiæ quotidie in eccleſia fiunt: quotidie Dominus nuptias facit, quia quotidie dominus fideles animas ſibi coniungit, alijs ad baptiſmum uenientibus, alijs hinc ad cœleſtia regna migrantibus. Ad has enim nuptias omnes nos inuitati ſumus, quicunque Chriſti fidem, & ſignaculum ſuſcepimus. Hic illa menſa nobis apponitur, de qua dicitur, Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Hic panis propoſitionis, hic uitulus ſaginatus, hic agnus qui tollit peccata mundi, hic panis uiuus qui de cœlo deſcendit, hic calix noui teſtamenti apponitur nobis. Hic euangelia & Apoſtolorum Epiſtolæ, hic Moyſi & prophetarum libri, quaſi quædam fercula delicijs omnibus referta apponuntur nobis. Quid igitur amplius quærimus? quid primos accubitus eligimus? Vbicunque enim ſedemus, omnibus abundamus & nihilo indigemus. Veruntamen hic ſi accubitus quæris, uade & recumbe in loco, non te ſuperbia eleuet, non ſcientia inflet, non nobilitas extollat: ſed quanto maior es, in omnibus te humilia, & coram deo inuenies gratiam: ut ſuo tempore tibi dicatur, Amice aſcende ſuperius, & tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. In nouiſſimo quidem loco, quantum ad ſe recumbebat Moyſes: quem quum Dominus ad locum ſuperiorem inuitaſſet, & ad filios Iſrael mittere uoluiſſet, reſpondit: Obſecro Domine mitte quem miſſurus es. Non enim ſum eloquens, neque tanti (ac ſi dicat) officij dignus. Saul quoque quum humilis eſſet in oculis ſuis, rex a Domino conſtitutus eſt. Sic & Hieremias in primum locum aſcendere timens, dicebat: A a a Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Similiter autem & Apoſtolus, qui dicebat: Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus uocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei. Primus igitur accubitus, primus in Eccleſia locus, non ambitione, ſed humilitate, non nummis, ſed uirtutibus quærendus eſt. Ad hunc igitur & pueri, & loqui neſcientes, ad hunc indocti, & indiſciplinati aſcendere timeant, ne forte dicatur eis: Da huic locum, & tunc cum rubore tenere incipiant nouiſſimum locum. Omnis enim qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.

FERIA QVARTA QVAtuortemporum. Marc.ix.

¶In illo tempore: Reſpōdens unus de turba, dixit ad Ieſum: Magiſter, attuli filiū meum ad te, habentē ſpiritum mutū, qui ubicunque eū apprehēderit, allidit illū, & ſpumat: & ſtridet dētibus, & areſcit. Et reliq.

Homilia uenerabil. Bedæ presbyteri

NArratur in præcedēti huius ſancti euangelij capitulo, quia ueniens ad diſcipulos ſuos dominus, uidit turbam multam circa eos, & ſcribas conquirentes cum illis. Et confeſtim omnis populus uidens eum, ſtupefactus eſt, & expauerunt, & occurrentes ſalutabant eum. Notanda eſt omnibus locis diſtantia mentis ſcribarum & turbę. Erat autem cum diſcipulis turba, erant & ſcribę. Sed adueniente domino, mox omnis turba ſtupefacta expauit, eumq́ ſalutans occurrit: ſcribæ nihil deuotionis, fidei, humilitatis & reuerentiæ ei exhibuiſſe narrantur. Quid autem cum diſcipulis turbę ſine ſcribę cōquirerēt, euangeliſta non dicit: poteſt neſ (niſi fallor) apte intelligi, de hoc quæſtionem fuiſſe motam, quare ipſi cum eſſent diſcipuli ſaluatoris, ſaluare dæmoniacum qui in medio erat poſitus, non poſſent. Quod ex ſequentibus euangelij uerbis poteſt conijci, dum dicitur: Et interrogauit eos. Quid inter uos cōquiritis? Statimq́ ſubinſert euangeliſta hoc quod modo lectum eſt: ¶*Et reſpondens unus de turba, dixit: Magiſter, attuli filium meū ad te habentem ſpiritum mutum, qui ubicunque eum apprehenderit, allidit eū, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis, ut eijcerent illū, & non potuerunt.* Nondum autem, quod ſemper loca rebus congruunt. In monte dominus orat, transformatur, diſcipulis arcana ſuæ maieſtatis aperit: in inferiora deſcendens, turbæ occurſu excipitur, miſerorū fletu pulſatur. Surſum diſcipulis myſteria regni reſerat: deorſum turbis peccata infidelitatis exprobrat. Surſum patris uocem his qui ſequi poterāt, pandit, deorſum ſpiritus malos ab his qui uexabantur, expellit. Qui etiam nunc pro qualitate meritorum alijs aſcendere, alijs uero non deſiſtit deſcendere. Nam carnales adhuc & inſipientes, quaſi imperfectes, confortat, docet, caſtigat: perfectos autē quorum conuerſatio in cœlis eſt, ſublimius extollendo glorificat, liberius de æternis inſtruit, & ſępe ea q̄ à turbis impediunt ne audiri quidem ualeāt, docet.

Mat.17. Dęmoniacū hūc quē deſcendens de monte dn̄s ſanauit, Marcus ſurdum mutumq́ deſcribit, Matthęus uero lunaticū fuiſſe cōmemorat. Significat autē

Eccl.27. eos de quibus ſcriptum eſt: Stultus ſicut luna mutatur. Qui nunq̄ in eodem ſtatu permanentes, nūc ad illa uitia mutati creſcunt atq́ decreſcūt, qui muti ſunt non confitendo fidem, ſurdi nec ipſm aliquatenus ueritatis audiendo ſermonem. Spumāt aūt, cū ſtultitia tabeſcunt. Stultorum nanque & languenſium atque hebetum eſt, ſpumas ſaliuarum ex ore demittere. Strident dentibus, cum iracundię furore flameſcunt. Areſcunt, quum ocio torpente langueſcunt, & nulla uirtutis induſtria confortati, eneruiter uiuunt. Quod autem ait: Et dixi diſcipulis tuis ut eijcerent illum, & non potuerunt: latenter accuſat apoſtolos, cum impoſsibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem curātium, ſed ad eorum qui curandi ſunt, fidē referatur, dicēte dn̄o, Fiat tibi ſecundum fidem tuam. ¶*Qui reſpōdens eis dixit: O generatio incredula, quandiu apud uos ero? quā-* Mat.9.
diu uos patiar? Non q̄ tædio ſuperatus ſit manſuetus ac mitis, qui non aperuit ſicut agnus coram tondēte os ſuum, nec in uerba furoris erupit, ſed quo ſimilitudinem medici, ſi ægrotum uideat contra præcepta ſua agere, dicat: Vſquequo accedā domū tuam? quouſq́ artis perdam induſtriā, me aliud iubente, & te aliud perpetrante? Interim autem non eſt iratus homini, ſed uitio, & per unum hominem Iudæos arguit infidelitatis, ut ſtatim intulerit: ¶*Afferte ad me illum, inquit, & attulerunt eum. Et cū uidiſſet illum, ſtatim ſpiritus conturbauit illum, & eliſus in terram, uolutabatur ſpumans.* Allatū domino puerum ſpiritus conturbas & allidit, quia ſæpe dum conuerti ad deum poſt peccata conamur, maioribus nouisq́ antiqui hoſtis pulſamur inſidijs. Quod ob id utiq́ callidus facit aduerſarius, ut uel odium uirtutis incutiat, uel expulſionis ſuę uindicet iniuriam. Hinc eſt enim, ut de ſpecie tranſeamus ad genus, quod eccleſiæ ſanctæ primordijs tot grauiſſima inferebat certamina perſecutionum, quod ſuo regno dolebat ſubito animarum illata fuiſſe diſpēdia. ¶*Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis eſt ex quo hoc ei accidit? At ille ait: Ab infantia, & frequenter eum & in ignem & in aquas miſit, ut eum perderet.* Erubeſcat Iulianus, qui dicere audet omnes homines abſq́ ullo peccati contagio naſci in carne, tam innocenter per omnia, quam fuit Adam quando creatus eſt. Quid enim habuit iſte puer, ut ab infantia dæmonio uexaretur acerbiſsimo, ſi non ullo originalis peccati uinculo tenebatur, quē cōſtat nullū adhuc propriū potuiſſe habere pctm̄. Cōfiteatur catholicus, q̄d nemo immunis à noxa primæ ꝑuaricationis naſcit̃, & inuocet gratiā dei qua liberetur de corpore mortis, per Ieſum Chriſtū dominum noſtrum. Intelligat ſcriba doctus in regno cęlorum in hoc dæmoniaco à domino curato, ſaluationem omnium fidelium eſſe deſignatam, qui originalis culpę reatu adſtricti ueniunt in mundū, nec niſi unius redemptoris Ieſu Chriſti fide ſunt & gratia ſaluandi. Quod autem dictū eſt. ¶*Et frequenter eum & in ignē & in aquas miſit,* maxima humanæ uęcordiæ facinora deſignat. Ignis nanq́ ardor ad feruorem iracundiæ referendus eſt, aqua ad uoluptates carnis, quæ diſſoluere mentem per delitias ſolēt. Vel certe in ignē fertur dæmoniacus, quo adulterantium corda ſuccēſa ſunt, & in aquas quę ſolent extinguere charitatē. ¶*Sed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. Ieſus autem ait illi: Si potes credere, omnia poſsibilia credenti.* Aptum dominus reſpōſum reddit petenti. Ipſe enim ait: Si quid potes, adiuua nos. Et dn̄s, ſi potes, loquit̃, credere, poſſum uos miſertus adiuuare. Quia fides non ficta omnia quæ ſalubriter petit, impetrare meretur. Cui contra leproſus qui fideliter clamabat: Dn̄e, ſi uis, potes me Mat.8.
mundare, congruum fidei ſuæ accepit reſponſum, uolo, mundare. ¶*Et continuo exclamans pater pueri cum lacrhymis, aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam.* Nemo repente fit ſummus, ſed in bona conuerſatione à minimis quiſq́ inchoat, ut ad magna perueniat. Alia nanq́ ſunt uirtutis exordia, aliud profectus, aliud ꝑfectio. Si enim & ipſa fides ad perfectionē ſuā non quibuſdam gradibus duceretur, iſte interrogatus an crederet, non reſponderet, credo dn̄e, adiuua incredulitatē meam. Si enim credebat, cur incredulitatē dicebat? Si uero incre-

dulitatem ſe habere nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inſpirationem gratiæ, meritorum ſuorũ gradibus fides creſcit, uno eodemq́ue tempore, is qui necdum perfecte crediderat, ſimul & credebat, & incredulus erat. ¶*Et cum uideret Ieſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritui immũdo dicens illi: Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius non introeas in eum.* Comminatio domini, diuini eſt uirtus imperij. Non autẽ puero qui uim patiebatur, ſed dæmoni qui inferebat, comminatus eſt: quia qui peccantem emendare deſiderat, uitium utiq; increpando & exercendo debet exterminare, ſed hominem amando refouere. Bene autem dominus qui ſpiritum immundũ pellit ab homine, ſimul ne amplius in eum ingrediatur imperat: quia ille ueraciter à dæmoniaca dominatione liberatur, qui ad peccata à quibus ſemel pœnitendo mundatus eſt, uitat male uiuẽdo reuerti. ¶*Et clamans, & multum diſcerpens eum, exijt ab eo.* Exiturus ab homine ſpiritus immundus diſcerpit eum, ac furenti clamore terruit intuentes, quia plerunq; diabolus dum de corde expellitur, acriores in eo tẽtationes generat, quam prius excitauerat, quando hoc quietus poſsidebat. ¶*Et factus eſt ſicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus eſt.* Ieſus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & ſurrexit. Quem hoſtis impius iam fugere cõpulſus ſtrauit ac mortuo ſimilem reddidit, hunc pius ſaluator miti ſuæ dexteræ tactu leuauit. Qui ſicut uerũ ſe eſſe deum potentia ſaluandi docuit, ita etiam ueram ſe carnis habuiſſe naturam more tactus humani declarauit. Negat nanq; Manes inſanus ueraciter eum carne fuiſſe indutum: ſed ipſe cum tot languentes ſuo tactu erexit, mũdauit, illuminauit, hæreſim illius & antequam nata eſſet, damnauit. ¶*Et cum introiſſet domum, diſcipuli eius ſecreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit eis: Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in ieiunio & oratione.* Dum docet Apoſtolos quomodo dæmõ nequiſsimus debeat expelli, omnes inſtituit ad uitam, ut ſcilicet nouerimus grauiora quæq; uel immundorum ſpirituum uel hominum tentamenta, ieiunijs & orationibus eſſe ſuperanda: Iram quoq; domini, cum in ultionem noſtrorum ſcelerum fuerit accenſa, hoc remedio ſingulari poſſe placari.

Ieiuniũ autem generale eſt, non ſolum ab eſcis, ſed à cũctis illecebris abſtinere carnalibus, imo ab omnibus uitiorum continere paſsionibus. Sic & oratio generalis, non in uerbis ſolum eſt, quibus diuinam clementiam inuocamus, uerũ etiam in omnibus quæ in obſequium noſtri conditoris fidei deuotione gerimus, teſtante Apoſtolo qui ait: Semp gaudete, ſine intermiſsione orate. Quomodo enim quis omnibus horis atq; momentis ſine intermiſſione deum poteſt inuocare ſermonibus? Sed tunc
1.Theſ.5 ſine intermiſsione oramus, cum ea ſola opera gerimus, quæ nos pietati noſtri cõmendent autoris. Quo nimirũ ieiunio & qua oratione, iuuante Domino, cunctas antiqui hoſtis debellabimus ac pulſabimus inſidias. Tu autem.

FERIA SEXTA QVAtuor temporum. Luc. VII

¶In illo tempore: Rogabat Ieſum quidã phariſæus, ut manducaret cum illo. Et ingreſſus domum phariſæi, diſcubuit. Et reliqua. Homilia beati Ambroſij epiſcopi.

Hoc loco plerunq; uidentur pati ſcrupulum, & ſerere quæſtiones, utrum nam uideantur euangeliſtæ duo diſcordaſſe de fide, an uero aliquam in dictorum diuerſitate, diuerſitatem ſignare uoluiſſe myſterij. Habes enim in euangelio ſecundum Matthæum, quia Ieſus cum ueniſſet in Bethaniam in do- Mat. 26.
mum Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti precioſi, & recumbente illo ſudit ſuper caput eius. Denique iſtic phariſæus intra ſe dicit, quod ſi eſſet propheta, ſciret peccatricem, & unguentum eius uitare deberet, illic unguento effuſo diſcipuli conqueruntur. Vtrunq; igitur explicandum eſt: ſed ante quod ſcriptorum ordine prius eſt, priorem quoq; ordinem interpretationis accipiat. Venit ergo dominus Ieſus in domum Simonis leproſi. Apparet œconomia, q̃d leproſum non refugit, non uitat immundum, ut maculas humani corporis poſsit abolere. Domus autem leproſi erat in Bethania, quæ per interpretationem domus obedientiæ dicitur. Omnis igitur locus Bethania, portio autem totius loci domus Simonis. Nonne tibi uidetur Bethania mundus hic eſſe, in quo ſeruitij obedientis debemus obſequium? domus autem Simonis leproſi terra eſſe, quæ mundi portio eſt? Princeps autem ſeculi huius quidã leproſus eſt Simon. Ergo Dominus Ieſus Chriſtus ex illis ſuperioribus locis uenit in hunc mundum, & deſcendit in terram. Non erat in hoc mundo, ſed obediente pietate miſſus eſt in hunc mundum. Ioh. 17.
Ipſe dicit: Sicut me miſiſti in mundũ. Audiuit ergo mulier iſta ueniſſe Chriſtum in domum Simonis. Neq; enim ſanari potuiſſet hæc mulier, niſi Chriſtus ueniſſet in terram. Et fortaſſe ideo etiam ipſa ingreditur domum Simonis, quod ſpeciem habebat cuiuſdam ſuperioris, animæ ſcilicet uel eccleſiæ quæ deſcendit in terram, ut bono odore ſibi populum congregaret. Hanc ergo mulierem inducit Matthæus ſupra caput Chriſti effundentem unguentum, & ideo fortaſſe noluit dicere peccatricẽ. Nam peccatrix ſecundum Lucã ſupra pedes Chriſti effudit unguentum. Poteſt ergo nõ eadem eſſe, ne ſibi contrarium euangeliſtæ dixiſſe uideantur. Poteſt etiam quæſtio, meriti & temporis diuerſitate diſſolui, ut adhuc illa peccatrix ſit, iam iſta perfectior. Et ſi enim perſonam non mutat eccleſia uel anima, tamen mutat profectum. Itaq; ſi conſtituas animam fideliter appropinquantem deo, non peccatis turpibus & obſcœnis, ſed pie ſeruientem dei uerbo, habentem immaculatæ fiduciam caſtitatis, aduertis quod ad ipm Chriſti aſcendit caput. Caput autem Chriſti deus eſt, & odorem meritorum 2. Cor. 2.
ſuorum ſpargit. Chriſti enim bonus odor ſumus deo. Deum quippe honorat, bonum fragrans odorem uita iuſtorum. Sed ſi hæc intelligas, uidebis hanc fœminam, uidebis plane beatam (ubicunque fuerit prædicatum hoc euangelium) nominari, nec eius unquam exoleſcere memoriam, eo quod ſupra caput Chriſti bonorum fragrantiam morum, iuſtorumq́; factorum effudit unguentum. Qui accedit ad caput, neſcit extolli, ſicut ille fruſtra inflatus mente carnis ſuæ, & non tenens caput. Sed qui caput nõ tenet Chriſti, uel pedes teneat, quia corpus unum copulatum & ſubminiſtratum creſcit in augmentum dei. Altera eſt illa uel perſona, altera uel profectu, quæ propinqua nobis eſt. Nondum enim peccatis noſtris renunciauimus. Vbi ſunt la- Pſal. 94.
chrymæ, ubi gemitus, ubi fletus? Venite, adoremus

&

& procidamus ante dominum qui fecit nos,ut ſal-
ſem ad pedes Ieſu uenire poſsimus.Nondum enim
poſſumus,quia peccator ad pedes,iuſtus ad caput.
Habet tamen quæ peccauit,unguētum. Defer mi-
hi & tu poſt peccata pœnitentiam, Quocunq; uel
in domum indigni, uel in domum phariſæi audie-
ris Ieſum ueniſſe,contēde prægripere hoſpitis gra-
tiam,præripere regnū cœlorū. A diebus aūt Iohā.
Baptiſtę regnum cœlorū cogitur,& cogētes diri-
piunt illud. Vbicunq; audieris Chriſti nomen, oc-
curre in cuiuſcunq; interiori domo Ieſum intraſſe
Mat.11. cognoueris,& ipſe feſtina.Cū repereris ſapientiā,
cum reperis prudentiam atq; iuſtitiam in alicuius
penetrabilibus recumbētem,accurre ad pedes,hoc
eſt,uel in extrema parte quære ſapientiā. Noli fa-
ſtidire pedes.Fimbriā illa tetigit,& ſanata eſt.La-
chrymis cōfitere delicta.Dicat de te quoq; iuſtitia
illa cœleſtis, Lachrymis ſuis rigauit pedes meos,
& capillis ſuis terſit. Et fortaſsis ideo nō lauit pe-
des ſuos Chriſtus, ut eos lachrymis nos lauare-
mus. Et bonæ lachrymę,in qbus nō ſolū poſſumus
noſtrū lauare delictū,ſed etiam uerbi cœleſtis ri-
gare ueſtigiū,ut eius in nobis greſſus exuberent.
Bonæ lachrymę,in qbus nō ſolum redemptio pec-
Pſal.41. catorū,ſed etiā iuſtorū refectio eſt. Iuſti enim uox
eſt: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes &c. Et ſi
ad caput Chriſti accedere nō potes,tāgat pedibus
ſuis caput tuū Chriſtus:& fimbria eius curat,& pe-
des curant. Expande capillos, ſterne ante eum oēs
tui corporis dignitates.Nō mediocres capilli ſunt,
qui poſſunt pedes tergere Chriſti. Teſtatur hoc
ille, qui quandiu capillos habuit, uinci nequiuit.
Denique & mulierem decaluatam orare non de-
cet. Et habuit plane capillos, quibus Chriſti cir-
cumuoluat ueſtigia, quibus ſuæ crinibus pulchri-
tudinis & decoris ſapientiæ pedes tergat,ut extre-
mo ſaltem diuinæ rore uirtutis humeſcant. Figat
iuſtitiæ pedibus oſcula ſua. Non mediocris meriti
hæc eſt,de qua poteſt dicere ſapientia. ¶ *Ex quo in
trauit, non ceſſauit oſculari pedes meos.* ut aliud niſi ſa-
pientiam loqui neſciat,ut aliud niſi iuſtitiā dilige-
re neſciat,ut aliud niſi caſtitatē libare neſciat,ut a-
liud niſi pudicitiā oſculari neſciat. Oſculū eñ, mu-
tui amoris iudiciū eſt,oſculum pignus eſt charita-
tis. Beatus q poteſt & oleo ungere pedes Chriſti.
Deniq; adhuc Simon oleo nō unxerat, ſed beatior
quę ungit unguēto. Multorū eñ florū in unum col-
lecta gratia, ſpargit odorū uarias ſuauitates. Et
fortaſsis iſtud unguentū non poſsit alius niſi eccle-
ſia ſola deferre,quæ diuerſi ſpiraminis innumera-
biles habet flores: quę merito ſpeciē accipit pecca-
tricis: quia Chriſtus quoq; formā peccatoris acce-
pit. Et ideo nemo poteſt tm̄ diligere,quantum illa
quæ in pluribus diligit. Nec Petrus ipſe dixit: Dñe
tu noſti quia amo te. Nec Petrus ipſe qui doluit qa
interrogatus eſt: Amas me? Quod eñ manifeſtum
erat, nolebat quaſi incognitum quęri. Ergo nec Pe-
trus ipſe,quia eccleſiā dei dilexit In Petro,nec ipſe
Mat.16. Paulus,qa Paulus quoq; eius eſt portio. Et tu plu-
rimum dilige,ut & tibi remittatur plurimum. Mul-
tum peccauit Paulus,qui etiam perſecutor fuit: ſed
multum dilexit,qui uſque ad martyrium perſeue-
rauit. Remiſſa ſunt ei peccata multa, quia & ip-
ſe multum dilexit, qui ſanguine proprio p dei no-
mine non pepercit. Video œconomiam. In domo
phariſęi peccatrix gloriatur,in domo legis & pro-
phetiæ nō phariſæus,ſed eccleſia iuſtificatur. Pha-
riſæus eñ nō credidit,iſta credebat. Deniq; ille di-

cebat: ¶ *Si eſſet hic propheta, ſciret utiq; quæ & qualis
eſt mulier quæ tangit eū* Domus aūt legis Iudęa,quæ
non lapidibus ſcribitur,ſed in tabulis cordis. In
hac iuſtificatur eccleſia,iam lege maior. Lex enim
peccatorum neſcit remiſsionem, lex myſterium
non habet quo occulta mundantur, & ideo quod
in lege minus eſt, conſummatur in euangelio.
¶ *Duo (inquit) debitores erant cuidam fœneratori,
unus debebat denarios quingentos, alius quinquagin ta.*
Qui ſunt iſti debitores duo,niſi populi duo, unus
ex Iudæis,alter ex gentibus, fœneratori illi the-
ſauri cœleſtis obnoxij? Vnus (inquit) debebat de-
narios quingentos, alius quinquaginta. Non me-
diocris eſt iſte denarius, in quo regis imago for-
matur, qui triumphum habet imperatoris expreſ-
ſum. Non materialem fœneratori huic debemus
pecuniam, ſed meritorum exanimo,gra uirtutum,
quarum meritum grauitatis pondere,iuſtitiæ ſpe-
cie, ſono confeſsionis expenditur. Væ mihi ſi non
habuero quod accipiam,aut quia difficile quiſquā
eſt qui fœneratori huic integrum debitum poſsit
exoluere: uæ mihi ſi non petiero, condede mihi de- Iohā.11.
bitum. Non enim nos ita dominus orare docuiſſet,
ut peteremus nobis dimitti debita noſtra, niſi ſci-
ret difficile aliquos fore idoneos debitores. Sed
quis eſt populus iſte qui amplius debet, niſi nos,
quibus amplius creditum eſt? Illis credita ſunt elo-
quia dei,nobis creditur uirginis partus. Habes ta-
lentum, uirginis partum. Habes fidei centeſimum
fructum. Creditus eſt & emanuel nobiſcum deus,
credita domini crux, mors, reſurrectio. Etſi Chri-
ſtus pro omnibus paſſus eſt, pro nobis tamē ſpecia-
liter paſſus eſt,quia pro eccleſia paſſus eſt. Itaque
nō eſt dubium,quod plus debeat qui plus accepit.
Et ſecundū hoīem plus fortaſſe offendit qui plus
debuerit,ſed per miſericordiam dei cauſa mutatur
ut amplius diligat qui amplius debuit, ſi tamē gra-
tiam conſequatur. Gratiam enim & qui reddit ha-
bet,& qui habet,in eo ipſo quod habet ſoluit. Nā
& reddendo habetur,& habēdo redditur. Et ideo
quoniam nihil eſt quod deo digne referre poſsi-
mus. Quid enim referamus pro ſuſceptæ carnis in-
iuria? Quid pro uerberibus,quid pro cruce, obitu,
ſepultura? uæ mihi ſi non dilexerō. Audeo dicere,
non reddidit Petrus,& ideo plus dilexit. Non red-
didit Paulus. Reddidit quidem mortem pro mor-
te,ſed alia non reddidit, quia multa debebat. Au-
di ipſum dicentem,quia non reddidit. Quis prior
dedit illi, & tribuetur ei? Reddamus licet crucem Rom.11.
pro cruce, funus pro funere, nunquid reddimus q̄d
ex ipſo & per ipſum & in ipſo habemus omnia?
Reddamus ergo amorem pro debito, charitatem
pro munere, gratiam pro ſanguinis precio. Plus
enim diligit cui donatur amplius. Sed reuertamur
ad illā ſuperiorē lectionē,cuius conſiliū adhuc nec
apoſtoli intelligūt, q̄d erat abſcōditum à ſeculis in
Deo. Quis eñ cognouit ſenſum dñi? Cōquereban- Ibidem.
tur ergo diſcipuli, qa mulier ſuū caput effudit un-
guentū,& querebant dicētes: Quare hoc ſic perijt?
Potuit uenundari precio,& dari pauperibus. Quid Mat.26.
utique in eorum ſermonibus diſplicuerit, non
potes deprehendere, niſi myſterium intelligas.
Luxurioſi enim hominis, uel potius non hominis
eſt olere unguentum. Certe & ipſi qui olent, unge-
re ſe, non perfundere ſolent. Quid diſplicet, quia
dictū eſt,potuit hoc uenundari precio,& dare pau-
peribus? Certe & ipſe ſupra dixerat. Quicqd uni ex Mat.25.
minimorū horū feceritis,mihi feciſtis. Sed ipſe mor-
tem

tem ſuam pro pauperibus offerebat. Nõ eſt igitur
ſimplex figura,& ideo reſpondit illis dei uerbum:
Quid moleſti eſtis mulieri? Semper pauperes ha-
Pro.3. betis uobiſcum,me aũt non ſemper. Semper ergo
tecum pauperes habes,& ideo benefac.Non igitur
differre debes pauperem , quia tecum ſemper eſt ,
cum tibi propheta dicat: Ne dixeris pauperi, cras
dabo. Sed ille de ſola miſericordia eſt locutus, hic
autem miſericordiæ fidem prætulis, quæ nunc ha-
bet meritum , ſi fide precedente conſeratur. Mit-
tens enim hoc unguentum in corpus meum ,ad ſe-
peliendum me fecit. Non ergo unguentum domi-
nus,ſed charitatem dilexit,fidem ſuſcepit,humili-
tatem probauit Et tu ſi deſideras gratiam , chari-
tatem auge,mitte in corpus Ieſu fidem reſurrecti-
onis,odorem eccleſiæ,communis charitatis unguẽ
tum,& ita progrediens pauperi dabis . Plus tibi
pecunia illa proderit,ſi non tanquam affluentem
tribuas,ſed tanquam profuturam Chriſti nomine
largiaris,ſi ita eã cõſeras pauperi,ut deferas Chri-
ſto. Non ergo iuxta literam tantũmodo accipias
ſuperfuſum capiti unguẽtum (litera enim occidit)
ſed ſecũdum ſpiritum, quia ſpiritus uita eſt. Quod
2.Cor.3 ergo iſtius mulieris unguentum eſt? Quis hoc au-
dire poteſt? Qui tales aures habet,ut dicente Ieſu
uerbum quod accepit à patre, imo quia ipſe uerbũ
eſt, poſsit tantam altitudinem capere myſterij. Et
diſcipuli ex parte intelligunt,& ſi non totum intel
ligunt. Vnde & quidam putant dixiſſe diſcipulos ,
unguenti precio emi fidem gentium debuiſſe, quæ
ſanguinis dominici tãtum precio debebatur. quod
uidetur ueriſimile. Denique Iohannes euangeliſta
inducit ſermone Iudæ Scarioth æſtimatũ trecẽtis
Iohã.12. denarijs illud unguentum,ſicut habes. Potuit enim
uenundari trecentis denarijs , & dari pauperibus.
Trecentorum autem æra,crucis inſigne declarãt.
Sed dominus non perſunctoriam myſterij preſci-
entiam quærit, ſed conſepeliri in ſe fidem creden-
tium mauult. Id tamen de cæterorum apoſtolorũ
uocibus intelligimus. Iudas autem condemnatur
auaritiæ,qui pecuniam dominicæ prætulit ſepul-
turæ : qui etiam ſi de paſsione ſenſit,errauit tamẽ
chara auctione. Vili ſe uult æſtimari Chriſtus , ut
ab omnibus ematur,ne quis pauper deterreatur.
Gratis accepiſtis,gratis date. Pecuniam enim non
quærit diuitiarum altitudo, ſed gratiam. Ipſe nos
precioſo ſanguine emit, non uendidit De quo ple
nius diceremus, niſi à nobiſipſis tractatum alibi re
cordaremur. Ergo ſecundum dicta dei,in quo ſunt
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi,quos ne-
mo potuit præuidere,operari me oportet in ſepul
turam eius,ut caro eius requieuiſſe,non corrupti-
onem uidiſſe credatur. Et mors corporis eius ita
domum noſtram odore ſui compleat,ut credamus
quia in manus patris commendauit ſpiritum ſuũ,
& à morte ſequeſtrata diuinitas,corporalium non
ſubijt conſortium paſsionum. Intelligite quemad-
modum corpus filij unguentatum oleat. Corpus
illud eſt, quod exutum eſt,non quod amiſſum eſt.
Corpus eius traditiões ſunt ſcripturarum,corpus
eius eccleſia eſt. Corporis eius odor ſumus,& ideo
decet,ut mortem corporis eius ornemus , & ſi no-
ſtros illa non requirat ornatus,ſed requirunt pau-
peres. Ornabo corpus eius,ſi fiam ſermonum eius
prædicator , & poſsim gentibus aperire myſteriũ
crucis. Ornauit ille qui dixit, quia prædicamus Chri-
1.Cor.1. ſtum crucifixum,Iudæis quidem ſcandalum,genti-
bus autem ſtultitiã,ipſis uero Iudæis uocatis atq;
Græcis Chriſtum dei uirtutem,& dei ſapientiam.
Ornatur crux,cum id quod per imperitiam ſtultũ
putatur , per euangelium ſapientia æſtimatur, ut
poſsimus docere quemadmodum uirtus aduerſa-
ria per crucem domini deſtruatur. Miſſi in domini
corpus unguentum,ſpirare incipit,quod mortuum
putabatur. Ideo unuſquiſq; adoriatur emere labo-
re ſuo,niſuq; uirtutum alabaſtrum unguenti , non
uile aliquid atq; commune , ſed precioſum alaba-
ſtrum unguenti,& unguentum piſticum. Si enim
quis fidei congreget flores,& prædicet Chriſtum
Ieſum crucifixum in omnem eccleſiam quæ Chri-
ſti corpus eſt,mundo mortua, requieſcens deo, fi-
dei ſuæ transfundit unguentum. Olere incipit to-
ta domus domini paſsionem, olere incipit mortẽ ,
olere incipit reſurrectionẽ , ut poſsit unuſquiſque
ex hoc ſacræ plebis numero dicere : Mihi autem
abſit gloriari,niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti.
Spirat odor , olet unguentum in corpore , ſi quis
poſsit,atq; utinam ego poſsim confidenter loqui,
Mihi autem mundus crucifixus eſt. Non amanti di Gall.6.
uitias,non amanti honores ſeculi,non amanti quæ
ſua ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti. Non amanti quæ
uidentur,ſed quæ non uidentur. Non cupido uitæ,
ſed ei qui feſtinat diſſolui,& cum Chriſto eſſe,cru-
cifixus eſt mundus. Hoc eſt enim crucem tollere ,
& ſequi Chriſtum,ut & nos commoriamur & ſepe
liamur cum eo, ut unguentum quod iſta mulier in
ſepulturã eius miſit,olere poſsimus. Nõ mediocre
iſtud unguentum eſt,quo Chriſti longe lateq; dif-
funditur nomen. Vnde etiam prophetice dictum Can.1.
eſt: Vnguentum exinanitum eſt nomen tuum. Ideo
exinanitum, ut maiore fides odore fragraret . Ex
hac ergo muliere intelligimus illud apoſtolicum Rom.5.
quid ſit: Superabundauit peccatum, ut ſuperabun-
det gratia. Nam ſi in iſta muliere non ſuperabun-
daſſet peccatũ,non ſuperabundaſſet gratia. Agno-
uit enim peccatum,& detulit gratiam. Et ideo lex
neceſſaria,per legem enim peccatum agnoui. Sed
Si lex non fuiſſet ,peccatum lateret. Agnoſcendo
peccatorum ueniam peto. Per legem ergo genera
peccatorum,præuaricationis quoq; crimen agno-
ſco , curro ad pœnitentiam , gratiam conſequor.
Lex ergo autor eſt boni,quæ mittit ad gratiam.

SABBATO QVATVOR temporum. Luc xiij.

¶In illo tẽpore: Dicebat Ieſus turbis ſimi-
litudinem hãc: Arborẽ fici habebat quidã
plantatam in uinea ſua , & uenit quærens
fructum in illa,& non inuenit. Et reliqua.
Homilia beati Gregorij papæ.

DOminus ac redemptor noſter per euã-
gelium ſuum aliquãdo uerbis,aliquan-
do rebus loquitur, aliquãdo aliud uer-
bis,atq; aliud rebus,aliquando aũt hoc
uerbis quod rebus. Duas etenim res fra-
tres audiſtis,ficulneam infructuoſam,& mulierem
curuam,& utriq; rei eſt pietas impenſa. Illud autẽ
dicit per ſimilitudinem , iſtud egit per exhibitio-
nem. Sed hoc ſignificat ficulnea infructoſa , quod
mulier inclinata : & hoc ficulnea reſeruata , quod
mulier erecta . Dominus uineæ tertio uenit ad fi-
culneam,& fructũ minime inuenit, & mulier quæ
erecta eſt,decem & octo annis fuerat curua. hoc
autem decem & octo annorum numero ſignatur ,
quod tertio dominus uineæ ad infructuoſam ficul-
neam,

neam ueniſſe perhibetur. Quia igitur præmittendo ſummatim tota perſtrinximus, iam per lectionis ordinem ſingula diſſecamus. ¶ *Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea, & uenit quærens fructum in illa, & non inuenit.* Quid arbor fici, niſi humanam naturam ſignificando denunciat? Et quid mulier inclinata, niſi eandem humanam naturam ſignificat? Quæ & bene plantata eſt ſicut ficus, & bene creata eſt ſicut mulier. Sed in culpam propria ſponte lapſa neque fructum ſeruat operationis, neque ſtatum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex uoluntate corruens, quia fructum obedientiæ ferre noluit, ſtatum rectitudinis amiſit. Quæ ad Dei ſimilitudinem condita, dum in ſua dignitate non perſtitit, quod plantata uel creata fuerat, ſeruare contempſit. Tertio Dominus uineæ ad ficulneam uenit, quia naturam humani generis ante legem, ſub lege, ſub gratia, expectando, admonendo, uiſitando requiſiuit. ¶ *Dixit autem Dominus ad cultorem uineæ: Ecce anni tres ſunt ex quo uenio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio.* Venit ante legem, quia per naturalem intellectum quid unuſquiſque exemplo ſui, qualiter erga proximum agere debuiſſet, innotuit. Venit in lege, quia præcipiendo docuit. Venit poſt legem per gratiam, quia pietatis ſuæ præſentiam exhibendo monſtrauit. Sed tamen in tribus annis fructum ſe non inueniſſe conqueritur, quia quorundam prauorum mentes nec inſpirata lex naturalis corrigit, nec præcepta erudiunt, nec incarnationis eius miracula conuertūt. Quid uero per cultorem uineæ, niſi præpoſitorum ordo exprimitur? Qui dum præſunt eccleſiæ, nimirum dominicæ uineæ curam gerunt. Huius enim uineæ primus cultor Petrus apoſtolus extitit. Hunc nos indigni ſequimur, inquantum pro eruditione ueſtra, docendo, deprecando, increpando laboramus. Sed cum magno iam timore audiendum eſt, quod cultori uineæ de infructuoſa arbore dicitur: ¶ *Succide eam, ut quid etiam terram occupat?* Vnuſquiſque iuxta modum ſuum, inquātum locum uitæ præſentis tenet, ſi fructum bonæ operationis non exhibet, uelut infructuoſa arbor terram occupat, quia in eo loco in quo ipſe eſt, & alijs operandi occaſionem negat. Sed in hoc ſeculo potens quilibet, ſi fructū non habet bonæ operationis, etiam impedimentum præſtat cæteris: quia quicunque ſub ipſo ſunt, exemplo prauitatis illius quaſi umbra peruerſitatis eius premuntur. Stat deſuper arbor infructuoſa, & ſubter terra ſterilis iacet. Infructuoſæ arboris deſuper umbra denſatur, & ſolis radius ad terram deſcendere nequaquam permittitur: quia dū ſubiecti quilibet patroni peruerſi peruerſa exempla conſpiciunt, ipſi quoque infructuoſi remanētes, ueritatis lumine priuantur, & preſſi umbra, calores ſolis non accipiunt, quia inde remanēt adeo frigidi, unde in hoc ſeculo male protegūtur. Sed de hoc peruerſo quolibet & potente, pene iam requiſitio deo nō eſt. Poſtq̄ enī ſe perdidit, quærendū ſolummodo eſt cur & alios premat. Vnde bene eiuſdem uineæ dominus dicit: Vt quid etiā terrā occupat? Terrā quippe occupat, qui mentes alienas grauat. Terram occupat, qui locū quē occupat, in bonis operibus nō exercet. Sed tamen noſtrū eſt pro talibus deprecari, nā cultor uineæ q̄d dicat audiamus. ¶ *Domine, dimitte illam & hoc anno, uſque dum fodiā circa illā.* Quid eſt circa ficulneā fodere, niſi infructuoſas mētes increpare? Omnis quippe foſſa in imo eſt. Et nimirū increpatio dum mentē ſibi demonſtrat, humiliat. Quoties ergo de peccato ſuo aliquem corripimus, quaſi ex cultura debito circa infructuoſam arborem fodimus. Poſt foſſionē uero quid dicatur audiamus: ¶ *Et mittā cophinū ſtercoris.* Quid eſt cophinus ſtercoris, niſi memoria peccatorum? Pctā etenim carnis, ſtercora uocanī. Vnde & per prophetā dicitur: Computruerunt iumēta in ſtercore ſuo. Iumenta quippe in ſtercore ſuo cōputreſcere, eſt carnales quoque in fœtore luxuriæ uitā finire. Nos itaque quoties carnalem mentē de ſuis peccatis increpamus, q̄ties ad eius memoriam uitia anteacta reducimus, quaſi infructuoſæ arbori cophinū ſtercoris uerſamus, ut malorū quæ egit memoriā recolat, & ad compūctionis gratiā quaſi de fœtore pingueſcat. Mittitur ergo cophinus ſtercoris ad radicem arboris, quādo prauitatis ſuæ conſcientia tangitur memoria cogitationis. Cumque ſe per pœnitentiā ad lamēta mēs excitat, cumque ad bonæ operationis gratiā reformat, quaſi per iactum ſtercoris redit ad fœcunditatē operis radix cordis. Plangit quod feciſſe ſe meminit. Diſplicet ſibi qualē fuiſſe ſe recolit, intentionē cōtra ſe dirigit, atque ad meliora animū accendit. Ex fœtore igitur ad fructum reuiuiſcit arbor, quia de cōſideratione peccati ad bona ſe opera reſuſcitat animus. Et ſunt plerique qui increpationē audiunt, & tamen ad pœnitentiā redire contemnunt, & infructuoſi deo, in hoc ſeculo uirides ſtant. Sed audiamus quid ficulneæ cultor adiungat. ¶ *Si quidem fecerit fructum: ſin autem, in futurū ſuccides eam.* Quia profecto qui hic non uult ad fœcunditatē pingueſcere per increpationē, illic cadit unde iam per pœnitentiam ſurgere non ualet, & in futuro ſuccidetur, quamuis hic ſine fructu uiridis ſtare uideatur. *Erat autē docens in ſynagoga eorum ſabbatis. Et ecce mulier quæ habebat ſpiritū infirmitatis annis decē & octo.* Paulo ante iā diximus quia hoc trinus aduentus domini ad infructuoſam ficulneam, quod decem & octo annorū numerus ad curuatam mulierē ſignat. Sexto enim die homo factus eſt, atque eodem ſexto die opera Dei cuncta perfecta ſunt. Senarius enim numerus in trigonum ductus, decem & octo facit, quia ergo homo qui ſexto die factus eſt, perfecta opera habere noluit, ſed ante legem, ſub lege, atque exordio inchoantis gratiæ infirmus extitit, decē & octo annis mulier curua fuit. Erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Omnis peccator terrena cogitans, cœleſtia non requirens, ſurſum reſpicere non ualet: quia dum deſideria inferiora ſequit̄, à mentis ſuæ rectitudine curuat̄, & hoc uidet q̄d ſine ceſſatione cogitat. Ad corda ueſtra fratres chariſſimi redite, q̄d horis omnibus in cogitationibus ueſtris uoluatis aſpicite. Alius de honoribus, alius de pecunijs, alius de prædiorum ambitu cogitat. Cūcta hæc in imo ſunt, & q̄n mēs in talibus implicat̄, à ſtatu ſuæ rectitudinis flectitur: & q̄a ad cœleſte deſideriū nō aſſurgit, quaſi mulier inclinata ſurſum reſpicere nequaq̄ poteſt. ¶ *Hanc cum uideret Ieſus, uocauit ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manum, & confeſtim erecta eſt.* Vocauit & erexit, quia illuminauit ipſam mulierem & adiuuit. Vocat, ſed non erigit, quando quidem per eius gratiam illuminamur, ſed exigentibus noſtris meritis adiuuari non poſſumus. Plerunque enim uidemus quæ agenda ſunt, ſed opere non implemus: nitimur, & infirmamur: mentis iudicium rectitudinem cōcupiſcit,

Iohel.

Piſcit,ſed ad hanc operis fortitudo ſuccumbit,quę
oimirum iam de pœna peccati eſt, ut ex dono qui-
dem poſsit bonum conſpici,ſed tamen ab eo quod
aſpicitur,contingat per meritum repelli. Vſitata
etenim culpa obligat mentem, ut nequaquam ſur-
gere poſsit ad rectitudinem. Conatur & labitur,
quia ubi ſponte diu perſtitit, ibi & cum noluerit
coacta cadit. Bene de hac noſtra incuruatione,
& typo humani generis per Pſalmiſtam dicitur:
Pſal..18. Incuruatus ſum & humiliatus ſum uſquequaq;.Cō
templatur quippe quod ad ſupernam lucem intuē-
dam homo conditus fuerat, ſed peccatis exigenti-
bus foras miſſus,mentis ſuæ tenebras, ſecum por-
tat,ſuperna appetit,infimis intendit, cœleſtia ne-
quaq̃ deſiderat,terrena ſemp in aīo uerſat, & hoc
quod de ſuo genere doluit,in ſeipſo exclamauit di
cēs: incuruatus & humiliatus ſum uſquequaq;.Cō
plationem nanq; cœleſtiū perdens,ſi ſola carnis ne
ceſſaria homo cogitaret,incuruatus & humiliatus
eſſet,ſed tamen uſquequaq; non eſſet. Quem ergo
à ſupernis cogitationibus non ſolū neceſsitas deij-
cit,ſed etiam uoluptas illicita ſternit, nō ſolum in-
curuatus,ſed uſquequaq; incuruatus eſt. Hinc alius
ꝓpheta de immūdis ſpiritibus dicit: Qui dixerūt
animæ tuæ,incuruare,ut tranſeamus. Recta quip-
pe ſtat anima cum ſuperna deſiderat, & nequaquā
Eſaię 51. flectitur ad ima. Sed maligni ſpiritus cum hanc in
ſua rectitudine ſtare conſpiciunt, per eam tranſi-
re non poſſunt. Tranſire namq; eorum, eſt immun-
da illa deſideria ſpargere. Dicunt ergo, incuruare
ut tranſeamus: quia ſi ipſa ſe ad ima appetenda
non deijcit, contra hanc eorum peruerſitas nulla-
tenus conualeſcit, & tranſire per eam nequeunt,
quam contra ſe rigidam in ſuperna intentione per
timeſcunt. Nos ergo fratres charisſimi, uiam ma-
lignis in nobis ſpiritibus damus, cum terrena con-
cupiſcimus, cum ad temporalia appetenda curua-
mur. Pudeat ergo terrena concupiſcere, & dorſa
mentium aſcendentibus aduerſarijs præbere. Ter-
ram ſemper intuetur qui curuus eſt, & quo præ-
mio ſit redemptus non meminit, quia ima quærit.
Hinc per Moyſen dicitur, ut qui gibbo premitur,
nequaquam ad ſacerdotiū promoueatur. Et quot-
quot Chriſti ſanguine redempti ſumus, membra
eiuſdē ſummi ſacerdotis efficimur. Vnde nobis per
Petrum dicitur: Vos autem genus electum, regale
ſacerdotium. Sed qui gibbum tolerat, ima ſemper
intuetur, à ſacerdotio ergo repellitur, quia quiſq;
ſolis terrenis intentus eſt, ipſe ſibi teſtis eſt, quod
membrum ſummi ſacerdotis non eſt. Hinc rurſus
piſces qui pennulas non habent, ab eſu fidelis po-
puli prohibentur. Piſces quippe qui pennulas ha-
Leui.11. bent, dare etiam ſaltus ſuper aquas ſolent. Quid er-
go pennatis piſcibus niſi electorum animæ figurā-
tur? Quæ profecto ſolę in cœleſtis eccleſiæ corpus
tranſeunt, quæ modo uirtutum pennulis fultæ, ſal-
1.Pet.2. tus dare per cœleſte deſiderium ſciunt, ut ſuperna
per contemplationem appetant, quamuis in ſe ite-
rum ex mortali carne relabātur. Si ergo iam bona
patriæ cœleſtis agnouimus, diſpliceat nobis fra-
tres charisſimi quod curui ſumus. Ponatur ante
Leuit.21 oculos mulier curua, & arbor infructuoſa. Re-
miniſcamur malorum quæ fecimus, mittamus
ad radicem cordis cophinum ſtercoris, ut tunc in
retributiōis fructu pingueſcat, quod nobis hic per
pœnitentiam fœtebat. Et ſi uirtutum ſumma ope-
rari non poſſumus, ipſo deus noſtro gaudet lamen-
to, ex ipſa et iuſtitiæ inchoatione placebimus, quę
iniuſta quæ fecimus puniimus. Nec mora erit fleti-
bus, quia terguut citius trāſeuntes lachrymas gau-
dia manſura. per dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum, qui uiuit & regnat cum patre in unitate ſpiri-
tusſancti deus, per oīa ſecula ſeculorum. Amen.

DOMINIGA DECIMA
nona. Matth xxij.

¶In illo tēpore: Acceſſerūt ad Ieſum pha-
riſæi, & interrogauit eum unus ex his legis
doctor, tentans eū: Magiſter, quod eſt mā-
datum magnum in lege? Et reliqua. Ho-
milia Beati Iohannis epiſcopi.

FRequenter Iudæi diuerſis interrogationi-
bus Chriſtum tentantes, ſibi quidem acq-
ſierunt interitum, nobis aūt prouiderūt ſa-
lutem. Nam uerba Chriſti profecerunt il-
lis ad confuſionem, nobis autem ad ædifi-
cationem, quoniam reſponſis eius uincebātur. Nā
malitia frequenter quidem uincitur, nunquam aūt
placatur. Phariſæi ſunt omnes qui contra ueritate-
rem contendunt, qui non ueritatem defendere cu-
pientes certant, ſed ſubuertere feſtinant. Qui enim
pro ueritate contendit, cognita ueritate conſentit
ueritati. Qui autem contra ueritatem non conſen-
tit ueritati, manifeſtum eſt quoniam prius nō pro
ueritate, ſed contra ueri partē certabat. Audi igi-
tur homo fidelis qui contra hæreticū libenter con
tendis. Si phariſæi placati ſunt, & tu certando cō-
tra hæreticum potes eum placare cum uiceris. Si
autem phariſæi uicti quidem ſunt, placati autem
non ſunt, quomodo tu poteris eos placare cū ui-
ceris? Nunquid Chriſto fortior es, ut quos ille nō
placauit, tu places? Dabuerunt quidem timere Sa-
ducæorum exemplum, ut ne ſimiliter interrogan-
tes confundantur. ſed ardens malitia dum ſe ſatia-
re feſtinat, non aſpicit exitum rei, ut tantummodo
alteri noceat, nec ſibi parcens. Si nemo eum ante ui-
ciſſent, forſitan iſta ratione ſe ſperarent poſſe eum
uincere à quo nullus eſt uictus. Nunc autem uiden-
tes quoniam quotquot eum interrogare auſi ſunt,
omnes uicti receſſerunt, quid æſtimandi ſunt iſti?
Nunquid fortiores q̃ cęteri, q uictis omnibus uin-
cere poſsint? Sed imprudentiores, q̃ omnes qui cō-
fuſis omnibus ante ſe, ſimiliter erubeſcere non ti-
muerunt. ¶ *Conuenerunt in unum, & interrogauit eū
unus legiſdoctor.* Conuenerunt, ut multitudine uin-
cerent, quem ratione ſuperare non poterant. A ue-
ritate nudos ſe eſſe profeſsi ſunt, qui multitudine
ſe armauerunt. Dicebāt enim apud ſe: Vnus loqua-
tur pro omnibus, & omnes loquamur per unum,
ut ſiquidem uiceret, omnes uideamur uictores: ſi
autem uictus fuerit, uel ſolus uideatur confuſus. O
phariſæi qui omnia propter homines cogitatis &
facitis. Primum quidem uenientes cum uno, uincē-
di eſtis per unum: tamen putatis quia uno uicto,
homines non intelligant omnes uos eſſe uictos.
Nunquid conſcientiæ ueſtræ non ſentiunt ſe eſſe
confuſas? Leuis eſt enim conſolatio, qui in ſeipſo
confuſus eſt, quod ab alijs ignoratur. ¶ *Magiſter,
quod eſt mandatum magnum in lege?* Magiſtrum uo-
cat, cuius non uult eſſe diſcipulus. Simpliciſsimus
interrogator, & maligniſsimus inſidiat de magno
mandato interrogat, qui nec minimum obſeruat.
Hic enim debet interrogare de maiore iuſtitia, qui

iam

iam minorem impleuit. Dominus autem ſic eum
reprehendit, ut interrogationis eius fictam con=
ſcientiam ſtatim primo reſponſo percuteret, di:
cens: ¶ *Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo,*
id eſt, non ſicut tu, qui deuotionē oſtendis in ore,
& fraudem meditaris in corde. Magnum autem &
minimum mandatum dicimus, quantum ad digni=
tatem mandatorum, non quantum ad utilitatem:
Alioquin utilitas omnium mandatorum una eſt,
& omnia mandata quæ uidentur eſſe mandatum,
ita ſibi cohærēt, ut alterum ſine altero eſſe nō poſ=
ſit. Vtputa ſi interroget te aliquis, in ædificatio=
ne domorum quæ pars eſt melior? dicis fundamē=
tum. Sed quemadmodum ædificatio non poteſt
eſſe niſi fuerit fundamentum, ita nec fundamentū
poteſt eſſe, niſi ædificatio fuerit ſubſecuta. Nec
dicitur fundamentum, niſi ſit ædificatio cuius fun=
damentum dicatur. Ergo fundamentum ædificati
one dignius eſt, non utilius. Sic & caput dignius
eſt quam membra, tamen nec membra ſine capite,
nec caput ſine membris. Sic digniores ſunt ſacer=
dotes quam populus, non tamē utiliores, quia nec
populus ſine ſacerdotibus, nec ſacerdotes ſine
populo eſſe poſſunt. Ita & dignius eſt hoc manda=
tum, diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo, quám illud, non concupiſces, non occides, ta=
men utilitas una eſt. Nam qui diligit Deum, ille
non occidit aut concupiſcit, qui autem occidit aut
concupiſcit, non diligit dñm deū ſuum. Eſſe autem
minora mandata dñs manifeſtat, ſi quis unum ex
minimis iſtis mandatis ſoluerit, & docuerit ſic ho=
mines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Di=
liges, inquit, non timebis, quia diligere maius eſt
quam timere. Minoratio enim culturæ dei habet
timorem, perfectio autem dilectionem, dicēte Io=
hanne: Perfecta autem dilectio foras mittit timo=
a.Ioh.4. rem. Donec eñ homo timet deum, non eū diligit.
Cum aūt diligere cœperit, iā non eum tantūmodo
timet, ſed etiam amplius diligit. Timere enim ſer=
uorum eſt, diligere filiorum. Timor ſub neceſsita=
te eſt, dilectio in libertate. Qui in timore ſeruit
deo, pœnam quidem euadit, mercedem aūt iuſtitię
non habet, quia inuitus facit bonum propter timo
rem. Non uult ergo deus ut timeatur ab homini=
bus quaſi dñs, ſed ut diligatur quaſi pater, qui ado=
ptionis ſpiritum donauit hominibus. Nam ſi con=
ſideremus ab initio creati hominis cauſam, intelli=
gimus quia deus ſe magis patrem uoluit eſſe ho=
Gene.1. minum quam dominum. Non enim dixit tantum=
modo, faciam hominem, ſed faciamus hominem ſe
cundum imaginem noſtram. Simulare autem con=
uenit filijs ad patres ſuos, non etiam ſeruis ad do=
minos ſuos. Quid eſt diligere deū ex toto corde,
niſi ut cor tuum non ſit inclinatum ad ullius rei di=
lectionē amplius q̃ dei, nec delecteris quaſi ſpecie
mundi amplius quam dei, nō in honoribus, non in
auro uel argento, non in poſſeſsionibus aut uineis,
non in animalibus aut mācipijs, non in ornamētis
aut ueſtibus, non in filijs aut parētibus aut amicis,
ſed hęc oīa exiſtimes tibi eſſe in deo, ut prę his oī=
bus ames deum. *Si* aūt in aliquo horum amor cor=
dis tui fuerit occupatus, iam ex toto non amas de=
um. Pro quanta enim parte cor tuum fuerit ad ali:
quam rem, pro tanta parte minus eſt ad deū. Ecce
ſi uit habeat uxorē, quomodo cognoſcitur uxoris
plena dilectio? Vxor neminem debet ſapientiorem
putare quam uirum ſuū, & ſi ſit alter ſapientior, ta
men illa ſapientiorem eſſe alterum intelligere nō
debet. Vxor neminem fortiorē debet putare q̃ ui=
rum ſuum, & ſi ſit alter fortior, tamen illa intelli=
gere non debet alterum fortiorem. Vxor neminē
debet formoſiorem putare quam uirum ſuum, & ſi
ſit alter formoſior, tamen coram oculis eius alter
formoſior non debet apparere. Perfectum enim
odium, & perfectus amor uerum iudicium nō co=
gnoſcit, utputa ſi perfecte odias aliquem, qualia=
cunq; fuerint apud illum, oīa tibi diſplicent, ſiue q̃
loquitur, ſiue quę agit, & ſi ſint bona, tamē tibi ma=
la uidentur. Sic & ſi perfecte aliquē amas, quæcun=
que ſunt apud eum, tibi placent, ſiue quæ loquitur
ſiue quæ agit: & ſi mala ſunt, tamen tibi bona uidē=
tur. Ergo & uxor ſi uidens aliquem dixerit, quā ſa
piens uir, utinam uir meus talis eſſet, iā amor eius
minus habet aliquid de perfecto amore. *Si* uidens
aliquē dixerit, quā formoſus homo, utinā uir meus
talis eſſet, iā amor eius minus habet aliquid de per
fecto amore. Et pro quanta parte amplius aliquid
laudauerit in altero uiro quā in ſuo, tanto dilectio
minor eſt ad uirū ſuum. Sic ergo & anima omnis
Chriſtiana, quæ ſpōſa eſt Chriſti, ita debet dilige=
re deum, ut nihil ſit in mundo quod amplius amet
quā eum. Pro quāta enim parte plus aliqd amaue=
rit, pro tanta parte minus amat deū. Quid eſt in to *diliges
ta anima * intelligere deū? id eſt, certiſsimū ani= re.
mum habere in ueritate, & firmū eſſe in fide. Alius
eſt eñ amor cordis, & alius eſt amor animę. Amor
cordis quodāmodo carnalis eſt, ut etiā carnaliter
deum amemus, q̄d facere nō poſſumus, niſi receſſe
rimus ab amore mundialium rerū. Sicut eñ caſta
mulier, quæ uirum ſuum amat, nullū alium amat, ſi
aūt alterum amarit, iā non amat uirū ſuum: ita &
homo ſi deū amat, mundū non amat. ſi aūt mundū
amauerit, iam deū ex toto corde non amat. Ergo
cordis amor nō intelligitur in corde, ſed ſentitur,
quia quodammodo carnalis eſt. Amor autē animæ
non ſentitur in corde, ſed intelligitur, q̄a amor ani
mæ iudiciū eſt; puta quod didiciſti unum deū ex q̄
omnia, & unum deum per quem omnia. Si iterum
intellectus tuus alicuius doctrinæ ſeductione per=
cuſſus cœperit dubitare de ſubſtantia dei, in tota
anima nō diligis deum. Iterum qui putat incanta=
tiones aliquid poſſe aut auguria aliquid intellige=
re, aut diuinationes aliquid nunciare, ille nō in to=
ta anima diligit deū. Qui omne bonū credit apud
deum, & omnia bona credit eſſe deum extra deum
non credit eſſe bonū. Qui oēm uirtutem & omnem
ſapientiam credit eſſe deū, extra deū neq; ſapien=
tiam aliquam eſſe credit, neq; uirtutem. Qui credit
deum omnia facere, & ſine deo nihil poſſe fieri, ille
tota mente diligit deū. Quid eſt in tota mēte dili=
gere deum? id eſt, ut oēs ſenſus tui qui pertinent
ad mentē, deo uacent. Cuius intellectus deo mini=
ſtrat, cuius ſapientia circa deū eſt, cuius cogitatio
ea quæ dei ſunt tractat, cuius memoria quæ bona
ſunt recordať, tota mente diligit deū, ſicut ait Apo
ſtolus: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Cuius aūt
aut intellectus quę dei ſunt non intelligit, aut non 1.Cor.14.
ſecundū deū ſapit, aut ſcientia illius uana eſt & ſe=
cularis, aut recordatio illius non eſt bona, aut cogi
tatio diſplicens deo, ille non tota mente diligit de
um. ¶ *Hoc eſt primum & maximum mandatum. Secun=
dum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut
teipſum.* Videtur Chriſtus non ad interrogata re=
ſpondere. Ille enim interrogat, quod eſt mandatū
magnū, puta dixit, diliges dominū, ſi noluit & al=
terū mandatū introducere, debuit minimū dicere

non ſecundū:ſecundum aūt primum reſpicit. Sed
uide quid uoluit oſtendere: Diliges dñm,& pri-
mum & magnum eſt. diliges proximum, magnum
quidem eſt, primū aūt non eſt: & ideo dixit, ſimile
eſt. Conſidera ergo myſteriū. Quis eſt ꝓximus no-
ſter? Chriſtus: qui ſuſcipiens carnē noſtrā, factus eſt
Luc. 10. proximus nobis, ſicut in parabola illa Chriſtus
oſtendit, cum dixiſſet phariſæus: Et quis eſt proxi-
mus meus? introducit hominē à latronibus uulne-
ratum, & à ſacerdote deſpectū, à Samaritano autē
receptū, qui eſt ipſe Chriſtus. Ergo primum māda
tum eſt & magnū, deum patrē diligere, id eſt, co-
gnoſcere. Ergo filius dei magnus ſicut pater. Quic
Iohan. 3. quid enim pater poteſt, & filius poteſt. Pater enim
diligit filium, & oīa dedit in manu eius. Sed quia
omnia filius patre dāte poteſt ſicut pater, ideo pa-
Tit. 2. ter magnus deus & primus, filius aūt magnus deus
quidē, non tamen primus, ſicut ait Apoſtolus: Ex-
pectantes aduentū magni Dei & ſaluatoris noſtri
Ieſu Chriſti. Vt aūt ſimpliciter intelligamus, pro-
ximum noſtrum oēm hominem eſſe fidelē, qui ho-
minem amat fidelem, ſimile eſt ſicut qui deū amat,
quia imago dei eſt homo. Sicut rex in ſua imagine
honoratur uel contemnitur, ſic & deus in homine
uel diligitur, uel oditur. Non poteſt hominē odi-
re qui deum amat, nec poteſt deum amare qui ho-
1. Ioh. 4. minem odit, ſicut Iohannes apoſtolus: Qui dicit ſe
diligere deum, & non diligit fratrem ſuū, mētitur.
Si enim fratrem quem uides, non diligis, deum quē
non uides, quomodo potes diligere? Quis hono-
rat regem, & contemnit eius imaginem? aut quis
honorat imaginem, & autorem contemnit imagi-
nis? Aut ita: Quoniā phariſæi ſciebant quidē quod
eſſet mandatū magnum in lege, & tentantes inter-
rogabant, uolens eis oſtendere, qa non ſufficiebat
eis ſolius dei patris agnitio ad ſalutem, non ſolum
dixit: Diliges dñm deum tuum in toto corde tuo,
& in tota anima tua, ſed addidit, Diliges proximū
tuum ſicut teipſum, qui erat ipſe. Alioquin ſi ad ſo-
lam interrogationem eorum reſpondiſſet, ſuffice-
ret dicere: Diliges dominum deum tuum, & nō adi-
Ioh. 14. deret, proximum tuum ſicut teipſum, ſecundum ꝗd
& alibi dicit: Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcāt te
ſolum uerum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chri-
ſtum. Et uide quia non dixit, Cognoſces Dominū
deum tuum, ſed diliges: quoniam cognoſcere ue-
rum deum, pene proprium eſt humanæ naturę: di-
ligere autem eum, religioſi cordis eſt & recti. Et
quicunque dilexerit Deum ex toto corde, non eſt
poſsibile ut nō perueniat ad filij eius agnitionem,
id eſt, proximi. Ipſa enim dilectio Dei quæ in eo
habetur, illuminans eum, præſtat ei ducatū, ut poſt
patrem cognoſcat & filium. ¶*In his duobus manda-
tis lex pendet & prophetæ.* Qui proximum ſuum di-
ligit, nec occidit, nec mētitur illi quem diligit, nec
falſum teſtimonium dicit de eo quem diligit, nec
mulierem eius inuadit. Sicut odium omne malum
ſuggerit, ſic dilectio omne bonū. Vnde ait Apoſto-
Gala. 5. lus: Eſt fides quæ per dilectionē operatur. Aut ita:
Qm̄ de patre & filio oīs prophetarū & legis ꝑdica-
rio exiſtebat, per quos prophetas agnoſcens quis
proximū ſuū, hoc eſt, filiū dei ad primū & magnū
mandatū perueniebat, ut diligeret dñm deum, me-
lius cognoſcens eum per ſeipſum. ¶*Congregatis au-
tem phariſæis, interrogauit eos Ieſus: Quid uobis uide-
tur de Chriſto? cuius filius eſt? Reſponderunt, Dauid. Et
dixit eis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu uocat eū domi
num, ſi filius eius eſt?* Iudæi exiſtimantes hominem
Chriſtum, tentabāt. Nec enim tentaſſent eum, ſi eū
dei filium credidiſſent. Volens ergo eis Chriſtus
oſtendere, quia cognoſcebat fallaciam cordis eo-
rum, & quia non erat homo qui tentabatur, ſed de-
us, quem nemo poteſt tentare, nec dicere poterat
manifeſte ueritatem de ſe, nec tacere. Dicere enim
non poterat, ne malorum occaſionē blaſphemi in-
uenientes Iudæi, amplius inſanirent. Tacere aūt
non poterāt ueritatem, quia ad hoc uenerat, ut ue-
ritatem annunciaret. Ideo talem interrogationē
eis propoſuit, ut eo tacēte, ipſa interrogatio eius
oſtenderet eis. Nūquid poterat dominus eius eſſe,
qui ex eo fuerat naſciturus? Puto autē hanc inter-
rogationē non ſolū contra phariſæos, ſed et iā con
tra hæreticos poſuit. Nam ſecundū carnē uere fi-
lius erat Dauid, Dñs aūt ſecundū diuinitatē. Si er-
go Chriſtus ſecundum carnē dicitur Chriſtus, aut
ſecundum carnem iuſſus eſt ſedere ad dexterā pa-
tris, ſicut hæretici putant, ex æqualitate mendaci-
um componere feſtinantes, nunꝙ Chriſtus Dauid
filiū eſſe ſe denegaſſet. Nā nobis filius poteſt eſſe, ꝙ
poſt nos futurus eſt, dñs aūt eſſe non poteſt, niſi ꝙ
aut nobiſcum, aut ante nos eſt. Chriſtus aūt ſecun-
dum carnē poſt Dauid eſt, ſecundū diuinitatē autē
ante Dauid. Ergo illū ſignificabat dñm ſuū, illū ſi-
gnificabat iubendū ſedere, qui iā tunc erat, id eſt,
unigenitus deus. ¶*Et nemo poterat ei reſpōdere uer-
bum, neq; auſus eſt quiſquā ex illa die eum amplius inter-
rogare.* Confuſio multorum, facta fuerat diſciplina
cunctorum. Nam & ſi credimus ꝗd oīa ſibi ſecundū
prouidentiam dei agebantur, intelligimus, qm̄ non
illis definentibus interrogare, Chriſtus deſijt do-
cere, ſed quia Chriſtus deſierat, eos iam ulterius
non auſos eſſe interrogare. Nam qui mari termi-
num poſuit, ipſe audaciæ diaboli aduerſum ſe agen-
tis, quando uoluerit, tunc finem ponit.

DE EADEM DOMINICA HO-
milia D. Euſebij Emiſſeni.

PHariſæi autem audientes quod ſilentiū impo-
ſuiſſet Sadducæis, conuenerūt in unum. Re-
cedentibus Phariſæis ueniunt Sadducæi. Ite-
rum recedentibus Sadducæis ueniunt Phariſæi.
Nunc iſti, nunc illi eū tentāt: & quia rationibus eū
capere & tenere non poſſunt, frequenti congreſſu
eum mouere & fatigare conātur. Ipſe tamen om-
nibus reſpondens, alijs ſatisfacit, alios ſapiētiſsime
cōcludit. *Et interrogauit eum unus ex eis legis doctor,
tentans eum. Magiſter, quod eſt mandatum magnū in le-
ge?* Omnes eum tentant, omnes eū magiſtrum uo-
cant: non tamen quaſi à magiſtro ueritatem ab eo
uolūt diſcere, ſed potius (ſi fieri poſsit) eum quaſi
incautum in aliquo ſermone capere deſiderāt. Sed
quid eis prodeſt? nihil eſt ſapientia ignorat. Quid
aūt reſponderit dñs audiamus. *Diliges Dominū Deū
tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota mente
tua. Hoc eſt maximum & primū mandatum. Secundū au-
tem ſimile eſt huic. Diliges proximum tuū ſicut teipſum.
In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet, & prophe-
tæ.* Hæc eſt igitur cauſa quare hęc duo mādata pri-
ma dicantur & maxima, quia tantum poſſunt hęc
duo, quantum & cætera omnia. Aliter enim hæc
mandata neque prima neque ſecunda ſunt, quoni-
am in tabulis lapideis ſcripta non ſunt. Decem
enim ſunt uerba legis, quorum primum eſt, Non
habebis Deos alienos coram me. Primum igi-
tur dicitur hoc mandatum, nō quod in ordine ſcri-
pturæ primum ſit, ſed quod in uirtute ſignifica-
tionis

tionis principale & maximũ ſit. Huic autem ſecun
dum & ſimile eſt, Diliges proximũ tuum ſicut teiſ
pſum: quoniam ſecũdas & ſimiles uires habet poſt
ipſum. Vnde Ioannes Apoſtolus ait: Qui enim non
diligit fratrẽ ſuum quẽ uidet, deũ quem non uidet
quomodo poteſt diligere? Et hoc mãdatum habe-
mus a deo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem
ſuum. Qui enim deũ non diligit, neq; ſeipſum neq;
fratrẽ diligit. Primum eſt igitur ut deum diligat,
deinde ſeipſum, poſtmodum uero fratrem ſuũ tan
quam ſeipſum. Qui enim ſeipſum odit, ſi fratrẽ ſuũ
diligat ſicut ſeipſum, & fratrem ſuum odit. Omnis
enim qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam:
odit igitur & animã fratris ſui, ſi fratrem ſuũ dili-
gat ſicut ſeipſum. Nulli igitur alij dicitur ut dili-
gat fratrem ſuum ſicut ſeipſum, niſi illi qui diligit
ſeipſum. Nemo autem ſeipſum diligit, niſi ille qui
deum diligit. Sic igitur primum mandatum eſt di-
ligere deum, deinde uero proximũ propter deum.
Modus autẽ dilectionis hic eſt, ut ex toto corde,
tota anima, tota mente, & cunctis uiribus deũ dili
gamus: proximũ autem tãquam noſipſos. Plus eſt
enim ſi ex toto corde aliquem diligas, quã ut ſicut
teipſum eum diligas, quia poteſt fieri ut teipſum
non diligas, quẽ ex toto corde & tota anima dili-
gis. Si uis igitur teipſum diligere, prius dilige deũ
ex toto corde. Deinde uero qualã diligis teipſum,
dilige proximũ tuũ ſicut teipſum. Toto enim cor-
de, tota mente, & cunctis uiribus ſancti apoſtoli &
martyres deum dilexerunt, qui occidi quidem po
tuerunt, ab eius tamẽ amore & dilectione ſeparari
nullo modo potuerunt. Et iſti quidem bene dilexe
runt ſeipſos, quia uitam æternam, gloriã & hono-
rem, omnemq; fœlicitatẽ adepti ſunt ſibiipſis. Di-
lexerunt autẽ & proximos ſuos ſicut ſeipſos, quo-
niam hanc eandem gloriam & beatitudinem deſi-
derauerunt illis tãquam ſibiipſis. In his enim duo-
bus mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ.
Omnis enim qui peccat, aut in Deum, aut in ſeip-
ſum, aut in proximum peccat. Qui uero prædicto
dilectionis modo Deum & proximum diligit quo-
modo eos offendet quos tantopere diligit? Nã &
in ſeipſo peccare timet, ne in hoc quoq; Deũ offen-
dat. Si igitur in his duobus mandatis charitas ad-
impletur, & omnia peccata tolluntur, manifeſtum
eſt quod in eis uniuerſa lex pendet, & prophetæ.
Quid enim aliud lex & prophetæ præcipiunt, niſi
ut deũ & proximum diligamus, & à uitijs & pec-
catis, cunctisq; offenſionibus nos abſtineamus? Cõ
gregatis aũt Phariſæis interrogauit eos Ieſus, di-
cens: *Quid uobis uidetur de Chriſto? cuius filius eſt? Di-*
cunt ei, Dauid. Ait illis: *Quomodo ergo Dauid in ſpiritu*
uocat eũ Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo,
ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellũ
pedum tuorum? Si igitur Dauid uocat eum Dominum,
quomodo eius filius eſt? Idem enim ipſe & filius eſt,
& Dominus Dauid: filius quidem ſecundum huma
nitatem, Dominus autem ſecundum diuinitatem.
De ſtirpe nanque Dauid ſecundum carnem natus
eſt Chriſtus. Hoc autẽ Phariſæi non intelligebant,
ſed ſicut cæteros, hominem tantum & non Deum,
Chriſtum quẽ ipſi Meſsiã uocant, fore credebant.
Hac igitur interrogatione ſeipſum & Deũ & ho-
minem, omniumq; creaturarum regem & princi-
pem eſſe oſtendit. Quia enim filius eſt Dauid, ho-
mo eſt: Deus uero, quia eius Dominus eſt, & ad pa
tris dexterã ſedet. In eo autem quod omnes inimi
ci illius pedibus ſunt ſubiecti, omniũ dominus eſſe
oſtenditur. Dauid enim in ſpiritu ſancto uidens
Chriſtũ Dominum noſtrum poſt reſurrectionem
ſuam ad patrẽ reuertentem, illa quę ibi agebantur
ſecreta intelligens, ait: Dixit Dñs pater Dño meo
filio ſuo, ſede à dextris meis: ut ſicut in una ſede ſe-
demus, ita æquales ab omnibus eſſe credamur. Se-
de, inquam, donec ad iudiciũ reuertatis, oẽsq; tui
inimici tuis pedibus ſubijciantur. Et hoc quidem
quia phariſæi non intellexerunt, nemo illorum ei
poterat reſpondere uerbum, neq; auſus fuit quiſ-
quam ex illa die eum amplius interrogare.

DOMINICA XX. POST Pentecoſton Matth. ix.

¶In illo tẽpore: Aſcendẽs Ieſus in nauicu-
lam, transfretauit, & uenit in ciuitatem ſu
am. Et reliqua. Homilia b. Hieronymi.

CHRISTVM in humanis actibus diuina
geſsiſſe myſteria, & in rebus uiſibilibus
inuiſibilia exercuiſſe negocia, lectio ho
dierna monſtrauit. ¶ *Aſcendit, inquit, in*
nauiculam, & transfretauit, & uenit in ciui-
tatem ſuam. Nonne hic eſt qui fugatis fluctibus ma- Exo. 14.
ris, profunda nudauit, ut Iſraeliticus populus in-
ter ſtupentes undas ſicco ueſtigio uelut montium Matt. 14
concaua tranſiret? Nonne ipſe eſt qui Petri pedi-
bus marinos uertices inclinauit, ut tunc liquidum
humanis greſsibus ſolidum præberet obſequium?
Et quid eſt quod ipſe ibi maris ſic denegat ſerui-
tutem, ut breuiſsimi lacus tranſitum ſub mercede
nautica transfretaret? Aſcendit, inquit, in nauicu-
lam, & trãſfretauit. Et quid mirum fratres? Chri-
ſtus uenit ſuſcipere infirmitates noſtras, & ſua no-
bis conferre medicamenta ſanitatis, quia medicus
qui non fert infirmitates, curare neſcit: & qui non
fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non poteſt
conferre ſanitatem. Chriſtus ergo ſi in ſuis mãſiſ-
ſet uirtutibus, commune cum hominibus nihil ha-
beret: & niſi impleſſet carni ordinem, carnis in il-
lo eſſet ocioſa ſuſceptio. Suſtinuit ergo has neceſ-
ſitates, ut homo uerus humanis neceſsitatibus pro
baretur. Aſcendit in nauiculam. Chriſtus nauim à
ſeculi fluctibus ſemper mitigatã aſcendit, ut credẽ
tes in ſe, ad cœleſtem patriam tranquilla nauigati
one perducat, & municipes faciat quos humanita-
tis ſuæ fecit conſortes eſſe. Non ergo Chriſtus in-
diget naui, ſed nauis indiget Chriſto: quia ſine cœ-
leſti gubernatore nauis eccleſiæ per mundanũ pe-
lagus, per tanta & talia diſcrimina ad cœleſtem
portum non ualet peruenire. Hæc diximus fratres
quantum ad intelligentiam ſpiritualem, uerum i-
pſius hiſtoriæ ordinem proſequamur. ¶ *Aſcendẽs,*
inquit, Ieſus in nauiculam transfretauit, & uenit in ciui-
tatem ſuam. Creator rerum orbis Dominus poſtea
quam ſe propter nos noſtra anguſtauit in carne,
cœpit habere humanam patriam, cœpit ciuitatis
Iudaicæ eſſe ciuis, parentes cœpit habere, paren-
tum omnium ipſe parens, ut inuitaret amor, attra-
heret charitas, uinceret affectio, ſuaderet humani-
tas, quos fugarat dominatio, metus diſperſerat, &
fecerat uis poteſtatis exteros. Venit in ciuitatem
ſuam. ¶ *Et obtulerunt ei paralyticum iacentem in le-*
ctulo. Et uidens, inquit, Ieſus fidem illorum, dixit pa-
ralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Au-
dit ueniam, & tacet paralyticus, nec ullam reſpon-
det gratiam, quia plus corporis quam animę tẽde-

bat ad curam, & temporales ærumnas reſoluti corporis ſic deflebat, ut æternas pœnas reſolutioris animæ non defleret, gratiorem ſibi præſentem uitam iudicans quam futuram. Merito ergo Chriſtus offerentium fidem reſpicit, & uecordiam ſic iacentis reſpicit, ut fidei alienæ ſuffragio paralytici anima ante curaretur quam corpus. Reſpiciens, inquit, fidem illorum. Cernite in hoc loco fratres, dominum non quærere inſipientium uoluntates, non expectare ignorantium fidem, non infirmi ſtulta deſideria perſcrutari, ſed alterius fidei ſubuenire. Et reuera fratres quando medicus languentium aut quærit aut reſpicit uoluntates, cum ſemper contraria deſideret & requirat ægrotus? Hinc eſt quod nunc ferrum, nunc ignem, nūc amara pocula ingerit & apponit inuitis, ut curam ſani ſentiant, quam ſentire non poterant ægrotantes. Et ſi homo iniurias deſpicit, maledicta cōtemnit, ut ſauciatis manibus ſponte ultam conferat & ſalutem, quanto magis Chriſtus medicus bonitate diuina morbis ſaucios peccatorum, & phreneſi criminum laborantes ad ſalutem etiam inuitos attrahit & nolentes? O ſi uelimus fratres, o ſi uelimus mentis noſtræ omnes paralyſes ſemper uidere, ut animam noſtram uirtutibus deſtitutam, iacere in uitiorum ſtratibus cerneremus, luceret nobis quē admodum Chriſtus, qui noſtras quotidie noxias deſpicit uoluntates, & ad ſalutaria nos remedia protrahit, ut purget inuitos. Fili, inquit, remittuntur tibi peccata tua. Hæc dicens, deum ſe uolebat intelligi, qui per hominem oculis adhuc latebat humanis. Virtutibus etenim & ſignis comparabatur prophetis, quia per ipſum fecerāt & ipſi uirtutes. Peccatis autem dare ueniam, quia penes hominem non eſt, & eſt ſingulare deitatis inſigne, deum illū pectoribus inſerebat humanis. Probat hoc phariſaicus liuor, nam cum dixiſſet, remittuntur tibi peccata tua, reſponderunt phariſæi: ¶ *Hic blaſphemat. Quis enim poteſt pecata dimittere, niſi ſolu. deus?* Phariſæe qui ſciendo neſcis confitendo negas, cum teſtaris impugnas: Si deus eſt qui remittit peccata, cur tibi Chriſtus deus non eſt, qui in uno indulgentiæ ſuæ munere totius mundi probatur abſtuliſſe peccata? Ecce, inquit, agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iohan.1. Vt autem poſsis maiora capere diuinitatis eius inſignia, audi eum pectoris tui penetraſſe ſecretum. Aſpice eum ad cogitationum tuarum latebras perueniſſe, intellige eum cordis tui nudare conſilium. ¶ *Et cū uidiſſet, inquit, Ieſus cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurge & ambula? Vt ſciatis autem quia filius hominis poteſtatem habet dimittendi peccata, dixit paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam.* Scrutator animorum præuenit mentium magna conſilia, & deitatis ſuæ potentiā operis atteſtatione monſtrauit, dum diſsipati corporis membra componit, neruos ſtringit, iungit oſſa, complet uiſcera, firmat uirtutem, regreſſus ad curſum ſuſcitat in uiuo cadauere iam ſepultos. Tolle lectum tuum, hoc eſt, porta portātem, oneris muta uices, ut quod fuit infirmitatis teſtimonium, ſit probatio ſanitatis: ut lectus doloris tui, ſit meæ curationis indicium: ut receptæ fortitudinis magnitudinē, ponderis afferat magnitudo. Vade, inquit, in domum tuam, ne Chriſtiana fide curatus, in ueteris Iudaicæ perfidiæ iam moreris. Tu autem.

DE EADEM DOMINICA. Matth. ix.

¶ In illo tēpore: Aſcendēs Ieſus in nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatem ſuam. Et reliqua. Homilia eiuſdē lectionis.

CReator rerum Dominus Ieſus, poſtquā ſe propter nos noſtra anguſtauit in carne, cœpit habere patriam, cœpit eſſe ciuis Iudaicæ ciuitatis, ut eos de quibus humanitatem aſſumpſerat, ad credendum ſibi inuitaret, amore & charitate ſuaderet, & affectuoſa humanitate attraheret. Loquens ergo ſanctus euangeliſta Matthæus de domino Ieſu, dicit: ¶ *Quia aſcendens in nauim transfretauit*, hoc eſt, transfretum abijt. Fretum dicitur anguſtum mare à feruore ſcilicet & ebullitione, quoniam mare ibi amplius feruet, ubi anguſtius habetur. Fretum autem hoc loco mare Galilææ debemus intelligere, quod Dominus frequenter tranſnauigabat, ut multitudinem incolarum circunquaque habitantiū ſua aſsidua prædicatione ad ſalutem inuitaret. Ciuitas autem Domini ſecundum carnem Nazareth fuiſſe dicitur, conceptione pariter & nutrimēto eius decorata. Quæſtio ſane inter Marcum & Matthæū oboritur, Quia Marcus dicit hoc ipſum Marc.2. miraculum paralytici in Capharnaū factum, Matthæus uero ita narrat, quaſi ueniente domino in ciuitatem ſuam, quam Nazareth diximus, obtulerunt ei paralyticum, quem & curauit. Quæ quæſtio difficilius ſolueretur, ſi Matthæus in hoc loco etiam Nazareth nominaſſet. Sed quia Nazareth & Capharnaum ciuitates utræque in Galilæa prouincia habentur, ueniens Dominus in Galilæam, rectiſsime in ciuitatem ſuā ueniſſe dicitur, in quocunque oppido Galilææ fuiſſet. Nā & ipſa Galilæa, tota uidelicet prouincia, poteſt dici ciuitas Chriſti. Siquidem & illud regnum Iudæorum numeroſis ciuitatibus quondam ampliſsimum, una domus Iſrael dicitur, nedum etiam una ciuitas dicaſ. Et hoc quid neceſſe eſt lōgius protrahere? Ipſa etiā Chriſti eccleſia, quę per totū orbem diffuſa eſt, ciuitas appellatur. Pſal.86. Dicit enī Pſal. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Cum ergo Dominus hoc ſignum (ſicut Marcus dicit) in Capharnaum fecit, non eſt dubium quod in ſua ciuitate hoc fecerit, pręſertim quia & ipſa Capharnaū in Galilęa, quæ erat prouincia dñi, ita excellebat, ut tanquam metropolis haberetur. Alio quoque modo hęc quęſtio à doctoribus ſoluitur, ut quod dicit Matthæus euangeliſta, transfretaſſe dñm, & ueniſſe in ciuitatem ſuam, prætermiſerit, quid ibi fecerit dñs, & tranſierit ad ſequens miraculum, quod factum eſt de paralytico in Capharnaum, Marcus enim totū ex ordine quomodo geſtum ſit narrat. Vel certe ideo Capharnaū ciuitas domini dicitur, quia in ea uel in finibus eius aſsidue prędicauerit, & maxima miracula operatus ſit, ſicut ipſe Dñs alibi per ſemetipſum illi improperās, dicit: Væ tibi Capharnaum, quę uſque ad cœlum exaltata es, clarificatione ſcilicet miraculorum meorum, uſque ad infernū detraheris. Quia ſi in Tyro & Sidone facta fuiſſent quæ in te facta ſunt, olim in Matt.11. cinere & cilicio pœnitentiam agerent. *Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.* Paralyſin Græci dicūt diſſolutionem membrorum, qui morbus partem corporis quā occupauerit, officijs uniuerſis funditus deſtituit, plerunque uero & totū corpus

pus inuadit. ¶ *Et uidens Ieſus fidem illorum, dixit pa-
ralytico: Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua.* Hæc
dicens, deum ſe uolebat intelligi, quia adhuc per
humanitatē latebat homines, ut uidelicet per hoc
quod peccata dimittere poterat, quod ſolummo-
do dei eſſe conſtat, & non hominis, ad credulita-
tem fidei accedere non dubitarent. Intuendum au-
tem quantum impetrare ualeat fides uniuſcuiuſq;
propria, ſi tantum aliena ualuit, ut ſuo interuentu
alteri ſalutem mentis & corporis ſubito promere-
ri potuerit. Non enim ait euāgeliſta dominum ui-
diſſe fidem illius qui portabatur, ſed eorum potius
qui hunc offerebāt. Qua in re magna quidē & uti-
lis nobis commendatur humilitas, ut ueraciter cre-
damus per eorum qui deo accepti ſunt, interceſſio-
nem adiuuari eos qui aut minus digni ſunt per ſe
exaudiri, aut etiam propriæ infirmitatis conſcij,
bonorum hominum ſe interceſſioni commendāt,
ut eorum opere & temporale & ſpirituale à deo
auxilium conſequantur. Confide, inquit dominus,
fili. Miranda eſt humilis in redemptore noſtro di-
gnatio, qui hominem inualidum, & in toto corpo-
re tabefactum, filium uocare dignatur, quem ſcri-
bæ & phariſæi nec dignabantur attingere. Quod
ſi ad opus diuinum quod in homine gerebatur, at-
tendimus, merito filium uocat quem à peccatis
abſoluit. In hoc etiam, quod curaturus à ſua infir-
mitate hominem, prius peccata illi dimittit, qui-
bus eandem infirmitatem contraxit, poſtea eum ſa-
nitati reſtituit, oſtendit eum ob meritum culparū
damnatum fuiſſe debilitate membrorum, nec ali-
ter poſſe euadere ęgritudinem corporis, niſi prius
liberaretur ab infirmitate incommoda cordis. Di-
mittuntur, inquit, tibi peccata. Audiens paralyti-
cus ueniam delictorum ſibi à domino repromitti,
non aliquid Chriſto reſpondet, nec gratiā uel lau-
dem illi rependit, quia ſcilicet plus corporis quam
animæ deſiderabat ſalutem, & gratiorem ſibi præ-
ſentem uitam iudicabat, quam futuram. Sed Chri-
ſtus non ucordiā iacentis reſpicit, imo fidem offe-
rentium intendēs, ingrato peccata dimittit. Et qa
ſemper uirtutibus inuidia comes eſt, audiamus qd
ſequitur. ¶ *Hic blaſphemat.* Non uoce oris hoc dixe-
runt, ſed in ſecreto cordis. Quod manifeſtat euan-
geliſta, cum dicit: ¶ *Et cum uidiſſet Ieſus cogitationes
eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris?*
Quid autem uocarent blaſphemiam, Marcus ma-
nifeſtius exponit, dicens: Et cogitabāt, inquit, qui-
dam de ſcribis in cordibus ſuis, dicentes: Quis po-
Mat. 2. teſt peccata dimittere, niſi ſolus deus? Legerant ſi-
quidem ſcriptū in prophetis, dicente domino: Ego
ſum qui deleo iniquitates tuas. Etiam indignaban-
Iſaiæ. 43 tur quod Chriſtus, quem purum hominem exiſti-
mabant, paralytico peccatorum ueniā promiſiſſet
tanquā deus. Quamuis ergo neſcientes, uerū dicūt
ſcribæ & phariſæi, qa nemo poteſt peccata dimit-
tere niſi ſolus deus: qui per eos quoq; dimittit qui-
bus poteſtatē dimittēdi tribuit. Et ideo Chriſtus
uerus deus eſſe probatur, quia peccata quibus uult,
dimittere ualet. ¶ *Et cum uidiſſet Ieſus cogitationes
eorum.* Scrutator animorum deus, præueniens mē-
tium mala conſilia, oſtendit ſcribis blaſphemanti-
bus ſe Deum eſſe, qui poteſt etiam occulta cordis
eorum euidenter agnoſcere, & quaſi tacens loqui-
tur: Vt cognoſcatis me ueraciter deū eſſe, manife-
ſtum uobis fit, latebras etiam cogitationum ueſtra-
rū me apertiſſime cognoſcere. Ea ergo poteſtate
deitatis, qua cogitatiōes ueſtras intueri ualeo, co-
gnoſcite etiā hominibus peccata me poſſe dimit-
tere. ¶ *Quid facilius eſt dicere, dimittuntur tibi pecca-
ta tua, an dicere, ſurge & ambula?* Vtrum paralytico
peccata fuerint dimiſſa, ſolus Chriſtus nouerat, qui
dimittebat. Surgentem autem & ambulantem il-
lum, omnes qui aſſiſtebant, uiſu approbare pote-
rant. Et ideo dominus carnale ſignū ſanitatis ex-
trinſecus operatus eſt, ut ſpirituale ſignū, hoc eſt,
ueniam peccatorum, intrinſecus probaretur feciſ-
ſe. ¶ *Vt ſciatis autem, quia filius hominis habet poteſta-
tem in terra dimittendi peccata, tūc ait paralytico: Sur-
ge.* Patet quia & ſi deus, qui quātum occaſus diſtat
ab oriente, lōge fecit à nobis iniquitates noſtras,
& filius hominis habet poteſtatem dimittēdi pec-
cata, ergo idem ipſe eſt Chriſtus & deus & filius
hominis. Deus, qui per diuinitatem peccata dimit-
tit: filius hominis, qui per humanitatem pro pecca-
toribus mori potuit. Quod aūt dicit, tunc ait para-
lytico, uerba ſunt euangeliſtæ. ¶ *Tolle, ait, lectum
tuum.* hoc eſt, porta portantem te, ut quod fuit te-
ſtimonium infirmitatis, ſit probatio ſanitatis. ¶ *Et
ſurrexit, & abijt in domum ſuam.* Inter dictum domi-
ni, & factum, nulla diſtantia eſt. Ipſe dixit, & facta Pſal. 148
ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Et omnia quæ-
cunque uoluit, fecit. Inter dicere autem noſtrum
& facere, plurima diſtantia eſt, quia facile quidem
loqui poſſumus, ſed cum labore operamur. Chriſti
uero dictum mox opera comitātur, quoniam ipſe
dixit, & facta ſunt. Ait ergo: Quid eſt facilius dice-
re, dimittūtur tibi peccata, an dicere, ſurge & am-
bula? Ac ſi dicat: Sicut facile eſt mihi, dicere, dimit-
tuntur tibi peccata, & continuo dimittuntur. Vi-
dentes turbæ, id eſt, populi ſignum quod fecerat,
timuerunt deum, & glorificauerunt eum qui dedit
poteſtatem talem hominibus, ſcilicet ut homo in-
ter homines poſitus, poſſet ſanitatem cuicunque
uellet, tribuere. Confutatis igitur illis qui dominū
blaſphemiæ arguebant, merito ſtupentes turbę, in
laudem creatoris proſiliunt. Ad cuius imperium
nulla interueniente mora, feſtina ſalus totum ho-
minem repente poſſedit. Ex curatione autem iſti-
us paralytici, datur nobis intelligi pleraſq; incom-
moditates hominibus propter peccata continge-
re. Quin & ſiquidem [illegible] ex diuerſitate cauſarum tradun-
tur, pro quibus corporibus humanis temporales
moleſtiæ diuinitus inſeruntur. Aut enim ad augen-
da merita per patientiam electi in infirmitate cor-
poris grauantur, ut B. Iob & Thobię cōtigit. Aut
ad cuſtodiam uirtutum, ne ſuperbia tentante defi-
ciantur, ſicut Apoſtolo Paulo datus eſt ſtimulus 2. Cor. 12
carnis, ne magnitudine reuelationū extolleretur.
Aut ad intelligenda & corrigenda peccata, ſicut
Maria ſoror Aaron, ꝓpter temeritatis uerba lepra Num. 12
ꝑcuſſa eſt, ſicut etiā paralyticus de quo agimus, qui ut
potuiſſet curari, primum remiſſione peccatorū in-
diguit. Aut ad gloriam dei, ſicut infirmitas Lazari
non ad mortē, ſed pro gloria dei fuit. Aut ad incho- Iohā. 11
ationem æternæ damnationis, quod proprie re-
proborum eſt, ſicut Antiochus & Herodes, qui quod in
gehenna paſſuri erant, præſenti miſeria cūctis oſtē-
debāt, quibus illud conuenit propheticū: Et dupli- Iere. 17
ci contritione contere eos. Vnde quoniā qua cau-
ſa flagellemur, ſcire non poſſumus, neceſſe eſt ut in
omnibus aduerſis quæ tēporaliter patimur, humi-
liter domino gratias aga[illegible]. Et quicquid nos pec-
caſſe depreh[e]nderimus, [illegible] ſatisfactione pur-
gemus, ut quandoque de attributis diuinæ pietatis
beneficijs perfecte gratulemur. Hæc curatio pa-

ralytici à ſaluatore mirabiliter patrata, iuxta literã manifeſta eſt. Sed q̃a in humanis actibus Chriſti diuina ſemper latent myſteria, conſiderandum quid tranſfretatio domini in ſuam ciuitatem, allegorice ſignificet. Ait enim euangeliſta: Aſcendens Ieſus in nauiculam transfretauit, & uenit in ciuitatem ſuam. Superius ſanctus Matthæus narrauit, quia dominus poſtquã in mari dormiuit, atq; excitatus tempeſtates ſedauit, uenit in regionẽ Gerazenorum, ubi hominem curauit, quem legio dæmonum inuaſerat, mox ꝗ ſicut præſens lectio narrat, adiungit, quia aſcenſa naui transfretauit, & uenit in ciuitatem ſuam. Allegorice per nauiculam quam dominus aſcendit, allegorice ſignificat crux dominicæ paſsionis, in quam dñs ipſe aſcendit: uel ipſum corpus dñicum q̃d in ea pependit: uel ſpecialiter anima uniuſcuiuſq; fidelis, ſiue generaliter uniuerſa ſancta eccleſia. Per mare autem quod dñs transfretauit, deſignatur præſens ſeculum, q̃d frequentiſsimis tribulationum anguſtijs quaſi quibuſdam procellis commouetur. Per Nazareth uero ciuitatem in qua dominus conceptus & nutritus fuit, quæ interpretatur flos ſiue cuſtodia, non immerito deſignatur ſancta eccleſia, hoc eſt, multitudo electorum, quæ ne florem fidei, aut boni operis fructum amittat, gratia dei mundatur à ſordibus uitiorum, & cuſtoditur ab incurſu inſidiantiũ dæmonum. Quod ergo dñs poſtq̃ in mari dormiuit, regionem Gerazenorum adijt, atq; inde reuertẽs in patriam ſuã remeauit, ſignificat, quia reſurgens à ſomno mortis ad populũ gentium ab incurſu dæmonũ curandũ per apoſtolos, tranſiuit. Sed cũ intrauerit plenitudo gentium, mox ad ciues ſuos Iudæos per illius tẽporis ꝑdicatores reuertetur. Ibi curauit paralyticum, populũ ſcilicet Iudæorum à peccatis, tam originalibus quam actualibus, emũdando oẽs qui præordinati ſunt ad uitã æternam. Iterum alio modo: Aſcendens dñs in nauim, transfretauit & uenit in ciuitatẽ ſuam. Quia aſcendens in crucem, quæ deſignatur per nauim, poſt deuictus & calcatos fluctus perturbationũ iſtius ſeculi, uenit in ciuitatẽ ſuam. i. eccleſiam, quæ teſtãte Pſal. ciuitas dei uocatur: Glorioſa (inquit) dicta ſunt de te ciuitas dei. In quo loco nomine ciuitatis eccle-

Pſal. 86. ſia, hoc eſt, multitudo ſignificatur electorũ. Tunc autem dñs in ciuitatem ſuam, id eſt, eccleſiam, uenit, cum per prædicationem apoſtolorum in cordibus electorum aſcendit. Cum enim ſancti Apoſtoli auditores ſuos ad hanc fidem ſua prædicatione perducebant, ut crederent diuinitatem filij dei in utero uirginis humanæ infirmitati ſociatã, & in eadem carne natum, crucifixum, atque ſepultum, & tertia die reſurrexiſſe, ac idem corpus ad cœlũ aſſumpſiſſe, & in eo ad dexteram patris in cœleſtibus conſidere, atque in eo rediturum in fine ſeculi ad iudicandos uiuos & mortuos: idem Chriſtus in ſancta eccleſia, hoc eſt in cordibus credentium per fidem aſcendit. Et *ecce offerebant ei paralyticum.* Paralyticus iſte in lecto iacens, moraliter ſignificat animam infelicem, quæ in delectatione peccati tanquam in lectulo quodam miſerabiliter requieſcit. Cuius paralytici curatio deſignat curationem ac reparationẽ eiuſdem languentis animæ, quæ poſt longum errorem carnalis uoluptatis, ad creatorem ſuum reuerti deſiderat. Sed & anima ut ſaluari queat, proprijs indiget portatoribus, hoc eſt bonis doctoribus, q ſua doctrina ſpẽ ſãuitis et ſubminiſtrens, & ſua ſanctitate opem intercesſionis coram dño impendant. Qui bene, ut Marcus oſtendit, quatuor fuiſſe reperiuntur, propter quatuor uidelicet libros euangeliorum, quibus conſtat fundamentum totius doctrinæ, ſiue ꝓpter quatuor principales uirtutes, q̃bus ſanitas uniuſcuiuſq; conſtat animæ, prudentiã ſcilicet, fortitudinẽ, temperantiã, atq; iuſtitiã, quæ ab alijs nominantur ſobrietas, ſapientia, fortitudo, atq; iuſtitia, quibus utilius nihil eſt in uita humana. Quæcunq; enim anima doctrina quatuor euangeliorum fuerit imbuta, & his quatuor uirtutibus ſuffulta, merebitur à Domino integram ſanitatem recipere, adeo ut ſurgat, lectum ſuum tollat, & ad domum redeat. Vnde & ſubditur: *Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam.* Per lectum deſignatur corpus cuiuſlibet hominis. Sed enim anima in corpore quemadmodum in ſtratu ſuo requieſcit. Vel certe per lectum proximus noſter intelligitur, ad quem tempore tribulationis & anguſtiæ tanquam ad repauſandum ſecuri recurrimus. ¶ *Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam magnificans Deum.* Fecit Dominus ſignum hoc tunc in paralytico corporaliter, facit & hoc quotidie in ſancta eccleſia ſpiritualiter. Sicut enim præcepit paralytico ut ſurgeret, & portaret lectum ſuum, à quo portatus fuerat, ita quotidie nobis in uitijs carnalibus tanquam delectabiliter in lecto iacentibus, iubet diuinitus ut ſurgamus. Et poſtquam à peccatis ſurreximus, imperat ut infirmitates quoque aliorum ſiue corporum, ſiue morum portare curemus, quemadmodum & nos tempore noſtræ infirmitatis à fratribus portati ſumus. Et quoniam per lectum carnem etiam ſignificari diximus, imperat etiam ſurgentibus ut lectulum noſtrum portemus, hoc eſt, ut carnem noſtram, quæ nos portauit ad uitia, nos reportare ſtudeamus ad uirtutem continentiæ, ut quæ nos læta traxit ad culpam, afflicta reducat ad ueniam. Imperat autem hoc nobis dominus quotidie per ſemetipſum, hoc eſt, per annunciationem euangelij, per dicta prophetarum, & per uaria ac diuerſa ſanctorum exempla. Ait ergo Dominus paralytico: Surge, tolle lectum tuum. Ac ſi animæ dicat in peccatis iacenti: Surge de uicijs ſcilicet carnis ad uirtutes ſpirituales, & porta lectum tuum, hoc eſt, carnem corporis tui, quæ te portauit ad peccatum & culpam, reporta ad ueniam. Vel porta lectum tuum, id eſt, fratrem tuum, à quo & tu portatus es: & uade in domum tuã, id eſt, qui per diuerſa uitiorum flagitia aberraſti, reuertere ad cuſtodiã tui. Domum quippe redire, eſt unumquenq; errantem ad cuſtodiam ſui reuerti, & ſemetipſum in mãdatis ſui creatoris conſtringere, ut totus homo, interior uidelicet & exterior, deo poſsit placere. Domus etiã noſtra intelligitur paradiſus, à q̃ quia per incontinentiã cecidimus, neceſſe eſt ut per continẽtiam redeamus. Sed dum talis anima quæ peccatis lãguerat, recurrit ad ueniã, fit plerunq; ut hoc multi uidentes, in dei laude exardeſcãt. Vnde & hic ſubditur: ¶ *Quia uidentes turbæ, timuerunt & glorificauerunt deum,* qui dedit poteſtatem talem hominibus. Hominibus dicit, uel paralytico ſcilicet, qui debilitate corporis confectus, ad iuſsionẽ Chriſti ſtatim reſurgere potuit, & lectũ portare: uel potius domino noſtro Ieſu Chriſto, qui ſolus ſermone ſanitatẽ animæ ſimul & corporis homini mẽbris diſſoluto reſtituere uoluit. Simili modo & in anima hoĩs languentis ſpiritualiter fit. Nam dum is qui diutius tacuerat, ad

Merc.

ueniam

ueniam recurrere cõſpicitur, multi infidelium glorificant deum, qui dat poteſtatem talem hominibus, ut poſt longam uitiorum calamitatem reſurgere ualeant ad ſalutem animarum. Nam quandocunq; ſanitas, ſiue in corpore, ſiue in anima accidit, ab ipſo tribuitur. Vnde & ipſe Ieſus, qui & ſaluator uocatur, quoniam ipſe ſaluum facit populũ ſuum a peccato eorum. Qui uiuit & regnat cum patre & ſpirituſancto. &c.

DE EADEM DOMINICA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

HOc enim in loco ciuitatem ſuam non Nazareth, ſed Capharnaum intelligere debemus. Vtraq; enim ciuitas eius dicitur. illa quidem, quia ibi nutritus eſt: iſta uero, quia ad tempus in ea habitauit. Sic enim ſuperius dicitur, quia relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in Capharnaũ maritimam. *Et ecce offerebant ei paralyticum in lecto iacentem.* Spiritualiter autẽ ciuitas dei, Eccleſia eſt. Quicunq; igitur es qui aliqua infirmitate grauaris, & ſanari deſideras, ueni ad eccleſiã, ueni ad ciuitatem Dei. Ibi illum medicũ inuenies, qui (ſicut de eo ſcriptum eſt) omnes languores ſanat, & omnes infirmitates: ibi inuenies illa medicamina, qbus ſuſceptis omnis infirmitas tollitur, & omnis ægritudo fugatur, ibi inuenies balneum in quo æger ut lotus fuerit, cõfeſtim ab omni infirmitate ſanabitur. Ibi renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua, & in nouã creaturã uetera omnia commutabuntur. Illuminantur cæci, curãtur paralytici, mundantur leproſi, & mortui ſuſcitantur. Hanc igitur ciuitatẽ illa ciuitas ſignificat, de quo modo hic dicitur, quia uenit Ieſus in ciuitatẽ ſuã: & ecce offerebant ei paralyticum in lecto iacentem. Marcus autẽ dicit quia paralyticus iſte a quatuor portabatur. Iſte paralyticus, ſpiritus hominis eſt, qui & anima uocatur. Hic autẽ in lecto, id eſt, in corpore iacet, & inde grauatur unde quietẽ habere debuerat. Corpus enim quod corrũpitur, aggrauat animã. Ideo enim infirmatur ſpiritus, qa nõ bene iacet. Ille enim ſpũs paralyticus eſt, qui ſuæ poteſtatis non eſt. Paralyſis enim quodcunq; membrum arripuerit, quodammodo inſenſibile & quaſi mortuum & inutile facit. Quæ enim anima paralytica eſt, nec oculos uidendi, nec aures audiendi habet. Sed qui ſunt iſti quatuor qui hunc paralyticũ portant, & domino offerunt? Per hos enim neſcio qui melius quam quatuor Euangeliſtæ intelligi poſſint. Nulla enim anima niſi per iſtos domino offertur, nulla anima niſi per iſtorum fidem ſanatur. Vnde & hic dicitur: *Et uidens Ieſus fidem illorum, dixit Paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Ac ſi dicat: Tu quidem infirmus es, ſed illi qui te ferunt, ſani ſunt: illorum fides te ſanat, ſi in illorum fide confidis. Confide igitur fili, factus es mihi filius per fidem, remittuntur tibi peccata tua. Vides quomodo ipſe Dominus euangelium ſuum exponat? quomodo per ea quæ foris aguntur, ſi quis tamen oculos habeat, & nondum totus paralyticus iaceat, intus nos ſpiritualiter doceat? In hoc enim quod ait: *Remittuntur tibi peccata tua,* interiorem hominem, id eſt, ſpiritum, paralyticum eſſe demonſtrat. Quæ eſt enim infirmitas animæ, niſi peccatum? Hæc igitur auferantur, hic morbus tollatur, & ſanabitur anima. Hoc enim non dixiſſet, ſi ad corporis infirmitatẽ reſpexiſſet. Nõ ideo corpus ſanatur, quia anima a peccatis liberatur. Apoſtolus enim dicit: Cum autem infirmor, tunc fortior ſum: ſignificans carnis infirmitate ſpiritũ corroborari. Hoc autẽ ſcribæ, qui ibi aderant, male intelligentes, & non animæ, ſed corporis paralyſin attendẽtes, Chriſtum deum blaſphemaſſe dicebant. Vnde & ſubditur. *Et ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat. Et quum uidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris?* Nam & iſti interius paralytici erant, quamuis ſuã infirmitatẽ non ſentiebant, qui deum blaſphemaſſe dicebãt. Nec minus Ieſus eorũ cogitationes iniquas, quam illius infirmitatem conſiderabat. Dicebat igitur: *Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris?* Neq; enim medicum ſcitis, neque uim medicaminis agnoſcitis. Bonus eñ medicus ad morbi uenã & radicem ſpectat: quã poſtquam amputauerit, cætera ad ſanandum facilius ducit. *Quid eſt enim facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, aut dicere, ſurge & ambula?* Si enim ad ſolum dicere attendamus, neſcio quid horum facilius fit. Vtrunq; enim ualde facile eſt. Peccata autẽ dimittere, uel paralyticum ad ſurgendum & ambulandum uires ſufficere, difficile eſt. Sed quia alterum inuiſibile, alterum uero uiſibile erat, per uiſibile probat inuiſibile, ut dum eum in corpore poteſtatem habere uident, in anima quoque poteſtatem habere non dubitent. Dicebãt enim: Nemo poteſt peccata dimittere niſi ſolus deus. Verum utiq; dicebãt. Quãuis enim eccleſia peccata dimittat, (hoc enim dominus oſtendit, dicens: Quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt:) ſolus tamen ille peccata dimittit, qui ait: Sine me nihil poteſtis facere. Ipſe enim erat & homo, imo ipſe eſt deus & homo, ſed deus per ſe, homo uero per deum poteſtatem habet dimittendi peccata. Et hoc eſt quod ait: *Vt autem ſciatis quia filius hominis poteſtatem habet dimittendi peccata,* uidere quod uidere poteſtis, ut credatis quod uidere poteratis. Creditis quod nemo poſſit dimittere peccata niſi ſolus deus, iã cognoſcetis etiã quia filius hominis poteſtatem habet dimittendi peccata. *Tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & uade in domũ tuã. Et ſurrexit, & abijt in domũ ſuã.* Probatũ eſt igitur quod quærebant, iam dubitare non debent, credãt a peccatis animã eſſe ſolutã, dũ corpus & a paralyſi uident eſſe ſanatũ. Sed quid eſt quod ait: *Surge, tolle lectum tuũ?* Diximus enim per lectum corpus ſignificari, in quo anima infirma iacebat. Animæ ergo dicitẽ ut ſurgat. Quid eſt enim ſurgere, niſi ad bonũ opus uigilare? Vnde Apoſto-
lus, Surge, inquit, qui dormis, ſurge a mortuis, & 2
illuminabit te Chriſtus. Surge, tolle lectũ tuũ: habeas poteſtatẽ in carne tua dominare corpori tuo tu porta, tu dirige, tu rege, tibi ſeruiat, tibi obediat, tibiq; amodo per omnia ſubijciatur. Et uade in domũ tuã: reuertere in patriã tuã, reduc in patriã carnem tuam, quia ipſa te eiecit de patria tua. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerũt deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

DOMINICA XXI.
Matthæi XXII.

¶ In illo tempore dicebat Ieſus turbis parabolam hanc: Simile factum eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Et reliqua. Homilia uene. Bedæ. ſecundum aliquos Gregorij.

LEctionis euangelicæ textum, fratres charisſimi, uolo, ſi poſſum, ſub breuitate tranſcurrere, ut in fine eius ualeã ad loquendũ largius uacare. Sed quærendum prius eſt, an hæc apud Matthæum ipſa ſit lectio, quę
Luc. 14. apud Lucam ſub appellatione cœnæ deſcribitur.
Et quidem ſunt nonnulla quæ ſibi diſſona eſſe uidentur, quia hic prandium, illic cœna memoratur: hic qui ad nuptias non dignis ueſtibus intrauit, repulſus eſt: illic nullus qui intraſſe dicitur, repulſus eſſe perhibetur. Qua ex re recte colligitur, quod & hic per nuptias præſens eccleſia, & illic per cœnam æternum & ultimum conuiuium deſignatur: quia & hanc nonnulli exituri intrant, & ad illam quiſquis ſemel intrauerit, ulterius non exibit. At ſi quis forte contendat hanc eandem eſſe lectionẽ, ego melius puto (ſalua fide) alieno intellectui cedere, quam contentionibus deſeruire: quoniam & intelligi cõgrue forſitan poteſt, quia de proiecto eo qui cum nuptiali ueſte non uenerat quod Lucas tacuit, Matthæus dixit. Quod uero per illum cœna, per hunc autem prandium dicitur: nequaquam uel hoc noſtræ intelligentiæ obſiſtit, quia cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipſum quoque prandium cœna uocatur. Sæpe autem iam memini, quod plerunq; in ſancto euangelio regnum cœlorum præſens eccleſia nominatur. Congregatio quippe iuſtorum, regnum cœ-
Iſai. 66. lorum dicitur. Quia enim per prophetam dicit do-
Sapiẽ. 7. minus: Cœlum mihi ſedes eſt. Et Salomon ait: Ani-
1. Cor. 1. ma iuſti, ſedes ſapientiæ. Paulus item dicit, Chriſtum dei uirtutem, & dei ſapientiam, liquido colligere debemus, quia ſi Chriſtus dei ſapientia, anima autem iuſti ſedes ſapientiæ, dum cœlum dicitur ſedes dei, cœlũ ergo eſt anima iuſti. Hinc per
Pſal 18. Pſalmiſtam de ſanctis prędicatoribus dicitur: Cœli enarrant gloriam dei. Regnum ergo cœlorum eſt eccleſia iuſtorum, quia dum eorũ corda in terra nil ambiunt, per hoc quod ad ſuperna ſuſpirãt, iam in eis dominus quaſi in cœleſtibus regnat. Dicatur ergo: ¶ *Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Iam intelligit charitas ueſtra quis eſt iſte rex regis filij pater, ille nimirum
Pſal. 71. cui Pſal ait: Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Qui fecit nuptias filio ſuo. Tunc enim deus pater deo filio ſuo nuptias fecit, quãdo hunc in utero uirginis humanæ naturæ coniunxit, quando deum ante ſecula uoluit fieri hominem in fine ſeculorum. Sed ex duabus perſonis fieri ſolet iſta nuptialis coniunctio, abſit hoc ab intellectibus noſtris, ut perſonã dei & hominis redemptoris noſtri Ieſu Chriſti ex duabus perſonis credamus unitam. Ex duabus quippe atq; in duabus hunc naturis exiſtere dicimus, ſed ex duabus perſonis compoſitum credi, ut nefas uitamus. Aptius igitur atq; ſecurius dici poteſt, quia in hoc pater regi filio nuptias fecit, quo ei per incarnationis myſterium ſanctam eccleſiam ſociauit. Vterus autem genitricis uirginis, huius ſponſi thalamus fu-
Pſal. 18. it. Vnde & Pſalm. dicit: In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Tanquam ſponſus quippe de thalamo ſuo proceſſit, qui ad coniungendam ſibi eccleſiam incarnatus deus de incorrupto utero uirginis exiuit. Miſit ergo ſeruos ſuos, ut ad iſtas nuptias amicos inuitarent. Miſit ſemel, miſit iterum, quia incarnationis dominicę prędicatores & prius prophetas, & poſtmodum apoſtolos miſit. Bis itaque ſeruos ad inuitandum miſit, quia incarnationem unigeniti & per prophetas dixit futuram, & per apoſtolos nunciauit factam. Sed quia hi qui prius inuitati ſunt, ad nuptiarum conuiuium noluerunt uenire, in ſecunda inuitatione iam dicitur: ¶ *Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia mea occiſa ſunt, & omnia parata.* Quid in tauris & altilibus fratres chariſſimi, niſi noui & ueteris teſtamenti patres accipimus? Quia enim uulgo loquor, etiã ipſa me neceſſe eſt uerba euangelicæ lectionis explanare. Altilia enim ſaginata dicimus, ab eo quod eſt alere, altilia quaſi alitilia uocamus. Cum uero in le-
ge ſcriptum ſit: Diliges amicum tuum, & odio ha- Leu. 19.
bebis inimicum tuum, accepta tunc iuſtis licentia fuerat, ut dei ſuosq; aduerſarios quãta poſſent uirtute comprimerent, eoſque iure gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio teſtamento compeſci-
tur, cum per ſemetipſam ueritas prædicat, dicẽs: Luc. 6.
Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos. Quid ergo per tauros, niſi patres teſtamenti ueteris ſignificantur? Nam cum ex permiſſione legis acceperant, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent (ut ita dicam) quid aliud quam tauri erant, qui inimicos ſuos uirtutis corporeæ cornu feriebant? Quid uero per altilia, niſi patres noui teſtamenti figurantur? Qui dum gratiam pinguedinis internæ percipiunt, æternis deſiderijs innitentes, ad ſublimia contemplationis ſuæ penna ſubleuantur. In imo quippe cogitationem ponere, quid eſt aliud quam quædam ariditas mentis? Qui autem intellectu cœleſtium iam per ſancta deſideria de ſupernis delectationis intimæ cibo paſcuntur, quaſi largiori alimento pingueſcunt. Hac enim pinguedine ſaginari Pſalm. concupierat, cum dicebat: Sicut adipe & pinguedine re-
pleatur anima mea. Quia ergo prędicatores domi- Pſal. 62.
nicæ incarnationis miſſi, perſecutionem ab infidelibus, & prius prophetæ & poſtmodũ ſancti apoſtoli pertulerunt, inuitatis & uenire nolentibus dicitur: Tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata. Ac ſi apertius dicatur: Patrum pręcedentium mortes aſpicite, & remedia uitæ ueſtræ cogitate. Notandum uero quod priori inuitatione nil de tauris & altilibus dicitur: in ſecunda autẽ iam tauri & altilia mactata eſſe memorantur, quia omnipotẽs deus cum uerba eius audire nolumus, adiungit exempla, ut omne quod impoſſibile credimus, tanto nobis ad ſperãdum fiat facilius, quanto per hoc tranſiſſe iam & alios audimus. Sequitur: ¶ *Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in uillã ſuam, alius uero in negociationem ſuam.* In uillam ire, eſt labori terreno immoderatius incumbere. In negociationem uero ire, eſt actionum ſecularium lucris inhiare. Quia enim alius intentus labori terreno, alius mundi huius actionibus deditus, myſterium dominicę incarnationis penſare, & ſecundũ illud uiuere diſſimulat, quaſi ad uillam uel negocium pergens, uenire ad nuptias regis recuſat, & plerunq;, quod eſt grauius, nonnulli uocantis gratiam non ſolum reſpuunt, ſed etiam perſequuntur. Vnde & ſubditur: ¶ *Reliqui uero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.* Sed rex iſta cognoſcens, miſſis exercitibus perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccẽdit. Homicidas perdit, quia perſequentes interimit. Ciuitatem eorum igni ſuccẽdit, quia illorum non ſolum animæ, ſed caro quoq; in qua habitauerant, æternæ gehennæ flamma cruciãtur. Miſſis exercitibus extinxiſſe homicidas dicitur:

citur, quia in hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. Quid nanq; ſunt illa angelorũ agmina, niſi exercitus regis noſtri? Vnde & idem rex dominus ſabaoth dicitur. Sabaoth quippe * exercituum interpretatur. Ad perdendos ergo aduerſarios ſuos exercitus mittit, nimirum quia dominus uindictã per angelos exercet. Cuius uindictæ potentiã tunc patres noſtri audiebant, nos autẽ iã cernimus. Vbi ſunt enim ſuperbi illi martyrũ perſecutores? Vbi illi qui contra conditorem ſuũ ceruicem cordis erexerant, & de huius mundi gloria motifera tumebãt? Ecce iam mors martyrũ floret in fide uiuentiũ, & hi qui cõtra illos de crudelitate ſua gloriati ſunt, nequaq̃ ad memoriam noſtrã ueniunt, uel in numero mortuorũ ſunt. Rebus ergo cognoſcimus, quod in parabolis audimus. Sed is qui inuitantẽ ſe contemni conſpicis, regis filij ſui nuptias uacuas non habebit. Ad alios mittit, quia etſi apud aliquos laborat uerbũ dei, quãdoq; tamẽ ſermo dei inuenturus eſt ubi requieſcat. Vnde & ſubditur: ¶ *Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quoſcunq; inueneritis, uocate ad nuptias.* Si in ſcriptura ſacra uias actiones accipimus, exitus uiarum intelligimus defectus actionũ, quia illi plerunq; facile ad deum ueniunt, quos in terrenis actionibus proſpera nulla comitantur. Sequitur: ¶ *Et egreſſi ſerui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, bonos & malos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.* Ecce iam ipſa qualitate conuiuantiũ aperte oſtenditur, q̃a per eas regis nuptias præſens eccleſia deſignatur, in qua cũ bonis & mali conueniunt. Permixta eſt quippe diuerſitate filiorũ, quia ſic omnes ad fidẽ generat, ut tamẽ omnes per imitationẽ uitæ, ad libertatem ſpiritualis gratiæ culpis exigẽtibus nõ perducat. Quouſq; nanq; hic uiuimus, neceſſe eſt ut uiã præſentis ſeculi permixti pgamus, tũc aũt diſcernimur cũ peruenimus. Boni em̃ ſoli nuſquã ſunt niſi in cœlo, & mali ſoli nuſq̃ ſunt niſi in inferno. Hæc aũt uita q̃ inter cœlũ & infernũ ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita utrarunq; partiũ ciues cõmuniter recipit, quos tñ ſctã eccleſia & nũc indiſcrete ſuſcipit, & poſtmodũ in egreſſiõe diſcernet. Si ergo boni eſtis, quãdiu in hac uita ſubſiſtitis, æquanimiter tolerate malos. Nã quiſquis malos nõ tolerat, ipſe ſibi p intolerãtiã ſuã teſtis eſt, q̃a bonus nõ eſt. Abel enim eſſe renuit quẽ Cain malitia nõ exercet. Sicut in tritura areæ grana ſub paleis premuntur, ſic flores inter ſpinas oriuntur, & roſa quæ redolet, creſcit cũ ſpina quæ pungit. Duos quippe filios habuit primus homo, unus horũ electus eſt, alter re pbus fuit. Tres filios Noe arca continuit, ſed ex his duo electi, & unus reprobus fuit. Duos filios habuit Abrahã, ſed unus electus, & alter reprobus fuit. Duos Iſaac filios habuit, ſed unus electus eſt, & alter re pbatus. Duodecim filios habuit Iacob, ſed ex his unus p innocentiã uenditus eſt, alij uero per malitiã uẽditores fratris fuerũt. Duodecim apoſtoli ſunt electi, ſed unus
*reprobaretur ex his admixtus eſt qui * pbaret, undecim q̃ probarentur. Septem ſunt diacones ab apoſtolis ordinati, ſed ſex in fide recta permanẽtibus, unus extitit autor erroris. In hac ergo eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eſſe poſſunt. Ante acta itaq; tẽpora fratres chariſſimi ad mentẽ reducite, & uos ad malorũ tolerantiã roborate. Si enim filij electorũ ſumus, reſtat neceſſe eſt ut per eorũ exempla gradiamur. Bonus enim non fuit, q̃ malos tolerare recuſauit. Hinc nanq; eſt quod de ſeipſo beatus Iob aſſerit, dicens: Frater fui draconũ, & ſocius ſtruthionum. Hinc per Salomonẽ ſponſæ uoce ſan- Iob.36.
ctæ eccleſiæ dicitur: Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielem dominus Cant.2.
dicit: Fili hominis, increduli & ſubuerſores ſunt Ezech.2
tecũ, & cũ ſcorpionibus habitas. Hinc Petrus beati Loth uitam glorificat, dicens: Et iuſtum Loth op- 2.Pet.2
preſſum a nefandorũ iniuſta conuerſatione eruit. Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitãs apud eos qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabãt. Hinc Paulus diſcipulorum uitam Philip.2
& laudat & roborat, dicens: In medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos luceris ſicut luminaria in mundo, uerbũ uitæ continentes. Hinc Iohannes Apoc.2.
Pergami eccleſiæ teſtatur, dicens: Scio ubi habitas ubi eſt ſedes ſatanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam. Ecce fratres chariſſimi, pene omnia percurrendo cognoſcimus, quia bonus non fuit, quem malorũ prauitas nõ probauit. Vt enim ita loquar, ferrũ animæ noſtræ nequaquã pducitur ad ſubtilitatem acuminis, ſi hoc non traſerit alienæ lima prauitatis. Terrere autẽ nos nõ debet hoc quod in eccleſia & multi mali, & pauci ſunt boni, quia arca in undis diluuij, quæ huius eccleſię typũ geſſit, ampla in inferioribus, anguſta in ſuperioribus fuit, quæ in ſummitate etiã ſua ad unius menſurã cubiti excreuit. Inferius quippe beſtias, quadrupedia, atq; reptilia, ſuperius uero aues & homines habuiſſe credenda eſt. Ibi lata extitit, ubi beſtias habuit: ibi anguſta, ubi homines ſeruauit. Quia nimirum ſancta eccleſia in carnalibus ampla eſt, in ſpiritualibus anguſta. Vbi enim beſtiales hominũ mores tolerat, illic latius ſinũ laxat. Vbi autem eos habet, q̃ ſpirituali ratione ſuffulti ſunt, illic quidẽ ad ſummum ducitur, ſed tamen, quia pauci ſunt, angu- Matt.7
ſtatur. Lata quippe uia eſt quæ ducit ad perditionẽ, & multi ſunt qui uadunt per eã: & anguſta porta eſt quę ducit ad uitã, & pauci ſunt qui inueniũt eam. Eo autẽ uſq; arca anguſtatur in ſummis, quouſq; ad menſuram unius cubiti perducatur, quia in ſancta eccleſia quanto ſanctiores quiq; ſunt, tanto pauciores. Quę in ſummo ad illum perducitur, qui ſolus homo in hominibus, & ſine alterius comparatione natus eſt ſanctus, qui iuxta Pſalmiſtæ uocẽ, Pſal. 10
factus eſt ſicut paſſer unicus in ædificio. Tanto ergo magis mali tolerandi ſunt, quãto amplius abundant, quia & in areæ tritura pauca ſunt grana quæ ſeruantur horreis, & grandes acerui palearũ quæ ignibus comburuntur. Sed quia iã largiente domino nuptiarum domum, id eſt, ſanctam eccleſiam intraſtis, ſoleter fratres aſpicite, ne aliquid de mentis ueſtræ habitu rex ingrediens reprehendat. Cũ magno enim cordis timore penſandum eſt quod protinus ſubdit. ¶ *Intrauit autem rex, ut uideret diſcumbentes: & uidit ibi hominem non ueſtitum ueſte nuptiali.* Quid fratres chariſſimi exprimi p nuptialem ueſtem putamus? Si enim ueſtem nuptialẽ baptiſma uel fidem dicimus, quis ſine baptiſmate & fide has intrauit? Eo enim ipſo foris eſt, quo necdũ credidit. Quid ergo debemus intelligere p nuptialem ueſtem, niſi charitatẽ? Intrat enim ad nuptias, ſed cum nuptiali ueſte non intrat, qui in ſancta eccleſia aſſiſtens, fidem habet, ſed charitatem non habet. Recte enim charitas, nuptialis ueſtis uocat̃, q̃a hanc in ſe condit[illegible] oſter habuit, dum ad ſociãdæ ſibi eccleſiæ nuptias uenit. Sola q̃ppe dilectiõe dei actũ eſt, ut eius unigenitus mentes ſibi electorũ ho-

minum

in cæcitatē cordis. Vbi fletus quoq; & ſtridor dentium eſſe perhibetur, ut illic dentes ſtridcant, qui hic de edacitate gaudebant: Illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiſcentias uerſabãtur, quatenus ſingula quæq; mēbra ſupplicio ſubiacc ãt, quæ hic ſingulis quibuſq; uitijs ſubiecta ſeruiebant. Sed repulſo uno, in quo uidelicet omne malorũ corpus exprimit, generalis protinus ſentētia ſubinſertur, qua dicitur: *Multi autem ſunt uocati, pauci uero electi.* Tremendum eſt ualde fratres chariſſimi quod audiuimus. Ecce nos oẽs iam uocati per fidẽ, ad cœleſtis regis nuptias uenimus, incarnationis eius myſterium & credimus & confitemur, diuini uerbi epulas ſumimus. Sed futuro die iudicij rex intraturus eſt: quia uocati ſumus nouimus, ſi ſumus electi neſcimus. Tanto igitur neceſſe eſt ut unuſquiſq; noſtrũ in humilitate ſe deprimat, quãto ſi ſit electus ignorat. Nõnulli eñ bona nec incipiũt, nõnulli uero in bonis quæ incepunt, minime perſiſtunt. Alter pene totã uitã ducere in prauitate cõſpicitur, ſed iuxta finẽ uitæ a prauitate ſua per diſtrictæ pœnitentiæ lamenta reuocatur. Alter electam uidetur uitam ducere, & tamẽ hunc cõtingit ad erroris nequitiam iuxta finem declinare. Alius bonũ bene inchoat, melius conſummat. Alijs in malis actibus a primæua ætate ſe exercet, & in eiſdẽ operibus ſemper ſeipſo deterior cõſummatur. Tãto ergo unuſquiſq; ſibi ſolicite metuat, quãto ignorat quod reſtat. Quia quod ſæpe dicendũ eſt, & ſine obliuione retinendũ, multi ſunt uocati, pauci uero electi. Sed quia nonnunq̃ mẽtes audientiũ plus exempla fidelium, q̃ docentium uerba cõuertunt, uolo uobis aliquid e proximo dicere, quod corda ueſtra tanto formidoloſius audiant, quanto eis hoc de propinquo ſonat. Neque enim res ante geſtas dicimus, ſed eas de quibus teſtes exiſtũt, eiſq; interſuiſſe ſe referunt, memoramus. Tres pater meus ſorores habuit, quę cunctæ tres ſacræ uirgines fuerunt. Quarum una Tarſilla, alia Gordiana, alia Aemiliana dicebatur. Vno oẽs ardore conuerſæ, uno eodemq; tẽpore ſacratæ, ſub diſtrictione regulari degentes, in domo propria ſocialẽ uitam ducebant. Cumq; eſſent diutius in eadẽ cõuerſatione, cœperunt quotidianis incrementis in amorem conditoris ſui Tarſilla & Aemiliana ſuccreſcere, & cum ſolo hic eſſent corpore, quotidie animo ad æterna tranſire: at cõtra Gordianæ animus cœpit a calore amoris intimi per quotidiana detrimenta tepeſcere, & pauliſper ad huius ſeculi amorem redire. Crebro autẽ Tarſilla dicere Aemilianæ ſorori ſuæ cum magno gemitu ſolebat: Video Gordianam ſororẽ noſtram de noſtra ſorte nõ eſſe. perpendo enim quia foris defluit, & cor ad quod propoſuit, nõ cuſtodit. Quã curabant blanda quotidie redargutione corripere, atq; a leuitate morum ad grauitatem ſui habitus reformare: quæ quidẽ reſumebat uultum ſubito grauitatis inter uerba correptionis. Sed cum eiuſdem correptionis hora tranſiſſet, tranſibat protinus & ſuperducta grauitas honeſtatis, moxq; ad leuia uerba redibat. Puellarũ gaudebat ſocietate laicarũ, eiq; perſona ualde oneroſa erat, quęcunq; huic mundo dedita nõ erat. Quadã uero nocte huic Tarſillæ amitæ meę, quæ inter ſorores ſuas uirtute cõtinuæ orationis, afflictionis ſtudioſæ, abſtinentiæ ſingularis, grauitate uitæ uenerabilis, in honore & culmine ſanctitatis excreuerat (ſicut ipſa narrauit) per uiſionem atauus meus Fœlix huius Romanę eccleſiæ antiſtes apparuit, eiq; manſionẽ perpetuæ claritatis oſtẽdit, dicẽs: Veni, quia in hac te lucis manſione ſuſcipio. Quæ ſubſequente mox febre correpta, ad diem peruenit extremum. Et ſicut nobilibus fœminis uiriſque morietibus multi cõueniunt qui eorum proximos conſolentur: eadẽ hora eius exitus multi uiri ac fœminæ lectulum eius circunſteterunt, inter quas quoq; mater mea affuit. Tum ſubito illa ſurſum reſpiciens, Ieſum uenientem uidit, & cum magna animaduerſione cœpit circunſtantibus clamare, dicẽs: Recedite, recedite, Ieſus uenit. Cumq; in eum intenderet quẽ uidebat, ſancta illa anima carne ſoluta eſt, tantaque ſubito fragantia miri odoris aſperſa eſt, ut ipſa quoq; ſuauitas cunctis oſtenderet illic autorẽ ſuauitatis ueniſſe. Cumque corpus eius ex more mortuorũ ad lauandum eſſet nudatum, longæ orationis uſu in cubitis eius & genubus, camelorum more, inuenta eſt obdurata cutis excreuiſſe, & quid uiuẽs eius ſpiritus ſemper egerit, caro mortua teſtabatur. Hæc autem geſta ſunt ante dominici natalis diẽ. Quo tranſacto, mox Aemilianæ, ſorori ſuæ per uiſitationem nocturnæ uiſionis apparuit, dicens: Veni. Et quia natalem Domini ſine te feci, ſanctam theophaniam iam tecum faciam, cui illi protinus de ſororis ſuæ Gordianæ ſalute ſolicita reſpõdit: Et ſi ſola uenio, ſororẽ noſtram Gordianam cui dimitto? Cui, ſicut aſſerebat, triſtis uultu iterum dixit: Veni, Gordiana etenim ſoror noſtra inter laicas deputata eſt. Quã uiſionẽ mox moleſtia corporis eſt ſecuta, atq; ita ut dictum fuerat, ante dominicę apparitionis diem eadem moleſtia ingraueſcente defuncta eſt. Gordiana autem mox ut ſolam remanſiſſe ſe reperit, eius prauitas excreuit, & quod prius latuit in deſiderio cogitationis, hoc poſt effectu prauę actionis excreuit. Nam oblita dominici timoris, oblita pudoris & reuerentię, oblita cõſecrationis, cõductorem agrorum ſuorum poſtmodum maritum duxit. Ecce omnes tres uno prius ardore cõuerſæ ſunt, ſed nõ in uno eodemque ſtudio permanſerũt: quia iuxta dominicam nocem, multi ſunt uocati, pauci uero electi. Hæc ergo dixi, ne quis in bono iam opere poſitus, ſibi uires boni operis tribuat, ne quis de propria actione confidat. Quia etſi iam nouit hodie qualis ſit, adhuc cras qualis futurus ſit, neſcit. Nemo ergo de ſuis iã operibus ſecurus gaudeat, quando adhuc in huius uitæ incertitudine q. ſe finis ſequatur, ignorat. Sed quia rem retuli, quæ uos ex diuine diſtrictione perterruit, aliud adhuc e uicino refero, quod ex diuina miſericordia perterrita corda ueſtra cõſoletur. Quod tamen in ſermone alio iam dixiſſe me memini, ſed uos nequaquam affuiſtis. Ante biennium frater quidam in monaſterium meum, quod iuxta beatorum martyrum Iohannis & Pauli eccleſiam ſitum eſt, gratia conuerſionis uenit. Qui diu regulariter protractus, quandoque ſuſceptus eſt. Quem frater ſuus ad monaſterium, non conuerſionis ſtudio, ſed amore carnali ſecutus eſt. Is autem qui ad cõuerſionem uenerat, ualde fratribus placebat. At contra frater eius longe a uita ac moribus diſcrepabat, uiuebat tamen in monaſterio neceſſitate potius quam uoluntate. Et cum in cunctis actibus peruerſus exiſteret, pro fratre ſuo ab omnibus ęquanimiter tolerabať, erat enim leuis eloquio, prauus actione, cultus ueſtibus moribus incultus. Ferre uero non poterat, ſi quiſquam illi de ſancti habitus conuerſatione loqueretur. Facta antẽ fuerat uita illius cunctis fratribus uiſu grauis, ſed tñ, ut dictũ eſt, pro fratris ſui gra-

uia

tia erat cunctis tolerabilis. Aſpernabatur ualde ſi quis ſibi aliquid de prauitatis ſuæ correptione loqueretur. bona non ſolum facere, ſed etiam audire non poterat. Nunquam ſe ad ſanctæ conuerſationis habitum uenire, iurando, iraſcendo, deridēdo teſtabatur. In hac autem peſtilentia (quæ nuper huius urbis populum magna ex parte conſumpſit) percuſſus in inguine eſt, ꝑductus ad mortem. Cumq; extremum ſpiritum ageret, conuenerunt fratres, ut egreſſum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte prę mortuum. In ſolo tantummodo pectore uitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo cœperunt enixius orare, quanto eum iam uidebant ſub celeritate diſcedere. Tunc repente cœpit eiſdem fratribus aſſiſtentibus annisu quo poterat clamare, & orationes eorum interrumpere, dicens: Recedite, ecce draconi ad deuorandum datus ſum, qui propter ueſtram præſentiam deuorare me nō poteſt. caput meum iam ore ſuo abſorbuit, date locum ut me amplius non cruciet, ſed faciat quod facturus eſt. Si enim ad deuorandum datus ſum, quare propter uos moras patior? Tunc fratres cœperunt dicere: Quid eſt, quod loqueris frater? ſignum ſanctæ crucis imprime. Reſpondebat ille ut poterat, dicens: Volo me ſignare, ſed non poſſum, quia à dracone premor. Cumq; hoc fratres audirent, proſtrati in terram, cum lachrymis cœperunt pro ereptione illius uehementius orare: & ecce ſubito cœpit melioratus æger quibus ualebat uocibus exultare, dicens: Gratias deo, ecce draco qui me ad deuorandum acceperat, fugit orationibus ueſtris expulſus eſt, ſtare non potuit. Pro peccatis meis modo intercędite, quia cōuerti paratus ſum, & ſecularem uitam funditus relinquere. Homo ergo, ſicut iam dictum eſt, ab extrema corporis fuerat parte præmortuus, ſed reſeruatus ad uitam, toto ad Deum corde conuerſus eſt, longis & continuis in conuerſatione eadem flagellis eruditus, atque ante paucos dies excreſcente corporis moleſtia defunctus. Qui iam draconem moriens nō uidit, quia illum per cordis immutationem uicit. Ecce fratres chariſſimi, Gordiana quam ſuperius dixi, a ſanctimonialis habitus excellētia corruit ad pœnam, & frater hic de quo narraui iſta, ab ipſo mortis articulo redijt ad ęternam uitam. Nemo igitur ſcit quid de ſe in occultis dei iudicijs agatur, quia multi ſunt uocati, pauci uero electi. Quia ergo nulli de ſe certum eſt electum ſe eſſe, reſtat ut omnes trepident, omnes de ſua actione formident, omnes in ſola diuina miſericordia gaudeant, nullus de ſuis uiribus præſumat. Eſt qui perficiat fiduciam ueſtrā, ille ſcilicet qui in ſe dignatus eſt aſſumere carnem noſtrā, qui uiuit & regnat &c.

DE EADEM DOMINICA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

TVnc enim deus Pater, qui omnium Rex & dominus eſt, filio ſuo Domino noſtro Ieſu Chriſto nuptias fecit, quando eum ut carnem noſtram ſuſciperet in mundum miſit. Ipſe enim ſpecioſus forma præ filijs hominum, noſtræ carni cōiunctus tanquam ſpōſus proceſſit de thalamo ſuo. Ipſe ſibi glorioſam eccleſiā (ut Apoſtolus ait) ſponſam elegit, non habentem maculam neq; rugam. In iſtarum enim laudibus nuptiarum, totus ille liber editus eſt, qui Cantica Canticorum uocatur.

Et miſit ſeruos ſuos uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Omnes enim patriarchæ & prophetæ ad Chriſti nuptias Iudęos inuitauerunt, omnes eius aduētum prædixerunt, omnes noui teſtamenti delicias laudauerunt, ipſi tamen uenire & eas recipere noluerunt. *Iterum miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia mea occiſa, & omnia parata ſunt, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt.* Iſti enim alij ſerui, Apoſtoli ſunt & doctores, qui iam paratis nuptijs, & ſcripturis ad intelligendum apertis, prædicare & ad nuptias Iudæos inuitare a Domino miſſi ſunt. Totum enim hoc prandium quid aliud eſt, niſi ſpiritualis intelligentia utriuſq; teſtamēti? Hic enim tauros & agnus, & aues, & cuncta ad alendum & edendum delicioſa inuenies. His enim cibis reficitur anima, his delicijs ſaturatur & pingueſcit intelligentia. Quaſi enim tauri ſunt quęq; ſententię maiores, & ad tenendum & intelligendum difficiliores. Aues enim ſunt ſiue alites, quæ altius uolando & de ſpiritualibus loquendo mentes noſtras ad cœleſtia eleuant. Hęc autem tunc occiſa & parata ſunt, quando intellectu & ratione ſuperata & memoriæ commendata, iam neq; fugere neq; intelligentiæ reſiſtere poſſunt. De tauris enim ſiue uitulis per Oſeam dicitur, omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorū noſtrorum. Quid ſunt enim uituli labiorum noſtrorum, niſi ſententiæ ſcripturarū, & laudes Dei quæ in eis continētur? Quod uero etiam auis ſacra ſcriptura dicatur, audi quid per Moyſen Dominus dicat: Si ambulās per uiam nidum auis in arbore uel in terra inueneris, & auem pullis uel ouis deſuper incubantem, dimitte auem, captos tenens filios, ut bene ſit tibi, & longo uiuas tempore. Hæc enim auis litera eſt, quæ ſub alarum uelamine pullos uel oua, id eſt, ſpiritualem intelligentiam claudit. Quę quidem per loca difficiliora in arbore, per planiora uero in terra nidificat. Per huius igitur uoluminis uiam ambulantes, huius nidum aliquando in arbore, aliquando in terra inuenimus. Vt igitur longo uiuamus tēpore, dimittamus auem, & literam quæ occidit: teneamus pullos & oua, id eſt ſpiritualem intelligentiam quæ uiuificat. Et iſti quidem ſunt illi tauri, hæ ſunt illę aues, hęc ſunt illa altilia, quę in nuptijs filij ſui nobis Deus præparauit. Has autem delicias Iudęi neglexerunt, has recipere & comedere noluerunt. Ideoque abierūt alij in uillā ſuam, alij uero in negociationem ſuam. Nos enim in ciuitate dei, nos in ſancta eccleſia harum nuptiarum delicias edimus: illi autem in uilla morantur, illi autem in groſſo pane literæ & ruſticano cibo delectantur. In uilla enim ſunt, quicunq; extra Eccleſiam ſunt. Poſſunt autem Iudæorū uillę, ſinguli legis & prophetarum libri intelligi. Et quoniam Iudæi ubiq; terrarum de fraude, mercato, uſura, & deceptione uiuunt, non immerito ad negociationem ſuam abijſſe dicuntur. *Reliqui uero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.* Per hos enim illos intelligimus, qui primitiuam Eccleſiam perſequuti ſunt. Vnde & de apoſtolis dicitur, quia ibant gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliā pati. *Rex autē quum audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.* Hæc autem quia ſecūdum literam facta ſunt allegorice exponere nō uidetur eſſe neceſſarium. Poſt quadraginta namq; & duos annos, exercitus

ſuos,

ſuos, id eſt, Romanorũ principes aduerſus Iudæos dominus miſit, qui eos occiderunt & uẽdiderunt, & non ſolum eorum ciuitates, uerumetiam ipſum templum famoſiſſimum ſuccenderunt. *Tunc ait ſeruis ſuis, Nuptiæ quidẽ paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant non fuerunt digni.* Quid nuptię ſignificent ſuperius diximus, quibus quoniam Iudæi indigni fuerunt, Gentilis populus ad eas comedẽdas uocatur. Quid eſt autem præparatio nuptiarum, niſi ſanctarum expoſitio ſcripturarum? *Ite ergo ad exitus uiarum, & quoſcunq; inueneritis uocate ad nuptias.* Non eſt enim perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente qui timet eum, & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi. Vbiq; ſuos diſcipulos mandat, omnes ad fidem uocat, cunctos ad regni ſui gloriã inuitat. *Et egreſſi ſerui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, bonos & malos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.* In hac enim area frumentum & paleæ, triticum & zizania, boni & mali ſimul uerſantur. Impletæ ſunt nuptiæ, conuenerunt gentes, annunciauerunt Apoſtoli & loquuti ſunt, multiplicati ſunt ſuper numerum. *Intrauit autem Rex ut uideret ſimul diſcumbentes, & uidit ibi hominem non ueſtitum ueſte nuptiali.* Quomodo enim alicubi intrat, qui ubique eſt? Quia enim omnipotens deus non ſtatim punit, & in multa patientia nos ſuſtinens peccata noſtra uidere diſſimulat, quaſi abijſſe uidetur. Adeſt autem, quando nos punire & affligere incipit. Veſte autem nuptiali indutus non eſt, qui fidem non habet, & Chriſtum non imitatur. Vnde apoſtolus ait: Exuite uos ueterem hominem, & induite nouum. Quicunq; enim baptizati eſtis in Chriſto Ieſu, Chriſtum induiſtis. *Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti, non habens ueſtem nuptialem? At ille obmutuit.* Hoc enim illis ſpecialiter uidetur dicere, qui ad Chriſti corporis & ſanguinis ſacramẽtũ indigne accedunt. Poterat enim iſte reſpondere ſe eum ueſte nuptiali ad cõuiuium ueniſſe, ſed etiam poſtea amiſiſſe, niſi quia ſtupore & timore oppreſſus obmutuit. *Tũc dicit Rex miniſtris: Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Hæc enim ſententia datur in illos, qui excuſationis uerbum nullum habent, quod Deo reſpondeant. Semper enim his nuptijs deus intereſt, ſemper bene & male indutos uidet: & quanuis ipſe a nemine uideatur, ſemper tamen alios ad pœnã, alios ad gloriam parat & iudicat. Quod enim pedes manusq; ligãtur, ſine uiribus & fortitudine eos eſſe oſtendit. Tenebræ uero exteriores ſunt, ultra quas aliæ tenebræ non ſunt. In fletu uero & ſtridore dentium, doloris immenſitas ſignificatur. *Multi autẽ ſunt uocati, pauci uero electi.* Multi enim uocantur ad nuptias, pauci uero intro ducuntur in regis thalamum & gloriam.

DOMINICA XXII.
Iohannis IIII.

¶ In illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Hic cum audiſſet quia Ieſus ueniret a Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum: ut deſcenderet: & ſanaret filium eius. Et reliqua. Homilia beati Gregorij.

LEctio ſancti euangelij, quam modo fratres audiſtis, expoſitione non indiget. Sed ne hanc taciti præteriſſe uideamur, exhortando potius quam exponendo, in ea aliquid loquamur. Hoc autem ſolummodo de expoſitione uideo requirendum, cur is qui ad ſalutem filio petendam uenerat, audiuit: Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis. Quia enim ſalutem filio quærebat, proculdubio credebat. Neq; enim ab eo quæreret ſalutem, quem nõ crederet ſaluatorem. Quare ergo dicitur, niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis, qui ante credidit, quam ſignum uideret? Sed memẽtote quid petijt, & aperte cognoſcetis quia in fide dubitauit. Popoſcit namq; ut deſcenderet, & ſanaret filium eius. Corporalem ergo domini præſentiam quærebat, q per ſpiritum nuſquam deerat. Minus itaq; in illum credidit, quẽ nõ putauit ſalutẽ poſſe dare, niſi præſens eſſet & corpore. Si enim perfecte crediſſet, proculdubio ſciret quia non eſſet locus ubi non eſſet deus. Ex parte ergo magna diffiſus eſt, qui uirtutẽ nõ dedit maieſtati, ſed præſentiæ corporali. Et ſalutem filio petijt, & tamen in fide dubitauit, quia eum ad quem non uenerat, & potentem ad curandum credidit, & tamẽ morienti filio eſſe abſentem putauit. Sed dominus qui rogatur ut uadat, quia non deſit ubi inuitatur indicat: ſolo iuſſu ſalutem reddidit, qui uoluntate omnia creauit. Qua in re hoc eſt nobis ſolerter intuendum, quod ſicut euangeliſta alio teſtante didicimus, centurio uenit ad dominum, dicens: Domine, puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur. Cui Ieſus protinus reſpõdit, Veniã, & curabo eũ. Quid eſt quod regulus rogat ut ad eius filiũ ueniat, & tamen ire corporaliter recuſat, ad ſeruũ autẽ centurionis non inuitatur, & tamen corporaliter ſe ire pollicetur? Reguli filio per corporalem præſentiã nõ dignatur adeſſe, cẽturionis ſeruo nõ dedignatur occurrere. Quid eſt hoc, niſi quod ſuperbia noſtra retũditur, quia in hominibus non naturã, qua ad imaginẽ * facti ſunt, ſed honores & diuitias ueneramur? Cumq; pẽſamus q̃ circa eos ſunt, negligimus pẽſare ipſos, eo quod, profecto interiora minime prouidemus, dum ea conſideramus quæ in corporibus deſpecta ſunt, negligimus penſare quod ſunt. Redẽptor uero noſter ut oſtẽderet quia quę alta ſunt hominũ, ſanctis deſpicienda ſunt, & quę deſpecta ſunt hoim, ſanctis deſpicienda non ſunt, ad filiũ reguli ire noluit, ad ſeruum centurionis ire paratus fuit. Increpata eſt ergo ſuperbia noſtra, quæ neſcit pẽſare homines propter homines: ſola (ut diximus) quæ circunſtant hominibus, penſat: Naturam non aſpicit, honorem dei in hominibus non agnoſcit. Ecce ire non uult filius dei ad filium reguli, & tamẽ uenire paratus eſt ad ſalutem ſerui. Certe ſi nos cuiuſpiam ſeruus rogaret ut ad eum ire deberemus, protinus nobis noſtra ſuperbia in cogitatione tacite reſponderet, dicens: Non eas, quia temetipſum degeneras. Honor tuus deſpicitur, locus tuus uileſcit. Ecce de cœlo uenit, qui ſeruo occurrere in terra non deſpicit, & tamen humiliari in terra contemnimus, qui de terra ſumus. Quid uero apud deũ uilius, quid eſſe deſpectius poteſt, quam ſeruare honorẽ apud homines, & interni teſtis oculos non timere? Vnde ipſe dominus ad phariſęos dicit: Vos eſtis q iuſtificatis uos corã hominibus, deus autẽ nouit corda ueſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominabile eſt apud deum. Notate fratres, notate quod dicitur: Si enim quod hominibus altũ eſt, abominabile eſt apud deum: cogitatio cordis noſtri tãto apud deũ in imo eſt, quãto hominibus in alto. Et humilitas

Mat. 8.

* deificati

Lu. 16.

hominibus non naturam, qua ad imaginem dei fa-
cti ſunt, ſed honores & diuitias ueneramur. Vt em̄
oſtenderet redemptor noſter, quia quæ alta ſunt
hominibus, hoc eſt, dilectoribus huius ſeculi, ele-
ctis deſpicienda ſunt, & quæ deſpecta hominibus
uidentur, ſanctis deſpiciēda non ſunt, ad filium re-
guli noluit ire: ad ſeruum uero centurionis para-
tus fuit ire. ¶ *Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Ie-
ſus, & ibat.* Ex hoc iam apparet, quantum profece-
rit iſte ex increpatione ſaluatoris. Quia enim do-
minus dixerat ei: Niſi ſigna & prodigia uideritis,
non creditis, ſtatim ut audiuit a domino, uade, fili-
us tuus uiuit, continuo credens ibat. ¶ *Iam autem eo
deſcendente, ſerui ei occurrerūt, & nunciauerunt, dicen-
tes: quia filius eius uiueret. Interrogauit ergo horam ab
eis in qua melius habueret, & dixerunt ei, quia heri hora
ſeptima reliquid eū febris.* Nō eſt uacuū a magno my-
ſterio, quod filiū reguli euāgeliſta narrat ſeptima
hora ab infirmitate dimiſſum. Non ſolum enim mi-
racula Chriſti quæ corporaliter geſſit, miracula
nobis exiſtunt, ſed etiam in ipſis operibus ſuis ſe-
creta ſunt myſteria conſideranda. Septenarius nu-
merus ſacratus eſt donis ſpiritus ſancti, quoniam
omnia dona ſpiritualia quę a deo cunctis fidelibus
largiūtur, eodem ſeptenario numero comprehen-
duntur. Septem enim ſunt uirtutes ſpiritualiū do-
norum, quibus & ſtatus hominum in præſenti ui-
ta decentiſſime ornatur, ſapientia uidelicet, intel-
lectus, conſilium & fortitudo, ſcientia, pietas, ac ti-
mor domini. Sine gratia enim dei nec ſapiēs quis
eſſe poteſt, nec intelligens, nec conſiliarius, nec for-
tis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timore domi-
ni. Quæ dona quia non aliter quam gratia ſpiritus
ſancti homini tribuuntur, merito etiam ipſe ſpiri-
tusſanctus: qui nihil aliud eſt quam uerus deus, eiſ-
dem nominibus nuncupatur. Sicut enim filius a
patre procedens uocatur leo propter fortitudinē,
ouis propter innocentiam, oſtium quia per ipſum
introimus ad patrem, lux quia illuminat omnem
hominem, uocatur & ueritas atq; reſurrectio, mul-
tisq; alijs nominibus ſecundum quaſdam proprie-
tates: ita quoq; ſpiritusſanctus procedens a patre
ſimul & filio, his ſeptem nominibus proprie appel-
latur, ſapientia ſcilicet, intellectus, conſilium, for-
titudo, ſcientia, pietas, ac timor. Vnde & ſeptifor-
mis gratiæ dicitur, propter myſterium ſeptenarij
numeri, in quo ſumma perfectio intelligitur. Eſt
enim cōpoſitus ex ternario & quaternario. Habet
nanq; in ternario ſignificationē ſanctæ trinitatis,
in quaternario euāgelij. Siue enim tres p quatuor
aut quatuor p tres multiplicentur, ad duodenariū
numerū conſurgit, quem etiam conſtat eſſe perfe-
ctiſſimum, quia myſteriū ſanctæ trinitatis, & do-
ctrina euangelij p duodecim apoſtolos in quatuor
mundi partes, orientem ſcilicet & occidentem, ſe-
ptentrionem ac meridiem deriuata eſt. Sunt quoq;
quatuor mundi elementa, & quatuor orbis (ut di-
ctum eſt) climata, totidemque anni tempora, qua-
tuor etiam quibus eccleſia ſubſiſtit habentur euan-
gelia. Poſſumus quoq; ternarium numerum ad in-
teriorem noſtrum referre hominē, hoc eſt, ad ani-
mam quę triplicis eſt naturæ. Eſt enim iraſcibilis,
concupiſcibilis, & rationabilis. In unaquaq; etiam
rationali anima tria inſunt, memoria, ingenium,
& intellectus. Spiritum quoq; ſanctum ſuper Do-
minum corporaliter requieturum, Iſaias prophe-
pheta cū de Chriſto prophetaret, prædixit: Egre-
Eſaie.11. dietur uirga de radice Ieſſe, dominus uidelicet Ie-
ſus de ſtirpe Dauid: & requieſcet ſuper eum ſpiri-
tus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiri-
tus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pie-
tatis, & replebit eū ſpiritus timoris domini. Ipſe
enim ſpiritus requieuit ſuper dominū Ieſum Chri-
ſtū, quia in eius corpore oīs plenitudo diuinitatis
pleniſſime habitauit, nequaq̄ per partes, ut in cæ-
teris ſanctis, qbus alijs datur ſermo ſapiētię alijs
ſermo ſciētię, alijs gratia uirtutū, & cæteris qbus
unicuiq; datur ſecundum menſuram fidei: ſed ple-
narie requieuit ſuper eū, perpetua manſit habita-
tione. Quia igitur per ſeptenarium numerum ipſe
ſpiritusſanctus deſignatur, a quo & per quem o-
mnis ſanitas, omnis fortitudo, atq; uniuerſa dona
ſpiritualia cunctis fidelibus largiūtur, recte ſepti-
ma hora diei filius reguli ſanitati redditus ab euā-
geliſta refertur: quia quæcunq; ſanitas, ſiue in cor-
pore ſiue in anima datur, eodem ſpiritu largiente
tribuitur, qui per eundem ſeptenarium numerum
deſignatur. Bene ergo ſeptima hora filius reguli
ſanatus eſt, quia tunc perfectam ſanitatem totus
homo conſequitur, cum creatura creatorem ſuum
agnouerit, eique ſe digna humilitate ac ſeruitute
ſubdiderit. Hic enim eſt ordo rectiſſimus, ut ani-
ma deo, corpus uero ſpiritui mancipetur. Idem
quoq; ſeptenarius numerus donis ſeptiformis ſpi-
ritus ſacratus eſt, in quo, & per quem uera hæc ſa-
nitas, & remiſſio omnium peccatorum tribuitur.
¶ *Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit
ei Ieſus, filius tuus uiuit, & credidit ipſe, & domus eius
tota.* In hoc eodem euangeliſta paulo ſuperius le-
gimus, quod prædicante domino in Samaria, ad
uocem mulieris dicentis: Venite & uidete homi- Ioh.4.
nem qui mihi omnia dixit quæcunq; feci, plurimi
Samaritanorum abſq; ullius ſigni uiſione ſolo ſer-
mone in illum crediderunt. Ad iſtud autē tam ma-
gnum miraculum in Iudæa patratum, ſolus regu-
lus cum domo ſua credidit. Et hoc eſt quod domi-
nus ſupra dixerat: Niſi ſigna & prodigia uideritis,
non creditis. In quo etiam facto præfigurabatur,
quod paucitas Iudæorum eſſet in deum creditura,
& multitudo gentium ad fidem uentura. Iudæi
nempe ipſum filium dei ſigna facientem uiderunt,
apoſtolos illius prædicatores & magiſtros habue-
runt, & tamen pauci ex eis fidei iugo colla ſubmi-
ſerunt, cæteris in infidelitate perſiſtentibus. Pro-
inde illis tormentis perpetuis ad infidelitatē con-
demnatis, nobis, ſi quod fide credimus, operibus
exornemus, æterna beatitudo repromittitur, dicēte
nobis ſaluatore: Beati qui non uiderunt, & credi- Ioh.20.
derunt. Perfecta nanq; Iudæorum conuerſio circa
finem ſeculi implenda eſt, quando ad prædicatio-
nem Heliæ & Enoch conuertentur corda patrum
in filios, & corda filiorum ad patres eorū, & adim-
plebitur quod ait Apoſtolus: Cum plenitudo gen- Rom.11
tium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus erit. Et Iſaiæ.10
Iſaias: Si fuerit numerus filiorū Iſrael quaſi arena
maris, reliquiæ ſaluæ fient. Et iterum: In ueritate
conuertentur in Chriſto Ieſu, Amen.

DE EADEM DOMINICA HOMI- lia D. Euſebij Emiſſeni.

DIgni ſunt reges qui exaudiūtur: nulli ita deo
familiares ſunt, ſicut boni reges. Valde bonā
ſignificationem tenēt reges in diuina ſcriptu-
ra. Omnis enim homo qui ſeipſum, & uirtutū exer-
citum qui in eo eſt, honeſte ſapienterq; diſponit
& regit, uera definitione rex dici poteſt. Si ergo
teipſum & familiam tuam bene regere & diſpone

HEſterna die ſanctum euãgelium monuit nos, non negligere peccata noſtra: ſed ſi peccauerit in te frater tuus, corripere eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrẽ tuũ. Si autẽ cõtempſerit, adhibe tecum duos uel tres, ut in ore duorũ uel trium teſtium ſtet omne uerbum. Si autẽ & ipſos contẽpſerit, dic eccleſiæ. Quod ſi eccleſiam cõtẽpſerit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Hodierna etiam die ad ipſam rem ptinet capitulum quod ſequitur, quod modo cum legeretur, audiuimus. Cum enim dixiſſet hoc dominus Ieſus Petro, ſubiecit & interrogauit magiſtrum, quoties ignoſceret fratri qui in illum peccaſſet, & quęſiuit utrũ ſufficeret septies. Reſpondit illi dominus: Nõ ſolum septies, ſed etiam ſeptuagieſſepties. Deinde narrauit ſimilitudinem ualde terribilem: ¶ *Quia ſimile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui poſuit rationem cum ſeruis ſuis, in quibus inuenit debitorem decem millium talentorum.* Et cum iuſſiſſet ut omnia quæ habebat, & omnis eius familia, & ipſe uenundaretur, & debitum ſolueretur, aduolutus pedibus domini ſui: rogabat enim dilationẽ, & meruit remiſſionem. ¶ *Miſertus eſt enim eius dominus, (ſicut audiuimus) & omne debitum dimiſit illi.* At ille debito liber, ſed iniquitatis ſeruus, poſteaquam egreſſus eſt a facie domini ſui, inuenit etiam ipſe debitorẽ ſuum, qui debebat non X. millia talentorum, quantum ipſius debitum fuit, ſed centum denarios. *Cœpit eum ſuffocatũ trahere, & dicere:* Redde quod debes: At ille rogabat conſeruum ſuum, ſicut & ipſe rogauerat dominum, ſed talem non iſte inuenit conſeruum, qualem ille dominum. Non ſolum remittere illi debitum noluit, ſed nec dilationem dedit, contortum rapiebat ad ſolutionem, iam debito dominico liber. *Diſplicuit conſeruis, & renunciauerunt domino ſuo quid factum eſſet. Et dominus fecit adeſſe ſeruum, & dixit ei: Serue nequam, cum mihi tanta deberes, miſertus tui, omnia dimiſi tibi: nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iuſſit omnia quæ illi dimiſerat, exigi cum tortura.* Ergo hanc ſimilitudinem ad noſtram inſtructionem propoſuit, & admonendo nos perire noluit. ¶ *Sic (inquit) & uobis faciet pater ueſter cœleſtis, ſi non remiſeritis unuſquiſq; ueſtrum fratribus ueſtris ex corde ueſtro.* Ecce fratres res in aperto eſt, admonitio utilis ac ualde ſalubris: obedientia debetur, ut quod iuſſum eſt impleatur, & debitorem habet fratrem ſuum. Quis eſt enim qui non ſit debitor dei? Quia omnis homo & debitor eſt Dei, niſi in quo nullum potes inuenire peccatum. Quis eſt autem qui non habeat debitorem fratrem, niſi in quem nemo peccauit? Putas ne quiſquam in genere humano reperiri poteſt, qui non & ipſe aliquo peccato obſtrictus ſit, & fratri ſuo debitor? Eſt ergo oĩs homo debitor, habens & ipſe debitorem. Ideo dominus iuſtus cõſtituit tibi regulã in debitore tuo, quod faciet & ipſe cum ſuo. Duo enim ſunt opera miſericordiæ, quæ nos liberant, quæ breuiter ipſe

Luc. 6. dñs poſuit in euangelio: Dimittite, & dimittetur uobis: date, & dabitur uobis. Dimittite & dimittetur uobis, ad ignoſcendum pertinet. Date & dabitur uobis, ad pręſtandũ beneficiũ pertinet. Quod ait de ignoſcẽdo, & tu uis tibi ignoſci cum peccas, & habes alium cui poſſis ignoſcere. Rurſus quod pertinet ad tribuendũ beneficiũ, petit & mẽdicus, & tu es dei mendicus. Omnes enim quando oramus, mendici dei ſumus, ante ianuam regni patrisfamilias ſtamus, immo etiam proſternimur ſupplices, ingemiſcimus aliquid uolẽtes accipere, & ipſum aliquid ipſe eſt deus. Quid a te mendicus pe- Ioh. 6.
tit? Panem. Et tu quid petis a deo, niſi Chriſtum qui dicit, Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi? Ignoſci uobis uultis? ignoſcite. Remittite & remittetur uobis. Accipere uultis? date, & dabitur uobis. Sed quid in hac aperta præceptione mouere poſſit, audite: ubi uenia petitur, & ab ignoſcẽte
debetur. In remiſſione hoc poteſt mouere, quod & Mat. 18.
Petrum mouit: Quoties (inquit) debeo ignoſcere? ſufficit uſq; septies? Nõ ſufficit, ait dominus: Non dico septies, ſed ſeptuagieſſepties. Iam tu enumera quoties in te peccauerit frater tuus, ſi potueris peruenire uſq; ad ſeptuageſimam & octauam culpam, ut tranſeas ſeptuagies, tunc molire uindictã. Ita ne uerum eſt quod dicit? Et uere ita ſe res habet, ut ſi peccauerit ſeptuagieſſepties, ignoſcas. Si autem peccauerit ſeptuagieſoctics, iam liceat tibi non ignoſcere. Audeo dicere, ut ſi peccauerit septies, octies ignoſcas. ſi autẽ peccauerit, ut dixi, ſeptuagieſſepties, ignoſce: & ſi centies peccauerit, ignoſce. Et quid dicam? Quoties, toties. Omnino quoties peccauerit, ignoſce. Ergo ego auſus ſum ſupergredi modum domini mei? Ille in ſeptuageſimo & ſeptimo numero ignoſcendi limitẽ fecit, hunc ego limitem tranſilire præſumam? Non eſt uerum, nõ auſus ſum plus aliquid. Ipſum dominum meum au- Col. 3.
diui loquentem in Apoſtolo ſuo, ubi modus & numerus pręfixus non eſt. Ait enim: Donantes uobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquem habet querelã, ſicut deus in Chriſto donauit uobis. Audiſtis formã. Si ſeptuagieſſepties peccata tibi donauit Chriſtus, ſi hucuſq; ignouit, & ultra negabit: pone & tu limitem, & noli ulterius ignoſcere. Si autem Chriſtus millia peccatorum inuenit, & tamẽ omnia donauit, noli ſubducere miſericordiã, ſed poſce illius numeri ſolutionem. Non enim ſine cauſa dominus ſeptuagieſſepties dixit, cum omnino nulla ſit culpa, quam non debeas ignoſcere. Ecce ille ipſe ſeruus de quo nobis ſermo eſt, decem millium talentorum domino ſuo inuentus eſt debitor. Decẽ uero millia talentorum, ut parum ſit, X. millia peccatorum ſunt. Nolo enim dicere unum talentum, quod omnia peccata concludat. Seruus autem ille quantum ei debebat? Centum denarios debebat. Id plus eſt quam ſeptuagieſſepties, & tamen iratus eſt dominus quia non ei dimiſit: Non ſolum enim centum plus ſunt quã ſeptuaginta ſeptem, ſed centum denarii forte mille aſſes ſunt. Sed quid ad decem millia talentorum? Ac per hoc omnes culpas quę in nos committuntur, parati ſimus ignoſcere, ſi nobis deſideramus ignoſci. Si enim cõſideremus peccata noſtra, & numeremus quid facto, quid oculo, quid aure, quid cogitatione, quid innumerabilibus motibus, neſcio utrum dormiamus ſine talẽto. Ergo quotidie petimus, quotidie diuinas au-
res orando pulſamus, quotidie nos proſternimus Mat. 6.
& dicimus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quæ debita noſtra? Omnia, an aliquam partem? Reſpondebis, omnia. Sic ergo & tu debitori tuo. Hanc ergo regulam ponis, hanc conditionem loqueris, hoc pacto & placito quãdo oras commemoras ut dicas. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quid ſibi uult ſeptuagieſſepties? audite fratres magnũ myſterium, & mi-
rabile ſacramentum. Quando dominus baptiza- Luc. 3.

ſus eſt, Lucas euāgeliſta ſanctus ibi commemora-
uit generationes eius, quo ordine, qua ſeric, quo
ſchemate ad illam generationem uentum fuerit,
Mat.1. qua natus eſt Chriſtus. Matthæus cœpit ab Abra
ham,& uenit ad Ioſeph deſcendēdo, Lucas autem
aſcendendo cœpit numerare. Quare iſte deſcen-
dendo,ille aſcendendo? Quia Matthæus generati-
onem Chriſti commēdabat qua deſcendit ad nos,
ideo quando natus eſt Chriſtus, cœpit numerare
deſcendendo. Lucas autem, quia tunc cœpit nume
rare quando baptizatus eſt Chriſtus,ubi eſt initi-
um aſcenſionis. Iſte aſcendendo numerare cœpit,
numerando autem compleuit generationes ſeptu
aginta & ſeptem. A quo numerabat, Intendite. A
quo exorſus eſt numerare, uſque ad ipſum Adam,
qui primus peccauit,& nos cum peccati obligati-
one generauit,enumerantur generationes ſeptua-
gintaſeptem,hoc eſt,a Chriſto uſq; ad Adam,quas
diximus ſeptuagintaſeptem, & ab Adam uſq; ad
Chriſtum ſeptuagintaſeptem. Si ergo nulla gene-
ratio prætermiſſa eſt,nulla culpa præteritur, ubi
non debeat ignoſci. Nam ideo ipſius ſeptuaginta-
ſeptem generationes enumeratæ ſunt, quem nu-
merum dominus in peccatorum remiſſionem com
mendabat,quoniam a baptiſmo cœpit numerare,
ubi omnia peccata ſoluuntur. Et in hoc fratres ad-
huc accipite ſacramentum maius. In ſeptuageſimo
& ſeptimo numero, myſteriū eſt remiſſionis pec-
catorum. Tot generationes inueniūtur a Chriſto
uſq; ad Adam. Deinde paulo diligētius interroga
ipſius numeri ſecretum, latebraſque eius inquire,
pulſa diligētius ut aperiatur tibi. Iuſtitia legis dei
conſtat uerum eſſe,nam lex in X. præceptis cōmen
datur,ideo ille debebat decem millia talentorum.
Ipſe eſt ille memorabilis decalogus,digito dei tra
ditus populo per Moyſen famulum dei. Debebat
ergo ille X. millia talentorū,omnia peccata ſigni-
ficat,propter numerum legis. Debebat & ille cen-
tum denarios,non minus ab eodem numero. Nam
& centies centum, ſiunt X. millia: & decies deni,
ſiunt centum. Et ille X millia,& ille decies denos
A legitimo numero nō receſſum eſt. In quo utroq;
Inuenies utraque peccata,uterque debitor,& utee
que ueniæ deplorator & imperator. Sed ille ſeruus
malus,ſeruus iniquus, ingratus, noluit rependere
quod accepit,noluit pſtare quod illi indigno præ-
ſtitum fuit. Videte ergo fratres: Quiſquis incipit
a baptiſmo,liber exit,dimiſſa ſunt ei X. millia ta-
lentorum: & cum exierit,inuenit habet conſeruū
ſuum debitorem. Obſeruet ergo ipſum peccatum,
quia numerus undenarius trāſgreſſio legis eſt,lex
enim denarius, peccatum undenarius: lex enim de
cem,peccatum pec undecim. Quare peccatum per
undecim? quia tranſgreſſio denarij eſt, trāſgreſſio
autem peccatum. Iam ubi trāſgrederis denarium,
ad undenariū uenit. Ideo magnum myſteriū figu-
ratum eſt, quādo iuſſum eſt tabernaculū fabricari.
Multa ibi numeroſa dicta ſunt in magno ſacramē-
to Inter cætera uela cilicina iuſſa ſunt fieri,non X.
ſed XI, quia per cilicium oſtenditur confeſſio pec
catorum. Quid autem amplius quæris? Vis noſſe
omnia peccata contineri numero iſto ſeptuageſi-
moſeptimo? Septuplum ſolet pro toto computari,
quoniam ſeptem diebus uoluitur tempus,& finito
ſeptenario rurſus ad caput reditur, ut eadem for-
ma uoluatur. Per huiuſmodi formæ reſolutiones
ſecula tranſeunt, a ſeptenario tamen numero non
receditur. Omnia enim peccata dixit, quando ſe-
ptuagieſſepties dixit, quia illos undecim ſi dupli-
cas ſepties, ſiunt ſeptuagieſſepties. Omnia ergo
peccata dimitti uoluit, quia ea ſeptuageſimoſe-
ptimo numero præſignauit. Nemo cōtra ſe teneat
nonignoſcendo,ne contra illum teneatur quando Luc.6.
orat,dicit enim deus: Dimitte, & dimittetur tibi.
Sed ego prior dimiſi,dimitte poſtea,nam ſi non di
miſeris, reuocabo te: & quicquid tibi dimiſeram,
replicabo tibi. Non enim mentitur ueritas, nec
fallitur aut fallit CHRISTVS, qui ſubiecit di-
cens: *Sic & uobis faciet pater ueſter qui in cœlis*
eſt. Inuenis patrem, imitare patrem. Si enim imi-
tari non uis,exhæredari diſponis. Faciet ergo iſta,
inquit,uobis pater ueſter cœleſtis, ſi non remiſeri
tis unuſquiſque fratribus ueſtris ex cordibus ue-
ſtris. Ne dicas in lingua,ignoſco,& corde differas.
Supplicium enim tibi oſtendit deus minando uindi
ctam. Nouit deus,niſi dicas, uocem tuam homo
audiuit,conſcientiam tuam deus inſpicit. Si dicis
dimitto,dimitte,meliores cum clamas ore, & di-
mittis in corde,quam blandus ore,crudelis in cor
de. Iam ergo obſecrant pueri indiſciplinati, & no
lunt uapulare,qui ſic præſcribunt nobis quādo uo
lumus dare diſciplinam: Peccaui ignoſce mihi. Ec-
ce ignoui. Et iterum peccat. Ignoſce,ignoui, pec-
cat tertio,ignoſco. Tertio ignoui, iam quarto ua-
pulet. Et ille: Nunquid ſeptuagieſſepties te fatiga
ui? Sic hac præſcriptione ſeueritas diſciplinæ dor
miat,repreſſa diſciplina,ſæuit impunita nequitia.
Quid ergo faciendum eſt? Corripiamus uerbis,&
ſi opus eſt,& uerberibus, ſed delictū dimittamus,
culpam de corde abijciamus. Ideo enim dominus
ſubdidit,de cordibus ueſtris, ut ſi per charitatem
imponitur diſciplina, de corde lenitas non rece-
dat. Quid enim tam pium, quam medicus ferens
ferramentum? Plorat ſecandus & ſecatur, plorat
urendus & uritur. Non eſt illa crudelitas, abſit ut
ſæuitia medici dicatur. Sæuit in uulnus,ut ſanetur
homo: quia niſi uulnus palpetur,homo perditur.
Sic ergo iſta monuerim fratres mei,ut fratres no-
ſtros q peccauerūt, oīmodo diligamus: de corde
noſtro charitatē in eos non dimittamus, & diſci-
plinam cum opus eſt demus,ne per ſolutionem di-
ſciplinæ creſcat nequitia, & incipiamus propter
deum accuſari,quia recitatum eſt nobis: Peccan- 1.Ti.5.
tes coram omnibus corripe,ut cæteri timorem ha
beant. Certe ſcit quis quod ſolum uerum eſt,di-
ſtinguit tempora,& ſoluit quæſtionem. Verum ſi
peccatum in ſecreto eſt,in ſecreto corripe. Si pec-
cat publice & aperte,publice corripe,ut ille emen
detur,& cæteri timeant &c.

REdire dimiſſa peccata, ubi fraterna charitas
non eſt, dominus docet de illo ſeruo, quem
cum inueniſſet debitorem X. millium talen-
rum,deprecanti autem,omnia dimiſit. Ille autem
ſui conſerui,qui ei debebat C. denarios,quum mi-
ſertus non fuiſſet, iuſſit eum dominus reddere quæ
ei dimiſerat. Tempus ergo quo accipitur indulgē-
tia per baptiſmum,tanquam tempus eſt reddendæ
rationis,ut omnia debita quæ inuenta fuerint, di-
mittantur. Non tamen ille ſeruus qui poſtea dedit
conſeruo ſuo mutuatam pecuniam quam ille non
poſſet reddere,non et miſertus eſt,ſed etiam ei de
bebat,& ſic ceſſerat ut ei dimitteret dominus. Hoc
indicant uerba conſerui, dicentis: Patientiā habe
in me,& omnia reddā tibi. Alioquin diceret, iā in
hoc dimiſeras,cur iterū repetis? Hoc & ipſius dñi
uerba manifeſtius aperiūt. Ait enim: Egreſſus aūt
ſeruus

ſeruus ille, inuenit unum de conſeruis ſuis, q debe-
bat ei C. denarios. Non dixit, Cui debitum iam G.
denariorũ dimiſerat. Si enim dimiſerat, non ei de-
bebat. Quia ergo dixit, Debebat ei, manifeſtum eſt
q non dimiſerat. Et melius quidẽ fuerat, atq; hoc
potius congruebat tanto debitori reddenti ratio-
nẽ, & expectanti miſericordiã dñi ſui, ut prius ip-
ſe conſeruo dimitteret quod ei debebat, & ſic ad
rationem reddendam, ubi miſericordia Domini
impienda erat, accederet. Nec tamen illud quod
nondum conſeruo dimiſerat, impediuit dominum
eius, quo minus io tempore illo accipiendæ ratio-
nis dimitteret ei omnia quæ debebat. Sed quid
profuit, quando quidem in caput eius propter odi
orum perſeuerantiam rurſus omnia continuo re-
plicata ſunt? Sic non impedimur à baptiſmi gratia,
quo minus omnia peccata dimittat, etiam ſi odium
fraternum in eius cui dimittuntur, animo perſeue-
rat. Soluitur enim heſternus dies, & quicquid ſup-
eſt ſoluitur, etiã ipſa hora momẽtumq; ante & in
baptiſmo: Deinceps aũt reus incipit cõtinuo, nec ſo
lũ conſequentiũ, ſed etiã pręteritorũ dierũ, hora-
rum, momentorũ, redeũtibus omnibus quę dimiſ-
ſa ſunt. Et ſæpe iſta contingunt in eccleſia.

DE EADEM DOMINICA
Matthæi. xviij.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is parabolam hãc: Simile eſt regnum cœ-
lorum homini regi, qui uoluit rationẽ po-
nere cum ſeruis ſuis. Et reliqua. Homilia.

SAluator noſter, dilectiſsimi, cũ hominibus
conuerſationem habens, non ſolum pecca-
ta uitare nos docuit, ſed & qualiter à rea-
tu peccatorũ abſolui poſſemus, pio & quo-
dam ſalubri conſilio nos inſtruere curauit.
Eſt aũt conſilium eius huiuſmodi, ut ſi uolumus à
debitis peccatorum noſtrorum coram Deo abſol-
ui, nos quoq; offenſores noſtros à culpis quibus er
ga nos ei tenentur, abſoluamus. Ad hęc autem non
Luce 6. ſolum frequenti noſtrorum exhortatione, ſed &
Mar. 11. operis executione nos inuitare dignatus eſt. Ver-
borum exhortatione, cum ait: Dimittite, & dimit-
Mat. 6. temini. Et rurſum: Cum ſtabitis ad orãdum, dimit-
tite, ſi quid habetis aduerſum aliquem. Et iterum:
Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet
& uobis pater ueſter cœleſtis peccata ueſtra. Et
Mat. 18. cum interrogaretur à Petro, num uſque ſepties di-
mittendum eſſet fratri, ait: Non dico tibi ſepties,
ſed uſq; ſeptuagieſſepties. Operis quoq; executio-
ne grande ac memorabile huius rei nobis reliquit
exemplum. Quid enim ait cum à crucifixoribus ſu-
Luce. 23. is myrrha potaretur & felle, & ſubleuaretur in
crucem? Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid fa-
Deut. 32 ciunt. Ita fratres dominus Ieſus Chriſtus factus
eſt nobis ſicut aquila prouocans ad uolandum pul-
los ſuos, & ſuper eos uolitans. Parum illi uiſum
eſt ſolis uerbis nos prouocaſſe ad uolandum uſque
ad eam perfectionẽ qua diliguntur inimici, & igno
ſcitur debitoribus, niſi & in ſeipſo eiuſdem rei no-
bis exemplum oſtẽdiſſet, & quaſi quodam ſublimi
uolatu ſuo ad imitandum ſe nos inuitaſſet. Certe
homini ſenſato, & lapideum cor non habenti, ſolũ
hoc ſufficere debebat exemplum, & ſi omnis illa
uerborum exhortatio præmiſſa non fuiſſet. Et uer
bis quidem aliquando planis & manifeſtis ad hanc
perfectionem nos inuitat, ſicut in pręmiſsis patet
exemplis. Aliquando uero & parabolicis, ſicut in
euangelio q̃d præ manibus nunc habemus. Dicit
enim: *Simile eſt regnum cœlorum &c.* Qui ſunt cœli,
& quod eſt regnũ cœlorum, quod aſſimilatum eſt
homini regi? Si, ut ait ſcriptura, anima iuſti ſedes Sapi.
eſt dei, conſequens eſt, ut animæ ſanctorum cœli
ſint. Sed & angelici ſpiritus cœli dicuntur, quos ad
laudem dei inuitat Pſalmiſta, dicens: Laudate eum
cœli cœlorum. Regnum cœlorum, id eſt, beatorũ
omnium, quid eſt niſi uita æterna? Vita autem æter Pſal. 148.
na Chriſtus eſt, qui ait: Ego ſum uia, ueritas & ui-
ta. Ipſe utique terra uiuentium, hæreditas ſancto-
rum. Ipſe paradiſus uoluptatis, locus ſpatioſus in
quo ſtatuitur pes fidelium. Ipſe & rex & regnum
ſanctorum, in quo, cum quo, & per quem regnant Ioh. 14.
omnes electi. Regnum itaque cœlorum Chriſtus
eſt. Bene autem hoc regnũ cœlorum comparatur
homini regi, qui miſericors eſſe phibetur debito
rem abſoluendo, & iuſtus ingratũ puniendo, quo-
niam & Chriſtus homo, & rex regum, & multum
miſericors miſericordiam quærentibus, & iudex
durus ingratis. ¶*Qui uoluit rationem ponere cũ ſer-
uis ſuis.* Tres ſunt ſerui regis noſtri, cum quibus ra-
tionem ponere habet de debitis ſuis. Vnus eſt, qui
nunquam à debito abſolui uel poſtulat, uel mere-
tur. Alter, qui ad tempus quidem abſoluitur, ſed
ingratus efficitur. Tertius, qui & abſoluitur, &
gratus permanet. Seruus qui nũquam à debito ab-
ſoluitur, uniuerſus infidelium eſt populus, qui inæ-
ſtimabili debito coram creatore ſuo conſtrictus,
abſolutionem nec unquam meretur, nec unquã in-
uenit, iamq; à deo iudicatus eſt. Duo reliqui ſerui,
duo genera hominum ſunt ad fidem eccleſiæ ueni-
entium. Nam cum electi & reprobi quotidie ſacra
menta eccleſiaſtica ſuſcipiunt, ſimul cum illis in ec-
cleſiæ gremio nutriuntur, ſed aduerſarij illis, &
doloribus multis eos afficere non deſinunt, & co-
artat Eſau Iacob in uiſceribus matris. Sunt ergo
in eccleſia ſerui duo, bonus & malus, electus & re-
probus. Nã tertius ille de quo diximus, foris eſt.
Et omnes quidẽ ſerui ſunt ſummi regis, qui ad ſibi
ſeruiendum ſeq; laudandum omnes ad imaginem
ſuã condidit, ſed à ſeruitio eius duo recedunt, unus
autem permanet. Sed quod eſt debitum quod de-
bent ſinguli domino ſuo? Debiti nomine peccatum
in ſcripturis appellari, ex hoc perpendimus, quod
dum docuiſſet ſaluator ſic nobis orandum eſſe: Di-
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus Matt. 6.
debitoribus noſtris: ſtatim poſt pauca ſubiecit: Si
enim non dimiſeritis hominibus peccata eorum,
nec pater ueſter cœleſtis dimittet uobis peccata
ueſtra. Hoc autem debito omnis homo obligatus
eſt deo. Omnes enim in peccatis concipimur, & in
peccatis naſcimur, & in peccatis omni tẽpore ui-
uimus. Ponit autem rationem cum ſeruis ſuis do-
minus, quãdo per ora prædicatorũ, ſiue etiam per
occultam inſpirationem culpas quorũlibet delin-
quentium redarguit, & ſatiſfactionẽ de peccatis
exigit. Audit ſeruus ille infidelis, contẽnit, indurat
ad increpationẽ, ueniã nec quęrit, nec inuenit, ſed
dãnatur in infidelitate ſua. Audit ſeruus electus, cõ
pungit, ſatisfacit, de pctis abſoluit, & pmanet gra
tus, qa & delinquẽtibus in ſe cõſeruis ſuis libenter
ignoſcit. Quid aũt agat ille ſeruus repbus, q quidẽ
cũ electis ad tẽpus in eccleſia conuerſat, audiamus
ex uerbis euãgelicę lectiõis, is enim eſt de q̃ dicit:
¶*Oblatus eſt unus qui debebat decẽ millia talenta.* De-
bitor pluriũ talentorum, eſt homo multorũ crimi-

nalium peccatorum reus, qualia ſunt adulteriũ, ho
micidium, ſacrilegium, furtũ, periuriũ, rapina, aut
etiã infidelitas & ſimilia. Talenti aũt nomine apte
deſignãtur quę huiuſmodi ſunt, pro eo q̃d hęc gra
uiſsima ſunt, ſicut hoc genus põderis inter cætera
pondera quæ certis nuncupationibus diſtinguun-
Zach. 5. tur, grauiſsimum eſt. Vnde & in Zacharia prophe
ta talenti nomine impietas deſignatur, cum dici-
tur: Et uidi, & ecce talentum plumbi portabatur,
& proiecit illud in medio amphoræ, & dixit: Hęc
eſt impietas. Sicut autem talenti diuerſæ ſunt ſpe
cies, ita & ipſa crimina inter ſe differentia ſunt. Et
ueuera fortaſſe, quia nomine talenti peccata gra-
uiſsima intelligi uoluit, non adiecit ut diceret ta-
lenta auri aut argenti, quia nomina hæc precio-
ſarum rerum ſignificatiua ſunt, utpote uirtutum
atq; ſcientiæ, ſed ſimpliciter dixit, decem talenta.
Mille uero talenta debere dicatur, qui quodlibet
grande peccatum toties iterauerit, ut etiam in cõ
ſuetudinem duxerit. Apte enim per millenarium,
qui quartus eſt in ordine eorum numerorum, à qui
bus inchoatur numerandi progreſsio, conſuetudo
peccati intelligi poteſt, quæ & ipſa in ꝓgreſſu pec-
catorum quartum obtinet locum. Sicut enim ab
unitate uſque ad decem per adiectionem unita-
tũ, & à decẽ uſq; ad centum p adiectionẽ denario-
rum, & à centum uſq; ad mille per adiectionẽ cen-
tenariorum numerãdo progredimur, ſic à delecta
tione peccati quæ prima eſt, uſq; ad conſenſum, à
conſenſu uſque ad actum, ab actu uſq; ad conſue-
tudinem progreſsio fit. Decies autem mille talen-
ta debet, qui cuncta decalogi mandata iniqua con
ſuetudine uiolauit, iamq; omnis iuſtitiæ contem-
ptor effectus eſt. Sicut enim poſt mille quintus in-
ter limites numerorum eſt decem millia, ita poſt
Pro. 18. peccandi conſuetudinẽ quintum obtinet locum cõ
temptus, iuxta illud quod alibi dicitur: Impius cum
uenerit in profundum uitiorum, contemnit. Quod
ſi cui oneroſa eſt expoſitio hæc, dicat ſimpliciter
decem millia talenta debere eum, qui multa crimi
nalia peccata commiſit, ſitq;, ut fieri ſolet, nume-
rus finitus pro infinito poſitus. Sequitur: ¶ *Cum*
autem nõ haberet unde redderet, iuſsit eum dominus ſu-
us uenundari &c. Peccator cum arguitur à domino
per os miniſtri ſui, ſiue per propriam conſcientiã,
non habet unde reddat debitum dũ adhuc ad cor-
reptionem cor obdurat, dum nec timore concuti-
tur, nec ſalubri dolore compungitur, nec ad lachry-
mas uſque ſuccenditur. Iubet ergo dominus mini-
ſtris ſuis uenundare eũ qui eiuſmodi eſt, cum uxo-
re & filijs, ut debitum poſsit exolui. Iuxta eum lo
quendi modum, quo uiuificare dicuntur animas,
qui uiuere eas pronunciant: & mortificare, qui
mortuas eſſe teſtantur. Etiam uenundari peccato
rem non incongrue dici poſſunt miniſtri domini,
qui cum poſt ſimplicem & blandam admonitionẽ,
aſpera inuectione minis gehennæ perterrent, atq;
in poteſtatem ſatanæ uenundatum eſſe pronunci-
Rom. 7. ant. Moneta quippe diaboli peccatum eſt, pro cu-
ius breui delectamento in manus illius ſe tradit ho
Eſai. 52. mo cum peccat. Vnde in perſona peccatoris Apo-
ſtolus loquens, ait: Ego autem carnalis uenũdatus
ſub peccato. Et per prophetam peccatoribus dici-
tur: Gratis uenundati eſtis. Vtiq; gratis, quia pec-
catum pro quo ſe uẽdit homo, nullius eſt precij, &
nihil eſt, & nihil fiunt homines cum peccant. Vxo-
rem quoq; peccatoris una cum filijs uenundari, eſt
concupiſcentiam eius prauam, atque opera iniqui

tatis quæ ex ipſa propagata ſunt, pro æternis cru-
ciatibus uenundata, firmis aſſertionibus compro-
bare. Alium quoq; uenundationis modum in hoc
loco poſſumus intueri. Iubet eccleſiaſtica regula e-
os qui manifeſtis criminibus detinentur, & corre-
ctionem non recipiunt, per excõmunicationis ſen-
tentiam à communione eccleſiæ alienos fieri, & ſic
ſatanæ tradi, ut ſpiritus ſaluus fiat per pœnitenti-
am. Nunquid enim non bona uenditio quædã eſt,
eum tradimus ſatanæ peccatorem, ut recipiamus 1. Cor. 5.
iuſtum pœnitentem? Sic uendidit Apoſtolus forni
catorem, de quo ad Corinthios loquitur, dicens:
Ego quidem abſens corpore, pręſens autem ſpiri-
tu, iam iudicaui ut præſens eum qui ſic operatus
eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, tradere
huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus
ſaluus fiat in die dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sed quaſi
alium uirum, pro eo recipit, quando emendatum
communioni eccleſiæ admiſit, ſcribens pro eo Co-
rinthijs, ut conſolarentur eum, & confirmarent il 2. Cor. 2.
lum in charitate. Vxorem quoq; obſtinati peccato
ris uendere iubemur, quia non ſolum ſecundũ ſpiri
tualẽ, ſed & ſecundũ carnalem communionẽ à no-
bis alienandus eſt, ut & totus ſatanæ deditus appa
reat, uidelicet ſpiritu & carne. Vxoris quippe no-
mine caro ſolet intelligi. Hinc Apoſtolus ait: Si is
q nominatur frater, eſt auarus, aut fornicator, aut
idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut ra- Ibidem.
pax, cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Nõne ergo
bene uxorem impij uendunt nonnulli prælatorum,
qui eiuſdem quos ſpirituali communione priuaue
runt, uel ab alijs priuatos cognouerunt, alicuius fa
miliaritatis cauſa carnaliter communicare nõ for
midant? Filios ſimiliter uendere, eſt eos qui cõſen
tiunt uel communicant excommunicatis, eadẽ fe-
cire ſententia. Horrendus eſt uterq; modus uendi
tionis, & nonnunquam duriſsima corda etiam re-
proborum non mediocriter conturbat, ita ut iniquita
te ſua ad tẽpus dimiſſa, cum lachrymis humiliẽtur
coram miniſtris domini, & ſatisfactionem quantũ
libet aſperã exhibeãt: quod eſt procedere ante do-
minum: de qualium numero eſt ſeruus hic, de quo
dicitur: *Procidens autem ſeruus ille, rogabat eum, di-*
cens: Patientiam habe in me. Ac ſi diceret: Domine,
ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corri- Pſal. 6.
pias me. ¶ *Et omnia reddam tibi*. Quod eſt dicere:
Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, hoc eſt
per ſingula peccata quibus iram merui, conſcienti-
am meam emundare ſtudebo. Sequitur: ¶ *Miſertus* Pſalm.
autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, ac omne debitum 144.
dimiſit illi. Miſerationes domini ſuper omnia ope-
ra eius, quia non ſolum electis, ſed & reprobis qui
ad tempus credunt, ſiue ad tempus fructus pœnitẽ
tiæ exercent, per baptiſmum aut pœnitentiã pec-
cata dimiſit, ſicut per prophetam promittit, dicẽs:
Si dixero impio, morte morieris, & conuerſus
egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritq; iudi-
cium & iuſtitiam, omnia peccata eius quæ pecca-
uit, non imputabuntur ei. ¶ *Egreſſus autem ſeruus*
ille, inuenit unum ex conſeruis ſuis, qui debebat centũ
denarios. Omne debitum quod homo homini obli-
gari poteſt, parui ponderis eſt, reſpectu eius quo
erga deum reus tenetur, ac ſi decem millibus talen-
torum centum denarij comparentur. *Et tenens ſuf-*
focabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens ſer-
uus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, &
omnia reddam tibi. Ille autẽ noluit, ſed abiens miſit eum
in carcerem quouſq; redderet uniuerſum debitũ. In uee-
ho

bo ſuffocandi, ſuperba & tyrãnica debiti exactio notatᷓ, quę fit cũ uel per uim uel per aſperas obiurgationes debitor ita opprimitur, & quaſi ſtrangulatur, ut uix reſpondẽdi aut excuſandi facultatem poſsit habere. In carcerẽ uero mittitur, dũ corã iudice ſtatuitur, ac per diſtrictam iuſtitiã undiq; coartatur, ut nullius euadẽdi locus relinquatur. ¶ *Videntes aũt conſerui eius quæ fiebãt &c.* Conſerui noſtri qui contriſtãtur ſup iniquitate noſtra, & Dño eã annunciãt, iuſti uiri ſunt, qui zelo iuſtitię accenſi, dũ enormitates noſtras corrigere nõ ualent, ad deum ſuſpirãt, & correctionẽ noſtram illi cõmittunt. Sed & angeli dei, cõſerui noſtri dicũtur, qui ſemper uident faciẽ patris, & oĩa noſtra intuẽtes, in cõſpectu dei ſingula annunciant. ¶ *Tunc uocauit eũ dominus ſuus &c.* Seruus nequã de ingratitudinẽ iudicãdus à dño uocatur, & tortoribus traditur, cũ de hac uita per mortẽ rapitur, & poteſtati peſsimorũ ſpirituũ torquẽdus ſubijcitur. ¶ *Tradidit, inquit, eum tortoribus, quouſq; redderet uniuerſum debitum. Sic & pater meus cœleſtis faciet uobis, ſi non remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ueſtris.* Formidãda nimiũ & horrore plena ſentẽtia in hoc loco fratres nobis intimatur, uidelicet q̃d ſi immiſericordes extiterimus erga debitores noſtros, nõ ſolum ea peccata quæ poſt remiſsionem commiſsimus, ſed & ea quæ uel per baptiſmum, ſiue per pœnitẽtiam nobis dimiſſa ſunt, in nobis eſſe puniẽda. Vnde quidam ex patribus ait: Qui diuini oblitus beneficij, ſuas uult uindicare iniurias, nõ ſolum de futuris peccatis ueniã non meretur, ſed etiã præterita quę ſibi dimiſſa credebat, ad uindictam replicabuntur. Idem rurſus ait: Peccatum quod ex Adam trahitur, temporaliter redditur, quia oẽs propter hoc moriuntur, nõ aũt in æternum eis qui per gratiam renaſcuntur, ſi in ea permãſerint. Item alius: Ex dictis euangelij conſtat, quia ſi quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rurſus exigitur, quod iã per pœnitentiã dimiſſum gaudebamus. Alius quoq; eadẽ affirmat, dicens: Cõſiderandum eſt, q̃d dicit uniuerſum debitum, quia non ſolũ peccata quæ poſt baptiſmum gerit homo, reputabuntur ei ad pœnam, ſed etiam originalia peccata quæ in baptiſmo ei dimiſſa ſunt. Item ex uerbis prophetæ eadem ſententia confirmatur, cũ dicitur: Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatẽ ſecundum oẽs abominationes quas operari ſolet impius, nunquid uiuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabũtur. Si enim omnes iuſtitiæ quas fecit, in obliuionẽ ducuntur, ergo & pœnitentia quã pro peccatis exhibuit, in nihilũ reputãda eſt. Reſtat igitur ad pœnã reuocari peccata pro quibus pœnitentia exhibita fuerat, cũ nihil iam ſit quod illa excuſet. Sed forte quærit aliquis, quomodo peccatum quod imputatur peccatori ad pœnã, remiſſum fuit ei in baptiſmo ad pœnitentiã? Ad quod dicimus, q̃m eo tempore in tali ſtatu per gratiã dominĩ cõſtitutus fuerat, in quo ſi permanſiſſet, nequaquã ei præterita peccata nocitura fuiſſent: q̃d utiq; fuit à peccatis eſſe ſolutũ. Quid ergo fratres dicemus ad hoc? Horẽda plane, & ſupra modũ timenda eſt ſententia quã audiſtis. Quid obſecro proderit nobis baptizatos eſſe, animus noſtras ſæpius afflixiſſe ieiunijs, uigilijs, acceteris operibus pœnitẽtię, eleemoſynas quoq; pauperibus diſtribuiſſe, ut remiſsionem acciperemus peccatorũ, ſi peccata noſtra quę his remedijs iã nobis à deo dimiſſa ſunt, iterũ prauitate noſtra aduerſus ſemetipſos ſuſcitamus? Quid ꝓdeſt uulnera toplagã ſanaſſe, ſi ꝓpria negligentia cicatricẽ corrũpat, ac denuo uulnus aperiat? Plane iuxta ſermonẽ dñi, & patrũ aſſertiones, uulnera noſtra à cœleſti medico iã ſanata, uidelicet peccata iã nobis dimiſſa, in noſtrã perniciem ſuſcitamus, ita ut in futuro examine ſingula cruciatũ ſuũ nobis inferãt, ſi odiũ erga debitores noſtros gerimus, ſi ueniã delictorũ poſtulãtibus, obſtinate & immiſericorditer denegamus. Illud quoq; attẽdendũ, q̃d nõ ſimpliciter, ſi nõ dimiſeritis, ſed ſi nõ dimiſeritis, inquit, in cordibus ueſtris. Hoc quippe additamẽto ſimulatã recõciliationem excluſit, quę fit cũ quis importunitate rogantiũ euictus, odio in corde retento, pacẽ cũ inimico ſimulat, opportunũ tẽpus uindictæ expectans. Reſtat ergo chariſsimi, ut grãde illud remedium peccatorũ, q̃d tanta diligentia ſępius à ſaluatore nobis commendatũ eſt, & ſine quo infructuoſum nobis eſt quicquid pro obtinenda corã deo uenia delictorũ agimus, ſolerter ſeruare curemus. Supportemus cũ omni mãſuetudine iniurias ꝓximorũ, ſimus ad ignoſcendũ debitoribus manſueti, ad miſerendũ miſericordiã quærentibus parati, ut & nos in conſpectu diſtricti iudicis noſtri miſericordiam inuenire poſsimus, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre, &c.

DE EADEM DOMINICA HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

Iſte Rex, ipſe eſt qui hæc loquitur, Deus & homo, Ieſus Chriſtus dñs noſter. Qui quotidie cũ ſeruis ſuis rationem ponit, q̃n per epiſcopos & ſacerdotes hoĩm peccata diiudicat, dũ unuſquiſq; ad pœnitentiã ueniens, quantũ debeat & in quibus peccauerit dño confitetur. Ille aũt unus, qui decẽ millia talẽta debebat, q̃s alius intelligitur, niſi oẽs illi q̃ plus cæteris in omnibus peccãt? Sed quare cũ hoc prius rationẽ dñs ponere uoluit, niſi ut huius exẽplo cæteri intelligerent q̃d in ſuis rationibus reſpõderent, & quantã ſpẽ habere potuiſſent? Si eñ q̃ ei plus cęteris debebat, quoniã ſe humiliauerat, omne debitũ Dñs dimiſit, quãto magis alijs q̃ non tantũ peccauerunt, ſi digne pœnituerint, oĩa peccata dimittet? Ideo eñ decẽ milia talenta poſuit, quia hoc debito nullũ aliud debitũ maius eſt. Oẽs enim numeri in hoc numero continentᷓ, quoniam ex denis numeris multiplicatur: cuius unaquęque pars tã perfecta eſt, ut replicari quidẽ poſsit, creſcere uero nõ poſsit. Quũ eñ uſq; ad decem numeramus, niſi iterũ ab uno incipiamus, nihil habemus quod dicamus. Similiter autem fit, ut quum uenimus ad centum, & ſimiliter quum uenimus ad mille, atq; ſimiliter quum uenimus ad decem millia. Decies enim decem fiunt centum, & decies centum fiunt mille, & decies mille fiũt decem millia. Hoc igitur debito maius debitum non eſt. Sed uideamus quid ſequitur. *Quum autem non haberet unde redderet, iuſſit eũ dominus eius uenundari, & uxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.* Peccator enim ad pœnitentiam ueniens, non prius habet unde debitum ſoluat, donec ex toto humiliatus, ſacerdotũ conſilio, ſemper omnibus obedire promittat. Ideoq; & à ſacerdotibus dicitᷓ: Niſi debitũ ſolueris & pœnitentiã egeris, tu & uxor tua, filij tui, & cuncta quę poſsides, in æternum peribitis. Per quod datur intelligi, q̃d ipſe totus carneus ſimul cum aĩa ſua, cunctiſq; ſenſibus corporis ſui, incendijs tradetur æternis, ut per uxorem animã,

per filios uero, ſenſus corporis intelligamus. Qui enim cum his omnibus cruciatur, in nulla parte ſui requiē habet. Si autem his auditis contremiſcat, & ſatiſfacere & obedire promittat, procidensq́; à piſsimo Domino pœnitentiam & miſericordiā ſibi fieri deprecetur, fiet ei: quod ſequentia maniſe ſtant. *Miſertus* (inquit) *Dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit illi.* Ecce dimiſſum eſt tibi debitum: in bono perſeueres, dimitte tu quoq; debitoribus tuis, ſicut & tibi dimiſſum eſt debitū tuū. Quod ſi facere nolueris, audi & expecta quod ſequitur. *Egreſſus autem ſeruus ille inuenit unum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum, dicens:* Redde quod debes. Valde paruū debitum eſt centum denariorum, ad comparationem decem millium talentorum. Stultiſsimus igitur eſt, qui centum denarios non uult dimittere ea cō ditione, ut ei decem millia talenta dimittantur. *Et procidens conſeruus eius rogabat eum, dicens. Patiētiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, ſed abijt, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum.* Fortaſſe iſte non audiuit, aut ſi audiuit nō intellexit, & paruipendendo neglexit quod alibi dominus ait. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur uobis. Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & non iudicabimini. nolite condemnare & non cōdemnabimini: dimittite, & dimittetur uobis: date, & dabitur uobis. Ideo enim miſericordia inter alias uirtutes ſuperior eſt, quia quicunq; miſericordiam non habuerint, ipſi quoq; ſine miſericordia cruciabuntur. Vnde & diuiti illi famoſo & miſero ab Abraham dicitur. Fili, recordare quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nūc aūt hic conſolatur, tu uero cruciaris. *Videntes autem cō ſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt ualde: & uenerūt: & narrauerunt Domino ſuo omnia quæ facta fuerant.* Iſti enim conſerui, & angeli & homines intelligūtur. Omnes enim ſunt conſerui, qui unius ſunt Domini ſerui. Et iſti quidem iniquorum oppreſsionē & miſerorum afflictionem Domino narrant, qui pro his aſsidue ad Deum clamant. *Tunc uocauit illū Dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſi. ut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet uniuerſum debitum.* Tortores iſti, maligni ſpiritus ſunt, quibus miſer homo ad puniendū traditur: neque de eorum poteſtate eripitur, donec uniuerſum debitum reddat. Nunquā igitur de illorum poteſtate eripitur, quoniam hoc debitū ſemper redditur, nunquam tamen in integrum ſoluitur. Hanc aūt totam ſimilitudinē ad qd attulerit, ipſe Dominus protinus exponit, dicens. Sic & pater meus cœleſtis faciet uobis, ſi nō remiſeritis fratri ſuo unuſquiſq; de cordibus ueſtris. Nō eñ ſufficit labijs dimittere, niſi & ora & corda cōueniant.

DOMINICA XXIIII POST pentecoſten. Matth xxij,

¶In illo tēpore: Abeuntes phariſæi conſilium inierunt, ut caperēt Ieſum in ſermone. Et reliq. Homilia beati Iohānis Epiſc o.

Omnis malitia confunditur quidē aliquoties ratione ueritatis, corrigitur autem nunquam, maxime eorum qui propoſito malo, & non ignorantia peccant. Sacerdotes poſtquam terrere Dominum non potuerunt, dicētes: In qua poteſtate facis hęc? poſtquam parabolarum ratione conſtricti, ſuo iudicio ipſi ſe reos fecerunt, dicentes: Malos male perdet: nemine contra eos dante teſtimonium, niſi cō ſcientia ſola, nunquid compunxit eos timor peccati? Nunquid compeſcuit eos uel cōſideratio libertatis? Sed quid? ¶*Abierunt & conſiliū* * *acceperunt, ut eum caperent in ſermone.* Quemadmodum ſi aliqs claudere uoluerit aquę currētis meatum, ſi hęc excluſa fuerit aquæ uiolentia, aliunde ſibi ſemitā rūpit: ſic eorum malignitas ex una parte confuſa, aliū ſibi aditum adinuenit. Sicut enim nō poteſt fieri, ut ligna mittendo extinguas incendiū, ſic non poteſt fieri ut rationem dicendo places hominem malum. Sicut ignis quanto amplius ligna ſuſceperit, in maiorem flammam erigitur: ſic anima mala quanto magis ueritatem audierit, eo amplius in malitiam excitatur. Abierunt ergo, & conſiliū acceperunt. Quo abierunt? ad Herodianos. Nam ex eo quod non dicit, conſiliati ſunt, ſed conſilium acceperunt, & ex quo pariter cum Herodianis uenerunt, apparet, quia cum illis eiuſmodi circumuentionis conſilium tractauerunt. Homo colonus cuius terram poſsidet, illius auxilio opus habet. Qui iuſtitiam tenet, nullius patrocinio indiget, niſi Dei. Qui in diaboli iniquitatibus ambulat, diaboli adiutorium neceſſarium habet. Colonus enim dei, diaboli auxilium non requirit. Colonus aūt diaboli, auxilium dei, & ſi quærat, non inueniet. Vidiſti aliquando euntem ad furtum, deum orare, ut bene proſperetur in furto? Aut qui uadit ad fornicationem, nunquid ſignum crucis ſibi ponit in fronte, ut non comprehendatur in crimine? Quod ſi fecerit, non ſolum non adiuuatur, ſed adhuc amplius traditur, quia neſcit iuſtitia Dei patrocinium dare criminibus. Sic & iſti expugnare Chriſtū cupientes conuenienter non ad ſeruos dei uiros religioſos, ſed ad gētiles ſe contulerūt. i. ad Herodianos. Quale conſilium, tales & conſiliatores. Quis autem dare poterat conſilium contra Chriſtum, niſi diabolus, qui erat aduerſarius Chriſti? Conſultabant enim apud ſe ſacerdotes: Si non ſoli euntes interrogauerimus Chriſtum, quamuis dixerit quia non licet Cæſari dare tributum, tamen nemo nobis credet dicentibus contra eum, iam enim omnes ſciunt quia inimici eius ſumus. Inimicorum autem teſtimonium in iudicio, & ſi uerum fuerit, quaſi ſuſpectum reprobatur. Sed nec per ſeipſos Chriſtum interrogare nolebāt, quia in magna ſuſpicione inimicitiæ fuerant apud Chriſtum, ne forte quaſi ſuſpecti circumuenire eum non poſſent. Nam inimicus manifeſtus melior eſt, quam amicus fictus. Ille dum timetur, facile uitatur: iſte dum non cognoſcitur, præualet. Miſerūt ergo diſcipulos ſuos quaſi adhuc minus cognitos, & minus ſuſpectos, ut aut abſconſe facile deciperent eum, aut deprehenſi, minus erubeſcerent apud eum. Nam conſilio malo deprehenſo, tanto minor naſcitur confuſio, quāto fuerit perſona deterior. Sed diſcipuli illi magiſtris ſuis ætate minores erant, malitia autē pares. Nam pulli ſerpentiū ſtatura breuiores ſunt, ueneno aūt æquales. Catuli luporum adhuc teneri cōſtituti, & ſi uenationē attingere non poſſunt, iam tamen ſanguine gaudent, & morſibus ludunt. ¶*Magiſter, ſcimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces.* Magiſtrum eum uocant, & ueracem magiſtrū, ut quaſi honoratus & laudatus, myſterium ſui cordis ſimpliciter eis aperiat, tanquam uolens eos habere

Mat 22.

Ibidem.

tere diſcipulos. Hæc eſt enim hypocritarum pri-
ma potentia, ſimulatio, & laudatio. Laudant enim
quos perdere uolunt, ut per delectationem laudis
paulatim corda hominum ad ſimplicitatem beni-
gnæ confeſſionis inclinent: ueluti ſi quis taurũ ua-
lidum, quem uiribus non poteſt ſubiugare, uinculo
flectere, mollibus manibus nodoſam eius fricat cer
uicem, ut quem uirtute tenere non potuit, per blã-
dimentum comprehendat. Sic & iſti catenã ſubdo
læ laudis portantes in ore, & gladium malitiæ ab-
ſcondentes in corde, tantũ eccleſiaſtici gregis do-
Gen.49 lo laudis comprehendere feſtinabant. De quo tau
ro prophetabat Iacob, iam tunc increpabat Leui
filium ſuum, quia de Leui naſcituri ſacerdotes, in-
terfecturi erant Chriſtum. Simeon & Leui fratres
cõſummauerunt iniquitates ſuas. In cogitationes
eorum non ueniat anima mea, & in concilio eorum
Pſal.54 non cadant pręcordia mea, quia in ira occiderunt
uirum, & in furore ſuo ſubneruauerunt taurum.
De talibus dicit propheta: Molliti ſunt ſermones
eorũ ſup oleũ, & ipſi ſunt iacula. ¶ *Quid tibi uidetur?*
Licet cenſum dare Cæſari, an non. Nõ eſt iuſtũ ut ſer-
ui ſummi regis, terrenis regibus ſeruiamus. Si eñ
indignum eſt ut duobus regibus homo alterius al-
teri obſequatur, & iniuriam faciat ſuo, ſi ſubiaceat
alieno: quãto magis indignius eſt, ut cultores dei,
humanarum poteſtatum grauamina cognoſca-
mus? *Cognita autem nequitia eorum, Ieſus non ſecun-*
dum ſermones eorum pacificos blande reſpondit, ſed ſe-
cundum conſcientiam eorum crudelem & aſperam di-
xit, quia deus plerunque ad animam loquitur, non
ad corpus: uolũtatibus reſpõdet, non uerbis. ¶ *Hy-*
pocritæ, quid me tentatis? Oſtendite mihi numiſma cen-
ſus. At illi obtulerunt ei denarium. Dicit eis: Hypocri-
tæ, ut quod ab eo audierunt in aure, apud ſeipſos
inueniant in corde, ut conſiderantes eum humano-
rum cordium cognitorem, quod facere cogitabãt,
perficere non auderent. Vide ergo quoniam pha-
riſæi blandiebantur ut perderent, Ieſus autem con
fundebat ut ſaluaret, quia utilior eſt homini deus
iratus, quam homo propicius. ¶ *Et ait eis: Cuius eſt*
imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. Tunc di-
cit eis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ
ſunt dei, deo. Imago dei non eſt in auro depicta, ſed
in hominibus figurata. Nũmiſma Cæſaris, aurum
eſt: numiſma dei, homo. In ſolidis Cæſar uidetur,
in hominibus deus agnoſcitur. Ideo diuitias ue-
ſtras Cæſari date, deo autem conſcientiæ ueſtrę ſo
lam innocentiam reſeruate, ubi deus uidet. Cæſa-
ris enim imaginem manus artificis ſculpſit, & cor-
ruptibilibus literis annotauit. Dei autem imaginẽ
hominem diuina manus, decem uiuis apicibus de-
monſtrauit. Quibus? Quinq; ſenſibus carnalibus,
& quinq; ſenſibus ſpiritualibus, per quos conſide-
ramus & apprehẽdimus quę ſunt utilia ſicut deus.
Tu autem domine.

DE EADEM DOMINI-
ca. Matth. xxij.

¶ In illo tempore: Abeuntes phariſæi cõ-
ſilium inierunt, ut caperẽt Ieſum in ſermo-
ne. Et reliqua Homilia Herici.

LVca referente euangeliſta manifeſtũ eſt,
quia ipſo ſaluatore nato ſub Cæſare Au-
guſto, in toto orbe celebrata eſt deſcri-
ptio, & inter omnes nationes totius or-
bis quæ Romano imperio ſubiectæ erãt,
Iudæa quoq; eius ſtipendiaria facta fuerat. Quam
ob cauſam magna ſeditio tunc temporis in popu-
lo ſeruebat. Quidam enim dignum eſſe iudicabãt,
ut quia Romani pro ſecuritate & quiete omnium
aſſidue militabant, cenſum eis deberent perſolue-
re. At contra phariſæi qui ſibi de falſa iuſtitia ap-
plaudebant, nitebantur aſſerere quod populus dei
qui decimas ſolueret, primitiua daret, & cætera le-
gis decreta obſeruaret, non deberet humanis legi
bus ſubdi. Quæ ſeditio intantum conualuit, ut poſt
domini paſſionem in hac ipſa pertinacia & rebel-
lione Iudæi perdurantes, Romanis ſub hac occaſi-
one in uindictam necis ſaluatoris uenientibus,
amitterent locum, gentem, & regnum, uitam etiã
præſentem perderent ac futurã, maluerunt q; hæc
omnia cæcantis auaritia perpeti, quam tributa Ro-
manæ militię pendere. Quia ergo principes ſacer-
dotum timore populi Dominum comprehendere
nõ poterant, ſaltem ut in ſermone eum caperent,
laborabant. ¶ *Abierunt ergo phariſæi, & conſiliũ* * *ac-*
ceperunt. Quo abierunt? Vtique ad Hærodianos,
qui erant milites Hærodis, ac exigendis tributis
præpoſiti. Nam Cæſar Auguſtus Herodem filium
Antipatri alienigenam & proſelytum, regem Iu-
dæis conſtituerat, qui tributis præeſſet, & Roma-
no pareret imperio. Ergo ex eo quod non dicit e-
uangeliſta, conciliati ſunt, ſed conſilium accepe-
runt, & ex eo quod dicit, cum Herodianis pariter
conuenerunt, apparet, quia cum illis huiuſcemodi
circunuentionis conſilium tractauerunt. Cogita-
bant enim apud ſe ſacerdotes dicentes: Si nos ſoli
euntes interrogauerimus Chriſtum, quanuis dixe-
rit quia non licet Cæſari dare tributum, tamen ta
lia dicentibus nobis contra eum, nemo credit, quia
omnes iam ſciunt quod inimici eius ſumus. Inimi-
corum autem teſtimonium in iudicio, & ſi uerum
ſit, tamen quaſi ſuſpectum reprobatur. Per ſeipſos
ergo Ieſum Chriſtum interrogare nolebant, quia
in magna ſuſpicione inimicitię iã erant apud Chri
ſtum, ne forte quaſi ſuſpecti circunuenire eum non
poſſent. ¶ *Et mittunt ei diſcipulos ſuos*, qui ſe iuſtos
ſimulantes, ſaltem in ſermone eum caperent, & ſic
poteſtati præſidis traderent, ut uelut ipſi à morte
eius immunes eſſe uiderentur. Mittunt ergo diſci-
pulos ſuos ad illũ quaſi adhuc minime ſuſpectos,
ut aut facile eum deciperent: aut ſi uincerentur (ſi-
cut & contigit) illi qui eos miſerant, minus erube-
ſcerent. Nam conſilio malo deprehenſo, tanto mi-
nor naſcitur confuſio, quanto fuerit perſona dete
rior. Mittunt igitur phariſæi diſcipulos ſuos cum
Herodianis militibus Herodis, ceu quos illudentes
phariſæi (quia Romanis tributa ſoluebant) Hero-
dianos uocabãt, & non diuino cultui deditos. Qui-
dam latinorũ ridicule Herodianos putant, qui He-
rodem Chriſtum crederent, q̃d nuſquã omnino le-
gimus. Herodianos itaq; (ut diximus) milites He-
rodes appellat, q in exigendis tributis erãt prępo
ſiti. Dicũt ergo: ¶ *Magiſter, ſcimus quia uerax es.* Ma-
giſtrum & ueracẽ uocant, ut quaſi homo eorũ adu-
latione delectatus, ſecretũ ſui cordis eis ſimplici-
ter aperiat. Scimus, inquiunt, q̃a uerax es, & uiam
dei. i. legẽ dei, in ueritate doces, & nõ eſt tibi cura
de aliquo, id eſt, in proferenda ueritate, nullius uel
amicitiam, uel inimicitiam curas. Quare hoc dixe-
rint, manifeſtant cum ſubdunt: ¶ *Non enim reſpicis*
perſonam hominum, id eſt, nec propter pauperem,
nec propter diuitem ueritate relicta mendacium
loqueris. ¶ *Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? Licet cen-*
ſum

ſum dare, an non? Tanquam dicerent: Nos ſerui ſumus ſummi regis, legẽ ab eo accepimus, decimas, primitias, oblationes, ac uictimas, iuxta legis mãdata ipſi offerimus, & ideo iniuſtum eſt, ut terrenis regibus ſeruiamus. Hoc autem blanda & fraudulenta interrogatione dicentes, ad hoc illũ perducere laborabant, ut magis deum quam Cęſarem timens, diceret non debere Romanis tributa ſolui, quatenus hoc audientes Herodiani, id eſt, miniſtri præſidis qui præſentes erant, tenerẽt eũ quaſi ſeditionis principem contra Iudæos. Si uero diceret tributum eſſe reddendũ, tanquã deſtructorem legis illum calumniarẽtur. ¶*Cognita aũt Ieſus nequitia illorum*, hoc eſt, conſiderans dolum & fraudes eorum, dixit: ¶*Quid me tentatis Hypocritę?* Attendendum, quia nõ ſecundũ ſermones eorum fictos blande reſpondit, ſed iuxta conſcientiã eorũ crudelem aſpera obiecit, cogitationibus illorum, nõ uerbis reſpondens. Prima etenim uirtus eſt reſpondentis, interrogantium uerba cognoſcere, & non diſcipulos, ſed tentatores uocare. Hypocrita ergo uocatur, qui aliud ſimulat, id eſt, aliud uoce prętẽdit. Hypocritas autem idcirco eos nuncupat, ut audientes ex ore eius quæ ipſi cogitabant, in corde conſiderarent eum humanorum cordium cognitorem tanquam omnipotentem deum. & quod facere in illum cogitabant, perficere non auderent. Hypocritæ autem ſubaurati dicuntur. Hypo enim græce ſub, chryſos aurum dicitur. Merito ergo tentatores ſuos hypocritas nũcupat, qui aliud oſtendebantur opere, aliud ſimulabant uoce. ¶*Oſtendite mihi numiſma cenſus.* Sapientia ſemper egit ſapienter, ut ſuos tẽtatores proprijs illorum ſermonibus uinceret. Oſtendite, inquit, mihi numiſma, id eſt, inſcriptionem denarij, uel ut alij dicunt, monetam. Dictũ aũt eſt numiſma à nomine quod inſcribebatur denario. Eſt autem denarius genus quod pro decẽ nummis imputabatur, & habebat nomen & imaginem Cæſaris. ¶*Et ait illis: Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio?* Ex hoc loco conijcere poſſunt ueritatem, qui dicunt dominũ Ieſum Chriſtũ cauſa ignorantiæ aliquando interrogaſſe Iudæos, & non potius cauſa diſpenſationis. Interrogat enim cuius ſit imago nummi, & ſuperſcriptio eius, non quod ipſe neſciat, quod omnes ſcire poterant qui uidebant denarium, ſed ideo, ut ad ſermonem eorum competenter reſpondere ualeat. ¶*Dicunt ei Cæſaris.* In hoc loco Cæſar nõ Auguſtus Octauius intelligendus eſt, ſed Tiberius priuignus eius, qui ſucceſſerat in imperio, ſub quo & paſſus eſt Dominus. Sciendum uero eſt, omnes reges Romanorum Cæſares eſſe appellatos, à primo Caio Iulio Cæſare. Qui ideo ſic appellatus eſt, quod uel cæſo utero matris in lucem eruperit, uel quod cum cæſarie capillorum fuerit natus. ¶*Tunc ait eis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt dei deo.* Reddite Cæſari quæ eius ſunt, id eſt, nummum, tributũ, & pecuniam: & quæ dei ſunt, deo, id eſt, decimas & primitias, & cætera donaria, quæ legis decreto mandantur. Quod Dominus faciendum pręcepit, ipſe quoque opere impleuit. Nam cum ueniſſet Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt: Magiſter ueſter
Mat.17. non ſoluit didrachma? At ille ait: Etiam. Et cum introiſſet Petrus domum, præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? At ille ait: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij. Ac ſi diceret: Si filij regum liberi ſunt à tributo, ego qui ſum filius regis æterni, atque de ſtirpe regis terreni generatus, à tributo liber eſſe deberem. Vt autem non ſcandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum: & eũ piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & pro te. In quo loco dicit beatus Hieronymus ignorare ſe quid potiſſimum mirandum ſit, utrum præſcientia ſaluatoris, an magnitudo eius uirtutis. Præſcientia quidem, quod nouerit piſcem habere ſtaterem in ore, &, quod primum ipſe capiendus eſſet. Magnitudo autem uirtutis, ſi ad uerbũ illius ſtatim ſtater in ore piſcis creatus eſt, & q̃d futurum erat, loquendo fecerit. Ergo ut ante dictum eſt, Dominus noſter & ſecundum carnem & ſecundum ſpiritũ eius filius regis erat, uel ex Dauid ſtirpe generatus, uel omnipotentis uerbum patris. Tributa quaſi regis filius non debebat, ſed qui humilitatem carnis aſſumpſerat, debuit adimplere omnem iuſtitiam. Nosq; infelices, qui Chriſti cenſemur nomine, & nihil dignum facimus tanta maieſtate. Ille pro nobis & crucẽ ſuſtinuit, tributa non reddimus, & quaſi filij regis à uectigalibus immunes ſumus. Deo etiam reddidit dominus Ieſus quę dei ſunt, quoniam in omnibus operibus ſuis uoluntatem patris adimpleuit, iuxta quod ipſe loquitur: Non ueni facere uoluntatem meam, ſed Iohã 6.
uolũtatem eius qui miſit me patris. Spiritualiter, ſicut Cęſar exigit denarium a ſuis ſubiectis, in quo imago eius exprimitur, ita deus requiret à nobis animam lumine uultus ſui inſignitam. Vnde Pſalmiſta ait: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Quemadmodũ enim denarius inſignitur regis imagine, ita anima noſtra diuini luminis illuſtratur claritate. Homo nanq; ad imaginem & ſi- Pſal.4.
militudinem dei conditus eſt, non in corpore, ſed in ſpiritu, id eſt, anima. Quod Paulus apoſtolus manifeſtat cum dicit: Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundũ deũ creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Quibus uerbis non in corpore, ſed in ſpiritu ad imaginem & ſimilitudinẽ dei homo creatus eſſe oſtenditur. Creatus eſt ergo ad imaginem & ſimilitudi- Eph.4.
nem dei in anima, ut ſicut eſt Deus ſanctus, iuſtus & uerus, diſcernitq; inter bonum & malum, ita & ipſe homo ſanctus, iuſtus, uerusq; manens, diſcretionẽ æque boni maliue retineat. Ad ſimilitudinẽ nihilominus dei factus eſt, ut ſicut eſt deus perpetuus & immortalis, ita eſſet etiam homo (niſi peccaſſet) immortalis atque æternus. Taliter ergo, ut diximus, ad ſimilitudinem & imaginem dei eſt homo conditus, non in corpore, ſed in ſpiritu, ea diſtinctione ſeruata, ut imago accipiatur in ſanctitate, ſimilitudo autem in æternitate. Studeamus ergo renouari ſpiritu mentis noſtræ, & induere nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, ut mereamur ei reddere denarium ſuum, hoc eſt, uitam noſtram ſanctam & immaculatam.

Aliter Phariſæos, & Herodianos, qui ad tentandum Dominum ſunt miſſi, diuerſæ conſtat fuiſſe uoluntatis. Alij enim nil reddere Cæſari, alij uero tantum Cæſari omnia cenſebant eſſe reddenda. Proinde duo iſti ordines tentatorum, duo ſignificant genera hæreticorum, quorum alterum docet tantummodo corpori obſequendum, & Cæſari, id eſt, uentri qui & in libro beati Iob exactor uocatur, ſolummodo militandum. Alterum uero genus

genus hæreticorum ſuadet corporis curam penitus omittendam, & animæ tantummodo profectibus inuigilandum, nonnunquam etiam ipſi corpori cauſa animæ perniciem inferendam. Sed Dominus utrunq; abnuens, regia uia docet eſſe gradiendum, & corpori quidem ſubſidium non negandum: animæ uero profectui pro utilitate & tempore inſinuat inſiſtendum, diſcretione in omnibus conſeruata, quatenus & corpus ſubiacere ualeat, & animus inedia corporis non tabeſcat. Item alio ſenſu Cæſarem intellige diabolum, qui ſemel in paradiſo homini uilem perſuaſionis nummum contulit, & quotidie ab eo huius debiti reatum quærit. Cui tunc nō ſicut ille expetit, ſed ſicut utilitas noſtra poſsit, cēſum reddimus, cū peruerſa agere deſpicimus, cum peccatum quod ab eo ſuadente contraximus, digna pœnitentiæ ſatisfactione purgamus, cum uitia deſerimus, eiſq; cum ſuo autore abrenunciamus, ut tali tributo reddito, liberi ac ſecuri deinceps uiuamus. Sed poſtquam ita diabolo quod ab illo accepimus reddimus, neceſſe eſt ut deo omnipotenti quod ab illo ſumpſimus, intemeratum reſtituamus, animam uidelicet noſtram lumine uultus eius inſignitam & immaculatā, actionibus adornatam. Moneta enim dei ſumus, à theſauro eius decidimus, errore detritum eſt, q̄d in nobis fuerat impreſſum. Quocirca ſolerter eſt ſtudēdum, ut imaginem dei quam peccādo in nobis corrupimus, pœnitendo & digne uiuēdo reparare ſatagamus. Ipſo adiuuāte qui uiuit & regnat in unitate ſpiritusſancti deus, &c.

DE EADEM DOMINICA HOmilia D. Euſebij Emiſſeni.

STulti phariſæi, qui ſe in ſermone uerbum Dei capere putabant, & ſuis conſilijs ſapientiā fallere arbitrabantur. *Et mittūt ei diſcipulos ſuos.* Cum quibus? *Cum Herodianis*. i. cum Herodis miniſtris, qui tributa colligebāt. Hæc eſt igitur eccleſia malignantium, hoc eſt conſilium uanitatis. Mali magiſtri, mali diſcipuli, malis miniſtris ſociantur: cum fraude ueniunt, cū calliditate loquuntur: Sed quid dicunt? *Magiſter, ſcimus quia uerax es & uiam Dei in ueritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominū.* Valde bene loquunt̃ phariſæi, ſed aliud ore & aliud corde loquuntur: e ueneuoſo fonte dulcia uerba prorūpunt. Huic etiā tantæ ſimulationi Pſalmiſta reſpondens ait: *Si uere utiq; iuſtitiam loquimini, recte iudicate filij hominum.* Quem magiſtrū uocatis, & ueracē dicitis, ſicut magiſtrum & ueracem diligite, colite, & ſequimini. *Dic igitur nobis, quid tibi uidetur? Licet cēſum dari Cæſari, an non?* Putauerunt enim iſti Chriſtum Dñm noſtrum, quē pietatis & iuſtitię amicum eſſe cognouerant, reſpōdere ut potius templo & Deo offerrent, quam Cęſari, homini ſcilicet, cui tributa darent. Qua occaſione Herodiani cōmoti eū raperēt, & ad iudicē traherēt, & quaſi reū accuſarēt. Sed ſi cēſum dare nō liceret, & ſi tributa ſoluere eſſet peccatū, ipſe utiq; tributum pro ſe non dari præcepiſſet. Sic enim ſuperius ait: Quid tibi uidetur Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributum uel cenſum à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit, ab alienis. Reſpondit Ieſus: Ergo liberi ſunt filij. Vt aūt non ſcādalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eū piſcē qui primus aſcēderit tolle, & aperto ore inuenies ſtateram, illū ſumēs da eis pro me & te. Qui igitur ne ſcandalum fieret, quamuis non deberet, tributa perſoluit, non erat conueniens ut ad lites & ſcandala concitanda cenſum dare alios prohiberet. *Cognita autem Ieſus nequitia eorum ait: Quid me tentatis Hypocritæ?* Stultum eſt enī ei per Hypocriſim & ſimulatorie loqui, quem occulta non fallunt, qui corda uidet, & cogitationes conſiderat. *Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium.* In denario autem ſcripta erāt Cæſaris nomen & imago. *Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris.* Vide quomodo ipſa ſua reſponſione eos ligat. Vide quomodo Dei ſapientia comprehendat huiuſmodi ſapientes in aſtutia eorum. Ipſi enim teſtes ſunt, Cæſaris hoc eſſe quod oſtendunt: quod ſi Cæſaris eſt, quare Cæſari non redditur? imo quare Cæſari tollant, quod Cæſaris eſſe fatentur. *Tunc ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari.* Nolite Cæſari iniuriam facere, nolite ei ſua auferre, ne ſi ei ſua auferre uelitis, ipſe qui uobis potētior eſt, & ſua & ueſtra auferat uobis. Quam bene huic loco conuenit quod quidam ait, Arma tenenti omnia dat, qui iuſta negat. *Et quæ ſunt Dei, reddite Deo.* Nihil enim eſt quod Dei non ſit. Illud tamen ſpecialiter eius eſſe dicitur, quod magis ab eo diligitur. Diligit enim omnem ſuam creaturam: (ſecundū illud, Miſereris om̄ Dñe, & nihil odiſti eorū quæ feciſti:) ſed illam præcipue diligit, ꝓpter quā fecit cęteras creaturas. Sua igitur imago reddat̃ Cæſari, & ſua imago reddat Deo. Ad imaginē nanq; Dei factus eſt homo. *Sic enim ipſe Dñs ait: Faciamus hoiem ad imaginē & ſimilitudinē noſtram.* Magnus honor, magna nobilitas, ad Dei imaginem & ſimilitudinem eſſe hominē factum. Hanc aūt imaginem in primo homine amiſimus, in ſecūdo recuperauimus. Primus enim homo (ait Apoſtolus) de terra terrenus, ſecundo de cœlo cœleſtis: ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginē cœleſtis. Reddamus Deo imaginē ſuā, reddamus deo animas noſtras Nil carius habemus. Hoc igiť tributū ſoluere debemus. Audiamus Salomonē, audiamus ſapiētiam ipſam dicentem. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis tuæ, & dies de quibus dicas. Non mihi placent. Et paulo poſt: Antequā rumpatur funis argenteus, & recurrat uita anrea, anteq̄ confringatur hydria ſuper fontem, & conteratur rota ſuper ciſternam, & puluis reuertatur in terrā ſuam unde erat, & ſpūs redeat ad Deum qui dedit illum. Memēto (inquit) creatoris tui, ad cuius imaginem & ſimilitudinē factus es, ipſum imitare ne eius ſimilitudinem amittas. Quem enim imitatur homo, eius imaginē & ſimilitudinē habet. Antequā ueniat tēpus afflictionis tuæ, per quod uidelicet mortis horam intelligimus. Et dies de quibus dicas, non mihi placent. Hos autem dies habent impij, & æternæ morti condemnati: quia poſtquā de hac uita exeunt, nihil uident, nihil audiunt, nihilq; ſentiunt q̄d eis placeat. Hoc autem faciat homo in diebus iuuentutis ſuæ, id eſt, in diebus lætitiæ & proſperitatis, de q̄bus Apoſtolus ait: Dū tēpus habemus, operemur bonū ad oēs. Sequitur: Antequā funis argenteus rumpatur, & recurrat uita aurea. Hoc enim intereſt inter corpus & animam, quod eſt inter argentum & aurum: ut per argentum corpus, per aurum uero aīam ipſam claram & ſapientem intelligamus. Hęc aūt uita aurea tūc recurrit, quādo anima uinculis corporeis abſoluta, cœleſtia petit. Inde enim & funis uocatur corpus, quia quibuſdam naturæ legibus aīam ſibi ligat & ſtringit.

Hic aũt funis tunc rumpitur, qñ anima à corpore ſeparatur. Antequã confringatur hydria ſup fontem, & conteratur rota ſuper ciſternam. Hydria uocatur homo, quia de terra factus eſt. frangitur autem hydria ſuper fontem, quando homo nimia infirmitate grauatur, tamq́ morti proximus nec ipſam aquam ſuſcipere ualet, quando alienis manibus uix de lecto erigitur, ut diu concupitã aquam ſuſpiciat, quam ori appoſitam, ſpiritu attenuato & iam gutture intercluſo glutire non ualet. Et tunc quidem conteritur rota ſuper ciſternam, quia (ſicut ſcriptum eſt) in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Rota enim cogitationum noſtrarum, quæ ſuper ciſternam cordis noſtri (de corde enim exeunt cogitationes) ſemper reuoluitur, tũc primum conquieſcit: quia iam ulterius neq; facultas eſt, neq; uoluntas, ut uana & inutilia cogitare debeat. Nouit enim Dominus cogitationes hominum, quoniam uanæ ſunt. Puluis enim tunc reuertitur in terram ſuam unde erat, quia (ſicut primo homini Dominus ait) puluis es, & in puluerem reuerteris. Spiritus autem ad Deum redit qui dedit ipſum, ut eius iudicio atq; ſententia uel ad pœnam trahatur, ſi Dei imaginem & ſimilitudinem non habet: uel ducatur ad gloriam, ſi Dei imaginẽ & ſimilitudinem cuſtodiuit. Sequitur: *Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt.* Mirantur phariſæi ſe tam facile eſſe concluſos: & qui ad hoc uenerant ut Chriſtum caperent in ſuo ſermone, ſeipſos in ſuis ſermonibus captos eſſe cognoſcũt.

DOMINICA XXV. POST Pentecoſten. Luc. VIII.

¶ In illo tempore: Loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps unus acceſsit, & adorauit eũ, dicens: Domine, filia mea modo defuncta eſt, ſed ueni & impone manũ ſuper eam & uiuet. Et reliqua. Homilia beati Ambroſij.

Reliquerat in Geraſenis ſynagogã Chriſtus, & quem ſui non receperant, excepimus alieni, excepimus quem expectabamus. Nec nobis ergo à quibus expectabatur diu abfuit, nec ad illos ſi rogarẽt, faſtidit redire. Vir eſt iſte princeps ſynagogæ cui filia erat unica, ꝓ ſynagogæ pereuntis remedio ſupplicabatur, quæ urgebatur in mortem, quia deſerebatur à Chriſto. Quem ſynagogæ putamus principẽ eſſe, niſi legem? Cuius cõtemplatione dominus ſynagogam non penitus dereliquit, cum medicinam ſalutis credentibus reſeruauit. Ad hanc principis filiam dum properat Dei uerbum, ut ſaluos faceret filios Iſrael, ſancta eccleſia ex gentibus cõgregata, quæ inferiorum lapſu criminum deperibat, paratam alijs fide præripuit ſanitatem. Moraliter hunc locum ſatis putamus exprimendum, & ideo nõ illa quæ dicta ſunt recenſemus, ſed myſtica breui uolumus ſermone perſtringere. An nõ ita factũ eſt, ut dei uerbum cum ueniſſet ad Iudæos, aſciſceretur à gentibus, & prius ab illis qui in lege non crediderant, in gratia crederetur? Nam ſicut illa in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, ita etiam congregatio gentium amiſerat omnia dona naturæ, & patrimonium uitale prodegerat, facta uerecunda, religioſa, fide promptior, pudore cunctantior. Hoc eſt enim pudoris & fidei, agnoſcere infirmitatem, non deſperare ueniam. Verecunda ergo fimbriam tetigit, fidelis acceſsit, religioſa credidit, ſapiens ſanatam ſe eſſe cognouit. Sic ſancta plebs gentium quæ deum credidit, peccatũ erubuit, ut deſereret: fidem detulit, ut crederet: deuotionem exhibuit, ut rogaret: ſapientiã induit, ut ſanitatem ſuam & ipſa ſentiret: fiduciã ſumpſit, ut fateretur quod præripuiſſet alienum. Cur aũt retro tangitur Chriſtus? Quia ſcriptũ eſt: Poſt dñm deũ tuum ambulabis. Quid etiã ſibi uult, quod & principis filia annorum duodecim moriebatur, & mulier iſta ab annis duodecim fluxu ſanguinis laborabat, niſi ut intelligatur, quia quandiu ſynagoga uiguit, laborauit eccleſia? Defectus illius, huius eſt uirtus, quia illorum delictum, ſalus gentibus: & cõſummatio illius, huius exordium. Nõ naturę exordium, ſed ſalutis, quia cæcitas ex parte in Iſrael cõtigit, donec plenitudo gentium intraret. Nõ igitũ tẽpore, ſed ſpecie ſanitatis antiquior ſynagoga quã eccleſia. Quia quandiu illa credebat, iſta nõ credidit, & per uarias corporis atq; animę paſsiões immedicabili remedio ęgra lãguebat. Audiuit ęgrotare populũ Iudæorũ, ſperare cœpit ſalutis ſuę remedium. Tempus ueniſſe cognouit, q̃ medicus adeſſet e cœlo. Surrexit ut occurreret uerbo, uidit quia comprimebatur à turbis. Non eñ credunt qui cõprimunt, credunt qui tãgunt. Fide tãgitur CHRISTVS, fide CHRISTVS uidetur. Non corpore tãgitur, non oculis cõprehenditur. Neq; enim uidet, qui uidens non uidet: neq; audit, qui ea quæ audit non intelligit, neq; tangit qui fideliter non tãgit. Deniq; ut fidem tangentis exprimeret, ait. ¶ *Tetigit me aliquis. Nam & ego cognoui, uirtutẽ de me exiſſe.* Quod eſt euidentis indicij, quia non intra paſsibilitatem conditionis humanæ, atq; intra corporis clauſtrum incluſa ſapiẽtia diuinitatis coartata eſt, non capitur anguſtijs corporalibus, non tenetur, ſed ultra fines noſtræ mediocritatis uirtus exundat ęterna. Non enim humana ope plebs gentium liberatur, ſed dei munus eſt cõgregatio nationũ, qui etiam breui fide miſericordiam inclinat æternam. Nam ſi conſideremus quanta ſit fides noſtra, & intelligamus quanta ſit dei filius, uidemus, quia comparatione eius fimbriam tantummodo tangimus, ſuperiorẽ uero ueſtimenti eius partẽ neq́ muſ attingere. Si igitur & nos curari uolumus, fimbriã Chriſti fide tangamus. Non latet eum quicunque fimbriã tetigerit, qui tetigerit auerſum. Neq; eñ deus indiget oculis ut uideat, neq; corporaliter ſentit, ſed in ſe habet cognitionẽ oĩm. Beatus ergo q uel extremam partem uerbi contigerit. Nã totum quis poteſt comprehendere? Verum ut ad illã quę adhuc ægra eſt reuertamur, ne per noſtrã moram dum diu Chriſti moramur ingreſſum, mortua eſſe credatur. ¶ *Venerunt ergo ſerui dicẽtes principi, Noli uexare illũ, filia tua mortua eſt.* Et primũ illud cõſideremus, q̃d ſuſcitaturus mortuã, ad faciendã fidem, hæmorrhouſam ante curauit. Et ut ſcias (exempli gratia) ſteriſſe ſanguinis fluxũ, dum ad illã petitur, iſta curatur. Sic & reſurrectio tẽporalis in dñi paſſione celebratur, ut perpetua illa credatũ, ſic & paritura ſterilis indicatur, ut cõceptura uirgo credatũ. Deniq; audiuit parituram Elizabeth Maria, nec de ſua generatione dubitauit. Venerunt (inquit) ſerui dicentes principi: Noli uexare illum. Adhuc & hi increduli ad reſurrectionẽ ſunt, quã Ieſus in lege prædixit, in euangelio cõpleuit. Itaq; cum ueniſſet in domũ, paucos futurę reſurrectionis arbitros Rom. 11

adſciſ

adſcluit, non enim à multis cōtinuo eſt credita reſurrectio. Deniq; dicente domino: ¶*Non eſt mortua puella, ſed dormit: & deridebant, inquit, eum.* Quicunque enim non credunt, irrident. Fleant igitur mortuos ſuos, qui putant mortuos: ubi reſurrectionis fides eſt, non mortis ſpecies, ſed quietis eſt. Mat. 9. Nec illud abhorret Matthæi, quod dicit tibicines fuiſſe in domo principis, & turbam tumultuantem, uel quia more ueteri tibicines ad incendendos excitandosq; luctus ferebantur adhiberi, uel quia per legis & literæ cantilenam, exultationem ſynagoga non poterat capere ſpiritalem. Tenens ergo Ieſus manum puellæ, ſanauit eam, & iuſsit dare ei manducare. Quod eſt teſtimonium uitæ, ut non phantaſma, ſed ueritas crederetur. Beatus ille cui manum ſapientia tenet. Vtinam meos quoque teneat manum iuſtitia, teneat dei uerbum, inducat in penetralia ſua, ſpiritum auertat erroris, conuertat ſalutis, dari mihi iubeat manducare. Panis enim cœleſtis eſt dei uerbum. Inde & illa ſapientia, quæ Prou. 9. diuini corporis & ſanguinis ſacroſancta altaria repleuit alimentis, Venite, inquit, & edite panes meos, & bibite uinum quod miſcui uobis. Quæ tamen tantæ diuerſitatis eſt cauſa? ſupra publice uiduæ filius reſuſcitatur, hic remouentur plures arbitri. Sed puto quod in eo quoq; pietas ibi domini declaratur, quia uidua mater unici non patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur: Eſt etiā forma ſapientię in uiduæ filio, cito eccleſiā crediturā: in archiſynagogi filia, credituros quidē Iudæos, ſed ex pluribus pauciores. To aūt.

DE EADEM DOMINICA
Luce viij.

¶In illo tempore: Loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps unus acceſsit: & adorauit eum, dicens: Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Ecce uir uenit cui nomē erat Iairus, & ipſe princeps ſynagogæ erat. Priori lectioni quam de abiectione ſynagogæ, fideiq; eccleſiæ, atq; iterum inſtauratione ſynagogæ ſumma interpretati, conſequenter archiſynagogi filia moriens ſubiungitur. Quam dū ſuſcitare properat Dominus, præoccupatus, hæmorrhouſa mulier præripit ſalutem, ſitq; ut poſt ueniens, prior ſalute potiatur. Aethiopia enim præ- Pſal 67. ueniet manus eius deo, & cum intrauerit plenitu- Rom. 11. do gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Princeps itaq; ſynagogæ nullus melius quā ipſa Moyſes intelligitur. Vnde bene Iairus, id eſt, illuminans ſiue illuminatus uocatur, quia qui accipit uerba uitæ, illuminat, & ipſe à ſpiritu ſancto quo uitalia monita ſcribere uel docere poſsit, illuminatur. ¶*Et cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum ut intraret in domum eius.* Si caput Chriſti deus, pedes eius conſequenter incarnatio, qua terram noſtræ mortalitatis tetigit, accipiendi ſunt. Cecidit igitur archiſynagogus ad pedes Ieſu, quia legiſlator cū tota patrum progenie Chriſtum in carne apparentē, longe ſibi dignitatis gloria præferendum eſſe cognouit, illud Apoſtoli ſedula deuotione proteſtans, quia 1. Cor. 1. quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Rogauit eum intrare in domū eius, quia cōtinuis gau- Pſal. 34. diorum uotis eius uidere deſiderabat aduentum. Anima aūt mea, inquit, exultauit in dño, & delectabitur ſuper Ieſu eius. Oia oſſa mea dicent, domine quis ſimilis tibi? Et hoc eſt ad pedes Ieſu cadere, eum ſuper oēs ſingulariter magnū pia fide fateri. ¶*Quia filia unica erat ei, ferè annorū duodecim, & hæc moriebatur.* Ipſa ſynagoga quæ ſola legali inſtitutione compoſita, quaſi unica Moyſi nata erat, quaſi duodecimo ætatis anno, hoc eſt, tempore pubertatis appropinquante moriebatur, quia nobiliter à prophetis educata, poſtq̄ ad intelligibiles annos peruenerat, poſtquā ſpirituales deo fructus gignere debebat, ſubito errorum languore conſternata, ſpirituales uias ingredi deſperabiliter omiſit, & ſi non à Chriſto ſuccurreretur, horrendā ſuper oīa corruiſſet in mortem. ¶*Et factum eſt dum iret, à turba comprimebatur.* Ad puellam pergens ſanadā dominus, à turba comprimitur, quia genti Iudæi ſalutaria monita præbens, quibus ægram uitijs eius conſcientiam erigeret, noxia carnalium populorū eſt conſuetudine grauatus. ¶*Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim.* Mulier ſanguine fluens, ſed à domino curata, eccleſia eſt ex gētibus congregata, quæ ingenti carnalium delectationū polluta fluxo, atq; à cœtu iam fuerat ſegregata fidelium. Sed dum uerbum dei Iudæam ſaluare decerneret, paratam iam promiſſamq; alijs præripuit ſpe certa ſalutem. Notandumq; quod & archiſynagogi duodennis ſit filia, & mulier hæc ab annis duodecim ſanguine fluxerit, hoc eſt, eodem quo hæc nata ſit tempore, illa cœperit infirmari, una enim pene eademq; ſeculi huius ætate & ſynagoga in patriarchis naſci, & gentilium natio per orbem cœpit idololatriæ ſanie fœdari. Nam & gemini fluxus ſanguinis, hoc eſt, & ſuper idololatriæ ſuperſtitione, & ſuper his quæ carnis ac ſanguinis oblectatione polluūtur, poteſt intelligi. Vnde pul- 1. Reg. 17. chre ſacra refert hiſtoria, tempore quo Dauid adhuc puer Goliad gigantem ſtrauit, Philiſtijm in finibus Domim, id eſt, ſanguinum fuiſſe caſtrametatos. quia uidelicet dominus ad debellandum mundi principem humilis apparens, nullo modo operibus fructuoſis, ſed & religioni ſpurciſsimæ deditos gentilium populos inuenit. Ergo quandiu ſynagoga uiguit, laborauit eccleſia. Defectus illius, huius uirtus eſt, quia illorum delicto ſalus facta eſt gentibus. ¶*Quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab ullo potuit curari.* Medicos ſiue falſos theologos, ſiue philoſophos, legumq; doctores ſecularium, qui multa de uirtutibus ui- Mar. 5. tijsq; ſubtiliſsime differentes, utilia ſe uiuendi credendiq; inſtituta mortalibus dare promittebant, ſeu certe ipſos ſpiritus immundos ſignificat, qui uelut conſulendo ſe iam pro deo colendos ingerebāt. Quibus uiciſsim audiendis, gentilitas quanto magis naturalis induſtriæ uires expenderet, tanto minus potuit ab iniquitatis ſuæ corde curari. Vnde Marcus bene de hac muliere ſcribēs, ait: Et fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquam profecerat, ſed magis deterius habebat. Sed hæc ubi populum Iudæorū ægrotare, uerumq; de cœlo cognouit adeſſe medicum, cœpit & ipſa languoris ſui ſperare pariter & quæritare remedium. ¶*Acceſsit retro, & tetigit fimbriam ueſtimenti eius, & confeſtim fluxus ſtetit ſanguinis eius.* Accedit ad dominum, tangit eccleſia, quæ ei per fidei ueritatem appropinquat. Accedit autem retro, ſiue iuxta, id quod ipſe ait: Si quis mihi Iohā. 12. miniſtrat, me ſequatur. Et alibi præcipitur: Poſt dominum deum tuum ambulabis. Siue quia præſen-

tem in carne dominum non uidens, peractis temporalis diſpenſationis ſacramentis, eius iam per fidem cœpit ueſtigia ſubſequi. Tangit autem fimbriam ueſtimenti eius, & undam reſtringit ſanguinis, quia beatus & uere mundatus, qui uel extremum uerbi, fidei manu contigerit. Nam rarus ualde, qui eius uel in pectore recumbere, uel caput mereatur piſtica nardo perungere, cum & ille magnus fuerit, qui ſe indignum dicebat eius calceamenta portare: magna & illa quæ ungere pedes eius, & capillis ſuis tergere promeruit. ¶ *Et ait Ieſus: Quis eſt qui me tetigit?* Non ut ipſe quæ neſciat doceatur, ſed ut uirtus fidei quam nouerat, imo quã ipſe dederat, in muliere declaretur, interrogat. ¶ *Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligũt, & tu dicis, quis me tetigit?* Quem turbæ comitantes paſſim comprimunt, una credula mulier tangit dominum: quia qui diuerſis inordinate glomerantium hæreſibus affligitur, ſolo catholicæ eccleſiæ fideliter corde ueneratur. Nam ſicut quidam uidentes non uident, audientes non audiunt, ita etiam tangentes non tangunt, quia non fideliter Chri-

Iohã.20.

ſtum tangunt. Vnde cuidam amanti quidem, ſed nondum plene credenti dicit: Noli me tangere, nondum enim aſcẽdi ad patrem meum, aperte docens, quid ſit eum ueraciter tangere, patri ſ. æqualem credere. ¶ *Et dixit Ieſus: Tetigit me aliquis. Nam*

Pſal.59.

& ego noui uirtutẽ de me exiſſe. Dicat Pelagius, ſi placet, ſe ſuo conamine ſaluari. Dicamus aũt nos, quia uana ſalus hoĩs: in deo faciemus uirtutẽ. Nã & ipſe uirtutẽ (quæ propiciat oĩbus iniquitatibus noſtris, & ſanat omnes languores noſtros) non de nobiſipſis, ſed de ſe nouit exire. Non ergo latet eum qui fimbriam tetigerit, i. quis incarnationis myſteria, donec ad maiora capiẽda perueniat, perfecte amãdo crediderit. ¶ *At ipſe dixit illi: Filia, fides tua te ſaluam fecit, uade in pace.* Ideo filia, quia fides tua te ſaluam fecit. Nec dixit, fides tua te ſaluã factura eſt, ſed ſaluam fecit. In eo enim quod credidiſti, iã ſalua facta es. ¶ *Adhuc illo loquẽte, uenit quidam ad principem ſynagogæ, dicens ei, quia mortua eſt filia tua, noli uexare illum.* Saluata à profluuio ſanguinis muliere, mox filia principis mortua nunciatur, quia dum eccleſia à uitiorum labe mundata, & ob fidei meritũ filia eſt cognominata, cõtinuo ſynagoga perfidiæ ſimul inuidiæq; leto ſoluta eſt. Perfidiæ quidem, quia in Chriſtum credere noluit, inuidiæ uero, quia eccleſiam credidiſſe doluit. Scriptum eſt enim in

Act.13.

Actibus apoſtolorum: Sequenti autem ſabbato pene uniuerſa ciuitas conuenit audire uerbum domini. Videntes aũt turbas Iudæi, repleti ſunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, maledicentes uiam domini coram multitudine. Noli uexare illũ, per eos hodieq; dicitur, quia adeo deſtitutum ſynagogæ ſtatum uidẽt, ut reſtaurari poſſe non credãt, ideo pro reſuſcitatione illius ſupplicãdum eſſe non æſtimant: ſed quæ impoſsibilia ſunt

Luc.18.

apud homines, poſsibilia ſunt apud deũ. Vnde ſequitur: ¶ *Ieſus autem audito hoc uerbo, reſpondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & ſalua erit.* Pater puellæ, cœtus doctorũ legis accipitur, de quo dñs ait: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ

Mat.23.

& phariſæi. Qui ſi credere ipſe uoluerit, etiam ſubiecta ei ſynagoga ſalua erit. ¶ *Et cum perueniſſet domum, non permiſit ſecum quenquam introire, niſi Petrũ & Iacobum & Iohannem, & patrem & matrem puellæ.* Supra publice uiduæ filius ſuſcitatur, hic remouentur plures arbitri. Puto ergo quod in eo quoque pietas ibi declaretur, quia uidua mater unici non patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur. Eſt etiam forma ſapientiæ, in uiduæ filio cito eccleſiam crediturã, in archiſynagogi filia credituros quidem Iudæos, ſed e pluribus pauciores. ¶ *Flebant autem omnes, & plangebant illam.* Nunquid poſſunt, inquit, filij ſponſi

Mat.9.

lugere quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. Igitur ſynagoga quia ſponſi lætitiam qua uiuere poſſet, amiſit, quaſi inter plangentes mortua iacens, ne hoc quidem ipſum quare plangatur, intelligit. ¶ *At ille dixit: Nolite flere: non eſt mortua, ſed dormit.* Hominibus mortua erat, qui ſuſcitare nequiuerant: Deo dormiebat, in cuius ditione & anima recepta uiuebat, & caro reſuſcitanda quieſcebat. Vnde mos Chriſtianus obtinuit, ut mortui qui reſurrecturi eſſe non dubitantur, dormientes uocentur, ſicut Apoſtolus: Nolumus

1.Teſ.4.

uos, inquit, ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Sed & in parte allegoriæ, cum anima quæ peccauerit, ipſa moriatur, tamen ea quæ reſuſcitari à Chriſto meruerit, nobis quidem mortua fuiſſe, ſed ei obdormiſſe dici poteſt. ¶ *Et deridebant eum, ſcientes quia mortua eſſet.* Quia uerbum reſuſcitantis deridere magis quam credere malebant, merito foras excluduntur, indigni qui miraculum reſurgentis uiderent. ¶ *Ipſe autem tenens manum eius,*

Mar.5.

clamauit dicens: Puella ſurge. In Marco ſcriptum eſt: Ait illi, thalita cumi, quod eſt interpretatum: Puella (tibi dico) ſurge. & confeſtim ſurrexit. Vbi diligens lector inquirat, quare uerax euangeliſta dictum ſaluatoris exponens interpoſuerit de ſuo, tibi dico, cum in Syro ſermone quod poſuit, non plus ſit dictum quam puella ſurge. Tenens ergo manum puellæ Ieſus ſuſcitauit eam, quia niſi prius mundatæ fuerint manus Iudæorum, quæ ſanguine plenæ ſunt, ſynagoga eorum mortua non conſurgit. ¶ *Et reuerſus eſt ſpiritus eius, &*

Mar.5.

ſurrexit continuo. Marcus ita dicit: Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulauit. ſpiritualiter inſinuans, quia quiſquis à morte animæ Chriſto manum ſibi confortante reſipiſcit, non modo à ſordibus exurgere uitiorum, ſed & in bonis continuo proficere debet operibus. ¶ *Et iuſſit illi dare manducare.* Ad teſtimonium quidem ueræ reſuſcitatam manducare præcepit, ut non phantaſma, ſed ueritas crederetur. Sed & ſi quis à ſpirituali morte ſurrexerit, cœleſti neceſſe eſt mox pane ſatiari, & diuini ſcilicet uerbi, & ſacroſancti altaris particeps effectus. Nam iuxta moralem intellectum, tres illi mortui quos ſaluator in corporibus ſuſcitauit, tria genera reſurrectionis animarum ſignificant. Siquidem nonnulli conſenſum malæ delectationi præbendo, latente tantum cogitatione peccati mortem ſibi conſciſcunt, ſed tales ſe ſignificans uiuificare ſaluator, ſuſcitauit filiam archiſynagogi, nondum foras elatam, ſed in domo mortuam, quaſi uitium ſecretum in corde tegentem. Alij non ſolum noxiæ delectationi conſentiendo, ſed & ipſum malum quo delectantur agendo, mortuum ſuum quaſi extra portas efferũt: & hos ſe, ſi pœniteãt, reſuſcitare demonſtrãs, ſuſcitauit filium uiduæ iuuenem extra portam ciuitatis elatum, & reddidit matri ſuæ, quia reſipiſcentem à pctĩ tenebris animã, unitati reſtituit eccleſiæ

cleſiæ, ſicut & ſupra docuimus. Quidam uero non ſolum cogitando uel faciendo illicita, ſed & ipſa peccandi conſuetudine, ſe quaſi ſepeliendo corrũpunt. Verum nec ad hos erigẽdos minor ſit uirtus & gratia ſaluatoris, ſi tamen adſint cogitationes ſolicitæ, quæ ſuper eorũ ſalute uelut deuotę Chriſto ſorores inuigilent. Nam ad hoc intimandum reſuſcitauit Lazarum, quatuor dies iam in monumento habentem, & ſorore atteſtante iam fœtentem, quia peſſima noxios actus ſolet fama comitari. Notandum autem quod quanto grauior animæ mors ingruerit, tanto acrior neceſſe eſt, ut reſurgere mereatur, pœnitẽtis feruor inſiſtat. Quod occulte uolens oſtendere dominus, iacentem in cõclaui mortuam, modeſta leniq; uoce reſuſcitat, di-

Luce 8. cens: Puella ſurge, quam & ob facilitatem reſuſcitandi, iam mortuam fuiſſe negauerat. Delatũ aũt

Luce 7. foras iuuenẽ, pluribus ut reuiuiſcere debeat dictis corroborabat, cum ait: Iuuenis, tibi dico, ſurge. Quadriduanus uero mortuus, ut longe prementis ſepulchri clauſtra deponere poſſet, fremuit ſpiritu Ieſus, turbauit ſeipſum, lachrymas fudit, rurſum fremuit, ac uoce magna clamauit: Lazare, ue-

Ioh. 11. ni foras. & ſic tandẽ qui erat deſperatus, diſcuſſo tenebrarũ põdere, uitæ luciq; redditur. Sed & hoc notandum, quia publica noxa publico eget remedio: leuia aũt peccata, leuiori & ſecreta queũt pœnitentia deleri, puella in domo iacens, paucis arbitris exurgit, eiſdemq; ne miraculũ uulgarent, indicitur. ¶ *Et obſtupuerunt (inquit) parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum fuerat.* Iuuenis extra portam, turba multa comitante, atq; intuente ſuſcitatur: Lazarus de monumento uocatus inſtantũ populis innotuit, ut ob eorum qui uidere, teſtimonium plurimę dño turbæ cum palmis occurrerent, & multi ꝓpter illũ abirent ex Iudęis, & crederent in Ieſum. Quartum uero mortuum dñs nũciante diſcipulo agnoſcit, ſed qa qui pro eius cre-

Luce 9. ptione dñm precarentur, uiui defuerunt: Dimitte, inquit, ut mortui ſepeliant mortuos ſuos, id eſt, mali malos noxijs laudibus grauent, & quia nõ adeſt iuſtus qui corripiat in miſericordia, oleum peccatoris impinguet caput ſuum.

DE EADEM DOMINICA HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

QVid enim per hunc principem, niſi Abrahã, Iſaac, & Iacob, Moyſen & Aarõ, & cęteros illius populi principes intelligimus, q ſemper pro filiæ ſuæ (id eſt, Synagogæ) morte & cæcitate ad Deum accedunt & intercedunt? Rogant igitur Dominum ut ueniat, imponat manum ſuam ſuper eam, & uiuet. Oẽs enĩ patriarchę & prophetæ hoc orabant, oẽs Chriſti aduẽtum expectabãt & deſiderabant. Venit tandem Dominus Ieſus, ſed pro itineris longitudine nondum ad puellam peruenit, nondum ſuper eam manum poſuit, adhuc mortua iacet. Ipſe tamen ad eam uadit, & ſimul cũ eo diſcipuli eius. Quotidie enim ad huius puellę reſurrectionem, quotidie ad ſynagogæ conuerſionem propinquamus. Prius tamen altera mulier ſanabitur. Quia quũ plenitudo gentium introierit, tunc Iſrael ſaluus fiet. Sed quid eſt, Filia mea modo defuncta eſt? quid eſt modo? Modo, inquit, ueniſti, modo prædicare cœpiſti, modo filia mea defuncta eſt. Venit medicus, uenit ſanitas & uita, & quando ſanari & conualeſcere debuit, tunc defuncta eſt filia mea. Niſi enim ueniſſes, & loquutus ei fuiſſes, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Sic igitur mortua eſt filia mea: ſed ueni, impone manum ſuper eam, & uiuet. *Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & diſcipuli eius.* Merito iſte princeps uocatur Iairus, quẽ Ieſus ſequitur, & diſcipuli eius. Iairus enim illuminatus interpretatur. Vnde bene patriarchas & prophetas ſignificat, quorum oculos Sanctus ſpiritus illuminauit, quibus incerta & occulta ſapientiæ ſuæ myſteria reuelauit. Hos autem ſequitur Ieſus & diſcipuli eius, quia eadem uia miſericordiæ & iuſtitiæ gradiuntur omnes: & quod illi prænunciauerunt, hoc iſti facere & adimplere contendunt: illi loquendo & prophetando pręcedunt, iſti agendo & confirmando ſequuntur. *Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam ueſtimenti eius.* Quæ eſt enim hæc mulier, niſi eccleſia gentium? Ad ſynagogam ſanandam uenerat Dominus, (hoc enim ipſe ait: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt domus Iſrael:) & ecce mulier quę ſanguinis fluxũ patiebatur, & ſecundum legem immunda dicebatur, acceſſit retro, & tetigit fimbriam ueſtimenti eius, & ſanata eſt. Fluxum enim ſanguinis patiebatur, quia in ſuorum peccatorum ſanguine uerſabatur, quia ſanguinum rapina & occiſione nutriebatur. Retro acceſſit, nõ in facie ſtetit, cum timore & uerecundia uenit. Vnde Apoſtolus ait: Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Veſtimentum tetigit, incarnationis eius myſterium credidit. Chriſti nanq; ueſtimentum, humanitas eſt, qua diuinitas induta uideri nõ poterat. *Dicebat aũt intra ſe: Si tetigero tantũ ueſtimẽta eius, ſalua ero.* Hæc autem (ut alij Euangeliſtę dicunt) omnem ſubſtantiam ſuam in medicos erogauerat, & nihil ꝓfecerat, ſed deterius habuerat. Per hos enĩ medicos, ariolos & philoſophos intelligere poſſumus, quorũ perſuaſionibus cęteri credẽtes & à fidei ueritate oberrãtes, ad animæ ſanitatẽ attingere non ualebãt: quia lõge eſt à peccatoribus ſalus. Animæ autem ſubſtantia & diuitiæ, uirtutes ſunt & mores honeſti: quas illi quidẽ amittunt, qui fidem & ſpem ſuam in uanitatibus ponunt. *At Ieſus conuerſus, & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora.* Impoſſibile eſt ſine fide placere Deo. Credidit Abraham deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Iuſtus aũt ex fide uiuit. Sancti per fidem uicerunt regna. Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, mõtes transferre poteritis. Omnia poſſibilia ſunt credẽti. Magna eſt igitur fides, quam ſic ubiq; commendat, ſecundum fidem ſuam unicuique tribuens. *Et quum ueniſſet Ieſus in domum principis Phariſæorum, & uidiſſet tibicinas & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum multi.* Quod enim tunc temporis factum eſt in una puella, hoc in fine temporum futurum eſt ut fiat in tota Synagoga. Tunc enim Dominus Ieſus ueniet cum diſcipulis in domum principis phariſæorum, quia tunc Chriſti fidem & Apoſtolorum doctrinam ſuſcipiet omnis multitudo Iudæorum. Tunc enim iubente Dño tibicines & tumultuans turba recedit, quoniam tunc litera ſuauiter, ſed infructuoſe & inutiliter auditus hominum demulcẽs, eiuſq; amatores, ceſſabũt. Quid enĩ niſi tibicines erant ſcribę & phariſæi, legem & ꝓphetas ad literã exponentes, & quid dicerent nõ intelligentes? Tibia enim dulcẽ ſonũ ſine intelligentia reddit. Recedãt igitur tibicines, recedat oĩs turba

tumultuans, recedant garruli perſtrepentes, uoce frementes & nihil intelligẽtes. Non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Iſte cantus mortuorum eſt. Quãdiu has tibias audiuit ſynagoga, mortua fuit: imo iſtæ tibiæ eam interfecerũt. Litera enim occidit, ſpiritus aũt uiuificat. Litera igitur recedat, ſpiritus accedat, ſuſcitet dormientẽ, faciat intelligẽtem, & conſoletur utrunq; parentem. Sed qui ſunt illi ſtulti qui Dñm deridebant, niſi illi qui reſurrectionẽ non credebant? Et quidem multos tales & eſſe & fuiſſe & futuros eſſe non dubitamus. *Et cũ eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit manum eius, & ſurrexit puella.* Nõdum igitur eiecta eſt turba, nondũ ſurrexit ſynagoga. Adhuc turbatur, adhuc in litera delectatur. Surget aũt quando ueniet Ieſus, quãdo intrabit ad eam, & tenebit manum eius. Tunc enim Ieſus intrabit ad eã, quando fugata literę uetuſtate, hæc noua ſacri Euãgelij uerba ſcribentur in corde eius. Et tunc quidem dicere poterit, Tenuiſti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxiſti me, & cum gloria aſſumpſiſti me.

DOMINICA XXVI POST Pentecoſten. Iohan. VI.

¶In illo tempore: Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, & uidiſſet quia multitudo maxima uenit ad eũ, dicit ad Philippũ: Vnde ememus panes, ut manducent hi? Et reliqua. Homilia beati Auguſtini.

MIracula quæ fecit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſunt quidem diuina opera, & ad intelligendum deum de uiſibilibus admonẽt humanam mentem. Quia enim ille non eſt talis ſubſtantia quæ uideri oculis poſsit, & miracula eius quibus totum mundum regit, uniuerſamq; creaturã adminiſtrat, aſsiduitate uiluerunt, ita ut pene nemo dignetur attendere opera dei mira & ſtupenda in quolibet ſeminis grano, ſecundum ipſam ſuã miſericordiam ſeruauit ſibi quædam, quæ faceret opportuno tẽpore præter uſitatum ordinem curſumq; naturę, non ut maiora, ſed inſolita uidendo, ſtuperent, quibus quotidiana uiluerant. Maius enĩ miraculum eſt gubernatio totius mundi, quam ſaturatio quinq; millium hominum de quinq; panibus, & tamen hæc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius eſt, ſed quia rarum eſt. Quis enim & nunc paſcit uniuerſum mundum, niſi ille qui de paucis granis ſegetes creat? Fecit ergo quomodo deus. Vnde enim multiplicat de paucis granis ſegetes, inde in manibus ſuis multiplicauit quinq; panes. Poteſtas enim erat in manibus Chriſti: panes autem illi quinq; quaſi ſemina erãt, non quidem terræ mandata, ſed ab eo qui terram fecit, multiplicata. Hoc ergo admotũ eſt ſenſibus, quo erigeretur mens, & exhibitum oculis ubi exerceretur intellectus, ut inuiſibilem deum per uiſibilia opera miraremur, & erecti ad fidem, & purgati per fidem, etiam ipſum inuiſibiliter uidere cuperemus, quem de rebus uiſibilibus inuiſibiliter noſceremus. Nec tamen ſufficit hæc intueri miraculis Chriſti. Interrogemus ipſa miracula quid nobis loquantur de Chriſto. Habent enim, ſi intelligantur, linguam ſuam. Nam quia ipſe Chriſtus uerbum dei eſt, etiam factum uerbi, uerbum nobis eſt. Hoc ergo miraculum ſicut audiuimus quã magnum ſit, quæramus etiam quam profundum ſit. Non tantum eius ſuperficie delectemur, ſed etiam altitudinem perſcrutemur. Habet enim aliquid intus hoc quod miramur foris. Vidimus, expectauimus magnum quiddam, præclarum quiddam, & omnino diuinum, quod fieri niſi à domino nõ poſſit, laudauimus de facto factorem. Sed quemadmodum ſi literas pulchras alicubi inſpiceremus, non nobis ſufficeret laudare ſcriptoris articulum, quomodo eas pariles, æquales, decorasq; fecerit, niſi etiam legeremus quid nobis per illas indicauerit: ita factum hoc qui tantum aſpicit, delectatur pulchritudine facti, ut admiretur artificem. Qui autem intelligit, quaſi legit. Aliter enim uidetur pictura, aliter uidentur literæ. Picturam cum uideris, hoc eſt, totum uidiſſe, laudaſſe, literas cum uideris, non eſt hoc totum, quoniam commoneris & legere. Etenim dicis cum uideris literas, ſi forte non eas noſti legere, Quid putamus eſſe quod hic ſcriptum eſt? Interrogas quid ſit, cum iam uideas aliquid. Aliud tibi demonſtraturus eſt, à quo quęris agnoſcere quod uidiſti. Alios ille oculos habet, alios tu. Nonne ſimiliter apices uideris? Sed non ſimiliter ſigna cognoſcitis. Tu ergo uides & laudas, ille uidet, laudat, legit, & intelligit. Quia ergo uidimus, quia laudauimus, legamus & intelligamus. Dominus in monte. Multo magis intelligamus, quia Dominus in monte, uerbum eſt in alto. Proinde non quaſi humiliter iacet quod in monte factum eſt, nec tranſeunter prætereundum, ſed ſuſpiciendum. Turbas uidit, eſurientes agnouit, miſericorditer pauit, non ſolum pro bonitate, uerum etiam pro poteſtate. Quid enim ſola prodeſſet bonitas, ubi non erat panis unde turba eſuriens paſceretur? Niſi bonitati adeſſet poteſtas, ieiuna illa turba remaneret: & eſuriens. Denique & diſcipuli qui erant cũ domino in fame, & ipſi turbas uolebant paſcere, ut non remanerent inanes, ſed unde paſcerent nõ habebant. Interrogauit Dominus unde emerentur panes ad turbas paſcendas. Et ait ſcriptura ¶ *Hoc autem dicebat tentans eum,* diſcipulum ſ. Philippum quem interrogauerat. ¶ *Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.* Cur ergo de bono tentabat, niſi quia ignorantiam diſcipuli demõſtrabat? & forte in demonſtratione ignorantiæ diſcipuli, aliquid ſignificauit. Apparebit ergo cum ipſum ſacramentũ de quinque panibus nobis cœperit loqui, & quid ſignificet, indicare. Ibi enim uidebimus quare Dominus in hoc facto ignorantiam diſcipuli uoluit interrogando quod ſciebat oſtendere. Nam interrogamus aliquando quod neſcimus, audire uolentes, ut diſcamus. Aliquando interrogamus quod ſcimus, ſcire uolentes utrum & ille ſciat quem interrogamus. Vtrunque hoc nouerat Dominus: Et quod interrogabat ſciebat, & quid eſſet facturus ipſe nouerat, & hoc neſcire Philippum ſciebat ſimiliter. Quare itaque interrogabat, niſi quia illius ignorantiam demonſtrabat? Et hoc quare fecerit, ut dixi, poſtea intelligemus. ¶ *Andreas ait: Eſt hic puer quidam, qui habet quinque panes, & duos piſces. Sed hæc quid ſunt inter tantos?* Cum dixiſſet Philippus interrogatus, ducentorum denariorum panes non ſufficere quibus tanta illa turba reficeretur, erat ibi quidam puer portans quinque panes hordeaceos & duos piſces. ¶ *Et ait Ieſus: Facite homines diſcumbere. Erat autem ibi multum fœnum, & diſcubuerunt fere quinque millia hominum.* Accepit autem Dominus

minus Ieſus panes, gratias egit, iuſſit frangi, fracti ſunt panes, poſiti ante diſcūbentes, non iam quinq; panes, ſed quod adiecerat qui creauerat quod auctum erat. Et de piſcibus quantum ſufficiebat. Paſtum eſt turbā illam fuiſſe ſatiatam, etiam fragmenta reſederunt, & eriā ipſa colligi iuſſa ſunt ne perirent. ¶*Et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.* Breuiter ut curramus, per quinq; panes intelliguntur quinque libri Moyſi, merito nō triticei, ſed hordeacei, quia ad uetus teſtamentum pertinent. Noſtis autē hordeum ita creatū, ut ad medullam eius uix perueniatur, ueſtitur enim eadem medulla tegmine paleæ, & ipſa palea tenax & inhærens, ut cū labore exuatur. Talis eſt litera ueteris teſtamenti, ueſtita tegminibus carnaliū ſacramentorum. Sed ſi ad eius medullam perueniatur, paſcit & ſatiat. Ferebat ergo quidam puer quinq; panes, & duos piſces. Si quæramus quis fuerit puer iſte, forte populus Iſrael erat, q ſenſu puerili portabat, nec manducabat. Illa enim quæ portabat, clauſa onerabant, & aperta paſcebant. Duo autem piſces uidētur nobis ſignificare illas duas in ueteri teſtamento ſublimes perſonas, quæ ungebantur ad populum ſacrificandum & regendum, ſacerdotes & reges. Et ipſe in myſterio uenit aliquādo, qui per illas ſignificabatur. Venit aliquādo, qui per medullam hordei oſtendebatur, per paleam uero hordei occultabatur, uenit ipſe unus utranq; perſonam in ſe portans, ſacerdotis, & regis. Sacerdotis, per uictimam quam ſeipſum obtulit pro nobis deo. Regis, quia regimur ab eo, & aperiuntur quæ clauſa portabātur. Gratias illi. Impleuit per ſe, quod per uetus teſtamentum promittebatur. Et fracti ſunt panes, frangendo multiplicati ſunt. Nihil uerius. Quinq; enim libri Moyſi, quam multos libros cum exponuntur tanquam frangendo, id eſt, diſſerēdo fecerunt. Sed quia in illo hordeo, ignorantia primi populi tegebatur, de quo primo populo dictū
2. Cor. 3. eſt: Quandiu legitur Moyſes, uelamen ſupra corda eorum poſitum eſt, nōdum enim uelamen ablatum erat, quia nondum uenerat Chriſtus, nondum uelum templi fuerat illo in cruce pendente conſciſſum. Quia ergo ignorātia populi erat in lege, propterea tentatio illa domini, ignorantiam diſcipuli demōſtrabat. Nihil ergo uacat. Omnia eminēt, ſed intellectorem requirūt. Nam & ipſe numerus paſti populi, populum ſignificabat ſub lege conſtitutum. Cur enim quinq; millia erant, niſi quia ſub lege erāt, quæ lex quinq; libris Moyſi explicatur? Vnde de quinq; illis porticibus languidi prodebantur, non ſanabantur. Ille enim ibi curauit languidum, qui & hic turbas de quinque panibus pauit. Nam & ſuper fœnum diſcumbebant. Carnaliter ergo ſapiebāt, & in carnalibus quieſcebant Omnis
Iſa. 40. enim caro fœnum. Quæ ſunt autem illa fragmenta, niſi quæ populus non potuit manducare? Intelliguntur ergo quædam ſecretiora intelligentiæ, quæ multitudo non poteſt capere. Quid ergo reſtat, niſi ut ſecretiora intelligentiæ, quæ non poteſt capere multitudo, illis credantur qui idonei ſunt & alios docere, ſicut erant apoſtoli? Vnde duodecim cophini impleti ſunt. Factū eſt hoc & mirabiliter, quia magnū: factum eſt & utiliter, quia ſpiritualiter factum eſt. Qui tunc uiderunt, admirati ſunt, nos enim nunc miramur cum audimus, factum eſt autem ut illi uiderent, ſcriptum eſt aūt ut nos audiremus. Quod in illis oculi ualuerūt, hoc in nobis fides. Cernimus quippe animo quod oculis non potuimus, & prælati illis ſumus, quoniam de nobis dictum eſt, Beati qui non uident, & credunt. Ioh. 20. Addo autē, quia forte & intelleximus quod illa turba nō intellexerit, & uere nos paſti ſumus, qui ad medullam hordei peruenire potuimus. Deniq; homines illi qui uiderūt hoc, quid putauerūt? ¶*Illi, inquit, homines cum uidiſſent quod fecerat ſignum, dicebant, quia hic eſt uere propheta.* Forte adhuc ideo prophetam Chriſtum putabant, quia ſuper fœnum diſcumbebant. Erat autem ille Dominus prophetarum, impletor prophetarum, ſanctificator prophetarum, ſed & propheta. Nam & Moyſi Deu. 18. dictum eſt: Suſcitabo eis prophetam ſimilem tui. Similem ſecundum carnem, non ſecūdum maieſtatem. Et de ipſo Chriſto illam domini promiſſionem habere intellectum, aperte in Actibus apoſtolorum exponitur & legitur. Actu. 7. Et ipſe dominus de ſe ait: Nō eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua. Mar. 6. Propheta dominus, & uerbum dei dominus, & nullus propheta ſine uerbo dei prophetat. Cum prophetis uerbum dei, & propheta uerbum dei. Meruerunt priora tempora prophetas afflatos & impletos uerbo dei. Meruimus nos prophetā ipſum uerbum dei. Sic autē propheta Chriſtus dominus prophetarum, ſicut angelus Chriſtus dominus angelorum. Nam & ipſe dictus eſt magni conſilij angelus. Iſa. 9. Verūtamen alibi quid dicit propheta? Quia non legatus neq; angelus, ſed ipſe ueniens ſaluos faciet eos, id eſt, ad ſaluos faciēdos eos non mittet legatum, nō mittet angelum, ſed ueniet ipſe Quis ueniet? Ipſe angelus. Certe non per angelum, niſi quia iſte ſic angelus, ut etiam dominus ſit angelorum. Etenim angeli nuncij ſunt latine. Si Chriſtus nihil annunciaret, angelus nō diceretur. Chriſtus ſi nihil prophetaret, propheta non diceretur. Exhortatus eſt nos ad fidem, & ad capeſſendā uitam æternam. Aliquid præſens annunciauit, aliquid futurum prædixit. Ex eo quod præſens annunciauit, angelus erat. Ex eo quod futurum prædixit, propheta erat. Ex eo quod uerbum dei caro factum eſt, & angelorum & prophetarum dominus erat. Tu autem domine.

HOMILIA D. EVSEBII EMISS. in Euangeliū Matth 13. Simile eſt regnum cœlorū homini qui ſeminauit bonū ſemē &c.

Et ego quidē aliud his ſuperaddere timeo, ne dum lucē illuminare uelim, potius obſcurem. Illud autem ualde conſiderandum eſt, quod dominus ante meſſionis tempus zizania a tritico ſeparare interdicit ne forte ſimul cum eis & triticū eradicetur. Ibi enim tolerandi ſunt mali, ubi ſi cōmoueantur, in magnum periculum ueniunt boni. Vbi enim fides nō perit, melius eſt eorum uitioſos mores & actus tolerare, quam eos irritando eccleſiæ pacem & quietem ſoluere. Admoneantur igitur, non expellantur. Sunt enim qui facilius monitis uincantur quam minis. Illa igitur zizania maneant in triticum, quæ ſine tritici eradicatione euelli non poſſunt In omnibus enim eſt habenda diſcretio, neq; omnes uno modo habere oportet.

Aliam parabolam propoſuit eis, dicens: *Simile eſt regnum cœlorū grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum eſt quidē omnibus ſeminibus: quum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut uolucres cœli ueniant, & habitent in ramis eius.* Talis enim a principio fuit eccleſia, quæ nunc regnū cœlorū a principio appellatur, ad comparationem aliorum regnorum, qualis eſt granum

ſinapis ad ſimilitudinem aliorum granorum. Minimum eſt enim cunctis ſeminibus, quæ frequenti uſu ſeminari ſolent ab hominibus. Creſcens autem fit cæteris oleribus maius, quod ipſo uiſu probari poteſt. Similiter autē & eccleſia ab uno uel a paucis incipiēs, in infinitam creuit multitudinem. Vnde & per Pſalmiſtam Dominus ait: Annunciaui & loquutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. Itemq́: Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorū. Dinumerabo eos, & ſuper arenā multiplicabūtur.

Aliam parabolam loquutus eſt eis. *Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.* Hęc autem parabola eadem eſt quę ſuperior. Sicut enim minimum granum ſinapis in arborē creſcit: ita & modicum fermenti magnam farinæ maſſam uiuificat & creſcere facit. Fermentum enim hinc in locu non corruptionem, ſed uiuificationem operatur. Regnum uero cœlorum, Eccleſia eſt: mulier autē, dei ſapientia: tria uero ſata farinæ, tres mundi partes. Aſia ſcilicet, Africa, & Europa. Mulier igitur, id eſt, dei ſapientia accepit fermentū, id eſt, primitiuam Eccleſiam, & abſcondit in farinę ſatis tribus, dicens diſcipulis ſuis: Ite in uniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Ex his enim totum pene mundō iam fermentatum & uiuificatum, in Eccleſiæ corpus creuiſſe uidemus. Hæc omnia loquutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis, ut adimpleretur quod dictum erat per Prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Eſt autem parabola, ſimilitudo in qua aliud dicitur, & aliud rationabiliter intelligitur.

HOMILIA D. EVSEBII EMISS.

DE die autem illa & hora nemo ſcit, neque angeli cœlorū, niſi pater ſolus. Alius autē euangeliſta addidit, neq́ filius Matth. 24. Magnū eſt igitur hoc ſecretū, quod nemo ſcit niſi pater, id eſt, uirtus & ſapientia patris, quæ ſimul una eademeſt & filij & ſpiritus ſancti. Sola igitur trinitas unus Deus ſcit hoc ſecretum, quod ipſe quoq́ filius ignorat ſecundum hoc quod homo eſt & filius hominis. Si enim ſecundū hoc quod homo eſt omnia ſciret, nequaquam dictū eſſet, Ieſus autem creſcebat ſapientia & ætate coram Deo & hominibus. *Sicut autem in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis.* Et hoc exponit. *ſicut enim erāt in diebus diluuij comedētes & bibentes, nubentes & nuptum tradentes, uſque ad eum diem quo intrauit in arcam Noe, & nō cognouerunt donec uenit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis.* Mortuo enim Antichriſto, tunc terris reddita pace, ſanctis omnibus propter ſigna quæ uidebunt diem ultimum expectantibus, infideles & peccatores ſola terrena & tranſitoria cogitantes, omni uoluptati ſicut prius operam dabunt, uendentes & ementes, comedentes & bibentes, nuptias contrahentes, & ſimilia facientes. Sed econtra ſubito cum dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. *Tūc duo erunt in agro, unus aſſumetur, & unus relinquetur.* Ager enim, mūdus eſt, ſicut ipſe dominus ait, exponens parabolam qua dicitur: Simile eſt regnū cœlorum homini, qui ſeminauit bonū ſemen in agro ſuo. In hoc autem agro ſunt duo, populus ſcilicet fidelis & infidelis. Et fidelis quidem aſſumetur in gloriam, infidelis autem relinquetur in pœnam.

Duæ molentes in mola, una aſſumetur, & una relinquetur. Hæc enim mola, ſancta Eccleſia eſſe uidetur, in qua dum ſententiarū frumenta frangimus, dum ſcripturas exponimus, dum in farinam cuncta cōuertimus, uerbi Dei panē, quo animæ nutriuntur, conficimus. Molentes autem non omnes, ſed ſoli boni in gloriam ſuſcipientur. Et merito quidem non duo, ſed duę dicuntur, quoniam ita molere ad animas pertinet. Quanuis hoc de Eccleſia & Synagoga ſatis congrue intelligi poſſit. Vtraq́ enim molit, utraq́ ſcripturas exponit: altera tamen, & non ambæ aſſumūtur. *Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora dominus ueſter uēturus eſt.* Vnde hoc? Quia de die illa uel hora (ut modo diximus) nemo ſcit. *Illud autem ſcitote, quia ſi ſciret paterfamilias qua hora fur uenturus eſſet, uigilaret utiq;, & non ſineret perfodi domū ſuam.* Quia igitur neſcit, quia dormiens negligit, ſæpe domus perfoditur, & quicquid in ea melius eſt, fit rapina latronum. Vos autem eſtote parati, eſtote ſoliciti, & quia horam illam unam neſcitis, omnibus horis uigilate, ne in illa incauti & dormientes inueniamini. Et hoc eſt quod ait: *Ideo & uos eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis uēturus eſt. Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quē conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibū in tempore?* Quis, inquit, niſi unuſquiſq́ ueſtrum, & cæteri ſimiles ueſtri, quis eſt fidelis ſeruus & prudens, quos adhuc ſuper familiam ſuam, ſuper domum & eccleſiā ſuam Dominus conſtituit, ut eam regatis, doceatis, & nutriatis, & pro tempore & menſura, ordine & ratione omnia faciatis? Beatus ille ſeruus, quem quum uenerit dominus eius inuenerit ſic facientes. Sed unde beatus? Vis audire? *Amen dico uobis quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.* Quis illo enim beatior erit, qui ſuper omnia conſtituetur? In hoc enim fidelis ſeruus maior erit & ſuperior omnibus, in quo ſe magis humiliauerit, & miniſtrauerit omnibus. *Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit dominus meus uenire: & cœperit percutere ſeruos ſuos, manducet & bibat cum ebrioſis: ueniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cū hypocritis. Illic erit fletus, & ſtridor dētium.* Qui enim ſe multum in hac uita uiuere ſperat, ſola caduca & tranſitoria diligēs, cunctis carnis uoluptatibus ſe ſubijciens, non cum ſobrijs ſobrie, ſed intemperate cum ebrioſis manducat & bibit, ſeruos percutit, familiam affligit, ſubiectos deſpicit: iſte quidem & ſi non uoce, corde tamen & opere clamat: Moram facit dominus meus uenire, ſecurus ſum, iam nihil timeo, meæ igitur obediam uoluntati. Veniens igitur eius dominus die qua non ſperat, & hora qua ignorat, ſubito eū de hac uita exire compellens, diuidit eum. Quid eſt enim mors, niſi corporis & animæ diuiſio & ſeparatio? Tunc igitur homo diuiditur, quando corpus ab anima ſeparatur. Ponit autem partem eius cum hypocritis, modo interim crucians animam, poſt uero corpus & animam.

HOMILIA D. EVSEBII EMISS.

QVum uideritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele propheta, ſtantem in loco ſuo, qui legit intelligat. Et reliqua. Matthæi. 24. Videamus modo quid Daniel propheta de hac abominatione deſolationis uiderit, audierit, & dixerit. Scito (inquit angelus qui ei loquebatur) & animaduerte ab exitu ſermonis, ut iterum

ædificetur Hieruſalē, uſq; ad Chriſtum ducē hebdomades ſeptē & ſexaginta duæ erunt, & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporū, & poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus qui negaturus eſt eum. Et ciuitas & ſanctuariū diſsipabitur cum duce uenturo, & finis eius uaſtitas, & poſt finē belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactū cū multis, hebdomada una. Et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & in tēplo erit abominatio deſolationis, & uſq; ad conſummationē & finem perſeuerabit deſolatio. Videamus igitur quid iſta ſignificent, & rogemus deum omnipotētem ut hæc ſua myſteria tam occulta nobis reuelare dignetur. Temporibus Artaxerxis regis, Neemias pincerna eius erat, ſicut ipſe teſtatur. Qui cū ei ad menſam miniſtraret, dixit ei Rex: Cur facies tua triſtior ſolito eſſe uidetur? At ille, Rex (inqt) in æternum uiue, quia ciuitas patrū meorum deſtructa eſt. Cui ille, Vade (inquit) & reædifica eā. Et hoc eſt quod dicitur: Scito (inquit Daoiel, & animaduerte quia ab exitu illius ſermonis q Neemię à rege dicetur, & iterum ædificetur Hieruſalem, uſq; ad Chriſtum ducem hebdomades ſexaginta & duæ erunt. Si quis enim diiigeoter computare uoluerit annos, menſes, & dies regum qui ub eo tempore fuerunt, inueniet ſexaginta & duas hebdomadas eſſe completas ab eo die quo hic ſermo ad Neemiam factus eſt, uſq; ad Chriſti paſsionem. Quinq; autem plus hoc numero in chronicis eſſe uidentur, quod quidem ſcriptorum ignorantia factum eſſe puto. Illi enim facile in oumero falli potuerūt, Daniel uero falli non potuit. Quod autem ait, hebdomades ſeptē, ſic eſt intelligere ac ſi diceret, ab exitu ſermonis, quo præcipitur ut iterum ædificetur Hieruſalem, erunt hebdomades ſeptem uſque ad integram mororum reſtaurationē. Quę uidelicet hebdomades ſeptem uſque ad diem quinquageſimum perueniunt. Vnde & Neemias ipſe ait. Quia completus eſt murus uiceſimaquinta die menſis Elul, quinquaginta duobus diebus. Hæ nanque hebdomadæ dierum ſunt. Illæ autem ſexaginta duæ, quæ à Neemia uſque ad Chriſti paſsionē perueniunt, annorum hebdomadæ uocantur. Sic enim ſeptem dies, ita & ſeptē anni unā hebdomadā faciunt. Cōplentur igitur ſexaginta & duæ hebdomadæ in annis quadringentis & octoginta tribus. Et tot quidē computantur à Neemia uſque ad Chriſtū. Sic igitur ſe habet ordo. Scito (inquit Daniel) & animaduerte, quia ab initio ſermonis q factus eſt Neemiæ, ut iterum ædificetur Hieruſalem, erunt hebdomades dierum ſeptē uſq; ad muri completionem. Similiter autem ab initio eiuſdē ſermonis uſque ad Chriſtum ducem, erunt hebdomades annorum ſexaginta duæ. Et quia in paucis diebus, id eſt, in quinquaginta duobus, muri ciuitatis, ædificati ſunt, ideo ſubinſerens, ait. Et rurſum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporū. Sequitur: Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & nō erit eius populus qui eum negaturus eſt. Miſeri Iudęi, q iſta non intelligunt, qui quoniam Chriſtum negauerunt, & non habemus regē niſi Cæſarem dixerunt, non dei, ſed diaboli populus facti ſunt. Videamus quod ſequitur. Et ciuitas, & ſanctuarium diſsipabitur cū duce uēturo, & finis eius uaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Poſt quadraginta nanq; & duos annos & ciuitas & tēplum diſsipatū eſt. Dux autē eorū qui uenturus eſt, Antichriſtus intelligitur, q quanuis multo poſt tēpore ueniat, tamen quaſi de præſenti loquitur, quia ſemper eum colunt & uenerantur. Finis autē ciuitatis uaſtitas erit, & poſt finem deſolatio ſempiterna. Confirmabit autem dux ille malignus pactum cū multis hebdomada una, quia ſe omni tēpore uiuere & regnare promittet. Quid eſt enim hebdomada una, niſi diebus ſeptem? quid eſt autem diebus ſeptem, niſi diebus omnibus? Non enim ſunt dies niſi ſeptem Si igitur eſſet cum eis hebdomada una, eſſet utiq; cum eis diebus omnibus. Sed non erit ita. Vnde hoc? In dimidio enim hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium. Dimidium enim hebdomadis (ſi de annorum hebdomada intelligatur) tres annos facit & dimidium. Et tunc quidem eo pereunte deficiet hoſtia & ſacrificium. Sacrificium utique Iudæorum, quod ipſe prædicabit, quia ad ueteris legis ceremonias & cōſuetudines uniuerſa trāſferre conabitur. Vnde & ſubditur. Et in templo erit abominatio deſolationis. In templo quidem erit, quia quaſi rex & ſacerdos in templo ſedebit. De quo Apoſtolus ait Qui exaltabitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei ſedeat, oſtēdens ſe tanquā ſit deus. Merito autem abominatio uocatur, quia ab omnibus abominandus eſt, per quē tanta ubiq; gentiū deſolatio fiet. Quę uidelicet deſolatio uſq; ad eius conſummationem, & uſq; ad finē illius turpiſſimū & indigniſſimū perſeuerabit. *Cum autem uideritis hanc abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat.* Quum (inquit) uideritis abominationem deſolationis, quum uideritis abominandum & deſolādum Antichriſtum, qui multas in populo Dei abominationes & deſolationes faciet, in tantum eleuatum & exaltatū, ut in templo dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit deus, tunc qui hęc & alia legit, intelligat iam finem rebus adeſſe. Regnabit enim (ut in Daniele ſcriptū eſt) per tempus & tempora & dimidiū temporis, id eſt, per unum & duos & dimidium annum, in quibus tanta perſequutio fiet, ut omnis præterita perſequutio, & ſi magna fuerit obliuioni tradatur. *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam.* Magni terroris hæc uerba indicatiua uidentur, in quibus omnium oblitis omnibus ſola fuga placere narratur. Allegorice autem a Iudæa ad montes fugiunt, qui relicto Iudaiſmo, ſiue litera in qua Iudæi confidebant, ad ſpiritualem intelligentiam uel ad eccleſiam ſe transferunt. Qui uero in tecto ſunt, & in fidei ſublimitate, ſiue etiā qui maiores ſunt, & eccleſiis præſunt, non deſcendant ad fugitiua bona, & uilem ſubſtantiā ſe induant, ſed potius omnibus relictis, iam Chriſto appropinquanti obuiā pergant. At uero qui in agro ſunt & nouum euangelij ſemen in populo ſeminant, nec reuertantur, nec prioris tunicæ recordentur, ſed currant, quia prope eſt ut ueteribus exuti nouam immortalitatis tunicam induantur. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Prægnantes enim ſunt illæ animæ, quæ per hypocriſin peccata ſua abſcondere nolunt, ſed tamen per ſuperbię inflationē abſcondere nequeūt. Et intus igitur peccata latent, & foris quodammodo parent. Nutrientes autem ſunt quæ iam quidem mala opera pepererūt, & in eis perſiſtentes ea facere nō erubeſcunt. Atq; utinā adhuc prægnantes eſſent, alijs ſi

peccandi

peccandi occaſionem ſuo exemplo non dediſſent. Malum eſt igitur peccata celare, ſed peius eſt hoc modo peccatum reuelare. Alter enim ſibi, alter & ſibi & alijs nocet. *Orate autem ut non fiat fuga ueſtra hyeme uel Sabbato*, ne forte tunc fugere incipiatis, quãdo fugere poteſtis. Temporis enim aſperitate fuga in hyeme impeditur. In Sabbato uero fugere non licet, quia lex fieri interdicit. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque modo, neque fiet.* Erit (inquit) tunc tribulatio magna. Quando? Vis audire quando? Cum abominatio deſolationis ſtabit in loco ſancto. *Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi.* Non enim breuiabuntur dies illi quantum ad Dei diſpoſitionẽ, breuiabuntur tamen quantum ad ſpem & uotũ iniquorum: quia non tantum regnabit Antichriſtus, quantum ipſe ſeipſum & ſui eum regnare ſperabunt. Hoc autem fiet propter electos. Si enim tantum uiueret, quantum ei in fideles uiuere ſperabunt, ualde pauci ſaluari potuiſſent. Quid enim ſi ſemper uiueret, faceret, qui in tribus annis tantas ſtragas faciet? *Tunc ſi quis uobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus aut illic, nolite credere.* His enim uerbis non ſolũ Antichriſtũ, ſed & multos alios tunc fore ſignificat, quos propter uarias ſimulationes miſeri homines Chriſtũ eſſe putabunt. *Vnde & ſubditur. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabũt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. ecce prædixi uobis.* Sed quare prędixi uobis? Vt cauti ſitis & nõ ab eis decipiamini. *Si ergo dixerint uobis. Ecce in deſerto eſt nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.* Alij enĩ in deſerto, ut Elias & Iohannes baptiſta, alij in Synagogis & in domibus, ſicut Chriſtus, prædicabant. Omnia enim ſimulabunt quæ hoc feciſſe audient. *Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret uſque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis.* Hoc eſt enim quod Pſalmiſta ait, Deus manifeſte ueniet, deus noſter & nõ ſilebit. Non ut prius ueniet occultus, ſed quaſi ſol in ſua maieſtate prę fulgens ubiq; apparebit, ubique lucebit, cunctis etiam nolentibus reuelabitur. *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ.* Aquilę enim ſanctorum animæ ſunt, quæ altius uolant & clarius uident. Hæ autem tunc ad corpora propria uenientes, ubicunque & quomodocunq; diſperſa ſint, ea iterum induentur, ut totus integer & immortalis homo reſurgat. Poteſt autem & ſic intelligi, ut ubicunq; Chriſti corpus fuerit, illuc & animæ conueniant, paratę eius obedire pręceptis. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum commouebuntur, & tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli, cum uirtute multa & maieſtate. Quia enim tunc ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter omni luce ſplendidior de cœlo deſcendet, ſol iſte quem uidemus obſcurabitur: & hæc luna non dabit lumen ſuum, obſcurante immenſo ſplendore maioris lucis. Sicut enim luna & ſtellę, ſolis huius ſplendore palleſcunt: ita illius inenarrabili fulgore ipſe ſol in tenebras conuertetur. Quod autẽ ſtellas cadere dicit, uel ſanctorum animas ad corpora deſcendere, uel ipſas iuxta litteram quaſi decidentes, & obeuntes, lumen ſolitum amittere ſignificat. Cadent prętereà ſtellæ, q̃a ſancti (qui per ſtellas ſignificatur) ab iniquis occidentur. Luna uero non dabit lumẽ ſuũ, quia ſancta eccleſia ſolitum ſplendorẽ in ſignis & uirtutibus non oſtendet. Sol autem obſcurabitur, quia hæretici qui tunc erunt ſolem iuſtitiæ Chriſtum dominum eiuſq; fidem damnare & reprehendere non timebunt. Virtutes autem cœlorum commouebuntur, quia omnes illi angelorum exercitus Chriſtũ dominum noſtrum ad iudicium ſequentur. *Et tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo.* Per quod uel eius crucem, uel aliquod uictoriæ ſignum intelligere poſſumus *Et tunc plangent, omnes tribus terræ.* Vnde & in Zacharia propheta ſcriptũ eſt: Et plangent cum planctu quaſi ſuper unigenitum, & dolebunt ſuper eum ut dolere ſolent in morte primogeniti, in die illa magnus erit planctus in Hieruſalem, ſicut planctus ad Remon in campo Maiedon, & plangẽt terrę familię, & familiæ ſeorſum. Quomodo enim ſup eũ non plangant, quũ eum in tanta gloria uidebũt quẽ cũ tanto opprobrio crucifixerunt? Sequitur: *Et mittet angelos ſuos cũ tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius a quatuor uentis, a ſummis cœlorum uſque ad terminos eorum.* Angelorũ enim miniſterio ex omnibus mundi partibus ſancti dei colligentur & reſurgent, a ſummis cœlorũ animabus deſcendentibus, & uſque ad eorum terminos uenientibus. Sed quoniã cœli ſancti uocantur, poſſumus per ſummos cœlorum, patriarchas & prophetas & apoſtolos: per eorum uero terminos, quoſcunq; alios fideles intelligere. Colligentur igitur electi Dei a ſummis cœlorum uſque ad terminos eorum, quoniam & maiores & minores, & primi & nouiſſimi, omnes ſimul in unum conuenient. Quod enim ait, *cum tuba*, ipſe expoſuit, dicẽs. *& uoce magna.* Magna enim uox erit quæ mortuos ſuſcitabit, & mundum uniuerſum replebit. *Ab arbore autem fici diſcite parabolam, quum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas: ita & uos quam uideritis, hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis.* Sicut enim ficus nouis ramis & folijs orientibus æſtatẽ proximã adeſſe annunciat: ita & hęc omnia tam magna tamque inuſitata Chriſti aduentum manifeſtiſſime annunciabunt. *Amen dico uobis quia nõ præteribit generatio hæc donec omnia fiant.* Hoc enim de Scribarum & phariſæorum generatione intelligitur, ſuper quam omnem ſanguinem iuſtum uenire ſuperius dixerat. Non prius illa generatio præteribit, non prius deficiet, nec tota a ſua iniquitate ceſſabit, quam iſta omnia compleantur. *Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non præteribunt.* Quod enim ueritas dicit, immutabile eſt, & præterire non poteſt, alioquin ueritas non eſſet. Cœlum igitur & terra tranſibunt, quia ſecundum hoc quod modo ſunt in melius commutabuntur: ſed uerba ueritatis a ſtatu ſuo mutari non poterunt.

HOMILIA. D. EVSEBII EMISS.

ARborem fici habebat quidam plantatam in uinea ſua, & uenit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem uineę. Ecce anni tres ſunt ex quo uenio quærẽs fructum in ficulnea hac, & non inuenio &c. Lucæ. 13. In hac ergo ſimilitudine quanta ſit Dei ſapientia, quanta ſit & hominis negligentia manifeſtatur. Dei enim ager & uinea, mundus dicitur: cuius arbores & uites, homines ſunt. Et aliæ quidem fructuoſæ, aliæ uero infructuoſæ. Huius autem uineæ cultores, epiſcopi ſunt & ſacerdotes. Tres autem anni, tria tempora ſunt, ante legem, ſub lege, & ſub gratia.

Toties

Totles enim ad uineã ſuam dominus uenit, totles in eius arboribus fructum quærit, quoties hominẽ reſpicere & uiſitare dignatur. Eſt igitur ficulnea infructuoſa, humana natura ſecundum partem malorum, id eſt, unuſquiſq; iniquus & infidelis. Per tres igitur annos ad hanc ficulneã dominus uenit, & fructum in ea non inuenit: quoniam tales arbores neq; ante legem, neque ſub lege, neque ſub gratia in hac uinea defuerũt. Sæpe enim plus ficulneis infructuoſis, quã arboribus fructiferis huius mundi uinea abũdare uidetur. Pauci enim ſunt boni ad comparationẽ malorum. Multi enim ſunt uocati, (ut dominus ait,) pauci uero electi. Sequitur: *Succide ergo illam.* Quia (inquit) Infructuoſa eſt, quia inutilis eſt, quia boni operis fructum nõ reddit, ſuccide illam. Omnis enim arbor quę non facit fructũ bonum, excidetur & in ignem mittetur. Vt quid etiam terram occupat? Tales enim arbores inutiles terrã occupant, cæteriſq; impedimentum faciunt, & harum umbra nociua cęteræ arbores circumpoſitæ corrumpuntur. Vna enim (ut dici ſolet) ab umbra trahit liuorem, & una ouis morbida totũ gregem diſſipat, & modicum fermentum totam maſſam corrumpit, & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. *At ille reſpondens, dixit illi, Domine dimitte illam & hoc anno, uſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora. Et ſi quidem fecerit fructum, ſin autem in futuro ſuccides eam.* Sic autem & Samuel pro arbore infructuoſa ne ſuccideretur orabat, lugens Saulem cunctis diebus. Fodit enim epiſcopus circa ficulneam, quando peccatoris facta omnemq; eius uitam & prauitatem per illius confeſſionem diligentiſſime inueſtigat. Deinde uero & circa illam ſtercora mittit, dum illius peccata quam turpia, quam inhoneſta & fœtida fuerint, oſtẽdit. Stercora enim circa ficulneam poſuerat Apoſtolus, qui dicebat: Quem ergo fructum habuiſtis tũc in quibus nunc erubeſcitis? Vnde & Dauid horum ſtercorum fœtorem ſentiens, ait: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ. Neque enim aliter peccator ſanari poteſt, niſi prius ſuorum uulnerum fœtorem ſentiat, & ſentiẽdo abhorreat. *Erat autem docens in ſynagoga eorum Sabbatis, & ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & inclinata erat, & nec omnino poterat ſurſum aſpicere. Quam cum uideret Ieſus, uocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua, & impoſuit illi manum, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum.* Hoc enim quod in muliere curua dominus egit, expoſitio eorum eſt quę de ficulnea infructuoſa dicta ſunt. Vnum enim idemq; ſignificat & mulier curua & ficulnea infructuoſa. Ille etenim homo curuus eſt, q terrenis uoluptatibus deditus, ſola terrena & trãſitoria diligit, ad cœleſtia contemplanda mentis oculos non erigit, & æternæ fœlicitatis diuitias non requirit. Hunc autem ſi Dominus tangat, & ſuæ miſericordiæ manum ſuper eum ponat, ſtatim erigitur, & terrenorum oblitus cœleſtia contemplatur. Tales autem ſignificabat Moyſes, quum illa animalia immunda eſſe dicebat, quæcunq; ſuper manus ſuas gradiũtur, quorum morticinia qui tetigiſſet, immũdum eum uſq; ad ueſperam eſſe præcepit. Illa enim animalia quę gradiuntur ſuper manus ſuas, non reſpiciendo ad ſuperiora, faciem & oculos ad terram premunt. Omnes igitur illi immũdi ſunt, quicunq; cœleſtia ſpernentes, ſola terrena & tranſitoria contẽplantur & diligunt. Horum autem morticina illi tangunt, qui eorũ opera iniqua mortua & fœtida imitantur & agunt. Tales igitur immũdi ſunt uſq; ad ueſperam, id eſt, uſq; ad ipſius peccati occaſum & defectionem. Veſperam enim hoc in loco non diei, ſed peccati intellige. Habet enim peccatum quoq; & ortum & ueſperam, ortum quidem, prauæ cogitationis initium, ueſperam autem, malæ actionis occaſum & finem. Sequitur: *Reſpondẽs autem archiſynagogus, indignans quia ſabbato Ieſus curaſſet, dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari, in his ergo uenite & curamini, & non in die ſabbati.* Male ergo archiſynagogus legem intelligebat, qui pietatis & miſericordiæ opera in ſabbato fieri nolebat. Lex enim non liberale, ſed ſeruile opus in ſabbato fieri prohibet. Bonum enim opus omni die fieri licet, malum autem nullo. *Reſpondẽs ad illum dominus dixit: Hypocritæ, unuſquiſque ueſtrũ non ſoluit bouem ſuum aut aſinum a præſepio, & ducit adaquare?* Si, inquit, in ſabbato operari non licet, quare ergo uos in ſabbato bouem & aſinum ad potũ ducitis? Hoc enim opus ſeruile eſt, quod ſi ad literã intelligatur, omnimodo in ſabbato lege fieri prohibetur. Merito igitur hypocrita uocatur, qui nõ in his quibus debet, ſed in his quibus non debet, ſabbatum ueneratur, mala conſentiens, & bona reprehẽdens. Vobis, inquit, hypocritæ, uobis bouem & aſinum in ſabbato à præſepio ſoluere & adaquare licet: mihi autem hanc filiam Abrahæ, quam alligauit Sathanas ecce decem & octo annis, à uinculo iſto ſoluere nõ licuit? Quod ualet in minori ualet & in maiori, quod ſi etiam in minori non ualuiſſet, in maiori tñ reprehendi non potuiſſet. Quis enim reprehẽdat quod dñs agit? Idipſum autẽ per hos decẽ & octo annos, & per tres annos ſuperius poſitos ſignificatur. Ter enim ſex, uel ſexies tres, decem & octo fiunt. Ponamus igitur ſex annos ante legẽ, & ſex ſub lege, & ſub gratia ſex, & erunt decem & octo. In his enim omnibus nec ficulnea infructuoſa defuit, nec mulier curua, quam ſanaret Ieſus. Hanc autem mulierẽ quã ſathanas alligaſſe dicitur, ꝓpter peccata ſua hãc ægritudinẽ incurriſſe intelligere poſſumus ſicut & ille cui dominus ait: Vade, & iã noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Et cum hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius. Et omnis populus gaudebat in uniuerſis quæ glorioſe fiebãt ab eo.* Et illi quidẽ erubeſcebant, quia ſe uictos eſſe uidebant. Iſti uero gaudebant, quia & in uerbis & in miraculis Chriſti uirtutẽ & gloriã cognoſcebãt.

DOMINICA VACAT. IN EVANG.

Matthæi. 22.

HOMILIA D. EVSEBII EMISS.

IN illo, inquit, die quo phariſæi uicti receſſerunt, in illo Sadducæi uincendi acceſſerunt. *Et interrogauerunt eũ, dicentes: Magiſter, Moyſes dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud uos ſeptem fratres, & primus uxore ducta defunctus eſt, & non habens ſemen, reliquit uxorem ſuam fratri ſuo. Similiter ſecũdus, & tertius, uſque ad ſeptimum. Nouiſsime autem omniũ & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptem uxor? oẽs enim habuerunt eam.* Verũ eſt utiq; qa Moyſes hoc dixit, ut frater uxorẽ fratris ducet, ad ſuſcitandũ ſemẽ fratris ſui. Hæc autem fabula, qua ſeptẽ fratres unã uxorẽ habuiſſe dicunt, Sadducęorũ adinuẽtio eſt. Scio tñ quoſdã in his ſeptẽ fratribus, ſeptẽ lib. id eſt, Heptateuchũ intellexiſſe. Hanc autẽ ſuã adinuentionẽ ideo Sadducęi dño attulerũt, ut ꝑ hãc reſurrectio

nem

nem mortuorum non eſſe probarent, dicẽtes: Aut enim omnes eã ſimul habebunt, aut nullus. Si enim unus aliquis eam habeat, cæteris iniuriam faciet. Quod enim commune eſt, nemo ſibi quaſi propriũ uendicare debet. Huic tanto errori ueritatis magiſter reſpondens, ait: *Erratis, neſcientes ſcripturas neque uirtutem Dei.* Et mox ipſum errorem in quo errabant oſtendit, dicens: *In reſurrectione enim neq; nubent neque nubentur.* Per quod ſignificat eos probare uoluiſſe, ut ſi homines reſurgerẽt, ſicut in hoc ſeculo, ita etiam in futuro uiri ſuis uxoribus commiſcerentur. Sed quare ſic errabant? Quia neſcie baot ſcripturas, neq; uirtutem dei. Nam neq; illud intelligebant quod Moyſes dixerat, neq; Dei uirtutem & dei potentiam credebant, & ideo tantam omnium reſurrectionem poſſe fieri deſperabant. Non enim ſicut hic, ita & ibi fiet: neq; ſicut modo, ita tunc uoluptati operam dabunt. Sed erunt ſicut angeli dei in cœlo. Angeli enim naturaliter caſti & uirgines ſunt. Tales igitur & homines erũt. Quod autem mortuorum reſurrectio ſiat, mox ſcripturæ teſtimonio ſubinſerens, ait: *De reſurrectione mortuorum non legiſtis quod dictum eſt a deo dicente uobis, Ego ſum deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed uiuentium.* Ac ſi dicat: Si (ut uos male putatis) homo poſt mortem nõ eſſet, nequaquam ſe Deus Patriarcharum deum eſſe diceret, cum utiq; ipſe ſit deus & dominus non eorũ qui non ſunt, ſed eorum qui ſunt. *Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.* Quoniam autem Sadducæi errantes, neque ſcripturas intelligunt, neque uirtutem Dei: uideamus nos modo quid illa ſcriptura ſignificet, quam Sadducæi de ſuſcitando ſemine fratris domino propoſuerũt. Non enim hoc ſecundum literam in Eccleſia cuſtoditur: imo uero ne cuſtodiatur omnino interdicitur. Aliter igitur eam intelligere oportet. Dicatur ergo: Quando habitauerint fratres ſimul, & unus ex eis abſq; liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemẽ fratris ſui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen eius ex Iſrael. Iſti ſunt illi fratres, de qbus dicitur: Ecce quã bonum & quam iucũdum habitare fratres in unũ. Iſti & ſimul non corpore, & mente tamen & ſpiritu omnes ſimul habitant. Ex his autem unus quiſlibet abſq; liberis moritur, quando aliquis epiſcopus ex hac uita tranſiens, nullum ex omnibus ſuis ſubiectis in Eccleſia ſua talem relinquit, qui eius cathedra dignus habeatur. Sæpe enim uidemus multo tempore epiſcopatum uacare, quia uix aliquando inuenitur qui in defuncti loco epiſcopus ordinetur. Quærit igitur ex alia eccleſia, cui uxor defuncti coniugatur, & ipſe quidem non alius eligitur, niſi qui eiuſdem defuncti ſuperfuerit frater. Frater utiq; non natura, ſed moribus, ut eiuſdem bonitatis & humanitatis, eiuſdem ſit fidei & charitatis, & quaſi frater fratri conſimilis. Iſte autem ſuſcitabit ſemen fratris ſui, ut quos uel in peccatis mortuos uel malo ſomno grauatos inuenerit, ad bonum opus euigilare faciat. Et primogenitũ nomine illius appellabit. Primogenitum quidẽ, non qui prius genitus ſit, ſed qui merito ſanctitatis inter omnes eius genitos primus & maximus habeatur. Et iſte quidẽ uocabitur epiſcopus. Hoc eſt enim nomen defuncti. Quare hoc? Vt non deleatur nomen eius ex Iſrael, ut nunquã Eccleſia epiſcopo careat, & nunquã hoc nomen in eo deficiat. Si autem noluerit accipere uxorẽ fratris ſui, quę ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetq;: Non uult frater uiri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugium ſumere. Statimq; eũ accerſiri faciẽt, & interrogabunt. Si reſponderit: Nolo eam uxorem accipere, accedat ad eum mulier coram ſenioribus, & tollat calceamentũ de pedibus eius: ſpuetq; in faciẽ illius, & dicet: Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui. Et uocabitur nomen illius in Iſrael, domus diſcalceati. Quare enim ante portam ciuitatis iudiciũ quæritur, niſi quia ibi iudices ſedent? Dominus enim de ſeipſo loquitur, dicens: Ego ſum oſtium: per me ſi quis intrauerit, ſaluabitur. Ante igitur hoc oſtiũ & ante hanc portam ſedent epiſcopi, ut eius lumine illuſtrati nunquam deuient a ueritate. Ad hos autẽ omnes cauſæ deferri, eorumq; iudicio definiri debent. His ergo præſentibus accedit mulier ad fratrem uiri ſui, & quia eam in cõiugium ſumere noluit, tollit calceamentũ de pede eius. Quid eſt enim calceamentum de pedibus tollere, niſi euangelizandi licentiã auferre? Vnde apoſtolus, Calceati, inquit, pedes in præparatione Euangelij pacis. Spuit inſuper in faciem eius, quia palam & manifeſte eum contemptibilem, & tanti honoris indignum eſſe oſtẽdit. Hoc autem de illis rectiſſime intelligi poteſt, qui maiores Eccleſias ambientes, minori ſe eccleſię iungere deſpiciunt, quos non animarum ſalutem, ſed honoris gloriam quærere non dubium eſt. Iuſtum igitur eſſet ut ſemper excalceati & conſputi, nunquã tali cõiugio digni iudicarẽtur. Hoc eſt enim quod ait: Et uocabitur nomen eius, domus diſcalceati. Quis enim eum calceare audeat, quis calceati officium illi tribuat, qui ipſa nominis appellatione ſe excalceatum eſſe demonſtrat? Sic igitur nunc in eccleſia ſpiritualiter cuſtoditur, quod prius ſecundũ literam in Synagoga cuſtodiebatur.

IN DEDICATIONE

Eccleſiæ uel altaris, Sermo beati Auguſtini epiſcopi.

QVotieſcunq; fratres chariſſimi, altaris uel templi feſtiuitatem colimus, ſi fideliter & diligenter attendimus, ac ſancte & iuſte uiuimus, quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis ſpiritali ædificatione completur. Non enim mentitus eſt ille qui dixit: Templum dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Et iterum: Neſcitis, quia membra 1.Cor.3
ueſtra templum ſunt ſpiritusſancti? Quibus meri- 1.Co.6
tis niſi per gratiam dei meruimus fieri templum dei? Quantum poſſumus, cum ipſius adiutorio laboremus ne deus noſter in templo ſuo, hoc eſt, in nobiſipſis inueniat, quod oculos ſuæ maieſtatis offendat, ſed habitaculum cordis noſtri euacuetur uitijs, & uirtutibus repleatur. Claudatur diabolo, & aperiatur Chriſto. Et ita laboremus, ut nobis bonorum operum clauibus ianuam cœleſtis regni aperire poſſimus. Sicut enim malis operibus quaſi quibuſdam ſeris ac uectibus, uitæ nobis ianua clauditur, ita abſq; dubio bonis operibus aperitur. Et ideo, fratres chariſſimi, unuſquiſq; conſideret conſcientiam ſuam, & quando ſe aliquo crimine uulneratum eſſe cognouerit, prius orationibus & ieiunijs uel eleemoſynis ſtudeat mundare conſcientiam ſuam, & ſic euchariſtiam præſumat accipere.

Si

SI enim agnoſcens reatum ſuum,ipſe ſe a diuino al
tari ſubduxerit, citò ad indulgentiam diuinæ mi-
Lu.18. ſericordiæ peruenit : quia ſicut qui ſe exaltat,hu-
miliabitur:ita econtrario,qui ſe humiliat,exaltabi
tur.Qui enim,ſicut dixi, agnoſcens reatum ſuum,
ipſe ſe humiliter ab altari eccleſiæ pro emendatio-
ne uitæ remouere uoluerit,ab æterno illo & cœle
ſti conuiuio excommunicari penitus non timebit.
Rogo uos fratres diligenter attendite. Si ad men
ſam cuiuſcunq; potentis hominis nemo præſumit
cum ueſtibus cōſciſſis & inquinatis accedere,quā-
to magis a conuiuio æterni regis,id eſt, ab altario
domini,debet ſe unuſquiſq; inuidiæ uel odij uene-
no percuſſus,iracundiæ furore repletus,cum reue-
rentia & humilitate ſubtrahere? ꝓpter illud quod
Mat.5. ſcriptum eſt: Vade prius reconciliari fratri tuo,&
Mat.22. tunc ueniens offeres munus tuum. Et iterum: Ami
ce, quomodo huc intraſti non habens ueſtem nu-
ptialem? Hoc enim habet textus euangelicæ lecti-
onis, quod quidam fecerit nuptias filio ſuo,& in-
trauit ut uideret ſimul recumbentes, & uidens ibi
hominem non ueſtitum ueſte nuptiali,dixit ad eū:
Amice, quomodo huc intraſti non habens ueſtem
nuptialem? Et illo obmuteſcente, dixit miniſtris:
Ligate illi manus & pedes, & proijcite eum in te-
nebras exteriores,ibi erit fletus,& ſtridor dentiū.
Ecce qualem ſententiam merebitur audire qui ad
conuiuium nuptiale,id eſt,ad altare domini,aut e-
brioſus,aut adulter, aut odium in corde retinens,
præſumit accedere. Auertat hoc dominus a nobis
fratres chariſſimi,& cōcedat ut mala iſta aut nun-
quā uelimus admittere, aut ſi admiſſa fuerint,ſine
ulla mora, pœnitentia uel pace ſtudeamus ſana-
re,& largioribus eleemoſynis feſtinemus abluere,
ne forte ſi cum peccatorum uulneribus ante tribu-
nal æterni iudicis uenerimus, ab illa æterna eccle-
ſia & ab illa cœleſti Hieruſalem,perpetua excom-
municatione ſeparemur. Hæc ergo cogitātes fra-
tres chariſſimi, tam caſti & tam ſobrij & tam pa-
cifici ad iſtud altare deo auxiliante ſtudeamus ac-
cedere,ut ab illo æterno altari non mereamur ex-
cludi. Qui enim ad iſtud altare caſto corpore, &
mundo corde,cum ſecura & munda conſciētia ue-
nerit,ad illud altare quod in cœlis eſt,fœlici tranſ
migratione perueniet. Tu autem.

ITEM ALIVS SERMO.

RECTE feſta eccleſiæ colunt,qui ſe ec-
cleſiæ filios eſſe cognoſcunt. Hæc enim
omnium credentium mater eſt,quę na-
tos ad mortem regenerat ad ſalutem.
Hæc eſt poſt ſynagogam quidem uoca
ta,ſed ante ſynagogam promiſſa. Hæc enim iam
in primo homine præfigurata eſt. Nam ſicut ex
Adæ latere fabricata eſt Eua,ita ex Chriſti corpo
Gen.2. re & uulnere redempta creuit eccleſia. Hæc intra
Gen.7. arcam diluuio exundante ſeruata,crucis beneficiū
& baptiſmatis myſterium præſignauit. Hanc Sa-
Gen.21. ra ſterilis & deſperata in ſenectute, unico pigno-
re fœcundata,prę cinuit. Eccleſia enim unicum,id
eſt,dilectiſſimum deo populum, ſeculo ſeneſcente
progenuit. Hæc eſt regina illa,de qua ad dominū
Pſal.44 dicitur: Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu de
aurato, circumamicta uarietate, id eſt,diuerſarū
circundata precioſo decore uirtutum. Hæc eſt illa
3.Re.10 regina quæ uenit a partibus Aethiopiæ audire ſa
pientiam Salomonis. Sed hæc non tam ex una re-
gione,quam ex uniuerſis mundi partibus reges pa
ritura conuenit. Sic etiam euangeliſta commemo-
rat: Regina Auſtri uenit a finibus terræ audire ſa
pientiam Salomonis. Venit eccleſia ad redempto- Mat.12.
rem & eruditorem ſuū, ut de ſtultitia erroris,do-
ctrinam perciperet ueritatis De qua plenius,ſicut
audiuimus regum ſcribit hiſtoria,ita dicens: Et
ingreſſa regina Hieruſalem cum multo comitatu 3.Re.10
& diuitijs, cum camelis portantibus aromata, &
aurum infinitū nimis,& gemmas precioſas, uenit
ad Salomonem,& locuta eſt ei uniuerſa quæ habe-
bat in corde ſuo. Ergo in figura reginæ huius, ec-
cleſia uenit ex gentibus & a finibus terræ,impo-
nens cupiditatibus finem,uitijsq; terrenis,ut audi
ret ſapientiam Salomonis, id eſt, ueri pacifici do-
mini noſtri Ieſu Chriſti,qui fecit utraq; unum,ſol- Ephe.2
uens inimicitias inter deum & hominem,in carne
ſua. Venit poſt ueteres & prophanas ſuperſtitio-
nes,audire & diſcere de fidei illuminatione & iudi
cio futuro,de animæ immortalitate, de ſpe reſur- 3.Re.10
rectionis & gloria. Venit ergo in Hieruſalem cum
multo comitatu, id eſt, non iam cum una tantum
gente Iudæorum, ſicut prius ſynagoga ſolos ha-
buit Hebræos,ſed cum totius mundi gentibus, di-
uerſisq; nationibus. Venit ergo exhibens munera
digna Chriſto,aurū & gemmas precioſas, & hoc
camelis portantibus, id eſt, ex gentili populo ue-
nientibus,qui prius fuerunt uitiorum fœditate di-
ſtorti,& malorum onere curui,ac prauitate pec-
catorum deformes. Cum his itaq; muneribus re-
gina hęc ingreditur ad pacificum regem Chriſtū,
exhibens ſecum fidei aurum,puritatis incenſa pre
cioſa,ſplendoreſque gemmarum, morum ſcilicet
inſignia & ornamenta uirtutum. Et locuta eſt ei
uniuerſa quæ habebat in corde ſuo, id eſt,aperuit
ei cor ſuū,manifeſtauit ei occulta conſcientiæ ſuę,
in confeſſione & pœnitudine præcedentium deli-
ctorum. Videamus quid agat hæc regina. Videns,
inquam,regina Saba omnem ſapientiā Salomonis,
& domum quam ædificauerat,& cibos menſę ſuę,
& holocauſta quæ offerebat in domo domini, non
habebat ultra ſpiritum. Quid erat rationis,ut prę
potens regina, domus expēſas & cibos regios tan
topere miraretur? Ergo hoc loco aliqua maiora
nos oportet inquirere. Vidit ergo eccleſia ex gen-
tibus congregata,ſapientiam Chriſti, id eſt, poſt
carnalia inſtituta gentilium,poſt humanam & ani
malem doctrinam philoſophorum, accepit intel-
lectum ſalutis & uitæ,inſpexit ſpiritualium mem-
bra bonorum, agnouit uerum fabricatorem cœli
& terræ,& potentiſſimum humani generis condi
torem,de cuius ſapientia dicitur: Omnia in menſu
ra & pondere & numero conſtituiſti. Vidit & do- Sap.11
mum quam ædificauerat,id eſt,incarnationem ho
minis aſſumpti, in quo habitat omnis plenitudo
diuinitatis corporaliter. Vidit & cibos menſæ Sa Col.2.
lomonis, id eſt, illos de quibus dominus dicebat:
Meus eſt cibus,ut faciam uoluntatem eius, qui mi
ſit me patris. Cibus enim Chriſti ſalus noſtra eſt. Ioh.4.
Reficitur cœleſtibus cibis profectibus noſtris. Ci-
bus eius ſumus, dum acquiſiti eccleſiæ,in membra
eius corpuſque tranſimus,uel cibus eius, altaris ſa Pſal.77
cramenta cœleſtia ſunt, de quibus dicitur: Panem
cœli dedit eis,panem angelorum manducauit ho-
mo. Vidit & holocauſta eius,orationum ſine dubio
ſupplicationumque myſteria, & obſtupuit,ubi ui
dit inæſtimabiles domini ſui diuitias,dixitq; ad re
gem: Verus eſt ſermo quē audieram in terra mea 3.Re.10
ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua, &

dei ſperat in tēplo æternitatis, qui in in domo dei
præſenti miſericordiæ gratia reſplendet. Iure ſe
talis ad templum magni regis pertinere cōſidens,
Pſal. 22. alibi dicit: Et miſericordia tua ſubſequetur me o-
mnibus diebus uitæ meæ, ut inhabitē in domo do-
mini in longitudine dierū. At contra, mala arbor
Iere. 17. uideamus quales fructus ferat, & tales ferre ipſi ui
temus. Dicit propheta Ieremias: Maledictus ho-
mo qui cōfidit in homine, & ponit carnem brachi-
um ſuum, & a domino recedit cor eius, erit enim
quaſi myricę in deſerto. Myrica nanq; eſt infructu
oſa arbor & humilis, guſtu nimis amara, omnique
humana cultura prorſus indigna, ac propterea fru
ctificans in deſertis. Cui merito cōparatur is qui
a diuino timore & amore recedens, ab hominibus
regnum & diuitias ſperat. Qui quantum a decore
domus dei ſit extorris iudicandus, propheta ſub-
Ibidem. dendo manifeſtat: Et non uidebit cum uenerit bo
num, ſed habitabit in deſerto in ſiccitate, in terra
ſalſuginis & inhabitabili. Nemo ergo ſibi fratres
mei, in occulto male uiuens, de fauore uulgi quaſi
bonus ſit blandiatur: quia etſi folia uerborum per-
pulchra, et ſi florē ſamæ gignit odoriferum, nō eſt
arbor bona quę facit fructus malos. Nemo q cū re
cto corde bona quę ualet operatur, de ſua ſalute deſ
peret, quia non eſt arbor mala quæ facit fructū bo
num. ¶ *Vnaquæque enim arbor de fructu ſuo cognoſci-
tur.* Hæc cognitio de apertis ſolummodo ui-
tijs ſiue uirtutibus accipienda eſt, qualia ſuperius
ex Apoſtoli ſententia commemorauimus. Nanq;
ſunt nonnulla quę quo animo gerantur, ignorantur
a proximis, unde & in utranq; partem poſſunt in-
1. Cor 4. terpretari. Sed ambigua quæq; iuſtius ab his qui
diligunt, interpretantur in bonū, ut impleatur il-
lud Apoſtoli: Nolite ante tēpus iudicare. ¶ *Neq; e-
nim de ſpinis colligūt ficus, neq; de rubo uindemiāt uuā.*
Spinæ & rubus plenæ aculeis arbores, illorū cor-
da deſignant, qui uel luxuriæ, inuidiæ, concupiſcen
tiæ ſtimulis fœdantur, uel certe iracundiæ, detra-
ctionis, odij, ſuperbiæ & amaritudinis aſperitati-
bus inſuaues proximis, & quaſi intractabiles exi-
*flagrā ſtunt. Ficus autē dulcē regni cœleſtis memoriam,
tiam uua *fragantiam dominicę dilectionis ſignificat.
Non ergo de ſpinis colligunt ficus, neq; de rubo
uindemiant uuā: quia quicunq; adhuc uitiorū acu-
leis ſordent, exempla uel doctrinam uirtutum mi
niſtrare proximis nequaquam dignæ præualent.
*Bonus homo de bono Theſauro cordis ſui profert bonū,
et malus homo de malo theſauro cordis ſui profert ma-
lum.* Theſaurus cordis, intētio eſt cogitationis, ex
qua prouentū operis internus arbiter iudicat. Vn-
de fit plerunq;, ut minora bona nōnulli maiori cœ-
leſtis gratiæ mercede operētur, uidelicet propter
intentionem cordis, qua maiora uoluerūt patrare
bona ſi poſſent, & alij maiora uirtutū opera oſten-
Lucæ, 21 tantes, ob incuriā cordis tepidi, minora a domino
præmia ſortiantur. Deniq; opus uiduæ quæ duos
nummos detulit ad templum, innumeris diuitum
denarijs ab interno cordium ſcrutatore pfertur.
¶ *Ex abundantia enim cordis, os loquitur.* Humanum
quippe iudicium ſæpe fallit, quia cor proximi neſ-
cit niſi ex ore & opere penſare: dominus autem i-
pſum opus & ſermones ex cordis radice perpen-
dit. Illius ergo ex abundantia cordis os loquitur,
qui ex qua intentione promantur uerba, non igno
rat. Quod etiā ſubſequenter aſtruit, manifeſte oſtē
dens quia locutio bona abſq; operū atteſtatiōe nil
omnino proſit. ¶ *Quid autem uocatis me domine domi
ne, et non facitis quæ dico?* Dominum nanque uo-
care, boni donū theſauri, bonę uidetur eſſe fructus Iohel. 2.
arboris. Omnis enī quicunq; inuocauerit nomē do
mini, ſaluus erit. Sed ſi is q inuocat nomē dñi, præ-
ceptis domini peruerſe uiuendo repugnat, profe-
cto patet qa de bono cordis theſauro, platum nō
fuit bonū qd lingua ſonuit, nec talem fructū cōfeſ
ſionis, fici radix, ſed ſpinæ, hoc eſt, horrida uitia,
& nō multitudine dñicæ dulcedinis onuſta cōſciē-
tia, pcreauit. Quæ aūt ſit uera fructuū bonorū ma-
lorumq; diſcretio, dominus ſub alia figura ſubden
do deſignat. ¶ *Omnis qui uenit ad me, et audit ſermo-
nes meos, et facit eos, oſtēdā uobis cui ſimilis ſit: Similis
eſt homini ædificanti domū.* Homo aūt hic domū ædi-
ficās, ipſe eſt mediator dei & hōim, homo Chriſtus
Ieſus, q dilectam ſibi domū, ſanctā uidelicet eccle
ſiam, in qua perpetuo maneret, ędificare & cōſecra
re dignatus eſt. ¶ *Qui fodit in altum, et poſuit funda-
mentum ſupra petram.* Quia in corde ſuorū fidelium
quicqd terrenæ intentiōis inuenit, funditus extir-
pare ſtuduit, quatenus eiectis priſcæ cōſuetudinis
ruderibus, ac cogitationibus ſupfluis, ſtabilem in
eis ipſe & inconcuſſam poſſit habere manſionem.
Ipſe enim eſt petra, ſupra quam huiuſcemodi do-
mus fundamenta collocauit. Nam ſicut in domo æ-
dificāda nil petræ cui fundamentū imponatur, an-
tefertur: ita ſancta eccleſia petram, uidelicet Chri
ſtum, imo habet in corde reconditam, neque aliqd
fidei illius ac dilectioni præponit, adeo ut pro hac
etiam mortem pati non dubitet. Cui nimirum pe-
træ princeps eccleſiæ quia firmiſſime inhęſit, ab ea Mat 16.
nomen accepit, quando audiuit: Tu es Petrus, &
ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.
¶ *Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi,
et non potuit eam mouere, fundata enim erat ſupra pe-
tram.* Patet expoſitio, qa pulſata eſt ſępe preſſuris
eccleſia, nec deiecta. Quod ſi q credentiū male ui-
cti ceſſerūt, ad hanc utiq; domū non ptinebāt: qa ſi
ſupra petrā fidei, & nō potius ſupra arenā pfidiæ
& leuitatis fundati cōſiſterent, labefactari nunquā
prorſus ualerēt. Notādū aūt, quod hæc inundatio
tētationū, tribus modis eccleſiā impugnat. Nā uel
a ſua concupiſcētia tētatur quiſq; abſtractus & il-
lectus, uel falſorum fratrum improbitate fatiga-
tur, uel apertioribus externorum appetitur inſi-
dijs. Quæ uidelicet tentamenta dominus alibi por
tas inferni nuncupat: & merito, quia nimirū ſi ui-
cerint, in æternum trahunt interitum. Et ſuper
hanc petram, inquit, ædificabo eccleſiam meam, &
portę inferi non præualebunt aduerſus eam. Etſi
ergo pulſant, non tamen deiiciunt eccleſiā Chriſti
portæ diaboli: & ſi irruit tentatio perfidiæ, nō ſub
ruit domum fidei. Quæ enim adiutori ſuo ueraci-
ter dicere poteſt, Dum anxiaretur cor meum, in
petra exaltaſti me: non debellatur ab extraneis,
quia rabiem perſequentium infidelium, cū corona
martyrij patiendo ſuperat. Nō corrūpitur a falſis
fratribus, quia hæreticorū dogmata recte creden-
do refutat, & uitioſa quorundam catholicorū exē
pla, ſobrie & iuſte & pie uiuendo deuitat. Nō ob-
cæcatur fumo proprię cupiditatis, quia feruet inte
rius ſolo ardore dñicę charitatis. Huic aūt homini
id eſt, redēptori noſtro, qui eccleſiam ſibi uniuerſa
lem inuincibili mentis fortitudine copulauit, pro
modo ſuo quiq; ſimilantur electi, quādo quod ipſe
in tota eccleſia generaliter facit, hoc illi in ſuis ſin-
guli cordibus agere ſpecialiter curant. Nā quaſi in
altum fodiendo, ſuā uigilanter conſcientiā diſcuti-

unt:ne qd in ea ſordidũ lateat,ſolerter inquirunt:
cũctas à fundo cordis ſuperuacuorũ cogitatuũ late
bras manu ſedulæ diſcretionis exhauriunt, quate
nus in ſe firmã quietamq́; fidẽ pectę illi fortiſſimę,
hoc eſt,Chriſto præparent, ficq; ut p eius præſen
tiã inſuperabiles inter ſeculi terrentis aduerſa,&
proſpa blandientis perdurent.Hęc adiuuante dño
fratres chariſſimi, de euãgelicæ lectionis expoſiti
one trãſcurrimus Sed uidetur congruũ ſolẽnitati
quã colimus, de ædificatione templi aliqua cõme
morare,& q̃ decẽter ornatus illius eccleſiæ ſigni
Reg.5 ficationi conueniat,indagare. Narrat ergo ſacra
ſcriptura,qa pręceperit Salomon,ut tollerẽt lapi
des grãdes,lapides precioſos in fundamentũ tẽpli
& quadrarent eos. Lapides aũt grãdes & precioſi
qui in fundamẽto locati,totum onus templi ſibi ſu
perimpoſitũ portant ,eximios ſanctæ eccleſiæ do
ctores inſinuant,grandes nimirũ excellentia meri
torum, precioſos claritate ſignorum : qui ab ipſo
domino uerbũ audientes, totam eccleſiæ creſcẽtis
ſabricã ſua pdicatione genuerũt. Quando enim in
ſcripturis fundamẽta plurali numero dicũtur,uel
prędicatores ſanctos, uel firmas iuſtorũ cogitatio
Pſal.85. nes ſignificãt. Vnde eſt illud Pſal. Fundamẽta eius
in montibus ſanctis. At cũ ſingulari numero funda
mentum ponitur, ipſum ſæpius autorẽ bonorum
1.Cor.3 olm indicat,de quo Apoſtolus ait:Fundamentũ e-
nim aliud nemo poteſt ponere præter id quod po
ſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. & de quo rurſus
ad Epheſios Sed eſtis,inqt, ciues ſanctorũ & do-
meſtici dei, ſuperædificati ſuper fundamentũ apo
Ephe.2. ſtolorum & prophetarũ. In hoc ergo fundamento
lapides grandes & precioſi, qui templũ omne ge-
ſtarent,ſunt poſiti:quia per ipſum ad propagandã
toto orbe eccleſiam, & prius patriarchæ & pphe
tæ,& poſtmodũ ſunt apoſtoli inſtructi, q quo ar-
ctius amori eius inhęrebant,eo fortius ſectatores
ſuos in ædificio cœleſti ſuſtentabant. Quos uideli
cet lapides quadrare pcepit,ut magiſtros eccleſiæ
cõpoſitos moribus, & immobiles animo eſſe debe
re ſignaret. Sicut enim quadratũ quacũq; uertitur
parte, ſtat, ita nimirũ uita perfectorũ,quę ad ueri
tatis lineam ſolicite directa eſt, nullis tentationũ
impulſibus a ſua nouit ſtabilitate deijci. Erat autẽ
templũ de marmore Pario(qui eſt lapis albus)ex-
tructũ,ut candorẽ eccleſiaſticæ caſtitatis exprime
ret,de quo in amoris cantico dñs ait : Sicut lilium
Can.2. inter ſpinas,ſic amica mea inter filias. Habebat lx.
3.Reg.6 cubitos in longitudine, & xx.cubitos in latitudine
& xxx.cubitos in altitudine. Lõgitudo autẽ tẽpli,
fidem ſanctę eccleſie deſignat,per q̃ longanimiter
inter opa ſua bona,prauorũ aduerſa tolerat. Lati-
tudo charitatẽ,qua ipſa intus p uiſcera pietatis ſpa
tiatur. Altitudo ſpẽ,qua ppter bona quę p charita
tem opatur,cœleſtis uitæ pręmia expectat. Et be
ne longitudo ſexaginta eſt cubitorũ. Senario enim
numero bonorũ opũ ſolet pfectio deſignari. Quia
& dñs mũdi ornatũ ſex diebus perfecit,& ſex ſunt
huius ſeculi ętates,in quibus ſancta eccleſia p ęter
na requie pijs actibus inſtat. Bene uiginti ſunt cu-
biti latitudinis,qa geminũ eſt pręceptũ charitatis
qua eccleſia in tribulatione dilatatur,quãdo perfe
ctus quiſq; & conditorem ex toto corde,tota ani
ma, tota uirtute,& proximũ tamq̃ ſeipſum dilige
re probatur. Bene triginta in altitudine ſunt cubi
ti,quia omnis electorũ ſpes ad uiſionẽ ſanctæ tri-
nitatis,quantum ualet ſe exercendo & purificãdo
præparat. Sex igitur ad fidei longanimitatẽ, tria
ad celſitudinẽ ſpei, duo pertinent ad latitudinem
amoris,qbus tribus uirtutũ inſignibus,totũ ſanctę
eccleſiæ ſtatum conſtat perfrui. Quod autẽ per de
nariũ qui perfectus eſt numerus, ſingula hæc mul
tiplicãtur,multiplex eiuſdẽ perfectionis augmen
tum figurare denunciatur. Notandum ſane, quod
triginta cubiti altitudinis, non uſq; ad ſupremum
templi faſtigiũ,ſed uſq; ad laquearia pertingebãt,
deinde ad laquearia medij cœnaculi alij triginta
cubita altitudinis aſſurgebant. Porro tertium cœ
naculum quod ſupererat,ſexaginta habebat cubi-
tos in altitudine:ac ſic omnis altitudo domus, in
centum uiginti erat cubitos extẽta. Prima igitur
domus,triginta cubitis in altitudine ſurgit, quia
præſens eccleſia ad uidendã ſpeciẽ ſanctæ trinita-
tis,tota intentione ſuſpenditur. Superior domus
triginta ęque cubitis in altum attollit,quia ſolutę
corporibus animę perfectorũ,uſq; ad diem uniuer
ſalis iudicij,eiuſdem beatę & indiuiduæ trinitatis
præſenti uiſione fruuntur. Suprema domus bis tri
cenis alta eſt cubitis, quia reſuſcitati a mortuis o-
mnes electi, in contemplatione eiuſdem ſui condi
toris,qui in tribus perſonis unus eſt deus, æterna
ſpiritus ſimul & carnis immortalitate gaudebũt.
Factus eſt autem medius paries in templo de tabu
latis cedrinis,uiginti cubitorum altitudinis,qui di
uideret oraculum,id eſt, ſanctum ſanctorum a pri
ore parte templi habebatq; oraculum uiginti cubi
tos lõgitudinis,& xx. cubitos altitudinis. Porro
ipſum templũ prę foribus oraculi quadraginta cu
bitorum erat,in quo erant mẽſæ & candelabra de
auro, ſed & altare aureum prope oſtium taberna-
culi,quatenus incenſo in eo thymiamate,uapor fu
mi aſcendẽs operiret oraculũ ubi erat arca teſta-
menti,ſuper quæ erant Cherubim gloriæ obum-
brantia propiciatoriũ. Prior ergo domus, præſen
tis eccleſiæ ſtatũ:interior, uitæ cœleſtis ingreſſum
deſignat. Vnde recte in priori menſa & cãdelabra
ſunt facta,quia nimirum in hac uita lumine ſancta
rum ſcripturarum,& ſacramentorum cœleſtiũ re-
fectione opus habemus:in futuro autẽ talibus non
egemus ſubſidijs,ubi iuxta Pſal. uocem. Quicunq; Pſal.16
apparuerint cum iuſtitia,ſatiabuntur manifeſtata
gloria Chriſti. In hac quoq; uita corda iuſtorum
quaſi altare incenſi aureum ſplendida fulgent per
munditiam ſanctitatis, aromatibus referta deſide
riorum ſpiritualium,incendio flagrant amoris cõ
tinui, & quaſi in pximo cœleſtis introitus poſita,
ſuauiſſimũ ſuæ orationis uaporẽ iuxta ſancta ſan-
ctorum in ſuperna emittũt, ubi Chriſtus eſt in de-
xtera dei ſedens. Quem aptiſſime arca teſtamenti,
quæ erat intra uelũ, deſignat, in qua urna erat au-
rea habens manna, & uirga Aaron quę frõduerat,
& tabulæ teſtamẽti Ipſa namq; arcam naturam hu
manitatis eius,urna mannę plenitudinem diuinita
tis,uirga Aaron potentiam ſacerdotij eius inuiola
bilem, tabulæ teſtamẽti deſignant,quia ipſe legem
dedit,quiq; etiã benedictionem his qui legẽ faciũt
dabit. Bene autem templum præ foribus oraculi
quadraginta cubitorum erat longitudinis,quoniã
in hac adhuc uita, ieiunijs & continentia nos caſti
gari oportet,ut ad ſempiternæ dulcedinis ſatieta
tẽ peruenire mereamur. Namq; hoc numero caſti-
gationẽ uitæ præſentis ſignificari intelligit oĩs q
quadragenarium Moyſi uel Elię, uel ipſius domini
ieiunium recte intelligere nouit. Bene ipſum ora-
culum in quo arca per cherubim gloriæ tegeba-
tur,uiginti cubitos lõgitudinis,latitudinis & alti
tudinis

tudinis habebat, qui numerus perfectionem, ut di
ximus, geminæ dilectionis inſinuat, quia quicquid
in hac peregrinatione pro deo geritur, totū hoc in
illa mãſione patriæ perēnis, ubi magnificētia eius
continua beatorum ſpirituum laudatione ſuſtolli
tur, in ſola dilectionis amplitudine perficitur. Erat
& porticus ante templum uiginti cubitorum lon-
gitudinis, iuxta menſurã latitudinis templi, & de-
cem cubitorum latitudinis, habēs oſtiū cōtra oſtiū
tēpli ab oriēte. Quæ uidelicet porticus illã ſanctæ
eccleſiæ plebē deſignat, quę dñicę incarnationis
tēpora præceſſit, nec tamē ab eiuſdem incarnatio-
nis fide uacua remãſit. Hoc eſt enim, oſtiū porticus
cōtra oſtium templi eſſe ad ortū ſolis, fidem popu
li prioris de Chriſto, eandem eſſe quæ ſequentis,
eodemq́ gratiæ orientis lumine cunctorū fideliū
corda illuſtrari. Vnde bene in eadem porticu duæ
colūnæ æreæ maximi & mirãdi operis circa oſtiū
Ioh. 10. templi narrãtur eſſe ſtatutæ, & his capitella quaſi
opere lilij ſuperimpoſita. Colūnæ enim ſtant ante
oſtium tēpli, qa aduentū redemptoris noſtri (qui
ait, ego ſum oſtiū, per me ſi quis introierit, ſaluabi
tur) præceſſerunt doctores egregij, de qualibus di
Galat. 2 cit Apoſtolus: Iacobus & Cephas & Iohãnes, qui
uidebantur colūnæ eſſe, qui eidē aduentui eius te-
ſtimoniū perhiberēt. Vna enim a dextris oſtij, alia
ſtabat a ſiniſtris, quia & populo Iſrael, qui tunc di
uina fide & charitate calebat, incarnationē ſui re-
demptoris futurã pręcinebant, & nō minus genti
bus, quæ adhuc q̃ſi ad aquilonē poſitę, pfidiæ frigo
re torpebant, eiuſdē redēptoris ingreſſum prędica
bant eſſe pandendum. Quod uero capitella colum
narū quaſi opere lilij fabricata erant, ſignificat qa
tota prædicationis eorū ſumma, de claritate ppe-
tuæ beatitudinis inſonuit, eiuſq́ uidendã gloriã ſu
is autoribus, pmiſit, q ęternus ante ſecula deus ex-
iſtēs, homo factus eſt in fine ſeculorū, ut q̃ſi flos li
lij interius colorē auroſum, exterius haberet cãdi-
dū. Quid nanq́ auri rubor in candore, niſi fulgor
eſt diuinitatis in homine? Quē uidelicet hoīem &
prius uirtutibus clarū oſtēdit, & poſt mortē niueo
incorruptionis ſplēdore ueſtiuit. Hæc nos fratres
chariſſimi in præſentis noſtri feſti gaudiū de ſtru-
ctura templi pauca ex pluribus fraternitati ueſtrę
expoſuiſſe libuit, quatenus & mirãda terreſtris do
mus dñi fabrica delectaret auditū, & hęc ſpūaliter
intellecta, mētes noſtras ardētius ad amorē ſupnę
habitationis erigeret. Diligamus igiť fratres mei
toto corde decorē domus æternæ, quã ex deo ha-
bemus in cœlis, & de loco tabernaculi gloriæ eius
ſedulo cogitare, ac nos alterutrū admonere cure-
mus. Vnū ante oia petamus ab eo, & hoc infatiga-
bili intētione q̃ramus, ut inhabitare mereamur in
domo eius oībus diebus uitę noſtræ, hoc eſt, perenni
uita ac luce felices. Nō aūt ſpernit, neq́ deſpicit p̃-
ces pauperū, q̃ñ hoc quod diligit, ipſi p̄camur, ſed
elemēter exaudiēs donabit nobis uidere bona ſua
in terra uiuentiū, Chriſtus Ieſus dñs noſter, q ui-
uit & regnat cū deo patre in unitate ſpirituſſ. &c.

IN DEDICATIONE ECCLESIAE

Sermo uenerabilis Bedæ.

*hęc uſ- Libet fratres chariſſimi, de encæniorū ſolē
que ad ſi- nitate, quã & olim Hieroſolymitæ & nos
mile ſi- hodie celebramus, fraternitati ueſtræ la-
gnū pau- tius diſſerere.* Hoc autem in primis no-
lo inferi- tandū eſt, quod encęnia q̃ in lectione euan
us deuer- gelica facta cognouimus, non ad primã templi de
bo ad dicationem, ſed ad ultimã pertinent: quod ex eo fa
uerbū.
cile colligitur, quia hyeme facta referuntur. Prima
ſiquidem eius dedicatio a Salomone tempore au-
tumni, media a Zorobabel & Ieſu ſacerdote tēpo-
re ueris, ultima a Iuda Machabęo tempore hyemis
facta eſt, quando ſpecialiter conſtitutum eſſe legi
tur, ut eadem dedicatio per omnes annos in me-
moriã ſolennis reuocaretur officij, iuxta quod ad
tempus uſq́ dominicæ incarnationis obſeruatum
fuiſſe cognouimus. Hæc autem fuit cauſa ſecundæ
& tertiæ dedicationis, quia Salomō quidē templi
opus quod domino deo cōdidit, ſeptem annis per-
fecit: octauo autem anno, hoc eſt, decima die men
ſis ſeptimi, qui a nobis October appellatur, in ma-
gna regni gloria dedicauit. Quæ uidelicet dies &
antea per legem erat ſtatuta ſolennis, ita ut in ea
tabernaculū omne per ſingulos annos maioribus
hoſtijs expiari deberet. Denique Zacharias pater
beati Iohannis Baptiſtæ eiſdem expiationibus ad
altare deſeruiens, adueniente angelo, de dominicæ
myſterio natiuitatis, gaudioq́ humanæ ſalutatio-
nis inſtruitur. Sed templū hoc poſt annos quadrin
gentos triginta incenderunt Chaldæi, & Hieroſo
lymorum urbe deſtructa, populum Iſrael in Baby
loniam abduxerunt captiuum. Qui poſt annos ſe-
ptuaginta regnantibus Perſis in patriam eſt remiſ-
ſus, rurſuſq́ ædificatum eſt templū per annos qua-
draginta ſex, & tertia die mēſis duodecimi, quem
nos uocamus Martium, opus ad finem uſq́ perdu
ctum. Cui uidelicet tunc operi præfuerunt duces
plebis ſtrenuiſſimi, ut diximus, Zorobabel de re-
gio genere, & Ieſus ſacerdos magnus, ſed & pro-
phetæ Aggeus & Zacharias adiuuantes eos, atq́
aduerſus inſidias hoſtium impedientium opus, cor
populi corroborantes. Inde poſt annos fere trecen
tos & quinquaginta ſex, rex nefandiſſimus Gręco
rum Antiochus, fraude capta Hieruſalem, templū
idem ſordibus idolorū prophanauit, auferens inde
& cōfringens altare domini aureum, menſam pro
poſitionis, candelabrū luminis, & cætera uaſa tem
pli aurea, quæ inuenire potuit: ſed & in templo, Io
uis ſimulacrū ſtatuens, populumq́ tormentis ad ſa
crificandum idolis cogens. Qua perſecutione mul
ti de populo pro diuinæ legis cuſtodia trucidati
ſunt, inter quos & mater illa ſeptem filiorum meri
to famoſa, nobiliſſimam pro dño cum ſobole mar-
tyrij coronam meruit. Sed Iudas Machabæus, cum
eſſet de genere ſacerdotali, collecto exercitu iuſto
eum aduerſus Antiochi duces arma arripiens, eoſ-
que de Iudæa expellens, perſecutioni ſæuiſſimæ
finem impoſuit, ac templum ab idolorum imagini
bus emundas, noua rurſus altaria & cætera uaſa
uel ornamenta faciens, atq́ in templo reponens,
dedicauit ea ſimul cū tēplo, quod purificauit & re-
nouauit uiceſimaquinta die menſi noni, q apud
nos appellatur Decēber, & ad hyemē ptinere nulli
dubium cōſtat, ſtatuitq́ decretum, ut diximus, an-
nis omnibus diem encęniorum, id eſt, innouationis
ac dedicationis templi, feſta deuotione celebrari.
Quę profecto omnia, ſicut apoſtolus docet, in figu 1.Co.10.
ra facta ſunt noſtri, & propter nos uiiq́ ſcripta
ſunt, ideoq́ nobis ſolertius ſpirituali ratione diſ-
cutienda. Salomon quippe rex, qui interpretatur
pacificus, ipſum redemptorem noſtrum typice de- Iſaiæ.9.
ſignat, de quo Iſaias ait: Multiplicabitur eius impe
rium, & pacis non erit finis. Templum quod ædifi
cauit, catholica eius eccleſia eſt, quam de uniuerſis
per orbem credentibus, quaſi de uiuis lapidibus
in unã ſuæ fidei & charitatis cōpagem aggregar.

Quod autem ſeptem annis ædificatum eſt templũ,
ſignificat qoia per totũ huius ſeculi tempus, quod
ſeptem diebus euoluitur, ſanctæ ſtructura eccleſię
creſcere nunquam deſinit. Quod autem anno octa
uo dedicatũ eſt, & celeberrima illa ac maxima ſo-
lẽnitas a Salomone rege cunctis filijs Iſrael tẽpo-
pfecto re completæ dedicationis exhibita, inſinuat opus
iuſtitiæ: quia * profecto in fine mundi numero ele-
ctorum diu deſideratæ immortalitatis eſt futura
feſtiuitas, & peracto uniuerſalis reſurrectionis mi
raculo, mox omnes qui ad pacifici regis ueri ſcili
cet Salomonis regnũ pertinent, æterna cũ eo gau
dia patrię cœleſtis inirabũt * *. Nã qa dñs noſter
octaua die. i. poſt ſeptimam ſabbati reſuſcitari a
mortuis uoluit, recte numerus octonarius noſtrę
quoq; reſurrectionis feſta uẽtura deſignat. Quod
templũ ab hoſtibus incenſum, rurſum domino mi-
ſerante cõſtruitur, qood ab idololatris coinquina-
tũ, denuo ſupernæ pietatis auxilio mundatur, ua-
rios ſanctæ eccleſiæ inſinuat euẽtus, quæ nunc infi
deliũ perſecutione premitur, nunc à perſecutione
reddita liberior, tranquilla dño ſeruiture famula-
tur: nũc in quibuſdã ſui membris hoſtis antiq; peri
clitatur inſidijs, nunc inſtãte ſolertia doctorũ, fide-
les quos ad horã perdere uidebatur, per pœniten-
tiã iam caſtigatos recipit. Quod uero tẽplum ſecũ
do quadraginta & ſex annis ædificatũ eſt, ad ſigni
ficationẽ dominici corporis, q̃d de uirgine aſſum-
pſit, ſpecialiter reſpicit, de quo ipſe Iudæis: Solui-
Ioh. 2. te, inquit, templũ hoc, & in tribus diebus excitabo
illud, qa uidelicet ſolutũ paſſione corpus ſuũ, ipſa
die tertia reſuſcitauit ad uitam. Ferunt ſiquidẽ, qa
ipſum corpus hoĩs quadrageſimoſexto die poſt
conceptionis initiũ, in membrorũ diſtinctione for
metur: atq; ideo non caſu geſtũ quod diuinitus, pro
curatũ eſt, ut eo annorũ numero templũ ędificare-
tur, quo dierũ numero corpus dñicũ quo templũ
pfigurabatur, in utero uirginali pfici oportebat.
Quod aũt encænia p omnes annos celebrari ſanci-
tum eſt, hoc profecto nos admonet, ut memoriam
dominicæ reſurrectionis, quã iam factã credimus,
& noſtræ, quã futurã ſperamus, ſemper animo re-
tineamus, taliterq; nos agamus, ut non ad iudiciũ,
ſed ſicut dominus his qui bona egerint, promiſit,
reſurgere mereamur ad uitã. Nec ſine diſcuſſione
prętereundũ eſt, quod dedicans templũ Salomon,
ubi cõpleuit preces, ignis deſcendit de cœlo, & de
2. Par. 7. uorauit holocauſta & uictimas. Holocauſta nanq;
& uictimæ ueri Salomonis nos ſumus, holocauſta
& uictimæ ſummi regis omnes electi eius ſunt, de
1. Pet. 3. qbus ait apoſtolus Petrus: Quia & Chriſtus ſemel
pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniu-
ſtis, ut nos offerret deo mortificatos quidẽ carne,
uiuificatos autẽ ſpiritu. Ignis autẽ cœleſtis, feruo-
rem eximiæ dilectionis, qua ſupni ciues patriæ, &
in ſua alterutrũ beatitudine, & in ſui cõditoris cõ
ſpecta claritate ſemp ardere lætãtur, ſignat. Hinc
eſt enim quod quędã cœleſtiũ uirtutũ agmina, quę
ex ſingulari propinquitate cõditoris ſui, incõpara
bili ardẽt amore, ſpeciali nomine Seraphim, id eſt,
ardentes uel incendentes uocantur. Cõpleta ergo
dedicatiõe templi, ignis e cœlo deſcẽdens, oblatas
domino hoſtias deuorat, quia expleto tẽpore no-
ſtræ reſurrectionis, cũ introierint in gaudiũ domi
ni ſui fideles ſerui, flagrãtia ueri amoris, quo nunc
angelicæ uirtutes inflammantur, eorũ quoq; men
tes uiſa ſpecie ſui redẽptoris abſorbet, qua quidẽ
facie dilectionis etiã nunc plurimos, electorum in
ſuperna illa ciuitate plene abſorptos eſſe non du-
bium eſt. Sed tũc nimirũ hoc multo perfectius ad-
implebitur, quum recepta ſua carne immortali, re
ceptis in eandem beatitudinẽ conſeruis ſuis & fra
tribus cunctis, quos adhuc in terris certare cõſpi-
ciunt, non habebunt ultra quo intuitum cogitati-
onis ſuæ foras uel ad modicum mittant, habentes
ſecum intus deũ, de cuius uiſione ſempiterna gau-
deant, habẽtes & proximos, quorũ fœlicitate ſem
piterna congaudeant, ubi illud primũ mandatum
& proximũ domini ad integrũ perficietur, ad cui-
us perfectionẽ in hac uita, iuſti pro ſuis quiq; ui-
ribus accinguntur: Diliges dominũ deum tuum ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota Mat. 22.
mente tua, & diliges proximũ tuum ſicut teipſum,
quia quo uicinius pręſentẽ dei uultũ cernunt, eo ſe
ardentius eius dilectioni totos impendũt, * quos * quo
proximos ſuos, omnes eſſe electos ac deo dilectos
agnoſcunt: quo corda illorũ non minus quam ſua
ſyncero amore referta perſpiciunt, eo illos ipſi nõ
minus quam ſeipſos amare delectantur. Sed & hoc
notandũ, quia expoſita dedicatione ac feſtiuitate
ſubſecuta, ita ſcriptura concluſit: Et dimiſit Salo- 3. Reg. 8
mon populos, qui benedicentes regi, profecti ſunt
in tabernacula ſua, lætantes & alacri corde ſuper
omnibus bonis quæ fecerat dominus Dauid ſeruo
ſuo, & Iſrael populo ſuo. Dimittet enim peracto
reſurrectionis munere, dominus electos ſuos in æ
terna tabernacula lætantes, nõ eos utiq; ulterius à
ſua pſentia remouẽs, ſed a diſcrimine iudicij, quod
in aere futurũ Apoſtolo docẽte nouimus, ad habi- 1. The 4
tationẽ patriæ cœleſtis immittens, ut pro ſuis quiſq;
meritis promiſſam regni ſedem percipiat. Quod
enim hic populi in ſua tabernacula profecti eſſe di
cuntur, hoc eſt profecto quod in euangelio dñs ait:
Multę mãſiones in domo patris mei ſunt. Bene aũt Ioh. 14.
dicitur, quia benedicentes regi profecti ſunt in ta
bernacula ſua, qa hæc eſt nimirũ ſola actio quietiſ
ſima ac fœliciſſima ciuiũ ſupernorũ, hymnos grati
arũ ſuo dicere conditori. Hinc enim ſcriptum eſt:
Beati qui habitant in domo tua domine, in ſeculũ Pſal. 83.
ſeculi laudabunt te. Hinc idem propheta ultimos
ſeptẽ pſalmos in laudis diuinæ ſuauitate cõpleuit.
Porro octauũ ante finem pſalterij, de uictoria pu-
gnæ qua gigantem ſtrauerat, dominũ benedicẽdo
confecit, ubi aperte dicit, quia omnes qui hic ma-
ligni hoſtis certamina ſuſceperant, illic in requie
uera laudẽ ſui redẽptoris & adiutoris decantant.
Benedicẽtes, inquit, regi, profecti ſunt in taberna
cula ſua, lętantes & alacri corde ſuper oĩbus bonis
quæ fecerat dominus Dauid ſeruo ſuo, & Iſrael po
pulo ſuo. Lętãtes q̃ppe iuſti ſuper bonis quæ à do-
mino accipiũt, tabernacula introeũt cœleſtiũ man
ſionũ: quia quanuis graues huius ſeculi, quãuis lon
gi fuerint labores, breue nimirum uidetur & leue
totũ, quicqd æterna beatitudine finit. Vnde opor
tet chariſſimi, ut in ędificatiõe domus dei unuſq;ſq;
noſtrum exhortando, obſecrando, increpãdo, ipſe
pijs actibus deſudando, quãtum ualet inſiſtat, ne ſi
quempiã rex cœleſtis nunc deſidẽ in opere ſui tem
pli cõſpexerit, hunc in tempore futuræ dedicatio
nis, magnæ ſuę ſolẽnitatis reddat exortẽ. Satage
mus mutuo charitatis auxilio, ut omnes nos alacri
corde, & indefeſſos in opibus quę ipſe pcepit inue
niens, omnes ad pręmia quę promiſit perpetuę ſuę
uiſionis introducat, Ieſus Chriſtus Dominus no-
ſter, qui uiuit & regnat deus cum patre in unitate
ſpiritusſancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM FESTO
Iohannis.x.

¶ In illo tempore: Facta ſunt encænia in Hieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis. Et reliq. Homilia uene. Bedæ presbyteri.

AVdiuimus ex lectione euangelica fra-
tres chariſsimi, quia facta ſunt encæ-
nia in Hieroſolymis. Encænia autem
uocabantur ſolennia dedicationis tem-
pli, quæ populus Dei ex antiqua patrū
traditione per annos ſingulos celebrare conſueue
rat. Quorum ueſtigia nos hodie iuxta morem
Chriſtiani orbis ſequentes, annuam dedicationis
eccleſiæ noſtræ diem, diuinis laudibus & uigilijs
ſtuduimus agere ſolennem. Et hanc nos feſtiuita-
tem eo maiore deuotione celebrare oportet, quo
eam redemptori noſtro gratiſsimam eſſe cognoui
mus, adeo ut in illa ipſe templum ingredi, & ſer-
monem facere ad populum, ac diuinitatis ſuæ ſa-
cramenta pandere dignatus ſit. ¶ *Facta ſunt, in-
quit, encænia in Hieroſolymis, & hyems erat. Et ambu-
labat Ieſus in templo in porticu Salomonis.* Si ergo uo-
luit in tēplo ambulare, in quo caro & ſanguis bru-
torum animalium offerebatur, multo magis no-
ſtrā orationis domū, ubi carnis ipſius ac ſanguinis
ſacramenta celebrantur, uiſitare gaudebit. Si per-
ambulare non deſpexit porticū, in qua rex quon-
dam mortalis ac terrenus (quanuis potentiſsimus
& ſapientiſsimus) ad orādum ſtare ſolebat, quāto
magis penetralia cordium noſtrorum inuiſere at-
que illuſtrare deſiderat, ſi tamen ea porticum eſſe
Salomonis, hoc eſt, ſi ea timorem ſuum quod eſt
initium ſapientiæ, habere perſpexerit? Neque
enim putandum eſt, quia domus ſolummodo ad
quam ad orandum uel ad myſteria celebranda cō-
uenimus, templum ſit Domini, & non ipſi qui in
1.Cor 6 nomine Domini conuenimus, multo amplius tem-
plum eius & appellemur & ſimus, cum manife-
ſte dicat Apoſtolus: Vos enim eſtis templum dei
uiui, ſicut dicit Deus: Inhabitabo in eis, & in-
ter illos ambulabo. Si ergo templum Dei ſumus,
curemus ſolerter. & bonis actibus ſatagamus, ut
in eodem ſuo templo ſæpius ipſe & uenire manſi-
onem facere dignetur. Caueamus hyemis exem-
plum, ne uidelicet corda noſtra Dominus adueni
ens à charitatis ardore torpentia reperiat, idcir-
que ea citius auerſatus relinquat. Quid enim per-
tinuit ad euāgeliſtam hyemis tempus commemo-
rare, niſi quia duritiam perfidiæ Iudæorum, per
aſperitatem aurarum uoluit deſignare brumali-
Mat.14 um, & quia plurimis eorum quos tunc in templo
inuenit, cōgruebat ſermo quē dixit: Quoniam ab-
undauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorū. Si
cut etiam ſubſequenter aperte denunciat, dicens:
¶ *Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant, Quouſ-
que animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis
palam.* Non enim hæc ueritatē fidei quærendo, ſed
illi quē interrogabant inſidiādo, & calumniā ſtru-
endo dicebant. Chriſtum nanq; quē fides orthodo
xa uerum deum, uerum cōfitetur & hominē, illi pu-
rum tantummodo hominē futurum, nō aūt & De-
um eſſe credebant, memores uidelicet quia de hu-
manitate illius iurauit dn̄s Dauid, de fructu uētris
Pſal.151. eius ſedere ſuper ſedem ſuā. ſed obliti quod ipſe de
diuinitate ſua per eūdem Dauid cecinit, dicens: Do
minus dixit ad me, filius meus es tu. Credebāt ergo
Chriſtum de ſtirpe Dauid naſciturum, & regem cę Pſal.2.
teris omnibus excellentiorem eſſe uenturum. Qua
etiam dementia poſteri eorum uſq; in præſens tē
pus, & donec Antichriſtum pro Chriſto ſuſcipi-
ant, errare non ceſſant. Et ſi ſe dominus Ieſus Chri
ſtum eſſe reſponderet, cogitabāt eum tradere po-
teſtati præſidis puniendum, quaſi contra Auguſtū
repugnans, illicitum ſibi uſurparet imperium. Sed
ipſe noſtræ ſaluti cōſulens, propter quos hæc ſcri
benda erant, ita reſponſum temperauit ſuum, ut &
calumniatorum ora concluderet, & quia Chriſtus
eſt, fidelibus aperta uoce proderet. Illi enim de
homine Chriſto quærebant, ipſe autem diuinita-
tis ſuæ, qua æqualis eſt patri, palam myſteria nar-
rat. Circundemus ergo & nos eum chariſsimi, nō
ſicut Iudæi, inſidijs appetēdo, ſed ut fideliſsima do
mus eius, placidam illi in nobis ſedem parando, de
quibus merito dicatur: Sanctificauit tabernaculū
ſuum altiſsimus, deus in medio eius non commoue Pſal.45.
bitur. Petamus eum, non ut illi inſaniendo, quo-
uſq; aīam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic no-
bis palam. Quid enim uæſanius, quā ut magiſtrum
ueritatis ideo ſibi animam tollere quererentur, qa
nō eis incredulis & cōtradicentibus aperte ſuę ma
ieſtatis arcana reſerauit? ſed ut ſcriptura admo-
net, ſentiendo de illo in bonitate, & ſimplicitate
cordis quærendo illū, quoniā inuenitur ab his qui
non tentant illū, apparet aūt eis qui fidē habent in
illū, dicamus ei ſupplices, quia tu es Chriſtus: te fi- Sapiē.1.
liū unigenitum dei, patri & ſpirituiſancto coæter-
num eſſe & conſubſtantialē diuinitate, noſtrę ſub-
ſtantiæ participē, ex tempore factū eſſe cognoui-
mus. Da ut qd interim pia fide ueneramur, plena
in futuro uiſione ſpeculemur. Hæc eſt enim unica
animæ noſtræ ſalus & uita, tuum perpetuū uultū,
tuā cernere lucem. Nec dubitandū, quia rogantes
exaudiet nos, qñ quod ipſe præcepit rogamus, qd
dare ipſe deſiderat, intenta mente poſcimus. Quo
modo enim pie ſupplicantibus famulis negare cre
dendus eſt bona, qui etiam rebellibus ultra quā pe-
tebant, aperire non renuit? Qui cum illum an ho-
mo Chriſtus eſſet interrogarent, ipſe non homi-
nem tantum, ſed etiam deum Chriſtum, & Dei fi-
lium ſe eſſe non tacuit. ¶ *Reſpondit enim eis, dicens:
Loquor uobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in no
mine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me, ſed
uos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis* Qui ergo
ſe in nomine patris opera ſua facere teſtatur, pro-
fecto quia filius dei ſit credendus inſinuat. Sed illi
duplici reatu tenentur obnoxij, qui nec uerbis
quæ locutus eſt, nec factis quibus ueritatem uer-
borum adſtruebat, ad fidem poterant inuitari, me-
ritoq; ex ouibus eius non eſſe dicuntur, quia non
ouina ſimplicitate paſtorem bonum ſequi, ſed fe-
rina potius rabie ſatagebant perſequi. Verum qa
ſunt nonnulli qui fidem uerbotenus ſeruant, &
habitu ouium beluina corda prætexunt, ſubſe-
quenter ipſe paſtor quæ ouium ſuarum uita, quæ
ſit merces, edocet: ¶ *Oues meæ uocem meam audiunt,
& ego agnoſco eas, & ſequuntur me, & ego uitam æter
nam do eis, & non peribunt in æternum.* Quicunque
ergo æternum declinare interitum, ac uitam de-
ſiderat uidere perpetuam, uocem Chriſti neceſſe
eſt non ſolum audiēdo & credendo, ſed & bene ui-
uendo ſequatur. Quod autem ſe oues ſuas cogno-
ſcere dicit, eligere eas atque, & ad regnum cœleſte Prou.4.
prædeſtinare ſignificat. Vnde Salomon ait: Vias

quæ à dextris ſunt, nouit Dominus. Et econtrario
de reprobis Apoſtolus: Qui autem ignorat, iquit,
ignorabitur. Pulchre autem de his qui audirent
uocem eius, & ſequerentur, ait: ¶ *Et ego uitam æter*
nam do eis, & non peribunt in æternum. Viſi ſunt nam
1.cor.14 que martyres oculis inſipientium mori, uiſi ſunt pe
rire cum mortalem uitam diuerſis pœnarum gene
ribus ſubacti amitterent: ſed non peribant in æter
num, non uidebant mortem in æternum, qui mox
ſoluti carcere carnis, debita ſuo certamini præmia
ſortiuntur. De quibus adhuc aperte ſubditur. ¶ *Nō*
rapiet eas quiſquam de manu mea. Nitebantur quippe
perſecutores impij rapere pios Chriſti confeſſo-
res de manu eius, quando uel eos ad negandam fi-
dem tormentis cogebant, ut animas eorum alienas
redderent à Chriſto, uel à morientibus uicti, nihilo-
minus exanima eorum corpora, aut in aquas diſſol
uenda, aut in ignem comburenda iactabant, ut
quaſi Chriſto reſuſcitandi ea facultatem tollerēt.
Mat.11. Sed nemo rapiebat eas de manu eius, cui, ſicut ipſe
alibi ait, omnia tradita ſunt mihi à patre, quia &
certantes ut uincant adiuuat, & uictores, ut per-
petue regnent, coronet: & eiſdem etiam carnem
in qua certauerunt, immortalem ſuo temporē red
det. Quibus uerbis eorum quoq; temeritatem, qui
ſibi laqueos mortis parabant, redarguit: manifeſte
inſinuans, quia ſtultiſſime de eius perditione dolis
agerent, qui uitam dare poſſet immortalem, cui.
nemo raperet aliquem de his quos ſuos eſſe ante ſe
cula præuoſſet. Sed ne hæc loquendo, ſuam uidere
tur gloriam quærere, totam ſuam potentiam ad
patris gloriam refert cum ſubiungit: ¶ *Pater meus*
quod dedit mihi maius omnibus eſt. Maius autē oībus
quod mediatori dei & hominū homini Ieſu Chri-
ſto pater dedit, hoc eſt, ut ſit unigenitus dei filius,
in nullo gignenti uel natura diſsimilis, uel uirtute
inferior, uel tempore poſterior. Quam uidelicet
æqualitatem ipſe Dominus in diuinitate habuit,
priuſquam mundus eſſet apud patrem: nec huma-
nitatem ex tempore incarnationis accepit. ¶ *Et*
nemo poteſt rapere de manu patris mei. Supra de oui-
bus ſuis dixit: Non rapiet eas quiſquam de manu
mea. Et nunc ſubiungit: Et nemo poteſt rapere de
manu patris mei. Aperte dans intelligi, unā atque
indiſsimilem eſſe manum, hoc eſt, uirtutem ſuam
& patris, atq; ideo Chriſtum ſe fore credendum,
qui non ſicut cæteri, ſanctificatus per gratiam ex
tēpore, ſed uerus ſemper extiterit dei filius. Quod
etiam ſequenti ſententia luce clarius aperit, dicēs:
¶ *Ego & pater unum ſumus.* Vnum, inquit, ſumus, una
nobis ſubſtantia, una diuinitas, una æternitas, per-
fecta æqualitas, diſsimilitudo nulla. Quibus profe
cto uerbis non præſentem ſolummodo Iudæorum
quæſtionem, qua an ipſe eſſet Chriſtus interroga-
bant, explicauit, ſed etiam hæreticorum perfidiā,
quam futuram præuidebat, quantum ſit execran
da, monſtrauit. Photinus enim dicit: Chriſtus ho-
mo eſt tantum, deus nō eſt. At cum ipſe dicat: Ego
& pater unum ſumus, manifeſte patet, quia unum
cum deo patre ſubſtantialiter homo purus eſſe nō
poteſt. Et quia Chriſtus idem quod pater eſt, ca-
uenda eſt hæreſis Photini, quæ hunc credi Deum
prohibet. Arrius autem, Chriſtus, inquit, factus à
deo, non ex deo natus eſt, & ideo minor patre cre-
dendus eſt. Cui contradicens ipſe: Ego, inquit, &
pater unum ſumus. Quis enim non facile uiderit,
quia nulla creatura unum cum illo qui omnia crea
uit, naturaliter exiſtere poſsit: Et quia naturaliter
Chriſtus unum cum patre eſt, damnanda eſt Arrij
peruicacia, quæ illum creaturam affirmat. Porro
Sabellius, Non ſunt, inquit, duæ perſonæ patris &
filij confitendæ, ſed ipſe pater quando uult pater
eſt, quando uult filius eſt, quando uult ſpiritusſan-
ctus eſt, ipſe tamen unus eſt. Quem memorata ſen
tentia filius ipſe condemnat. Conſtat enim quia
ego & pater, de una perſona dici nō potuit: ſumus,
de uno dici non congruit. Quapropter etiam Sa-
bellij errore cum cæteris abiecto, ſequenda nobis
eſt apoſtolica B. Petri fides, qua dominum confeſ-
ſus, ait: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Hæc de lecti- Mat.
one euangelica, prout dominus donauit explanan-
do tranſcurrimus, ſed libet adhuc de encæniorum
ſolennitate, quam & tunc Hieroſolymitæ, & nos
hodie celebramus, fraternitati ueſtræ latius diſſe-
rere. * Hoc autem in primis notandum eſt, q̄d en-
cænia quæ in lectione euangelica facta cognoui- hęc pau
mus, non ad primam dedicationem templi, ſed ad lo ſuper
ultimam pertinent: quod ex eo facile colligitur, us habi
quia hyeme facta referuntur. Prima ſiquidem eius ta ſunt.
dedicatio à Salomone tempore autumni, media à
Zorobabel & à Ieſu ſacerdote tempore ueris, ulti-
ma à Iuda Machabæo tempore hyemis eſt facta,
quando ſpecialiter conſtitutum eſſe legitur, ut ea-
dem dedicatio per omnes annos in memoriam ſo
lennibus reuocaretur officijs, iuxta quod ad tem-
pus dominicę incarnationis obſeruatum fuiſſe, mo
do cum legeretur euangelium, audiuimus. Hęc au-
tem fuit cauſa ſecundæ & tertię dedicationis, quia
Salomon quidem templi opus quod domino Deo
condidit, ſeptem annis perfecit: octauo autem an-
no, hoc eſt, decima die menſis ſeptimi, qui à nobis
October appellatur, in magna regni gloria dedi-
cauit. Quæ uidelicet dies & antea per legem erat
ſtatuta ſolennis, ita ut tabernaculum omne per ſin
gulos annos maioribus hoſtijs expiari deberet. De-
nique Zacharias pater Iohannis baptiſtæ eiſdem ex- Luc.1.
piationibus ad altare deſeruiens, adueniente ange
lo, de dominicæ myſterio natiuitatis, gaudioq; hu
mani ſalutationis inſtruitur. Sed tēplum hoc poſt
annos quadringentos triginta incenderunt Chal-
dæi, & Hieroſolymorum urbe deſtructa, popu-
lum Iſrael in Babyloniam abduxerunt captiuum.
Qui poſt annos LXX. regnantibus Perſis in pa-
triam eſt remiſſus, rurſusq; ædificatum eſt tem-
plum per annos XLVI. & tertia die menſis duo-
decimi, quem nos uocamus Martium, opus ad finē
uſque perductum. Cui uidelicet tunc operi præ-
fuerunt duces plebis ſtrenuiſsimi (ut diximus) Zo
robabel de regio genere, & Ieſus ſacerdos ma-
gnus: ſed & prophetæ Aggeus & Zacharias ad-
iuuantes eos, atq; aduerſus inſidias hoſtium impe-
dientium opus, cor populi corroborantes. Inde
poſt annos fere CCC. & LVI. rex neſandiſsimus
Gręcorū Antiochus, fraude capta Hieruſalē, tem-
plū idē ſordibus idolorū ꝓphanauit, auferēs inde
& confringēs altare dn̄i aureū, mēſam ꝓpoſitiōis,
candelabrū luminis, & cętera uaſa tēpli aurea q̄ in
uenire potuit: ſed & in tēplo, Iouis ſimulacrū ſtatu
ens, populūq; tormentis ad ſacrificandū idolis co-
gēs. Qua ꝑſecutione multi de populo ꝓ diuinę le-
gis cuſtodia trucidati ſunt, inter q̄s & mater illa ſe
ptē filiorū merito famoſa, nobiliſsime ꝓ dn̄o cum
ſobole martyrij coronā meruit. Sed Iudas Macha-
bęus cum eſſet de gn̄e ſacerdotali, collecto exerci
tu iuſtorum, aduerſus Antiochi duces arma arri-
piēs, eoſq; de Iudęa expellēs, ꝑſecutioni ſæuiſsimę
finem

finem impoſuit, ac templum ab Idolorum imaginibus emundans, noua rurſus altaria, & cætera uaſa uel ornamenta faciens, atque in templo reponens, dedicauit ea ſimul cum templo, quod purificauit & renouauit uiceſimaquinta die menſis noni, qui apud nos appellatur December, & ad hyemem pertinere nulli dubium conſtat, ſtatuitq; decretum (ut diximus) annis omnibus diem encæniorum, id eſt, innouationis ac dedicationis templi feſta de-
1.Cor.10 uotione celebrari. Quæ profecto omnia, ſicut Apoſtolus docet, in figura facta ſunt noſtri, & propter nos utiq; ſcripta: ideoq; nobis ſolertius ſpirituali ratione diſcutienda. Salomon quippe rex, qui interpretatur pacificus, ipſum redemptorem noſtrũ
Maiſ.9. typice deſignat, de quo Iſaias ait: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Templum quod ædificauit, catholica eius eccleſia eſt, quam de uniuerſis per orbem credentibus, quaſi de uiuis lapidibus, in unam ſuæ fidei & charitatis compaginem aggregat. Quod autem ſeptem annis ædificatum eſt templum, ſignificat quia per totum huius ſeculi tempus, quod ſeptem diebus euoluitur, ſanctæ ſtructura eccleſiæ creſcere nunquam deſinit. Quod autem anno octauo dedicatum eſt, & celeberrima illa ac maxima ſolennitas à Salomone rege cunctis filijs Iſrael tempore compleię dedicationis exhibita, inſinuat opus iuſtitiæ, quia profecto in fine mundi numero electorum diu deſideratæ immortalitatis eſt futura feſtiuitas, & peracto uniuerſalis reſurrectiõis miraculo, mox omnes q ad pacifici regis, ueri ſcilicet Salomonis regnum pertinent, æterna cum eo gaudia patriæ cœleſtis intrabunt. Tu autem domine.

IN DEDICATIONE ECcleſiæ. Luce. xix.

¶ In illo tempore: Ingreſſus Ieſus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zachæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipſe diues. Et reliq. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Luc.18. QVæ impoſsibilia ſunt apud homines, poſsibilia ſunt apud deum. Ecce enim camelus depoſita gibbi ſarcina, per foramen acus trãſit, hoc eſt, diues & publicanus relicto onere diuitiarum, cõtempto cenſu, fraudum anguſtam portã arctamq; uiam, quæ ad uitam ducit, aſcendit: quia mire deuotione fidei ad uidendum ſaluatorem, quod natura minus habebat, aſcenſu ſupplet arboris, atque ideo iuſte quamuis rogare non audebat, benedictionem dominicæ ſuſceptionis quam deſiderabat, accepit. Myſtice autem Zachæus, qui interpretatur iuſtificatus, credentem ex gentibus populum ſignificat, qui quanto curis ſecularibus occupatior, tanto flagitijs deprimentibus erat factus humilior. Sed ablutus eſt, ſed ſanctificatus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Qui intrantem Hiericho ſaluatorem uidere quærebat, ſed præ turba non poterat: quia gratiæ fidei quam mundo ſaluator attulit, participare cupiebat, ſed inolita uitiorum conſuetudo, ne ad uotum perueniret, obſtiterat. Eadem nanq; turba noxiæ conſuetudinis, quæ ſupra cęcum clamantem, ne lumen peteret increpabat, etiam ſuſcipientem publicanum, ne Ieſum uideat, tardat. Sed ſicut cæcus turbarum uoces magis ac magis clamando deuicit, ita puſillus neceſſe eſt turbæ nocentis obſtaculum altiora petendo tranſcendat, terrena relinquat, arborem crucis aſcendat. Sycomorus nanq; quæ eſt arbor folijs moro ſimilis, ſed altitudine præſtans, unde & à latinis celſa nuncupatur, fides fatua dicitur. Et eadem dominica crux credentes
aliit ut ficus, ab incredulis irridetur ut fatua. Nos 1.Cor.1.
enim prædicamus, ait Apoſtolus, Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis uero uocatis Iudæis atq; gẽtibus, Chriſtum dei uirtutem & dei ſapientiam. Quam uidelicet arborem puſillus Zachæus, quo exaltari poſſet, aſcendit, dum quilibet propriæ conſcius in-
firmitatis, confidens in domino, proclamat: Mihi Gala.6.
autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri IESV Chriſti. Aſcenſa autem ſycomoro, tranſeuntem prope dominum cernit: quia per hanc laudabilem fatuitatem, & ſi necdum ut eſt, ſolide, iam tamen raptim & quaſi in tranſitu luci ſapientiæ cœleſtis intendit. ¶ *Et cum ueniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus, uidit illum.* Perambulans Hiericho ſaluator, uenit ad locum ubi præcurrens Zachæus ſycomorum cõſcenderat: quia miſsis per mundum ſui uerbi præconibus, in quibus nimirum ipſe & loquebatur & ibat, uenit ad populum nationum, qui paſsionis eius fide iam ſublimis exiſtens, etiam diuinitatis eius ardebat cognita facie beari. Suſpiciens uidit illum, quia per gratiam fidei à terrenis cupiditatibus eleuatum, turbiſq; infidelibus præeminentem elegit: uidere enim dei, eligere uel amare eſt.
unde illud: Oculi domini ſuper iuſtos. Nam & nos Pſal.33.
quæ amamus, uidere delectamur: ab his quæ execramur, intuitum feſtinamus auertere. Vidit ergo Ieſus uidentem ſe, quia elegit eligentem ſe, & amauit amantem ſe. Hunc ſane ordinẽ proficiendi, hoc eſt, per fidem dominicæ incarnationis, ad cogitationem diuinitatis perueniendi, quaſi per ſycomorum Ieſu faciem ſpeculandi, doctor egregius oſtẽ-
dit cum ait: Non enim iudicaui me aliquid ſcire in- 1.Cor.2.
ter uos, niſi Chriſtum Ieſum, & illum crucifixum. Itemq; alijs exprobrans: Facti eſtis, inquit, quibus
lacte opus ſit, non ſolido cibo. Lac, infirma tempo Heb.5.
rariæ diſpenſationis: cibũ, ardua perpetuæ maieſtatis appellans. ¶ *Et dixit ad eum: Zachæe, feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens.* Manebat aliquando dominus in domo principis phariſęorum, hoc eſt, Iudæorum. in ſynagoga docebat, ſed quia non baptizatum ante prandium, ſabbato curantem, publicanos & peccatores recipientem, cõtra auaritiam diſputantem, & cætera digna Deo gerentem, lingua uenenata carpebãt, pertęſus eo-
rum facinora, diſceſsit & aufugit, dicens: Relin- Mat.23.
quetur nobis domus ueſtra deſerta. Hodie autem in domo puſilli Zachęi oportet illum manere, hoc eſt, nouæ legis gratia coruſcãte, in humili credentium nationum corde quieſcere. Quod aũt deſcẽdere de ſycomoro Zachęus, & ſic in domo ſua Chri-
ſto manſionem præparare iubetur, hoc eſt ꝙd Apo 2.Cor.5
ſtolus ait: Quia & ſi cognouimus ſecundũ carnem 2.Cor.13
Chriſtũ, ſed iã nunc nõ nouimus. Et ſi mortuus eſt ex infirmitate, ſed uiuit ex uirtute dei. ¶ *Et cum uiderẽt, oẽs murmurabãt, dicentes quia ad hoiẽm pctõrum diuertiſſet.* Manifeſtũ eſt Iudæos ſemper gentium odiſſe ſalutem. Scriptũ eſt enĩ: Sequenti uero ſabba-
to pene uniuerſa ciuitas cõuenit audire uerbũ do- Actus13
mini. Videntes autẽ turbas Iudæi, repleti ſunt zelo, & contradicebãt his quæ à Paulo dicebant blaſphemantes.

phemantes. Et alibi fideles etiam fratres aduerſus
apoſtolorum principem diſceptabant, dicentes:
Quare introiſti ad uiros præputium habentes, &
Actu.11. manducaſti cum illis? ¶ *Stans autem Zacheus, dixit*
ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum Domi-
ne do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, red-
do quadruplum. Alijs calumniantibus hominem
peccatorem, ipſe Zachæus ſtans, id eſt, in ea quam
cœperat fidei ueritate perſiſtens, non ſolũ ex pec-
catore conuerſum, ſed etiam inter perfectos pro-
bat eſſe conuerſatum, dicente enim Domino: Si
Mat.19. uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ ha-
bes, & da pauperibus: quiſquam ante conuerſio-
nem innocenter uixit, omnia conuerſus poteſt
dare pauperibus: at qui aliqua fraude ſuſtulit, pri-
mo hæc iuxta legem reddere, deinde quod ſibi
remanſerit, debet dare pauperibus. ac ſic & ipſe
Pſal.111. quia nihil ſibi retinet, omnia ſua diſpergit & dat
pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
Et hæc eſt ſapiens illa ſtultitia, quam de ſycomo-
ro publicanus quaſi fructum uitæ legerat, rapta
uidelicet reddere, propria relinquere, uiſibilia
contemnere pro inuiſibilibus, etiam mori deſide-
rare, ſeipſum abnegare, & eius qui necdum ui-
deatur Domini ueſtigia ſequi concupiſcere. ¶ *Ait*
Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eo
quod & ipſe filius ſit Abrahæ. Filius Abrahæ dici-
tur Zachæus, non quia de eius ſtirpe generatus,
ſed quia eius fidem eſt imitatus: ut ſicut Abra-
ham terram, cognationem, domumq́ paternam
ob ſpem futuræ hæreditatis Domino iubente de-
ſeruit, ita & ille quo theſaurum in cœlis acquire-
ret, bona ſua pauperibus partienda reliquit. Et
pulchre dicit, & ipſe, ut non ſolum eos qui iuſte
perſeuerant, ſed & eos qui ab iniuſtia reſipiſcunt,
ad filios promiſsionis pertinere declaret. Aliter:
Salus quæ olim Iudæorum domum implebat, ho-
die populo nationum illuxit: & quod & ipſe po-
pulus filius ſit Abrahæ, credendo in eum, de quo
Gala.3. dicit Apoſtolus: Si autem uos Chriſti, ergo Abra-
Rom.4. hæ ſemen eſtis. Et ſicut alibi dicit, quod ipſe Abra-
ham pater ſit circunciſionis, non his tantum qui
ſunt ex circunciſione, ſed & his qui ſectantur ue-
ſtigia fidei quæ eſt in præputio patris noſtri Abra-
hæ. ¶ *Venit enim filius hominis quærere & ſaluum face-*
re quod perierat, hoc eſt quod alibi dicit: Non ue-
Mat.9. ni uocare iuſtos, ſed peccatores. Pius ſane magi-
ſter, qui murmurantibus turbis ſua myſteria non
dedignatur exponere, adeo ſcilicet peccato-
rum pœnitentiam non eſſe reſpuendam,
ut ipſe dei filius ob hãc maxime quæ-
rendam ſit deſtinatus ad terras.
Qui ut pietatis ſuæ nobis di-
ſpenſationem inculcet, ſæ-
piſsime ſe filium homi-
nis appellat, cõmen-
dans ſolicite no-
bis quod factus
eſt benigne
pro nobis.
Tu autẽ
domi-
ne.

HOMILIARVM DE TEMPORE
FINIS.

HOMILIAE
ET SERMONES DE ſanctis.

¶ In uigilia ſancti Andreæ Apoſtoli: Iohannis primo.

¶ In illo tempore: Stabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciẽs Ieſum ambulãtem, dixit: Ecce agnus dei. Et reliqua.

Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Anta ac talis eſt diuinæ ſcripturæ ſublimitas, ut non ſolum uerba quæ à ſanctis uel ab ipſo domino dicta referũtur, ſed etiam circunſtantia rerum, quę ſimpliciter poſita uidetur, ſpiritualibus ſit plena myſterijs. Ecce enim narrante Euangeliſta fratres chariſsimi audiuimus: ¶ *Quia ſtabat Iohãnes & ex diſcipulis eius duo*, & reſpiciens Ieſum ambulantẽ, dixit: Ecce agnus dei, ſtatimq́ cognouimus, immo iã notum ad memoriam reuocamus, quare Ieſum præcurſor ſuus agnum dei uocauerit, quia uidelicet eum præ cæteris mortalibus ſingulariter innocentẽ, hoc eſt, ab omni pctõ mundũ nouit, quia nos ſanguine ſuo redempturum, quia dona ſui uelleris ſponte largiturum, ex quo ueſtem nobis nuptialem facere poſſumus, id eſt, exempla uiuendi nobis relicturum pręuidit, quibus in dilectione calefieri deberemus. Hoc eſt ergo teſtimonium præcurſoris Domini, quod ſicut facile patet fidelibus, citum amoris intimi fomitem, audientium cordibus infundit. Sed non eſt putandum, quia ſine certi ratione myſterij hoc relaturus euangeliſta præmiſerit ſtetiſſe Iohannem cum diſcipulis, Ieſum uero ambulaſſe, & illo utique ambulaſſe, ubi ſequentibus ſe diſcipulis Iohannis, manſionem in qua habitaret oſtenderet, cæteraq́ huiuſmodi quæ ſequentia lectionis euangelicæ commemorant, ſi enucleatius diſcutiantur, inuenimus cœleſtibus redundare myſterijs. ¶ *Stabat enim Iohannes, & reſpexit Ieſum, quia in magno iam culmine perfectionis animi greſſum fixerat, unde iure celſitudinem diuinæ maieſtatis mereretur intueri.* Stabat, quia illam uirtutum arcem conſcẽderat, à qua nullis tentationum poſſet improbitatibus deijci. Stabant cum illo & diſcipuli, quia magiſterium eius corde ſequebantur immobili. Et reſpiciens, inquit, Ieſum ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei. Ambulatio Ieſu, diſpenſationem incarnationis qua ad nos uenire, ac nobis exempla uiuendi præbere dignatus eſt, inſinuat: ſicut manſio eius, æternitatem diuinitatis in qua ſemper eſt patri æqualis, apertiſsime deſignat. Reſpiciens ergo Ieſum ambulantem Iohannes dixit: Ecce agnus dei, quia uidens eum inter homines conuerſantem, profectumq́ illis uitæ cœleſtis & factis demonſtrantem & uerbis, aperte pronunciabat, quia non ipſe, ut putabãt, ſed ille eſſet qui ad redẽptionem generis humani à deo patre miſſus eſſet in mundum, ille qui formam innocentiæ & patientiæ in ſe credentibus eſſet daturus, de quo in carne uenturo præcinens propheta dicebat: Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur, & ſicut agnus coram tondẽte ſe ſine uoce, ſic obmuteſcet. Et iterum: Ipſe aũt Iſaiæ.53.
uulneratus eſt ꝓpter peccata noſtra, & liuore eius
ſanati

ſanati ſumus. ¶ *Et audierunt eum duo diſcipuli lo-*
quentem, & ſecuti ſunt Ieſum. Teſtimonium perhibē-
te Iohanne, quia Ieſus eſſet agnus Dei, ſecuti ſunt
illum duo diſcipuli, magis deſiderantes ab ipſo Ie-
ſu, quam à præcurſore illius uerbum gratiæ per-
cipere, quo & ipſi mererentur in agnorū dei ſorte
computari. Bene autem duo diſcipuli ſunt inuēti,
qui dominum primi ſequerentur, ut etiam myſtice
deſignarent, omnes qui illum perfecte ſequeren-
tur, gemina dilectione deuotos eſſe debere, hoc
eſt, & eiuſdem ſui redemptoris, & fratrū ſimul a-
more flagrantes. ¶ *Conuerſus autem Ieſus, & uidens
eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæritis?* Non potuit
ignorare dominus, quid ſequentes ſe diſcipuli Io-
hannis quærerent, ſed in eo quod ad illos ſequen-
tes conuertitur, quod ipſe prior quid quærerent
interrogat, quod dat eis fiduciam quæq; uellent
rogandi, manifeſte innotuit quātum bonis noſtris
ſtudijs delectetur, quam libenter iter ueritatis in-
choantibus, ipſe auxilium laturus occurrat. ¶ *Qui
dixerunt ei: Rabbi: quod dicitur interpretatum, magi-
ſter, ubi habitas?* Nolebant tranſitorie magiſterio
ueritatis perfrui, ſed manſionem potius in qua ha-
bitaret inquirebant, quatenus & tunc liberius in
ſecreto uerbis illius imbui, & exinde ſæpius eum
poſſent uiſitare plenius inſtruendi. Vnde & ipſe,
quia illos bene petentes, quærentes, pulſantes ui-
dit, libens eis ſecretarium ſui reſerauit arcani,
eosq; introducens, ueritatis euangelicæ rudimen-
ta, quæ deſiderabant, illuſtrauit. Nam ſequitur:
¶ *Dicit eis: Venite & uidete.* Statimq; ſubiungitur:
Venerunt & uiderunt ubi maneret, & apud eum
manſerunt die illo. Quod ſi altiore ſenſu libet inſpi-
cere, quid nobis agendum inſinuent diſcipuli in eo
quod ad Ieſum quidem ambulantem uenerunt, ſed
locum continuo ubi habitaret inquirerent, admo-
net utique nos, ut quoties incarnationis eius tran-
ſitum ad mentem reducimus, ſolicito ſemper eum
corde rogemus, ut habitationem nobis æternæ
ſuæ manſionis, quæ eſt apud patrem, oſtendere di-
gnetur, dicentes cum Moyſe: Domine oſtende no-
Exo. 33. bis gloriam tuam. Quod autem ipſe diſcipulos ue-
nire, & ubi maneret uidere præcepit, uirtutū pro-
fecto ſtudium, quibus ad æterna gaudia peruenia-
mus, ſubeundū nobis oſtendit. Venire etenim poſt
Ieſum, eſt, ut manſionem eius uidere poſsimus, bo-
nis operibus quæ ipſe præmonſtrauit, inſiſtere,
horumque quotidianis profectibus ad celſitudi-
nem diuinæ uiſionis attingere. ¶ *Venerunt, inquit,
& uiderunt ubi maneret, & apud eum manſerunt die
illo: hora autem erat quaſi decima.* Quia lex in decem
præceptis data eſt, ioiet in denario numero perfe-
ctio legis indicari. Bene ergo decima hora uene-
runt diſcipuli, ut manſionem Ieſu uiderēt: quia ni-
mirum neceſſe eſt, ut qui deum uidere deſiderat,
dei ſe mandatis humiliter ſubdat: quiq; luce diui-
næ contemplationis poſtmodū frui appetit, prius
adiuuante dño decalogum per opera lucis, quaſi
decem horas diei ſole illuſtrante compleat. Et illi
quidē die illo manentes apud dñm, feliciſsima ueri-
tatis ſpeculatione ueſperam expectabant. At uero
oēs electi poſt operum bonorum perfectionē, poſt
impleta legis dei præcepta, perpetuum & nulli fi-
ni obnoxium diem ſunt cum illo acturi, quem uide-
re deſiderans propheta, decantabat: Quia melior
eſt dies una in atrijs tuis ſuper millia. ¶ *Erat
Pſal. autem Andreas frater Simonis Petri unus de duobus
qui audierant a Iohanne, & ſecuti fuerant eum, & in-*

*uenit primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: In-
uenimus Meßiam, quod eſt interpretatum Chriſtus;
& adduxit eum ad Ieſum.* Andreas Dominum
quem inuenit, etiam fratri Simoni ſequendum eu-
angelizat: quia hoc eſt uere dominum inuenire, ue-
ra illius dilectione feruere, fraternæ quoq; ſalutis
curam gerere. Ille enim perfecte conditoris ſui du-
catum ſequitur, qui etiam proximi quantum ualet
habere comitatum nititur. Inuenimus, inquit,
Meſsiam, quod eſt, Interpretatum Chriſtus. Meſ-
ſias idem eſt quod Chriſtus. Sed Meſsias Hebræo
ſermone, Chriſtus dicitur Græco, latine autem un-
ctus interpretatur. Vnde & chriſma græce, latine
unctio dicitur. Chriſtus autem, id eſt, unctus, ap-
pellatur dominus, quia ſicut Petrus ait: Vnxit eum
deus ſpirituſancto & uirtute. Vnde etiam Pſalmi- Act. 10.
ſta in eius laudem loquitur: Vnxit te deus deus tu- Pſal. 44
us oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Conſortes
autem eius nos uocat, qui ad accipiendum ſpiritus-
ſancti gratiam, In baptiſmo etiam chriſmate uiſi-
bili perungimur, & à Chriſti nomine Chriſtiani
uocamur. Sed ille præ conſortibus unctus eſt, cui
ſicut Iohannes Baptiſta teſtatur, nō ad menſuram Iohan. 3.
dat deus ſpiritum, ſed omnia dedit in maou eius.
Nam de conſortibus eiuſdem unctionis dicit Apo-
ſtolus: Vnicuiq; autem noſtrum data eſt gratia ſe-
cundum menſuram donationis Chriſti. Vocaban-
tur uero Chriſti & ſacerdotes & reges in lege, in Eph. 4.
figuram nimirum eiuſdem regis & pontificis ma-
gni domini ac ſaluatoris, in cuius typo etiam mate-
riali liniebantur oleo. Non ſolum autem illi, ſed &
noſtri temporis fideles, ut à Chriſto Chriſtiani,
ita etiam ab ipſa ſacri chriſmatis unctione, & ab
ipſa ſpirituſſancti gratia qua conſecrantur. Chri-
ſti recte nuncupātur, propheta teſte, qui ait: Exiſti
in ſalutem populi tui, ut ſaluos facias Chriſtos tu-
os. Exijt quippe in ſalutem populi ſui, ut ſaluos fa-
ciat Chriſtos ſuos, qui propter nos homines, & pro-
pter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incar-
natus eſt, ut ſpiritali gratia perunctos ac ſanatos,
ſui ſancti nominis donaret eſſe participes. Sequi-
tur: ¶ *Intuitus autem eum Ieſus, dixit: Tu es Simon fili-
us Iohanna.* Intuitus eſt Simonem Ieſus, non exte-
rioribus ſolum oculis, ſed & interiori diuinitatis
intuitu, iuxta illud beati Samuelis: Homo uidet in
facie, deus autem intuetur cor. Vidit cordis ſui ſim- 1. Reg. 16.
plicitatem, uidit animi ſublimitatem, cuius merito
cunctę eſſet præferendus eccleſiæ. Vidit quia uocā-
te Andrea, feruēti ad ſe amore prouolauerit, ideoq;
uenientem mox familiari affatur eloquio, tu es, in-
quiens, Simon filius Iohanna. Nec magnum eſt do-
mino uocabulum cuiuſlibet hominis uel patris e-
ius dicere, qui omnium ſanctorum nomina ſcripta
tenet in cœlo: ſed poſiturus diſcipulo nomen, me-
riti ſublimioris ditaturus uocabulo, qd totius ec-
cleſiæ præſuli congrueret, primo uoluit oſtendere
quia qd à parētibus acceperat nomē, etiā ipſum ſi-
gnificatiōe uirtutis nō careret. Simō ergo obedi-
ens, Iohāna dicit̄ dñi gratia. Tu es Simō filius Io-
hanna, tu es obediēs filius gratię dei. Et merito il-
le obediētis noīe cenſet̄, qui & prius inuitāte An-
drea, mox dñm uidere curauit: & poſtmodū cum
ipſe dñs eū ad diſcipulatū uocaret, & ſtatim cū eo-
dē Andrea quem pariter uocauit, relictis retibus
quorū uſu uiuebat, eū ſeq nō diſtulit. Vñ & Andreę
quoq; nomen uerā mentis eius imaginem pręfert,
Andreas nāq; græce, latine dicitur uirilis. Et illis
libenter dominū uel ad prædicationem Iohannis,
uel

Galilææ. Hęc igitur dies nuptiarum, quę tertia eſt ab ea de qua modo diximus, quarta uidetur eſſe ab illa die in qua Dominus baptizatus eſt. Lege paulo ſuperius, & diligenter attende quæ dicunt. Dicit enim euangeliſta, quia miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad Iohannem, ut interrogarent eum ſi eſſet Chriſtus, ſi eſſet Elias, ſi eſſet propheta. Quibus beatus Iohannes ſe nõ eſſe reſpondit. Altera autem die poſt hanc reſponſionem, uidit Iohannes Ieſum uenientẽ ad ſe, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et tunc quidẽ baptizauit eum. Altera aũt die iterum de qua modo in principio huius euangelij dicitur, ſtabat Ioannes & ex diſcipulis eius duo, & uidit Ieſum uenientem, & ſimiliter ait: Ecce agnus Dei. In craſtinum aũt inuenit Philippũ, & dicit ei. Sequere me. Tertia uero die nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. Sed quomodo uerum eſſe poteſt ut dies nuptiarum quarta ſit à die baptiſmi, quũ alij euangeliſtæ dicant quia ſtatim ut baptizatus eſt, in deſertũ ductus eſt à ſpũ? Si enim à die baptiſmi quadraginta diebus & noctibus in deſerto Dñs ieiunauit, nequaquã fieri poteſt, ut quarta die ad nuptias inuitatus cũ diſcipulis mãducaſſet. Illud quoq; quomodo uerum eſſe poteſt quod dicitur, quia uiſo uini miraculo, crediderũt in eum diſcipuli eius, cum apoſtoli ibi non eſſent, neq; adhuc uocati uel electi eſſent? Nullum enim niſi Philippum ſolũ adhuc Dominus uocauerat, cui modo dixit. Sequere me. Deniq; & illud quomodo uerum eſt, quod tota eccleſia uerũ eſſe credit, ut una eademq́; die hęc tria miracula facta fuerint, quum non eadem, ſed quarta die ad nuptias Dominus uenerit? Hæc eſt igitur quæſtio, ad cuius ſolutionem intentos modo uos eſſe uolo. Eadem nanque die qua Magi ad dominũ uenerunt, id eſt, tertia decima die poſtquam natus eſt, eadem (inquam) iam triceſimo anno incipiente, ueniens ad Iordanem, baptizatus eſt. Vnde & euangeliſta ait: Erat autem Ieſus incipiens quaſi annorũ triginta, ut putabatur filius Ioſep: ab hac autem die qua baptizatus, iam pene toto anno euoluto, quum três ſolummodo adhuc dies reſtarent, uenit iterum ubi erat Iohannes. Hoc eſt autem illa altera dies, de qua modo in principio huius euangelij audiuimus, quia altera iterum die ſtabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo, & uidit Ieſum uenientem, & ait, Ecce agnus dei. Altera autem hoc in loco nõ ad heſternam refertur, ſed pro alia ponitur, proprie enim de duobus dicitur altera. Ab hac autem altera die, tertia die ueniente, nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. Quæ uidelicet dies nuptiarũ anniuerſariaei fuit, in qua in præterito anno Dominus baptizatus fuerat, & ei in qua Magi cum muneribus ad eum uenerant. Sic igitur tria iſta miracula una eademq́; die facta ſunt, quoniã eadem die qua Magi uenerunt ad Ieſum, ipſa eadem in trigeſimo anno incipiente baptizatus eſt. Quo uidelicet trigeſimo anno euoluto, eadem ipſa die ad nuptias dominus uenit. Dies igitur nuptiarum non quarta, ſed potius anniuerſaria eſt à die baptiſmi. Conſtat itaque Dominum & Saluatorem noſtrum eo anno quo baptizatus eſt, neq; publice prædicaſſe, neq; miracula feciſſe. Quo completo uenit ad nuptias, ibiq; primũ miraculum fecit. Deinde uero eius nominis fama totam ſubito terrã repleuit. Quod autẽ ait. *Et crediderunt in eũ diſcipuli eius*, nõ de apoſtolis, quos nondũ habebat, ſed de illis diſcipulis intelligendũ eſt, qui eo tempore cũ illo erant. Habebat enim aliquãtos diſcipulos, ſicut & Iohannes, qui eum ſequebãtur & audiebãt. Nunc aũt ad euãgelij uerba redeamus. *Altera (inquit) die iterum ſtabat Ioãnes, & ex diſcipulis eius duo: & reſpiciens Ieſum ambulantem, dixit: Ecce agnus dei. Et audierũt eum duo diſcipuli loquentẽ, & ſecuti ſunt Ieſum*. Crediderunt enim magiſtro loquẽti, & Chriſto Domino teſtimonium perhibenti, & ſequuti ſunt Ieſum, gaudentes ſe tandem illum inueniſſe de quo toties Iohãnem loquentem audierant. Et relinquẽtes Ioãnem ſequuti ſunt eum, quẽ ipſius Iohannis teſtimonio cognouerunt eſſe magiſtrum ipſius quoq; Iohãnis. *Conuerſus autem Ieſus, & uidens eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæritis? Quid dixerunt ei: Rabbi ubi habitas?* Quid autẽ ſignificet Rabbi euãgeliſta exponit, dicens. *Quod dicitur interpretatum Magiſter*. Quod enim ad eos Dñs cõuertitur, eosq; reſpicit & cũ eis loquitur, clemẽtię & bonę uoluntatis indicium eſt. Sciebat enim quales erant, & quales poſtea futuri erant, & quo affectu eum ſequebãtur. Omnes enim diligit Ieſus qui eum ſequuntur, neminem ad ſe uenientem repellit. Vnde & iſtis interrogãtibus, Vbi habitas, reſpondit. *Venite & uidete*. Non dixit, in illo uel in illo loco: quod ſi dixiſſet potius locũ oſtendere, quã eos inuitare uideretur. *Venerunt, & uiderũt ubi maneret, & apud eum manſerunt die illo*, cunctis diebus mãſuri cum illo. *Hora aũt erat quaſi decima*. Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus qui audierant ab Ioanne, & ſequuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonẽ, & dicit ei. Inuenimus Meſſiam. Quid ſit autem Meſſias, ait euangeliſta, quod eſt interpretatum Chriſtus. Expectabant enim Iudæi Meſſiam, & adhuc quidem expectant, ſed fruſtra. Vnde & Dominus ait: Ego ueni in nomine patris mei, & non recipiſtis me: alius ueniet in nomine ſuo, & illũ recepietis. Et adduxit eum ad Ieſum. Boni fratres, qui ſic deſiderãt uidere Ieſum. *Intuitus autem eum Ieſus, dixit: Tu es Simon filius Ioanna, tu uocaberis Cephas*. Et hoc euangeliſta exponit, dicens: *Quod interpretatur Petrus*. Tu ea (inquit) Simon, quod obediens dicitur: quem genuit Ioannes, id eſt, gratia Dei, tu uocaberis Cephas, id eſt, Petrus, à petra denominatus, à Chriſto corroboratus, quod tamen agnoſcens interpretatur. Ipſe enim præ cæteris Deum agnoſcẽs, ait: Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Cui Dominus, Et ego dico tibi quia tu es Petrus, bene reſpondens & bene agnoſcens. Nõ eſt autẽ intelligendũ, ut Petrum & Andreã tunc tẽporis Dñs elegiſſet: quos (ſicut alij euãgeliſtę ſcribunt) de piſcatione Chriſtus uocauit. Vnde & hic dicitur quia manſerunt apud illum die illo. Poſtquã enim eos elegit, non uno die, ſed omnibus cũ eo mãſerunt. *In craſtinum autẽ uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippũ, & dicit ei Ieſus, Sequere me. Erat autem Philippus a Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri*. Secundum enim hęc dicta beati Iohannis, primus omnium Apoſtolorum Philippus uidetur eſſe uocatus. Et merito quidem primus uocatur ille, qui os lampadis interpretatur: quatenus & ipſe, & cæteri poſt ipſum intelligant, ad quale officium eligãtur. Tale nanq; os tunc oẽs receperunt, quando in linguis igneis Spiritus ſanctus ſuper eos deſcendit. Legimus enim quando Petrus & Andreas, Iacobus & Ioãnes, Matthæus euãgeliſta uocati ſunt: de cæteris autẽ non legimus. Habebat tamẽ iam tunc aliquãtos diſcipulos Ieſus, cum quibus (ut in ſequẽtibus legitur) ad nuptias uocatus

tibi luſte impēdi deſideras negare,neceſsitati proximi,nō ſolum iuxta uires coocurrere,ſed,pdeſſe etiam ultra uires uelle. Quid ergo iſto holocauſto locupletius, quando per hoc quod Deo immolat in ara cordis,anima ſemetipſam mactat? Sed hoc bonæ uoluntatis ſacrificium Deo nunquam plene perſoluitur, niſi mundi huius cupiditas perfecte deſeratur. Nam quicquid in eo cōcupiſcimus, hoc proculdubio proximis iouidemus. Videtur enim qola nobis hoc deſit,quod alter aſſequitur. Et quia ſemper inuidia à booa uoluntate diſcordat, mox ut hæc mentem ceperit,illa diſcedit. Vnde prædicatores ſancti ut poſſeot proximos perfecte diligere,ſtuduerunt in hoc ſeculo nihil amare, nil unquam appetere, nil oel cum appetito poſsidere.

Iſaiæ.60 Quos bene intuens Iſaias: Qui ſunt iſti, qui ut nubes uolant,& quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Vidit quippe eos terrena deſpicere, mente eos cœleſtibus propinquare,uerbis pluere, miracolis coruſcare,& quos à terrenis contagijs ſancta prędicatio & ſublimis uita ſuſpenderat, hos uolantes pariter & nubes appellat. Feneſtræ autem noſtrę, noſtri ſunt oculi, quia per ipſos anima proſpicit, q̄d exterius cooncupiſcit. Colūba uero ſimplex eſt animal,atq; a malitia fellis alienum. Quaſi columbæ ergo ad feneſtras ſuas ſunt,qui nihil io hoc mūdo concupiſcunt,qui omnia ſimpliciter aſpiciūt,& in his quæ uident,rapaciatis ſtudio non trahunſur. At contra miluos,& non columba ad feneſtras ſuas eſt,qui ad ea quæ oculis conſideras, rapinę deſiderio anhelat. Quia ergo fratres chariſsimi, beati Andreę apoſtoli natalitia celebramos,debemus imitari quod colimus. Oſtendat noſtrę obſequium deuotionis,immutatę ſolennisas mentis. Deſpiciamus quæ terrena ſunt, relictis temporalibus mercemur æterna. Si autem necdum poſſumus relinquere propria, ſaltem non concupiſcamus aliena. Si necdum mens noſtra accēditur igne charitatis, in ambitione ſua habeat frenum timoris,ot profectus ſui paſsibus oegetata,dum ab alienorū appetitu compeſcitur,quandoq; ad propria contemnē da perducatur. Tu autem.

DE EODEM FESTO, SERmo beati Auguſtini epiſcopi.

Mat.11. Mirum quibuſdam uidetur chariſsimi cum aodiunt dominum dicentem: Venite ad me omnes q laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam nos: tollite iugum meū ſuper uos,& diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris:iugum enim meum ſoaue eſt, & onus meum leue eſt. Et conſiderant eos qui iugum ipſum intrepida ceruice ſubierunt,& illam ſarcinam manſuetiſsimis humeris acceperunt, tātis agitari & exerceri difficultatibus huius ſeculi, ut non à laboribus ad quietem, ſed à qoiete ad laborem uocati uideantur, cum & Apoſtolus dicat:

2.Tim.3 Omnes qui uolunt in Chriſto pie uiuere, perſecutionem patientur. Ait ergo aliquis: Quomodo iugum leue eſt,& ſarcina leuis? Quandoqoidem iogum illud & ſarcioam ferre,nihil aliud eſt, quam

Mat.20. pie uiuere in Chriſto. Et quomodo dicitur: Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis, & ego uos reficiam? Ac nō potius dicitur: Venite qui uacatis, ut laboretis. Nam & uacantes inuenit,quos conduxit in uineam,ut ferrent æſtum diei. Et ſub illo iu-

2.Cor.6. go leui & ſarcina leui audiamus Apoſtolum dicere: In omnibus commendantes noſmetipſos tanquam dei miniſtros,in multa patientia,in tribulationibus, in oeceſsitatibus, in anguſtijs, in plagis, &c. Et alio loco in eadem epiſtola: A Iudæis quolo

2.Cor.11 quies quadragenas una mioos accepi, ter uirgis cęſus ſum,ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die io profundo maris fui. Et cætera quæ numerari pericula poſſunt,ſed tolerari niſi ſpiritu ſancto iuuante non poſſunt. Omnia ergo illa quæ cōmemorauit grauia & aſpera,frequētius & abūdantius ſuſtinebat. Sed profecto aderat ei ſpūſſanctus,qui in exterioris hoīs corruptiooe,interiorē

2.Co.4. renouaret de die in diem,& guſtata requie ſpūali, in affluentia deliciarū dei,in ſpe futuræ beatitudinis omnia præſentia deliniret aſpera, & oīa grauia releuaret. Ecce quam ſuaue iugum Chriſti portabat,& quam leuem ſarcinam, ut oīa illa quæ ſuperius enumerata dura & immania hominis auditus horreſcit,leuem tribulationem diceret, intuēs interioribus & fidelibus oculis quāto precio tēporalium emenda ſit futura uita:non pati æternos labores impiorū,& ſine ulla ſolicitudine frui æterna felicitate iuſtorū. Secari & uri ſe hoīes patiuntur,ut dolores nō ęteroi,ſed aliquāto diuturnioris hulceris,acriorum dolorū precio redimatur. Pro languida & incerta uacatione breuiſsimę atq; ultimæ uitæ,immaniſsimis bellis miles atteriť,pluribus fortaſſe annis in laboribus ingetus,quā in ocio qoieturus. Quibus tēpeſtatibus & procellis,q̄ horribili & tremendæ ſæuitię terræ & maris imponunt ſe mercatores,ut diuitias uentoſas acquirāt, maioribus quam quibus acquiſitę ſunt,periculis & tēpeſtatibus plenas? Quos æſtus,quę frigora, quæ pericula,ab aquis,à foſsis,à pcipitijs, à fluminibus; à feris perferunt uenatores? quem laborē eſuriēdi & ſitiendi, quantas uiliſsimi & ſordidiſsimi cibi & potus anguſtias,ut beſtiā capiāt? Es interdū nec ipſius beſtiæ carne,propter quā hęc tanta ſuſtioēr, epulis ſaturantur. Quāqoam & ſi aper ceruusue capiatur,magis ſit ſuaue uenantis animo,quia captus eſt,quā comedentis palato quia coctus eſt. Quātis cruciatibus prope quotidianarū plagarum tenera puerorum ætas ſubditur? qoantis etiam in ſcholis uigiliarum & abſtinentiæ moleſtijs exercentur,nō propter diſcendam ſapientiā, ſed ppter opes honoresq; oanitatis, ut numeros & literas & diſertas fallacias eloqui diſcant? Sed in his omnibus qoi hæc non amant, eadem grauia patiuntur. Qui uero amant,eadem quidē,ſed non grauia pati uidentur. Omnia enim ſæua & immania, prorſus facilia & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius & facilius ad ueram beatitodinem charitas facit, quod ad miſeriam quantum potuit cupiditas facit? Quā facile tolerat quęlibet adoerſitas tēporalis,ut

Rom.8. ęterna pœna uitet,ęterna requies cōparet? Nō immerito ille uas electiōis cū ingēti lętitia dixit: Nō ſuns cōdignę paſsiones huius tēporis ad futurā gloriā quę reuelabitur in nobis. Ecce unde iugū illud ſuaue eſt,& ſarcina leuis. Etſi anguſta eſt uia pau-

Pſal.16. cis eligentibus, facilis tñ oibus diligentibus. Dicit Pſal. Propter uerba labiorū tuorum,ego cuſtodiui uias duras. Sed quę durę ſunt laborātibus,eædē ipſis miteſcūt amantibus. Propter q̄d ita diuinę pie ſatis diſpēſatione actū eſt, ut interior homo q re-

2.Cor.4. ñoaꝰ de die in diē,nō adhuc ſub lege poſitus, ſed iam ſub gratia exoneratus ſarcinis innumerabiliū obſeruationū,quod erat reuera graue iugū,ſed duræ ceruici connenienter impoſitū, facilitatē ſimpli

eis fidei & bonę ſpei, & ſanctę charitatis, quicquid moleſtiarũ exteriori homini forinſecus intuliſſet ille princeps qui miſſus eſt foras, interiori gaudio leue fieret. Nihil enim tam facile eſt bonę uoluntati, quã ipſa ſibi. Et hæc ſufficit deo. Quantumlibet ergo ſæuiat iſte mundus, ueriſsime angeli, nato in
Luc. 2. carne dño, clamauerunt: Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, quia qui natus erat, ſuaue iugũ eius eſt, & ſarcina leuis, & ſicut dicit Apoſtolus: Fidelis deus, qui nos nõ ſinit
1.Cor. 10 tentari ſupra id quod poſſumus ferre, ſed facit cũ tentatione etiam exitũ, ut poſsimus ſuſtinere. Amẽ

IN DIE S. ANDREAE. HOMILIA.

D. Euſebij Emiſſeni.

AMbulans Dominus Ieſus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonẽ qui uocatur Petrus, & Andreã fratrẽ eius, mittentes rete in mare: erãt enim piſcatores. Et ait illis: uenite poſt me, & faciã uos piſcatores hominum. Matth. 4. Narrat ſuperius euãgeliſta, quia dñs & ſaluator noſter quũ audiſſet q̃d Ioãnes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilęã. Et relicta ciuitate Nazeth uenit & habitauit in Capharnaũ maritimã, in finibus Zabulon & Neptalim: ut adimpleretur q̃d dictũ eſt per Eſaiã prophetã, Terra Zabulõ & Neptalim, uia maris, trãs Iordanẽ Galilææ, gentium populus qui ſedebat in tenebris, lucem magnã uidit: & ſedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Manifeſtũ eſt igitur, qa nõ alicuius rei timore ſeceſsit Dñs in Galilęã, relicta ciuitate ſua Nazareth: ſed ut ꝓphetia cõpleretur, quę in fines Zabulõ & Neptalim eum uenturũ eſſe prædixerat. Sic eñ ait Eſaias: Primo tẽpore alleuiata eſt terra Zabulõ, & terra Neptalim. Sed quare primo tẽpore? Quia ſtatim in ſuæ prædicationis initio, & anteq̃ apoſtolos elegiſſet, ueniẽs illuc, Petrum & Andreã, Iacobum & Ioannẽ de piſcatione uocauit, & eis ut poſt ſe uenirẽt imperauit. Sic igitur primo tẽpore, ſuorum põdere peccatorũ terra Zabulon & terra Neptalim alleuiata eſt. Quę ideo & uia maris quidẽ dicitur, qa portuoſa erat & nauigiis dedita. Vnde & Iacob in benedictionibus ait, Zabulon in littore maris habitabis, & in ſtatione nauiũ pertingens uſq; ad Sidonẽ. Sed quare in Galilæã ſeceſsiſſe dicitur, cum Lucas euãgeliſta Nazareth in Galilæa eſſe dicat? Miſſus eſt Gabriel angelus à deo in ciuitatẽ Galilęę, quæ uocatur Nazareth. In hoc quoq; euãgelio ſuperius legitur q̃d Ioſeph admonitus in ſomnis uenit in partes Galilęę, & habitauit in ciuitate Nazareth. Per q̃d datur intelligi, quod Nazareth nõ in plena prouincia Galilææ, ſed in extremis finibus ſita eſt. Seceſsit igitur in Galilæam. i. in ipſius prouinciæ plenitudinem. Gentium aũt illarũ populus, qui ibi in tenebris ſedebat, & ueritatis nunciũ non habebat, quia legem ſpiritualiter non intelligebat, tunc uidit lucẽ magnã. Ipſa eſt enim quæ illuminat oẽm hoĩem uenientem in hunc mundũ: quã qui ſequitur, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumẽ uitę. Et ſedentibus in regione umbrę mortis, lux orta eſt eis. Illi eñ ſub umbra mortis ſedent, qui uitæ arborẽ ignorãt. Mala umbra, quæ ſic refrigerat ut occidat, ſic obſcurat ut penitus lumẽ tollat. Hos igitur niſi lux iſta illuxiſſet, uita pariter & lumine caruiſſent: quoniã & umbra lumen eis tollebat, & mors uitam eis auferebat. Venit igitur lux, uenit Dñs Ieſus, qui ſimul eos & illuminauit & ſanauit. Vnde & ſubditur. *Exinde cœpit Ieſus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnũ cœlorum.* His enim uerbis ſaluator noſter ſuos audientes & illuminat & ſanat. Chriſti eñ prędicatio, & lumẽ & uita eſt. Sed ubi eſt neceſſarium attendere lumen, niſi in tenebris? Quibus neceſſarium eſt dare medicinã, niſi infirmis? At uero anima quæ in peccatis eſt, & infirma & ſine lumine eſt. Huic igitur pœnitentia dat̃, cuius medicamine ſanatur & illuminatur. Sic ergo populus qui ſedebat in tenebris uidit lucẽ magnã: & ſedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis, & ſanitas data. Fugerunt tenebræ ueniente luce, & mors ipſa periit ueniente uita. Chriſtus enim Ieſus, & lux & uita eſt. Bene autẽ à pœnitentia prædicare Dominus inchoat, qui mentes hominum infirmas & errorum nebulis excæcatas, hoc uno ſingulari medicamine ſanare & illuminare uenerat. Idipſum enim prædicationis exordiũ Iohãnes quoq; Baptiſta ſuſcepit. Niſi enim hæc medicina præceſſerit, nullum aliud remedium eſt quod infirmis mentibus ualeat ſubuenire. Nã & ſi paruuli pœnitere neſciãt, fides tamen & pœnitẽtia eos offerentium, pro eis ſuſcipitur. *Ambulãs aũt iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: erant enim piſcatores. Et ait illis, Venite poſt me, faciã uos fieri piſcatores hominum. At illi relictis retibus ſequuti ſunt eum.* Ecce primos diſcipulos ſuos de mari Dominus uocat, quoniam multos alios per eos de huius mũdi fluctuoſa amaritudine ad fidem uocare diſpoſuerat: ut quia de mari à Domino uocantur, ipſi quoque periclitantium animas de mũdi huius naufragio & de uitiorum inſurgentibus procellis liberare diſcant. Et ſicut ipſi ſecundum carnem fratres erant, ita & cæteros & fide & dilectione fratres eſſe doceãt. Omnes eñ fratres ſumus, qui ex una matre eccleſia geniti & unius patris filij ſumus. Vnde & ſimul omnes dicimus: Pater noſter qui es in cœlis. Quia enim communis pater eſt omnium, communiter inuocatur ab omnibus. Vocat autem Dominus piſcatores, quoniã tales ei neceſſarij erant, qui aquis aſſueti, & piſcandi & baptizandi eſſent periti. Ideoq; non artem mutare eis præcepit, ſed longe melioris piſcationis & alterius generis piſcium eos piſcatores fore promittit, dicens: *Venite poſt me, faciam uos fieri piſcatores hominum.* Niſi enim homines piſces eſſent, piſcatores hominum apoſtoli fieri nõ poſſent. Tales enim piſces digni ſunt cõuiuio dei, tales piſces in baptiſmatis fluuio natant: tales piſces hamo fidei & ſanctæ prædicationis retibus capiuntur. De mari igitur in mare trãſferuntur, quoniam de mari Galilææ in hoc magnum & ſpatioſum mittuntur, ubi ſunt reptilia quorum nõ eſt numerus: animalia puſilla & magna, per quæ omnia genera hominum ſignificantur. Sed quid eſt dicere, *Venite poſt me?* Poſt Chriſtum nanque ire, eſt eius ueſtigia ſequi, eius opera imitari, eiuſque patientiam & humilitatem tenere. Neque enim ſufficit nobis pedibus tantum ire poſt Ieſum, niſi & mente & dilectione eum ſequamur. Operæ pretium autem eſt conſiderare quanta fuerit horum beatorum fratrũ obedientia, qui ſtatim relictis retibus ſequuti ſunt eum. Vnde non immerito Simon obediens, Andreas uero reſpõdens uel decorus interpretat̃. *Et procedens inde, uidit alios duos fratres, Iacobũ Zebedæi, & Iohannẽ fratrẽ eius in naui cũ Zebedæo patre eorũ reficientes retia: & uocauit eos. Illi autẽ ſtatim relictis retibus & patre, ſequuti ſunt eum.* Nõ minor autem in his

quam

quam in illis alijs obediẽtia inuenitur: qui ad uni-
us iuſsionis uocem, non ſolum retia ſed & patrem
relinquentes, Chriſtum Dñm ſequuti ſunt. Et iſti
quidem, ſicut & illi, non ſolum piſcatores, uerum
etiam fratres erant. O fœlix militia, quæ ex fratri
bus colligitur, quibus eſt cor unum & anima una.
De quibus etiam per prophetam dictum fuerat,
Ecce quam bonum & quam iucũdum habitare fra
tres in unum. Quid eſt autem reficere, niſi ſancta-
rum ſcripturarum ſententias hæreticorum uiolen
tia conſciſſas & deprauatas, ſana intelligentia ex-
ponere & reſtaurare? Hæc enim quatuor euange
lia quaſi quatuor piſcandi retia ſunt. Similiter aũt
& quinq; libri Moyſi, omnesq; prophetarũ libri.
Denique tot ſunt retia, quot & uolumina. His
autem retibus Chriſtiani capiuntur, his omnes fi-
deles in eccleſiam colliguntur. Ite (inquit Domi-
nus) in uniuerſum mundum, prædicate euangeliũ
omni creaturę: qui crediderit & baptizatus fuerit,
ſaluus erit. Vides igitur piſcatores, qbus dicitur,
Ite in uniuerſum mundum. Vides & retia, id eſt, e-
uangelium: de quo dicitur, prædicate euangelium
omni creaturæ. Vides & flumina, in quibus piſces
capiuntur, id eſt, baptiſmum. Vides & ipſos piſces,
eos uidelicet qui baptizantur & credunt.

IN OCTAVA S. ANDREAE
Matthæi. iiij.

¶ In illo tẽpore: Ambulãs Ieſus iuxta ma-
re Galilææ, uidit duos fratres, Simonẽ qui
uocatur Petrus, & Andream fratrẽ eius,
mittentes rete in mare. Et reliqua. Homil.
lectionis eiuſdem:

CVNctis notiſsimũ eſt, quod mare Gali-
leæ propter diuerſa loca ſibi adiacen-
tia diuerſis etiam appellationibus nun-
cupatur. Hoc ergo mare ſiue ſtagnum
quia delectabiles aquas habebat ad bi-
bendum, & copia piſcium redundabat, ideo multi-
tudinem incolarum circa ſe continebat. Quod Do-
minus idcirco frequenter tranſnauigabat, ſicut in
euangelio legimus, ut populis circũiacentibus mi-
racula ſua oſtenderet, atque uerbo ſuæ prædicati-
onis eos ad uiam ſalutis inuitaret. Secus hoc mare
ergo redemptor noſter ambulans, uidit duos fra-
tres piſcatores, mittentes retia in mare. Sed meri-
to quæritur, cur ad noui teſtamenti gratiam in
mundo prædicandam, non filij regum, non ſcribæ
primo uocantur, ſed piſcatores eliguntur. Nimirũ
ideo, qa quæ infirma ſunt apud hoĩes, fortia ſunt
apud deum. Piſcatores enim uocantur, & non no-
biles, ne potentes ſeculi iſtius ſuperbirent, & dice-
rent, quia Chriſtus fidem ſuam non niſi per illos
inducere mũdo potuerit. Illiterati ad prædicandũ
mittuntur, ut materia ſuperbiendi huius ſeculi ſa-
pientibus amputetur, dum uident euangelium nõ
per eloquentes, ſed per ſimplices prædicatores uſ-
que ad fines terræ dilatatum. Bini autem ideo uo-
cantur, quia geminam dilectionem prædicaturi,
geminum etiam teſtamentum mundo erant tradi-
turi. Spiritualiter uero, q̃d ambulans dñs ſecus ma-
re Galilęæ, uidit Petrum & Andreã retia mittẽtes,
ſignificat quia incarnatus dei filius in mari iſtius
mundi ſpirituales piſcatores uidit, quos ante mun-
di conſtitutionem ad opus prędicationis aptos eſ-
ſe præſciuit. ¶ *Et ait illis: Venite poſt me, & faciã uos
fieri piſcatores hominum.* Congrue piſcatores piſciũ
præmittuntur eſſe futuri piſcatores hominum, ut
artis ſimilitudine delectati, diſcipulatui ſaluatoris
libentius colla ſubmitterent. ¶ *At illi relictis retibus
ſecuti ſunt eum.* Forſitan dicat aliquis, quid uel quã-
tum iſti dimiſerunt, qui pene nihil habuerunt? Sed
penſandum eſt quod multum reliquerunt, qui uo-
luntatem habendi deſeruerunt. Multum dimiſerũt
qui omnia quæ habebant, uel habere poterant aut
concupiſcere, dimiſerunt. Si enim habuiſſent ma-
gnas diuitias, & latas poſſeſsiones iſtius ſeculi, om
nia pro Chriſti amore reliquiſſent, ſicut nauim &
retia reliquerunt. Tanta enim ab apoſtolis domi-
num ſequentibus dimiſſa ſunt, quanta à non ſe-
quentibus concupiſci potuerunt. Affectus er-
go illorum magis penſandus eſt quam ſubſtan-
tia. Arguit ſane Porphyrius & Iulianus Auguſtus
atq; apoſtata, uel imperitiam hiſtoricæ mẽtis: uel
ſtultitiam apoſtolorum, qui ad primam iuſsionis
uocem ſecuti ſunt ſaluatorem, tanquam hominem
irrationabiliter uocantem, cum ſcriptum ſit: Ne
ſis facilis ad credendũ. Sed ſi Dominus huiuſmodi Eccl 6.
creaturas condidit, quæ alias ad ſe attrahere præ-
ualeant creaturas: uerbi gratia, ſicut in magnete
& ſuccinis cernimus, quibus tanta uis ineſſe digno
ſcitur atq; potentia, ut ferrum uel ſtipulam ad ſe
attrahant, & ſibi cohærere faciant, multo magis
ipſe omnium creaturarum conditor ad ſe ſequen-
dum attrahere poterat quos uolebat. Vt enim bea
to Hieronymo referente compertum habemus,
tantus ſplendor & maieſtas occultæ diuinitatis in
humana facie Chriſti relucebat: ut ex primo ſuo aſ
pectu ad ſe uenientes facilime attraheret. ¶ *Et re-
cedens inde, uidit alios duos fratres, & ecce ſecuti ſunt
eum.* Hos apoſtolos uidit dominus, quemadmodũ
& ſuperiores, hoc eſt, miſertus eſt eorum. Videre
enim illius, miſereri eſt. Vocauit illos, uocauit &
iſtos. Illuminauit illos mente, illuminauit iſtos cor
de. Dimiſerunt & iſti omnia, ſicut & illi. Secutĩ
ſunt dominum, quemadmodum & illi. Sed quæri
poteſt, quomodo primum duos uocauerit, Petrum
& Andream, & poſt paululũ alios duos, Iacobũ &
Iohannem, ſicut Matthæus & Marcus narrant, cũ Mar. 1.
Lucas dicat Petri ſocios fuiſſe filios Zebedęi, & im
pletis nauiculis multitudine piſcium, ad extrahen-
da retia ab eodem Petro fuiſſe uocatos. Vbi etiam
cum dixiſſet dominus Petro, Ex hoc iam eris ho-
mines capiens, & ibidem ſcribitur, ad terram ſub- Luc. 5.
ductis nauibus dominũ pariter eos fuiſſe ſecutos.
Sed intelligendũ eſt hoc quidẽ primũ factum eſſe
quod Lucas narrat, nec tunc eos dñm uocaſſe ut ſe
querentur, ſed tm̃ Petro prædixiſſe, q̃d hoĩes eſſet
capturus, & poſtea, ſicut Matthęus deſcribit, binos
& binos eos uocaſſe ut ſequerentur. Sciendũ præ-
terea, ut Iohãnes euãgeliſta refert, q̃d Andreas ad-
huc diſcipulus Iohãnes baptiſtę, ipſum de Chriſto Iohan. 1.
Iohãnnẽ audiuit dicentẽ: Ecce agnus dei. Qua ilico
exhortatus ſententia, uolũtate ꝓpria ſimul cũ illo
Iohãnis diſcipulo (cuius nomẽ tacet ſcriptura) ſe-
cutus eſt dñm, apud quẽ, ut idẽ euangeliſta narrat,
uno manentes die, protinus ad prædictum magi-
ſtrum ſuũ uidelicet Iohannẽ reuertuntur baptiſtã,
eiuſq; magiſterio inſeruiunt, quouſq; idẽ Andreas
à domino poſtmodũ, ſicut Matthæus in hoc deſcri
bit euangelio, ſimul cũ Petro ad diſcipulatũ uoca-
tus eſt. Et notandũ quod iſti diſcipuli dominũ ſecu
turi, reliquiſſe dicuntur retia, & patrem ſuũ. Zebe-
dęus nãq; interpretatꝰ fugitiuus, & ſignificat ipſum
diabolum. Retia aũt implicamẽta huius mundi ſi-

gnificant. Quiſquis ergo dominum fideliter ſequi cupit, neceſſe eſt ut primo ab impedimentis humanarũ rerum, à curis uidelicet uitæ præſentis pedẽ excutiat, & ſic diabolum tota uirtute fugere ſatagat. Allegorice quatuor diſcipuli à dño de mari uocati, duos ſignificãt populos, de ſolicitudinibus & inquiete huius ſeculi ad ſoliditatem ſpiritualis ſtudij per gratiam dei uocatos. Nam Simõ Petrus qui interpretatur obediens, ſiue agnoſcens, & Iacobus qui ſupplantator dicitur, populum Iudaicũ ſignificant, qui prior per legiſlationem creatorem

Exo. 24 ſuum agnoſcens, obedire præceptis eius promiſit, dicens per Moyſen: Omnia quæ locutus eſt nobis dominus, faciemus, & erimus obedientes. Qui etiã gentilem populũ ſupplantauit, idola contẽnendo, & deum colendo. Andreas uero qui uirilis dicitur, & Iohannes qui gratia dei interpretatur, gentilem populum deſignant, qui poſtquã ad fidẽ uenit, in pceptis Dei uiriliter ambulare ſtuduit: & quicquid boni egit, non ſuis meritis, ſed totum gratiæ ſaluatoris attribuit. Moraliter quoq; quatuor nomina ĩſta in ſe unuſquiſq; fideliũ ualet recognoſcere, ſi illorum interpretationes in quatuor principalibus uirtutibus ſtuduerit obſeruare. Eſt eñ unuſquiſq; fidelis Simon Petrus, cũ per prudentiam agnoſcit propria peccata, & his deletis, mãdatis diuinis fortẽ exhibet obedientiã. Eſt Andreas, cum uiriliter per temperantiam ſuſtinet tentationes ſibi illatas. Iacobus quoq; non indebite dicitur, ſi per fortitudinem uitia ſupplantare probatur. Conuenienter etiam Iohannes nominari poteſt, ſi per iuſtitiã mãdata creatoris adimplens, nil ſibi deputat, ſed cuncta bonorum omnium largitori aſſignat. Quiſq; ergo ad patriam cœleſtem uenire deſiderat, ſtudere at neceſſe eſt, cũ Simone Petro, qui interpretatur agnoſcens ſiue obediens, præceptis obedire diuinis, & propria recognoſcere peccata, dicens cum

Psal. 50. propheta: Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco. Curet etiam cum Andrea uirili tentationibus diaboli uiriliter reſiſtere, & cum Iacobo ſupplantatore, omni fortitudine uitia ſupplãtare. Satagat quoq; de bonis ſuis actibus, bonorũ omniũ largitori actiones gratiarũ cum Iohanne, qui interpretatur gratia dei, rependere, ut bonũ quod agit, nõ ſibi, ſed deo per oĩa deputãs, ab ipſo in futuro remunerari mereatur, qui uiuit & regnat in unitate ſpiritusſancti deus, per oĩa ſecula ſeculorum, Amen.

¶ *De ſancto Nicolao, quære in communi.*

¶ *De conceptione beatæ Mariæ, quære in natiuitate eiuſdem.*

¶ *De ſancto Thoma apoſtolo, quære in communi.*

¶ *De ſancto Antonio, quære in communi.*

IN NATALI SANCTAE Agnetis, Sermo Maximi epiſcopi.

CVm in toto mundo uirgineus flos Mariæ immarceſcibiles coronas innectat, & ſceptrigeram pudoris aulã immaculato cõſeruet affectu, eouſq; integritas perſeuerauit ad palmã, ut in puellis trophæũ ſanctitatis arriperet, & per ueſtigia matris uirginis ad cœleſtem thalamum perueniret. Hinc eſt quod anulo fidei Agnes ſe aſſerit ſubarratã, & clamat ſe amore ſponſi cõſtrictam. O quã imitabile uirginibus, uirgo, tu amoris tradidiſti exemplũ, o quã ſanctum pectoribus dandũ uirgineis tribuiſti reſponſum, contemnendo mundi diuitias, exſecrando carnis cõcupiſcentias, & ſolam Chriſti pulchritudinem adamando. Accedite ad puellã puellæ, & diſcite in annis infantiæ, quales in pectore ſuo circa amorem Chriſti flammas accendit. Dicit ſe amatori ſuo ſeruare fidem, & eius corpus concupiſcere ſolum, qui pro amore hominum mortis non recuſauit interitum. Diſcite uirgines Chriſti amorem in puella ferueutem, & omnes mundi diuitias uelut ſtercora recuſantem. Ideo enim ſanctorum per literas traduntur exempla, ut unuſquiſq; pro qualitate ſexus, & pro ætate annorum, modum ſui propoſiti teneat, & ſicut per uirginẽ uirgines, ita per coniugem coniuges uincere ſeculum pro Chriſti amore ſtudeant, ac repugnatione animi, mundi dulcia recuſantes, & eius amplexantes auſtera, ad delectationes perpetuas, & ad gaudia æterna pertingant. Hæc dicentes, non uituperamus coniugũ caſta commercia, ſed uirginũ perſeuerantiã adoramus. Non enim uirginitas malis rebus ſuperponenda eſt, ſed eſt rebus optimis præferenda. Quæ enim mundis mundior, & ſanctis eſt ſanctior, nõ indiget malarum rerum uituperatione laudari. Sequantur itaq; ſancta coniugia patriarcharum coniuges in religione poſitæ, ac diuinis literis informatæ, Saram, Rebeccam, Rachelem, Annam, Suſannam, Sephoram imitentur uxores. Chriſti uero uirgines ſolam uirginẽ matrem luminis ſubſequãtur. Huius pediſſequa Agnes beatiſſima, magnum de ſe pudicitiæ excitauit exemplum, cũ uirginitatem pretulit uitæ, omnemq; à ſe amorem ſceleſtum expellens, trophæum crucis Chriſti arripuit, & tam contra libidines quam etiam contra ſupplicia uniuerſa, fide potius armata quam ferro fortiter dimicauit, & uicit. Deſpicit deniq; blandientem, & renuit minantem, incendium intẽdit, & ridet. Neſcit amare aliquid quod tranſit, & dum nimis uirginitatem diligit, nec ludibria, nec flammas, nec ſupplicia, nec carnifices metuit, poſtremo nec gladium furentis perciſſoris expauit. Compellitur uirgo ornamenta ſuſcipere corporis, ſed renuit, quoniam iam ſuſceperat ornamenta mẽtis. Et quia non de elegantia corporis humani placere ſtudebat, quia timebat de fœditate animæ Domino diſplicere, dabat intus per fidem ſuæ mentis candorem, pulchritudinẽ excolebat animæ, & quantum ſciebat, ut animam ſuam pulchram faceret, tantum in ſua anima erubeſcebat ſe eſſe formoſam, tanto ſtudens diſplicere carnalibus in carnis aſpectu, quanto inſtitit Chriſto & eius angelis cõplacere. Turbatur iuuenis à puella contemptus, & ſe muneribus complacere poſſe exiſtimans, aurũ, gẽmas, congeminas ueſtes, prædia pretioſa connectit. Sed quia Chriſti charitas pecuniarum nõ habet precium, uirginitas ſacratiſſima in ſuo gradu uſq; in ſanguinis effuſionem permanſit, quoniam ſuo illam ſanguine ſubarrauerat Chriſtus. Ad concupiſcentem igitur reuertitur cenſus, & inconcuſſa uirginitas Chriſto ſemel oblata perdurat. Diſcite uirgines Chriſti, normam puellaris exempli, & oblata ſub ſpecie pietatis uirorum munuſcula, tota intentione reſpuite, & quaſi rabidi canis morſus omni cum gaudio recuſate. A quo non receperis quo timeas deum, nõ accipias quo diligas mundũ. Accipe uirgo, ſed quod amori æterno pficiat. Quodcunq; ab homine cõſecuta fueris cẽſum, ſic accipe, ut te Chriſti cognoſcat ſpõſam. Videt ille intus in mente qd facias, & q̃ expetẽter eius uirgines commiteris, attẽdit. Videte ergo quomodo Agnes ſequ-

tur

tur Mariam per opprobria. Nullũ potuit penitus formidare ſuppliciũ, cui etiam lupanar turpidinis, locus efficitur orationis: & ubi ei diabolus corruptionis præparauerat ignominiam, illic eam percipere fecit dominus coronam ſuæ uirginitatis & palmam, hoc eſt, in ſuis ſedibus hoſtes uincere, captiuam ductam uirginem ad penetralia regis libidinum, ipſum regem a uirgine quam captiuauerat uictum, & uictum cum uirginis triumpho exire. Nam qui tenuerat, tentus eſt: qui traxerat, tractus eſt: qui occidere ſe putabat, occiſus eſt. Denique ut probemus diabolũ a uirgine iſta tunc fuiſſe uictũ, illius iuuenis factum ad animũ reuocemus, quem contra Agnetis infantiam ſic armauerat inimicus ut nudam faceret trahi per uulgus ad lupanar, ſub uoce præconantis ducis, populum ad libidinem inuitatis. Hunc ergo ducem fuiſſe diaboli nemo qui dubitet, & uicto duce populum ſuperatum eſſe, omnibus notum eſt: ſuperatis autem cum duce ſuo populis, tyrannum tenere captiuũ omnibus patet. Conſtat ergo diabolum ſuperatum, quoties cõtra uirginem arma arripuit. Nam expoliata uirgo tegitur crinibus, & nudata ab hominibus malis, ueſtitur ab angelis bonis: & dãnata in proſtibulo turpitudinis, in gremio apparuit caſtitatis. Efficitur oratorium angelorum, locus qui perditarum fuerat animarum: & ubi ſemper naufragauerat caſtitas, illic eſt coronata uirginitas. Denique populos quos præco ad libidinem inuitauerat, uirgo ad caſtitatem obtinuit: & quos ad eam diabolus inquinatos induxit, illa à ſe mũdos eiecit. Omnes nanque ſingulatim ingreſſi, unus alterius ſuſtinebat ingreſſum. Quem egreſſum dum non crederet mundũ, ſe exhibebat immundum. Sed ingreſſus ad libidinem, ad adorãdum dominũ meritis uirginis tenebatur: & exibat inde dei ſeruus, qui ſeruus diaboli intus fuerat ingreſſus: & toti facti ſunt Chriſti cultores, quos diabolus uirginis ſe putauerat inueniſſe corruptores. Remanſit igitur iuuenis qui autor huius extiterat probationis, qui ſe putabat defenſorem uirginis ſuperare. Hic dum ſplendori cœleſti non ceſſit dans honorem, uitam quam habere uidebatur amiſit, & mortẽ quã quærebat inuenit. Ridentibus lachrymæ ſucceduor, & inſultantibus finẽ lamentationes imponunt. Attendit uero lugentẽ iudicem, & quẽ minantẽ ante cõtempſerat, nunc deprecantẽ exaudit. Ilico igitur ut cœpit orare pro mortuo, & a mortuis excitat ſaluũ, qui morti fuerat deputatus: & ad gaudiũ euocat, qui fuerat præcipitatus ad luctũ, nã qui inceſtus fuerat mortuus, exurgit caſtus: & fit prędicator caſtimoniæ, qui perſecutor extiterat caſtitatis. Ad hæc ſacrilegi conturbantur in tẽplis, & Chriſtũ hęc mirabilia faciẽtẽ contremiſcũt. Excitant ſeditiones ignobilis uulgi, ut ratio quę ſuadebat finem, ſeditionũ clamoribus pulſa, locũ in mẽtibus hominũ inuenire nõ poſſet. Pater uero ſuſcitato filio triſtis abſceſſit, & ut legitur, turbis furentibus uicariũ derelinquit. Virgineo itaque corpori ſtridentes pręparantur flammę, ſed corpus quod incendia libidinũ ſuperauerat, refrigeriũ in medijs flãmis inuenit. Et quę ad hoc focos ingreſſa fuerat ut arderet, cœpit per ſanctã uirginitatẽ algere, ut diſceret uirginitas ſibi flãmas incendia penitus dñari non poſſe. Nec illos periſſe æſtimes, quos pro nomine Chriſti cõſumpſit incẽdium. Nanque cũ legis Eliam ignibus raptũ, & tres pueros in medijs flãmis nulla ratione cõſumptos, aut dum Laurentiũ in craticula aſſatũ recolis, atque Agnetẽ ſicut Teclam flammarũ globos euaſiſſe cognoſcis, nullam in his ſuſpiceris uarietatẽ fidei tũc fuiſſe. Vna etenim fides ſanctos dei in paſſione exercuit, & diuerſo generi gloriarũ reddidit utroſque uictores. Nam qui cõſumptus eſt, martyr exultat: & qui euaſit, uictor exultat. Et Iſaias ſectus, martyrem ſe fecit: & Daniel leonum rabiem morſusque contemnens, probatiſſimum dei confeſſorẽ expreſſit. Quo facto utroſque Chriſtus diaboli oſtẽdit eſſe uictores. Vnus enim moritur & triumphat, alius euadit & regnat. Venias uirgo ad thalamũ quem quæſiſti, & pro amore ſponſi gladium percuſſoris admitte, ut ſpõſam te uirginitas immaculata comprobet Chriſti, & martyrẽ confeſſio probata conſignet. Fœlix caterua uirginũ, quibus ſtudium eſt tuæ ſequi confeſſionis ueſtigia. Habebunt enim te cum coronam in cœlo, quæ tecum ſuperauerunt inimicum in mundo. Nam ſicut tibi ueſtigia Marię proſequenti, participatio æternę remunerationis apparuit, ita eis te imitantibus æterna credimus gaudia non neganda. Itaque o ſplendida Chriſto, & pulchra dei filio, & omnibus angelis & archangelis grata, ut noſtri meminiſſe digneris, quibus poſſumus precibus exoramus, ut nobis ille tribuat peccatorũ indulgentiam, qui tibi tuorum omnium laborũ tradidit palmam, qui regnat cũ patre &c. — Dan. 14

IN CONVERSIONE S. Pauli. Sermo B. Auguſtini.

HOdie dilectiſſimi, nobis lectio de Actibus Apoſtolorum hæc pronunciat, ubi Apoſtolus Paulus ex perſecutore Chriſtianorũ, annunciator factus eſt Chriſti. Proſtrauit enim eũ Chriſtus, percutiens & ſanans, occidens & uiuificans. Occiſus eſt agnus à lupis, Chriſtus a Iudæis, ſed faciens agnos de lupis. Ita enim & in pręclara prophetia, cũ Iacob patriarcha benediceret filijs ſuis pręſentia tangens, futura proſpiciens, prædictũ erat quod in Paulo cõtigit. Erat autẽ Paulus ſicut ipſe teſtatur, de tribu Beniamin. — Phil. 3. Cum autẽ Iacob benedicẽs filios ſuos, ueniſſe ad benedicendũ Beniamin ait de illo: Beniamin lupus rapax. — Gen. 49 Quid ergo? Lupus rapax ſemper eſt? Abſit. Sed quid? Mane rapiet prædam, ad ueſperam diuidet eſcas. Hoc in Apoſtolo Paulo impletũ eſt, quia de illo dictum erat. Iam ſi placet, audiamus illum mane prædã rapientem, ad ueſperam eſcas diuidẽtem. Mane & ueſpere poſitũ eſt pro eo, ac ſi diceretur: prius rapiet, & & poſtea diuidet eſcas. Quid rapiet? Prędã. Et quid diuidet? Eſcas. Attẽdite raptorem Saulus, inquit, acceptis epiſtolis à principibus ſacerdotum ibat. Et quo ibat? Scilicet ut ubicunque inueniret Chriſticolas, ad ſacerdotes attraheret & adduceret, utique puniẽdos. — Act. 9. Ibat, inquit, & quo ibat? Spirans & anhelans cædes, hoc eſt, mane rapiẽs. Nã & quando lapidatus eſt beatus Stephanus primus martyr pro nomine Chriſti, ex eis unus erat & Saulus, qui ſic aderat lapidantibus, ut non ei ſufficeret, ſi tantum ſuis manibus lapidaret. — Act. 7. Vt enim eſſet in omnium lapidantium manibus, ipſe omnium ueſtimẽta ſeruauit, magis ſeruiens omnes adiuuando, quã ſuis manibus lapidando. Audiuimus, mane rapiet prædam, uideamus qualiter ad ueſperã diuidit eſcas. Voce Chriſti de cœlo proſtratus, & accipiẽs deſuper interdictum iam ſæuiendi, cecidit in faciẽ ſuã. Saulus prius proſternendus. Paulus poſtea erigẽdus: prius percutiendus, poſtea ſanandus. Non enim in illo poſtea Chriſtus uiueret, niſi occideretur

in en quod prius male ante uixiſſet. Quid ergn pro
Act. 9. ſtratus audiuit? Saule, Saule quid me perſequeris? Durum eſt tibi cnntra ſtimulum calcitrare. Quis erat qui inqnebatnr? Chriſtus. Vnde lnquebatur? E cœln. Vbi lnquebatur? In terra. Et cui lnquebatur? Saulo. Quid lnquebatur? Quid me perſequeris? ait. Quis eum tangebat? Aliquis. Vt oſtēderet ſe in cœlo pati, quod membra patiebātur in terra, ait: Quid me perſequeris? Ille caput, & nns membra. Quicquid membra patiuntur, caput prn membris clamat. Si tibi aliquis fnrte pedē calcaret aut manum, ſiue latus foderet, caput prn membris clamaret, calcas me. Et Saulus ad dominum: Quis es domine? Et unx deſuper: Egn ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſeqneris. Membris adhuc in terra poſitis, caput in cœlo clamat. Et non dicebat, quid perſequeris fideles meos? ſed, quid me pſequeris? Et ille: Quid iubes me facere? Iam parat ſe ad obediendum, qui prius ſæuiebat ad perſequendū. Iam formatur ex perſecutnre prędicatnr, ex lupn nuis ex hnſte miles. Audiat quid facere debeat cæcus ſane factus, ut interiori luce fulgeret cor eius. Exterior lux ad tempus ſubtracta eſt perſecutnri, ut redderetur interinr prædicatnri. En tamen tēpore quo cætera nnn uidebat, Ieſum uidebat. Ita & ipſa eius cęcitas informabat ſun myſterin fidē credentium, quod qui credit in Chriſtum, ipſum intueri debet. Cætera creatura uileſcat, ut creatnr in corde dulceſcat. Videamus ergn. Adductus eſt ad Ananiam, & Ananias interpretatur ouis. Ecce lupus rapax addducitur ad ouem ſequendam, nnn rapiendam. Sed ne rapientem repente nuis expaueſceret lupum, ipſe paſtor de cœlnqui omnia hęc faciebat, nunciauit lupum uenturum oui, ſed non ſęuiturum, & tam immanis fama lupum illum præceſſerat, ut non poſſit nuis auditn nomine eius non perturbari. Nam cum dominus Ieſus eidē Ananiæ nunciaret iam ueniſſe Saulum, ut crederet ad eum Ananias ire ſe debere, ait Ananias: Domine, audiui à multis de uiro hoc, qund multa mala in ſanctis tuis nperatus eſt in Hieruſalem & nunc literas accepit à principibus ſacerdotum, ut ubicunq; inuenirer tui nominis ſectatores, pertrahat. Dnminus autem ad illum: Sine, ego oſtendam illi, quanta illū oporteat pati prn nomine meo. Mira & magna res geritur. Lupo ſæuitia interdicitur, lupus ad ouem captiuus ducitur. Tanta autem præceſſerat fama lupi raptoris, ut eius nomine auditn, timeret ouis etiam ſub manu paſtoris. Confortauit ne iam putet ſæuiētem, ne timeat tlmentem. Ab agno pro ouibus mortuo, fit ouis ſecura de lupo. Egn, inqt, illi nſtendam, quanta illum npnrteat pati pro nnmine meo. Vbi terrnr? ubi Saulns? Qui faciebat cōtra Chriſti nomen, iam patitur pro Chriſti nnmine. O ſæuitia, o miſericordia. Vides illum parare ferrum? ſecaturus eſt, nō perempturus: curaturus, non nccifurus. Chriſtus dicebat: Ego oſtendā illi, quanta opnrteat illum pati pro nnmine meo. Sed quo fine, quomodn in fine patitur nmnia pro nnmine eius, ſuimetipſius uerbis audite: Non ſunt con-
Rom. 8. dignæ paſſinnes huius tempnris ad ſuperuenturā gloriam quæ reuelabitur in nnbis. Ac ſi dicat: Sæuiat mundus, fremat mundus, concrepet mundus linguis, coruſcet armis, quicquid poteſt faciat: ad id qund percepturi ſumus, nulla quantitate cnæquari poteſt. Magna ſunt quæ expectabat, idcircn pro his acquirendis cuncta pati æquanimiter tolerabat. Nam & quiſq; operarius deficeret in uia, niſi attenderet quid accepturus eſſet in patria. Iſta cngitantes, non deſperemus fratres, quia etſi peccatnres ſumus, magnum medicū habemus. Ipſum audite. Non ueni, inquit, uncare iuſtos, ſed peccatnres ad pœnitentiā. Hoc ipſe Apnſtolus commemorat in epiſtnlis ſuis. Dicit enim ad hnc ſibi omnium peccatorum ſunrū ueniam datam, ut nemo
deſperet de ſe, qui fuerit magnis peccatis inuolu- 1. Ti. 1.
tus, & multis ſceleribus irretitus, quaſi non ſit ueniam acceptnrus ſi conuerſus fuerit ad eū, qui pendens in cruce pro perſecutoribus nrauit dicens:
Pater, ignoſce illis, qa neſciunt quid faciūt. Gratia Luc. 23
enim dei efficimur ſalui à peccatis nnſtris, in qbus ægrotamus, largiente ipſo dnminn noſtrn, qui uiuit & regnat in unitate ſpirituſſancti deus &c.

DE EODEM FESTO
Matt. xix.

¶In illo tempore: Reſpondens Symon Petrus, dixit ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliq. Homilia B. Hieronymi.

TVNC *reſpondens Symon petrus, dixit: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis.* Grandis fiducia, Petrus piſcatnr erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quęrebat, & tamen loquitnr confidenter, reliquimus nmnia. Omnia reliquit, qui uoluntatem habendi deſeruit. Etenim quia nnn ſufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum eſt, & ſecuti ſumus te. Fecimus quod iuſſiſti. Quid ergn dabis nnbis præmij? ¶ *Ieſus autē dixit eis: Amen dico uobis, quod uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Non dixit, qui reliquiſtis omnia, hnc enim & Sncrates fecit philnſophus, & multi alij qui diuitias cnntempſerunt, ſed qui ſecuti eſtis me, quod prnprium apnſtolorum eſt atque credētium. In regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, quandn ex mortuis de corruptinne reſurgent incorrupti: ſedebitis & uos in ſolijs iudicantium condemnantes duodecim tribus Iſrael, quia uobis credentibus illi credere noluerunt. ¶ *Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut ſororos, aut patrem, aut matres, aut uxores, aut filios aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternā poſſidebit. Multi autem erūt primi nouiſſimi & nouiſſimi primi.* Lncus iſte cum illa ſentētia cō-
gruit, in qua ſaluatnr loqiur: Nō ueni pacē mitte- Mat. 10.
re, ſed gladiū. Veni enim hnminē ſeparare a patre ſuo, & matrem a filia, & nurum a ſocru, & inimici hnminis dnmeſtici eius. Qui ergn propter fidem Chriſti & prædicationem euangelij, omnes affectus cnntempſerint, atq; diuitias & ſeculi unlnptates, illi centuplum accipient, & uitam æternā poſſidebunt. Ex occaſinne huius ſentētiæ, quidam introducunt mille annos pnſt reſurrectionem, dicentes nnbis tunc centuplum nmnium rerum quas dimiſimus, & uitam eſſe reddendam, non intelligentes, quod ſi in cęteris digna ſit reprnmiſſio, in uxoribus appareat turpitudo, ut is qui unam pro domino dimiſerit, centum recipiat in futuro. Senſus ergn iſte eſt: Qui carnalia prn ſaluatnre dimiſerit ſpiritualia recipiet, quæ comparatione & merito ſui ita erunt, quaſi paruo numero centenarius numerus

merus compareтur. Vnde dicit & Apoſtolus, qui
unam tantum domum,& unius prouinciæ paruos
agros dimiſerat: Quaſi nihil habentes, & omnia
poſſidentes. ¶ *Amen, inquit, dico uobis, quod uos quiſe*
cuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis
in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duo
decim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Hic diſcimus
cum ſuis diſcipulis iudicaturum Ieſum. Vnde & ali
Lucę.11. bi Iudæis dixit: Si ego in Beelzebub eijcio dæmo
nia, filij ueſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices ue
Mat.12. ſtri erunt. Nec quoniam ſuper duodecim ſedes ſeſ
ſuros eſſe ait, duodecim ſolos homines cum illo iu
dicaturos putare debemus. Duodenario quippe
numero, uniuerſa ſignificata eſt iudicantium mul
titudo, propter duas partes numeri ſeptenarij,
quo ſignificatur plerunque uniuerſitas. Quæ duæ
partes, id eſt, tria & quatuor, altera per alteram
multiplicatæ, duodecim faciunt. Nam & quatuor
ter, & tria quater, duodecim ſunt, & ſi qua alia hu
ius duodenarij numeri quę ad hoc ualeat, ratio re
peritur. Alioquin quoniam in locum Iudæ tradi
toris apoſtolum Matthiam legimus ordinatū, apo
1.Cor.15 ſtolus Paulus qui plus omnibus illis laborauit, ubi
iudicandum ſedeat, nō habebit. Qui profecto cum
alijs ſanctis ad numerum iudicum ſe pertinere de
monſtrat, cum dicit: Neſcitis quia angelos iudica
1.Cor.6 bimus? De ipſis quoq; iudicandis, in hoc numero
duodenario ſimilis cauſa eſt. Non enim quia dictū
eſt, iudicantes duodecim tribus Iſrael, tribus Leui,
quæ tertiadecima eſt, ab eis iudicanda nō erit, aut
illum ſolum populum, non etiam gentes cæteras
iudicabunt. Quod autem ait: In regeneratione,
proculdubio mortuorum reſurrectionem nomi
ne uoluit regenerationis intelligi. Sic enim caro
noſtra regenerabitur per incorruptionem, quem
admodum eſt anima noſtra regenerata per fidem.

IN PVRIFICATIONE S. Mariæ: Sermo B. Auguſtini.

HOdiernus dies fratres chariſſimi magnum no
bis contulit gaudium, in quo Chriſtus infans
in templo eſt pręſentatus. Exultēt uirgines,
uirgo peperit Chriſtū. Nihil in ea quod uouerunt
putent exterminatum, manſit uirgo poſt partum.
Exultent uiduæ, infantem Chriſtum uidua Anna
cognouit. Exultent coniugatæ, naſciturum Chri
Lucæ.2. ſtum dominū Elizabeth nupta prophetauit. Nul
Lucæ.1. lus gradus prætermiſſus eſt, de quo non haberet
teſtimonium ſalus omnium. Nunquid enim ſolæ
uirgines ad cœlorū regna perueniunt? Perueniunt
& uiduæ. Magni meriti fuit illa uidua ſancta An
na. A uirginitate enim ſua ſeptem annis uixerat
cum uiro ſuo. Quo defuncto, uſque ad ſenilem æta
tem peruenerat ſenectute ſancta. Octoginta nam
que gerens annos, infantiam expectabat ſaluato
ris, ut paruum uideret annoſa, paruum cognoſce
ret anicula, intrantem in mundum ſaluatorem ui
deret itura. Et in maſculino ſexu tria ipſa genera
commendata ſunt. Ipſe Dominus Chriſtus natus
puer eſt in templo præſentatus, exultēt pueri, con
tinentiā uouētes puero. Ipſe integritatē pueritiæ
cōſecrauit, qui ſuę matri fœcunditatē attulit, uirgi
nitatem nō abſtulit. Simeon ille ſenex diu uixerat,
cuius ætas comparata eſt Annæ, & audierat reſpō
ſum quod non eſſet uiſurus mortem, niſi prius ui
deret Chriſtum domini. Intelligite fratres quan
tum deſiderium habebant antiqui ſancti uidendi
Chriſtum. Sciebant ipſum eſſe uenturum, & omnes
qui pie uiuebant, dicebant: O ſi hic me inueniat
illa natiuitas. O ſi quod credo in ſcripturis dei, ui
deam oculis meis. Et ut noueritis quantum deſide
rium habebant ſancti qui nouerant de ſcripturis
uirginem parituram, ſicut audiſtis cum Iſaias lege Iſaiæ.7.
retur, Ecce uirgo in utero concipiet & pariet fili
um, & uocabitur nomen eius Emanuel. Emanuel Matt.1.
quid ſit, euangelium nobis aperuit, dicens: Quod
interpretatur, nobiſcum deus. Non tibi ergo ſit
incredibile quæcunque infidelis anima, non tibi
uideatur impoſſibile, ut uirgo pareret, & uirgo
pariens permaneret. Intellige natum deum, & nō
miraberis uirginis partum. Vt ergo noueritis an
te quos ſanctos & iuſtos deſideraſſe uidere, quod
conceſſum eſt huic ſeni Symeoni, dominus noſter
Ieſus Chriſtus ad diſcipulos loquens, ait: Multi iu
ſti & prophetæ uoluerunt uidere quę uos uidetis,
& non uiderunt: & audire quæ uos auditis, & non
audierunt. Multum ſenex iſte Symeon fuit ad au
diendum ſerus, ſed ad uidendum maturus. Non ex
pectauit ut Chriſtum audiret loquentem, quoni
am uidit infantem. Et hoc illi tantum conceſſum
erat iam decrepito, quaſi deſideranti & ſuſpiran
ti, & dicenti quotidie in orationibus ſuis, Quan
do ueniet? Putas me hic inueniat illa natiuitas? Pu
tas iſti oculi uidebunt, per quem cordis oculi reue
labuntur? Dicebat iſta in orationibus ſuis, & pro
deſiderio ſuo accepit reſponſum, quod non guſta
ret mortem niſi prius uideret Chriſtum domini.
Geſtabat eum Maria mater eius infantem, uidit
ille & agnouit. Vbi nouerat quod agnouit? Intus
eſt reuelatus, qui foris eſt natus, uidit & agnouit.
Agnouit Symeon infantem iacentem, & occide
runt Iudæi iuuenem miracula facientem. Cum er
go cognouiſſet, accepit eum in ulnas ſuas, hoc eſt,
in brachia ſua, & amplexus eſt eū, portabat a quo Sap.8.
portabatur. Ipſe enim eſt Chriſtus ſapientia dei,
attingens a fine uſq; ad finem fortiter, & diſponēs
omnia ſuauiter. Quātus ibi erat & quam magnus,
& quam paruus fuerat factus. Paruus factus, par
uos quærebat. Quid eſt paruos quærebat? Non ſu
perbos & elatos, ſed humiles & mites quærebat.
In præſepi dignatus eſt poni, ut eſſet piorum ciba
ria iumētorum. Accepit ergo eum Symeon in bra Lucæ.2.
chia ſua, & dixit: Nunc dimittis domine ſeruū tuū
in pace. Dimittis in pace, quia uideo pacē. Quare
ergo dimittis in pace? Quia uiderunt oculi mei ſa
lutare tuum. Salutare dei Chriſtus dominus. An
nuntiate diem ex die, ſalutare eius. Habetis ergo
pueri puerū Chriſtū, ſancti ſenes ſenē Simeonem.
Si autem quæritis, ut de cōiugatis aliquis uir teſti
monium domino perhibeat, Zachariam conſidera
te. Nemo ergo quęrat aliud fratres mei Chriſtia
ni fideles, aut uirgo, aut uidua, aut coniugata, aut
uir, aut continens, aut uxoratus, quicquid plus eſſe
quiſq; uoluerit, non inueniet quod ad Chriſtum
pertineat. Sed nunquid ſicut natus eſt Chriſtus, ſic
remanſit? Creuit, ad iuuentutem peruenit, ſed in
ſenectutem nō declinauit. Creſcat ergo fides tua,
robur inueniat, ad ſenectutem perueniſſe neſciat.
Sic pertinebis ad Chriſtum filium dei in principio
uerbum, uerbum apud deum, uerbum deum, ſed
uerbum caro factum, ut habitaret in nobis. Maie
ſtas ibi latebat, ubi infirmitas apparebat. Simeon
in manus ſuas infirmitatē accepit, ſed maieſtatem
intus agnouit. Nemo contemnat Chriſtum natum
& infantē, in tēplo præſentatū, ſi uult eſſe renatus.
Ad illū pertinuit, ꝓpter nos naſci, ad nos pertineat

in illo renaſci, qui uenit in hunc mundũ peccato-
Ioh. 1. res ſaluos facere. de quo Iohannes in euangelio di
cit: Hic eſt agnus dei, hic eſt qui tollit peccata mũ-
di, Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui uiuit & re-
gnat in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM FESTO

Lucæ. 2.

¶ In illo tempore: Poſtquam impleti ſunt
dies purgationis Mariæ ſecundum legem
Moyſi, tulerunt Ieſum in Hieruſalem, ut
ſiſterent eum domino, ſicut ſcriptum eſt in
lege domini. Et reliqua. Homilia uenera-
bilis Bedæ presbyteri.

SOlennitatem nobis hodiernę cœlebritatis
quam quadrageſimo dominicę natiuitatis
die debitis ueneramur officijs, maxime eiuſ
dem domini ſaluatoris noſtri, ſimul & inte
meratæ uirginis genitricis eius humilitate
dedicatam, ſacra euangelij lectio deſignat, expo-
nens eos qui legi nihil debebant, implendis ſe lega
libus per omnia ſubdidiſſe decretis, ſicut modo cũ
legeretur audiuimus. *Poſtquam impleti ſunt dies pur
gationis eius, (uidelicet matris illius) ſecundum legem
Moyſi, tulerunt illum in Hieruſalem, ut ſiſterent eum do*
Exo. 34. *mino, ſicut ſcriptum eſt in lege domini:* Quia omne ma-
ſculinum adaperiẽs uuluam, ſanctum domino uocabitur.
Præcepit nanque lex, ut mulier quę ſuſcepto ſemine
Leui. 12. peperiſſet filium, immunda eſſet ſeptem diebus, &
in die octaua circunciderer infantulum, nomenque
aptaret, deinde etiam alios trigintatres dies ab in-
greſſu templi ac uiri thoro abſtineret, donec qua-
drageſimo natiuitatis die filium cum hoſtijs ad tẽ-
plum domini deferret. Primogenitum autẽ omnis
maſculini ſexus, ſanctum domino uocari, atque ideo
munda quęque offerri deo: immunda autem mundis
mutari, uel occidi, & omne primogenitum quinque
ſiclis argenti debere redimi. Si autem fœminã pe-
periſſet mulier, immunda fieri iuſſa eſt quatuorde
cim diebus, & ſexagintaſex alijs diebus a templi
ingreſſu ſuſpendi, donec octogeſimo natiuitatis
die, quæ dies purgationis eius uocabatur, illo ſe
ſuamque ſobolem hoſtijs ſanctificatura ueniret, ac
ſic demum ad thorum uiri libera redire deberet.
Intueamur fratres chariſſimi diligentius uerba le-
gis quæ propoſuimus, & uidebimus apertiſſime
quã beatiſſima dei genitrix & perpetua uirgo Ma
ria ſimul cum filio quem genuit, ab omni fuerit le-
gis ſubiectione liberrima. Cũ enim dicat lex, mu-
lierem quę ſuſcepto ſemine peperiſſet, immundam
decerni, & per longa tẽpora ſimul cum prole quã
genuiſſet, oblatis uictimis debere mundari, patet
profecto, quia illam quæ ſine uirilis ſuſceptione ſe
minis uirgo peperit, una cum filio qui natus eſt ei,
neque immundam deſcribat, neque per hoſtias ſaluta
res doceat eſſe mundandam. Sed ſicut dominus ac
ſaluator noſter qui diuinitatem legis dedit, appa-
Galat. 4. rens in homine fieri uoluit ſub lege, ut eos qui ſub
lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum re-
ciperemus: ita etiam beata genitrix illius, quæ ſin
gulari priuilegio ſupra legem fuit, pro oſtẽdendo
tamen humilitatis exemplo, legalibus ſubdi nõ re
fugit inſtitutis, iuxta illud uiri ſapientis: Quanto
Eccl. 3. magnus es, humilia te in omnibus. ¶ *Et ut darent*
(inquit) hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege domi
Leuit. 12. *ni, par turturum, aut duos pullos columbarum.* Hoſtia
hæc pauperum erat. Præcepit quippe dominus in
lege, ut qui poſſet, agnum pro filio uel filia, ſimul
& turturem ſiue columbam offerret: qui uero nõ ſuf
ficeret ad offerendum agnum, duos iam turtures
uel duos columbę pullos offerret. Ergo dominus
noſter per omnia memor ſalutis, non ſolum homo
fieri cum deus eſſet, ſed etiam cum diues eſſet, pau
per fieri dignatus eſt pro nobis, ut nos ſua pauper
tate & humanitate diuitiarum & diuinitatis ſuæ
donaret eſſe participes. Sed libet pauliſper intueri
cur hæ maxime uolucres in hoſtiam domini iuben
tur offerri, nam & Abraham patriarcha tanto an-
te legem tempore has in holocauſtũ domini legi-
tur obtuliſſe, & in plerisque legis ceremonijs, qui mun
dandus eſſet, per has iubebatur mundari Columba
ergo ſimplicitatem, turtur indicat caſtitatẽ: quia
& columba ſimplicitatis, & caſtitatis amator eſt
turtur, ita ut ſi cõiugem caſu perdiderit, nõ aliam
quærere curet. Vnde & in laudibus eccleſiæ loqui-
tur dominus: Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turtu-
ris. Et iterum: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce Cant. 1.
tu pulchra, oculi tui columbarũ. Genas quippe ut
turturis habet, qui ab omni impudicitiæ peſte ca-
ſtum ſe cuſtodit & immunem. Oculos habet colũ-
barum, qui nulli nocere deſiderans, etiam inimicos
ſimplici amore contuetur. Sed utraque auis memo-
rata, quia gemitum pro cantu edere ſolet, ſancto-
rum in hoc ſeculo deſignat ploratum, de quo domi
nus memorat, dicens: Amen amen dico uobis, quia Ioh. 16.
plorabitis & flebitis uos, mũdus autem gaudebit,
uos autem contriſtabimini, ſed triſtitia ueſtra uer-
tetur in gaudium. Et rurſum, Beati lugentes, quo- Matt. 5.
niam ipſi conſolabuntur. Merito ergo turtur & co
lumba domino offeruntur in hoſtiam, quia nimirũ
ſimplex & pudica fidelium conuerſatio, gratũ eſt
illi ſacrificium iuſtitię: quia qui laborat in gemitu
ſuo, qui lachrymis ſtratum ſuum ſingulas per no- Pſal. 6.
ctes abluit, acceptiſſimam prorſus deo uictimam
mactat. Cum uero utraque auis iſta propter conſue
tudinẽ gemendi, prçſentes ſanctorum luctus deſi-
gnet, in hoc tamen differunt, quod iſte turtur ſoli-
uagus, columba autem gregatim gemere conſue-
uit, & ob id iſte ſecretas orationum lachrymas, il-
la publicos eccleſiæ conuentus inſinuat. Bene antẽ
puer Ieſus primo circunciditur, ac ſic interpoſitis
diebus Hieroſolymam cum hoſtia defertur: quia
& ipſe iam iuuenis, prius omnis carnis corruptio-
nem moriendo aut reſurgendo calcauit, ac deinde
interpoſitis diebus cum ipſa carne iam immortali,
quam pro noſtra ſalute hoſtiã deo fecerat, ad gau-
dia ſupernæ ciuitatis aſcendit. Et unuſquiſque no-
ſtrũ prius aqua baptiſmi a peccatis omnibus quaſi
uera circuncisione purgatur, ac ſic proficiente gra
tia nouæ lucis, ad altare ſanctũ ſalutari hoſtia do-
minici corporis & ſanguinis conſecrandus ingre-
ditur. Nam & ipſa ſingulariter ſimplex & caſta no
ſtri ſaluatoris humanitas, quæ oblata eſt patri pro
nobis, non incongrue per immolationem colũbæ
ſiue turturis poteſt figuraliter exprimi. Sed & o-
mnis in fine mundi eccleſia, primo communi reſur
rectione cunctam terrenæ labem mortalitatis &
corruptionis exuet, ac deinceps in regnum cœle-
ſtis Hieruſalem bonorum uictimis operum, domi-
no commẽdata transferetur. Quod autem Simeon
& Anna, prouectę uidelicet ætatis uir & fœmina,
deuotis confeſſionum officijs dominum, quem cor
pore paruum uident, ſed magnum diuinitate intel
ligunt, excipiunt, illam profecto populi Iudæorũ
ſyna-

ſynagogam figurate denunciant, quæ longa incarnationis eius expectatione fatigata, promptis illum mox ut aduenit, & piarum ulnis actionum, & fidei nõ fictæ uocibus exaltare ac magnificare ſtuduit, acclamãs & dicens illi: Dirige me in ueritate tua, & doce me, quia tu es deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die. Sed & hoc dicẽdum, quia merito uterq; ſexus ei gratulabundus occurrerit, q utriuſq; redemptor apparebat. Magno ſane metu fratres chariſſimi audienda ſunt uerba, quibus idem Symeon de domino prophetans, matrem eius alloquitur: ¶ *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Deſideranter nanque multũ auditur, quod poſitus dicitur dominus in reſurrectionem multorum, quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur, quia ipſe dicit: Ego ſum reſurrectio & uita, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit & credit in me, nõ morietur in æternum. Sed non minus terribiliter ſonat quod præmittitur: Ecce poſitus eſt hic in ruinã. Infœlix nanq; eſt cognita reſurrectionis gloria deterius cadit, qui uiſa luce ueritatis grauioribus perratorũ nebulis obcæcatur. Vnde curandũ eſt nobis ſummopere, ut recta quæ cognouimus, operando ſemper exercere meminerimus, ne de nobis dicatur illud apoſtoli Petri: Quia melius erat eis uiam ueritatis non agnoſcere, quã poſt agnitionem retrorſum reuerti ab eo quod traditum eſt illis, hoc eſt, ſancto mandato. ¶ *Et in ſignum, inquit, cui contradicetur.* Signo dominicæ crucis ſæpe multi iudæorũ exterius, multi contradixere gentiliũ, multi quod eſt grauius) falſi fratres hoc interius profeſſionis ſuperficie ſequuntur, ſed ueritate prauæ actionis nimium perſequuntur, dicentes ſe noſſe deum, factis autem negantes ¶ *Et tuam ipſius animã pertranſibit gladius.* Gladium appellat dominicæ paſſionis effectum & mortis in cruce, qui Mariæ animã pertranſiuit, quia non ſine acerbo dolore potuit cruciſixũ mori tantem ſpi uidere, quẽ licet reſurrecturũ a morte quaſi deũ nullatenus ambigebat, quaſi ſua tamen e carne procreatum mori pauida dolebat. ¶ *Et reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Ante incarnationem dominicam uelatę erant cogitationes multorum, nec late patebat quis æternorum amore flagraret, quis cœlicis bonis tẽporalia mente præferret, ſed nato cœli rege in terra, cõfeſtim pius quiſq; gaudebat. Herodes autẽ turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Prædicante & miracula faciẽte, omnes turbę timebant, & glorificabant deũ Iſrael. Phariſæi autẽ & ſcribæ, dicta ac facta eius ſalutaria rabido ore carpebant. Paſſo in cruce, impij lætitia ſtulta, pij triſtitia iuſta replebantur: ſed reſurgente a mortuis, & aſcendente in cœlũ, horũ lętitia mœrore, illorũ mœſtitia eſt gaudio mutata perenni Sic ſpi iuxta prophetiã B. Symeonis apparente in carne domino, reuelatæ ſunt ex multis cordibus cogitationes. Nã hęc autẽ diſpẽſatiõ reuelatio cogitationum tunc ſolum facta in Iudæa, ſed nunc etiã apud nos credenda eſt actitari. Et nunc enim domino apparente, reuelantur ex multis cordibus cogitationes, cũ lecto uel prædicato uerbo ſalutis, alij audientiũ libenter auſcultant, gaudentes perficere actu quæ auditu didicerint: alij faſtidientes quæ audiunt, non hęc agendo patrare, ſed potius inſultãdo nituntur cõtradicere.

Vnde oportet fratres, ut quoties uerbum doctrinæ cœleſtis aliquid contrarium a duris auditoribus pati ſenſerimus, imitemur triſtitiam cordis eorum, qui paſſum in carne dei uerbum, digno dolore compaſſionis ſuſtinebant Quoties uero idẽ uerbum in auditorum fidelium mentes per dilectionem reſurgere, atq; ad gloriam conditoris noſtri per bona opera proficere uiderimus, gaudeamus cum eis qui Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, atq; ad cœlos aſcendere uotis aſpexere fœlicibus. Sane quoniam caſtas, ſimplices & gemebundas aues domino offerri cognouimus, quibus noſtra ſobrietas ſimplicitas, & compunctio cordis autori noſtro ſemper offerẽda ſignatur, oportet intueri diligentius, quia non fruſtra duo turtures aut duo pulli columbę, & unus ex his pro peccato, alter in holocauſtum offerri debere præcipitur. Duo nanq; ſunt genera compunctionis, quibus ſemetipſos domino fideles in ara cordis immolant, quia nimirum ſicut ex patrum dictis accipimus, deum ſitiens anima, prius timore compungitur, poſtea amore. Prius enim ſeſe in lachrymis afficit: quia dum malorum ſuorum recolit, pro his perpeti ſupplicia æterna pertimeſcit, quod eſt unum turturem ſiue pullum columbæ pro peccato offerre. At dum longa mœroris anxietate fuerit formido conſumpta, quędã iam de præſumptione ueniæ ſecuritas naſcitur, & in amorem cœleſtium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat ne duceretur ad ſupplicium, poſtmodum flere amariſſime incipit, quia diſfertur a regno: quod eſt de altero turture ſiue pullo columbę holocauſtum facere Holocauſtũ nanq; totum incenſum dicitur, & holocauſtum ſe ipſe domino facit, qui ſpretis omnibus terrenis, ſolo ſuper næ beatitudinis deſiderio æſtuate, ſolam hanc per luctum ac lachrymas quærere dulce habet. Contemplatur etenim meus qui ſint illi angelorũ chori, quæ ipſa ſocietas beatorum ſpirituum, quæ maieſtas æternæ uiſionis dei: & amplius plangit quia a bonis perennibus deeſt, quam flebat prius rum mala æterna metuerbat. Vtrang; autem noſtrę cõpunctionis grataner hoſtiam accipere dignetur, quia pro peccato lugentibus atq; afflictis clemen ter erratia dimittit, & pro ingreſſu uitæ cœleſtis tota mentis intentione feruentes, æternæ ſuæ uiſionis luce reficit, Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui uiuit & r.

IN CATHEDRA SANcti Petri.

INſtitutio feſti uitatis hodiernę, a ſenioribus noſtris cathedræ nomen accepit, ideo quod primus apoſtolorum Petrus hodie epiſcopatus cathedram ſuſcepiſſe refertur. Recte ergo eccleſię per orbem ſedis illius natalem colunt, quam Apoſtolus pro earum ſalute ſuſcepit, dicente domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Super hanc (inquit) petram, id eſt, ſuper dominum ſaluatorẽ, qui fideli confeſſori ſuo participium ſui nominis donauit. ¶ *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Portæ inferi, tormenta & blandimenta ſunt perſecutorum, quæ a ſtabilitate fidei aliquos deterrendo, introitum æternæ mortis aperiunt. Multæ itaq; ſunt portæ inferi, ſed harum nulla eccleſiæ quæ ſupra petram fundata eſt, præualet. Merito itaque cunctis eccleſiis honorandus, qui eas

pus

Marginal notes: Pſal. 24. — Luc. 2. — Ioh. 11. — 2. Pet. 2. — Mat. 2. — Mat. 16.

put eccleſiæ, & qui firmiſſimæ petræ ſoliditatem
ſecutus, inimicos Chriſti autoritate ſancti ſpiritus
confudit, & infatigatæ patientię fortitudine triū-
phauit, nec inferni (ut dictum eſt) porta aduerſus
eum præualuit, qui ſibi portę æternalis ingreſſum,
regem gloriæ confeſſus aperuit. Aut quomodo ei
non pateret porta illa uitalis, qui plenitudine ſan-
cti ſpiritus repletus, in patre filioq́ dei inſcrutabi
le unicæ maieſtatis aſſeruit ſacramentum, edocens
& oſtendens quæ eſſet in uno eodemque filio dei
& ſuſceptæ carnis ratio, & naturalis priuilegium
deitatis? Audierat profecto ſaluatorem ipſum di-
Joh. 10. xiſſe: Ego & pater unum ſumus, &: Qui me uidet,
Joh. 14. uidet & patrem meum. Hæc illum confeſſio & ho-
norabilem terris, & cœlo reddidit glorioſum. Pe-
Mat. 17. trum itaq; (ut diximus) fundamentum eccleſiæ no-
minauit dominus, & ideo digne hoc fundamentū
Pſa. 106 generalis eccleſia colit, ſupra quod ædificij ſui cel-
ſitudo conſurgit. Vnde conuenienter Pſalmiſta di
cit: Exaltent eum in eccleſia plebis, & in cathedra
ſeniorum laudent eum. Dignum ergo eſt, ut funda
mētum hoc in eccleſia honoretur, per quod ad cœ-
lum conſcenditur. Quod natalis ergo cathedrę ho
die colitur, ſacerdotale officium honoratur. Quæ
etiam tanto neceſſe eſt plus habeat in eccleſia di-
gnitatis, quanto ſacerdotale officiū plus honoris.
Dies ergo hæc a nobis fratres chariſſimi merito
honoratur, quia dum natalem cathedræ colimus,
epiſcopatum etiam Petri apoſtoli ueneramur. Ta-
men cum frequenter intra quadrageſimę dies eue
nerit, facere eam nobis debet ſanctorum dierum
reuerentia gratiorem. Et bene natalem cathedræ
inter ipſa ieiuniorum initia nobis deus præſtitit,
ut dies quæ erat prius intemperantiæ, nunc ſit ſo-
brietatis: quæ erat gulæ, ſit abſtinentiæ: quæ erat
peccati, ſit ſanctitatis. Huius autem ſolennij reli-
gio ſic eccleſiis introducta eſt: Cum enim pertran-
ſiret apoſtolus diſſeminās uerbum uitę, & iaciens
fundamentum eccleſiæ, cum appropinquaret An-
*Nicetā tiochiæ, cœpit per * Niciam & Aquilam tota ciui
tas audire, quia Petrus aduentaret. Omnis autem
populus Antiochię ciuitatis audientes Petrum ad-
uenire Antiochiam, occurrerūt ei, & pene omnes
maiores natu ac nobiles cineres ſparſerunt in capi
te, cilicio induti ſunt, nudis pedibus pœnitentiam
agentes, quod contra predicationem eius cum Sy-
mone mago conſenſiſſent. Hæc & his ſimilia proſe
quentes, offerunt ei uexatos languoribus, & fati-
gatos dæmonijs, paralyticos quoq; & diuerſa pe-
ricula patientes, & erat infinita multitudo ſimul
languentium. Quos uidens Petrus non ſolum pœ-
nitentiam agere de his quę de deo male ſenſiſſent
per Symonem, uerum etiam tam integram fidem
exhibere deo, ut omnes diuerſas ægritudines pati
entes, crederent per eum poſſe ſaluari, expandit
manus ſuas ad cœlum, & cum lachrymis orati-
onem effundens, gratiasq́ referens deo, dicebat:
Benedico te pater prædicande, qui omne uerbum
& promiſſum filij tui adimplere dignaris, ut agno
ſcat omnis creatura, quia tu ſolus es deus in cœlo
& in terra. Hæc & his ſimilia dicens, aſcendit in
eminentiorem locum, & iuſſit ante ſe poni omniū
ægrotantium multitudinem, quos omnes hac uocē
alloquitur: Similem uobis hominem me eſſe uiden
tes, nolite putare quod á me poſſitis recuperare ſa
lutem, ſed per eum qui de cœlo deſcendens, oſten-
dit ſibi credentibus integram animæ & corporis
medicinam, unde ueſtra fides teſtem habeat hunc
omnem populū, quia ex toto corde creditis in do-
minum Ieſum Chriſtum, ut ſciant etiam ſemetip-
ſos ab ipſo poſſe ſaluari. Cumque omnis multitu-
do infirmantium una uoce clamaret hunc uerum
deum quem Petrus annunciat, ſubito immenſum
lumen gratiæ dei in medio plebis apparuit, & cœ-
perunt paralytici currere ad pedes Petri ſani, cæ-
ci recepto uiſu clamare, claudi reſtaurato greſſu
gratias agere, languentes recepta ſanitate gaude-
re, nonnulli etiam ſolo flatu uiuentes, iam ſine ſen-
ſu & ſine uoce recuperati ſunt, omnes quoq; luna-
tici & dæmonijs pleni, liberati ſunt. Tantam itaq;
ſpiritusſanctus in illa die gratiæ ſuæ uirtutē oſten
dit, ut omnes á minimo uſq; ad maximum una uo
ce confiterentur deum. Et intra ſeptem dies pluſ-
quam X. millia hominum credentes deo, baptiza-
ti ſunt, & ſanctificatione cōſecrati, ita ut omni aui
ditatis deſiderio, Theophilus qui erat cunctis po-
tentibus in ciuitate ſublimior, domus ſuæ ingen-
tem baſilicam eccleſię nomine conſecraret. In qua
baſilica Petro Apoſtolo ab omni populo cōſtituta
eſt cathedra, & omnis multitudo quotidie ad au-
diendum uerbum illuc conueniens, credebat ſanæ
doctrinæ, quę omniū eſt efficacia ſanitatum. Tunc
accedēs Fauſtinus, procidit ad pedes Petri, dicēs:
Semina uerbi tui quæ ager mentis meæ accepit,
iam nata ſunt, atq; ad fœcundam maturitatē pro-
uecta: repone me in horreo dominico, faciens me
menſæ diuinę participem. Tunc Petrus cum omni
alacritate apprehendens manū eius, tradidit eum
Clemēti & fratribus ſuis, dicens: Sicut patri filios
reſtituit deus, ita te patrem filij reſtituunt deo. In-
dixit autem ieiunium omni plebi, & ueniente die
dominica baptizauit eum, atq; in medio populi ex
conuerſione eius ſumens materiam, omnes cauſas
eius expoſuit, ita ut omnis ciuitas quaſi angelum
aſpiceret, & non minorem ei gratiam quam Apo-
ſtolo exhiberet. Poſtera autem die Petrus populū
conuenire iubet, & uno ex his qui eum ſequeban-
tur ordinato epiſcopo, alijs etiam preſbyteris, ba-
ptizatis quoq; plurimis, & omnibus qui erant ue-
xati dęmonibus uel languoribus, ſanatis redditis,
demoratus eſt ibi aliud triduum, cunctisque rite
compoſitis, & eccleſiam Chriſti conſtituens, & ua
ledicens eis, Laodiceam proficiſcitur multum de-
ſiderabilis. Poſt hęc autem Petrus Romam ueniēs,
multas turbas populorum ad fidem domini noſtri
Ieſu Chriſti ſua predicatione cōuertit, cui eſt glo-
ria & honor in ſecula ſeculorum. Amen.

IN EODEM FESTO.

Matthæi xvi.

¶In illo tēpore: Venit Ieſus in partes Cæ-
ſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos
ſuos dicens: Quem dicunt homines eſſe fi-
lium hominis? Et reliqua. Homilia uene-
rabilis Bedæ preſbyteri.

LEctio ſancti euangelij, quā modo fratres
audiſtis, iſto intentius cogitanda, ac ſine
obliuione eſt iugiter retinenda, quanto
conſtat, quia magnam nobis fidei perfe-
ctionem commendat, magnum eiuſdem
perfectæ fidei contra omnia tentamēta robur æq;
demonſtrat. Si enim ſcire uolumus quomodo in
Chriſtum credi oporteat, quid lucidius eo quod Mat. 14.
ait ad eum Petrus: Tu es Chriſtus filius dei uiui?
Rurſus ſi audire delectat quantum hæc fides ua-
leat,

leat, quid apertius eo quod ait dominus de eccle-
ſia, quę ſuper eum ædificanda erat, & portæ inferi
non præualebunt aduerſus eam? Sed hæc ſuis in lo
cis plenius exponentur. Nunc autem reuertentes
ad explanandam in ordine lectionem dominicam,
primo uideamus de loco in quo habita memorat.
¶ *Venit (inquit) Ieſus in partes Cæſareæ Philippi.* Phi
Luc. 3. lippus, ut Lucas teſtatur, erat tetrarcha Itureæ &
Trachonitidis regionis. Hic ergo ſtatuens ciuita-
tem in loco ubi Iordanis ad radices oritur Libani
montis, & eſt terminus Iudææ contra ſeptentri-
onem, appellauit eam Cæſaream Philippi, in me-
moriam uidelicet nominis, pariterque honorem Ti-
berij Cæſaris ſub quo ipſe regnabat. In cuius par-
tes ueniens Ieſus, interrogabat diſcipulos ſuos, di-
cens. ¶ *Quem dicant homines eſſe filium hominis?* Non
autem quaſi neſciens ſententiam de ſe uel diſcipu-
lorum, uel extraneorum inquirit: ſed ideo diſcipu-
los, quid de ſe ſentiant interrogat, ut cõfeſſionem
rectæ fidei illorum digna mercede remuneret. Nã
ſicut interrogatis generaliter omnibus, Petrus reſ
pondit unus pro omnibus, ita quod Petro Domi-
nus reſpondit, in Petro omnibus reſpondit. Ideo
quid alij de ſe ſentiant inquirit, ut expoſitis primo
ſententijs errantium, diſcipuli probarentur ueri-
tatem ſuæ confeſſionis, non de opinione uulgata,
ſed de ipſo percepiſſe dominicæ reuelationis arca
no. Quem, inquit, dicũt homines eſſe filium homi-
nis? Pulchre homines appellat eos, qui de filio ho
minis tantũ loqui nouerant, quia diuinitatis eius
arcana neſciebant. Nam qui diuinitatis eius myſte
ria capere norũt, merito ſupra homines eſſe dicun
1. Cor. 2. tur, Apoſtolo atteſtante qui ait: Quod oculus non
uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcen-
dit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Qui cum
hęc de hominibus, hoc eſt, humana ſolũ ſapiẽtibus
corde, aure & oculo, præmitteret, mox de ſe ac de
ſui ſimilibus, quæ generalẽ humanitatis ſententiã
tranſcenderent, adiecit: Nobis autẽ reuelauit deus
per ſpiritum ſuũ. Cui ſimile eſt quod hic dominus
cũ interrogaſſet diſcipulos, quẽ eum dicerẽt homi
nes eſſe, & illi diuerſas diuerſorũ opiniones prom
pſiſſent, dicit illis: *Vos autẽ quẽ me eſſe dicitis?* Quaſi
ab hominũ generalitate illos ſequeſtrans, deos ac
dei filios per adoptionem factos inſinuans, iuxta
illud Pſal. Ego dixi, dij eſtis & filij excelſi omnes.
Pſal. 81. ¶ *Reſpondens Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus fi-
lius dei uiui.* Deum uiuum appellat, ad diſtinctionẽ
falſorum deorum, quos uario deluſa errore genti-
litas, uel de mortuis ſibi hominibus inſtituit, uel
maiore dementia de inſenſibili materia quos ado-
raret, creauit: de qualibus canitur in Pſalmis: Simu
lacra gentium, argentum & aurum, opera manuũ
Pſal. 113. hominum. Os habent, & non loquẽtur, &c. Notet
autem dilectio ueſtra quã mirãda diſtinctione ſit
factum, ut cum de utraque eiuſdem domini & ſalua
toris noſtri natura, ab ipſo domino, & a fideli eius
diſcipulo eſſet proferenda ſententia, dominus ipſe
humilitatem aſſumptæ humanitatis profiteatur,
diſcipulus excellentiam diuinæ æternitatis oſten-
tet. Dominus de ſe quod minus eſt, diſcipulus de
dño intimat quod maius eſt. Dominus de ſe quod
factus eſt propter nos, diſcipulus declarat de do-
mino quia ipſe eſt qui fecit nos. Sic & in euangelio
dominus multo crebrius ſe filium hominis, quam
filiũ dei appellare conſueuit, ut nos admoneat eius
diſpẽſationis quam pro nobis ſuſcepit. Sed nos ne-
ceſſe eſt tanto humilius diuinitatis eius alta uene-
rari, quanto illum meminimus pro noſtra exalta-
tione ad humanitatis infima deſcendiſſe. Si enim
inter ſacramẽta incarnationis eius, quibus redem-
pti ſumus, potẽtiam diuinitatis qua creati ſumus,
pia ſemper mente recolimus, fit ut ipſi quoque cum
Petro ſuperne beatitudinis mercede donemur. Nã
confitente illo Chriſtum filium dei uiui, uideamus
quid ſequitur. ¶ *Reſpondens autem Ieſus, dixit: Bea-
tus es Symon Bar Iona.* Conſtat ergo quia poſt uerã
Chriſti confeſſionem, uera beatitudinis præmia
reſtant. Sed intueamur intenti quale quantumue
ſit nomen illud quo perfectum ſui nominis confeſ
ſorem glorificat, ut huius etiam nos, ueraciter eum
confitendo, mereamur eſſe conſortes. ¶ *Beatus, in-
quit, es Simon Bar Iona.* Bar Iona Syriace, latine di-
citur filius columbæ. Filius autem columbæ recte
uocatur apoſtolus Petrus, quia uidelicet columba
multum ſimplex eſt animal, & ipſe prudenti ac pia
ſimplicitate dominum ſequebatur, memor illius
præcepti, quod cum ſuis condiſcipulis ab eodem
magiſtro ſimplicitatis ac ueritatis accepit: Eſtote Mat. 10.
prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut colum
bæ. Vel certe quia ſpiritusſanctus ſuper dominum
in columbæ ſpecie deſcendit, recte filius columbæ
nuncupatur, qui ſpirituali gratia plenus extitiſſe
monſtratur. Et iuſta laude dilectorem confeſſo-
remque ſuum dominus remunerat, cum eum ſan-
cti ſpiritus filium eſſe teſtatur, a quo ipſe filius dei
uiui aſſeueratur: quamuis hoc ipſum multum diſſi-
militer fieri nullus fideliũ dubitat. Ieſus enim Chri
ſtus filius dei per naturam: Petrus, ſicut & cæteri
electi, filius eſt ſancti ſpiritus per gratiam. Chri-
ſtus filius dei uiui, quia de ipſo natus eſt: Petrus fi-
lius ſpiritusſancti, quia de ipſo renatus eſt. Chri-
ſtus filius dei ante tempora, ipſe eſt enim dei ſapi- Pro. 8.
entia, quæ dicit: Dominus poſſedit me ab initio ui-
arum ſuarum antequam quicquam faceret a prin-
cipio. Petrus filius ſpiritusſancti ex eo tẽpore quo
ab illo illuminatus, gratiam diuinæ cognitionis
accepit. Et quia una uoluntas, eadem eſt operatio
ſanctæ trinitatis, recte cum dixiſſet: Beatus es Sy-
mon Bar Iona, id eſt, filius gratiæ ſpiritualis: pro-
tinus adiunxit, ¶ *Quia caro & ſanguis non reuela-
uit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt.* Pater quippe fi-
lio columbæ reuelauit, quia una eſt gratia patris
& ſpiritusſancti, eadem quoque & filij, quod facili-
mis ſacræ ſcripturæ probabitur exemplis. Dicit Gal. 4.
nanque de patre Apoſtolus: Miſit Deus ſpiri- Ioh. 15.
tum filij ſui in corda noſtra. Dicit ipſe filius de ſpi- 1. Co. 12.
ritoſancto: Cum autẽ uenerit paracletus quẽ ego
mittam uobis a patre. Dicit de ſpiritusſancto Apo
ſtolus: Hæc autem omnia operatur unus atque idem Ioh. 3.
ſpiritus diuidens ſingulis prout uult. Pater ergo
miſit ſpiritum, ſpiritus ipſe ubi uult ſpirat, quia
profecto, ut diximus, una eſt uoluntas & operatio
patris & filij & ſpiritusſancti. Et propterea conue
nienter dicitur, quia pater qui in cœlis eſt, reuela-
uerit filio colũbę myſterium fidei, quod ei caro &
ſanguis reuelare nequibat. Caro autem & ſanguis
recte intelliguntur homines ſapientia carnis in-
flati, columbinæ ſimplicitatis neſcij, ideoque a ſa-
piẽtia ſpiritus omnimodis auerſi: de quibus ſupra
dictum eſt, Chriſtum non intelligentes, alij Ioan-
nem baptiſtam, alij autem Eliam, alij uero Ieremi-
am, aut unum ex prophetis eſſe dicerent. De quali
bus dicit Apoſtolus: Carnalis autẽ homo nõ perci 1. Cor. 2.
pit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Sequitur: ¶ *Et ego di-
co tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædifica-*

noſtras ſuſpendis? Si tu es Chriſtus, dic nobis pa-
lam. Ille autem uos ad conſiderationem miraculo-
rum mittebat, dicens: Opera quæ ego facio, ipſa
teſtimonium perhibent de me, ut Chriſto teſtimo
nium dicerent, non uerba, ſed facta. Vos autē non
agnoſcentes ſaluatorem, qui operabatur ſalutem
in medio terræ ueſtræ, adijcientes in malo, aiſtis:
Ioh 8. Tu de teipſo teſtimonium dicis, teſtimonium tuū
Deu. 17. non eſt uerum. Sed ad hæc ille quid uobis reſpon-
derit, aduertere noluiſtis. Nonne ſcriptum eſt in
lege ueſtra, quod duorum hominum teſtimonium
uerum ſit? Præuaricatores legis, intendite legem.
Teſtimonium quæritis de Chriſto? In lege ueſtra
ſcriptum eſt, quod duorum hominum teſtimoniū
uerum ſit. Procedant ex lege non tantum duo, ſed
etiam plures teſtes Chriſti, & conuincant audito-
res legis, nec factores. Dic Iſaia teſtimoniū Chri-
Iſa. 7. ſto: Ecce uirgo, inquit, in utero conciplet, & pari-
et filium, & uocabitur nomē eius Emanuel, quod
interpretatur, nobiſcum deus. Accedat & alius te-
ſtis. Dic & tu Ieremia teſtimonium Chriſto. Hic
Barn. 3. eſt, inquit, deus noſter, & nō æſtimabitur alius abſ
que illo, qui inuenit omnem uiam ſcientiæ, & de-
dit eam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt
hæc uiſus eſt in terris, & cum hominibus conuer-
ſatus eſt. Ecce duo teſtes idonei ex lege ueſtra, ex
quorum teſtimonio non ſunt compuncta corda ue
ſtra. Sed alij atque alij ex lege Chriſti teſtes intro-
ducantur, ut frontes duriſſimæ inimicorum conte
rantur. Veniat & ille Daniel ſanctus, iuuenis quis-
dem ætate, ſenior uero ſcientia ac manſuetudine,
conuincat omnes falſos teſtes, ſicut conuicit ſenio-
res impudicos, ita ſuo teſtimonio Chriſti cōterat
inimicos. Dic ſancte Daniel, dic de Chriſto quod
Dan. 9. noſti. Cum uenerit, inquit, ſanctus ſanctorum, ceſ-
ſabit unctio. Quare illo præſente cui inſultantes
dicebatis: Tu de te teſtimoniū dicis, teſtimonium
tuum nō eſt uerum, ceſſarit unctio ueſtra, niſi quia
ipſe eſt qui uenerat ſanctus ſanctorum? Si, ut uos
dicitis, nondum uenit, ſed expectatur ut ueniat ſan
ctus ſanctorum, demōſtrate unctionem. Si autem
(quod uerum eſt) ceſſauit unctio ueſtra, agnoſcite
ueniſſe ſanctum ſanctorum. Ipſe eſt enim & lapis
ille abſciſſus de monte ſine manibus conſcindentiū
id eſt, Chriſtus natus de uirgine ſine manibus com
plectentium, qui tantum creuit ut mons magnus
fieret, & impleret uniuerſam faciem terræ. De quo
Iſaiæ. 2. monte dicit propheta: Venite, aſcendamus in mon
Pſal. 67. tem domini. Et de quo dicit David: Mons dei mōs
huberrimus, ut quid ſuſpicamini montes incaſea-
tos, montem in quo placuit deo habitare in ipſo?
Cum enim ipſe dominus Chriſtus diſcipulos ſuos
interrogaret, quem dicerent homines eſſe filium
hominis, reſponderunt, alij Eliam, alij Ieremiam,
aut unum ex prophetis. Et ille: Vt quid ſuſpicami
ni montes incaſeatos, montem in quo placuit deo
habitare in eo? Hunc cognouit Petrus, dicens: Tu
Mat. 16. es Chriſtus filius dei uiui. Agnouit montem & aſ-
cendit in montem, teſtimonium dixit ueritati, &
dilectus eſt a ueritate. Supra petram fundatus eſt
Petrus, ut mortem ſuſciperet, illum amādo, quem
ter negauerat timendo. Dic & tu Moyſes legiſla-
tor, dux populi Iſrael teſtimonium Chriſto. Pro-
Deu. 18. phetam uobis ſuſcitabit dominus de fratribus ue-
ſtris. Omnis anima quæ non audierit prophetam
illum, exterminabitur de populo ſuo. Prophetam
autem dictum Chriſtum, ipſum audi in euangelio;
Mat. 13. Nō eſt, inquit, propheta ſine honore, niſi in patria
ſua. Accedat autem David ſanctus, teſtis fidelis,
ex cuius ſemine proceſſit Ipſe cui lex & prophetæ
teſtimonium dicunt, dicat & ipſe de Chriſto. Ado Pſal. 71.
rabunt, inquit, eum omnes reges terræ, omnes
gentes ſeruient illi. Cui ſeruient? Dic, cui ſerui-
ent? Vis audire cui ſeruient? Dixit dominus do- Pſal. 109
mino meo, ſede a dextris meis: Donec ponam ini
micos tuos ſcabellum pedum tuorum. Expreſſius Pſalm. 2
atque nominatim. Quare, inquit, tumultuatæ ſunt
gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt
reges terræ, & principes conuenerunt in unū ad-
uerſus dominū, & aduerſus Chriſtū eius. Accedat
& alius teſtis. Dic & Abacuc propheta teſtimoniū Aba 3.
Chriſto. Domine, inquit, audiui auditū tuum, & ti
mui: conſideraui opera tua, & expaui. Quæ opera
dei iſte miratus expauit? Nunquid fabricam mūdi
iſte miratus expauit? Abſit. Sed audi quid expauit.
In medio, inquit, duum animaliū cognoſceris. Ope
ra tua, deus, uerbum caro factum eſt. In medio du-
um animalium cognoſceris, qui quouſque deſcēdiſti,
expaueſcere me feciſti, quia uerbum per quod fa- Iſaiæ. 1.
cta ſunt omnia, in præſepio iacuiſti. Agnouit bos
poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui.
In medio duum animalium cognoſceris. Quid
eſt in medio duum animalium cognoſceris, niſ- Lu. 23.
ſi aut in medio duorum teſtamentorum, aut in Mat. 17.
medio duorum latronum, aut in medio Moyſi &
Eliæ, cum eo in monte ſermocinantiū? Ambulauit,
inquit, uerbum, & exiuit in campis. Verbum caro Ioh. 1.
factum eſt, & habitauit in nobis. Hoc & Ieremias Baru. 3.
ait: Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hominibus
conuerſatus eſt. Ecce quemadmodum ſibi conue-
niunt teſtes ueritatis, ecce quemadmodum cōuin-
cunt filios falſitatis. Sufficiunt uobis iſta o Iudæi,
an adhuc ad ueſtram confuſionem ex lege, & ex
gente ueſtra alios intro ducemus teſtes, ut illi te- Ioh. 8.
ſtimonium perhibeant, cui perdita mente inſultan
tes dicebatis: Tu teſtimonium de teipſo perhibes,
teſtimonium tuum non eſt uerum. Quod ſi uelim
ex lege & prophetis omnia quæ de Chriſto dicta
ſunt colligere, facilius me tempus quam copia de-
ſerit. Veruntamen ſenem illum ex gente ueſtra na
tum, ſed in errore ueſtro non relictum, Simeonem
ſanctū introducam, qui meruit teneri decrepitus
in hac luce quouſque uideret ueram lucem, quem
quidem iam ætas compellebat ire, ſed expectabat
ſuſcipere quem ſciebat uenire, cum iſte ſenex ad-
monitus eſſet a ſpiritu ſancto, quod non ante more
retur quā uideret Chriſtum dei natum. Quem co-
gnoſcens perrexit in templum. Vbi uero eum por
tari matris manibus uidit, & diuinā infantiam pia
ſenectus agnouit, tulit infantem in manibus ſuis.
Ille quidem Chriſtum ferebat, ſed Chriſtus ſenem Lu. 2.
regebat. Regebat qui portabatur, ne ille ante pro
miſſum a corpore ſolueretur. Quid tamen dixerit,
quem tamen confeſſus fuerit, aduertite inimici, nō
Chriſti, ſed ueſtri. Benedicens deum exclamauit
ſenex iſte, & dixit: ¶ *Nunc dimittis domine ſeruum
tuum in pace, quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum.* Illi
etiam parentes Iohannis Zacharias & Elizabeth
iuuenes ſteriles, in ſenectuce fœcūdi, dicant etiam
ipſi teſtimonium de Chriſto, dicant de Chriſto
quid ſentiant, & teſtem idoneum Chriſto nutri- Lu. 1.
ant. Aiunt enim ſuo paruulo nato: Tu puer pro-
pheta altiſſimi uocaberis, præibis enim ante faciē
domini parare uias eius. Ipſique matri & uirgini
Elizabeth ait: Vnde mihi hoc, ut ueniat mater do
mini mei ad me? Ecce enim ut facta eſt uox ſalu

tationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio
infans in utero meo. Intelligēs enim Iohannes ma
trē domini ſui ueniſſe ad matrē ſuā, inter ipſas an-
guſtias uteri adhuc poſitus, motu ſalutauit, quem
uoce non poterat. Qui poſtea ipſe Iohannes præ-
curſor & amicus & humilis & fideliſſimus ſeruus,
teſtis idoneus factus, tanto maior in natis mulie-
rum, quanto æſtimabatur eſſe quod non erat. Chri
ſtum enim eum Iudæi eſſe credebant, ſed ille ſe nō
eſſe clamabat, dicens: Quem me eſſe ſuſpicamini,
Luc. 3. nō ſum ego, ſed ecce uenit poſt me, cuius pedibus
non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti
eius. O fidelis teſtis & amice ueri ſponſi, quanto
te humiliaſſes, ſi ad corrigiam calceamēti eius ſol-
uendam dignū te eſſe dixiſſes. Sed dum hoc te non
dicis dignum, Iudæis falſis teſtibus contradicis. Et
hæc ante dicta ſunt quam Chriſtum uideres, qui
cum ad te uenit excelſus, humilis implendæ diſpen
ſationis ſuæ gratia, ut a te baptizaretur, qui nullū
habebat omnino peccatum, quid reſponderis, quē
cognoueris, quale teſtimonium protuleris, audi-
Ioh. 1. ant inimici qui audire nolunt. Ecce, inquit, agnus
Mat. 3. dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et adiecit: Tu
ad me uenis baptizari? Ego a te debeo baptizari.
Agnouit ſeruus dominum, agnouit uinculis origi
nalis peccati obligatus, ab omni nexu peccati libe-
rum, agnouit præco iudicē, agnouit creatura crea
torē, agnouit paranymphus ſponſum. Nam & hæc
Ioh. 3. uox Iohannis eſt: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.
Amicus autem ſponſi ſtat, & audit eum, & gaudio
gaudet propter uocem ſponſi. Sufficiunt uobis iſta
o Iudæi, ſufficiunt uobis tanti teſtes & teſtimonia
ex lege ueſtra, ex gente ueſtra, an adhuc impudens
tia nimia audebitis dicere, quod alterius gētis uel
nationis homines Chriſto debent teſtimoniū per-
Mat. 15. hibere? Sed ſi hoc dicitis, reſpondet quidem ille uo
bis, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt do
mus Iſrael. Sed ſicut uos in actibus apoſtolorum
Actu. 13 increpat Paulus: Vobis, inquit, primum oportu-
erat annunciare uerbum dei, ſed quia expuliſtis
illud, nec nos dignos uitæ æternæ iudicaſtis, ecce,
inquit, conuertimus nos ad gentes. Demōſtremus
etiam nos ex gentibus teſtimonium Chriſto fuiſ-
ſe prolatum, quoniam ueritas non tacuit, claman-
Vergil. eglog. 4 do etiam per linguas inimicorum ſuorum. Nonne
quando ille poëta facundiſſimus inter ſua carmi-
na, Iam noua progenies cœlo dimittitur alto, dice
bat, Chriſto teſtimonium perhibebat? In dubium
hoc ueniat, niſi alios ex gentibus idoneos teſtes
pluraque dicentes in medium introducam. Illum re-
gem qui ueſtram ſuperbiam captiuando perdomu
Dan. 3. it, Nabuchodonoſor regem ſcilicet Babylonis nō
prætermittam. Dic Nabuchodonoſor quid in for-
nace, quo tres uiros iuſtos iniuſte immiſeras, dic
quid tibi fuerit reuelatum. Nonne, inquit, tres pu-
eros miſimus in fornacem ligatos? Et aiunt ei:
Vere rex. Ecce, inquit, ego uideo quatuor uiros
ſolutos deambulātes in medio ignis, & corruptio
nulla eſt in eis, & aſpectus quarti ſimilis eſt filio
dei. O alienigena, unde tibi hoc? Quis tibi annun-
ciauit filium dei? Nondum quidem mundo naſci-
tur, & ſimilitudo naſcentis a te cognoſcitur. Vnde
tibi hoc? Quis tibi iſtud annunciauit, niſi quia ſic te
ignis diuinus intus illuminauit, ut cum illic apud
te captiui tenerentur inimici Iudæi, ſic diceres te-
ſtimonium filio dei? Sed quia in ore duorū uel triū
teſtium ſtat omne uerbum, ſicut ipſe dominus ue-
ſtram contumaciam confutans, in lege, inquit, ue-
ſtra ſcriptum eſt quod duorum hominum teſtimo
nium uerum ſit, & iam ex gentibus tertius teſtis
introducatur, ut ei teſtimoniū ueritatis ex omni Ioh. 8.
parte roboretur.

Quid Sibylla uaticinando etiam de Chriſto cla
mauerit, in medium proferamus, ut ex uno lapide,
utrorunque frontes percutiantur, Iudæorum ſci-
licet atque Paganorum, atque ſuo gladio, ſicut Go-
lias, Chriſti omnes percutiantur inimici. Audite
quid dixerit:

Iudicij ſignum, tellus ſudore madeſcet.
E cœlo rex adueniet per ſecla futurus,
Scilicet in carne præſens ut iudicet orbem.
Vnde Deum cernent incredulus atque infidelis
Celſum cum ſanctis, æui iam termino in ipſo.
Sic animæ cum carne aderunt quas iudicat ipſe.
Cum iacet incultus denſis in uepribus orbis,
Reijcient ſimulacra uiri, cunctam quoque gazam
Exuret terras ignis pontumque polumque
Inquirens, tetri portas effringet auerni.
Sanctorum ſed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, ſontes eterna que flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tunc quiſque loquetur
Secreta, atque deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus omnes.
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris.
Voluetur cœlum, lunaris ſplendor obibit.
Deijciet colles, ualles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum ſublime uel altum.
Iam æquantur campis montes, & cerula ponti
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni.
Et tuba tunc ſonitum triſtem demittet ab alto
Orbe, gemēs facinus miſerum uariosque labores.
Tartareumque chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram hic domino reges ſiſtentur ad unum.
Decidet e cœlo ignisque & ſulfuris amnis.

Hæc de Chriſti natiuitate, paſſione & reſurre-
ctione, atque ſecundo eius aduentu ita dicta ſunt, ut
ſi quis in græco capita horum uerſuum diſcernere
uoluerit, inueniat ἰησοῦς χρειστὸς θεοῦ σωτήρ, id eſt, Ieſus
Chriſtus filius dei ſaluator. Quod & in latinum
tranſlatis eiſdem uerſibus apparet, præterquam
quod Græcarum literarū proprietas non adeo po
tuit obſeruari.

Alios uerſus Sibyllinos Chriſti paſſionem aper
tius demonſtrantes, intentiſſime audiamus.

In manus iniquas & infidelium poſtea ueniet.
Dabunt deo alapas manibus inceſtis.
Et oribus immundis expuent ſalinas uenenoſas.
Dabit autē in uerbera omnino innocens dorſum.
Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat
Quod uerbū, & unde uenit, ut mortuis loquatur.
Et coronam portabit ſpineam,
In cibum autem fel, & in ſitim acetum dederunt.
Inhoſpitalitatis hanc monſtrabant menſam.
Ipſa enim ſtulta, deum tuum non cognouiſti
Ludentem mortalibus mentibus, ſed & ſpinis
Coronaſti corona, horridumque fel miſcuiſti.
Templi uero uelum ſcindetur, & die
Media nox tenebroſa nimis tribus horis.
Et mortis fatum finiet triū dierū ſomno ſuſcepto.
Et tunc a mortuis regreſſus, in lucem ueniet.
Primus reſurrectionis initiū prouocatus oſtendit.

Credo iam uos o inimici Iudei tātis teſtibus ita
obrutos confutatoſque eſſe ipſa ueritate, ut nihil
ultra repugnare, nihil quærere debeatis. Tu autē.

ITEM

ITEM SERMO DE EOdē feſto, uel de natiuitate Mariæ.

ADeſt nobis dilectiſſimi optatus dies beatæ ac uenerabilis ſemper uirginis Mariæ. Ideo cum ſumma exultatione gaudeat terra noſtra tantæ uirginis illuſtrata die ſolēni. Hęc eſt enim flos campi, de qua ortum eſt precioſum lilium conuallium, per cuius partum mutatur natura protoplaſtorū, deletur & culpa. Præciſum eſt in ea illud Euę infelicitatis elogiū, quo dicitur: In dolore paries filios tuos (Gen. 3.) quia iſta in lætitia dominum peperit. Eua enim luxit, iſta exultauit. Eua lachrymas, Maria gaudiū in uentre portauit: quia illa peccatorē, iſta edidit innocentem. Virgo quippe genuit, quia uirgo concepit. Inuiolata peperit, quia in conceptu libido non fuit. Vtrobiq; miraculum, & ſine corruptione grauida, & in partu uirgo puerpera. Deſcēdit angelus de cœlo miſſus a patre deo in noſtræ redemptionis exordium, ac beatam ſalutando Mariam. ¶ *Aue, ait, gratia plena, dominus tecum.* Impleta eſt ergo gratia, & Euæ euacuata eſt culpa. Maledictio Euæ in benedictionem mutatur Mariæ. Aue gratia plena, dominus tecum. Tecum dominus in corde, tecum in uentre, tecum in utero, tecū in auxilio. Gratulare beata uirgo, Chriſtus rex e cœlo ſuo, incarnatur in utero tuo, ex ſinu patris in uterū dignatur deſcendere matris. ¶ *Benedicta tu, inquit, in mulieribus*, quæ uitam & uiris & mulieribus peperiſti. Mater generis noſtri pœnam intulit mundo. Genitrix domini noſtri ſalutem attulit mundo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidēdo obſuit, Maria uiuificando profuit. Illa percuſſit, iſta ſanauit. Pro inobedientia enim obedientia cōmutatur, fides pro perfidia cōpenſatur. (*replt) Læta igitur Maria geſtat infantem, exultans amplexatur filium, portat à quo portabatur. Nec fortuitu (ut fingunt Sabelliani) * peperit filium, ſed decurſis nouem menſibus peperit Chriſtum. Plaudat nūc ergo Maria, & inter ueloces articulos tympana puerperæ concrepent. Concinant lætantes chori, & alternātibus modulis dulciſona carmina miſceantur. Audite ergo, quemadmodum tympaniſtria noſtra cantauerit. Ait enim: ¶ *Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt &c.* Cauſam igitur inualeſcētis erati, miraculum noui partus eloquitur. Et Euæ planctum, Mariæ cantus excluſit. Deniq; poſt illius benedicibile angeli præſagiū, dum tacita ſecū uirgo mētis altercatione conflixit, qualis eſſet iſta ſalutatio, nuncius interim cœleſtis exequitur. ¶ *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud dominum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum. Et illa: Quomodo, inquit, fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco? Et angelus ad eam: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei.* Iam audiſti quomodo fiet hoc, reſponde nunc uerbum. Vitam quid tricas mūdo? Audiſti quomodo fiet hoc, quia ſpiritusſanctus ſuperueniet in te, & prolem gignas, & uirginitatem non perdas: filium proferas, & poſt partum incorrupta permaneas. O beata Maria, ſeculū omne captiuum tuum deprecatur aſſenſum, te apud deum mūdus ſuæ fidei obſidem fecit. Noli morari uirgo nuncium feſtinantem. Reſponde uerbum, & ſuſcipe filium: da fidem, & ſenti uirtutē. ¶ *Ecce, inquit, ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum.* Nec mora, reuertitur nuncius, & uirginalem thalamū ingreditur Chriſtus. Efficitur ſubito prægnans beata dei genitrix, & cūctis per ſecula prędicatur fœlix. Concepit mox ad credulitatem uerbi, uirilis ignara conſortij. Impletur uterus, nullo humano pollutus complexu. Extat itaq; uirgo cum concepit, uirgo grauida, uirgo extat cum parit, & uirgo poſt partum. Præclara ergo uirginitas, & glorioſa fœcunditas. Exultat Maria, & matrem ſe læta miratur, & de ſpiritusſancto ſe ꝯcepiſſe gaudet: nec quia peperit innupta, terretur: ſed quia genuerit, cum exultatione miratur. Gaudeamus ergo & nos fratres in die tantæ uirginis, quæ dum deſponſaretur ſabro, cœli nupſit architecto, promittitur enim ei filius per uiſitationem ſancti ſpiritus. Hæc illa audiēs gaudet, cupitq; effici mater. Quid ergo mirū, ſi ſine corruptione naſcitur, qui de ſanctificatione concipitur? Non enim decebat, ut ille qui nobis afferebat ſalutem, matri præriperet integritatis dignitatem. Nam qui terra, mari cœloq; non capitur, intra unius corpuſculi membra ſuſcipitur. (Iere. 31.) Hæc eſt illa nouitas, Ieremiæ prophetæ uaticinio prænunciata. Faciet, inquit, dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit uirum. O fœmina ſuper fœminas benedicta, quæ uirum omnino non nouit, & uirū ſuo utero circundedit. Circūdat uirū Maria angelo fidē dando, (Gen. 3.) quia Eua perdidit uirum ſerpenti conſentiendo. Salutat angelus puellam uiri ſalutationis ignaram, terretur uirgo nouitate uerborum. Ad quam angelus, ut ſuperius prętulimus, dixit: ¶ *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud dominum.* Ne, inquit, a cōſpectu meo terrearis mater domini mei, ecce conceptionis tuę miniſter adueni, non ut uirginitatem amitteres interueni. Ipſe me miſit ad te, qui eſt naſciturus ex te. Concipies enim & paries filium, non cuiuſlibet meriti hominem, ſed totius ſeculi ſaluato- (Iſai 7.) rem. Recole Maria in libro Iſaiæ prophetę uirginem quam parituram legiſti, & gaude atq; exulta, quia tu eſſe meruiſti. Tu ibi præfigurata es uirgo. (Mat. 1.) Tu ecce concipies in utero, non de uiro, ſed de ſpiritusſancto, & grauida eris, & incorrupta permanebis. Paries quidem filium, & uirginitatis non patieris detrimentū: efficieris grauida, & eris mater ſemper intacta: ſenties pondera uentris, & pudorem nō perdes caſtitatis. Intumeſcent ubera tua, & intacta erūt genitalia tua. At illa dixit: ¶ *Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum.* O fœlix obedientia, o inſignis gratia, quæ dum fidē dedit humiliter, cœli in ſe opificem corporauit. (Oſe. 6.) Impleuit in ea dominus, quod dudū prædixerat. Obedientiam, inquit, malo quam ſacrificium, & ſcientiam dei plus quam holocauſta. Hæc fuit uera obedientia, omniq; ſacrificio gratior, hęc uolūtas cunctis hoſtijs acceptior, hinc ꝓmeruit gloriam, quā ipſe poſtmodum auxit. Ecce ait: Ex hoc beatā me dicent omnes generationes. O beata Maria, quis tibi digne ualeat iura gratiarum, ac laudum pręconia rependere, quę ſingulari tuo aſſenſu, mundo ſuccurriſti pdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis ꝑſoluet, quę ſola tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque quaſcunque exiles, quaſcunq; meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum ſuſceperis uota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras ꝓces intra ſa-

rarium exauditionis,& reporta nobis antidotum recōciliationis. Sit per te excuſabile, quod per te ingerimus. Fiat impetrabile, quod fida mente poſcimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excuſa quod timemus: quia tu es ſpes unica peccarorum, per te ſperamus ueniā delictorum & in te beatiſſima, noſtrorum eſt expectatio præmiorum. Sancta Maria, ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu. Sentiant omnes tuum iuuamen, quicunq; celebrant tuam commemorationem. Aſſiſte parata uotis poſcentium, rependc omnibus optatum effectum. Sint tibi ſtudia aſſidue orare pro populo dei quæ meruiſti benedicta redemptorem ferre mundi, qui uiuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

LECTIO S. EVANGELII ſecundum Luc. I.

¶In illo tēpore: Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem deſponſatam uiro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen uirginis Maria. Et reliqua. Homilia beati Ambroſij.

LAtent quidem diuina myſteria, nec facile iuxta propheticum dictum quiſquam hominum poteſt ſcire conſilium Dei, ſed tamen ex cæteris factis atq; præceptis ſaluatoris, poſſumus intelligere & hoc propenſioris conſilij fuiſſe, quod ea potiſſimum eſt electa ut deū pareret, quæ erat deſponſata uiro. Cur autem non antequam deſponſaretur, impleta eſt? Fortaſſe, ne diceretur quod conceperit ex adulterio. Et bene utrunq; poſuit ſcriptura, ut deſponſata eſſet, & uirgo. Virgo, ut expers uirilis conſortij eſſe uideretur. Deſponſata, ne temeratæ uirginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ uideretur inſigne præferre. Maluit autem dominus aliquos de ſuo ortu, quam de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram eſſe uirginis uerecundiam, & lubricam famam pudoris: nec putauit ortus ſui fidem, matris iniurijs aſtruendam. Seruatur itaque ſanctæ Mariæ ſicut pudore integra, ita opinione inuiolabilis uirginitas. Oportet enim ſanctos & ab eis teſtimonium habere qui foris ſunt. Nec decuit ſiniſtra uirginibus opinione uiuentibus, uelamen excuſationis relinqui, quod infamata mater quoq; domini uideretur. Quid autem Iudæis, quid Herodi poſſet aſcribi, ſi natum uiderētur ex adulterio perſecuti? Quemadmodum autem ipſe
Mat.5. diceret, Non ueni ſoluere legem ſed adimplere, ſi uideretur cœpiſſe à legis iniuria, cum partus innuptæ lege damnetur? Quinetiam locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet & dolere iniuriam, & uindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentum. Quid quod etiam fides Mariæ uerbis maior aſciſcitur, & mendacij cauſa remouetur? Videretur enim culpam obumbrare uoluiſſe mendacio innupta prægnans. Cauſam autem mentiendi indeſponſata habuit, deſponſata nō habuit, cum coniugij premiū, & gratia nuptiarum, partus ſit fœminarū. Nō mediocris quoq; cauſa eſt, ut uirginitas Mariæ falleret principē mundi, qui cū deſponſatā uiro cerneret, partū nō potuit habere ſuſpectum. Fallendi autem principem mūdi fuiſſe cō ſilium, ipſius domini uerba declarant, cum apoſtoli iubentur tacere de chriſto, cum ſanari prohibētur gloriari de remedio, cum dæmones præcipiuntur
ſilere de dei filio. Fallendi, ut dixi, principem mun .Cor.2.
di fuiſſe conſilium, etiam Apoſtolus declarauit, dicens: Sed loquimur dei ſapiētiam in myſterio abſconditam, quam nemo principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam dominū gloriæ crucifixiſſent, hoc eſt, nunquam me domini morte redimi feciſſent. Fefellit ergo pro nobis, fefellit ut uinceremus, fefellit diabolum cum tentaretur, cum rogaretur, cum dei filius diceretur, ut nuſquam diuinitatem propriam fateretur, ſed tamē magis fefellit principem ſeculi. Diabolus enim
etſi aliquando dubitauit cum diceret, Si filius dei Matt.4.
es, mitte te deorſum, tamen, uel ſero cognouit, & diſceſſit ab eo. Cognouerunt & dæmones qui dice
bant: Nouimus te, quia tu es Ieſus filius dei, quid Marc.1.
ueniſti ante tempus torquere nos? Et ideo ueniſſe cognouerunt, quia præcognitū habebant eſſe uenturum. Principes autem ſeculi non cognouiſſe, quo maiore poſſumus, quam apoſtolicæ ſententiæ probare documento? Si enim cognouiſſent, nunquam dominum maieſtatis crucifixiſſent. Dæmonū enim malitia, facile etiam occulta deprehendit. At uero qui ſecularibus uanitatibus occupantur, ſcire diuina non poſſunt. Bene autem ſibi diuiſerunt euangeliſtæ, ut ſanctus Matthæus Ioſeph ab angelo moneri induceret ne dimitteret Mariā, Lucas illi euāgeliſta teſtimonium ferret, quod non cognouiſſet, hoc ipſa maria fatetur cum dicit angelo: Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum nō cognoſco? Sed &
ipſe S. Lucas uirginem declarauit, dicens: Et nomē Eſa.7.
uirginis Maria. Et propheta edocuit, qui ait: Ecce uirgo in utero cōcipiet. Et Ioſeph deſignauit, qui quoniam prægnantem uidebat quam non cognouerat, dimittere geſtiebat. Et dominus in cruce po
ſitus, manifeſtauit, cum dicit matri: Mulier, ecce fi Ioh.19.
lius tuus. Deinde diſcipulo ait: Ecce mater tua. Etiā uterq; teſtatus eſt, diſcipulus & mater, quia ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. Vtiq; ſi conuenifient, nunquam uirum proprium reliquiſſet, nec uir eam iuſtus a ſe diſcedere paſſus eſſet. Quomodo autem dominus diuortiū præcepiſſet,
cum ipſius ſit ſentētia, quia nemo dimittere debet Matt.5.
uxorem, excepta cauſa fornicationis? Pulchre autem docuit S. Matthæus quid facere debeat iuſtus, qui probrum coniugis deprehenderit, ut incruentum ab homicidio, caſtum ab adulterio ſe præſtare debeat. Qui enim coniungitur meretrici, unum corpus eſt. Ergo ubiq; in Ioſeph iuſti gratia & per
ſona ſeruatur, ut teſtis ornetur. Os enim iuſti men Pſal.36.
dacium neſcit, & lingua eius loquetur iudicium. Iudicium eius loquitur ueritatē. Nec te moueat quod frequenter ſcriptura coniugē dicit. Non enim uirginitatis ereptio, ſed coniugij teſtificatio, nuptiarū celebratione declaratur. Denique quā nō accepit nemo dimittit: & ideo qui nolebat dimittere, fatebatur acceptā. Simul etiā mouere non debet, quod ait euāgeliſta: Et nō cognouit eam donec peperit filium. Illud enim uelox idioma ſcripturæ eſt, ſicut
habes alibi: Et donec ſeneſcatis, ego ſum. Nunquid Matt.1.
poſt illorū ſenectutem deus eſſe deſinit? Et in Pſ. Eſa.46.
Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis, Donec po
nam inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū. Nunquid Pſal.109.
poſtea nō ſedebit? Vel qm̄ qui cauſam agit, ſatis putat quod cauſæ eſt dicere, ac redundantiā nō requirit? Satis enim eſt ei ut cauſam ſuſceptā aſſeuat, in

uidentem diſſerat. Et ideo qui Incarnationis Incor
ruptum ſuſceperat probare myſteriũ, non putauit
huberius proſequendũ uirginitatis Marię teſtimo
niũ, ne deſenſor magis uirginis quam aſſertor my-
ſterij crederetur. Certe quando iuſtum docuit Io-
ſeph, ſatis declarauit quod ſanctí ſpiritus templũ,
matrem domini, uterum myſterij, uiolare non po-
tuit. Didicimus ſeriem ueritatis, didicimus conſi-
lium, diſcamus & myſterium. Vere deſponſata, ſed
uirgo, quia eccleſiæ eſt typus, quę eſt immaculata,
ſed nupta. Concepit nos uirgo de ſpiritu, parit nos
uirgo ſine gemitu. Et ideo fortaſſe S. Maria alij
nupta, ab alio repleta, quia & ſingulæ eccleſiæ ſpi-
ritu quidem replentur & gratia: unguntur tamen
ad temporalis ſpeciem ſacerdotis. ¶ *Et ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.* Iſta autem ut uidit eum,
mota eſt in introitu eius. Diſce uirginem mori-
bus, diſce uirginem uerecundia, diſce uirginem
oraculo, diſce myſterio. Trepidare uirginum eſt,
& ad omnes uiri ingreſſus pauere, omnes uiri af-
fatus uereri. Diſcant mulieres propoſitum pudo-
ris imitari. Solam in penetrabilibus, quam nemo
uirorum uideret, ſolus angelus reperit, ſolam ſine
comite, ſolam ſine teſte. Ne quo degeneri deprauа-
retur affatu, ab angelo ſalutatur. Diſce uirgo uer-
borum uitare laſciuiam. Maria etiam ſalutationẽ
angeli uerebatur. ¶ *Erat tamen, inquit, cogitans qua-lis eſſet iſta ſalutatio.* Et ideo cum uerecundia, quia
pauebat: cum prudentia, quia benedictionis nouã
formulam mirabatur, quæ nuſquam lecta eſt, nuſ-
quam antea comperta. Soli Mariæ hæc ſalutatio
ſeruabatur. Bene enim ſola plena gratia dicitur,
quæ ſola gratiam quam nulla alia meruerat, conſe-
cuta eſt, ut gratiæ repleretur autore. ¶ *Et ait an-gelus Domini: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uoca-bis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus.* Erubeſcebat
ergo Maria, erubeſcebat etiam Eliſabeth. Et ideo
cognoſcamus quid interſit inter mulieris, & uirgi-
nis uerecundiam. Illa de cauſa erubeſcebat, hæc p
uerecundiam. In muliere modus pudoris adhibe-
tur, in uirgine pudoris augetur gratia. ¶ *Hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur.* Dictum eſt qui-
dem etiam de Iohãne ab angelo, quia erit magnus,
ſed ille quaſi homo magnus, hic quaſi Deus ma-
gnus. Magnus enim dominus & laudabilis nimis,
& magnitudinis eius non eſt finis. Et uere ille ma-
gnus, quia maior inter natos mulierum prophe-
ta maior Iohanne nemo eſt. Habet tamen maiorẽ,
quia qui minor eſt in regno Dei, maior eſt illo.
Magnus autem Iohannes, ſed coram Domino mi-
nor: & magnus Iohannes uinum & ſiceram non
bibit, hic cum publicanis & peccatoribus mandu-
cat & bibit. Iſte abſtinentia meritum colligit, cui
potentia nulla naturæ eſt. Chriſtus autem cui na-
turaliter ſuppetebat delicta donare, cur eos decli-
naret, quos abſtinentibus poterat præſtare melio-
res? Simul myſtice non dedignatur eorum conui-
uium, quibus daturus eſt ſacramentum. Hic ergo
manducat, ille ieiunat. Vtriuſq; populi typus, in
illo ieiunat, in hoc paſcitur. Sed ieiunauit & Chri-
ſtus, ne præceptum declinares, manducauit cum
peccatoribus, ut gratiam cerneres, agnoſceres
Luce.1. poteſtatem. Magnus ergo & Iohannes. Sed huius
pſal.144 magnitudo habet principium, habet finem: Do-
minus autem Ieſus idem eſt finis atq; principium,
Matt.11 idem primus & nouiſſimus. Nihil ante primum,
nihil ultra nouiſsimimum. Neq; te generationis
humanæ conſuetudo ad uitium trahat, ut putes nõ
primum eſſe, quia filius eſt. Sequere ſcripturas, ut
errare non poſsis. Primus filius dicitur. Lectum 1.Ti.6.
eſt etiam, quia & ſolus pater, qui ſolus habet im-
mortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem, ſi- 1.Tim.1.
cut legiſti, & immortali ſoli Deo. Sed neque pri-
mus ante patrem, neque ſolus ſine filio. Si alterum
neges, alterum deſtruis. Vtrunq; ſequere, & utrũ-
que confirmas. Non dixit, Ego prior, & ego po-
ſterior, ſed Ego primus, & ego nouiſsimus. Pri-
mus eſt filius, & ergo coæternus. Habet eñ patrẽ
cum quo ſit æternus. Audio dicere, Primus eſt fi- Apoc.1.
lius, ſed ſolus non eſt. Et bene dico, & religioſe di-
co. Quid erigitis ad impietatem hæretici aures?
Laqueos quos tenditis, inciditis. Primus eſt fi-
lius, & ſolus non eſt. Primus, quia cum patre ſem-
per eſt. Solus non eſt, quia ſine patre nunquam
eſt. Non ego hoc dico, ſed ipſe dixit: Et non ſum Ioh.16.
ſolus, quia pater mecum eſt. Solus pater, quia unus
deus eſt. Solus pater, quia una diuinitas patris &
filij & ſpiritusſancti. Et quod unum eſt, ſolum eſt.
Solus pater, ſolus unigenitus, ſolus & ſpiritusſan-
ctus. Neq; enim qui filius, & pater: aut qui pater,
& filius: aut qui ſpiritusſanctus, & filius. Alius pa-
ter, alius filius, alius ſpiritusſanctus. Legimus enim Ioh.14.
Rogabo patrem, & alium paracletum dabit uo-
bis. Solus pater, quia unus deus ex quo omnia. So-
lus filius, quia unus deus per quem omnia. Solum
diuinitas facit. Generatio & patrem teſtificatur &
filium, ut nuſquam filius ſine patre, aut pater ui-
deatur eſſe ſine filio. Ergo nec ſolus, quia non ſo-
lus immortalis, non ſolus lucem habitat inacceſsi-
bilem, quia Deum nemo uidit unquam niſi unige-
nitus filius, qui eſt in ſinu patris, qui ſedet ad dex-
teram patris. Et hinc quidam audent dicere inac-
ceſsibilem lucem eſſe quam habitat pater. Num-
quid lux melior patre? Quæ autem lux inacceſsi-
bilis ei, cui non eſt inacceſsibilis pater? Et ipſe lux
uera, & genitor lucis æternæ, de qua dictum eſt:
Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem ue- Iohan.1.
nientem in hunc mundum. Vide ne ipſa ſit inacceſ-
ſibilis, quam habitat pater, habitat & filius, quia pa-
ter in filio, & filius in patre. Bene ergo magnus,
late enim funditur dei uirtus, late cœleſtis ſubſtan-
tiæ magnitudo porrigitur. Nihil præſcriptũ, nihil
circunſcriptum, nihil dimenſum, nihil emenſum tri-
nitas habet. Non loco clauditur, non opinione com-
prehenditur, non æſtimatione concluditur, nõ ęta-
te uariatur. Dedit quidem dñs Ieſus hominibus ma-
gnitudinẽ. In oẽm terrã exiuit ſonus eorũ, & in fi- Pſal.18.
nes orbis terrę uerba eorũ. Nõ in fines tñ mũdi, nõ
in fines cœli, non ultra cœlos. At uero in dño Ieſu
oĩa cõdita ſunt in cœlo & in terra, uiſibilia & inuiſi-
bilia, & ipſe ante oẽs, & oĩa in ipſo conſtant. Cœ-
lum aſpice, Ieſus illic eſt: terram intuere, Ieſus ad-
eſt. Aſcende uerbo in cœlum, deſcende uerbo in in-
fernum, Ieſus adeſt. Etenim ſi aſcẽderis in cœlũ, Ie-
ſus illic eſt: & ſi deſcẽderis in infernũ, adeſt. Hodie
cum loquor, mecũ eſt intra hunc punctũ: intra hoc
momentum: & ſi in Armenia nunc loquitur Chri- 1.Cor.12
ſtianus, Ieſus adeſt. Nemo eñ dicit, dñs Ieſus, niſi in
ſpũſancto. Abyſſos opiniõe ſi penetres, illic quoq;
Ieſum uidebis operari. Scriptũ ex eñ: Ne dixeris in Pro.10.
corde tuo, quis aſcendet in cœlum. i. Chriſtum de- Ro.10.
ducere: aut quis deſcẽdet in abyſſum? hoc eſt Chri-
ſtũ ex mortuis reducere. Vbi ergo nõ eſt, qui cœle-
ſtia, inferna & terrena cõplevit: bene ergo magnus

cuius uirtus mundum repleuit,qui ubique eſt & e-
rit ſemper,quia regni eius non erit finis. ¶ Dixit
*ergo Maria ad angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam
uirum non cognoſco?* Videtur hic non credidiſſe Ma
ria,niſi diligenter aduertas. Neq; enim fas eſt, ut
electa ad generandum dei filium unigenitum,fuiſ
ſe uideatur incredula. Quo autem modo fieri poſ-
ſet,licet ſalua prærogatiua ſit matris,cui profecto
fuit amplius deferendum,ſed ut prærogatiua ma-
ior,maior etiam fides ei debuit reſeruari: quo ergo
modo fieri poſſet, ut Zacharias qui non credide-
rat,ſilentio condemnaretur: Maria uero ſi non cre
didiſſet,ſancti ſpiritus infuſione exaltaretur? Sed
neq; non credere Maria, neq; tam temere debuit
uſurpare non credere angelo, & uſurpare diuina.
Neq; enim facile erat ſcire myſterium abſconditū
à ſeculis in deo,quod nec ſuperiores poteſtates ſci
re potuerunt. Et tamen fidem non renuit, non of-
ficium refutauit,ſed accommodauit affectum,ſpo-
pondit obſequium. Etenim cum dixit, Quomodo
fiet iſtud? non de effectu dubitauit, ſed qualitatem
ipſius quæſiuit effectus. Quanto temperatior iſta
reſponſio,quam uerba ſunt ſacerdotis? Hæc ait:
Quomodo fiet iſtud? Ille reſpōdit: Vnde hoc ſciā?
Hæc iam de negocio tractat,ille adhuc de nuncio
dubitat. Negat ille ſe credere, qui negat ſcire, &
quaſi fidei adhuc alium quærit autorem. Iſta ſe fa-
cere profitetur, nec dubitat eſſe faciendum, quod
q̄modo fieri poſſet,inquirit: Sic enī habes. ¶ *Quo-
modo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco?* Incredi-
bilis & inaudita generatio ante audiri debuit, ut
crederetur. Virginem parere, diuini ſignum eſt
myſterij, nō humani. Deniq; accipe,inquit,tibi ſi-
Iſai.7. gnum. Ecce uirgo in utero concipiet,& pariet fili
um. Legerat hoc Maria,& ideo credidit futurum,
ſed quomodo fieret, ante non legerat. Non enim
quemadmodum fieret,uel prophetæ tanto fuerat
reuelatum. Tantum enim mandati myſterium nō
hominis fuit, ſed angeli ore promendum. Hodie
primum auditur: ¶ *Spiritusſanctus ſuperueniet in te.*
& auditur & creditur. Deniq; ecce,inquit,ancilla
domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Vide
humilitatem,uide deuotionem, ancillam ſe dicit
domini,quæ mater eligitur,nec repentino exalta-
ta promiſſo eſt. Simul ancillam dicendo, nullā ſibi
prærogatiuam tantæ gratiæ uendicauit,quæ face-
ret quod iubetur? Mitem enim humilemq; pari-
cura,humilitatem debuit etiam ipſa proferre. Ec-
ce ancilla domini, contingat mihi ſecundum uer-
bum tuum. Habes obſequium, uides uotum. Ecce
ancilla domini,apparatus officij eſt,contingat mi
hi ſecundum uerbum tuum cōceptus eſt uoti. Quā
cito ergo etiam de impari conceptione credidit
Maria. Quid enim tam impar, quā ſpiritusſanctus
& corpus? Quid tam inauditum quam uirgo præ-
gnans,contra legem,contra conſuetudinem,cōtra
pudorem,cuius carior cura eſt uirgini? Zacharias
autem non de impari conditione, ſed de ſenili ęta
te non credidit. Nam conditio congruebat. Ex ui-
ro & fœmina ſolennis eſt partus, nec incredibile
debet uideri ubi natura concordat. Cum enim ętas
naturæ ſit,non natura ætatis, fit plerunq; ut ætas
impediat naturam. Nō eſt tamen irrationabile, ut
minor cedat cauſa maiori, & potior prærogatiua
naturæ,uſum inferioris excludat ætatis. Huc acce
dat quod Abraham & Sara filium in ſenectute ſu-
Gene.21 ſceperant,& Ioſeph filius ſenectuti eſt. Quod ſi
quia riſit Sara reprehenditur,iuſtius Zacharias cō
demnatur,qui nec oraculo credidit, nec exemplo.
Maria autem cum dicit: Quomodo fiet iſtud, quo
niam uirum non cognoui? non uidetur dubitaſſe
de facto,ſed de facti qualitate quęſiſſe. Liquet enī
quia faciendū eſſe crediderat,quę q̄modo fieret,in
terrogauit. Vnde & meruit audire: Beata quę cre
didiſti. Et uere beata,quæ ſacerdote præſtantior.
Cum ſacerdos negaſſet, uirgo correxit errorem.
Nec mirum ſi dominus redempturus mundū,ope-
rationem ſuam inchoauit tunc à Maria,ut per quā
ſalus omnibus parabatur,eadem prima fructum ſa
lutis hauriret ex pignore. Et bene quęſiuit quomo
do fieret. Legerat enim quia uirgo conciperet,ſed
non legerat quemadmodū uirgo generaret. Lege
rat,ut dixi, Ecce uirgo in utero concipiet,quomo Iſaiæ.7.
do autem conciperet, In euangelio primum ange
lus eſt locutus. Tu autem.

IN FESTO PHILIPPI ET IACOBI. Iohan xiiij.

¶In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nō
turbetur cor ueſtrum. Creditis in deum,
& in me credite. In domo patris mei man-
ſiones multæ ſunt. Et reliqua. Homilia
beati Auguſtini.

ERigenda eſt nobis fratres ad deum ma-
ior intentio,ut uerba ſancti euāgelij,quæ
modo in noſtris auribus ſonuerunt,utcun
que mente capere poſſimus. Ait enim do-
minus: ¶ *Non turbetur cor ueſtrum, creditis
in deum, & in me credite.* Ne ergo mortem tanquam
homines timerent, & ideo turbarentur,conſolatur
eos,etiam ſe deū eſſe cōteſtans. Creditis,inquit,in
deum, & in me credere. Conſequens eſt enim, ut ſi
in deum creditis,& in me credere debeatis: quod
non eſſet conſequens,ſi Chriſtus nō eſſet deus. Sed
quid eſt quod ſequitur. ¶ *In domo patris mei manſio
nes multæ ſunt*,niſi quia & ſibi metuebant, unde au-
dire debuerunt, Non turbetur cor ueſtrum? Quis
enim eorum non metueret, quum Petro dictum
eſſet fidentiori atq; promptiori, Non cantabit gal Luce.22
lus,donec ter me neges? Tanquam ergo eſſent ab
illo perituri,merito turbabantur. Sed cū audiunt,
In domo patris mei manſiones multæ ſunt: Si quo
minus,dixiſſem uobis, quia uado parare uobis lo-
cum: à perturbatione recreantur, certi ac fidentes
poſt pericula tentationum ſe apud deū cum Chri-
ſto eſſe manſuros: quia & ſi alius eſt alio fortior,
alius alio ſapiētior,alius alio iuſtior,alius alio ſan-
ctior, in domo patris mei manſiones multæ ſunt.
Nullus eorum alienabitur ab illa domo,ubi manſi
onem pro ſuo quiſq; accepturus eſt merito. Dena-
rius quidem ille æqualis eſt omnibus,quem pater- Mat.20
familias eis qui operati ſunt in uinea,iubet dari oī-
bus, non in eo diſcernens qui minus & qui amplī
us laborarunt. Quo utiq; denario uita ſignificatur
æterna, ubi nemo amplius uiuit alio, quia uiuendi
non eſt diuerſa in æternitate menſura, ſed multæ
manſiones diuerſas meritorum in una uita æterna
ſignificant dignitates. Alia enim gloria ſolis, alia 1.Cor 15
gloria lunę,alia gloria ſtellarum. Stella enim à ſtel
la differt in claritate,ſic & reſurrectio mortuorū.
Tanquā ſtellæ,ſancti diuerſas manſiones diuerſæ
claritatis tanquam in cœlo ſortiūtur in regno,ſed
propter unū denariū nullus ſeparaī à regno, atq; 1.Ioh 4
ita deus erit omnia in omnibus, ut quoniam deus
charitas

charitas eſt, per charritatem fiat, ut quod habent ſinguli, commune fit omnibus. Sic enim quiſq; etiã ipſe habet, cum amat in altero quod ipſe nõ habet. Non erit itaq; aliqua inuidia imparis claritatis, quia regnabit in omnibus * una charitas. Proinde reſpuendi ſunt à corde Chriſtiano, qui putant ideo dictum eſſe multas manſiones, quia extra regnũ cœlorũ erit aliquid ubi beati maneãt innocentes, qui ſine baptiſmo ex hac uita emigrarũt, quia ſine illo in regnũ cœlorũ intrare nõ potuerũt. Hęc ergo fides non eſt fides, quoniã non eſt uera & catholica fides. ¶ *Et ſi abiero, inquit, & præparauero uobis locum, iterum ueniã, & accipiã uos ad meipſum, ut ubi ſum ego, & uos ſitis.* Quomodo uadit & parat locum, ſi iam manſiones multæ ſunt? Si quo minus, dixiſſem, uado parare. Aut ſi adhuc parandus eſt, cur non merito dixiſſet, uado parare? An iſtæ manſiones & ſunt, & parandæ ſunt? Si quo minus enim eſſent, dixiſſet, uado parare. Et tamen quia ita ſunt ut parandę ſint, nõ eas uadit parare ſicut ſunt, ſed ſi abierit & parauerit, ſicut futuræ ſunt, iterũ ueniens accipiet eos ad ſeipſum, ut ubi eſt ipſe, ſint etiã & ipſi. Quomodo ergo manſiones in domo patris non aliæ, ſed ipſæ, & ſine dubio iam ſunt ſicut parãdæ non ſunt, & nondum ſunt ſicut parandæ ſunt? Quomodo putamus, niſi etiam quomodo propheta prædicat deum, quia fecit quæ futura ſunt? Non enim ait, qui facturus eſt, quæ futura ſunt, ſed qui fecit quæ futura ſunt. Ergo & fecit ea, & facturus eſt ea. Nam neq; facta ſunt ſi ipſe non fecit, neque futura ſunt ſi ipſe non fecerit. Fecit ergo ea prędeſtinando, facturus eſt operando, ſicut diſcipulos quando elegerit, ſatis indicat euangelium, tunc utique quando eos uocauit: & tamen ait Apoſtolus:

Eph. 1. Rom. 8. Elegit nos ante conſtitutionẽ mũdi, prędeſtinãdo utiq; non uocando. Quos autem prædeſtinauit, illos & uocauit. Elegit prędeſtinãdo ante mũdi cõſtitutionẽ, elegit uocãdo ante mũdi conſummationẽ. Sic & mãſiones prępárauit & pparat, nec alias, ſed quas præparauit, has prępárat, qui fecit quę futura ſunt, quas prępárauit prędeſtinãdo, præparat operando. Iã ergo ſunt in prædeſtinatione. Si quo minus, dixiſſet, ibo & parabo. i. prędeſtinabo. Sed quia nõ ſunt in operatione. ¶ *Et ſi abiero, inquit, & præparauero uobis locum, iterũ ueniam, & accipiã uos ad meipſum.* Parat aũt quodãmodo mãſiones, manſionibus parando manſores, quippe cũ dixerit, In domo patris mei manſiones multæ ſunt, quid putabimus eſſe domum Dei, niſi templum Dei? Quid

1. Cor. 3. autem ſit, interrogetur Apoſtolus, & reſpondeat: Templum dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Hoc eſt etiam regnum quod filius traditurus eſt patri, unde etiam dicit Apoſtolus: Initium Chriſtus, deinde

1. Cor. 15. qui ſunt Chriſti in præſentia eius, deinde finis, cũ tradiderit regnũ Deo & patri. i. quos redemit ſanguine ſuo, tradiderit etiam contemplãdo patri ſuo. Hæc ergo domus dei, hoc templũ dei, hoc regnũ dei adhuc ædificatur, adhuc ſabricatur, adhuc paratur, in illo erunt mãſiones ſicut eas adhuc parat dñs, in illo iam ſunt ſicut prædeſtinauit iam dominus. Sed quid eſt quod ut præpararet abijt, cum profecto noſipſos præpararet, quod non faciet ſi reliquerit? Agnoſco dñe ut poſſum. Nimirũ illud ſignificans, q̃a ut parentur iſtæ mãſiones, uiuere deberet iuſtus ex fide. Qui enim à domino perigrinatur, opus habet ex fide uiuere, q̃a per hãc ad ſpeciẽ contemplandã paratur. Beati enim mũdo corde, quoniã ipſi deum uidebunt. Et fide mundat corda eorũ. Illud in euangelio, hoc in Actibus apoſtolorũ legitur. Fidei aũt (qua eorũ qui deũ uiſuri ſunt, quãdiu peregrinant, corda mundãtur) q̃d nõ uidet credit. Nã ſi uides, non eſt fides. Credenti colligit

Mat. 5. Act. 15. meritũ, uidenti redditur prę miũ. Eat ergo dñs & paret locũ, eat ne uideatur, lateat ut credatur. Tũc enim locus paratur, ſi ex fide uiuatur. Creditus deſideretur, ut deſideratus habeatur. Deſideriũ dilectionis, prępáratio eſt mãſionis. Nũc eſt dilectiſſimi, ut quaotũ ualemus, intelligamus de uerbis dñi poſterioribus priora, & de conſequentibus pręcedentia, & eo q̃d audiſtis apoſtolo Thomæ interroganti eſſe reſponſum. Dixerat enim prius dñs, cũ de manſionibus loqueretur, quas & dixit eſſe in domo patris ſui, & ire ſe ut præpararet eas, ubi intelleximus & eſſe iã mãſiones ipſas in prædeſtinatione, & prępárari eas, cũ eorũ, qui ibi mãſuri ſunt, p fidẽ corda mundãtur, qm̃ ipſa dei domus ipſi ſunt. Et quid eſt aliud manere in domo dei, quam eſſe in populo dei, cum ipſe populus eſt in deo, & deus in eo? Hoc ut pparauit dñs abijt, ut credendo in eũ q nõ uidetur, ea quę in * ſpẽ ſemper futura eſt, nunc

ſpecie. per fidẽ manſio prepareť. Propterea ergo dixerat, Et ſi abiero & prępáráuero uobis locũ, iterũ uenio & accipiã uos ad meipſum, ut ubi ego ſum, & uos ſitis: & quo ego uado, ſcitis: & uiam ſcitis. Ad hæc dicit ei Thomas: ¶ *Domine, neſcimur quo uadir, & quomodo poſſumus uiã ſcire?* Vtruoq; illos Dñs dixerat ſcire, utrunq; dixit iſte neſcire, & locũ quo itur, & uiã qua itur. Sed neſcit ille mentiri, ergo iſti ſciebãt, & ſe ſcire neſciebãt. Cõuincat eos iã ſcire, q̃d ſe putant adhuc uſq; neſcire. ¶ *Dicit ei Ieſur: Ego ſum uia, ueritas & uita.* Quid eſt fratres? Ecce audiuimus diſcipulum interrogantẽ, audiuimus & magiſtrũ docẽtem, & nondũ capimus etiã poſt uocem ſonãtem, ſententiam latitantẽ. Sed quid non poſſumus capere? Nũquid poterãt ei dicere apoſtoli eius cũ q̃bus loquebatur, neſcimus te? Proinde ſi eum ſciebant, & uia ipſe eſt, uiam ſciebant. Si eum ſciebãt, & ueritas ipſe eſt, ueritatem ſciebant. Si eum ſciebant, & uita ipſe eſt, uitam ſciebant. Ecce ſcire cõuicti ſunt quod ſe ſcire neſciebant. Quid ergo & nos in iſto ſermone non cepimus? Quid putatis fratres mei, niſi quia dixit, & quo ego uado ſcitis, & uiam ſcitis? Ecce cognouimus quod ſciebant uiam, quia ſciebant ipſum qui eſt uia. Sed uia eſt qua itur, nunquid uia eſt & quo itur? Vtrunq; autem illos dixerat ſcire, & quo uadit, & uiam. Opus ergo erat ut diceret, ego ſum uia, ut oſtẽderet eis, qui eum ſcirent, uiam ſcire, quam putauerant ſe neſcire. Quid autem opus erat ut diceret: Ego ſum uia, ueritas & uita, cum uia cognita qua iret, reſtaret noſſe quo iret, niſi quia ibat ad ueritatem, ibat ad uitam? Ibat autem ad ſeipſum, per ſeipſum. Et nos quo imus, niſi ad ipſum? Et qua imus, niſi p ipſum? Ipſe ergo ad ſeipſum, per ſeipſum: nos ad

Ioh. 16. ipſum, per ipſum, immo uero ad patrem & ipſe & nos. Nã & de ſeipſo alibi dicit: Ad patrem uado. Et hoc loco propter nos, nemo, inquit, uenit ad patrem, niſi per me. Ac per hoc & ipſe per ſeipſum, & ad ſeipſum, & ad patrem: & nos per ipſum, & ad ipſum, & ad patrem. ¶ *Si cognouiſſetir me, inquit, & patrem meum utique cognouiſſetir.* Hoc eſt quod ait: Nemo ueniet ad patrem, niſi per me. deinde ſubiungit: ¶ *Et amodo cognoſcetis eum, & uidiſtis eum.* Sed Philippus unus ex Apoſtolis quid audierit non intelligens. ¶ *Domine, inquit, oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis.* Cui dominus: Tan

to,inquit,tempore uobiſcum ſum, & non me co-
gnouiſtis? Philippe, qui uidet me, uidet & patrẽ.
Ecce increpat quod tanto tempore cum ipſis erat
& non cognoſcebatur. Nonne ipſe dixerat, & quo
ego uado,ſcitis:& uiam ſcitis? & ſe neſcire dicen-
tes,hoc eos ſcire conuicerat, addendo atq; dicen-
do: Ego ſum uia,ueritas & uita. Quomodo nunc
dicit,tanto tempore uobiſcum ſum,& non cogno-
uiſtis me? cum profecto & quo irent,& uiã ſcirent,
non ob aliud niſi quod ipſum utiq; ſcirent? Sed fa-
cile iſta ſoluitur quæſtio,ſi dicamus quod eum alii
qui eorum ſciebant, aliqui neſciebant, atq; in his
qui neſciebãt,& Philippus erat: & q̃d ait, Et q̃ ego
uado,ſcitis,& uiã ſcitis, illis dixiſſe intelligatũ, qui
ſciebant,non Philippo cui dictum eſt: Tanto tem-
pore uobiſcum ſum, & non cognouiſtis me Philip
pe: His ergo qui filium iam nouerant, etiam illud
de patre dictum eſt, & amodo cognoſcetis eum,
& uidiſtis eum. Dictum eſt enim propter omnimo-
dam ſimilitudinem quæ illi cum patre eſt, & ideo
amodo dicerentur noſſe patrem, quia nouerant ſi-
milem filium. Ergo iam ſciebant filium, & ſi non
omnes,certe quidam eorum quibus dicitur: Et quo
uado ſcitis, & uiam ſcitis. Ipſe enim eſt uia, ſed
patrem neſciebant. Ideo audiunt: Si cognouiſſetis
me,& patrem meum cognouiſſetis, per me utiq;
& illum,alius enim ego ſum, alius ille. Sed ne pu-
tarent diſsimilem,& amodo cognoſcetis eum, in-
quit,& uidiſtis eum. Viderunt enim ſimillimũ eius
filium,ſed admonendi fuerant,talem etiam eſſe pa-
trem quem nondum uidebant, qualis eſt filius quẽ
uidebãt. Et ad hoc ualet q̃d poſtea dicit Philippo:
Qui me uidet,uidet & patrẽ.nõ q̃d ipſe ſit & pater
& filius,(q̃d in Sabellianis,q uocant etiã Patripaſ-
ſiani, catholica fides damnat) ſed quod tã ſimiles
ſint pater & filius, ut qui unum norit,ambos noue
rit. Solemus enim de ſimilibus duobus ita loqui eis
qui unum illorum uident,& qualis ſit alius,uolunt
noſſe,ut dicamus: Vidiſtis illum? iſtum uidiſtis. Sic
ergo dictũ eſt: Qui uidet me,uidet & patrẽ,nõ qa
ipſe ſit pater, q filius,ſed quodã patris ſimilitudi-
ne in nullo prorſus diſcrepet filius. Ideo magiſter
diſcipulũ arguebat,quoniam cor poſtulantis uide-
bat,tanquam enim melior eſſet pater quam filius,
ſic Philippus patrem noſſe cupiebat,& ideo nec fi-
liũ ſciebat,quo melius aliqd eſſe credebat. Ad ſen-
ſum hunc corrigendum dictum eſt: ¶ *Qui uidet me,
uidet & patrem. Quomodo tu dicis, oſtende nobis patrẽ?*
Video quomodo tu dicas. Non alterum quæris ui-
dere ſimilẽ,ſed illum putas eſſe meliorem. ¶ *Non
credis quia ego in patre,& pater in me eſt?* Cur in ſimi
libus diſtantiã cupis cernere? Cur inſeparabiles,ſe-
paratim deſideras noſſe? Deinde non ad ſolũ Phi-
lippum, ſed ad alios pluraliter loquitur: ¶ *Verba
quæ ego loquor uobis, a meipſo non loquor: pater aũt in
me manẽs, ipſe facit opera.* Ergo & uerba opera ſunt?
Plane eſt ita. Nam profecto qui proximum loquẽ-
do ædificat,bonum opus operatur. Sed quid eſt, à
me ipſo non loquor,niſi à memetipſo non ſum qui
loquor? ei quippe tribuit qui facit, de quo eſt ipſe
qui facit. Pater enim deus non eſt de aliquo, filius
autem deus eſt quidem patri æqualis, ſed de patre
deo. Ideo ille deus,ſed nõ de deo,& lumen,ſed nõ
de lumine: iſte uero deus de deo,lumen de lumine.
Verum ſit æqualis alter alteri,ut tamen alter ab al
tero: ideo non loquitur à ſemetipſo,quia non eſt à
ſeipſo: ideo pater in illo manens facit opera ipſa,
quia per quem,& cum quo facit,nõ eſt niſi ab ipſo.

Deinde adiungit & dicit. ¶ *Non creditis,quia ego in
patre,& pater in me eſt?* Alioquin ꝓpter opera ipſa
credite. Antea ſolus Philippus arguebatur,nũc au-
tem non eum ibi ſolum fuiſſe qui eſſet arguendus,
oſtenditur. Propter opera,inquit,ipſa credite, qa
ego in patre,& pater in me eſt. Neq; enim ſi ſepa-
rati eſſemus, inſeparabiliter operari ulla ratione
poſſemus. Sed quid eſt quod ſequitur? ¶ *Amen amen
dico uobis,qui credit in me, opera quæ ego facio, & ip-
ſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem ua
do, & quodcunq; petieritis in nomine meo, hoc faciam.*
Ergo & illa maiora opera ſeipſum facturum eſſe
promiſit. Nõ ſe extollat ſeruus ſuper dominũ,nec Mat. 10.
diſcipulus ſupra magiſtrum. Maiora quam ipſe fe-
cit,dixit eſſe facturos,ſed in eis uel per eos ſe faci-
ente,non ipſis tanquam ſemetipſis. Ei quippe cãta
tur: Diligam te domine fortitudo mea. Sed quæ
ſunt tandem iſta maiora? An forte quod ægros ip-
ſis tranſeuntibus etiam eorum umbra ſanabat? Ma Pſal. 17.
ius eſt enim ut ſanet umbra quam fimbria. Illud ꝑ
ſe,hoc per ipſos,ſed utrunq; per ſe. Veruntamen
quando iſta dicebat,uerborum ſuorum opera com
mendabat. Sic enim dixerat: ¶ *Verba quæ ego loquor
uobis, a meipſo non loquor: pater autem in me manens,
facit opera ipſa.* Quæ opera tunc dicebat,niſi uerba
quæ loquebatur? Audiebant & credebant illi, &
eorundem uerborum fructus erat fides illorũ. Ve-
runtamen euangelizantibus diſcipulis non tã pau
ci quam illi erant,ſed gentes etiam crediderunt.
Hæc ſunt ſine dubitatione maiora. Nec tamen ait:
Maiora horum facietis,ut ſolos apoſtolos ea puta-
remus eſſe facturos,ſed qui credit in me, inquit,o-
pera quæ ego facio,& ipſe faciet, & maiora horũ
faciet. Ita ne quicunq; credit in Chriſtum,facit quę
Chriſtus,uel maiora quam Chriſtus? Si ergo qui
credit,faciet non credit utiq; qui non faciet, ſicuti
eſt illud; Qui diligit me, mandata mea cuſtodit?
unde profecto qui non cuſtodit,non diligit. Quid
eſt hoc fratres? nunquid inter credentes in Chriſtũ
non eſt computandus, qui non fecerit maiora quã
Chriſtus? Nudum eſt,abſurdum eſt, ferri non po-
teſt, non toleratur niſi intelligatur. Apoſtolum
ergo audiamus: Credenti,inquit, in eum qui iuſti-
ficat impium,deputatur fides eius ad iuſtitiam. In
hoc opere facimus opera Chriſti,qa & ipſum cre- Rom. 4.
dere in Chriſto,opus eſt Chriſti. Hoc operatur in
nobis,non utiq; ſine nobis. Audi ergo iam & intel-
lige. Qui credit in me,opera quæ ego facio,& ipſe
faciet. Prius ego facio,deinde ipſe faciet,quia fa-
cio ut faciat. Quæ opera,niſi ut ex impio iuſtus fi-
at? Et maiora horum faciet. Quorum obſecro?
nunquid nam operum Chriſti maiora faciet, qui
cum timore & tremore ſuam ipſius ſalutem ope-
ratur,quod utiq; in illo & ſine illo Chriſtus opera
tur? Prorſus maius hoc eſſe dixerim,quã eſt cœlũ
& terra,& quæcunq; cernuntur in cœlo & in ter-
ra. Et cœlum enim & terra tranſibit, prædeſtina-
torum autem,id eſt, eorum quos præſcit, ſalus &
iuſtificatio permanebit. In illis tantum opera dei,
in his autem eſt etiam imago dei. Sed in cœlo ſe-
dentes dominationes,principatus,poteſtates, ar-
changeli,angeli,opera ſunt Chriſti. Nunquid his
operibus maiora faciet, qui operãte in ſe Chriſto,
cooperatur æternam ſalutem ac iuſtificationẽ ſuã?
Non hic audeo præcipitare ſententiam,intelligat
qui poteſt. Iudicet qui poteſt, utrum maius ſit iu-
ſtos creare,quam impios iuſtificare. Certe enim
ſi æqualis utrunq; potentiæ hoc maioris eſt miſe-
ricor-

ricordiæ. Hoc enim magnum pietatis ſacramen-
1.Ti 3. tum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum
eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt in
gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt
in gloria. Reſtat inquirere quomodo accipiendũ
ſit. ¶ *Quodcunque petieritis patrem meum in nomine
meo, hoc faciam.* Magnam ſpem Dominus promi-
ſit ſuis orantibus, dicens: Quia ego ad patrem ua-
do, & quodcunq; petieritis patrẽ in noĩe meo, hoc
faciã. Sic ergo perrexit ad patrẽ, ut nõ relinqueret
indigentes, ſed exaudiret petẽtes. Sed quid eſt, q̃d
cunq; petieritis, cũ uideamus plerunq; fideles eius
petere & non accipere? An forte ꝓpterea q͞a male
petunt? Quãdo enim nos delectant mala, & nõ de-
lectant bona, rogare debemus potius deum ut de-
lectent bona, quam ut concedantur mala. Quomo
do ergo intelligendum eſt, quodcunq; petieritis,
hoc faciam, ſi deus aliqua petentibus fidelibus eti-
am conſulendo non facit? An forte ſolis apoſtolis
dictum debemus accipere? Abſit. Nunquid enim in
eum ſoli apoſtoli crediderunt? Ad eos itaq; loque-
batur dicendo, Qui credit in me, in quibus eo do-
nante etiam nos ſumus, qui utiq; non quodcunq;
petierimus, accipimus. Ipſos quoq; beatiſsimos ſi
cogitemus apoſtolos, inuenimus eum qui plus om
nibus laborauit (non autem ipſe, ſed gratia dei cũ
illo) ter dominum rogaſſe, ut ab eo diſcederet an-
gelus ſatanæ, nec tamen quod rogauerat accepiſſe.
2.Cor.12 Euigila homo fidelis, & uigilanter audi quod illic
poſitum eſt, in nomine meo, Ipſum enim, quodcun-
que, non ait utcunq;, ſed in nomine meo Quis pro-
miſit ergo tam magnum beneficium? Qui uocatur
Chriſtus Ieſus. Chriſtus ſignificat regem, Ieſus, ſi-
gnificat ſaluatorem. Nõ itaq; ſaluos nos facit quiſ-
cunq; rex, ſed rex ſaluator. Ac per hoc quodcunq;
petimus aduerſus utilitatem ſalutis, non petimus
in nomine ſaluatoris. Et tamen ipſe ſaluator eſt,
non ſolum quando facit quod petimus, uerumetiã
quando non facit, quoniam quod uidet peti cõtra
ſalutem, non faciẽdo potius ſe exhibet ſaluatorẽ.
Quapropter quando uolumus ut faciat quodcunq;
petimus, nõ utcunq;, ſed in nomine eius petamus,
hoc eſt, in nomine ſaluatoris petamus. Non ergo
contra ſalutem noſtram petamus. Quod ſi fecerit,
non ut ſaluator facit, quod eſt nomẽ eius, fidelibus
eius. Eſt quippe impijs & damnator, qui dignatur
fidelibus eſſe ſaluator. Qui ergo credit in eum, q̃d
cunq; petierit in eius nomine, quod eſt illis qui cre
dunt in eum, hoc facit: quoniã hoc ſicut ſaluator fa
cit. Si autem qui in eum credit, aliquid per ignorã
tiam contra ſalutem ſuam petit, non in nomine ſal
uatoris petit, quia ſaluator eius non erit, ſi quod e-
ius ſalutem impedit, fecerit Vnde tunc expedit po-
tius ut non faciat, propter quod inuocatur. Pro-
pterea non ſolum ſaluator, ſed etiam magiſter bo-
nus ut faciat q̃dcunq; petierimus, in ipſa oratione
q̃ nobis dedit, docuit q͞d petamus, ut etiã ſic intel-
ligamus non petere nos in noĩe magiſtri, q̃d peti-
mus præter regulã ipſius magiſterij. Sane quædã
q̃uis in noĩe eius petimus. i. ſecundũ ſaluatorem &
ſecundũ magiſtrũ petamus, non tũc q̃d petimus fa
cit, ſed tñ facit, neq; enim q͞a & illud petimus ut ue
niat regnũ tuũ, propterea nõ facit quod petimus,
quia nõ ſtatim cũ illo in æternitate regnamus. Diſ-
fertur enim q̃d petimus, nõ negatur. Veruntamen
orãtes tanq̃ ſeminantes, nõ deficiamus, tẽpore enim
ꝓprio metemus. Et ſimul petamus q̃ñ bene peti-
mus, ut nõ faciat q̃d nõ bene petimus, q͞a & ad hoc
pertinet quod in eadẽ oratione dñica dicimus, Ne
nos inferas in tentationẽ, neq; enim parua eſt ten- Mat.6
tatio, ſi contra tuam ſit cauſam tua poſtulatio.

IN FESTO INVENTIONIS ſanctæ crucis. Ioh. iij.

¶ In illo tpe: Erat homo ex phariſæis Ni-
codemus noĩe, princeps Iudæorũ. Hic ue-
nit ad Ieſum nocte, & dicit ei: Rabbi, ſci-
mus quia a deo uenisti magiſter. Et reli-
qua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

Nicodemus ex his erat, q credideerat in
nomine Ieſu, uidẽtes ſigna & prodigia
quę faciebat. Superius enim euangeli-
ſta hoc dixerat: Cum eſſet Ieſus Hie-
roſolymis in paſcha in die feſto, multi Iohan.2.
crediderunt in nomine eius. Quare crediderũt? Se
quitur & dicit, Videntes ſigna quæ faciebat. Et
de Nicodemo quid ait? ¶ *Erat homo ex phariſæis
Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic uenit ad eũ
nocte, & ait: Rabbi, ſcimus quia a deo uenisti magiſter.*
Et iſte ergo crediderat in nomine eius. Et ipſe un-
de crediderat? Sequitur & dicit. ¶ *Nemo enim po-
teſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cum eo.*
Si ergo iſte Nicodemus de illis multis erat qui cre
diderant in nomine eius, iam in iſto Nicodemo at-
tendamus, quare ſe Ieſus non credebat eis. ¶ *Reſ-
pondit Ieſus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis
renatus fuerit denuo, non poteſt uidere regnum Dei.*
Ipſis ergo ſe credit Ieſus, qui nati fuerint denuo.
Ecce illi crediderant in eum, & Ieſus non ſe crede
bat eis. Tales ſunt omnes catechumeni. Ipſi iam
credunt in nomine Chriſti, ſed Ieſus non ſe credit
eis. Intendat & intelligat charitas ueſtra. Si di-
xerimus catechumeno: Credis in Chriſtum? Re-
ſpondet, credo, & ſignat ſe. Iam crucem Chriſti
portat in fronte, & non erubeſcit de cruce domi-
ni ſui. Ecce credidit in nomine eius. Interrogemus
eum: Manducas carnem filij hominis, & bibis ſan-
guinem filij hominis? Neſcit quid dicimus, quia
Ieſus non ſe credidit ei. Cum ergo ex illo nume-
ro eſſet Nicodemus, uenit ad Ieſum, ſed nocte ue-
nit. Et forte hoc ad rem pertinet. Ad dominum ue
nit, & nocte uenit: ad lucem uenit, & in tenebris
uenit. Renati autem ex aqua & ſpirituſancto,
quid audiunt ab Apoſtolo? Fuiſtis enim aliquando Ephe.5.
tenebræ, nunc autẽ lux in domino, ut filij lucis ãm-
bulate. Et iterum: Nos qui diei ſumus, ſobrij ſimus. 1.Teſ.5.
Qui ergo renati ſunt, noctis fuerunt, & diei ſunt:
tenebræ fuerunt, & lumẽ ſunt. Iam credit ſe Ieſus
illis, & non nocte ueniunt ad Ieſum ſicut Nicode-
mus, non in tenebris quærunt diem. Tales enim iã
profitentur eum. Accedit ad illos Ieſus, facit in illis
ſalutem, quia ipſe dixit: Niſi quis mãducauerit car- Iohan.6.
nem meam, & biberit ſanguinẽ meum, nõ habebit
uitã in ſe Et q̃d ſignũ crucis habẽt ĩ fronte catechu
meni, iã de domo magna ſunt, ſed fiãt ex ſeruis fi-
lij. Nõ enĩ nihil ſunt, q͞a iã ad domũ magnã ptinent.
Q̃ñ aũt mãna mãducabat populus Iſrael? Cũ trãſiſ-
ſet mare rubrũ. Mare aũt rubrũ q͞d ſignificet, audi
apoſtolũ: nolo enĩ uos ignorare frẽs, q̃m patres nr̃i
oẽs ſub nube fuerũt, & oẽs mare tranſierũt. Vt q͞d
trãſierũt mare? q̃ſi cauſam q̃reret ab illo, ſecutus ait
Et oẽs p Moyſen baptizati ſunt in nube & in mari. 1.Cor.10
Si ergo figura maris tm̃ ualuit, ſpecies baptiſmi q̃n
tum

tum ualebit? Si quod geſtum eſt in figura, traiectũ
populum ad mãna perduxit: quid exhibebit Chri-
ſtus in ueritate baptiſmi ſui, traiecto per eum po-
pulo ſuo? Per baptiſmum traiecit omnes creden-
tes, occiſis omnibus peccatis, tanquam hoſtibus cõ
ſequentibus, ſicut in illo mari omnes Aegyptij pe-
rierũt. Quo traijcit fratres mei, quò traijcit per bapti-
ſmum Ieſus, cuius figuram tunc gerebat Moyſes, q
per mare traijciebat? Quo traijciebat? Ad manna.
Quid eſt manna? Ego ſum, inquit, panis uiuus, qui
de cœlo deſcendi. Manna accipiunt fideles iam tra
iecti per mare rubrum. Quare per rubrum mare?
Iam mare, quare rubrum? Significabat mare illud
rubrum, baptiſmũ Chriſti. Vnde ruber baptiſmus
Chriſti niſi ſanguine Chriſti conſecratus. Quo er-
go perducit credentes & baptizatos? Ad manna.
Ecce dico manna. Notum eſt qoid acceperint Iu-
dæi, populus ille Iſrael, notum eſt quid eis pluiſſet
deus de cœlo, & neſciunt catechumeni quid accipi
unt de menſa Chriſti. Erubeſcant ergo, qoia neſci
unt: tranſeant per mare rubrum, manducent man
na, & quomodo crediderũt in nomine Ieſu, ſic ſe
illis credat Ieſus. Ideo intēdite fratres quid reſpõ-
deat iſte qui nocte uenit ad Ieſum. Quamuis ad Ie-
ſum uenerit, tamen quia nocte uenit, adhuc de te-
nebris carnis ſuæ loquitur. Non intelligit quod au
dit à domino, non intelligit quod audit à luce, quę
illuminat omnem hominem uenientem in hũc mũ-
dum. Iam ei dominus dixit, Niſi quis renatus fue-
rit denuo, non uidebit regnum dei. ¶ *Dicit ad eum*
Nicodemus: Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex?
Spiritus ei loquitur, & ille carnē ſapit. Carnem ſuam
ſapit, qoia carnem Chriſti nõdum ſapit. Cum enim
dixiſſet dominus Ieſus, Niſi quis mãducauerit car-
Iohã 6. nem meam, & biberit ſanguinem meum, non habe
bit in ſe uitam: ſcandalizati ſunt quidam qoi eum
ſequebantur, & dixerunt ad ſemetipſos: Durus eſt
hic ſermo, quis poteſt eum audire? Putabant enim
hoc dicere Ieſum, quod eum poſſent concíſum ſi-
cut agnum coquere, & manducare. Abhorrentes à
uerbis eius receſſerunt, & amplius eum ſecuti non
ſunt. Sic euangeliſta loquitur: Et dominus ipſe re-
manſit cum duodecim. Et illi ad eum: Domine, ec-
ce illi dimiſerunt te. Et ille: Nunquid & uos uultis
abire? Oſtendere uolens, quia ipſe illis erat neceſ-
ſarius, non illi Chriſto erant neceſſarij, ne quis ter
reat Chriſtum quando dicitur ut ſit Chriſtianus,
quaſi beatior erit Chriſtus ſi tu fueris Chriſtianus.
Bonum eſt tibi ut ſis Chriſtianus. Nam ſi non fue-
ris, malum Chriſto non erit. Audi uocem pſal. Di-
xi domino, deus meus es tu, quoniã bonorum meo-
Pſal. 15. rum non eges. Ideo deus meus es tu, quoniam non
meorum eges bonorum. Si fueris ſine deo, minor
eris: ſi fueris cum deo, maior deus non erit. Nõ ex
te maior ille, ſed tu ſine illo minor. Creſce ergo in
illo. Noli te ſubtrahere, ut quaſi ille deficiat ſi re-
ceſſeris. Reficieris, ſi acceſſeris: deficies, ſi receſſe-
ris. Integer manet te accedente, integer manet te
Iohan 6 cadente. Cum ergo dixiſſet diſcipulis, Nunquid &
uos uultis abire? reſpondit Petrus, petra illa, uoce
omnium: Domine, ad quem ibimus? Verba uitæ
ęternæ habes. Bene ſapuit in ore ipſius caro domi
ni. Dominus autem expoſuit eis, & dixit: Spiritus
eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquam. Cum
dixiſſet, niſi quis manducauerit carnem meam &
biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe uitam:
ne carnaliter intelligerent, ſpiritus eſt, inquit, qui
uiuificat, caro autem nihil prodeſt. Verba quę lo-
cuius ſum uobis, ſpiritus eſt & uita. Hunc ſpiritum
& hanc uitam non ſapiebat iſte Nicodemus, qui
nocte uenerat ad Ieſum. Ait ei Ieſus: Niſi quis re-
natus fuerit denuo, non uidebit regoum Dei. Et
ille carnem ſuam ſapiens, in cuius ore nondum ſa-
piebat caro Chriſti, quomodo, inquit, poteſt homo
naſci, cum ſit ſenex? Nunqoid poteſt homo in ute-
rum matris ſuæ iterum introire, & naſci? Non no-
uerat iſte niſi unam natiuitatem ex Adam & Eua:
ex deo & eccleſia, nondum nouerat. Non nouerat
niſi eos parentes qui generant ad mortem: nondũ
nouerat eos parentes, qui generant ad uitam. Nõ
nouerat niſi eos parẽtes, qui generãt ſucceſſuros,
nondum nouerat eos, qui ſemper uiuentes gene-
rant permanſuros. Cum ergo ſint duę natiuitates,
ille unam intelligebat. Vna eſt de terra, alia de cœ-
lo. Vna eſt de carne, alia de ſpiritu. Vna eſt de mor
talitate, alia de æternitate. Vna eſt de maſculo &
fœmina, alia de deo & eccleſia. Sed ipſæ duæ ſin-
gulæ ſunt, nec illa poteſt repeti, nec iſta. Recte in-
tellexit Nicodemus natiuitatem carnis. Sed & tu
intelligito oattuitatem ſpiritus, quomodo intelle-
xit Nicodemus natiuitatem carnis. Quid Nicode-
mus intellexit? Nunquid poteſt homo denuo in
uentrem matris ſuæ intrare, & naſci? Sic quicunq́
dixerit tibi, ut ſpiritualiter iterum naſcaris, re-
ſponde quod dixit Nicodemus: Nũquid poteſt ho-
mo iterum in uentrem matris ſuę intrare, & naſci?
Iam natus ſum de Adam, non me poteſt iterum ge
nerare Adam. Iam natus ſum de Chriſto, non me
poteſt iterum generare Chriſtus. Quomodo ute-
rus non poteſt repeti, ſic nec baptiſmus. Qui naſci-
tur de eccleſia catholica, tanq̃ de Sara libera naſci
tur. Qui naſcitur de hæreſi, tanquam de ancilla na-
ſcitur, ſed ex ſemine Abrahæ. Animaduertat cha- Exo. 3.
ritas ueſtra magnum ſacramentum. Teſtatur deus
& dicit: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, &
deus Iacob. In iſtis tribus inuenimus parere libe-
ras, parere & ancillas. Inuenimus ibi & partus an-
cillarum, inuenimus ibi & partus liberarum, intel-
ligimus autem rem miram in iſtis partubus, id eſt,
in iſtis fœtibus, in his generatiõibus liberarum &
ancillarum, quatuor ſcilicet genera hominum, in
quibus generibus completur figura totius populi
futuri Chriſtiani, ut non ſit mirum quod in iſtis tri
bus dictum eſt, ego ſum deus Abraham, & deus
Iſaab, & deus Iacob. In omnibus enim Chriſtianis
fratres intendite, aut per malos naſcuntur boni,
aut per bonos naſcuntur mali, aut per bonos boni,
aut per malos mali. Amplius iſtis quatuor generi-
bus non poteſtis inuenire. Quæ iterum repetam,
aduertite, retinete, excutite corda ueſtra, nolite
pigri eſſe. Capite, ne capiamini, quomodo quatuor
ſunt genera omnium Chriſtianorum: aut per bo-
nos naſcuntur boni, aut per malos naſcuntur mali,
aut per bonos mali, aut per malos boni. Puto quia
planum eſt. Per bonos boni, ſi & qui baptizant, bo
ni ſunt: & qui baptizantur, recte credũt, & in mẽ-
bris Chriſti recte numerantur. Per malos mali, ſi
& qui baptizant, mali ſunt: & qui baptizantur, du-
plici corde accedunt ad deum, & non tenentes mo
res quos audiunt in eccleſia, & non ibi ſint paleæ,
ſed frumentum. Quam enim multi ſunt, nouit cha
ritas ueſtra. Per malos boni, ſi aliquando baptizat
adulter, & qui baptizatur, iuſtificatur. Per bonos
mali: aliquando qui baptizant, ſancti ſunt: & qui
baptizantur, tenere uias domini nolunt. Puto fra-
tres notum eſſe in eccleſia, & quotidianis exem-

ſuſ

pliſ manifeſtari ea quæ dicimus. Sed in prioribus
noſtris patribus ea conſideremus, quia habuerunt
Act. 6. & illi iſta quatuor genera. Per bonos boni: Anani-
Phil. 1. as Paulum baptizauit. Quid per malos mali: Dicit
Apoſtolus quoſdam prædicatores euangelii, quos
dicit non caſte annunciare ſolere euāgelium, quos
tolerat in ſocietate Chriſtiana, & dicit: Quid enim?
Dum omnimodo ſiue per occaſionem, ſiue per ue-
ritatem Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo.
Nunquid maleuolus erat, & de alieno malo gaude
bat? Sed quia & per malos uerum prædicabatur, &
per malorum ora Chriſtus annunciabatur, ſi quos
tales ſui ſimiles baptizabant mali malos baptizabāt.
Mat. 23. Si quos iſti baptizabant, de quibus dominus dicit:
Quæ dicunt, facite: quæ autē faciunt, facere nolite,
Act. 8. mali bonos baptizant Boni malos baptizant, quo
modo à Philippo Simon magus baptizatus eſt. No
ta ergo iſta ſunt quatuor genera, fratres mei. Ecce
iterū ea repeto. Tenete illa, numerate illa, animad-
uertite illa, Cauete quæ mala ſunt, tenete quæ bo
na ſunt. Per bonos boni naſcūtur, cum per ſanctos
ſancti baptizantur. Per malos mali, cum & qui ba-
ptizant, & qui baptizātur, iniq; & impie uiuunt.
Per malos boni, cum mali ſunt qui baptizāt, & bo-
ni qui baptizātur. Per bonos mali, cum boni ſunt
qui baptizāt, & mali qui baptizātur. Regeneratio
ſpiritualis una eſt, ſicut generatio carnalis una eſt.
Et quod Nicodemus: dño ait, uerū dixit: quia nō po-
teſt homo cū ſit ſenex, redire rurſus in uterum ma
tris ſuæ, & naſci. Ille quidem dixit, quia homo cū
ſit ſenex, hoc non poteſt: quaſi & ſi infans eſſet, poſ
ſet. Omnino enim non poteſt, ſiue recens ab utero,
ſiue annoſa iā ætate, redire rurſus in materna ui-
ſcera, & naſci. Sed ſicut ad natiuitatem carnalem
ualent muliebria uiſcera ad ſemel pariendū, ſic ad
natiuitatem ſpiritualem ualent uiſcera eccleſiæ ut
ſemel quiſq; baptizetur. Propterea ne quis forte
dicat, ſed iſte in hæreſi natus eſt, & iſte in ſchiſma-
te natus eſt, amputata ſunt oīa, ſi meminiſtis quæ
uobis diſputata ſunt de tribus patribus noſtris, quo-
rum deus dici uoluit, non quia ſoli erāt, ſed quia in
ſolis expleta eſt integritas ſignificādi populi futu-
ri. Dicit dominus Nicodemo, & exponit ei: ¶ *Amē
amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu
ſancto, non poteſt introire in regnū dei.* Tu, inquit, car
nalem generationē intelligis cū dicis: nunquid po
teſt homo redire in uiſcera matris ſuæ? Ex aqua
& ſpiritu ſancto oportet ut naſcatur, propter regnū
dei. Si propter hæreditatē patris hōis temporalē
naſcitur, naſcatur ex uiſceribus matris carnalis: pro-
pter hæreditatē patris dei ſempiternam, naſcatur
ex uiſceribus eccleſiæ. Generat per uxorē pater fi-
lium morituris ſucceſſurū, generat deus de eccle-
ſia filios nō ſucceſſuros, ſed ſecū manſuros. Et ſequi
tur: ¶ *Quod natū eſt de carne, caro eſt: & quod natū eſt
de ſpiritu, ſpiritus eſt.* Spiritualiter ergo naſcimur,
& in ſpū naſcimur uerbo & ſacramēto: adeſt ſpūs
ut naſcamur. Spiritus inuiſibiliter adeſt unde na-
ſceris, quia & tu inuiſibiliter naſceris. Sequit enim
& dicit: ¶ *Non mireris, quia dixi tibi, oportet uos naſci
denuo. Spiritus ubi uult ſpirat, & uocē eius audis, ſed ne
ſcis unde ueniat, aut quo uadat.* Nemo uidet ſpiritum,
& quomodo audimus uocem ſpiritus? Sonat pſal-
mus, uox eſt ſpiritus: ſonat propheta, uox eſt ſpiri-
tus: ſonat ſermo diuinus, uox eſt ſpiritus. Vocem
eius audis, & neſcis unde ueniat, & quo uadat. Sed
ſi naſcaris & de ſpiritu, hoc eris: ut ille qui non eſt
natus adhuc de ſpiritu, neſciat de te unde uenias,
& quo eas. Hoc enim ſecutus ait: ¶ *Sic eſt omnis qui
natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei:
Quomodo poſſunt hæc fieri?* Et reuera carnaliter in-
telligebat. In illo fiebat quod dixerat dominus. Vo
cem ſpiritus audiebat, & neſciebat unde ueniebat,
& quo ibat. ¶ *Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es ma-
giſter in Iſrael, & hæc ignoras?* O fratres, quid puta-
mus dominum huic magiſtro Iudæorum quaſi in-
ſultare uoluiſſe? Non erat Dominus quid agebat,
uolebat illum naſci ex ſpiritu. Nemo ex ſpiritu na
ſcitur niſi humilis fuerit, quia ipſa humilitas facit
nos naſci de ſpiritu. quoniam prope eſt Dominus
obtritis corde. Ille magiſterio inflatus erat, & ali-
cuius momēti ſibi eſſe uidebatur, quia doctor erat
Iudæorum. Deponit ei ſuperbiam, ut poſſet naſci
de ſpiritu. Inſultat quaſi indocto, non quia ſupe-
rior uideri uult Dominus. Quid magnum, deus ad
hominem? ueritas ad mēdacium? Maior Chriſtus
quam Nicodemus dici debet, dici poteſt, cogitan
dus eſt. Si diceretur maior Chriſtus quam angeli,
ridendum erat. Incomparabiliter enim maior cre
atore omni creatura, per quem facta eſt omnis cre-
atura. Sed exagitat ſuperbiam hominis. Tu es ma
giſter in Iſrael, & hæc ignoras? Tanquam dicens,
Ecce nihil noſti princeps ſuperbe, naſcere ex ſpi-
ritu. Si enim natus fueris ex ſpiritu, uias dei tene-
bis, ut humilitatem Chriſti ſequaris. Sic enim al- Philip. 2.
tus eſt ſuper omnes angelos, qui cum in forma dei
eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo;
ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipi-
ens, in ſimilitudinem hominum factus: & habitu
inuentus ut homo, humiliauit ſemetipſum, factus
obediens uſq; ad mortem. Et ne tibi mortis genus
aliquod placeat, mortem autem crucis. Pendebat,
& inſultabatur ei. De cruce deſcēdere poterat, ſed
differebat, ut de ſepulchro reſurgeret, pertulit ſu-
perbos ſeruos dominus, medicus ægrotos. Si hoc
ille, quid illi quos oportet naſci ex ſpiritu? Si hoc
iſte uerus magiſter in cœlo non hominum tātum,
ſed & angelorum? Si enim docti ſunt angeli, uer-
bo dei docti ſunt. Si uerbo dei docti ſunt, quærite
unde docti ſunt, & inuenietis. In principio erat Iohan. 1.
uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uer
bum. Tollatur homini ceruix, ſed aſpera & dura,
ut ſit leuis ceruix ad portandū iugum Domini, de
quo dicitur: Iugum meum leue eſt, & ſarcina mea
leuis. Et ſequitur. ¶ *Si terrena dixi uobis, & non cre-
ditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia, credetis?* Quæ ter Matt. 11.
rena dixit fratres? Niſi quis renatus fuerit denuo,
terrenum eſt. Spiritus ubi uult ſpirat, & uocē eius
audis, & neſcis unde ueniat, aut quo eat, terrenum
eſt. Si enim de iſto uento diceret, ſicut nōnulli in-
tellexerunt, cū quæreretur ab eis quid terrenū di-
xerit dominus cum ait, ſi terrena dixi uobis, & nō
creditis, quomodo ſi cœleſtia dixero, credetis? Cū
ergo quæreretur à quibuſdā quid terrenū dixerit
dñs, anguſtias paſſi dixerunt: Quod ait, ſpūs ubi
uult ſpirat, & uocem eius audis, & nō ſcis unde ue-
niat & quo eat, de uento iſto dixit. Quid enim nomi
nauit terrenum? Loquebatur de generatione ſpiri
tuali, ſecutus ait. Sic & oīs qui natus eſt ex ſpū. De-
inde fratres quis noſtrū non uideat (uerbi gratia)
auſtrum euntem à meridie ad aquilonem, aut aliū
uentum uenientem ab oriente ad occidentē? Quo-
modo ergo neſcimus unde ueniat, & quo eat? Quid
ergo dixit terrenum quod non credebāt homines?
An illud quod de templo reſuſcitādo dixerat? Cor-
pus enim ſuū de terra acceperat, & ipſam terrā pa

DE EODEM FESTO,
Matthæi. xix.

¶In illo tēpore: Acceſſerūt ad Ieſum phariſæi tentantes eū, & dicentes: Si licet hōi dimittere uxorē ſuā quacūque ex cauſa? Et reliqua. Homilia beati Iohannis epiſcopi.

IVSTVS dominus omnium, qui ſic diligit alios, ut alios non contemnat. Nam ſicut omnes illi debent gloriam quaſi Domino, ſic ille debet omnibus miſericordiam quaſi ſeruis. Nam ſi ſemper eum unus teneat locus, iam non eſt poſſeſſor omniū hominum, ſed poſſeſſor aliquorum. Reliquit Iudæam, & uenit in fines Iudææ, ſcilicet in Galilæam patriam ſuiam, de qua fuerat natus. Quaſi ſol altius aſcendēs, reliquit orientem, & uenit in Iudæam quaſi ad occaſum, ubi fuerat obiturus, in pace paſsionis oc-
2. Cor. 5. cumbens, iterum nobis alium diem nouiorem ſuæ reſurrectionis oſtendere uolens, ut dicamus cum Apoſtolo: Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, quaſi teſtimonia ſalutaris doctrinæ eius, quaſi oues paſtorem, in manu ipſius genitæ & nutritæ. Producebant eum quaſi paruuli filij patrem peregre longe proficiſcentem. Et quid pater proficiſcens? Bona pignora charitatis eis reliquit pro exilibus, remedia ſanitatum. Et ſanauit eos ibi. Apparet quia parati erant populi ſequi eum etiam in fines Iudææ. Sed ne quis exiſtimet Iudæorum, ſicut erant detractores, quod ad commendationem opinionis, & ad teſtimonia uirtutum ſuarum, iactantiæ cauſa trahat ſecum multitudinem infirmorū, ideo ſanauit eos & dimiſit, maxime cum ſufficerent & ipſi ad gloriam, & hominibus ad ſalutem, teſtimonia in ſuo loco naſcentia. ¶ *Et acceſſerunt ad eum phariſæi tentantes eum, & dixerunt: Si licet homini uxorem ſuam quacunque ex cauſa dimittere?* Viro caſto qualiſcunque uxor bona uidetur, quia perfecta charitas uitia non ſentit. Qui diligit uxorem, de ſoluendo matrimonio legis præcepta neceſſaria non habet. ubi autem de matrimonio ſoluendo lex requiritur, illic iam odium demonſtratur. Vbi odium inuenitur, illic iam fornicatio eſſe cognoſcitur. Quemadmodum ſi uideas hominem aſsidue amicitias medicorum colentem, ex ipſa re ſtatim intelligis, quia infirmus eſt: ſic & cum uideris ſiue uirum ſiue mulierem de dimittendis uxoribus ſiue uiris legem interrogantes, cognoſces quia uir iſte laſciuus eſt, & mulier illa meretrix eſt. Sic & Iudæi homines fornicati & cōtaminati, qui habentes uxores, habere non uidebantur, quia uxor illis non erat quaſi iucunda poſſeſſio caſtitatis, ſed quaſi deſertum exilium libidinis illic relegatæ. Nam in matrimonio mox caſtitas delectat, libido autem quaſi uinculo coniugij colligata torquetur. Et non ſit nouum quod dicimus, quia caſtitas in matrimonio delectat. Nam primus gradus eſt caſtitatis, ſyncera uirginitas: ſecundus autem, fidele coniugium. Ergo ſpecies ſecūda uirginitatis, eſt matrimonij caſta dilectio. Adierunt ergo Ieſum tentantes, ut uiderent ſi uoluntatis eorum amicus eſſet, an caſtitatis patronus, ut ſi quidem diceret quia licet dimittere, laudarent eum: ſi autem non, contradicerent ei, & hoc eſt proprie tentare. Qui autem uere interrogat, quicquid audierit conquieſcit. ¶ *Si licet homini dimittere uxorem ſuam quacunque ex cauſa?* O effrenata laſciuia. Sciebant nanque quia nullam cauſam idoneam habebant circa dimittendas uxores ſuas, propter ſolam turpitudinem alias atque alias ſibi coniungebant. Ideo timuerunt interrogare ex quibus cauſis, ne ſeipſos intra anguſtias certarum cauſarum conſtringerent, ſed interrogauerunt ſi ex cauſis omnibus licet, ſciens quia modum neſcit libido, ſed quanto exercetur, tanto magis accenditur, non leuiter nec intra terminos unius cōiugij ſe capit libido. ¶ *Ille reſpondens, ait eis: Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos?* Dicens, non legiſtis, id eſt, legiſtis quidem, ſed noluiſtis facere quod legiſtis, conſcientiam illorum ad teſtimonium prouocat, ut oſtendat eis quoniam ideo interrogant, non firmiter diſcant quod dubitant, ſed ut excuſabiliter faciant, quod inexcuſabiliter peccant. Maſculum & fœminam, non maſculum & multas fœminas, ut uni maſculo liceat multas fœminas poſsidere: neque maſculos & fœminam, ut uni fœminæ liceat multos uiros excipere: ſed maſculum & fœminam, ut una fœmina nullum maſculum putet eſſe in ſeculo niſi unū: & unus maſculus nullā putet fœminā eſſe in ſeculo præter unā. Non eñ duas aut tres coſtas Dominus tulit de latere uiri, & duas aut tres fecit mulieres. Cum ergo ſecunda aut tertia uxor ſteterit ante faciem tuam, ſicut tunc Eua ante Adam, quomodo illi dicet, hoc nunc os ex oſsibus meis? Nam ſi uera coſta eſt illa mulier, tamen nō ſua. Si ergo non illi dixeris, non illam confirmes eſſe tuam: ſi autem dixeris, mentiris. Sic ergo ad hoc Deus maſculum & fœminam ex uno creauit ut fiat unum, quare ergo & de cætero uir, & mulier non ex uno utero naſcuntur, ſicut uolatilia quædam? Quia Deus maſculum & fœminam creauit, propter neceſsitatem filiorum generandorum, tamen ſemper caſtitatis fuit amator, & continentiæ autor. Ideo illum typum non ſeruauit in omnibus, ut ſi quidem uult homo nubere ſecundum primam diſpoſitionem creationis humanæ, intelligat quid eſt uir & uxor. Si autem noluerit nubere, non habeat neceſsitatem nubendi propter coniunctionem natiuitatis, ne forte uideatur per ſuam continentiam alteram perdere, quæ uolebat eſſe in continentia, quomodo dicimus poſt coniunctio matrimonio, ne alter ab altero nolente ſeparetur. ¶ *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam.* Propter quid? Quia ex uiro eſt uxor, & ex una carne ſunt ambo. Ergo nunc maior charitas debet eſſe inter fratres & ſorores, quia iſti quidem ex eiſdem parentibus exeunt, iſti autem ex diuerſis? Sed hoc magnum eſt nimis, quia fortior eſt Dei conſtitutio, quam uirtus naturæ. Non enim præcepta Dei naturæ ſunt ſubiecta, ſed natura præceptis obtemperat. Deinde fratres licet ex uno naſcantur, tamen ideo naſcuntur, ut diuerſas uias perant. Vir autē & uxor licet ex diuerſis, tamen ideo naſcuntur, ut in unum conueniant. Ergo hi quamuis non ex uno, ad hoc creati ſunt, ut fiant unum. Vides ergo quia nō ſeipſum ſequitur ordo naturæ, ſed ordinationem dei. Ex teipſo conſidera. Quod enim eſt in herbis aut in arboribus humor, hoc eſt in hominibus amor. Sicut herbæ ex humore naſcuntur & creſcunt, ſic homines per amorem incipiunt & augentur. Humor quidem de radicibus aſcendit in herbam, de herba autē non re-

ſuaſionis acceſſerit. Et illi quidem ſecundũ carnem interrogabant, quæ pati merebantur ſecundum ſpiritum, ſi licet dimittere uxorem quacunque ex cauſa. Chriſtus aũt eis reſpondit quod facere eos decebat, dicens: ¶ *Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob cauſam fornicationis, & aliã duxerit, mœchatur.* Sicut enim uxorẽ quocũq; modo cõtra uoluntatẽ uiri agentem dignum eſt repellere, non autem iuſtum eſt quantum ad grauitatem uiri, niſi ob cauſam fornicationis, ſic & eccleſia quocunq; modo contra uolũtatem egerit Chriſti, abiici digna eſt. Non autem abiicitur propter longanimitatẽ Chriſti, niſi ſola cauſa tranſgreſsionis. Sicut enim Chriſtus ſi dimiſiſſet prius eccleſiam Iudæorum, nõ eis ſubminiſtrans per ſcripturas notitiam diuinitatis ſuæ, ipſe feciſſet eam adulterare cũ diis extraneis, quoniam natura rationabilis, & ſubdita deo, & à deo creata, ſine deo non poteſt eſſe, ſic Chriſto eõ ſcientiam ſuæ diuinitatis ſubminiſtrante, quoniam ſynagoga tranſibat ad idola, inexcuſabilis adultera eſt reperta. Propter quod repulit eã Chriſtus, non repulit eam quacunq; ex cauſa, ſed propter fornicationis ipſius cauſam, quia non ſolũ relicto Chriſto diabolo ſe coniunxit, ſed etiam interfecit, pro quo mori debuerat. Ab initio enim Deus genuit Chriſtum, deinde creauit hominem rationalem, naturam, angelorum & animarum, quaſi coniugem potẽtem ſuſcipere uerbum ipſius. Ideo clamat: ¶ *Quod deus coniunxit, homo non ſeparet.* Et multis quidem modis homo ſeparat, quod deus cõiunxit. Quando enim quis aut dicit aut facit aliquid, per quod ſcandalizati homines recedunt à Chriſto, homo ſeparat quod deus coniunxit. Sed & ſi nullus alter hoc faciat, ipſe autẽ ſe homo peccans à deo præcidat, repellens ſpiritũ eius à ſe, ipſo mo uidetur ſeparaſſe quod deus coniunxit. Dicũt ei diſcipuli: ¶ *Si ita cauſa eſt uiro cum uxore, non expedit nubere.* Audiẽtes apoſtoli cogitabãt apud ſe, mu-

Eccl. 7 lier bona difficile inuenitur, proteſtante Salomone: In mille quidem unum uirum inueni, mulierem autem in his omnibus non inueni. Quid eſt autem

Quid eſt mulier. (margin: iaus mulierum.) aliud mulier, niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura, boni decore depicta? Ergo ſi dimittere illam peccatum eſt, tenere uero illam tormentum eſt, neceſſe eſt ut aut dimittentes adulteriũ faciamus, aut tenentes quotidianas pugnas & amaritudines habeamus. Ideo reſponderunt: Si ita cauſa eſt uiro cum uxore, nõ expedit nubere. Tunc Dominus non dixit quia expedit, ſed magis conſenſit quia non expedit, ſed infirmitatem carnis aſpiciens dixit. ¶ *Non omnes capiunt uerbum iſtud, ſed quibus datum eſt.* Non dixit, non omnes poſſunt, ſed non omnes capiunt, id eſt, omnes capere poſſunt, non tamen capere uolunt. Palma propoſita eſt. Qui concupiſcit gloriam, non cogitat de labore. Nemo uinceret, ſi omnes periculum pugnæ timerent. Ex eo quod quidam non poſſunt, & à propoſito continentiæ cadunt, non debemus circa uirtutem caſtitatis fieri pigriores. Si enim quidam in pugna cadentes non exanimant cæteros, ſed dicunt illis, ſi datum fuiſſet, rem non applicant pugnæ, ſed homini: quanto magis nos

* * * cadentes negligentiæ imputare debemus, non difficultati uirginitatis? Quod autem dicit quibus datum eſt, non hoc ſignificat, quoniam quibuſdam datur, quibuſdam non datur, ſed iſtud oſtendit, quia niſi auxilium gratiæ acceperimus, nihil ex nobis ualeamus. Quoniam autem uolentibus gratia non denegatur, in euangelio dominus dicit: Petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Debet autem uoluntas præcedere, & ſic ſequitur gratia. Nam neque gratia ſine uoluntate aliquid operatur, nec uoluntas quid ſine gratia poteſt. Nam & terra non germinat, niſi pluuiam ſuſceperit, nec pluuia fructificat ſine terra. Tu aũt domine. Mat. 7.

DE SANCTIS INFRA PASCHA & Pentecoſten. Iohan. xv.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitẽ in me non ferentem fructum, tollet eum. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

ISTE locus euãgelicus, fratres ubi ſe dominus nominat uitem, & diſcipulos ſuos palmites, ſecundum hoc dicit, quod eſt caput eccleſiæ, noſq; membra eius, mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Vnius quippe naturæ ſunt uitis & palmites. Propter quod cum eſſet Deus, cuius naturæ non ſumus, factus eſt homo, ut in illo eſſet uitis humanæ naturæ, cuius & nos homines palmites eſſe poſſemus. Quid eſt ergo, Ego ſum uitis uera? Nunquid ut adderet uera, hoc ad eam retulit, unde iſta ſimilitudo tracta eſt? Sic enim dicitur uitis per ſimilitudinem, non per proprietatem, quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cætera huiuſmodi, quæ magis ipſa ſunt uera, ex quibus du- Iere. 2

cuntur ſimilitudines, non proprietates. Sed cum dicit: Ego ſum uitis uera, ab illa utique ſe diſcernit, cui dicitur: Quomodo conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ? Nam quo pacto eſt uitis uera, quæ expectata eſt ut faceret uuam, fecit autem ſpinas? ¶ *Ego ſum (inquit) uitis uera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Nunquid unum Ioh. 14.

ſunt agricola & uitis? Secundum hoc ergo Chri- Ioh. 10.

ſtus uitis, ſecundum quod ait: Pater maior me eſt. Secundum id autem quod ait, Ego & pater unum ſumus, & ipſe agricola eſt. Nec tales quales ſunt qui extrinſecus operando exhibent miniſterium, 1. Cor. 3

ſed talis, ut det etiam intrinſecus incrementum. Nam neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Sed utique deus eſt Chriſtus, quia deus erat uerbum. Vnde ipſe & pater unum ſunt. Et ſi uerbum caro factum eſt quod non erat, manet quod erat. Deniq; cum de patre tanquam de agricola dixiſſet quod infructuoſos palmites tollat, fructuoſos autẽ purget, ut fructum plus afferant, continuo etiam ſeipſum mundatorem palmitum oſtendens: ¶ *Iam uos, inquit, mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis.* Ecce & ipſe mundator eſt palmitum, quod eſt agricolæ, non uitis officium, qui etiam palmites operarios ſuos facit. Nam & ſi non dant incrementum, impendunt tamen aliquod adiumentum: ſed non de ſuo: quia ſine me, inquit, nihil poteſtis facere. Aut etiam ipſos confitentes. Quid autem eſt Apollo? Quid autem Paulus? Miniſtri Chri- 1. Cor. 3

ſti, per per quos credidiſtis, & unicuique ſicut do-
1.Cor.3 minus dedit. Ego plãtaui, Apollo rigauit. Et hoc
ergo ſicut unicuique dominus dedit. Non itaque
de ſuo. Iam uero quod ſequitur: ſed deus incremẽ-
tum dedit, non per illos, ſed per ſemetipſum fa-
cit. Excedit hoc humanam humilitatem, excedit
angelicam ſublimitatem, nec omnino pertinet niſi
ad agricolam trinitatem. Iam uos mundi eſtis,
mundi ſcilicet atque mundandi. Neque enim niſi
mundi eſſent, fructum ferre potuiſſent: & tamen
omne quod fert fructum, purgat agricola, ut fru-
ctum plus afferat. Fert fructum, quia mundus eſt,
atque ut plus afferat, purgatur adhuc. Quis enim
eſt in hac uita ſic mundus, ut non ſit magis magiſ-
1.Ioh.1. que mundandus? Vbi ſi dixerimus quia peccatum
non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & ueritas
in nobis non eſt. Si autem confeſſi fuerimus pec-
cata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui dimittat no-
bis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate:
Mundet itaque mundos, hoc eſt, fructuoſos, ut
tanto ſint fructuoſiores, quanto fuerint mundio-
res. Iam uos mundi eſtis propter uerbum quod lo-
cutus ſum uobis. Quare non ait, mundi eſtis pro-
pter baptiſmum in quo abluti eſtis, ſed ait, pro-
pter uerbum quod locutus ſum uobis, niſi quia in
aqua uerbum mundat? Detrahe uerbum, & quid
eſt aqua niſi aqua? Accedat uerbum ad elemen-
tum, & fit ſacramentum, etiam ipſum tanquam
uiſibile uerbum. Nam & hoc utique dixerat, quã-
do pedes diſcipulis lauit. Qui lotus eſt, non indi-
Iohã.13. get niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Vn-
de iſta tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor
abluat, niſi faciente uerbo? non quia dicitur, ſed
quia creditur. Nam & in ipſo uerbo aliud eſt ſonus
tranſiens, aliud uirtus manens. Hoc eſt uerbum
fidei quod prædicamus, ait Apoſtolus: Quia ſi cõ-
Ro 10. feſſus fueris in ore tuo quia Dominus eſt Ieſus, &
credideris in corde tuo quia Deus ſuſcitauit illum
à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iu-
ſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Vnde
& in Actibus apoſtolorum legimus: Fide mun-
dans corda eorum. Et in epiſtola ſua beatus Pe-
Act.15. trus: Sic & uos (inquit) ſaluos facit baptiſma, nõ
1.Pet.1. carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ
interrogatio. Hoc eſt uerbum fidei quod prædi-
camus, quo ſine dubio, ut mundare poſsit, conſe-
cratur & baptiſmus. Chriſtus quippe nobiſcũ uitis,
cum patre agricola, dilexit eccleſiam, & ſeipſum
tradidit pro ea. Lege Apoſtolum, & uide quid
adiungat: Vt eam ſanctificaret, inquit, mundans
Ephe.5. eam lauacro aquæ in uerbo. Mundatio igitur ne-
quaquam fluxo & labili tribueretur elemento, ni-
ſi adderetur in uerbo. Hoc uerbum fidei tantum
ualet in eccleſia Dei, ut per ipſum credentem, of-
ferentem, benedicentem, tingentem, etiam tan-
tillum mundet infantem, quamuis nondum ualen-
tem corde credere ad iuſtitiam, & ore confiteri
ad ſalutem. Totum hoc fit per uerbum, de quo
Dominus ait: ¶ *Iam uos mundi eſtis propter uerbum
quod locutus ſum uobis. Manete, inquit, in me, & ego
in uobis.* Non eo modo illi in ipſo, ſicut ipſe in il-
lis. Vtrunque enim prodeſt, non ipſi, ſed illis. Ita
ſunt quippe in uite palmites, ut uiti non conferãt,
ſed inde accipiant ut uiuant. Ita uero uitis in pal-
mitibus, ut uitale alimentum ſubminiſtret eis,
non ſumat ab eis. Ac per hoc & manentem in ſe
habere Chriſtum, & manere in Chriſto, diſcipu-
lis prodeſt utrunque, non Chriſto. Nam præci-

ſo palmite, poteſt de uiua radice alius pullulare.
Qui autem præciſus eſt, ſine radice non poteſt
uiuere. Denique adiungit & dicit: ¶ *Sicut pal-
mes non poteſt ferre fructum a ſeipſo, niſi manſerit
in uite, ſic nec uos, niſi in me manſeritis.* Magna gra-
tiæ commendatio, fratres mei. Corda inſtruit
humilium, ora obſtruit ſuperborum. Ecce cui ſi
audent reſpondeant, qui ignorantes Dei iuſtiti-
am, & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ Dei
non ſunt ſubiecti. Ecce cui reſpondeant ſibi pla-
centes, & ad bona opera facienda Deum ſibi ne- Rom.10
ceſſarium non putantes. Nonne huic reſiſtunt ue-
ritati, homines mente corrupti, reprobi circa fi-
dem, qui reſpondent & loquuntur iniquitatem, 2.Tit.3.
dicentes: A Deo habemus quod homines ſumus,
à nobiſmetipſis quod iuſti ſumus? Quid dicitis?
Quid uoſipſos decipitis, non aſſertores, ſed præ-
cipitatores liberi arbitrij, ex alto elationis, per
inania præſumptionis, in profunda ſubmerſi?
Nempe uox ueſtra eſt, quod homo ex ſemetipſo
facit iuſtitiam. Hoc eſt altum elationis ueſtræ,
ſed ueritas contradicit, & dicit: Palmes non po-
teſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in ui-
te. Ite nunc per abrupta, & non habentes ubi fi-
gamini, uentoſa loquacitate iactamini. Hæc
ſunt inania præſumptionis ueſtræ. Sed quid uos
ſequatur, uidete, & ſi eſt in uobis ullus ſenſus hor-
rete. Qui enim à ſemetipſo ſe fructum exiſti-
mat ferre, in uite non eſt. Qui in uite non eſt,
in Chriſto non eſt. Qui in Chriſto non eſt, Chri-
ſtianus non eſt. Hæc ſunt profunda ſubmerſio-
nis ueſtræ. Etiam atque etiam conſiderate quid
adhuc ueritas ſubiungat, & dicat: ¶ *Ego ſum,
inquit, uitis, uos palmites. Qui manet in me, & ego
in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil pote-
ſtis facere.* Ne uero quiſquam putaret ſaltem ali-
quem fructum paruum poſſe à ſemetipſo palmi-
tem ferre, cum dixiſſet, hic fert fructum multum,
non ait, quia ſine me parum poteſtis facere, ſed
nihil poteſtis facere. Siue ergo parum, ſiue mul-
tum, ſine illo fieri non poteſt, ſine quo nihil fieri
poteſt. Quia & ſi parum attulerit palmes, eum
purgat agricola, ut plus afferat: tamen niſi in ui-
te permanſerit, & uixerit de radice, quantumli-
bet parum fructum à ſemetipſo non poteſt ferre.
Quamuis autem Chriſtus uitis non eſſet, niſi ho-
mo eſſet, tamen iſtam gratiam palmitibus non
præberet, niſi etiam Deus eſſet. Verum quia ita
ſine gratia non poteſt uiui, ut mors in poteſtate
ſit liberi arbitrij: ¶ *Si quis, inquit, in me non manſerit,
mittetur foras ut palmes, & areſcet, & colligent eũ, & in
ignem mittent, & ardet.* Ligna itaque uitis tanto
ſunt contemptibiliora ſi in uite non manſerint,
quanto glorioſiora ſi manſerint, denique ſicut de
his etiam per Ezechielem prophetam Dominus
dicit, præciſa nullis agricolarum uſibus proſunt, Eze.15.
nullis fabrilibus operibus deputãtur. Vnum e duo-
bus palmiti congruit, aut uitis, aut ignis. Si in uite
non eſt, in igne erit. Vt ergo in igne non ſit, in uite
ſit. ¶ *Si manſeritis in me, inquit, & uerba mea in uobis
manſerint, quodcunque uolueritis petetis, & fiet uobis.*
Manendo quippe in Chriſto, quid uelle poſſunt,
niſi quod conuenit Chriſto? Quid uelle poſſunt
manendo in ſaluatore, niſi quod non alienum eſt a
ſalute? Aliud quippe uolumus quia ſumus in Chri-
ſto, & aliud uolumus quia ſumus adhuc in hoc ſecu-
lo. De manſione namq; huius ſeculi nobis aliquan-
do ſubrepit, ut hoc petamus quod nobis non expe-

dire neſcimus. Sed abſit ut fiat nobis ſi maneamus
in Chriſto, qui non facit quod petimus, niſi quod
expedit nobis. Manentes ergo in eo, cū uerba eius
in nobis manent, quodcunq; uoluerimus petimus,
& fit nobis: quia ſi petimus, & non fit, non hoc pe-
timus quod habet manſio in eo, nec quod habent
uerba eius quæ manent in nobis, ſed quod habet
cupiditas & infirmitas carnis, quæ non eſt in eo,
& in qua non manent uerba eius. Nam utique ad
uerba eius pertinet oratio illa, quam docuit, ubi
dicimus: Pater noſter qui es in cœlis. Ab huius ora-
Matt. 6. tionis uerbis & ſenſibus non recedamus in petiti-
onibus noſtris, & quicquid petierimus, fiet nobis.
Tunc enim dicenda ſunt uerba eius in nobis mane-
re, quādo facimus quæ præcepit, & diligimus quę
promiſit. Quando autem uerba eius manent in me-
moria, nec inueniuntur in uita, non computatur
palmes in uitę, quia uitam non extrahit ex radice.
Ad hanc differētiam ualet quod ſcriptum eſt: Me-
moria retinentibus mandata eius, ut faciant ea.
Pſal. 102 Multi enim memoria retinent ut contemnant, uel
etiam derident, ut oppugnēt ea. In his uerba Chri-
ſti non manent, quia tangunt quodammodo, non
cohærent. Et ideo non illis erunt in beneficium,
ſed in teſtimonium. Et quia ſic inſunt eis, ut non
maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis, ut iudicen-
tur ex eis. Tu autem domine.

IN VIGILIA BEATI IOANnis Baptiſtæ. Luc. I.

¶ Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſa-
cerdos quidam nomine Zacharias, de uice
Abia, & uxor illi de filiabus Aaron, & no-
men eius Elizabeth. Et reliqua. Homilia
uenerabilis Bedæ presbyteri.

VEnturus in carne Dominus & redem-
ptor noſter, multos diſpenſationis ſuę
teſtes præmiſit & nuncios, qui diuer-
ſis temporibus, diuerſis Iſraeliticæ ple-
bis parentibus orti, non diuerſa fide,
ſed uno eodemq; per omnia ſenſu, eiuſdem incar-
nationis myſterium prophetando præcurrerent.
Horū ultimus & quaſi limes quidam legis & euan-
gelij, figuræ & ueritatis, Iohannes apparuit, domi-
Mat. 11. no atteſtante, qui ait: Lex & prophetæ uſq; ad Io-
hannem, ex eo regnum dei euangelizatur. Vnde e-
tiam pluſquam propheta dictus eſt, quia quem cæ-
teri a longe prophetando ſolum prędixerant, ille
& primo uenturū prophetando ſignauit, & mox
uenientem oſtendendo monſtrauit. Qui certę gra-
tia diſpēſationis, non ſolum iuſtus, ſed & de ponti-
ficali ſtirpe ortis parentibus natus aſſeritur. ¶ *Fuit
enim ſacerdos (ſicut ex lectione euangelica audiuimus)
nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illi de filiabus
Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iuſti ambo
ante dominum.* Iuſtis quippę parentibus erat geni-
tus, ut eo confidentius iuſtitiæ pręcepta populis
daret, quo hęc ipſe non quaſi nouitia didiciſſet, ſed
uelut hęreditario iure a progenitoribus accepta
ſeruaret. De ſacerdotali proſapia ortus eſt, ut eo
potentius imitationem ſacerdotij præconaretur,
quo ipſum ad ſacerdotale genus pertinere clare-
ſceret. Redemptor etenim noſter in carne appa-
rens, ſicut rex nobis fieri dignatus eſt regnum cœ-
leſte tribuēdo, ita etiam pontifex factus eſt, ſemet
ipſum pro nobis offerendo deo hoſtiam in odorem
ſuauitatis. Vnde ſcriptū eſt: Iurauit dominus, & nō
pœnitebit eum, tu es ſacerdos in ęternum ſecundū
ordinem Melchiſedech. Melchiſedech quippe (ut Gen. 14.
legimus) ſacerdos dei ſummi, lōge legalis ſacerdo-
tij tempora pręceſſit, offerens deo panem & uinū.
Et ideo redemptor noſter ſacerdos eſſe dicitur ſe-
cūdum ordinem Melchiſedech, quia ablatis uicti-
mis legalibus, idem ſacrificij genus in myſteriū ſui
corporis & ſanguinis in nouo teſtamento offeren-
dū inſtituit. Quis ergo cōgruentius tranſlationem
legalis, & ſubſtitutionē euangelici ſacerdotij, quā
ſummi iuxta legem ſacerdotis filius propheraret?
Qui cum & ipſe ſummus ſacerdos ſecūdum legem
exiſtere poſſe uideretur, maluit docente intrinſe-
cus incōmutabili ratione ueritatis, noui ſacerdotij
præco, quam ſucceſſor & hæres exiſtere ueteris.
Maluit doctus in ſpū, uocatis in deſertum populis
noui teſtamenti ſacramenta prædicare, quā ad ſe
uenientibus in tēplum, glorioſiſſimo illo tunc tem-
poris ſacerdotij ueteris officio præeſſe. Prætulit
longam ſolitudinis ſitim & eſuriem, continuis ho-
ſtiarum ſolēnijs: pilis camelorum, & cinctui zonæ
pelliceę, auro textas pontificū poſtpoſuit ſtolas.
Vt quid enim hęc fratres mei, niſi ut is qui merito
iuſtitiæ perfectioris, autoritatē ſibi prædicandi
aſciuerat, ipſe etiā neglecto ordine paterni pōtifi-
catus pręco & pręcurſor exiſteret? Si uero frater-
nitatē ueſtrā audire delectāt quis ſit Abia, de cuius
uice Zachariās genus duxiſſe perhibetur, hic tem-
poribus Dauid regis, ſummus erat ſacerdos. Siquī-
dē iubente domino per Moyſen primo unus in le-
ge pōtiſex Aaron eſt cōſtitutus, poſt cuius mortē
Eleazar filius eius ſacerdotiū ſuſcepit. Et hoc quo-
que mortuo, Phinees filius eius ſacerdotij ſucceſ-
ſor extitit, & ſic uſq; ad tēpora Dauid per annos
circiter quadringētos ſeptuaginta, unus poſt unū
extitere pontificatus hæredes. At uero Dauid cū
magno feruēs ſtudio religionis, templum domino
condere deſideraſſet, dñs autē magis hoc per filiū
eius Salomonem uellet impleri, nihilominus ipſe
Dauid omnia quę ad futurā eiuſdē templi conſtru-
ctionē uel reuerentiam pertinerent, ſolicite præ-
parare curauit. Vnde etiā cātores ſtatuit qui tem-
pore ſacrificij quotidie pſalmos cū melodia reſo-
narent, atq; animos populi circunſtantis ad memo-
riam amoremque cœleſtium, non ſolum ſublimita-
te uerborum quæ dicebantur, ſed etiam ſuauitate
ſonorum qua dicebantur, erigerent. Volenſque ut
creſcente cultu & magnificētia templi, decus quo-
que miniſterij illius, & miniſtrantium creſceret
cœtus, conuocauit omnem progeniem filiorum
Aaron, & eos uidelicet qui de Eleazar, & illos
qui de Ithamar ſtirpe deſcenderant, diuiſitque hos
in partes uigintiquatuor, ac de his ſingulis ſingu-
los pontifices eligens, cæteros qui in partibus e-
rant, ſacerdotij minoris, qui nunc presbyteratus
uocatur, officio fungi præcepit, ea uidelicet proui-
ſione, ut dum quilibet pontificum uita decederet,
quicunque in eius parte optimus putaretur, & in
pontificatu ſuccederet. Quas uidelicet partes ta-
liter ordinauit, ut ſinguli pontifices cum ſubiectis
ſibi ſacerdotibus per octonos dies, hoc eſt, à ſabba-
to uſque ad ſabbatum miniſtrarent. Et cum omnes
gradu ſacerdotali eſſent æquales, unus tamen in
eis qui dignior uideretur, ſpeciali reuerentia ac po-
teſtate præeminens, ſummi ſacerdotis nomen ha-
beret. Qui autem ordo partium earundem ſeruari
deberet, miſſa corā Dauid rege & principibus fa-

miliarum ſacerdotalium & leuitarum ſorte quęrebatur. In quarum diſtributione ſortium, Abia de cuius uice & genere Zacharias oritur, octauo loco poſitus inuenitur. Et recte pręco noui teſtamẽti (in quo gloria reſurrectionis mũdo declaratur) loco octauæ ſortis naſcitur, quia & dominus noſter una ſabbati quæ eſt a die conditionis octaua, reſurrexit à mortuis, & nobis poſt ſex huius ſeculi ætates, ac ſeptimam quietis animarum, quæ eſt in alia uita, octaua iam ætas perpetuæ reſurrectionis in fine promittitur. ¶ *Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela.* Sæpe contingit ut hi qui iam perfecti hominum æſtimatione iudicantur, adhuc in oculis interni arbitri minus aliquid perfectionis habeant. Et rurſus euenire ſolet, ut nonnulli quibuſdam uirtutum operibus immoderatius ſtudendo, dum ſine ſcientia deo placere appetunt, proximorũ oculos offendant. A qua utraque reprehenſione parentes beati Iohannis immunes eſſe declarantur. De quibus cum dictum eſſet, Erant autem iuſti ambo, continuo ſubnectitur, ante deum. Et cum adiunctum eſſet incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini, mox infertur, ſine querela. Ac ſi aperte dicatur: Adeo ſe in actibus pariter & in cogitationibus ſuis circunſpecte agebant, ut & diuinis obtutibus in occulto, & humano foris iudicio placerẽt, iuxta illud Apo-

2. Cor. 8 ſtoli: Prouidemus enim bona, non ſolum corã deo, ſed etiam coram hominibus. *Et non erat illis filius, eo quod eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.* Diuinitus eſt procuratum, ut ſterili matre, & utroque parente prouectioris ætatis Iohannes naſceretur, quatenus etiam ipſe ortus eius miraculo pateſceret, uirum magnę uirtutis futurum eſſe qui naſcebatur, ubi definente omni laſciuia cõcupiſcentiæ carnalis, conſtaret quia nulla in comparatione cauſa uoluptatis, ſed ſola cogitata ſit ſpi-

Gen. 21. ritualis gratia prolis. Sic Iſaac filius promiſſionis, in figuram redemptoris noſtri factus eſt obediens patri uſque ad mortem, de ueteranis parentibus & ſterili diu matre natus eſt. Sic Iacob & Ioſeph patriarchæ, ſic Sampſon fortiſſimus ducum, & prophetarũ eximius Samuel, ſteriles diu corpore, ſed fœcundas ſemper uirtutibus habuere genitrices, ut miraculo natiuitatis, natorum dignitas noſceretur, & probarentur ſublimes in uita futuri, qui in ipſo uitæ exortu conditionis humanę iura tranſcẽderẽt. Quod uero ſequitur: *Factum eſt autẽ cũ ſacerdotio fungeretur Zacharias, in ordine uicis ſuæ ante deum, ſecundum conſuetudinem ſacerdotij ſorte exijt ut incenſum poneret, ingreſſus in templum domini.* Clare quidem omnibus, quia iam redeunte ea ordine ſeptimana uicis ſuæ quæ ei de uice Abia contigerat, templum miniſtraturus intrauit. Sed forte aliquibus obſcurũ eſt, quia ſcriptura tacere uidetur, quo hæc ſint anni tempore geſta. Quibus intimandũ, quia nec hoc ſcriptura prætermiſit, ſed ex eo quod addidit, latenter innuit. ¶ *Et omnis, inquiens, multitudo populi erat orans forũ hora incenſi.* Vna etenim tantummodo per annum ſolennitas erat, in qua pontifice ad adorandum ſancta ſanctorum intrante, nullum prorſus hominum intra fores templi remanere liceret, ſed omnes tempore oblationis exterius iuberentur orare. Hæc autem erat ſtatota ſolennitas ſeptimo paſchę menſe, decima die menſis, quæ dies propiciationis, ſiue expiationis uocabatur, quia uidelicet oblatis in altari holocauſti uictimis ſanguis in ſancta ſanctorũ ad expiandum inferebatur. Nec ſolum ſanguis ibi aſpergebatur, ſed & thymiama adolebatur: quod in præſenti lectione Zacharias feciſſe memoratur. Dicit ergo de hac ſolẽnitate dominus Moyſi: Menſe ſeptimo, decima die menſis, affligetis animas ueſtras, nul- Leui. 16.
lumque facietis opus. Expiabit autem ſanctuarium pontifex, & tabernaculum teſtimonij atque altare, ſacerdotes quoque, & uniuerſum populum, eritque hoc uobis legitimum ſempiternum, ut oretis pro filijs Iſrael, & pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Et paulo ſuperius, cum ritum eiuſdem expiationis doceret, ait inter alia: Nullus hominum ſit in tabernaculo quando pontifex ingreditur ſanctuarium, ut roget pro ſe, & pro domo ſua, & pro uniuerſo cœtu Iſrael, donec egrediatur. Longum eſt de ſingulis huius diei cæremonijs ſcripturæ teſtimonia ponere, longius multo ſingula ſufficienter quomodo nunc in eccleſia ſpiritualiter agantur, exponere. Vnde hoc maxime libet ueſtrę fraternitatis auribus intimare, quam conuenĩẽter electum ſit tempus in quo præcurſoris domini natiuitas & uirtus futura nunciaretur. Septimus quippe menſis, & decima huius dies, ſacratiſſimo huic oraculo dedicatur, quia nimirum ille naſciturus prædicabatur, qui conſummationem obſeruantiæ legalis, & euangelicæ gratiæ prædicaret initium, quia ortus monſtrabatur illius, qui primus omnium & uenire, & iam adeſſe oſtenderet dominum ſaluatorem, de quo ſcriptum eſt: Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Nam & ſeptenario propter ſabbatum, & denario numero propter decalogum, legis adimpletio recte figuratur. Dies hæc propiciationis erat & expiationis, Ro. 10.
in qua populus omnis ab operibus uacare, & per orationes atque abſtinentiam affligi & caſtigari præceptus eſt. Quod beati Iohannis & uitæ & prædicationi multum congruit, qui & ipſe a mundanis uacans operibus, cœleſtibus ſolum ſtudijs ac deſiderijs animum dabat, & conuenientes ad ſe turbas a malis operibus abſtinere, ac per pœnitentiam ſi demum expiari, & Chriſto cõſecrari docebat, quia iam tempus diuinæ propitiationis inſtaret, in quo cunctis pie quęrentibus regni cœleſtis pateret ingreſſus. Quod autem hac die põtifex ſanctuarium & tabernaculũ teſtimonij atque altare, ſacerdotes quoque & uniuerſum populum expiare iuſſus eſt, Iohannes ipſe quis ſit iſte pontifex, uel quæ hęc expiatio, manifeſtat, cum illo ueniente ad baptiſmum ſuum loquitur, dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quæ uidelicet expiatio ſemel Iohan. 1
in anno ſtatuta eſt, quia ſicut Apoſtolus ait: Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorũ exhauriẽda pec- Heb. 9.
cata: ſecundo ſine peccato apparebit expectantibus ſe in ſalutem. Quod autem pontifice ad rogandum ingrediente ſanctuarium, neminem hominũ in tabernaculo eſſe licebat, donec exiret, infirmitatem ſanctæ eccleſiæ deſignat, quæ pro fide eius pati necdum erat idonea. Quod in ipſis pateſactum eſt Apoſtolis, qui inchoata eadem paſſione illius, omnes relicto eo fugerunt. Egrediebatur autẽ expleta expiatione pontifex, ut & alijs tabernaculũ intrandi facultas daretur, quia perfecto ſuæ ſacrificio paſſionis, apparuit diſcipulis Chriſtus, & data ſpiritusſancti gratia ad offerendas deo hoſtias, non ſolũ deuoti operis & orationis, ſed & proprij ſanguinis eorum quoque corda roborauit. Hæc de obſeruantia feſtiuitatis legalis latius expoſuimus,

ut agnoſceret charitas ueſtra, quam congruenter
io ea nouę gratiæ præconia ſumpſere exordium,
in qua tam multipliciter opus eiuſdem gratiæ, &
totius mūdi redemptio ſignabatur. ¶ *Apparuit aūt
oranti Zachariæ angelus ſtans à dextris altaris incenſi.*
Qui notādum quod non ſolum uirtute ſermonum
quos protulit, uerumetiam ſtatu temporis, & loci
ſitu in quo apparuit, gratię quam euangelizare ue
nerat, teſtimonium perhiberet. Tempore quippe
oblationis ſacerdoti apparuit, ut uerū ſe æternū q;
pontificem, ueram pro mundi ſalute hoſtiam uen-
turā pr̨dicare ſignaret. Stabat iuxta altare incēſi
ut noui teſtamenti pr̨conē ſe ueniſſe doceret. Duo
nanq; altaria erant in templo, quæ duo teſtamēta
ſignant in eccleſia. Primum altare holocauſti ære
coopertum, & ante fores templi ad offerendas ui
ctimas & ſacrificia poſitū, quod carnales ueteris
teſtamēti cultores ſignificat. Deinde altare incēſi
auro tectum, prope oſtium ſancti ſanctorū, ad ado
lenda thymiamata erat ſtatutū, quod interiorem,
perfectiorēque noui teſtamenti & cultorum illius
gratiam deſignat. Stabat etiā à dextris eiuſdē alta
ris, ut nō terrena & infima, ſed gaudia cœleſtia &
ſempiternæ beatitudinis, quæ per dexterā ſolent
figurari, hominibus ſe monſtrare promitteret, illis
maxime qui ꝑ per cordis ſui munditiam ipſi altare
aureum effici, q prope ingreſſum regni cœleſtis ſe
dula cogitatione aſſiſtere, qui aromata orationū
per ignē amoris deo incendere, qui dicere poſſunt
Pſal. 140. cum propheta: Dirigatur oratio mea ſicut incen-
ſum in conſpectu tuo. Quod autem ait Zachariæ:
¶ *Quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & uxor tua Eli
zabeth pariet tibi filium.* Non eſt arbitrandum, quod
pontifex qui pro populo oraturus intrauerat, mu-
tato repēte animo, pro priuatis negocijs cœperit
rogare, maxime pro liberis, à quorū generatione
tantū homo ſenex ac decrepitus ſpem auerterat,
ut neq; angelo promittenti crederet naſci ſibi filiū
poſſe. Sed hoc certiſſime ſciendū, quia pro populi
ſaluatione rogabat, quem & maximo peccatorum
languore uexatum, & inſuper alienigenę regis do
minio preſſum nouerat. Vnde angelico oraculo &
ſe exauditum cognouit à domino, & quo ordine ſa
lus quam quærebat, eſſet aduentura didicit, quia
uidelicet naſceretur ſibi filius, qui propheta & do-
ctor eximius exiſtens, eundē populum ad uiam ue
ritatis ſpēque promerendæ ſalutis conuerteret, &
mox ſequeretꝰ, ipſe ſaluator, qui regni cœleſtis gau
dia præſtaret. ¶ *Et uocabis, inquit, nomen eius Iohan-
nes, & erit tibi gaudium & exultatio, & multi in natiui-
tate eius gaudebunt.* Magnę laudis eſt & uirtutis in-
dicium, quoties in ſcripturis hominibus à deo no-
men imponitur, uel mutatur. Bene autē præcurſor
redemptoris noſtri Iohānes uocari iubetur. Iohan
nes quippe dñi gratia, ſiue in quo eſt gratia, dicitur:
quia & ipſe ſpecialem pr̨ cęteris ſanctis, eiuſdem
præcurſoris gratiā accepit, & inauditam eatenus
mūdo cœleſtis ingreſſus gratiā pr̨dicare aduenit.
Qui ergo & gratia plenus extitit, & cæteris dei
gratiā euangelizauit, recte præconiū gratiæ ipſo
etiā ſuo nomine ſignauit. Meritoq; in eius natiui-
tate multis exultādum prædicitur, ꝑ quē ſuæ rege-
nerationis mundo autor oſtenditur. *Erit enim ma-
gnus coram domino.* Notandū quod idē laudis pr̨co
niū Iohanni ab angelo, quod ab euangeliſta paren
tibus fertur illius. Et illi enim iuſti ante deū, & hic
Mat. 11. corā domino magnus eſſe ꝓhibetur. Quā magnus
autē corā dño fuerit, ipſe qui ſolus uirtutē magni-
tudinis eius & donauit & nouit dominus, inſinuat
dicens: Non ſurrexit inter natos mulierum maior
Iohanne Baptiſta. Sed & angelus multifariā eius
coram dño magnitudinē ſubſequenter expoſuit:
*Et uinū, inquit, & ſiceram non bibet, & ſpiritu ſancto
replebitur adhuc ex utero matris ſuæ, & multos filiorū
Iſrael conuertet ad dominum deum ipſorum.* Siquidem
in eo quod illū a uino & ſicera, id eſt, ab omni quod
inebriare poteſt, continentiā habiturū aſſerui, pa
tenter indicauit, quia ab omnibus uitijs, & mundi
illecebris, quę ſtatū mētis ſolent euertere, futurus
eſſet immunis. In eo autem quod illū adhuc ex ute
ro matris ſpiritu ſancto replendū eſſe memorauit,
profecto quia natus in mundū, cunctis uirtutū fru
ctibus eſſet clarificādus, oſtēdit. Quid enim uiuen-
ti & conuerſanti inter homines poterat deeſſe uir
tutis, q etſi ut homo in iniquitatibus cōceptus eſt,
cōtra morē tamen humanæ conditionis, nō in de-
lictis eū præuaricationis, ſed in gratia remiſſionis
mater ſua peperit? Neq; enim dubitandū eſt, quin Act. 10.
ſpiritus ſanctus qui eū repleuit, etiā à peccatis om-
nibus abſoluit. Cōſtat quippe ueridica patrū ſentē
tia, quia lege non ſtringitur ſpūſſancti donū. Et pro
pterea q Corneliū & domū eius ante perceptionē
baptiſmi ſui gratia conſecrauit, ipſe utiq; Iohannē
non ſolū ante circuncíſionē, ſed & ante natiuitatē
eiuſdē gratię munere perfudit, ita ut officium ſuæ
præcurſionis domino adhuc in utero poſitus, quia
loquendo nondū poterat, iā gratulando pr̨beret,
quando, ſicut ſequētia ſancti euangelij teſtātur, in-
trante beata dei genitrice, & ſalutante Elizabet, Luc. 1.
exultauit in gaudio infans in utero eius. Sed & in
eo quod illū multos filiorum Iſrael ad dominū deū
ipſorum cōuerſurum aſſeuerat, manifeſte angelus,
quam magnus corā domino eſſet futurus, indicat,
quē optimo genere cōuerſandi, uitā peracturum
eſſe declarat. Quę enim inter homines ſublimior,
& deo gratior eſſe cōuerſatio poteſt, quam eorum
qui ſe caſtigāt a uitijs, qui uirtutū ſtudijs animum
ſubiugant, inſuper etiam alios quotidiano exerci-
tio ad autoris ſui gratiā ſtudent conuertere, & cre
bra animarum fidelium acquiſitione, gaudium ſem
per patriæ cœleſtis augere? ¶ *Et ipſe præcedet ante
illum in ſpiritu & uirtute Heliæ.* Iohānes in ſpiritu &
uirtute Helię dominū pr̨cedere dicitur, quia ſicut
Helias in magna uirtute ſpiritus ſecūdum eius ad-
uentum præueniet, ita Iohannes non minore ſpi-
ritus potentia præditus præuenit primum. Sicut
ille præcurſor futurus eſt iudicis, ita iſte pr̨curſor
factus eſt redemptoris. Nec ſolum aduentus ordi
ne, ſed doctrinæ quoq; ſimilitudine, Iohannes in
ſpiritu & uirtute Heliæ dominum præceſſit. Nam
ſicut de Iohanne angelus ſubiungit, ¶ *Vt conuertat
corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iu-
ſtorum,* ita & dominus per prophetam non diſparē
de Heliæ prædicatione ſententiā protulit, dicens: Mala. 4.
Ecce ego mittam uobis Heliam prophetam: ante-
quam ueniat dies domini magnus & horribilis, &
conuertet corda patrum ad filios, & cor filiorū ad
patres eorum. Vnum igitur atq; idē utriuſq; opus
eſt, fidem ſcilicet atque intellectum quem habuere
patres filiorum mentibus prædicando infundere.
Nam patres & iuſti appellantur ueteres ſancti, de
quibus ſaluator ait diſcipulis: Multi ꝓphetę & iu- Mat. 13.
ſti cupierūt uidere quę uos uidetis, & nō uiderūt.
Filij uero & increduli, illius qui homines, quo uel
Helias prædicaturus eſt, uel Iohannes pr̨dicabat,
uocātur. Conuertit autem corda patrum in filios,
quia

quia ſapientiam quam habuerūt patres Chriſtum credentes, ac deſiderantes in carne uenire, tranſfudit in filios, docendo eos credere, & gaudere Chriſtum in carne ueniſſe. Cōuertit incredulos ad prudentiam iuſtorum, quia eos quos ſine fide Chriſti inuenit, de operibus legis fruſtra gloriātes docuit credere in Chriſtum, eiusq́ſe gratiæ tota intentione ſubmittere, ac præcedentium iuſtorum imitari prudentiam, qui & legem perficere diligentiſſime ſtudebant, & nihilominus in gratia Domini Ieſu, non autem in operum ſuorum iuſtitia ſalutē ſperare didicerant. Hinc nanq; unus ex eis dicit: Aba 3. Iuſtus autem ex fide uiuit. Vnde & aperte ſubiungitur: ¶ *Parare domino plebē perfectam.* Hæc etenim pulcherrima dominicæ plebis perfectio eſt, quam & Iohannes ſuo tempore prædicando parabat, & nunc dominus ipſe donando per orbem latius adimplet, cum nos euangelicis uerbis inſtituti, & imbuti myſterijs, eandem fidem ac dilectionem habere diſcimus, quam legalibus præceptis edocti patres habuiſſe probantur. Hoc perfectiſſimū ſanctæ eccleſiæ decus eſt, cum ad eadem quæ illos intraſſe conſtat, ſupernæ pacis gaudia ſuſpiramus, atq; ut hęc etiam nos intrare mereamur, cœleſtē in terra exercere uitam contendimus, cum eorum exemplo nulla quæ facimus uel percipimus bona, noſtris meritis aſcribimus, ſed ad autoris noſtri per omnia gratiā reſpicimus, de quo illorū quoq; teſtimonijs edocemur, quia ipſe eſt deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos, non ſolum ſcilicet ut homines ſimus, uerumetiā ut ſancti & beati homines ſimus. Pſal. 99. Cuius dona gratiæ ſi puro ſemper & infatigabili corde ſectamur, ipſe iuxta eorundem patrum promiſſa propicius fit omnibus iniquitatibus noſtris, ipſe ſatiat in bonis deſiderium noſtrum, ipſe nō in operibus iuſtitiæ, quæ ex nobis habere potuimus, ſed in miſeratione & miſericordia quam ipſe donauit, nos in uitam coronat æternam, qui uiuit & regnat cum patre &c.

IN NATIVITATE SANCTI Iohannis Baptiſtæ, Sermo beati Auguſtini.

DIEI hodiernæ ſolennitas, ſolennem deſiderat tanta expectatione ſermonem. Ergo adiuuāte domino, miniſtrabimus uobis quod dederit, recolentes & animo tenentes noſtræ officium ſeruitutis, ut loquamur non tanquā magiſtri, ſed tanquam miniſtri, non diſcipulis, ſed condiſcipulis, quia nec ſeruis, ſed conſeruis. Magiſter autem unus nobis, cuius ſchola in terra eſt, & cathedra in cœlo. Cuius præcurſor Iohannes eſt natus, cuius natiuitatis dies hodiernus traditur, hodie celebratur. Hoc maiorū traditione ſuſcepimus, hoc ad poſteros imitanda deuotione tranſmittimus. Iohannis ergo non euangeliſtæ, ſed baptiſtę natalem hodie celebramus. Qua prima re poſita, occurrit quęſtio non prætereunda, quare natalem quo eſt natus ex utero Iohannes, potius celebramus, quam cuiuslibet apoſtoli, uel prophetæ, uel patriarchę. Si interrogemur, quid reſpondebimus? Quantum mihi ui detur, quantum mearum uirium mediocritati occurrit, eſt cauſa hæc. Diſcipuli domini nati ſunt, & per ætatis acceſſum ad annos capaciores perducti, in diſcipulatum aſſumpti ſunt. Illorum poſtea fides domino adhęſit, ſed nullius illorum natiuitas domino militauit. Recordemur & prophetas, recolamus patriarchas, nati ſunt homines, ætatis acceſſu pleni ſpiritu ſancto Chriſtū prophetauerūt. Nati ſunt ut poſtea prophetarēt. Iohannis autem dominū Chriſtū ipſa natiuitas prophetauit, quem conceptum ex utero ſalutauit. Iſta ut potuimus ſoluta quæſtione, alteram aggrediamur, pro uiribus quas dederit dominus. Occurrit enim alia quęſtio aliquanto (ut mihi uidetur) obſcurior, & ad perſcrutandum laborioſior. In qua me multum adiuuabit ueſtra intentio, & pro mea exiguitate ad dominum deprecatio. Iohannes iſte tanta excellens gratia, ut quemadmodum dictum eſt, dominū etiā ex utero ſalutaret, nondum loquendo, ſed exultando, cuius gratia in deum iā tunc erat aperta, quando eius caro in carne erat excluſa. Hic ergo Iohannes non inuenitur inter diſcipulos domini, ſed inuenitur potius diſcipulos habuiſſe cum Domino. Quid eſt hoc? Quid eſt iſte homo? Homo tantum. Quis homo tantus? quantum tantus homo? Tamē non ſequebatur inter diſcipulos dominum, & ſequebantur eum diſcipuli. abſit ut dicam contra dominum, ſed tamen quaſi extra dominum. Diſcipulos habebat Chriſtus, diſcipulos habebat Iohānes. Docebat Chriſtus, docebat Iohannes. Quid iam dicam? Baptizabat Iohānes, baptizabat Chriſtus. Plus hic de baptiſmo dico, à Iohanne baptizatus eſt Chriſtus. Vbi ſunt qui de miniſterio baptiſmi, arrogātia tumidæ animoſitatis inflantur? Vbi ſunt uoces carentes humilitate, elatæ ſuperbia, ego baptizo, ego baptizo? Quid dixiſſes, ſi Chriſtum baptizare meruiſſes? Magna iam, quantum aduertit ſanctitas ueſtra apparere & eminere cauſa cœpit, qua fuerat Chriſtus a patre mittendus, & Iohannes a patre præmittendus. Prius miſſus eſt Iohannes, ſed ſicut ab obſequentibus anteceditur iudex. Poſterior homo creatus eſt Chriſtus, ſed Iohānem creauit deus Chriſtus. Erat igitur Iohānes homo perfectus quidem, & cuius tanta gratia commendata eſt, ut ipſe de illo dominus diceret: In natis Mat. mulierum nemo exurrexit maior Iohanne baptiſta. Iſte ergo tam magnus agnoſcit dominū in paruo magnum, agnoſcit homo eum qui uenerat homo deus. Si enim in natis mulierum, hoc eſt, in hominibus, nemo exurrexit maior Iohanne baptiſta, quiſquis Iohanne plus eſt, non tantum homo, ſed & deus eſt. Debuit ergo tantus iſte & diſcipulos proprios habere, & cum diſcipulis ſuis magiſtrum omnium Chriſtum cognoſcere. Quid enim eſt maius teſtimonium ueritatis, quam ſe humiliando, eū agnoſcere, cui æmulando potuit inuidere? Putari Chriſtus potuit & noluit, exiſtimari Chriſtus potuit, & noluit. Dixerunt homines cum fallerentur Luc. in eo, Num forte hic eſt Chriſtus? Reſpondit, ille quod non erat, ut maneret quod erat. Inde quippe Adam lapſus perdidit quod erat, quia quod non erat uſurpauit. Recolebat hoc iſte magnus, ſed in paruo Chriſto minimus. Nouerat hoc, recolebat hoc & tenebat, quia recipere quod perdiderat cogitabat. Homo ergo iſte, ut dixi, magnus Iohannes, cui dominus tale perhibuit teſtimoniū, quem ſic ueritas cōmendauit ut diceret: Inter natos mu- Matt. lierum nō ſurrexit maior Iohanne baptiſta. potuit credi Chriſtus, imo iam ab eis qui eius magnitudinis gratia fallebantur, credebatur Chriſtus, & in illo morerentur, niſi ab illo confitēte corrigerentur. Reſpondit ergo putantibus, & ait: Non ſum ego Iohan. 1. Chriſtus. Tanquam diceret, Certe in honorē meū ita fallimini, & certe mihi hoc putando magnam

additis

additis laudem,ſed debeo coguoſcere,ut uobis er-
rātibus ille poſſit ignoſcere.Si enim quod nō erat,
fallaciter putaretur,ab illo qui erat ueraciter am-
putaretur Præmiſſus eſt ergo Iohaunes,ut domi-
num humilē baptizaret. Baptizari enim dominus
propter humilitatem uoluit,non propter iniqui-
tatē.Dominus Chriſtus quare eſt baptizatus? Do
minus Chriſtus dei filius unigenitus quare eſt ba-
ptizatus?Inueni quare eſt natus,& inuenies quare
ſit baptizatus.Ibi quippe inuenies humilitatis uiā,
Phi.2. quam pede ſuperbo non capis. Quā niſi humili pe-
de calcaueris ,ad celſitudinem,quo ducit,peruenis-
re non poteris. Baptizatus eſt propter te,qui de-
ſcendit propter te. Vide quātus factus ſit tātillus.
Qui cū in forma dei eſſet,noo rapinam arbitratus
eſt eſſe æqualis deo. Nō enim erat rapina,ſed erat
naturę æqualitas filij cū patre.Iohannes ſi ſe Chri
ſtum putari uellet,illi rapina eſſet. Non ergo rapi
nam arbitratus eſt eſſe æqualis deo. Erat enim &
ſine rapina , erat coæternus , & ab æterno natus
erat. Tamen ſemetipſum exinaniuit formam ſerui
accipiens,hoc eſt,formā hominis. Qui cum in for-
ma dei eſſet,non formā dei accepit,ſed cum in for-
ma dei eſſet,ſemetipſum exinaniuit.Suſcepit quod
non erat,ita ut non perderet quod erat. Maneos
deus,hominē aſſumpſit.Formā ſerui accepit,& fa-
ctus eſt deus homo , a quo factus eſt homo. Vide
ergo quæ maieſtas,quæ poteſtas, quæ ſublimitas,
quæ cum patre æqualitas. Venit propter nos ad
indumentū formæ,& intellige illā a magiſtro tan-
tæ humilitatis uiam , quoniā plus eſt quod uoluit
homo fieri,quā quod uoluit ab homine baptizari.
Baptizat ergo inquam Iohannes Chriſtum,ſeruus
Iohan.1. dominū,uox uerbum. Mementote enim, Ego ſum
Ibidem uox clamantis in deſerto. Et memētote quia uer-
bū caro factum eſt,& habitauit in nobis. Baptizat
ergo inquā Iohannes Chriſtū,ſeruus dominū,uox
Mal.4. uerbū,creatura creatorem,lucerna ſolē,ſed ſolē q
Sap.5. fecit hūc ſolē,ſolē de quo dictū eſt:Ortus eſt mihi
ſol iuſtitiæ,& ſanitas in pennis eius. De quo impij
ſero pœnitētes in fine dicturi ſunt:Quid nobis ꝓ-
fuit ſuperbia,aut qd diuitiarū iactātia cōtulit no-
bis?Tranſierūt illa omnia tanquam umbra,& cum
umbris qui ſecuti ſunt umbras. Ergo,inquiunt,er-
rauimus a uia ueritatis,& iuſtitię lumen non luxit
nobis,& ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.Illis
nō eſt ortus Chriſtus,à quibus nō eſt agnitus Chri
ſtus. Sol ille iuſtitiæ,ſine nube,ſine nocte. Ipſe non
oritur malis,non oritur impijs,non oritur infideli
Mat.5. bus. Nam ſolem iſtum de cœlo corporeū quotidie
facit oriri ſuper bonos & malos. Baptizauit ergo,
ut dixi,creatura creatorem,lucerna ſolem, & non
ſe extulit baptizator,ſed ſubdidit baptizando.

DE EODEM FESTO.

Sermo B. Maximi epiſcopi.

SOlennitatē nobis diuerſorum martyrū,fra
tres chariſſimi , uitæ præſentis occaſus , &
ſuſcepta ab eis pro Chriſti nomine paſſio
conſecrauit. Multimoda nanq; ueterū rela-
tione didicimus nōnullos martyrū proſtra-
tos gladio,igne alios concrematos,cōplures beſti
arum dilaceratos dētibus,innumeros etiam uarijs
tormentorū cruciatibus affectos,ſpreta ſui corpo-
ris morte, Chriſtianæ fidei teſtimoniū reddidiſſe.
Beatus uero baptiſta Iohannes,cuius nunc feſtiui-
tate lætamur,cœleſtia mūdo gaudia ſterili ab ute-
ro hodie natus inuexit. Et illi quidem indubitata
iam gloria regnantem,cōfeſſi ſunt dei filiū, hic aūt
& naſciturum dominū ꝓphetalis ſpiritus illumina
tione præuidit,& natum priuilegio gratiæ ſingu-
laris oſtendit. Intantum autem ſpecialis in eo prę
fulſit electio,ut ante mereretur annunciare domi
num,quam naſcendi initium,uel linguam qua enū-
ciare poſſet,acciperet . Deniq; Elizabet illa uetus
mulier & noua mater,quæ ante partū ſuum de fu-
turi lætabatur filio officio,uenięte ad ſe beata Ma Luc.1.
ria,in ipſo ſalutationis occurſu ait: Ecce ex quo fa
cta eſt uox ſalutationis tuæ in auribus meis,exul-
tauit in gaudio infans in utero meo. Quid eſt hoc
miraculi fratres,quę tantorū nouitas gaudiorum,
ut habere ſe in utero Elizabeth teſtaretur infan-
tem,qui necdū ſemetipſum ſentiens dominicū iam
ſentiret aduentum? Vere hic omnium beatiſſimus
paruulorum,qui intra uiſcera adhuc materna con
cluſus,adeſſe ſaluatorem mūdi,quia necdū ſermo-
ne poterat,prophetico gaudio reuelauit. Nullus
ignorat fratres chariſſimi omnem paruulū mater-
no ab utero prodeuntem, inter ipſa lucis exordia,
mœſtis concrepare uagitibus:ſolus baptiſta domi
ni ultra legem naſcentium,natiuitatem ſuam lætis
tiæ exultatione præuenit. Et quantum decuit,fra
tres,ut de matre ſterili naſceretur,qui fœcundita-
tem uirginis reuelabat, quatenus mirabilē partū,
mirabiliter natus oſtenderet. Illud etiam ꝗ ſtupen
dum,quamq; magnificum, quod Zacharias ſacer-
dos pater futurus prophetæ,quia hoc ipſum quod
gerebatur,angelo loquente non credidit,uſum lo
quendi amiſit,donec promiſſione completa,natus
noui hominis præco, paternæ linguæ uincula re-
laxaret. Os enim quod angelus clauſerat,promiſ-
ſus ab angelo filius reſerauit. Nam cū de nuncupa
tione paruuli,cognatorū,uicinorumq; hęſitaret ar
bitrium,proprietatē ueri nominis eius quā angelo
dictante didicerat,recepta ſubito priſtini faculta
te ſermonis,pater mutus aperuit,ut cuius natiuita
tem præceptione cœleſti tacitus expectabat, nati
uocabulū loqueretur , & agnoſceret anxius ſe eo ex
pe reum ſeſibi redditum,quē de ſe non crediderat
naſciturum: nec dubitaret ultra,cœlitus illum uel
promiſſum fuiſſe uel natum,cuius cauſa & amiſiſſe
ſe probabat & recepiſſe ſermonem. Quid hac fra-
tres religione glorioſius ? quid hac inſignius fide,
in qua ſterilis concipit,uirgo parturit , mutus lo-
quitur,& in ſecreto maternorū uiſcerum, paruuli
totius mundi gaudia futura præludunt? Nec enim
poterat ueteri ſub lege ordinē ſuum mortalis ſer-
uare natura, quando per nouam natiuitatis grati-
am,nouum ſaluti omnium myſterium parabatur.
Hic ergo eſt Iohannes de quo Iſaias prophetauit,
dicens: Vox clamantis in deſerto, parate uiam do-
mini,rectas facite ſemitas dei noſtri. Vox,inquit, Iſa. 40.
clamantis.quam bene uox dicitur,qui uenientem
de cœleſtibus in carne hominis unigenitū dei ple-
no lætus ore clamabat . Recte uox dicitur , cuius
intonante præconio ſacramentum redemptionis
humanæ ſurda dudum cœpit audire mortalitas.
Vt enim uenerandus baptiſta muto patri aperuit
linguam,ita aures hominum ſalutaris gratiæ in-
nouauit auditu.Clamabat autē in deſerto,ubi prę
dicationē eius nec inſolēs turba perſtreperet, nec
infidelis rideret auditor,ſed hi tantū audire poſ-
ſent,q ꝑdicantē uerba ſalutis cura tantū diuini cul
tus expeterent, & aduerterēt eū uera nunciare de
Chriſto,q per aſſertionē iuſtitię ut illicitas Hero-
dis nuptias increparet,nec regem timuiſſet offen-

dere, nec ſqualorem carceris declinaſſet, nec tyran-
Mar. 1. nico gladio timuiſſet occidi. Audiamus adhuc pau-
lulum fratres, quid ad profectum omniū noſtrum
ſaluatoris nūcius prædicabat. Parate, inquit, uiam
domino, rectas facite ſemitas dei noſtri. Vere di-
gnus beatus Iohannes cuius prophetica eſſet nati-
uitas, qui & illis de parentibus quorum eſſet deſpe-
rata poſteritas, dei munere naſceretur. Nam tanta
autoritate, tantoq; docendi pondere in uocē ſan-
ctæ prædicationis erupit, ut inſtantē domini nun-
ciaret aduentum, & in ſemitas rectas male uiuen-
tium dirigeret prauitatē. Quid eſt enim domino
parare uiam, niſi aduentanti de cœlo iudici, purga-
to a uitijs pectore, ſimplicis cordis habitaculum
præparare? Quid eſt, rectas facite ſemitas dei, niſi
ut tales actuum tuorū tibi munias uias, quas per-
ambulare propicius ueniens ad te dominus dele-
ctetur? Ille uiam domino ſuo parat, qui luxurijs
carnis reſpuens uoluptates, toto mentis ſuæ ſpiri-
tu ſuſpēſus ad deum, uigore ſe caſtitatis accingit.
Optimam parat domino uiam, qui cogitationes
ſuas auaritiæ fluctibus æſtuantes, ſerenæ cōſcien-
tiæ tranquillitate compeſcit. Viam domino parat
qui idolorum uana atq; omnium ſuperſtitionum
figmenta conculcās, unum dei uiui cultū, & fidem
ueritatis inquirit. Quicunq; uero uoluptuoſis ſecu-
li huius languet illecebris, cupiditatibus auaritiæ
feruentis inſanit, in fraterna odia feralis inuidię fa-
cibus inardeſcit, atq; ad contumeliam dei omnipo-
tentis per anfractas dæmonum ſemitas erraticus
uiator incedit, non parat domino uiam, ſed inimi-
co miſer ſuo exitiabilem in ſemetipſo pateſacit in-
greſſum. Hi mores, & uita huiuſmodi, ampla itine-
ra, & largiſſimas uias barbaris nationibus in exi-
tium communis ſalutis aperiunt. Hi mores ple-
bem dei inimicis gentibus iugo miſeræ captiui-
tatis addicunt. Hi mores armatos diſſipant popu-
los, & munitas deriment ciuitates. Et quid plura
chariſſimi? Quicquid potentię, quicquid uirtū uide-
mus in hoſtibus, corruptione uitę noſtrę, noſtraq;
infidelitate nutritur. Et inde eſt, quod nihil ſuta
ad deum ſupplicatione proficimus, quia inceſſabi-
liter impijs prauisq; deſiderijs inhærentes, uiam
deo noſtro ſecundum prophetica monita non prę-
paramus. Propter quod reuertētes ad beatiſſimi
præcepta Iohannis, paremus dño uiam, rectas fa-
ciamus ſemitas dei noſtri, quatenus uidens in no-
bis dominus itinera bonę uoluntatis, ouiculas ſuas
multis iam periculis feſſas, benigniſſimus paſtor
inquirat, ut ſicut de baptiſtæ dominici hodie nati-
uitate gaudemus, ita de dei noſtri reconciliatione
lætemur, cui eſt honor & gloria.

DE EODEM FESTO.

Lucæ primo.

¶ In illo tempore: Elizabeth impletū eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierūt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa, & cōgratulabātur ei. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

PRæcurſoris Domini natiuitas, ſicut ſacra-
tiſſima lectionis Euangelicæ prodit hiſto-
ria, multa miraculorum ſublimitate refulſ-
get, quia nimirum decebat, ut ille quo maior in-
ter natos mulierum nemo ſurrexit, maiore præ
cæteris ſanctis in ipſo mox ortu uirtutum iuba-
re clareſceret. Senes ac diu infœcundi paren-
tes dono nobiliſſimæ prolis exultant. Ipſi patri
quem incredulitas mutum reddiderat, ad ſalutan-
dum nouæ præconem gratiæ os & lingua reſera-
tur, nec ſolum facultas deum benedicendi reſtitui-
tur, ſed de eo etiam prophetandi uirtus augetur.
Excitati fama facti omnes uicini, admiratione ac
metu percelluntur, omnium qui tunc audiere, cir-
cunquaq; ad aduentum noui prophetæ corda præ-
parantur. Vnde merito ſancta per orbem eccleſia,
quæ tot beatorum martyrū uictorias, qui ingreſ-
ſum regni cœleſtis meruere, frequentat, huius tan-
tummodo poſt domini etiam natiuitatis diem ce-
lebrare conſueuit. Quod nullatenus ſine euangeli-
ca autoritate in conſuetudinē ueniſſe credendum
eſt, ſed attentius animo recolendum, quia ſicut na-
to domino paſtoribus apparens angelus ait: Ecce
euāgelizo uobis gaudium magnū quod erit omni Lu. 2.
populo, quia natus eſt uobis hodie ſaluator, qui eſt
Chriſtus dominus: ita etiam angelus naſciturum
Zachariæ prædicans Iohānem: Et erit, inquit, tibi Lu. 1.
gaudium & exultatio, & multi in natiuitate eius
gaudebunt, erit enim magnus coram domino. Iure
igitur utriuſq; natiuitas feſta deuotione celebra-
tur, ſed illius tanquam in Chriſti domini, tāqaum
in ſaluatoris mūdi, tanquam in filij dei omnipoten-
tis, tanquam in ſolis iuſtitiæ natiuitate, omni po-
pulo gaudium euangelizatur: in huius autem tan-
quam in præcurſoris domini, in ſerui dei eximij,
in lucernæ ardentis & lucētis exortu, multi gaui-
ſuri memorantur. Iſte magnus coram domino eſſe
narratur. De illo propheta teſtatur, quoniam ma- Pſ. 144.
gnus dominus & laudibilis nimis, & magnitudinis
eius non eſt finis. Iſte peccatorum conſortia decli-
nans, ab omni quod inebriare poteſt abſtinebat.
Ille inter peccatores conuerſatus, peccati omnis
immunis permanſit. Hic adhuc ex utero matris ſpi-
rituſancto repletus eſt: in illo habitat omnis pleni-
tudo diuinitatis corporaliter, q dono ſui ſpiritus
ſedem ſibi uteri uirginalis in quo carnē ſuſciperet,
ipſe conſecrauit. Iſte multos filiorum Iſrael ad do-
minum ſuo tempore prędicādo conuertit. Ille mul-
tos quotidie de uniuerſis per orbē nationibus ad
ſuam fidem & charitatē interius illuſtrando, con-
uertere non deſtitit. Hic in ſpiritu & uirtute Elię
pręceſſit ante illum, ut plebē eius aqua baptizans,
ad ſuſcipiendum eum ubi appareret, doceret eſſe
perfectam. Huic ſucceſſit ille in ſpiritu & uirtute
dei patris, ut plebē ſuam ſpirituſancto & igni ba-
ptizans, ad uidēdam faciem patris ſui donaret eſſe
perfectam. Iohanne nato, congratulabantur uicini
& cognati genitrici illius, quia magnificauit do-
minus miſericordiam ſuam cum illa: domino au-
tem nato congratulabantur eccleſiæ, quia uenit
tempus miſerendi eius, ſpiritus angelici, qui ſunt
uicini eius & cognati, ciues, uidelicet eiuſdem pa-
triæ cœleſtis, & ipſa expectat, qui & hymnū glo-
riæ deo canendo, quid illa per orbem eſſet actura,
priores ipſi de cœlis admonebant. Recte igitur na-
tiuitas celebratur illius, qui talis potentia magni-
tudinis, dominicis propinquabat operibus. Recte
ortus illius ſolennitas colitur, cuius tanta eſt uitæ
ſublimitas, ut quicquid illo ſublimius eſt, hoc iam
hominis naturam tranſcendere dubium non ſit. Si-
quidem dominus cum maiorem eo neminem in na-
tis mulierum eſſe dixiſſet, mox ſubdidit, dicēs: Qui Mat. 11.
autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo,
ſeipſum uidelicet inſinuās, qui humana natiuitate

poſterior Iohãne, ſed cœleſtis regni apice eſſet prę ſtantior. Nec uacat à myſterio, quod Iohannis natiuitas cũ dies decreſcere, domini autẽ cũ dies creſcere inchoat, facta memoratur. Huius etenim ſecretũ diſtantiæ reuelat ipſe Iohannes, qui cum pre magnitudine uirtutũ Chriſtus crederetur à turbis, dominus autẽ præ infirmitate carnis à quibuſdam nõ Chriſtus, ſed eſſe propheta putaretur, illũ, inquit, oportet creſcere, me autem minui. Creuit quippe dominus, quia per totũ orbẽ fidelibus quod Chriſtus eſſet qui propheta credebatur, innotuit. Decreuit ac minoratus eſt Iohannes, quia qui Chriſtus æſtimabatur, quod non Chriſtus ipſe, ſed præco Chriſti eſſet, apparuit. Ideoq; iure nato Iohanne, lux diurna minorari incipit, cuius fama diuinitatis deſitura, & baptiſmus in breui finem erat accepturus. Iure etiam naſcente domino, abbreuiata dies ad crementum luminis redit, quia ille nimirũ apparuit, qui lucem ſuæ cognitionis, quã prius ſola Iudæa, & hoc ex parte habebat, cunctis gẽtibus aperiret, ſuæq; calorem dilectionis in totam mundi latitudinem diffunderet. Notandum autẽ quod hæc eadem beati Iohannis natiuitas nonnullã habet ſimilitudinem aduentus domini, & gratiæ quã prædicare ueniebat. Nam & congruũ ualde eſt, ut cui omnes prophetæ priores & patriarchę, uel naſcendo, uel moriẽdo, uel uiuendo, uel prædicando teſtimonium prębuerũt, hunc multo amplius præcurſor ſuus, qui plus q̃ propheta extitit, non tantũ in uita & paſſione, ſed in ipſa quoq; ſua natiuitate deſignet. Quid eſt enim quod ueteranis parẽtibus natus eſt Iohãnes, niſi quia illius mox ſecutura natiuitas ſignabatur, qui ſpiritualia noui teſtamenti proferẽs arcana, carnalem legis & ſacerdotij ueteris obſeruantiam, iam terminandam eſſe doceret?

Hrb. 8. Quod enim antiquatur & ſeneſcit, prope interitũ eſt. Quid eſt quod muto patre, principe uidelicet tunc ſacerdotum, ortus eſt præcurſor domini, niſi quia ipſo apparente domino, lingua iam ſacerdotij ueteris magna ex parte à doctrina ſenſus ſpiritualis obmutuerat, ſolam literæ cuſtodiam curantibus ac docentibus ſcribis & legiſperitis, imo & ipſam literam pleriſq; in locis per ſuas traditiones corrumpentibus, iuxta quod eis dominus in euangelio ſępius improperare probatur? Et quid quod diu ſterili genitrice naſcitur, niſi quia lex quæ auxilio ſacerdotalis officij ſpiritualem deo ſobolem gignere iuſſa eſt, neminem ad perfectum adduxit, quia nimirum ſuis cultoribus regni cœleſtis ianuas aperire non potuit? Sed factus ſub lege autor ipſe legis, ſterilitatis opprobrium legis abſtulit, quia hanc ſpiritualiter intelligendam monſtrauit, & ſupernę beatitudinis gratiam, quę in euangelio nunc aperſiſſime lucet, in eo iam olim præfiguratã & quaſi conceptam eſſe docuit. *Et factum eſt, inquit, in die octauo, uenerunt circuncidere puerum, & uocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondẽs mater eius, dixit: Nequaquam, ſed uocabitur Iohannes.* Iohãnes interpretatur gratia domini, ſiue in quo eſt gratia. Quo nomine & totam euangelicæ diſpenſationis gratiam quam prædicat, & ipſum ſpecialiter dominum ſignat, per quem eadem gratia mundo donata eſt. Qui uero natum puerũ, patris Zachariæ nomine magis quam Iohannem uocãdum eſſe decernebant, eos profecto figurant, qui domino noua gratiæ munera declarante, cœperunt eum potius conſueta ſacerdotij ueteris edicta prædicare. Vnde bene Zacharias memor dñi interpretatur, quia uideſicet memoriã antiquę obſeruationis, quę utiq; a domino data eſt, figurate denunciat. Contendebant ergo de nomine nati prophetæ hi qui conuenerant, & Zachariam hunc uocari ſatagebant: at cõtra mater uerbis, & pater ſcriptis, quia Iohannes magis appellandus eſſet aſtruebãt, quia fuerũt nõnulli cœleſtiũ ſacramentorũ minus periti, qui in primordijs euangelij coruſcãtis, carnalia adhuc legalis ſacerdotij ſtatuta ſimul obſeruanda eſſe decernerent. Quos pro certo ipſa legis doctrina de ſuſcipiẽda gratia Chriſti, quaſi Elizabeth de nomine Iohannis uiua uoce confirmat, dicendo per legiſlatorem: Prophetã uobis ſuſcitabit dñs deus ueſter Deu. 18. de fratribus ueſtris: tanq̃ me, ipſum audietis iuxta omnia quæ locutus fuerit uobis. Ipſum quoq; legale ſacerdotiũ tacitis cęremoniarũ ſuarũ typis q̃ſi mutis literarum figuris, Zacharias eidem gratiæ naſcenti teſtimoniũ perhibet, quia nihil prorſus in omnibus ſacerdotij ueteris obſeruationibus actũ uel dictũ credendum eſt, quod nõ euãgelij gratiã, ſi recte intelligaĩ, expreſſerit. Quod aũt declarato poſtmodũ & confirmato nomine Iohannis, apertũ eſt os Zacharię, & prophetauit benedicens deũ, pater utiq; quia manifeſtata per angelos gratia noui teſtamenti, multa etiã turba ſacerdotũ obediebat fidei, reiecta taciturnitate nociua, ad cõfitenda, laudanda & prædicanda ſui redemptoris dona ſe deuote ſubmittebat. Et quidem in die circũciſionis Iohannis quã & nomẽ accepit: *Factus eſt timor ſuper om̃s uicinos eorum, & ſuper omnia mõtana Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc.* Porro in tempore dominicæ reſurrectionis, ubi miſſo deſuper ſpiritu, gloria nominis eius per apoſtolos mundo innotuit, timor continuo ſaluberrimus, non ſolum Iudæorũ (qui erant uicini, uel ſitu uidelicet loci, uel ſcientia legis) ſed & exterarum uſq; ad fines terræ gentium corda concuſſit. Nec tantum montana cuncta Iudææ, uerum etiam omnia mundani regni mundanæq; ſapientiæ culmina, uirtutis eius fama tranſcẽdit, ita ut reiecta ubiq; cultura ac uita priore, ad percipiẽda fidei illius ſacramenta cõfluerent. Recte em̃ circunciſionis dies dominicę reſurrectionis imaginẽ pręfert, quia & hęc octaua die, hoc eſt, poſt ſabbatum facta eſt: & ſicut illa reatu perpetuæ mortis abſoluere ſolebat, ita & iſta perfectã uitæ immortalitatis nouitatem & in autore noſtro exhibuit, & in nobis ſperandam monſtrauit. Quod uero inter hæc Zacharias impletur ſpirituſancto, ac de redẽptore noſtro ſimul & noſtra redemptione prophetat, ſignificat myſtice, quia multi de ſtirpe ſacerdotali, qui a confeſſione Chriſti diutius ora cõtinuerant, poſtmodũ per ſuſceptionẽ fidei illius, ſpirituſſancti uirtute replendi, dono prophetiæ ſublimandi, & magiſterij paſtoralis officio populis eſſent præferendi. Quãuis eadẽ acceptione ſpiritus, & prophetia Zachariæ, hoc quoq; cõuenienter figurari credendũ eſt, quia tunc inſtaret tempus quo fidelibus panderetur, omnis legalis ſacerdotij ritus & cęremonias, ſpiritali intus ſcientia & propheticis exhuberare myſterijs, quæ mediatoris dei & hominũ hominis Ieſu Chriſti uel diſpenſationi tẽporarię, uel æternæ diuinitati teſtimoniũ ferrent, iuxta quod ipſe Iudæorũ duritiã increpans dicit: Si crederetis Moyſi, crederetis utiq; & mihi, de me etenim ille ſcripſit. Ioh. 5. Quid aũt prophetans & benedicens deum Zacharias dixerit, audiamus: ¶ *Benedictus dominus deus Iſrael, quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.* In quibus profecto uerbis notãdum, quia beatus

Zacharias quod inchoatum & proxime futurũ in
ſpiritu præuiderat, prophetico more quaſi iam fa
ctum eſſet narrabat. Viſitauit enim nos apparens
in carne dominus, quaſi lõgius a ſe recedẽtes, quos
in peccatis poſitos quærere & iuſtificare curauit.
Viſitauit quaſi medicus ægrotos, qui ut inueteratũ
ſuperbiæ noſtræ languorum ſanaret, nobis nouum
ſuæ humilitatis exemplum adhibuit. Fecit redem-
ptionem plebis ſuæ, q nos uenũdatos ſub peccato,
& antiqui hoſtis ſeruitio addictos, ſuo ſanguinis
dato precio liberauit. Vnde benigne nos hortatur
1.Cor.6 apoſtolus, dicẽs: Empti enim eſtis precio magno,
glorificate & portate deum in corpore ueſtro. Ple
bis autem ſuæ dicit, non utiq; quam ueniens plebẽ
ſuam reperit, ſed quam uiſitando & redimendo ſu
am fecit. Vultis enim audire fratres mei qualẽ in-
uenerit eam, qualem reddiderit? Finis cãtici huius
quod ob notitiam ſimul & prolixitatem ſui, totũ
charitati ueſtræ recenſere & explanare longũ du-
ximus, aperte denunciat, dicens: *Viſitauit nos oriens
ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mor-
tis ſedent ad dirigendus pedes noſtros in uiam pacis.* In-
uenit ergo nos ſedentes in tenebris & umbra mor
tis, hoc eſt, longa peccatorum & ignorantiæ cæci-
tate depreſſos, atque hoſtis antiqui fraude dece-
ptos obſeſſoſque erroribus. Ipſe etenim recte
mors & mendacium, ſicut econtra, Dominus ue-
ritas uocatur & uita. Attulit autem nobis ueram
cognitionis ſuæ lucem, excluſiſq; errorũ tenebris,
certum nobis iter patriæ cœleſtis aperuit. Direxit
greſſus operum noſtrorũ, quatenus p uiam ueritа-
tis quam monſtrauit, incedere, atq; ad manſionem
perpetuæ pacis poſſimus intrare quam promiſit.
Hæc igitur dona fratres chariſſimi ſupernæ bonita
tis, hæc æternorũ donorũ promiſſa habentes, be-
nedicamus & nos dominũ in omni tempore, quia
uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Semper
laus eius in ore noſtro uerſetur, ſemper eius & me
moriam retineamus, & inuicem annunciemus uir-
tutes eius, qui de tenebris nos uocauit in admirabi
le lumẽ ſuum. Eius continue flagitemus auxilium,
ut lucem ſcientiæ quam contulit, in nobis ipſe con
ſeruet, atq; ad perfectum uſq; diẽ perducat. Et ut
Ro.13. digni ſimus exaudire precãtes, abijciamus ipſi ope
ra tenebrarum, & induamus nos arma lucis. Sic
etenim ſupplicantes, cõcite quæ deſideramus acci
piemus, quia nimirum uerba deuotæ orationis, ad-
iuuat manus piæ operationis. Et quia beati præcur
ſoris hodie natalitia celebramus, oportet ut quem
ſalutis æternæ præconẽ ſuſcepimus, hũc etiã noſtræ
orationis adiutorẽ quæramus. Ipſumq; interceden
do rogemus impetrare, ut ad eũ cui teſtimoniũ p-
hibuit, lucẽ uitã & ueritatẽ, peruenire mereamur,
Ieſum Chriſtum dñm noſtrum, qui uiuit &c.

DE EODEM FESTO HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

NAſcitur hodie Iohannes Baptiſta, maior pro-
phetis, minor angelis, imo minor eo qui mi-
noratus eſt paulo minus ab angelis. Vnde ipſe
Dominus ait: Inter natos mulierum non ſurrexit
maior Iohanne Baptiſta, qui autẽ minor eſt in re-
gno cœlorũ, maior eſt illo. Hoc autem Apoſtolus
expoſuit, dicens: Eum autem qui modico quam an
geli minoratus eſt, uidemus Ieſum propter paſsio
nẽ mortis. Hoc igitur ſolo, id eſt Chriſto, minor
eſt Iohannes, quo nemo alius maior ſurrexit natus
de muliere. Vnde ipſe quoq; Iohãnis ait: Me opor
tet minui, illũ autẽ creſcere, qui poſt me uenit, ante
me factus eſt, cuius non ſum dignus corrigiam cal-
ceamenti ſoluere. Minuitur enim Iohannes capite
trũcatus, creſcit uero Chriſtus in cruce exaltatus.
*Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit
Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & cõgratulaban
tur ei.* Erant enim ſteriles in opprobrium in Iſrael
quamuis hoc aliud ſignificaret. Corporis nanq; ſte-
rilitas nõ eſt peccatum. Mente uero ſteriles apud
Deum in opprobrium ſunt. Quantum igitur ad li
teram, magnam ei Dominus miſericordiam fecit,
qui tanto pignore illam fœcundauit. Vnde & ipſa
ſuperius ait: Sic mihi fecit Deus in diebus, quibus
reſpexit auferre opprobrium meum inter homi-
nes. *Et factum eſt in die octauo, uenerunt circumcidere
puerum, & uocabant eum nomine patris ſui Zachariam.*
Hac circumciſione neq; Chriſtus neq; Iohãnes in-
digebat: circumciſi tamẽ ſunt, ne ſcandalum fierent,
& ut legem adimplerent. Lex enim & prophetæ
uſq; ad Iohannem. De circumciſione multa ad Ro-
manos Apoſtolus ſcribit, & nõ carnis, ſed ſpiritus
circumciſionem laudat. Spiritualis nanq; circunci-
ſio nõ in uno, ſed in omnibus membris fieri debet,
ut neq; manus operẽtur malum, neq; pedes ad fun
dendum ſanguinem currant, neque aures detracti
onibus pateant. Sic omnia membra circuncidun-
tur. Talia circunciſione omnia uitia & peccata tol
luntur. Vnde octaua die merito fiebat, in qua & ul
tima reſurrectio fiet, quando membris omnibus
circunciſio, id eſt, uitijs omnibus & peccatis abſciſ
ſis, totus ex integro innouatus, omnique ſuperflu-
itate mundatus homo, ad immortalitatẽ reſurget.
*Et reſpondens mater eius, dixit: Nequaquam: ſed uocabitur
Iohannes.* Nequaquam, inquit, Zacharias uocabitur
quamuis & hoc nomen dignum ſit ueneratione: ſed
uocabitur Iohãnes, quod dei gratia interpretatur
quia nullus inter natos mulierum familiarius illo
dei gratiam poſſidebat. *Et dicebant ad illam: Quia ne-
mo eſt in cognatione tua qui uocetur hoc nomine.* Hoc e-
nim nomẽ angelus impoſuit, non cognatio dedit.
Sed unde Elizabeth hoc nomẽ ſcire potuit? Zacha
riæ nanq;, non Elizabeth dictum fuerat: Et uoca-
bis nomen eius Iohannẽ. Qua in re credendum eſt,
quamuis id ſcriptum nõ eſt, uel angelica reuelatio-
ne uel alia qualibet facta diuinitus inſpiratione eã
hoc nomen didiciſſe. *Innuebant patri eius quem uellet
uocari eum.* Qui quoniam uoce hoc eis indicare non
poterat, *poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicens: Iohannes
eſt nomen eius. Et mirati ſunt uniuerſi.* Mirati eñ ſunt
quare utriq; parenti hoc nomen puero imponere
placuit: quia quum nemo in illorum cognatione ſic
uocaretur: Dei nutu id fieri intellexerunt. *Apertũ
eſt autem illico os eius & lingua eius, & loquebatur be-
nedicens Deum.* Sic enim angelus ei promiſerat. Pro eo
quod non credidiſti uerbis meis, quæ implebun-
tur in tempore ſuo, eris tacens, & nõ poteris loqui
uſque in diem quo hæc fiant. Ingreſſus eſt enim (ut
ſuperius legitur) in templum Domini, & omnis
multitudo populi erat orans foris hora incenſi.
Apparuit autẽ illi angelus Domini ſtans à dextris
altaris incẽſi: cui quia credere noluit, linguã amiſ-
ſit. Hæc autem ſolennitas decima die menſis ſepti-
mi agebatur, quando ſolus pontifex ſemel in anno
non ſine ſanguine ingrediebatur ſancta ſanctorũ,
nullumq; alium in templo eſſe licebat. Quod quid
ſignificet, Apoſtolus exponit in Epiſtola ad He-
bræos. Nos quoque in Leuitico de hac ſolennita-
te ſufficienter diximus. Apparuit autem illi an-
gelus Domini ſtans à dextris altaris incenſi.

Stabat autem angelus,& a dextris ſtabat, quoniã
fortia & proſpera nunciabat. Et Zacharias turba-
tus eſt uidens,& timor irruit ſuper eum. Ait autẽ
ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniã ex-
audita eſt deprecatio tua. Hæc enim angelorũ cõ-
ſuetudo eſt,(in qua etiã ab illis diſcernuntur, qui
ſe transfigurant in angelũ lucis) quod in ſuę loqu-
tionis principio eos q̃bus loquũtur, cõſolantur &
ne timeãt adhortantur. Quod autẽ ait, Quoniam
exaudita eſt deprecatio tua, nemo putet Zachari-
am pro filio Deum exoraſſe, præſertim quum de
de ſua ſuęque uxoris ætate diffideret, angelo idip-
ſum promittẽti nõ crederet. Quid igitur orabat,
niſi id quod lex orare præcipiebat? Ait enim. Erit
hoc uobis legitimũ ſempiternũ ut oretis pro filiis
Iſrael, & pro cunctis peccatis eorum ſemel in an-
no. Hoc eſt igitur quod orabat, hanc deprecatio-
nem angelus exauditam eſſe dicebat. Et dixit Za-
rias ad angelũ: Vnde hoc ſciam? Ego enim ſum ſe-
nex,& uxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et fortaſ-
ſe non recordatur Zacharias, quod Abraham &
Sara in ſenectute filiũ genuerunt. Nihil enim deo
impoſſibile eſt, credenti quoque omnia poſſibilia
ſunt. Angelus promittit, & ſacerdos ſignum quæ-
rit, quaſi plus ſigno quã angelo credere debuiſſet.
Et reſpondens angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel
qui adſto ante Deum,& miſſus ſum loqui ad te, &
hæc tibi euangelizare: cur ergo dubitas? quare nõ
credis? neq; ille qui me miſit, neq; ego tibi mentiri
poſſum. Signum quæris, Iudæi enim ſigna petunt,
dicis: Vnde hoc ſciam? dabitur tibi ſignum, quod
poſtquam acceperis, te fortaſſe accepiſſe pœnite-
bit. Hoc igitur erit tibi ſignum: ecce eris tacẽs,&
non poteris loqui uſq; in diem quo hæc fiant, pro
eo quod non credidiſti uerbis meis, quæ comple-
buntur in tempore ſuo. Quia, inquit, uerbis meis
credere noluiſti, uel ſigno crede. Ecce eris tacens
donec ex te genita uox oriatur. Et quia uocem ge-
neraturus es, non te pœniteat aliquanto tempore
tacuiſſe. Ex te enim orietur ille q̃ dicet: Ego uox
clamantis in deſerto. Et erat plebs expectans Za-
chariam,& mirabantur quod tardaret in templo.
Egreſſus autem non poterat loqui ad illos. Et co-
gnouerũt quod uiſionem uidiſſet in templo,& ipſe
erat innuens illis, & permanſit mutus. Poſſumus
autem per ſenem Zachariam, uetus teſtamentum,
& per Iohannem puerum, nouum intelligere. Eo
enim tempore uetus teſtamentum uocem amiſit,
quo nouum ex ueteri fieri cœpit: quia poſtquam
nouam legem Apoſtoli & doctores prædicare &
exponere cœperunt, uetus legis intelligentia ceſſa-
uit. Sed uocem quam amiſerat, tunc tandem rece-
pit, quando nouo teſtamento iam nato & ubique
diuulgato, ab eo didicit quod loqueretur. Loqui-
tur enim uetus teſtamentum, ſed iam non ſuo &
priori ſenſu. Loquente autem Zacharia *factus eſt ti-
mor ſuper omnes uicinos eorum, & ſuper omnia monta-
na Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc. Et poſuerunt
omnes qui audierunt in corde ſuo, dicentes: Quis putas
puer iſte erit?* qui contra naturam natus eſt, in cuius
natiuitate os diu clauſum aperitur, mutus loqui-
tur,& tam noua miracula fiunt? *Etenim manus Do-
mini erat cũ illo.* Ipſa igitur hæc omnia operabatur
in illo. *Et Zacharias pater eius repletus ſpirituſancto
prophetauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Iſrael,
quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.* Viſita-
uit per præconem, uiſitauit per filium, prædicauit
per utrunq;, fecit per alterum. Vterq; ad baptiſmũ
populum uocauit, ſed alter ſolũmodo plebem re-
demit, & in ſpirituſanctu baptizauit. Vnde & ei-
dem Iohãni dicitur: *Super quem uideris ſpiritum
deſcendentem,& manentem ſuper eum, hic eſt qui
baptizat in ſpirituſancto:* qui cum patre & ſpiritu
ſancto uiuit & regnat deus in ſecula ſeculorum.

IN VIGILIA APOSTOLORUM Petri & Pauli Ioh. ultimo:

¶ In illo tẽpore, Dixit Ieſus Petro: Simon
Iohannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiã
domine, tu ſcis quia amo te. Et reliq. Ho-
milia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Virtutẽ nobis perfectæ dilectionis, præ-
ſens ſancti euangelii lectio commen-
dat. Perfecta etenim dilectio eſt, qua
deũ ex toto corde, tota anima, tota uir-
tute, proximũ autẽ tanq̃ noſmetipſos
diligere iubemur. Et neutra harũ dilectio ſine al-
tera ualet eſſe perfecta, q̃a nec deus uere ſine ꝓxi-
mo, nec ſine deo uere poteſt proximus amari. Vn-
de dominus toties interrogato Petro an ſe dilige-
ret,& illo reſpondente quod eũ ipſo teſtante dili-
geret, adiungebat per ſingula ita concludẽs, paſce
oues meas, ſiue agnos meos. Ac ſi aperte diceret:
Hæc ſola & uera eſt probatio integri in deũ amo-
ris, ſi erga fratres ſtuduerimus curam ſoliciti ex-
ercere laboris. Nam quicunq; fratri opus pietatis
quod ualet impendere negligit, minus iuſto ſe cõ-
ditorem diligere oſtendit, cuius mandatum in ſu-
ſtentanda proximi neceſſitate cõtemnit. Quę pro-
fecto charitas, quoniã ſine diuinæ gratia inſpirati-
onis minime poſſit impleri, tacite quodãmodo do-
minus inſinuat, q̃ Petrũ de illa interrogans, Simo-
nẽ eũ Iohannis, quod nuſquã alias, cognominat. Si-
mon (inq̃t) Iohãnis, diligis me plus his? Vbi quan-
uis ſimpliciter mentio facta terreni parentis eius
poſſit intelligi, non tamẽ ab re eſt, ſi quis nomine
Iohannis donũ ſupernæ generationis myſtice indi-
catũ uelit accipere, de quo apoſtolus Iohannes ad-
monẽdo teſtatur: Chariſſimi, diligamus inuicem, 1. Ioh. 4.
quoniã charitas ex deo eſt, & oĩs q̃ diligit, ex deo
natus eſt, & cognoſcit deũ. Simon nanq; obediens,
Iohãnes dicitur dei gratia. Et ꝓpterea recte pri-
mus apoſtolorũ cũ de amore ſuo requiritur, Simõ
Iohãnis. i. obediens dei gratiæ uocatur, ut liquido
cunctis oſtendatur hoc quod maiore prę cæteris
obediẽtia dñi iuſſis obſequitur, quod ardẽtiori il-
lũ charitate amplectitur, non humani meriti, ſed
muneris eſſe diuini. Vnde & apoſtolus Paulus ea- Rom. 5.
gratia cõſortatus, aiebat: Quia charitas dei diffuſa
eſt in cordibus noſtris per ſpiritũſanctum qui da-
tus eſt nobis. Qui ergo cæteris flagrantius domi-
num amare probatur, filius Iohannis cognomina-
tur, quia nimirum uirtus einſdem amoris non niſi
per gratiã ſpiritus percipitur. Qui tamen ipſe no-
tandum q̃ caute & circunſpecte teſtimonium red-
dat ſuo amatori, cũ domino ſciſcitante an ſe plus
aliis diligeret, non eſt auſus reſpondere, tu ſcis
quia amo te plus his, ſed temperata ac ſimplici uo-
ce, etiam, inquit, dñe: tu ſcis quia amo te. Quod eſt
aperte dicere: Scio quidẽ quia ipſe te, ut tu melius
noſti, integro corde diligo: quantũ uero te alii dili-
gant, mihi q̃dem ignotũ, ſed tibi oĩa ſunt nota. Cu-
ius cautela reſpõſiõis, noſtrę ꝓfecto eſt inſtructio
locutionis ſimul & cogitationis, ut uidelicet eius
exẽplo diſcamus, minus de noſtrę cõſcientiæ puri-

primo paſtorum etiam paſſionis ſuæ triumphum. Extendens, inquiēs, manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non uis. Ac ſi patēter dicat. Quanta me charitate diligas, hinc liquido probabis, cum pro paruulorum meorum uita uſq; ad mortem certando perueneris, & ut illi in corpore poſſint pariter & mente ſaluari, ipſe tormenta corporis omnia quæ aduerſario infligere libet, forti mentis conſtantia toleraueris. Quod ipſe quoq; euangeliſta ſubſequenter inſinuat, cum ait: ¶ *Hoc autem dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum.* Clarificauit quippe Petrus morte ſua deum, quando hoc indicio cunctis quantum Deus eſſet colendus amanduſque, monſtrauit, dum ipſe data optione mallet crucis ſubire tormentum, quam a cœleſtis uerbi prædicatione ceſſare. Qui notandum quod non ſolū morte, ſed & uita ſua & paſſionibus quæ mortem præceſſerant, deum clarificauit. Clarificauit nanq; uita deum, qui per omnia quæ geſſit, non ſuam propriā, ſed conditoris ſui uoluntatē laudemq; quęrebat. Clarificauit & paſſionibus, quē a propoſitis ſuperni amoris obſequijs, nulla perſequentium ualuit reuocare preſſura. Verum quia cū memoria beati Petri, etiam coapoſtoli eius Pauli hodie natalitia celebramus, uideamus fratres chariſſimi, utrū & ipſe uel uita uel paſſionibus uel morte clarificauerit deum. Clarificauit utique & ipſe. Teſtatur enim Lucas euangeliſta, qui librum Actuū Apoſtolorū maxima ex parte agones ipſius & labores pro Chriſto deſcribendo compleuit: teſtatur hoc & ipſe qui opus ſcriptorum ſuorum quod quatuordecim epiſtolis concluſit, ſolo (ut ita dixerim) Chriſti odore reſperſit. Quicquid enim ibi legeris, aut fidei arcana reuelat, aut bonorum operum fructus oſtendit, aut cœleſtis regni gaudia promittit, aut quid ipſe tribulationū hęc prædicans ſuſtinuerit pandit, aut quid inter tribulationes diuinę conſolationis acceperit, refert, aut generali exhortatione, quod omnibus qui pie uolunt uiuere in Chriſto, perſecutiones deeſſe non poſſint, inſinuat. Teſtatur quantum uita ſua deum clarificauerit, cum in uinculis poſitus, & appropinquans paſſioni. Timotheo per epiſtolam exemplū

2. Tim. 4 ſui operis propoſuit, dicens: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Monſtrauit quali morte clarificaturus eſſet deum cum præmiſit: Ego enim iam immolor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. O quam precioſa in conſpectu domini mors ſancti illius, qui appertiſſime nouerat, qui libera uoce prædixerat, ſe occidi pro domino, non aliud eſſe quam gratiſſimā deo mundiſſimamque hoſtiam offerri. Clarificauit ergo & Paulus deum, clarificauerunt & cæteri Apoſtoli, quia & puro corde Chriſtum diligebāt, ipſi ſyncera intentione oues Chriſti curabant. Quod enim Petro di-

Ioh. 21. ctū eſt, paſce oues meas, oībus utiq; dictū eſt. Hoc nanq; erant cæteri Apoſtoli quod fuit Petrus, ſed primatus Petro datur, ut unitas eccleſiæ commendetur. Paſtores ſunt omnes, ſed grex unus oſtenditur, qui & ab Apoſtolis omnibus tunc unanima cōſenſione paſcebatur, & deinceps à ſucceſſoribus eorum communi cura paſcitur, quorum plurimi conditorem ſuū morte, omnes autem uita ſua clarificare probantur. Nō ſolum maxima illa eccleſiæ luminaria, ſed reliqua electorum turba, uel uiuendo uel moriendo, deum ſuo quiq; tempore clarificat. Quorū ueſtigia nos quoq; fratres mei noſtro tempore ſequi oportet, uitę uidelicet noſtræ ordinem, ad exempla bonorū dirigendo, & in propoſita uitæ rectitudine ad mortem uſq; perſiſtēdo, ut ſocij conuerſationis eorū exiſtentes, ſocij etiā remunerationis mereamur effici. Hoc autē ita pficiemus, ſi iuxta huius ſacratiſſimę lectionis tenorē, & redemptorē noſtrū debito affectu cōplectamur, & erga pximorum ſalutem fraterna ſolicitudine uigilemus, ipſo opitulante qui hæc & nos facere iubet, & ſe facta remunerare pollicetur. Chriſto Ieſu domino noſtro, qui uiuit & regnat &c.

IN EADEM VIGILIA HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

INterrogat dominus Petrum an ſe diligat, quem ſemper & ubiq; maiorem amoris affectionē erga ſe oſtēdere uidebat. Sicut modo ſuperius cū cæteri ad eum nauigio ueniſſent, ipſe moras nauis expectare non potuit, ſed amoris immenſitate cogente, in mare ſe præcipitauit, ut uelocius ad Dominum uenire poſſet. *Simon* (inquit) *Iohānis, diligis me plus his*, qui tui amoris affectum erga me oſtendis plus quam hi? Dicit, *Domine etiā tu ſcis quia amo te.* Etiam Domine amo te, & tu ſcis quia amo te, ſcis etiam quantum diligo te, ego autem neſcio an plus cæteris diligam te. Dicit ei: *Paſce agnos meos.* Nō uult dominus ſuos agnos alij committere, niſi illi qui eū diligit, quos ipſe tantum dilexit, ut pro eis mori dignaretur. Et ideo prius eccleſiæ paſtorem interrogat an ſe diligat, & ſic poſtea paſcendos agnos ſuos ei committit. *Dicit ei iterum, Simon Ioannis diligis me?* Ait illi: *Etiā Domine, tu ſcis quia amo te* Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Iohannis amas me? Tunc Petrus contriſtatus, & timens ſe haberi à Domino ſuſpectum, quia dixit ei tertio amas me, reſpondens dicit. *Domine tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te.* Dicit ei, *Paſce oues meas.* Prius agnos, deinde oues commiſit ei: quia non ſolum paſtorem, ſed paſtorum paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus agnos, paſcit & oues: paſcit filios, paſcit & matres: regit & ſubditos & prælatos. Omnium igitur paſtor eſt, quia præter agnos & oues in eccleſia nihil eſt: nihil (inquam) quod ſuis paſtoribus Chriſtus commiſerit: Ecce Petrus qui ter negauerat, ter Dominum ſe amare reſpōdet, quatenus amor deleat culpā, & dilectio tollat offenſam. *Et dicit ei Ieſus, Amen amen dico tibi, quum eſſes iunior cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: quum autē ſeneris extendes manus tuas & alius te cinget, & ducet quo tu non uis.* Quod quid ſignificet euangeliſta exponens, ait. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. In crucis nanq; patibulo poſitus beatus Petrus, ibiq; manus extendens, ab alijs cinctus & ligatus eſt. Et merito poſtquam ter Dominum ſe amaſſe reſpondit, mortē ſuam ei Dominus nunciauit, in ea quantum eum dilexerit, apertiſſime demonſtrauit.

IN DIE APOSTOLORVM Petri & Pauli, Sermo beati Leonis papæ.

OMnium quidem ſolēnitatū ſanctarū dilectiſſimi totus mūdus eſt particeps, & unius fidei pietas exigit, ut quicquid p ſalute uniuerſorū geſtum recolitur, cōmunibus ubiq; gaudijs celebretur. Veruntamen hodierna feſtiuitas præter illā reuerentiam quam toto terrarū orbe promeruit, ſpeciali & propria noſtræ urbis exultatione uenerāda eſt, ut ubi precipuorū apoſtolorū glorificatus eſt exitus, ibi in die martyrij eorū ſit lętitię principatus.

Iſti enim ſunt uiri per quos tibi euangelium Chri
ſti Roma reſplenduit, & quæ eras magiſtra erro-
ris, facta es diſcipula ueritatis. Iſti ſunt ſancti pa-
tres tui, uerique paſtores, q te regnis cœleſtibus inſe
rendam multo melius, multoque felicius condide-
runt, quam illi quorũ primo ſtudio mœniũ tuorũ
fundamenta locata ſunt, e quibus is qui tibi nomen
dedit, fraterna te cæde fœdauit. Iſti ſunt qui te ad
hanc gloriam prouexerũt, ut ſis gens ſancta, popu
lus electus, ciuitas ſacerdotalis & regia, per ſacrã
beati Petri ſedem caput orbis effecta, latius præſi
dens religione diuina, quam dominatione terrena.
Quanuis enim multis aucta uictorijs, ius imperij
tui terra mariq; protuleris, minus tamen eſt quod
tibi bellicus labor ſubdidit, quã quod pax Chriſtia
na ſubiecit. Deus nanq; bonus, iuſtus, omnipotens,
qui miſericordiam ſuam humano generi nunquam
negauit, omneſque in cõmune mortales ad cogni
tionem ſui abundantiſſimis ſemper beneficijs eru
diuit, uoluntariam errantium cæcitatem, & procli
uem in deteriora nequitiã, ſecretiori cõſilio & al-
tiori pietate miſeratus eſt, mittendo uerbum ſuũ,
æquale ſibi atq; coæternum. Quod caro factum, ita
diuinam naturam naturæ uniuit humanæ, ut illius
ad infima inclinatio, noſtra fieret ad ſumma proue
ctio. Vt autem huius inenarrabilis gratiæ per to-
tum mundum diffunderetur effectus, Romanũ re
gnum diuina prouidentia præparauit, cuius ad eos
limites incremẽta perducta ſunt quibus cunctarũ
undiq; gentiũ uicina & contigua eſſet uniuerſitas.
Diſpoſito enim diuinitus operi maxime congrue-
bat, ut multa regna uno confœderarẽtur imperio,
& cito peruios haberet populos prædicatio gene
ralis, quos unius teneret regimẽ ciuitatis. Hæc au
tem ciuitas ignorans ſuæ prouectionis autorẽ, cũ
pœne omnibus dominaretur gentibus, oĩm gentiũ
ſeruiebat erroribus, & magnã ſibi uidebatur ſuſce
piſſe religionẽ, qa nullã reſpuerat falſitatẽ. Vnde
quanto erat per diabolũ tenacius alligata, tanto per
Chriſtum eſt mirabilius abſoluta. Nam cũ duode-
cim Apoſtoli, p ſpiritũſanctũ omniũ locutione lin
guarum imbuendum euangelio mundũ diſtributis
ſibi terrarũ partibus ſuſcepiſſent, beatiſſimus Pe-
trus princeps apoſtolici ordinis ad arcẽ Romani
deſtinatur imperij, ut lux ueritatis quæ in omniũ
gentiũ reuelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo ca
pite p totũ mundi corpus effunderet. Cuius aũt na
tionis homines in hac tũc urbe nõ eſſent, aut quæ uſq;
gentes ignorarẽt quod Roma didiciſſet? Hic collu
ctantes philoſophiæ opiniones, hic diſſoluendæ e-
rant terrenæ ſapientiæ uanitates. Hic confutandus
dæmonũ cultus, hic omniũ ſacrificiorũ impietas
deſtruenda, ubi diligentiſſima habebatur ſuperſti-
tiõe collectũ, quicqd uſquã fuerat uanis erroribus
inſtitutũ. Ad hanc ergo urbẽ tu beatiſſime Petre
Apoſtole uenire non metuis, & cõſorte gloriæ tuæ
Paulo apoſtolo aliarũ adhuc eccleſiarũ ordinatio-
nibus occupato, ſyluã iſtam frementiũ beſtiarum
& turbulentiſſimæ profunditatis oceanũ cõſtantior
quã cũ ſup mare gradereris, ingrederis. Nec mũdi
dominã times Romã, qui in Caiphæ domo ea pa-
ueras ſacerdotis ancillã. Nunquid aut iudicio Pila
ti, aut ſæuitia Iudæorum minor eſt uel in Claudio
poteſtas, uel in Nerone crudelitas? Vincebat ergo
materiam formidinis, uis amoris. Nec æſtimabas
terrori cedẽdum, dũ horũ ſaluti conſulis, quos ſuſ-
ceperas diligẽdos. Hunc autẽ intrepidæ charitatis
affectũ, iam tunc profecto cõceperas, quando pro

feſſio tui amoris in dominũ, trinæ interrogationis
eſt ſolidata myſterio. Nec aliud ab hac mẽtis tuæ
intentione quæſitũ eſt, q̃ ut paſcendis eius quẽ dili
geres ouibus, cibũ quo ipſe eras opimatus impen-
deres. Augebant quoq; fiduciã tuã tot ſigna mira-
culorũ, tot dona chariſmatũ, atq; ea perimẽta uir-
tutũ. Iam populos q ex circunciſione crediderant
erudieras, iam Antiochenã eccleſiam, ubi primum
Chriſtiani nominis dignitas eſt orta, fundaueras.
Iam Pontũ, Galatiã, Cappadociã, Aſiam, atq; Bi-
thyniã legibus euangelicæ prædicationis imples
ueras, nec ut dubius de prouectu operis, aut de ſpa
tio tuæ ignarus ætatis, trophæũ crucis Chriſti Ro
manis arcibus inferebas, quo te diuinis pordinati-
onibus anteibãt, & honor poteſtatis, & gloria paſ
ſionis. Ad q̃ beatus coapoſtolus tuus, uas electio-
nis, & ſpecialis magiſter gentiũ Paulus occurrens,
eodẽ tibi cõſociatus eſt tempore, quo omnis innocen
tia, & omnis pudor, omniſq; libertas ſub Neronis
laborabat imperio. Cuius furor p oĩm uitiorũ inflam
matus exceſſum, in hunc eũ uſq; torrentẽ ſuæ pcipi
tauit inſaniæ, ut primus nomini Chriſtiano atroci
tatẽ generalis pſecutionis inferret, quaſi p ſancto-
rum neces gratia dei poſſet extingui, cuius hoc ip-
ſum erat maximũ lucrum, ut contemptus uitæ hu-
ius occiduæ, perceptio fieret fœlicitatis æternæ. Pre
cioſa eſt ergo in conſpectu domini mors ſanctorũ
eius, nec ullo crudelitatis genere deſtrui poteſt ſa
cramento crucis Chriſti fundata religio. Non mi-
nuitur perſecutionibus eccleſia, ſed augetur, & ſem
per dominicus ager ſegete ditiore ueſtitur, dũ gra
na quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur. Vn
de duo iſta pclara diuini ſeminis germina, in quan
tam ſobolem pullularint, beatorũ martyrum mil-
lia proteſtantur, quæ apoſtolicorum æmula trium
phorum, urbem noſtram purpuratis lateq; rutilan
tibus populis ambierunt, & quaſi ea multarũ ho-
nore gemmarum conſerto uno diademate coro-
narunt. De quo præſidio dilectiſſimi, diuinitus no
bis ad exemplum patientiæ & confirmationẽ fidei
præparato, uniuerſaliter quidem in omnium ſan-
ctorum commemoratione lætandum eſt, ſed in ho
rum excellentia patrum merito eſt exultãtius glo
riandum, quos gratia dei in tantum apicem inter
omnia eccleſiæ membra prouexit, ut eos in corpo
re cui caput Chriſtus eſt, quaſi geminum conſtitue
rit lumen oculorum. De quorum meritis atq; uir-
tutibus, quæ omnem loquendi ſuperant facultatẽ,
nihil diuerſum, nihil debemus ſentire diſcretum,
quia illos & electio pares, & labor ſimiles, & finis
fecit æquales. Tu autem domine.

DE EODEM FESTO.

Sermo B. Maximi epiſcopi.

BEatiſſimorum Apoſtolorũ Petri & Pau-
li inſeparabilẽ fidẽ paſſionemq; germa-
nã omni nos deuotiõe fratres neceſſe eſt
celebrare, quia & laudabiliter eos uita ad
glorioſiſſimũ pduxit occaſum, & mirifi-
cus obitus perpetuã tranſmiſit ad uitã. Et licet in
Petro fides emineat, in Paulo doctrina pcellat, ma
giſterium tamen Pauli fidei plenitudo eſt, & cre-
dulitas Petri doctrinæ eſt fundamentũ. Quos tan
ta electionis cœleſtis dignatio uiſitauit, ut hic fie-
ret de piſcatore doctor, ille de pſecutore defenſor.
Sed in hoc oĩpotentis dei attollẽda maieſtas eſt, q̃a
inſpiratiõe mirabili docẽdi gratiã tribuis imperito,

&

& inimicom fecit amare quod oderat, & fidem q̃
impugnabat aſſerere. Illios piſcationem non abſ
ſtulit, ſed mutauit: huius cęcauit oculos, ut purga
tiore recepto lumine, clariſsima mentis acie ultra
humanum uidere poſſet aſpectũ. Quãti ergo me
riti apud dñm ſuum Petrus erat, ut ei poſt nauicu
la paruæ remigium, totius eccleſiæ gubernacula
traderent? Aut q̃tum in apoſtolatus ſui miniſterio
complacuiſſe Chriſto credimus Paulũ, qui tãtum
placere potuit perſecutor? Placuit enim, quia non
iniqui pectoris ſtudio, ſed ſimplicis ignorantię in
cauta deuotione certabat. Deniq; ut primũ ſenſi
bus eios ſpũs ueritatis infuſus eſt, oſtẽdit cõtinuo
nõ ſe Chriſti ſęuiſſe odio, ſed amore paternę legis
innocẽter erraſſe. De quo qd ego potiſsimũ dicã,
cũ ipſe fideliſsimus ſibi ſit teſtis, qui cũ nec ſuas uel
let iactare laudes, & Chriſti annunciare cuperes
maieſtatẽ, uerecũdius q̃d in ſe geſtũ eſt, cõfitetur.
1.Cor.12 Etẽm uelut de altero quodã: Scio (inquit) hoĩem
in Chriſto Ieſu raptũ uſq; ad tertiũ cœlum, raptũ
in paradiſum, & audiuit arcana uerba quæ nõ licet
homini loqui. Quid hoc apoſtolo magnificẽtius,
cui in medio mortaliũ conſtituto, & ſupra cœlos
ire datũ, & ad terras ire conceſſum eſt? Quid hoc
beatius uiro, qui inter ſecreta paradiſi ediſcere me
ruit, quod nec lingua hoĩs loqui potuit, nec quiſ
quã mereatur audire? Et cũ tantæ ſint ſublimitatis
ea quæ docuit, ut cõprehendere ea mens humana
non poſsit, quãtæ illud putamus eſſe glorię, q̃d pro
ditere ſibi aſſerit nõ licere. Quid etiã de Petro refe
rã, cuius tanta etiã à deo approbata iuſtitia, tantas
que ei poteſtas attributa eſt iudicandi, ut in arbi
trio eius poneret cœleſte iudiciũ? Perſpicite ergo
fratres & æſtimate q̃ uobis ſit Petrus apoſtolus
honore uenerẽdus, cuius ſententiã in terris prolatã,
ſempiterni iudicis ęqtas nõ repellit. Et ideo diligẽ
ter intẽdite quę ſit eius gloriæ magnitudo, cui dũ
claues regni cõmittuntur æterni, cœlũ illi claude
re & aperire permiſſum eſt. Horũ itaq; chariſsimi
p uniuerſum mundũ uenerãda hodie ſolennitas ce
lebratur, hodie horũ concurſu lætiſsimo excolit
Roma martyriũ: & quorũ dudum impia perfecus
ſa eſt ſanguinem, eorum nunc peculiari deuota pa
trocinio gloriatur. Tu autem.

IN EODEM FESTO,

Matthæi. xvi.

¶In illo tẽpore: Venit Ieſus in partes Cæ
ſariæ Philippi, & interrogabat diſcipulos
ſuos, dicẽs: Quem dicunt homines eſſe fi
lium hominis? &c. reliq. Homilia Herici.

Luce.3. HErodes maior, ſub quo Dominus natus
eſt, quatuor traditur filios habuiſſe, Phi
lippum uidelicet qui hic cõmemoratur,
quiq; (ut Lucas narrat) fuit tetrarcha
Itureæ, & Trachonitidis regiõis. Arche
laum quoq; & Lyſaniam, ſed & Herodem ſub quo
paſſus eſt dominus. Philippus ergo iſte princeps,
ut præmonſtratum eſt, quartæ partis regni Iudęo
rum, in honorem Tiberij Cæſaris ciuitatem ſtatu
it ad radices Libani montis, ubi Iordanis in duo
bus fontibus exoritur, quam Cæſaream Philippi
in memoriam ſui nois, pariterq; in honorẽ Tiberij
Cæſaris appellari conſtituit, q̃ poſtea priſtino ſuo
amiſſo uocabulo Paneas dicta eſt, in q̃ etiã ciuitate
tradunt antiqui regibus quondam tributa con
ſueuiſſe perſolui. Hoc autem fecit fauore huius Cę
ſaris ad imitationem ſui patris Herodis, qui ex no
mine Cæſaris ciuitatem Cæſariã nuncupauit, quæ
antea Turris Stratonis uocabatur, qui etiam trãs
Iordanem Iliadem urbem in monumentum filiæ
ipſius Cæſaris condidiſſe in hiſtorijs inuenitur.
Veniens ergo dominus in partes Cæſariæ Philip
pi, diſcipulos, cuius apud homines opinionis habe
retur, inquirebat. Et pulchre ſatis hoc qõs maxi
me his in partibus agere uoluit, ut ubi quondã rex
terrenus cenſum tributariũ exigere ſolitus erat à
ſibi ſubditis, ibi ueniens rex cœleſtis reciperet cen
ſum fidei à diſcipulis ſuis. Vbi ſanctæ eccleſiæ re
ctoribus exempli normam præſignauit, qui uicem
Chriſti in adminiſtrandis gerunt negocijs, quo ip
ſi quoque ab his quos fidei & conuerſationis meri
to probatos familiarius cæteris colunt, cuius famę
apud ſubiectos ſint percontentur. Et ſi quidem dis
gnos ſe laudibus famæ eſſe deprehenderint, dei to
tum gratiæ deputent: & tales eſſe quales fama uul
gauit, inſudent. Si uero ſecus quam decet ferri de
teſtimonium ſenſerint, ſic illud in ſeipſis corrigere
tamq; pie & iuxta quod ſacer precellentiæ ordo
poſtulat, uiuere ſtudeant, ut tantus in eis ſanctita
tis ſplendor eluceat, qui omnem maliloqui oris ne
bulam tergat, famamq; de ſe mentiri prohibeat.
Ait enim: Quem dicunt homines eſſe filium homi
nis? Nõ hoc quaſi inſciens percõtatur, tanq̃ igno
rare potuerit quid de ſe hoĩes ſentirent, ſed ut cõ
feſsionem rectæ fidei illorũ digna mercede remu
neraret, & populũ traditionibus falſis ſcribarũ &
phariſæorum corruptum, ab errore liberaret. Scri
bæ namq; & phariſæi qui in populo Iudæorum ho
nore ac ſapientia eminebant, uidentes ſe à populo
deſeri, & dominũ Ieſum Chriſtum ſequi propter
uitę ſanctitatẽ, ac prędicationem ſalutiferam, atq;
miraculorum ſigna quæ ab eo aſsidue fieri cerne
bant, zelo ducti inuidebant ei. Et licet lege & pro
phetis præ cæteris edocti, Chriſtum illum eſſe ſcis
rẽt, timentes tñ gloriã humanã pdere, ſi populus
doctrinã eorũ deſereret, & dñi pcepta ſequeret,
laborabãt quibus modis poterant corda populorũ
ſubuertere, ne Chriſtũ illum crederẽt, q in lege &
prophetis patribus eorũ fuerat repromiſſus. Vnde
& Iudęi uſq; hodie exiſtimant dñm Ieſum Chriſtũ
necdum in hunc mundũ ueniſſe, ſed adhuc uenturũ
eſſe. Cernens ergo dominus ſcribarum & phariſę
orum traditionibus plebem correptam, & ſe non
Chriſtũ æſtimari à populo, ſed potius Iohannẽ aut
Eliam, aut Ieremiam, uoluit eos ab hoc errore libe
rare, & idcirco interrogãs reqrit, quid alij de ſe ſen
tiant, ut expoſitis diuerſis opinantium erroribus,
probarentur diſcipuli non de opinione uulgari
percepiſſe ueritatem ſuæ confeſsionis, ſed poti
us reuelatione diuinæ inſpirationis. Ait nanque:
¶ *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Tanquã
dicat: Me qui filius hominis dicor, hoc eſt, filius
Mariæ, quem dicunt homines eſſe? Nec ait: Quem
me dicunt homines eſſe, ſed filium hominis: ne ia
ctanter uulgarem ſententiam de ſe requirere ui
deretur. Filium autem hominis ſæpius quam filiũ
dei ſe conſueuit appellare, ut nos de diſpenſatione
humanitatis quam pro nobis aſſumpſit, admoneat.
Vbicunque autem in ueteri teſtamento filius ho
minis ſcriptum eſt, beatus Hieronymus in Hebręo
filium Adam haberi teſtatur. Nam & Adam homo
interpretatur. Et pulchre homines appellat eos,
qui de filio hominis tm̃ loqui nouerant, hoc eſt, de
filij humanitate, quã oculis cernebant, & deitatis

reuelauit tibi,carnis & ſanguinis nomine,carnalē
ſcribarum & phariſæorum traditionē & doctri-
nam accipere debemus.Caro enim & ſanguis re-
ćte intelliguntur homines ſapientia carnali inflati,
colũbinę ſimplicitatis neſcij. Caro aũt & ſanguis,
uaria in ſanctis ſcripturis ſignificatione ponũtur.
Gene.2. Aliquãdo enim caro pro ipſius naturę ſubſtãtia po
nitur,ut in Gen. Hoc nũc os ex oſsibus meis,& ca-
ro de carne mea. Nonnunq̃ carnis appellatione ſy-
necdochicos totus homo ſignaĩ, ſicut de Chriſto
Iohan.1. per Iohannẽ dicitur: Verbũ caro factũ eſt. Quod
eſt aperte dicere, deus homo factus eſt. Caro etiã
1.Cor.15 & ſanguis pro corruptione poni ſolent, Apoſtolo
dicẽte, Caro & ſanguis regnũ Dei nõ poſsidebũt.
Gala.1. Plerunq; etiã carnis & ſanguinis nomine, carnalis
& ſpiritualis intellectus ſubtilitate groſſeſcẽs do-
ctrina accipitur. Paulo de ſeipſo dicẽte: Continuo
nõ acquieui carni & ſanguini. Quo ſenſu in hoc lo-
co accipiẽda eſt caro, carnalis uidelicet, & quantũ
ad deũ ſtulta carnaliũ ſapiẽtia, q̃ quãto ſe latius ad
inueſtigãda terrena & trãſitoria diffundit, tãto mi
nus ad intellectualis & uerę philoſophię adytũ iã
peruenit. Non ergo caro & ſanguis illi reuelauit,
quia nõ mũdana ſapiẽtia quod Chriſtus filius Dei
eſſet, accepit, ſed deo patre qui ſolus nouit filium,
inſpirãte didicit. Siue etiã caro & ſanguis (ut prę-
miſſum eſt, appellãtur hoĩes carnaliter de Chriſto
ſapiẽtes, & colũbinam ſimplicitatẽ nõ habẽtes, atq;
ideo gratia ſctĩ ſpũs indigni, quales illi fuere, quo-
rum ſuperius de Chriſto opiniones euãgeliſta re-
texit, de qualibus per Apoſtolũ dicitur: Animalis
homo nõ percipit ea quę ſunt ſpũs Dei, ſed pater
meus qui in cœlis eſt. Cũ oĩa dona ſpiritualia quæ
1.Cor.2. à dño fidelibus tribuũtur, à ſpũſancto largiri cer-
tiſsimũ ſit, dicẽte Apoſtolo, Alij datur per ſpm̃ ſer-
1.Cor.12 mo ſapiẽtię, &c. uſquequo dicitur, diuidẽs ſingulis
prout uult: q̃modo dñs Ieſus Chriſtus à patre di-
cit reuelatũ fuiſſe beato Petro ſacramentũ fidei?
Sed ſciendũ, q̃a ſicut una eſt ſubſtãtia patris & filij
& ſpuſſancti, ita eſt in eis & una operatio atq; uo-
lũtas, ac per hoc cõuenienter dicitur, quia pater q
in cœlis eſt, reuelauerit Petro myſteriũ fidei, quod
caro & ſanguis reuelare nequibat. ¶*Et ego dico ti-
bi, quia tu es Petrus.* Ordo uerborũ eſt: Quia tu dix-
iſti mihi, tu es Chriſtus filius dei uiui, & ego dico
tibi nõ ſermone caſſo, & nullũ habẽte opus, ſed di-
co tibi ueraciter, quia tu es Petrus. Nõ nũc primũ
accepiſſe Petrũ hoc nomẽ credendũ eſt, ſed potius
tunc quãdo in initio dñicæ prędicationis (ſicut Io-
hannes teſtatur) per Andreã ad dñm adductus, in
magnũ fidei ſuę pręſagium audiuit ab eo, tu es Si-
mõ filius Iohãna, tu uocaberis Cephas, q̃d interp̃-
tatur Petrus, ut hoc noĩe modo appellauerit dñs,
dicẽs: Tu es Petrus. non enim ait, tu uocaberis Pe-
trus, ſed tu es Petrus, q̃d dictũ fuerat antea. Sicut
aũt Chriſtus dedit apoſtolis nomen, ut lux uel ſal
terrę uocarent, ita huic egregio cõfeſſori ſuo, q Si-
mõ .i. obediẽs antea uocabat, ob robur inuictæ fi-
dei, Petri nomẽ indidit, q̃a uidelicet illi tenaci mẽ-
te inhæſit, de q̃ ſcriptum eſt. Petra autẽ erat Chri-
1.Cor.10 ſtus. Petra aũt nõ per eſſentiã: ſed per ſignificatio-
nẽ. Quãadmodum eñi leo propter fortitudinẽ, uel
agnus propter innocentiã, ſic etiam petra dicitur
propter firmitatẽ, quia ſperantibus in ſe turris eſt
fortitudinis à facie inimici, de q Pſal. Dñs, inquit,
Pſal.17. firmamentũ meũ, & refugiũ meũ, & liberator me-
us. Et ſuper hãc petrã i ſuper me quẽ ore tuo con-
feſſus es dicens, tu es Chriſtus filius dei uiui. Ipſe
eſt enim lapis ille pretioſus in fundamẽto eccleſiæ
cõſtitutus, de q̃ Paulus, Fundamentũ, inquit, aliud 1.Cor 3
nemo poteſt ponere præter id q̃d poſitũ eſt Chri-
ſtus Ieſus. Siue ſuper hanc petrã, hoc eſt, ſuper hãc
fidem qua me filiũ dei uiui confeſſus es, ædificabo
eccleſiã meã. Super Chriſtũ eñi ędificat, qui fidẽ illi-
us illibate cuſtodit. Super Chriſtum etiã ædificat,
qui per dilectionẽ dei, & proximi, & per obſeruan-
tiã mandatorum dei, ad ſortẽ electorum peruenire
feſtinat. Meam uero addidit, ad diſtinctionẽ eccle-
ſię hęreticorũ, de qua per Pſal. dicitur: Odiui eccle-
ſiam malignãtium, de quibus adhuc ſubditur: ¶*Et* Pſal 25.
portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Non hoc
dixit de cõditione tẽporalis mortis, qua legimus
cũctos pene apoſtolos martyrio cõſummatos, ſed
portas inferi uitia atq; peccata uocat. Portę nanq;
inferi, mortifera hæreticorum dogmata ſunt, qui-
bus imprudentes quoſq; illiciunt, & ad perpetuæ
mortis dãnationem pertrahunt. Portę etiã mortis
ſunt perſecutorum callida blãdimenta, ſiue aſpera
crudelitatis intentamenta, quibus uel perſuadẽdo,
uel terrores incutiendo, fideles à ſuæ rectitudinis
ſtatu deijcere, & æternæ morti cupiunt obnoxios
reddere. Sed & prauorum hominũ opera atq; ine-
pta colloquia, quę infidelibus introitũ mortis ape-
riũt, portæ ſunt utiq; inferi, inquantũ auditoribus
uel ſequacibus iter perditionis oſtendunt. Sed ex
his uitiorũ portis nulla præualet aduerſus eccleſi-
am, quę ſupra petrã fundata eſt, q̃a quicunq; ſupra
petrã, quę Chriſtus eſt, per fidẽ & bonã operationẽ
firmiter fundatus fuerit, nullis tẽtationum inſidijs
à ſtatu rectæ fidei deijci, nullis aduerſitatibus ad
caſum impelli poterit. Qui uero tẽtationi ſuccum-
bit, hic nõ ſuper petrã ſolidã, ſed ſuper arenã pẽdu-
lam fidei domum ædificaſſe credẽdus eſt, quia non
amore ueritatis, ſed alicuius temporalis utilitatis
obtentu, falſo nomẽ Chriſti aſſumpſit. *Et tibi dabo
claues regni cœlorũ.* Claues regni cœlorum nõ debe-
mus pueriliter opinari cuiuſcunq; eſſe materiæ, ue-
lut argẽti uel auri, ſed per claues ipſa diſcernẽdi
ſentẽtia potẽtiaq; deſignatur, qua dignos ſciret in
regnũ recipere, impios uero à beatitudine illius fe-
licitatis excludere. Quæ claues idcirco beato Pe-
tro apoſtolo, qui potiori cõfeſsione prę cæteris re-
gem cœlorum cõfeſſus eſt ſpecialiter ſunt collatæ,
ut cõſtaret q̃a abſq; ea cõfeſsione & fide, qua ipſe
Chriſtum declarauit, regnum cœlorum nullus poſ-
ſet intrare. ¶*Et quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit
ligatũ & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terrã, erit
ſolutũ & in cœlis.* Hęc ſoluẽdi atq; ligãdi poteſtas,
quãuis ſoli Petro à dño collata eſſe uideaĩ, oĩbus
quoq; generaliter apoſtolis ſub eius p̃ſona collata
eſt. Nã & poſt ſuę reſurrectiõis nobilẽ triũphũ,
apparẽs illis oĩbus aperte dixit: q̃rũ remiſeritis pec- Ioh.20.
cata, remittũĩ eis: & q̃rũ retinueritis, retẽta ſunt.
Nã ſicut interrogatus generaliter oĩbus, Petrus re-
ſpõdet pro oĩbus, ita & quod dñs Petro reſpõdet
in Petro oĩbus reſpõdit. Quinetiã oĩbus epiſcopis,
ac presbyteris in eccleſia idẽ officium cõmittitur,
ut uidelicet agnitis peccantium cauſis iuxta modũ
culparũ uel pœnitẽtię, ligãdi atq; ſoluẽdi exerceãt
poteſtatẽ, ita duntaxat, ut quod etiã hoc tẽpore in
nonnullis ſacerdotibus inueniĩ, nec eos q inſontes
uel innoxij ſunt dãnent, nec illos q dãnationem me-
rentur, ſecuros tanq̃ de ſolutione præſumãt redde-
re. Sunt enim quidã qui dũ minus caute extra ordi-
narie hac uolunt uti poteſtate, ſeipſos priuãt cõfeſ-
ſionis munere, dũ uidelicet putãt ſe poſſe ligare eos
qui

qui ſcilicet in diuino conſpectu ſoluti ſunt, atque eos ſoluere, qni apud iudicium Dei proprio reatu
Eze. 13. ligati tenentur. Magna ergo uigilantia, magnoq; ſtudio ſanctis eccleſiæ paſtoribus hæc iudiciaria ſeueritas æque libranda eſt, & illud ſemper ſuſpecte cogitandum, quod de peruerſe cogitantibus per prophetam dominus dicit: Mortificabant animas quæ non moriuntur, & uiuificabant animas quę non uiuunt. Perſpecta igitur cauſa peccati, quos uiderint digna compunctione errata delere, hos à uinculis æternæ mortis pronuncient abſolutos: quos uero probauerint ſegnes eſſe in pœnitentia agēda, nec ſolū peccata nō placere, uerū in illis uelle permanere, illos debent damnationis perpetuæ ſupplicijs adiudicare, ut ſic apertæ damnationis exprompta diſtrictiōe, ſalubria pœnitentię & humilitatis decreta cogantur ſubire. Deniq; beatus Petrus, ut dictum eſt, qui Chriſtum uera fide confeſſus, & inuicto eſt amore ſecutus, ſpecialiter & claues regni cœlorum, & arcem iudiciariæ poteſtatis accepit, ut omnes in Chriſto credentes intelligant, quia quicunq; ab unitate fidei uel ſocietatis illius quomodo libet ſe ſegregant, tales nec à uinculis peccatorum abſolui, nec regni cœleſtis ianuam ingredi poſſunt. Cuius quia feſtiuitatem annuo recurſu uenerabilem, utpote principis apoſtolorum, celebri frequētamus officiorum obſequio, eius inquantum poſſumus exempla imitari ſatagamus, ubiq; ſuffragia poſcere, ut quia ipſi ſancta eccleſia eſt ſpecialiter commiſſa, nos qui eius mēbra ultima ſumus, ſedulis patrocinijs adiuuare, & in regni celorū gloria pie interueniēdo dignetur inducere, preſtāte domino Ieſu Chriſto, cui laus & gloria eſt cùm patre deo in unitate ſpiritusſancti, per cuncta ſemper ſecula. Amen.

DE EODEM FESTO HOMILIA D. Euſebij Emiſſeni.

INterrogat diſcipulos ſuos quam opinionem de eo homines habeāt, & quem eum eſſe putēt, non quod diuerſas uulgi ſententias ignoret, ſed ut eos ueritatem inſtruat & doceat. *At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij uero Hieremiam, aut unum ex prophetis.* Iam enim Iohannes defunctus erat, qui quum adhuc uiueret, oēs æſtimabant ne forte ipſe eſſet Chriſtus. Herodes autē audiens famam Ieſu, dixit pueris ſuis: Hic eſt Iohānes Baptiſta, & ipſe ſurrexit à mortuis. Stultiſsimus populus, qui nunc Iohannem Chriſtū, nūc Chriſtum Iohannē eſſe putabant. Stultiſsimus (inquam) qui dum uidet prophetas, eos perſequitur & uituperat: poſt mortem uero eos ueneratur, & monumenta eis ædificat. Neq; tales ulterius naſci poſſe arbitrare, quales illi fuerant quos ipſi occiderant. Vnde uidentes Iohannem, non Iohannem, ſed Chriſtum, uel Eliam, uel aliquem alium præcedentium prophetarū eum eſſe putabant. Similiter autem Chriſtum uidentes, Chriſtum non eſſe credebant. Sciebant enim eum eſſe uenturum: ſed quia non uidebant, credere non poterant. Qui enim? ſi Eliam uel Hieremiam iſti uidiſſent, non utiq; eis credidiſſent. Viderunt enim eos patres eorum, eis tamen credere noluerunt. *Dicit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe dicitis?* Hæc eſt (inquit) ſententia populi, ſic de me loquuntur qni me non cognoſcunt, non me dicunt eſſe quod ſum, dicunt me eſſe quod non ſum, prius Iohannem Chriſtum eſſe dicebant, nunc me Iohannem eſſe dicunt, iam neq; me, neq; Iohannem putant eſſe Chriſtum; uos autem quem me eſſe dicitis? nunquid & uos eandem opinionem habetis? *Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius dei uiui.* Decuerat enim hoc Petrum reſpōdiſſe, quatenus ipſe eſſet princeps fidei Chriſtianorum, qui erat princeps Apoſtolorum. Sed uideamus quid interrogauerit Chriſtus, uideamus quid reſponderit Petrus. Dicit enim Chriſtus, Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Dicit Petrus: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Ille de homine interrogat, iſte filium hominis eſſe Dei filium dicit. Ille igitur qui eſt filius Dei uiui, idem ipſe eſt & filius hominis. Vnde & beata uirgo Maria Theotocos nocatur, id eſt, Deum & hominem pariens. Quod quia Neſtorius confiteri noluit, ab eccleſia expulſus eſt & condemnatus. *Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis nō reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis.* Beatus es (inquit) Simon Bariona. Simon filius columbę. Bariona enim filius columbæ interpretatur. Sed quare columbæ? Sanctum Spiritum ſuper Chriſtum Dominum noſtrum in ſpecie columbæ apparuiſſe narrat euangeliſta. Huius igitur columbę filius eſt, qui tam ſanum atq; ſpiritualem ſenſum habet. Vt enim Dominus ait, quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Vnde & ſubditur. *Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis.* Non eſt hæc ſententia carnalis, non eſt hæc fides carnis & ſanguinis, non parentes tui uel caro tua iſta te docuerunt, ſed pater meus qui eſt in cœlis. Sic enim & Apoſtolus dicit: Quia non acquieuit carni & ſanguini, ſed uenit Hieroſolymam uidere Petrum: *Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam.* Tu dicis, & uerum dicis, quia ego ſum Chriſtus filius Dei uiui: & ego dico tibi quia petrus, fide fortis & doctrina ſtabilis. Niſi enim in hoc nomine fortitudinem & ſtabilitatē Chriſtus intellexiſſet, quare ea quæ ſequuntur protinus addidiſſet, dicens, *Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meā?* Si Petrum nō intelligis: petram reſpice: petra aūt erat Chriſtus. Sic igitur à petra Petrus, ſic à Chriſto Chriſtianus. Videamus itaq; quid ſit. Et ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiā meam. Super hāc Petram quam tu modo in fidei fundamentum poſuiſti. ſuper hanc fidem, quam tu modo docuiſti, dicens, Tu es Chriſtus filius Dei uiui: ſuper hanc petram & ſuper hāc fidem ædificabo eccleſiam meā. Huic enim ſentētiæ Apoſtolus concordans, ait: Fūdamentum enim aliud nemo poteſt ponere, prę ter id quod poſitum eſt, quod eſt, Chriſtus Ieſus. Ac ſi dicat, Non eſt aliud fundamentum, niſi illa petra quā Petrus poſuit in fundamentū qnū diceret: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Super hanc Petram ędificatur eccleſia Dei. *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Qui enim ceciderit ſuper hunc lapidem, confringetur, ſuper qnem uero ceciderit lapis iſte, conteret eum. Tanto enim impetu tātoq; fortitudine hæc petra fertur, ut muros conterat, portas comminuat, & nulla uirtus uel fortitudo ei reſiſtere ualeat. Sed ſi uis & aliter intelligere portas inferi, cognoſce prius portas. Portæ nanq; cœli, Apoſtoli ſunt, Epiſcopi, & ſacerdotes, & alij quorum doctrina & exemplis cœli palatium animæ ingrediuntur. Sunt igitur econtra portæ inferi, Iudæi & hæretici, omnesq; ſeductores, & fidei catholicæ corruptores. Per hos enim infidelium animæ in infernum intrant: & in tenebras demerguntur. Et iſti quidem contra hanc peccare, & ad

uerſ

uerſus eccleſiam, quæ ſuper eam ædificata eſt, præ
ualere non poterunt. *Et tibi dabo claues regni cœlo-*
rum. Hoc enim quod principaliter Petro dicitur,
cæteris quoq; Apoſtolis dictum eſſe intelligi de-
bet: & non tantum Apoſtolis, uerum etiã epiſco-
pis & ſacerdotibus. Iſtis enim claues & poteſtas à
Domino data eſt, ut non ſolum eccleſiam, ſed cœ-
los alijs aperiant. *Et quodcunq; ligaueris ſuper terrã,*
erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper ter-
ram, erit ſolutum & in cœlis. Hoc epiſcopi audiãt, de
munere gaudeant, de poteſtate non ſuperbiant. Si
enim ſic ligauerint ut Petrus, ſi ita ſoluerint ut Pe
trus, quicquid ligauerint ligatum erit, & quicquid
ſoluerint, ſolutum erit. Imitentur igitur illum in
diſcretione & iuſtitia, quem imitari uolunt in li-
gandi atq; ſoluendi poteſtate. Si enim aliter ege-
rint, non erit ratum quod egerint. Ideo enim hæc
ſoli Petro dicta ſunt, quia nemo fidelior, nemo iu-
ſtior, nemo diſcretior, & nemo melior erat, cui hæc
dici potuiſſent. Ideo enim ſoli illi dicta ſunt, ut om
nes alij ſe in illo quaſi in ſpeculo uideant, ſic uiuen-
do, ſic agendo, ſic ligãdo, ſic ſoluendo, & à pace &
concordia non recedendo. Veruntamẽ ſicut præla-
ti, ſi iniuſte ligant, ligãdi poteſtate ſeipſos priuãt:
ita & ſubiecti, etiam ſi iniuſte ligati ſunt, ſi tamen
ſe ligatos eſſe parui pendant, ipſa ſua ſuperbia ſe-
ipſos arctius ligant. Deſiderent igitur ſolui etiam
illi qui ſic ligantur, ſpondeant ſatisfactionem,
quam ſi prælatus recipere noluerit, tunc ſciant ſe
eſſe ſolutos.

IN COMMEMORATIONE ſancti Pauli, ſermo beati Iohannis epiſcopi, alias Chryſoſtomi.

DIuus Paulus qui tantã uim humanæ ala
critatis oſtendit, ut ad cœlũ quoq; ip-
ſum ualeat ſubuolare, prætermittẽs an
gelos & archãgelos, aliasq; uirtutes,
aliquñ quidẽ ſuo exẽplo Chriſtianos ſie
1.Cor.11 ri imitatores iubet dicendo: Imitatores mei eſto-
Ephe.5. te, Sicut & ego Chriſti. Aliquñ de ſe reſpiciẽs, ad ip
ſius nos dei imitationẽ hortatur, dicẽs: Eſtote er-
go imitatores dei ſicut filij chariſsimi. Id uero de-
mõſtrans, quia nihil ita hanc imitationẽ pariat, q̃
ſi ita uiuat aliquis, ut bonũ eius in cõmune ꝓficiat,
atq; uniuerſis utiliora ꝓuideat, adiũxit: Ambulate
in charitate. Ideo cũ dixiſſet, Imitatores mei eſto-
te, cõtinuo de charitate diſſeruit, quia hæc præci-
pue uirtus hoĩes deo proximos facit. Quãtę enim
cunq; ſint aliæ uirtutes inferiorem locũ tenentes,
cunctæ erga hominũ ſtudia uerſantur, ut eſt cõtra
concupiſcentiã pugna, ut q̃d aduerſus gulã geritur
bellum, ut in auaritię interitum acies ordinata, ut
cum iracundię furore cõflictus. Diligere uero, no-
Luce.6. bis deoq; cõmune eſt, ꝓpterea & deus imperabat:
Orate pro perſequẽtibus & calumniãtibus uos, ut
ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt. Hoc ergo &
Paulus cunctorũ intelligẽs caput bonorum, omni
in ſe ſtudio exprimere curauit. Nemo enĩ ita dile-
xit inimicos, nemo inſidiatoribus ſuis ita bñficus
fuit, nullus ꝓ aſſlictoribus ſuis tãta ꝑpeſſus eſt. Nõ
illa enĩ quæ patiebaẽ, ſed naturę copulã cogitabat:
quantoq; amplius efferebãtur inimici, tãto magis
eorũ miſerebatur inſaniã. Vt enim aliquis indulgẽ
tiſsimus pater afficitur erga filium phreneſi cõpre
henſum, cuius quãto magis conuicijs ictibusq; pul
ſatur, tãto eũ potius miſeretur ac defiet: ita Paulus
qui de ipſa magnitudine paſsionũ, eorũ à q̃bus af-
ſligebatur, æſtimaret furorem, maiora illis adhi-
bebat fomenta pietatis. Audi igitur quã compa-
tienter, quanq; manſuete nobis pro illis loquatur,
qui illũ quinquies uerberauerãt, q catenis onerauẽ
rãt, qui uinculis ſępe conſtrinxerãt, qui ipſum eius
ſitiebant cruorem, quiq; illum quotidie diſcerpere
cupiebãt. Teſtimonium, inquit illis ego perhibeo, Rom.10
quod æmulationẽ dei habent, ſed non ſecundũ ſciẽ
tiam. Rurſus eos qui ſe ſupra illos ſuperbius effe-
rebant, refrenans: Noli, ait, altũ ſapere, ſed time. Si Rom.11
enĩ deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte
nec tibi parcat. Quia enim cognouerat dñicam iam
in illos ꝓceſsiſſe ſententiã, quod unum & ſolum in
ſua erat poteſtate, pręſtabat, ſępe lachrymabatur,
uehemẽter pro illis dolebat, uolẽtes eis inſultare
prohibebat, atq; in quantũ poterat, laborabat um-
bram eis aliquã excuſationis obtendere. Et quia ꝓ-
pter contumaciã eorũ atq; duritiã, perſuadere illis
fidem ſermone non poterat, ad orationes conuer-
tebatur aſſiduas. Fratres, inquit, uolũtas quidẽ cor Rom.10
dis mei & obſecratio ad deũ ſit pro illis in ſalutẽ.
Spe quoq; illos meliore ſolicitat, dicẽs: Sine pœni Rom.11
tentia enim ſunt dona & uocatio dei, ut non perti
naci uſq; ad finẽ deſperatione moriãtur. Quę utiq;
omnia ſunt amantis, & ualde eorũ utilitatiuus pro
uidentis, ut cum dicit: Veniet ex Siõ qui eripiat &
auertat impietates Iacob. Mordebatur nanq; uehe
menter, ac penitus diſſecabatur, cũ eos pereuntes
uideret: propter q̃d & multa ſolatia adhibebat do
lori, aliquãdo quidẽ dicens: Veniet ex Sion qui eri Iſaię.59.
piat & auertat impietatẽ Iacob, aliquando uero, &
iſti non crediderunt in illorum miſericordiam, ut
ipſi miſericordiam conſequantur. Putas autẽ quia
erga ſolos Iudæos talis extiterit, ad illos uero uel
domeſticos uel extraneos non ſe multo etiam prę 2.Tim.2.
buerit mitiorẽ? Audi ergo quid ad Timotheum ſit
locutus: Seruum, inquit, dñi non oportet litigare,
ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patien-
tem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtũt,
nequando det illis deus patientiam ad cognoſcen-
dam ueritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à q̃
capti tenentur ad ipſius uoluntatem. Vis aũt ꝓba-
re quam modeſte etiam cũ illis loquatur q in pec
catis corruerũt? audi quid Corinthijs dixerit: Ito 2.Cor.12
meo, inquit, ne cum uenero, humiliet me deus apud
uos, & lugeam multos ex uobis qui ante peccaue-
runt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immundi
tia & fornicatione & impudicitia quam geſſerũt. Gala.4
Et ad Galatas: Filioli mei, quos iterũ parturio, do
nec formetur Chriſtus in uobis. Et in cauſa eius q
fuerat fornicatus, non minus eo ipſo, quam ꝓ pec
cato ſuo lamentabatur dolet, proq; illo alios deꝑ- 2.Cor.2
catur dicens: Confirmate in illo charitatẽ. Sed &
q̃ñ ab eccleſia illũ corpore ſeparabat, cũ multis hoc
lachrymis, gemituq; faciebat. Ex multa, inquit tri-
bulatione & anguſtia cordis ſcripſi uobis per mul-
tas lachrymas, nõ ut contriſtemini, ſed ut ſciatis q̃
charitatem habeam abundantius in uobis. Et rur- 1.Cor.9
ſus: Factus ſum Iudęis tanq̃ Iudęus, his qui ſub lege
erant, quaſi ſub lege eſſem, factus ſum infirmis infir
mus, oĩbus oĩa factus ſum, ut oẽs facere ſaluos. Vi-
diſtine quæſo aĩam terrena ſuperantẽ? Oẽm enim
prorſus hoĩem deo exhibere cupiebat, & oẽs quã-
tum ad ipſum ſpectabat, exhibuit. Quaſi enim uni-
uerſum mundũ ipſum genuiſſet, ſic perturbabatur,
ſic curabat, ſic oẽs in regnũ dei feſtinabat inducere
docendo, orando pro ipſis, cũ ipſis etiam ſupplican
do, & terrendo dæmones, & corruptores aĩarum
ſu-

fugando aliquando epiſtolis, aliquando præſentia,
nunc ſermone, nũc rebus, per diſcipulos, per ſemet
ipſum erigere labentes, ſtantes uero firmare, humi
iacentes attollere, ſanare contritos, torpẽtes oleo
exhortationis animare, inimicis inſonare terribi-
le, hoſtes minaciter intueri, more optimi cuiuſdã
ducis & medici artis ſuæ inſtrumenta geſtantis, cũ
enim celſus in omnium conſiſteret arce uirtutum,
omnem tamen flammam præcipuo charitatis ar-
dore uincebat. Vt enim miſſum in ignem ferrum,
totum profecto ignis efficitur, ſic Paulus chari-
tate ſuccenſus, totus factus eſt charitas, qui quaſi
communis totius mundi eſſet pater, ita amore ho-
minum ipſos eorum imitabatur parentes, immo
cunctos non carnales modo, uerumetiam ſpirita-
les patres ſolicitudine ac pietate ſuperabat, & pe-
cunias, & uerba, & corpus, & animã pro his quos
diligebat impendens. Propter hoc itaq; charitatẽ
etiam plenitudinem legis uocabat, & uinculũ per-
fectionis, & omnium bonorum matrem, & initiũ
finemq; uirtutum, propterea dicebat: Finis autem
1. Tim. 1 præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia
bona. Et rurſus: Non adulterabis, non occides, & ſi
Rom. 13 quod eſt aliud mandatum, in hoc uerbo inſtaura-
tur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quia
igitur & initium & finis & bona omnino uniuerſa
dilectio eſt, uel in ipſa Paulum ſtudeamus imitari.
etenim hic illius ope talis effectus eſt. Non enim
mihi proponas mortuos quos ſæpius ſuſcitauit, ne
que leproſos quos eadem uirtute mundauit, nihil
à te horum requirit deus. Poſside charitatem Pau-
li, & perfectam adipiſceris coronam. Cuius uero
iſta ſententia eſt? Ipſius nutritoris utiq; charita-
tis, qui eam & mirabilibus & ſignis & alijs bonis
mille prępoſuit. Quia enim ipſe eam abunde ac ue-
hementer impleuerat, idcirco etiam acrius atque
examinatius uim eius intelligit. Per ipſam enim
ille ad tam celſum perfectionis cacumen aſcendit.
Nihilq; eũ ita dignum deo, ut uirtus præſtitit cha-
ritatis, & ideo dicebat: Imitamini dona meliora,
& adhuc excelſiorem uobis uiam demonſtro, cha-
ritatem profecto optimã uiam, planiſsimamq; pro
nuncians. In hac etiam nos iugiter ambulemus, ut
1. Cor. 12 & Paulum, immo dñm Pauli uidere mereamur, &
incorruptibilem conſequamur coronam, præſtan-
te domino noſtro Ieſu Chriſto, cui gloria & impe-
rium in ſecula ſeculorum, Amen.

IN EODEM FESTO,
Matthæi. xix.

¶ In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad
Ieſum: ecce nos relinquimus oĩa, & ſecuti
ſumus te, quid ergo erit nobis? Et reliqua.
Homilia beati Iohannis epiſcopi.

QVoniam poſsibile fuit deo ſaluare Iu-
daicum populum multas in lege diui-
tias poſsidentem, credentium Iudæo-
rum multitudo teſtatur, ſiue p ipſum
Chriſtum, ſiue per apoſtolos eius: ut
bonitatis illius inueſtigabile pelagus humana ęſti-
matio non apprehendat, ſed uicta miretur: tamen
qa dixit dominus, Apud homines impoſsibile, hoc
Lucę. 18. eſt, quantum ad naturam, apud deum poſsibile eſt,
ecce ſubito excitatur Petrus unus ex populo illo
diuite & difficili, ex perſona credentium Iudæorũ,
& clamat quaſi teſtis potentiæ dei factus, & confir
mans Chriſti promiſsionem, & dicit: ¶ *Ecce nos re-
liquimus omnia & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?*
Quoniam autem & ipſe Petrus, & omnes apoſto-
li, cæteriq; credentium Iudæorum, contra poſsibi-
litatem humanam per dei potentiam crediderunt
in Chriſtum, ipſe teſtatur dicens ad Petrum: Bea-
tus es Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis non re Mat. 16.
uelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Sermo
iſte conuenit ad omnes, ut ſingulis quibuſq; dicat,
quoniam beatus es tu, quia non caro & ſanguis re-
uelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. ¶ *Ieſus
autem dixit eis: Amen dico uobis, quod uos qui ſecuti eſtis
me, in generatione cum ſederit filius hominis in ſede ma
ieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudican-
tes duodecim tribus Iſrael.* Futurum autem erat ut in
die iudicij reſponderent Iudæi: Domine, non reco-
gnouimus filium dei in corpore conſtitutum. Quis
enim hominum uidere poterat theſaurum in ter-
ra abſconditum, ſolem nube celatum? Quis ſuſpica
batur ſtellam matutinam naſci ſuper terram? Quis
putabat mulierem quæ clauſit paradiſum ut nemo
in eum intraret, ut ipſa fieret prima porta paradi-
ſi, ut lux per illam procederet, per quam tenebræ
intrauerunt? Ergo in iniuriam ueſtram nõ uos im-
pulit contumacia cordis, ſed decepit conſideratio
carnis. Vos reſpondebitis eis: Et nos fuimus homi
nes ſicut uos, ſimilem habentes animam, eandemq;
naturam carnis. In uno uiximus mundo, eiſdem ſa-
ctionibus mundialium ſpiritualium periclitantes,
ipſis protectionibus dei adiuti. In hoc autem uos
meliores fuiſtis nobis, quoniã nos fuimus homines
piſcatores, ruſtici & obſcuri in plebe, uos autem ſa
cerdotes & ſcribæ & principes populi. Nos illum
cognoſcere potuimus homines piſcatores & ruſti-
ci, & uos eum cognoſcere non potuiſtis ſacerdo-
tes & ſcribæ, qui habebatis præ oculis ueſtris ſcri
pturas, quaſi lampades ſcientiæ? Nos antequã mi-
rabilia eius uideremus, intelleximus eum: uos aũt
uel poſt teſtimonia tantarum uirtutum intellige-
re non poteratis? Quomodo potuit fieri ut pene
tota gens ignoraret, quẽ duodecim cognouerunt?
Eſto, quia non credidiſtis ei, neſcientes eum filium
dei: qua cauſa interfeciſtis eum, nullam culpam in-
uenientes in eo? Sed in nobis bona uoluntas facta
eſt quaſi caligo ſcientiæ ueſtræ. Adhuc autem au-
deo & ſubtiliorem introducere ſenſum, magis al- **
terius cuiuſdam uiri ſapientis referre. Expouit eñ
q̃m ſicut Iudęorũ populus in duodecim tribus fuit
diuiſus, ſic & uniuerſus populus Chriſtianus diui-
ſus eſt in duodecim tribus, ſecundũ quaſdã ꝓprieta
tes animarũ & diuerſitates cordiũ, quas ſolus deus
cognoſcere & diſcernere poteſt. Vt quedam animę
ſunt de tribu Ruben, quædam autem de tribu Si-
meõ, uel Leui, uel Iuda. Puto enim ſicut omnes ſan-
cti quinq; uirgines prudentes eſſe dicuntur, quã-
uis ſint innumerabiles, propter quinq; ſenſus ſpiri
tuales, & omnes peccatores quinq; uirgines fatuę,
quamuis ſint innumerabiles, propter quinq; ſenſus
carnales. Et ſicut omnes eccleſiæ Chriſti, ſeptem
dicuntur eccleſiæ, quamuis multæ ſint, propter ſe-
ptem ſpiritus. omnes enim ſancti, in quibus prę cę
teris uirtutibus abundantior eſt ſapientiæ uirtus,
una habetur eccleſia. Item in quibus præ cæteris
uirtutibus abundantior eſt intellectus, altera di-
cuntur eccleſia: & ſic per ſingulos tractãs, inuenies
eccleſias ſeptem, ſimiliter & propter gratias duo-
decim quæ in perſonis duodecim uirginum expo-
nit angelus in paſtore, ſi cui tamen placet illa ſcri-
ptura,

ptura omnium nanq; Chriſtianorum inueniuntur duodecim tribus eſſe, utpote omnes animæ in quibus præcellit uirtus ueritatis, una eſt uirtus. Nec enim gratiæ in omnibus æqualiter ſunt, ſed unus quidem amplius præcellit in iſta, alius autē in illa. Omnes autem Chriſtiani in quibus habitat Chriſtus, ſedes ſunt Chriſti. Quod ergo ait: *In regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, & uos ſedebitis ſuper duodecim thronos*: promittit eis tempus Chriſtianitatis futurum poſt aſcenſionem ſuam quando omnes ſuſcipient uerbum Apoſtolorum in ſe ſicut uerbum Chriſti. Illud enim eſt tempus regenerationis, quando homines regenerati per baptiſmū, facti ſunt ex filijs hominū filij dei. Illud eſt tempus quādo ſedet Chriſtus in ſede maieſtatis ſuæ, ſicut teſtatur propheta de gentiū fide futura: Regnabit deus ſuper gentes, deus ſuper ſedem ſanctam ſuam. Quicunq; enim Chriſtum in ſe

Pſal. 46. ſuſcipiunt credendo, ſedes ſunt maieſtatis eius. Et uide quia nō de tempore futuri iudicij dicit, ſed de uocatione gentium uniuerſarum. Nec enim dixit, cum uenerit filius hominis ſedens ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, ſed ita, cum ſederit in ſede maieſtatis ſuæ. In ſede autem maieſtatis ſuę ex eo cœpit ſedere, ex quo gentes credere cœperunt in eū. Ex quo ergo Chriſtus ſedit ſuper ſedem maieſtatis ſuę, ex eo & Apoſtoli ſederunt ſuper duodecim thronos, id eſt, in omnibus Chriſtianis ſecundum diuerſitates animarum quas ſupra tetigimus. Omnis Chriſtianus qui ſuſcipit uerbum Petri, thronus fit Petri, & Petrus ſedet in eo. Sic & omnium Apoſtolorum doctrinam ſuſceperunt, & tenēt in ſe hanc interpretationem de diuerſis tribus populi Chriſtiani. Et de ſeſſuris Apoſtolis in ſedibus commendat propheta, dicēs: Hieruſalem quę ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in id ipſum. Illuc

Pſal. 121 enim aſcenderūt tribus tribus dñi teſtimoniū Iſrael: quia illic ſederunt ſedes in iudicio. Si ergo Hieruſalem quę ędificatur ut ciuitas, eccleſia ſine dubio, & qui illic aſcenderunt, tribus Chriſtianorū ſunt: ſedes & tribus q ſederunt illic, Apoſtoli ſunt, Apoſtoli enī ſunt ſedes dei. Nec modica gloria eſt apoſtolorū, ut ſermones eorum ſedeant in hominibus fideLibus ſicut Chriſti ſermones, & in ſermonibus eorū uita hominū conſiſtat, ſicut in ſermonibus Chriſti. Sic ergo ſedentes apoſtoli in thronis Chriſtianis, in duodecim diſtincti ſecundū differentias animarum, iudicant duodecim tribus Iſrael .i. omnes Iudęos. Quando enim per uerbū Apoſtolorū iudicāt Iudæos, ipſi apoſtoli iudicare eos uidētur. Sedendo ſi oēs Chriſtiani in perſona quidē Chriſti & apoſtolorū ſunt ſedes Chriſti, quare oēs Chriſtiani in perſona quidem Chriſti quaſi una ſedes dicuntur? Nec enim dixit, cum ſederit filius hominis ſuper ſedes ſuas, ſed ſuper ſedem ſuam. In perſona autē Apoſtolorum duodecim throni eſſe dicuntur omnis populus Chriſtianus. Vide ſi haber rationē iſta ſolutio: quoniā omnes apoſtoli oia quidē bona habuerūt, non autē omnia ad perfectū, ſed unuſquiſq; eorū in aliquo bono priuato magis pfectus fuit q̄ alter, utpote Petrus in fide fortior quam cæteri, Iohannes innocentia ſimplicior q̄ cæteri. Et ſicut ſolus diſcernere poteſt Chriſtus, q animarum differētias nouit, ita Petrus requeſcit in fide. Iohannes in innocētia, & uniuſcuiuſq; apoſtoli illa uirtus in thronis, in q pfectior cæteris fuit. Chriſti autē oēs uirtutes qm̄ una eſt fides, q̄a in omi uirtute æqualiter ille ſolus pfectus eſt. Nā qm̄ de tribulatione in hoc mundo Apoſtolis danda loquitur Chriſtus, illud eſt teſtimoniū quod ſequit, hoc modo dicēs: *Et omnis qui reliquerit hoc & hoc, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit, id eſt, non ſolum uos, ſed & omnes qui ſecuti me fuerint ſicuti uos.* Si autem omnes in hoc ſeculo centuplū recipiunt, ſine dubio & apoſtolorū etiam in hoc ſeculo merces futura promittebatur. Ait ergo dominus: *Et omnis qui reliquerit domum aut fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit.* Quoniam Petro interrogante ex perſona apoſtolorum cæterorumq; fidelium Iudæorū, quaſi priore oīm, Chriſtus ita pmiſit, non ſoli Petro, ſed apoſtolis omnibus, ne forte poſt modū legentes homines hæc Chriſti pmiſſa, æſtiment Apoſtolis tantū aut ſolis Iudæis eſſe pmiſſa, utiliter addidit dicēs: Et oīs q reliquerit, id eſt, ſiue Iudęus, ſiue gētilis. Et in alijs qdem euangeliſtis ſecundū aliū expoſuimus intellectū: hæc aūt, ſecundū quod adoleſcentē illū q de uita æterna magiſtrū requiſiuit, ppoſuimus in myſterio Iudaici populi eſſe, & ipſum Petrum interrogantē in myſterio credentium Iudęorum, interpretatio cōuenit, ut de gētibus relinquentibus oīa quę gentilia ſunt, & ad Chriſti fidē confugiētibus, omnia iſta tradamus, id eſt, nō ſolū oīs Iudęus, ſed etiā gentilis q reliquerit patrē ſuū diabolū, & matrem ſuam ignorantiā, per quam aſſidue diabolus ex ſemine interfecti, id eſt, interdicti erroris generat filios, aut fratres, aut ſorores, uidelicet eiuſdē erroris ſocios ſociaſq;, aut ſi crediderit ille q fuit ſacerdos, relinquēs idololatriā ipſam coniugem ſuam, p quā quotidie filios generabat & filias, & ipſa pariter cū matre eorum relinquens, aut ſi alicuius profeſſionis magiſter, relinquens ipſam profeſſionē quaſi agrū fertilē, credat in Chriſtū, aut dignitatem ſecularem quaſi domū optime ſe obumbrans tē deſpiciat propter fidē. Sed ſecundum traditionem ſimpliciorē conuenit intellectus, ut cū quis intellexerit quocūque modo filium dei eſſe Chriſtū, non propter affectus parentū ſuorū, aut fratrum, aut filiorum, aut facultatū relinquat Chriſtum, manens in perfidia ſua priore, ſed propter fidem Chriſti deſpiciat omnia illa, & ſequatur ueſtigia Chriſti. Sed hoc uideamus, qui reliquerit omnia, centuplū in hoc ſeculo quomodo recipere poteſt? Hæc autem difficultas contigit, quia in hoc ſeculo recepturos dicit alter euāgeliſta, alioquin in hoc ſeculo difficile nō eſt. Ergo ſecundū ſanam doctrinam ita nos cōuenit intelligere quod dicit, centuplū recipiet, non ut ipſam rem q̄ dimittit, centuplū recipiat: nec enim poſſibile eſt, ut q patrem aut matrē reliquit, centū patres aut matres recipiat: ſed ita, tantam gloriā, tantam gratiam, tantā beatitudinē conſequatur, ut cētuplum ualeat illi q̄ res fuit quā dimiſit. Ecce reliqt patrē, & elegit ſibi patrē deū. Nonne plus centuplū conſtabit ei q̄ pater carnalis ut illi obſequatur diebus ac noctibus, illius faciat uoluntatē, illius hęreditatē expectet, q poſt q̄ ſubſtantiā tradidit ſuis, nunq̄ moritur, nec relinqt orphanos filios ſuos? ſed & filij perfecti uiri poſſidēt diuitias eius, & pater ſemp illos ſic tuetur, ſic ptegit, quaſi ſemper infantes. Qui matrē reliquit, ut diligat matrē eccleſiam, nonne plus eſt ei centuplū quā mater carnalis? illa enim carnē eius pepit corporalē, hæc aūt animam eius regenerauit æternā. Qualis caro, talis ē, mater carnalis. Cū enim mortua fuerit caro, perit generatio carnis, & ſoluitur

Kk gene-

generationis affectus. Ex illo enim nec ille illi fili-
us, nec illa illi mater, quia anima nec generat nec
generatur & nullū cognoſcit patrē, niſi eum cuius
uoluntate creata eſt. Nullam cognoſcit matrē, niſi
eccleſiam, quæ illā generauit in fide, quæ dedit ei
mandata diuina ex duobus teſtamētis, quaſi eſcam
ſalutarē dulciſſimi lactis ex duabus mamillis, quæ
illi aqua & ſpiritu texuit tunicam immortalē, quæ
ad perfectum ſanctitatis adduxit, ut digni fuerint
patris ſui ſubſtantiam poſſidere. Qui reliquerit
fratrem ut habeat Chriſtum fratrem, nōne melius
eſt ei quam centum fratres? Qui fratribus ſuis non
inuidet, qui ſuper hæreditate non certat, qui pro-
pter lucrum nō rumpit fraternitatis affectum, qui
non ſolum omnia ſua, ſed etiam ſeipſum dare para
tus eſt, qui cum omnia dederit, nihil ei minuitur.
Nā humana ſubſtantia ſemper pauper eſt, & quan
tumuis homo habuerit, nihil ſe putat habere. Illa
autem ſubſtantia ſola eſt quæ omnium deſiderium
ſatiat, & adhuc ſuperabūdat. Qui reliquit ſorores,
ſtatim eum recipiunt gratiæ dei quaſi chariſſimæ
ſorores. Non ulla ſoror ſic dulciter cōplectitur fra
trem ſuum, quomodo gratiæ dei complectuntur
animam ſanctam. Nam quoties gratiæ dei in ſenſi
bus noſtris hærent, & delectāt nos, toties animas
noſtras complecti & oſculari uidentur. Si filios di
miſerit, ꝓuidet ei deus filios ſpirituales, quos do-
ceat. quos erudiat, qbus dicat apoſtolica uoce: Nā
in Chriſto Ieſu per euangeliū ego uos genui, q pa
tris mortē non expectent. Nā filij carnales, ſi mo-
1. Cor. 4 dicū fuerit pater eorū ſenex, tędiantur de uita ipſi-
us, & deſiderāt eū mori, & ſi cito mortuus nō fue-
rit, contēnunt eū q̄ſi delirū. Filij aūt ſpūales, quāto
pfectiores fuerint in fide, tanto amplius diligunt
ſuū doctorē. Si dimittit ſubſtantiā, ab omnibus dili
gitur, ab omnibus honoratur, a quibuſdā aūt & ti
metur. Nā ipſe deus cui ſe tradit, dat ei gratiā co-
rā hoībus. Nōne melius eſt ei hoc q̄ uniuerſa ter-
ra? Aut quę ſubſtātia tantam gloriā pręſtat homi-
ni ſuper terrā, quantā opinio ſanctitatis? Adhuc
pro terrena ſubſtātia datur illis ſubſtantia ſpūalis,
q̄ iunior filius accepit a patre ſuo, & conſumpſit ui
uēdo luxurioſe, id eſt, ſapientiā, ſcientiā, cęteraſq;
uirtutes innumerabiles, quas cōſequūtur q relictis
facultatibus mūdialibus ſe deo tradiderint. Tu aūt.

DE EODEM FESTO.

Sermo B. Maximi epiſcopi.

CVM omnes beati apoſtoli parē gratiam
apud Dñm ſanctitatis obtineant, neſcio
quo tamen pacto Petrus & Paulus uidē-
tur prę cæteris peculiari quadā in ſalua
tore fidei uirtute ꝓcellere. Quod qdem
ex ipſius domini iudicio poſſumus approbare. Nā
Petro ſicut bono diſpēſatori claues regni cœleſtis
dedit, Paulo tāquam idoneo doctori magiſterium
eccleſiaſticæ inſtitutionis iniunxit, ſcilicet ut quos
iſte erudierit ad ſalutem, ille ſuſcipiat ad quietem:
ut quorū corda Paulus patefecit doctrina uerbo-
rum, eorum animabus Petrus aperiat regna cœlo
rum. Clauem enim quodāmodo a Chriſto ſcientię
& Paulus accepit. Clauis dicenda eſt, qua ad fidem
pectorum dura reſerantur, mentium ſecreta pan-
duntur, & quicquid intrinſecus clauſum tenetur, in
palam rationabili manifeſtatione producitur. Cla
uis inquam eſt, quæ & conſcientiam ad confeſſio-
nem peccati aperit, & gratiam ad æternitatē my-
ſterij ſalutaris includit. Ambo igitur claues a Dño
perceperunt, iſte ſcilicet ſcientiæ, & ille potentiæ.
Diuitias immortalitatis ille diſpēſat, ſcientię the-
ſauros iſte largitur. Sunt enim ſcientiæ theſauri
ſicut ſcriptum eſt: In quo ſunt oēs theſauri ſapien-
tiæ & ſcientiæ recōditi. Ergo beati Petrus & Pau Col. 2.
lus eminēt inter uniuerſos apoſtolos, & peculiari
quadam prærogatiua præcellūt. Verū inter ipſos,
quis cui præponatur, incertum eſt. Puto enim illos
æquales eſſe meritis, qui æquales ſunt paſſione, &
ſimili eos fidei deuotione uixiſſe, quos ſimul uide-
mus ad martyrij gloriam perueniſſe. Nō enim ſine
cauſa factum putemus, quod una die, uno in loco,
unius tyranni tolerauere ſentētiam. Vna die paſſi
ſunt, ut ad Chriſtum pariter peruenirēt. Vno in lo
co, ne alteri Roma deeſſet. Sub uno perſecutore,
ut ęqualis crudelitas utrunq; cōſtringeret. Dies er
go pro merito, locus ꝓ gloria perſecutor decretus
eſt pro uirtute. Et in quo tandē loco martyriū p-
tulerunt? In urbe Roma, quæ principatū & caput
obtinet nationū, ſcilicet ut ubi caput ſuperſtitiōis
erat, ibi caput queſceret ſanctitatis: & ubi gentiliū
principes habitabant, illic eccleſiarū principes mo
rerentur. Cuius aūt meriti ſint beatiſſimi Petrus &
Paulus, hinc poſſumus intelligere, quod cum domi
nus orientis regionē propria illuſtrauerit paſſione,
occidētis plagam, ne quid minus eſſet, uice ſui apo-
ſtolorū ſanguine illuminare dignatus eſt. Et licet
illius paſſio nobis proficiat ad ſalutē, tamen etiam
horum martyriū nobis contulit ad exemplū. Ho-
dierna ergo die beati apoſtoli ſanguinē profude-
runt. Sed uideamus caſum quare iſta paſſi ſunt, ſci-
licet quod inter cętera mirabilia etiam magnū illū
Simonē orationibus ſuis de aēris uacuo pręcipiti
ruina proſtrauerint. Cū enim idem Simon ſe Chri
ſtum diceret, & tanquam filium ad patrē aſſereret
uolando ſe poſſe conſcendere, atq; eleuatus ſubito
magicis artibus uolare cœpiſſet, tūc Petrus fixis ge
nibus precatus eſt dominum, & precatione ſancta
uicit magicam leuitatē. Prior enim ad Dominum
aſcendit oratio, quam uolatus: & ante peruenit iu
ſta petitio, quā iniqua præſumptio. Ante inquam
Petrus in terris poſitus obtinuit quod petebat, q̄
Simon perueniret quo tendebat. Tunc igitur Pe-
trus uelut uinctum illum de ſublimi aēre depoſuit,
& quodam præcipitio in ſaxo elidens, eius crura
confregit. Et hoc in opprobrium facti illius, ut quā
paulo ante uolare tentauerat, ſubito ambulare nō
poſſet: & qui pennas aſſumpſerat, plantas amitte-
ret. Sed ne forte hoc mirum uideatur, quod magus
iſte præſente apoſtolo per aerem aliquandiu uoli-
tauerit, hoc patientia Petri fecit. Permiſit enim il-
lum ſublimius aſcendere, ut altius caderet. Voluit
eum in excelſum leuari ad cōſpectum omnium, ut
ruentem illum de excelſo oculi omnium paruipen
derent. Hæc igitur eſt iniquitatis elatio, ut in aliū
ſe ferat, in ſublime ſe erigat. Sed ſancta oratio o-
mnem ſuperbiam humiliat, uniuerſam deijcit ua-
nitatem. Tu autem domine.

DE EODDEM FESTO,

Sermo B. Auguſtini.

Filioli mei, audite nos & liberate uos. Currite
pro uobis, ut nobis præſtetis & uobis. Cōmu
ne erit gaudiū noſtrū, ſi uos uiderimus indue-
re Chriſtū, iuuenes & uirgines, ſenes cū iunioribus,
ad gratiam feſtinantes. Mater noſtra pariēdo non
diſcernit ætates. Ipſa genuit Petrū & oēs apoſto-
los, & Paulū partebat, ut ex lupo fieret agnus. Ta-

meꝗ

men natus eſt Saulus, creuit, & factus eſt magnus:
Baptizatus eſt a matre, illuminatus eſt a deo patre
& cœpit uelle Petrum uidere, & cum quæreret eũ
uelle uidere, magis eũ Petrus cœpit timere. Audi-
uit enim Petrus quia quęreret eum Saulus. Noli ti
mere B. Petre, quia non Saulus quærit te uincere,
ſed Paulus uas electionis cupit te uidere. O ſancte
Petre benedic patrẽ, & ſuſcipe fratrẽ, & habebis
cum quo defendere poteris matrẽ O beate Petre,
quia cõuerſus eſt Saulus, miraris. Qualis es tu, erit
& ipſe talis, & unus erit uobis natalis. Qui illum
fecit ex Saulo Paulũ, ipſe te fecit ex Simone Petrũ:
Vnus uos honorauit, unus uos coronabit. Mutauit
perſecutorẽ, immutauit & piſcatorẽ. Et ſi te prio-
rem, tamen ambos uno ditauit honore. Veni S. Pau
le, ueni, ſequere Petrũ, ſed docentẽ, nõ fugientem.
Fugiebat quando te neſciebat. Nam iſte beatiſſi-
mus Paulus, ſicut in lectione Actuum Apoſtolorũ
Act.9. cum recitaretur, audiuimus, cœleſti uoce proſtra-
tus eſt. Dũ furit ad caulas in lupina rabie, exoſum
ſibi nomen innocẽtis agni perſequitur. Dũ quęrit
diſcerpere aut uexare gregẽ, audiuit altiſonam uo
cẽ, Saule Saule, quid me perſequeris? Quid fruſtra
inſaniſti contra nomen meum, & occidiſti marty-
rem meum? Olim quidẽ debui perdere te, ſed Ste-
phanus meus orauit pro te. Et ille: Quis es domi-
Act.7. ne? Et dominus ad illũ: Ego ſum Ieſus Nazarenus,
quem tu perſequeris. Caput de cœlo pro membris
clamat. Ingetatur corpus, & de cœlo intonat Chri
ſtus: Saule Saule, inquit, qd me perſequeris? Quid
eſt quod rugiente Saulo mugit arcanum, & cõtra
ſæuitiam Pauli militia cõquæritur cœli, niſi ut qui
non crediderat reſurgẽti, ſaltem crederet in cœlo
reſidenti? Nam dicitur Ananię: Accede ad eum, &
ſigna eum charactere meo, multa enim patietur ꝓ
nomine meo. Et ille: Domine, audiui a multis de
uiro hoc quanta mala fecerit ſanctis tuis. At illi
dominus: Vade, quoniã uas electionis eſt mihi. O
beate Anania, merito in timore trepidares, ſi forti
manu non eſſet cui militares. Ideo proſternitur ſu
perbia, ut erigatur ſanctitas. Venit ergo Ananias,
baptizauit Saulum, & fecit Paulum: baptizauit lu-
pum, & fecit agnum: & cœpimus habere prædica-
torem, quem habuimus perſecutorem. Deniq; cœ
pit prædicare Chriſtũ, cui antea reſiſtebat, poſtea
paratus pati pro eo, contra quẽ antea pugnabat.
Patitur Paulus quod fecerat Saulus. Saulus lapida-
uit, Paulus lapidatus eſt, Saulus Chriſtianos plagis
2.Cor.11 affecit, Paulus pro Chriſto quinquies quadragenas
una minus accepit. Saulus perſecutus eſt eccleſiam
dei, Paulus ſubmiſſus eſt in ſporta. Saulus uinxit,
Paulus uinctus eſt, & dum Saulus ſæuiẽs quęrit mi
nuere numerum Chriſtianorũ, etiam ipſe acceſſit
ad numerũ confeſſorũ: & dum infert alijs necem,
ſuſcepit ipſe pro eo mortem. Dum intrat lupus ra
pax in ſtabula pecudis, ſubito factus eſt & ipſe o-
uis. Itaq; quis iam deſperet de magnitudine crimi
nis, aut de humilitate generis? Nam beatiſſimũ Pe
trum piſcatorẽ modo genibus prouolutis adorat
gentiũ multitudo credentiũ, per Ieſum Chriſtum
dominum noſtrum, qui uiuit & regnat cum patrẽ
& ſpirituſancto deus in ſecula ſeculorum, Amen.

SERMO EIVSDEM VNDE
ſupra.

NOtum nobis omnibus eſt fratres chariſſimi, &
uniuerſo mũdo notiſſimum, quod beatiſſimo-
rum Petri & Pauli natalis ſit hodie, nec ali-
quam partem orbis latere potuit tanta deuotio.
Siquidẽ cum de his dicat Dauid propheta: In oẽm
terram exiuit ſonus eorum. & in fines orbis terræ Pſal. 17.
uerba eorũ: in omni terra mira Petri uirtus eſt, &
in fines orbis terræ epiſtolæ Pauli penetrauerunt.
Quis enim non audiuit quod primus apoſtolus Pe
trus ſedenti ad ſpecioſam portam templi claudo,
& ex matris ſuæ utero olim iam debili pedum re-
ſtituerit firmitatem, ut quod natura minus contu-
lerat, apoſtolica gratia repararet? Cum enim clau
dus ille ſtipem rogans, aliquid pecuniæ ſe ab Apo-
ſtolis crederet accepturũ, ait illi apoſtolus Petrus: Act.3.
Argentum & aurũ nõ habeo, ſed quod habeo tibi
do: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge & am-
bula. Beata plane largitas, quæ petenti argentum
quidem non contulit, ſed cõtulit ſanitatem. Beata
largitas, quæ de theſauris ſuis aurũ non ꝓtulit, ſed
protulit medicinã. Beatus & ille claudus, qui dũ ſtĩ
pẽ quęrit pecunię, diuitias incolumitatis accepit.
Hoc enim ab apoſtolis donum meruit, quod nullis
theſauris a medicis redimere potuiſſet. Primũ er-
go ſignum mirabile, quod B. apoſtolus Petrus fe-
cit, claudo pedũ ueſtigia reſtituendo, diximus. Au
diſti frequẽter ipſum Petrũ a domino petrã nuncu
patum, ſicut ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã Mat.16.
ædificabo eccleſiam meã. Si ergo Petrus petra eſt
ſuper q̃ ędificatur eccleſia, recte prius pedes ſanat,
ut ſicut in eccleſia fidei fundamentũ cõtinet, ita &
in homine mẽbrorũ fundamenta confirmet. Recte
inquam pedes Chriſtiano curat, ut iam non trepi-
dus quis nec imbicillis poſſit ſupra petrã eccleſiæ
ſtare, ſed robuſtus & fortis incedere. Vbi autẽ Pau
li uerba non leguntur? quis locus ea literis non de-
ſcribit, corde retinet, conuerſatione cuſtodit? Qui Act.9.
Paulus a dño uas electionis eſt nominatus. Bonum
uas, in quo precioſa mandatorũ Chriſti dei præce
pta conduntur. Bonum uas, de cuius plenitudine
ſubſtãtia uitę populis ſemp erogatur, & plenũ eſt.
Optima apoſtolorum nomina petra & uas, neceſſa
ria domui ſaluatoris. Domus enim petrarum for-
titudine conſtruitur, utilitate uaſis ornatur. Petra
ad firmitatẽ, ne labantur, ſuſtentat populos: uas ad
cuſtodiã, ne tentẽtur, operit Chriſtianos. Exitus
uero eorũ de hoc ſeculo q̃ beatus fuerit, nemo eſt
qui ignoret. Nã prima hæc in illis beatitudo eſt,
quod ambo una die paſſi eſſe noſcuntur, ſcilicet ut
quos una fides ſeruitio deuinxerat, una dies marty
rio coronaret. Deinde ipſa paſſio licet diuerſa in
ſingulis fuerit, tamẽ tota referta eſt gratia ſancti-
tatis. Nã Petrus crucẽ, ſicut ſaluator in exitu per-
tulit, & dñicę deuotionis ſimili morte diſcerptus
eſt, ſcilicet ut quem imitabatur fide, imitaretur &
paſſione. De Pauli uero ceruice cũ eam perſecutor
gladio percuſſiſſet, dicitur fluxiſſe lactis magis un
da quã ſanguinis. Et mirũ in modum S. Apoſtolũ
baptiſmi gratia, in ipſa nece fecit ſplendidũ potius
q̃ cruentũ. Quę quidẽ res in S. Paulo ſtupenda non
eſt. Quid enim mirũ ſi abundat lacte nutritor ec-
cleſiæ, ſicut ipſe ad Chorinthios ait: Lac uobis po- 1.Cor.3
tum dedi, non eſcam? Hęc eſt plane repromiſſionis
illa terra, quam patribus noſtris promiſit, dicens: Exod.3
Dabo uobis terram melle & lacte manãtem. Non
enim de hac terra locutus eſt, quę manantibus aqs,
cœnũ inuoluit, lutumq; permiſcet, ſed de illa ter-
ra Pauli, & ſimiliũ Pauli, quæ ſuauem potum diſtil
lat. Quæ enim Pauli epiſtola non melle dulcior, nõ
lacte cãdidior? Quę epiſtolę tanq̃ hubera eccleſia-
rum populos enutriunt ad ſalutem. De ceruice er- 1.Cor.15
go apoſtoli pro ſanguine lac manauit. Legimus in

 epiſtola

epiſtola ipſius,quia caro & ſanguis regnũ dei non
poſſidebunt. Is igitur Paulus poſſidet regnũ,quod
caro & ſanguis non poſſunt,qui impedire dicũtur
regnaturum. Adhuc ergo Paulus in terris poſitus,
iam in regni cœleſtis ſubſtantiam transformatur.
Ideo fratres chariſſimi quotieſcunq; martyrũ me
moriam celebramus, prætermiſſis omnibus ſeculi
actibus, ſine aliqua dilatione cõcurrere debemos
ad domum dei, reddere illis honorificentiam qui
nobis ſalutem effuſione ſui ſanguinis pepererunt,
qui iam ſacratã hoſtiam pro noſtra propiciatione
domino ſe obtulerunt,præſertim cum dicat ad ſan
ctos ſuos omnipotens deus: Qui uos honorat, me
Luc.10. honorat: & qui uos ſpernit, me ſpernit. Quiſquis
ergo honorat martyres, honorat Chriſtũ: & qui
ſpernit ſanctos,ſpernit Chriſtum. Tu autem.

DE EODEM FESTO,
Sermo B. Maximi Epiſcopi.

GLorioſiſſimos chriſtianæ fidei principes annuis ſolennitatibus honorantes fratres chariſſimi,ipſum dñm ac deum noſtrũ, qui huius autor eſt fidei,debita religione ueneramur. Apoſtoli nanq; latino ſermone dicuntur miſſi. Qui ergo
honorãt miſſos,manifeſtum eſt eos honorare mittentem,quoniam dignitas quæ defertur miniſtris,
illi ſine dubio cuius miniſtri ſunt exhibetur,ut ait
Luc.10. ipſe ſaluator ad diſcipulos ſuos: Qui uos audit,me
audit: & q uos recipit,me recipit. Vere beata apo
ſtolorũ merita,in quibus ſe Chriſtus & recipi præ
dicat,& audiri. Beati nihilominus & illi quorũ de
uotio delata apoſtolis,recurrit ad Chriſtum. Te
nentes itaq; fratres tantæ huius promiſſionis fidẽ,
de ſupplicijs patrũ noſtrorum pro Chriſti confeſ
ſione ſuſceptis fidelibus, gaudijs exultemus, quo
niam qui de martyrum morte lætantur,martyres
non dubitant cum Chriſto regnare poſt mortem.
Nos uero eccleſiarum omnium reuerẽdiſſimos pa
tres (Petrum dico & Paulũ) pijſſimis ſtudijs hono
remus, quibus Chriſti præſtante gratia factus eſt
hodie de morte natalis, quibus finis uitæ uiuendi
Phil.1. initiũ dedit,quibus, ut ait apoſtolus Paulus,uiue
re Chriſtus eſt,& mori lucrũ. Erat utiq; eis Chri
ſtus uiuere,quibus uita non erat ſine Chriſto. Erat
Chriſtus uiuere,quia totũ Chriſti ꝓficiebat eccle
ſiis,quod uiuebant. Erat eis & mori lucrum, quia
tali hac morte uitã ſibi mercabantur æternã. Erat
eis mori lucrum,quorum corruptioni incorruptio
ſuccedebat,& damna præſentium temporũ lucra
perpetua ſequebantur. Sed iam neceſſariũ chariſſi
mi reor,ut proprias eorũ ſpecialesq; uirtutes,ꝓut
aviditas linguæ noſtræ ingenijq; tenuitas patitur,
imo ut miſericors deus annuit, proloquamur. Hic
itaq; ille eſt Petrus,qui confitẽdo Chriſtum domi
Mat.16. num uiui dei eſſe filiũ, ualidiſſima inuictaq; nobis
credendi fundamenta conſtituit. Nam percõtanti
domino quis eſſe ab hominibus diceretur, reſpon
dit: Tu es Chriſtus filius dei uiui,id eſt,tu domine
de carne uirginis factus es Chriſtus, qui uiui dei
es filius ſempiternus. Tu domine hominibus natus
es homo, qui incogitabili maieſtate deus es apud
Deũ. Tu es Chriſtus, qui pro redemptione noſtra
ad paſſionem ueniens,impaſſibilis permanẽs apud
patrem. Quis ergo unq̃ io tantum hoc incompre
henſæ deitatis arcanũ humani ſenſus attollere po
tuiſſet obtutum,niſi ab ore Petri ſalutaris huius fi
dei ueritas radiaſſet? Quis meritorũ eius gloriam
quantuis magno æquiparare poſſit eloquio, à quo
nobis adorandæ diuinitatis fides & cœpit & per
manet? Quid tanto glorioſius uiro,qui fidem ſecre
ti inſcrutabilis loquendo edidit, uiuendo docuit,
patiendo firmauit? Vt autẽ cõfeſſionis huius quan
ta eſſet magnitudo ſaluator oſtẽderet,ait illi: Bea
tus es Simon Bar Iona,quia caro & ſanguis non re
uelauit tibi,ſed pater meus q in cœlis eſt. Tibi da
bo claues regni cœlorum. Quis ergo Chriſtum ꝑ
carnẽ & in carne natũ omnipotẽtis patris eſſe filiũ
ſentire potuiſſet, niſi propicios hoc ipſe pater per
Petrum reuelaſſet e cœlo? Hæc illi confeſſio dedit,
ut ante claues regni cœleſtis acciperet,q̃ cœli ianu
as introiret. Sed ne qua uos fratres de creditis Pe
tro clauibus regni cœleſtis more noſtratũ clauiũ
cogitatio terrena ꝑmoueat: claues enim cœli,lin
gua Petri eſt, q ſingulorũ merita cenſendo apoſto
lus unicuiq; regnũ cœlorũ aut claudit aut aprit.
Non eſt ergo clauis iſta mortalis artificis aptata
manu,ſed data à Chriſto apoſtolis eſt poteſtas iu
dicãdi. Deniq; ait eis: Quorũ remiſeritis peccata, Iohã. 20
remiſſa erunt: & quorũ detinueritis,detẽta erunt.
Hic eſt Petrus, quẽ Chriſti eſſe confidentiſſimum,
ſubiecta ueſtigijs eius maria probauerunt. Nam à
domino ſuo nouos ſibi dari in fluctibus greſſus ut
fidelis popoſcit,& ut dilectus emeruit. Qui ob hoc
ſolum trepidaſſe uiſus eſt,ut fragilitas humana co
gnoſceret, quãta eſſet inter dñm ſeruumq; diſtãtia
dum aggrauata peccatis caro mergitur,& imma
culata neſcit planta deſidere. Simul & illud,ne dũ
ſuper aquas ambulans Petrus pede intrepido per
ueniſſet ad Chriſtum,domini forte ſui uirtutibus
æquaretur. Sed quid illum tantopere dicimus tre
pidaſſe, cui pia trepidatio ſua maiorẽ profecit ad
fidẽ? Vt enim credidit Petrus imperio domini ſui
poſſe ſe a fluctibus ſuſtentari, ita nihilominus dũ
mergitur,credidit ipſius domini ſui ſe uirtute ſal
uandũ. Vere beati Petri & dum trepidat, mirabi
lis fides,q̃ nec pereũtis periculi potuit turbare for
mido. Clamando enim dum mergitur,domine li
bera me,de ſe diffiſus eſt,non de dño dubitauit. Ne
quis ergo timorẽ hũc glorioſiſſimi Petri ducat in
uitiũ,quoniam timor iſte quanuis primam eius tur
bauerit fidem, confidẽtiam tamen in eo reparatæ
credulitatis ornauit. Hic eſt Petrus cui Chriſtus
dominus cõmunionẽ ſui nominis libenter indulſit.
Vt enim ſicut apoſtolus Paulus edocuit,petra erat
Chriſtus,ita ꝑ Chriſtũ Petrus factus eſt petra,di 1.Cor.10
cente ei domino: Tu es Petrus,& ſuper hanc petrã
ædificabo eccleſiam meã, nam ſicut in deſerto do Mat.16.
minico ſitienti populo aqua fluxit e petra, ita uni
uerſo mundo perfidiæ ariditate laſſato,de ore Pe Exo.17
tri fons ſalutiferæ cõfeſſionis emerſit. Hic eſt Pe
trus,cui Chriſtus aſcenſurus ad patrem, paſcẽdas Iohã.21
ouiculas ſuas agnosq; cõmendat,ut quos ille pieta
tis miſeratione redemerat,hic fidei ſuæ uirtute ſer
uaret. Et recte ſane ei arbiter occultorũ dei filius
paſcendas oues ſuas tuẽdaſq; cõmiſit,cui nouerat
in nutriẽdo grege dominico nec ſtudiũ deeſſe nec
fidẽ. Hic eſt Petrus,qui dum ad crucẽ tanq̃ crucifi
xi diſcipulus duceretur, uerſo ſe poſcens corpore
crucifigi,paſſionẽ non renuit,ſed æqualitatẽ crucis
dominicæ declinauit,ut oſtẽderet uniuerſis admi
randæ ſe humilitatis uirtutẽ,nouiq; myſterij diſci
plinã & inter tormẽta ſeruaſſe. Quam ſecurus cha
riſſimi perrexit Petrus ad crucẽ, q repulſo timore
mortis,moriẽdi ordinẽ tã acerba in paſſione quæ
ſiuit? Quid etiã de glorioſiſſimo reſeram Paulo, in
quo dominus fidẽ nominis ſui,dum ipſam fidẽ per
ſequens

ſequeretur, elegit? Qui dū (uelut acerrimus perſe
cutor) Chriſtianā uaſtat eccleſiam, inimico adhuc
eius in pectore amicum ſibi cor Chriſtus inuenit,
dumq; temporalia rapit ad ſupplicia Chriſtianos,
ipſe perpetuam captus ad gratiam, factus eſt ſubi
to paſtor ex lupo, ex prædone cuſtos, ex hoſte de
fenſor. Vnde patuit, nec Paulum malignæ mentis
propoſito plebem dominicam pſecutum, nec Chri
ſtum latuiſſe quē eligeret in Paulo. Hic eſt Paulus,
qui Chriſti uocibus inclamatus e cœlo, oculis in ſe
Iudaicæ infidelitatis obrutis, uidēdi aciem nō per
didit, ſed mutauit. Amiſit oculos, & recepit, ut uno
eodemq; tēpore & in perſequentem cæcitatis uin
dicta pcederet, & uocantis dei gratia illuminaret
electū. Ait nanq; illi de cœlo dominus: Saule Sau
le, quid me perſequeris? id eſt, cur me perſequeris
Paule? Quæ mea odiū erga me tuum excitauit ini
quitas? Nunquid quia illuminaui cæcos, quia ſana
ui ægros, quia fugaui dæmones, quia eſurientes
populos quinque panibus paui? An quia de tu
mulis mortuos ſuſcitaui? an forte magis, quia fide
libus meis regnum cœleſte promiſi? Sed ſi præſtā
re me poſſe dubitas quæ promitto, aſpice, ſi tamen
potes, unde te uel qualis appello. Sed quare me p
ſequeris Saule? aut quid me perſequendo pficies?
Nunquid aduerſus regnantē in cœlo, ullū tua per
ſecutio habebit effectū? Nūquid nocere mihi quic
quā poteris, quē non potes intueri? Ego enim ſum
Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris, qui terras
cœlo, crucē regno, mortem ppetuitate mutaui. De
quibus omnibus non te debere cunctari, & ereptus
tibi nunc, & poſt paululū redditus ſuadebit aſpe
ctus. At beatiſſimus Paulus repētina quidē cæcita
te coercitus, intellecta maieſtate loquentis e cœlo
cōtinuo fidelis effectus, & a perſecutione deſiſtit,
& nouos intuēdi Chriſtū oculos acquiſiuit. Hic eſt
Paulus, q pro ſuarū remuneratione uirtutū, ultra
humana merita tertiū raptus ad cœlū, ſecreta cœ
leſtia cognouit, ut eccleſiarū futurus doctor, inter
angelos diſceret quod inter homines prædicaret,
aut quis ei impune ultra non credat, qui de ſacra
mentis dominicis non ſolū audita loquitur, ſed &
uiſa teſtatur? Quanta hoc ergo fratres dei noſtri
uētū eſt gratia, ut q de cœleſtibus in apoſtolarū uo
catus eſt, apoſtolatus eius conſecraretur in cœlo?
Et poſt omnia hic eſt Paulus, q ceruices ſuas quas
aduerſus Chriſti nomē ſuperbus erexerat, perfido
rum cædēdas gladio humilimus p Chriſti honore
ſubmiſit, nec piguit pro illo mori, quem ſæpe pro
bauerat uiuere & regnare poſt mortē. Atq; ita fa
ctū eſt, ut glorioſiſſimū Paulū, qui in diuerſis genti
bus pro fide Chriſti multo certamine dimicādo in
numera bella peregerat, uelut uictorē mundi Ro
ma ſuſciperet ad triumphū. Hi ergo ſunt beatiſſi
mi Petrus & Paulus, qui ſacramentū cœleſtis regis
uno ſpiritu pr̨edicātes, ſub unius paſſione diei, do
ctrinā ſuam pio ſanguine & morte fortiſſima con
ſecrarūt. Qui etiam tanq̃ eccleſiarum omniū prin
cipes facti, diſpenſatione cœleſti Romam petētes,
ſacratiſſima ſua corpora in illius urbis arce recon
diderunt, quæ totius orbis obtinuerat principatū,
quatenus potentiam uirtutis ſuæ Chriſtus oſten
dens, ubi mundus caput habebat imperij, ibi regni
ſui principes collocaret.

IN OCTAVA APOSTOlorum Petri & Pauli ſecundum Matt. xiiij.

¶ In illo tēpore: Iuſsit Ieſus diſcipulos ſuos
aſcendere in nauiculam, & præcedere eum
transfretū, donec dimitteret turbas. Et di-
miſſa turba, aſcēdit in montē ſolus orare.
Et reliq. Homilia beati Auguſtini.

EVangeliū quod recentiſſime recitatum eſt à
dño Chriſto, q ſuper aquas maris ambulauit,
& de apoſtolo Petro qui ambulans timendo
titubauit, & diffidendo merſus, confidendo rurſus
emerſit, admonet nos intelligere, mare præſens ſe
culum eſſe, Petrū uero Apoſtolum eccleſiæ unicæ
typum. Ipſe enim Petrus in apoſtolorū ordine pri
mus, in Chriſti amore promptiſſimus, ſæpe unus
reſpondet pro omnibus. Ipſe deniq; domino Ieſu
Chriſto requirēti quēnam eum hoīes dicerēt eſſe,
& opiniones uarias hominū diſcipulis reſpondēti
bus rurſumq; dño interrogāte & dicente: Vos aūt Matt.16
quē me eſſe dicitis? reſpondit Petrus: Tu es Chri
ſtus filius dei uiui, unus p multis dedit reſponſum,
unitas in multis. Tunc ei dominus ait: Beatus es Si
mon bar Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit
tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Deinde addi-
didit: Et ego dico tibi, tanquam diceret: Quia tu
dixiſti mihi, Tu es Chriſtus filius dei uiui, & ego di
co tibi, Tu es Petrus: Simon quippe antea uocaba
tur. Hoc autem ei nomen ut Petrus appellaretur,
à domino impoſitum eſt, & hoc in figura, ut ſigni
ficaret eccleſiam. Quia enim Chriſtus petra, Pe
trus populus chriſtianus, petra enim principale no
men eſt, ideo Petrus à petra, non petra à Petro:
quomodo non à chriſtiano Chriſtus, ſed à Chriſto
chriſtianus uocat̃. Tu es ergo, inqt, Petrus, & ſup
hāc petrā q̃ confeſſus es, ſuper hanc petram quā co
gnouiſti, dicēs: Tu es Chriſtus filius dei uiui, ædifi
cabo eccleſiā meā. i. ſup meipſum filiū dei uiui, ędi
ficabo eccleſiā meam. Super me ædificabo te, non
me ſuper te. Nam uolētes hoīes ędificari ſuper ho
mines, dicebant: Ego quidē ſum Pauli, ego autem 1. Cor. 1.
Apollo, ego uero Cephę, ipſe eſt Petrus, Et alij qui
nolebant ædificari ſuper Petrum, ſed ſuper petrā,
ego autē ſum Chriſti. Apoſtolus autē Paulus, ubi
cognouit ſe eligi, & Chriſtum contēni, diuiſus eſt,
inquit, Chriſtus? Nunquid Paulus pro uobis cruci
fixus eſt? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Quo
modo non in Pauli, ſic nec in Petri, ſed in nomine
Chriſti, ut Petrus ædificaretur ſuper petram, non
petra ſuper Petrum. Idem ergo Petrus à Petra co
gnominatus, beatus, eccleſię figuram portans, apo
ſtolatus principatum tenens, continuo poſt paulu
lum iā audito quod beatus eſſet, iam audito quod
Petrus eſſet, iā audito quod ſuper petrā ędificatus
eſſet, poſteaquā audiuit futuram Domini paſſionē,
quia prædixerat eam cito uenturā diſcipulis ſuis,
diſplicuit ei, timuit ne perderet morientem, quem Mat. 16.
confeſſus fuerat uitę fontē, turbatur dicens: Abſit
à te domine, inquit, non fiat iſtud, propicius eſto
tibi deus, nolo te mori. Petrus dicebat Chriſto, no
lo te mori, ſed melius dicebat Chriſtus, uolo pro te
mori. Denique continuo reprehendit quem paulo
ante laudauerat, & quem beatum dixerat, ſatanam
appellat. Redi, inquit, poſt me ſatana, ſcandalū mi
hi es, non enim ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ homi
num. Quid nos uult facere ex hoc quod ſumus, qui
ſic culpat quia homines ſumus? Vultis ſcire quid
nos uelit facere? Audite Pſalmum: Ego dixi, dij
eſtis, & filij excelſi omnes, ſed humana ſapiendo,

es in te, uide ſi non te ſubuenerit uentus interior,
hoc uide. Magnæ uirtutis eſt cum felicitate luctaſ
ri ne illiciat, ne corrũpat, ne ipſa ſubuertat felici-
tas. Magnæ, inquam, uirtutis eſt cum felicitate luſ
ctari, magnæ felicitatis eſt à felicitate non uinci.
Diſcite calcare ſeculum, mementote fidei in Chri-
ſto. Et ſi motus eſt pes tuus, ſi titubas, ſi aliqua nõ
ſuperas, ſi mergi incipis, dic: Domine, pereo, libe
ra me. Dic, domine pereo, ne pereas. Solus enim
à morte carnis liberat te, qui mortuus eſt in carne
pro te. Conuerſi ad dominum Deum patrem om-
nipotentem, puro corde ei, quantum poteſt paruis
tas noſtra, maximas atque ueras gratias agamus,
precantes toto animo ſingularem manſuetudinem
eius, ut preces noſtras in beneplacito ſuo exau-
dire dignetur, inimicum quoque noſtris actibus &
cogitationibus ſua uirtute expellat, nobis multi-
plicet fidem, mentem gubernet, ſpirituales cogita
tiones concedat, & ad beatitudinem ſuam perdu-
cat, per Ieſum Chriſtum filium ſuum dominum no
ſtrum, qui cum eo uiuit &c.

IN NATALI S. FELICITA-
tis, ſecundum Matth xij.

¶ In illo tempore: Loquẽte Ieſu ad turbas,
ecce mater eius & fratres ſtabãt foris, quæ
rentes loqui ei. Et reliqua. Homilia beati
Gregorij.

SANCTI euangelij, fratres chariſsimi, bre-
uis eſt lectio recitata, ſed magnis myſterio
rum ponderibus grauida. Ieſus etenim con
ditor & redemptor noſter matrem ſe noſ-
ſe diſsimulat, & quæ ei mater ſit, qui pro-
pinqui, non per cognationem carnis, ſed per con-
iunctionem ſpiritus deſignat, dicens: ¶ *Quæ eſt ma
ter mea, & qui ſunt fratres mei? Quicunque fecerit uo
luntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater &
ſoror & mater eſt.* Quibus nobis uerbis quid aliud
innuit, niſi quod obſequentes iuſsionibus ſuis mul-
tos ex gentilitate colligit, & Iudæam, ex cuius
carne genitus eſt, non agnoſcit? Vnde & mater
eius cum quaſi non agnoſcitur, foris ſtare perhi-
betur, quia uidelicet ſynagoga idcirco ab autore
ſuo non recognoſcitur, quia legis obſeruationem
tenens, ſpiritualem intellectum perdidit, & ſeſe
ob cuſtodiam literæ foris fixit. Sed dum is qui uo-
luntatẽ patris fecerit, ſoror & mater dñi dicitur,
propter utrunque ſexum qui ad fidem colligitur, mi-
rum non eſt, mirandum uero ualde eſt quomodo
etiam mater dicatur. Fideles enim diſcipulos fra-
tres uocare dignatus eſt, dicens: Ite, nunciate fratri
Mat. 28. bus meis. Qui ergo frater domini fieri ad fidem ue-
niendo poterit, quærendum eſt, quomodo eſſe e-
tiam mater poſsit. Sed ſciendum nobis eſt, quia qui
Chriſti frater & ſoror eſt credendo, mater effici-
tur prædicando. Quaſi enim parit dominũ, quem
cordi audientis infundit: & mater eius efficitur præ-
dicando, ſi per eius uocẽ amor dñi in proximi men
te generatur. Ad quã rem nobis idonee confirman
dam, adeſt beata Felicitas, cuius hodie feſta natali
tia celebramus, quæ credendo extitit ancilla Chri
ſti, & prædicando facta eſt mater Chriſti. Septem
quippe filios, ſicut in geſtis eius emendatioribus le
gitur, ſic poſt ſe timuit uiuos in carne relinquere,
ſicut carnales parẽtes ſolẽt metuere ne mortuos præ
mittant. In perſecutionis ergo labore deprehẽſa, filio-
rum corda in amore ſupernæ patriæ prædicando
roborauit, & parturiuit ſpiritu, quos carne pepe-
rerat: ut prædicatione pareret deo, quos carne pe-
pererat mundo. Conſiderate fratres chariſsimi in
fœmineo corpore uirile pectus. Ad mortem ſtetit
imperterrita, amittere ſe in filijs lumen ueritatis
timuit, ſi non fuiſſet orbata. Nunquid ergo hãc fœ
minam martyrem dixerim? Certe dñs cum Iohã- Mattai
ne loqueretur, dixit: Quid exiſtis in deſertum uide
re? prophetã? Vtique dico uobis, & plus quã ꝓphetã.
Et Iohannes ipſe requiſitus, reſpondit dicẽs: Non
ſum propheta. Quia enim ſe plus quã ꝓphetam no
uerat, eſſe ſe ꝓphetam negabat. Qui idcirco plus
quam propheta dicitur, quia prophetæ eſt officiũ
uentura prænunciare, non etiam oſtendere. Iohan
nes uero plus quam propheta eſt, quia quem uer-
bo prædixit, digito oſtendit. Non ergo hanc fœ-
minam martyrem dixerim, ſed plus quam marty-
rem, quæ ſeptem pignoribus ad regnum præmiſ-
ſis, toties ante ſe mortua ad pœnas prima uenit,
ſed peruenit octaua. Aſpexit mater & cruciata &
imperterrita filiorum mortem, ſpei gaudium tri-
buit, adhibuit dolorem naturę. Timuit uiuentibus,
gauiſa eſt morientibus. Optauit nullum poſt ſe re
linquere: ne ſi quem haberet ſuperſtitem, non poſ-
ſet habere conſortem. Nemo ergo ex uobis fratres
chariſsimi exiſtimet, quod eius cor morientibus fi-
lijs, etiam carnalis affectus minime pulſauerit. Ne
que enim filios, quos carnẽ ſuam eſſe nouerat, ſine
dolore poterat morientes uidere. ſed erat uis amo
ris interior, quę dolorem uinceret carnis. Vnde &
paſſuro Petro dicitur: Cum ſenueris, extendes ma
nus tuas, & alius te cinget, & ducet quò non uis. Ne- Iohã. xxi
que enĩ ſi pleniſsime Petrus noluiſſet ꝓ Chriſto pati,
potuiſſet, ſed martyrium quod per infirmitatem
carnis noluit, per uirtutem ſpũs amauit. Qui dum
per carnem ad pœnas trepidat, per ſpiritum ad
gloriam exultat. Actum eſt, ut cruciatũ martyrij
nolendo noluiſſet, ſicut nos quoque cum gaudium
quærimus ſalutis, amarum poculum ſumimus pur-
gationis. Amaritudo quidem in poculo diſplicet,
ſed reſtituenda per amaritudinẽ ſalus placet. Ama
uit ergo iuxta carnẽ Felicitas filios, ſed pro amore
cœleſtis patriæ mori etiam uoluit quos amauit.
Ipſa eorum uulnera accepit, ſed in eiſdem ipſa ad
regnum præuenientibus excreuit. Recte ergo hãc
fœminam ultra martyrẽ dixerim, quæ & toties in
filijs eſt deſiderabiliter extincta, & dũ multiplex
martyriũ obtinuit, ipſa quoque martyrij palmã ui-
cit. Fertur apud ueteres mos fuiſſe, ut quiſquis con
ſul exiſteret, iuxta ordinẽ temporum honoris ſui
locum teneret. At ſi quis poſterior ad conſulatum
ueniens, conſul non ſemel, ſed bis fortaſſe aut ter-
tio fieret, etiam illos laude & honore tranſcende
ret, qui non plus quam ſemel conſules extitiſſent.
Vicit ergo beata Felicitas martyres, quæ tot ante
ſe morientibus filijs pro Chriſto occubuit, quia ad
amorem illius ſola ſua mors minime ſuffecit. Con
ſideremus fratres hanc fœminam, conſideremus &
nos qui membris corporis uiri ſumus, in eius com
paratione quid æſtimabimur? Sæpe nanque agen-
da aliqua bona proponimus, ſed ſi unus contra nos
leuiſsimus ſermo ab ore irridentis eruperit, ab in-
tentione actionis noſtræ fracti protinus & con-
fuſi reſilimus. Ecce nos plerunque à bono opere
ſola uerba reuocant. Felicitatem uero a ſancta in-
tentione frangere nec tormenta potuerunt. Nos
in aura maledictionis impingimus, hæc ad re-
gnum etiã per ferrũ exijt, nihilque quod obſiſteret

ſermonem,in futuro teoere debitorẽ. Da nunc du-
os homines, ut ſub exemplis euidentioribus quod
propoſui cogitetis. Vnus eorũ peccatis plenus eſt,
diu peſsime uixit;alter eorum pauca peccauit. Ac-
ceduot ambo ad gratiã,baptizãtur ambo. Intrant
debitores,exeunt liberi. Plus donatum eſt uni,mi-
nus alteri. Interrogo quantũ quiſq; diligat. Si in-
uenero plus diligere eum cui plura dimiſſa pecca-
ta ſunt,quã illum qui minima peccauit, utilior eſt
multa iniquitas,ne eſſet tepida charitas. Interro-
go alium quantũ diligat,inuenio minus. Nã ſi inue-
nero tantum & illũ diligere, quantũ & ille diligit
cui multa donata ſunt,quomodo reſpondebo uer-
bis Dñi? Quomodo nõ uerũ erit q̃d ueritas dixit,
cui modicũ dimittitur, modicum diligit? Ecce ait
aliquis: Mihi modicũ dimiſſum eſt,non multa pec-
caui,& tãtum diligo quãtum ille cui multa dimiſ-
ſa ſunt. Tu uerum dicis,an Chriſtus? Ad hoc tibi di
miſſum eſt mendacium tuum,ut mendacio dimiſſo
crimen imponas? Si modicum dimiſſum eſt,modi-
cum diligis. Si enim modicum dimiſſum eſt,& plu-
rimum diligis,contra dicis ei qui dixit,cui modicũ
dimittitur,modicum diligit. Illi ergo plus credo q
te plus nouit. Parum tibi dimiſſum putas? prorſus
parum diligis. Quid ergo (inquit) facere debui?
Multa mala committerẽ, ut multa eſſent quæ poſ-
ſet ille mihi dimittere, ut amplius poſſem dilige-
re? Anguſtat not,ſed dñs qui hæc uerba ꝓpoſuit,
ab anguſtijs liberet me. Dictum eſt hoc ꝓpter pha
riſæum illum,qui uel nulla uel pauca putabat ſe ha
bere peccata. Non enim Dominum inuitaret, niſi
aliquantum diligeret. Sed quam parum erat? non
oſculum dedit, non aquam ſaltem ad pedes, & ſi
non lachrymas, noo illo obſequio proſecutus eſt
quo illa mulier quæ nouerat quo ſanaretur, & à
quo ſanaretur. O phariſæe,ideo parũ diligis, quia
parum tibi dimitti ſuſpicaris? Non quia parum di-
mittitor, ſed quia parum putas eſſe quod dimitti-
tur. Quid ergo inquit ille? Et ego qui homicidi-
um non feci,homicida deputandus ſum,aut iſta mi
hi dimittenda ſunt quæ non commiſi? Et iterum
cõſtitue duos,& loquamur ad eos. Venit unus ſup-
plex peccator,coopertus ſpinis tãquam hericius,
& nimis timidus tanqoam lepus, ſed petra eſt re-
fugium hericijs & leporibus. Venit ergo ad petrã,
inuenit refugium,accepit auxilium. Alius non mul
ta commiſit,quid ei faciemus ut multũ diligat? q̃d
perſuadebimus? Contra domini uerba ueniemus,
cui modicum dimittitur,modicum diligit? Iam ut
uideo,ſoluta eſt quæſtio. Hic multa commiſit, &
multorum debitor factus eſt. Ille gubernante deo
pauca cõmiſit. Cui deputat ille quod dimiſit, huic
& iſte deputat ille quod non cõmiſit. Adulter non
fuiſti in illa uita tua preterita plena ignorãtia,nõ-
dum illuminatus,nondum bonum malumq; diſcer
Iſaiæ,43 nens,nondũ credẽs in illum qui te neſcientẽ regit.
Hoc dicit tibi dñs deus tuus: Regebã te mihi, ſer-
uabam te mihi. Vt adulteriũ non committeres,ſua
ſor defuit:& ut ſuaſor deeſſet, ego feci. Locus &
tempus defuit,& ut hæc deeſſent,ego feci. Affuit
ſuaſor,non defuit locus,non defuit tempus:ut non
conſentires,ego terrui. Agnoſce ergo gratiã eius
cui debes & q̃d non admiſiſti. Mihi debet iſte quod
factũ eſt,& dimiſſum eſt: mihi debes & tu q̃d non
feciſti. Nullum enim eſt peccatum quod fecit ho-
mo,quod non poſſit facere alter homo,ſi deſit re-
ctor à quo factus eſt homo. Iam nũc prout potui-
mus quæſtionem profundam in tantilla temporis
breuitate ſoluimus,aut ſi non ſoluimus,debitores,
ut dixi,teneamur. Illud potius breuiter uideamus
de remiſsiõe peccatorum. Homo putabatur Chri
ſtus & ab illo qui inuitauit,& ab eis qui pariter di-
ſcumbebant. Neſcio quid illa peccatrix plus in do
mino uiderat. Nam quare fecit illa omnia, niſi ut
ſibi dimitterentur peccata? Nouerat ergo illum
poſſe peccata dimittere,illi autem nouerãt hoĩem
non poſſe peccata dimittere: & credendũ eſt quod
omnes.i.& illi diſcũbentes,& illa mulier accedens
ad pedes dñi,omnes hi nouerant hoĩem non poſſe
peccata dimittere. Cum ergo omnes hoc noſſent,
illa quæ credidit eum peccata dimittere, pluſquã
hominem intellexit. Deniq; eum dixiſſet mulieri.
Dimittuntur tibi peccata tua,continuo ille: Quis
eſt iſte qui peccata dimittit? Quis eſt iſte quem iã
mulier peccatrix cognouit? Tu recumbens quaſi
ſanus medicum ignoras,quia maiore forſitã febre
mentem perdidiſti. Nam & phreneticus ridet, &
ploratur tamen à ſanis. Illud bene noſtis, bene te-
netis,tenete quia homo non poteſt peccata dimit-
tere. Illa quæ ſibi à Chriſto peccata dimitti credit,
Chriſtum non hominem tantum, ſed Deum eſſe
credit. Quis eſt iſte,inquiunt,qui etiam peccata di
mittit? Et dominus (quis eſt iſte dicentibus) non
dixit,filius dei, uerbum Dei:non hoc dixit, ſed in
eo quod putabant, aliquantum eos manere per-
mittens,ſoluit quæſtionem & motus illorum. Qui
enim uidebat diſcumbentes, audiebat cogitantes
conuerſus ad mulierem: Fides tua,inquit, te ſaluã
fecit. Iſti qui dicunt: Quis eſt iſte qui etiam pecca-
ta dimittit? qui me putant hominem, hominem
putent, fides tua te ſaluam fecit. Medicus bonus
non ſolum ægros præſentes ſanabat, ſed & futu-
ros etiam prouidebat. Futuri erant homines qui
dicerent: Ego peccata dimitto,ego iuſtifico, ego
ſanctifico,ego ſano quemcunque baptizo. Ex iſto
numero & iſti ſunt qui dicunt, noli me tangere.
Vſque adeo ex ipſo numero ſunt,ut nuper in colla-
tione noſtra, quod etiam in geſtis ipſis loqui po-
terimus,qui cũ eis à cognitore eſſet cõſenſus obla-
tus,ut ſederent nobiſcum,reſpondendum putarẽt:
Scriptum eſt nobis cum talibus non ſedere,ſcilicet
ne per contactum ſubſelliorum, ad eos uelut no-
ſtra contagio perueniret. Vide ſi non eſt, noli me
tangere,quia mundus ſum. Alio autem die,ubi op-
portunus erat, commonuimus eos huius miſerri-
mæ uanitatis cum ageretur de eccleſia, quia mali
in ea non contaminant bonos: reſpõdimus eis,quia
ideo ſedere nobiſcum noluerunt, & dixerunt ſcri-
ptura dei fuiſſe commonitos, quia uidelicet ſcri-
ptum eſt: Non ſedi in concilio uanitatis. Diximus, Pſal.25
ſi ideo ſedere nobiſcum noluiſtis, quia ſcriptum
eſt: Non ſedi in concilio uanitatis,quare nobiſcum
ingreſsi eſtis,cum conſequẽter ſcriptum ſit: Et cũ
iniqua gerentibus non introibo? Ergo in hoc q̃d
dicunt: Noli me tangere,quia mundus ſum, ſimiles
ſunt illi phariſæo, qui Dominum inuitauerat, &
propterea putabat eum neſciſſe mulierẽ, quia eam
non prohibuerat à contactu pedum ſuorum. Sed
in eo melior phariſæus,quia cum putauerat homi
nem Chriſtum,non credebat ab hoĩe poſſe dimitti
peccata. Melior ergo Iudæis, quam hæreticis appa-
ruit intellectus. Iudæis quia dixerũt, quis eſt hic q
etiam peccata dimittit? Audet ſibi homo hoc uſur
pare? Quid contra hæreticus? Ego dimitto,ego mũ
do,ego ſanctifico. Reſpõdeat illi,nõ ego,ſed Chri-
ſtus: O homo,quẽ ego à Iudæis putatus ſum homo,
dimiſſis

Maria habuit,quæ uniuerſis uitijs plena fuit. Sed
ecce quia turpidinis ſuæ maculas aſpexit, lauan-
da ad fontem miſericordiæ cucurrit, conuiuantes
non erubeſcit. Nā quia ſemetipſam grauiter eru-
beſcebat intus,nihil eſſe credidit quod uerecunda-
retur foris.Quid igitur miramur fratres? Mariam
uenientem,an dominum ſuſcipientem? Suſcipien-
tem dicā,an trahentē? Dicā melius,trahentē & ſu-
ſcipientē,quia nimirum ipſe eam per miſericordiā
traxit intus,qui per manſuetudinē ſuſcepit foris.
Sed iam textum ſancti euangelij percurrentes,ip-
ſum quoq; ordinē quo uenerit ſananda,uideamus.
¶ *Attulit alabaſtrum unguēti, & ſtans retro ſecus pedes
Ieſu, lachrymis cœpit rigare pedes eius, ac capillis capi-
tis ſui tergebat,& oſculabatur pedes eius,& unguēto un-
gebat.* Liquet fratres quod illicitis actibus prius
mulier intenta,unguentum ſibi pro odore ſuæ car-
nis adhibuit. Quod ergo turpiter ſibi exhibuerat,
hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terre-
na concupierat,ſed hos iam per pœnitentiam con-
terens flebat. Capillos ad compoſitionem uultus
exhibuerat,ſed iam capillis lachrymas tergebat.
Ore ſuperba dixerat,ſed pedes Domini oſculans,
hoc in redemptoris ſui ueſtigia figebat. Quot er-
go in ſe habuit oblectamenta,tot de ſe inuenit ho-
locauſta.Cōuertit ad uirtutum numerum, nume-
rum criminū,ut totum deo ſeruiret in pœnitētia,
quicqd ex ſe deū cont[illegible] in culpa. Sed hoc pha-
riſæus intuens deſpi[illegible] non ſolū uenientē mu-
lierem peccatricem,ſed etiam ſuſcipientē dñm re-
prehendit,dicens intra ſe: ¶ *Hic ſi eſſet propheta,ſci-
ret utiq; quæ & qualis eſſet mulier quæ tangit eum,quia
peccatrix eſt.* Ecce Phariſæus ueraciter apud ſe ſu-
perbus,& fallaciter iuſtus, ægram reprehendit de
ægritudine,medicum de ſubuētione,qui ipſe quo-
que de elationis uulnere ægrotabat,& ignorabat.
Inter duos enim ægros medicus aderat, ſed unus
æger in febre ſenſum integrum tenebat, alter ue-
ro in febre carnis,ſenſum perdidit mentis.Illa fle-
bat quod fecerat,phariſæus autem falſa iuſtitia ela-
* inualitudinis. tus,uim ſuæ * ualetudinis exaggerabat. In ægri-
tudine ergo & ſenſum perdiderat, qui hoc ipſum
quoq; qd à ſalute longe eſſet,ignorabat. Sed inter
hęc nos gemitus cogit quoſdam noſtri ordinis ui-
ros intueri,qui ſacerdotali officio præditi, ſi quid
fortaſſe iuſte interius uel tenuiter egerint, proti-
nus ſubiectos deſpiciunt, & peccatores quoſq; in
plebe poſitos dedignātur, eisq; cōpati culpam ſuā
confitentibus nolunt,ac uelut phariſęi more, à pec-
catrice muliere tāgi deſpiciūt. Quę pfecto mulier
ſi ad phariſęi pedes ueniſſet, nimirum calcibus re-
pulſa recederet. Inquinari enim ſe alieno peccato
crederet. Sed quia hunc uera ſua iuſtitia non reple-
bat,de alieno uulnere ęgrotabat. Vnde neceſſe ſem-
per eſt,ut cum peccatores quoſq; cōſpicimus,noſ-
metipſos prius in illorū calamitate defleamus, qa
fortaſſe in ſimilibus aut lapſi ſumus,aut labi poſſu-
mus. Si lapſi nō ſumus, & ſi cēſura magiſterij debet
ſemper uirtute diſciplinæ uitia perſequi, oportet
tamen ut ſolicite diſcernamus,quia diſtrictionem
debemus uitijs, & cōpaſsionem naturę. Si enim fe-
riendus eſt peccator,nutriēdus eſt pximus. Cū ue-
ro iam per pœnitentiā pcutit ipſe quod fecit, iam
pximus noſter nō eſt peccator,qa cū dei iuſtitiam
contra ſe dirigit,hoc in ſe punit, qd iuſtitia diuina
reprehendit. Sed iſte ſupbus & arrogans,qua ſen-
tentia cōuincatur,audiamus,de duobus quippe de-
bitoribus paradigma pponitur, quorum unus mi-
nus,alius amplius debet. Vtrorumq; debito dimiſ-
ſo,quis amplius largitorē debiti diligat, interro-
gatur Quibus uerbis protinus ille reſpondit: ¶ *Ille
plus diligit,cui plus dimittitur.* Qua in re notandum
eſt,quia dum ſua ſententia phariſæus conuincitur,
quaſi phreneticus funem portat ex quo ligetur.
Enumerātur ei bona peccatricis mulieris,enuma-
rantur mala falſi iuſti,cū dicitur : ¶ *Intraui in domū
tuam, aquam pedibus meis non dediſti:hæc autem lachry-
mis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum
mihi non dediſti:hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit
oſculari pedes meos. Oleo caput meum non unxiſti, hæc
autem unguento unxit pedes meos.* Poſt enumeratio-
nem uero ſubinfertur ſententia: ¶ *Propter quod dico
tibi,remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mul-
tum* Quid fratres mei eſſe dilectionem credimus,
niſi ignem? Et quid culpam niſi rubiginem? Vnde
nunc dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quia
dilexit multum. Ac ſi aperte diceretur : Incendit
plene peccati rubiginem,qa ardet ualde per amo-
ris ignem,tanto nanq; amplius peccati rubigo cō-
ſumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis
igne concrematur. Ecce ea quæ ad medicum uene-
rat ægra,ſanata eſt. Sed de ſalute eius alij ęgrotāt.
nā ſimul diſcūbētes cōqueſti ſunt intra ſe,dicētes a
¶ *Quis eſt hic,qui etiam peccata dimittit?* Sed cœleſtis
medicus ægros non deſpicit, quos etiam de medi-
camento fieri deteriores uidet. Eam quam ſanaue-
rat,per pietatis ſententiā confirmat,dicens: ¶ *Fi-
des tua te ſaluam fecit,uade in pace.* Fides etenim ſal-
uā fecit,quia hoc quod petijt,poſſe ſe accipere non
dubitauit. Sed ipſam quoq; ſpei certitudinē, iā ab
illo acceperat,à quo p ſpem etiā ſalutē quærebat.
In pace aūt ire pręcipitur, ut à ueritatis itinere in
uias ſcādali ulterius nō dirigatur. Vnde & p Zacha-
riā dicitur: Ad dirigendos pedes noſtros in uiā pa-
cis. Tunc enim greſſus noſtros in uia pacis dirigi- Lucæ.1.
mus,qñ per illud actionū iter pergimus, in quo ab
autoris noſtri gratia nō diſcordamus. Hæc eñi fra-
tres chariſsimi hiſtorica expoſitiōe trāſcurrimus,
nūc ſi placet ea q̄ dicta ſunt myſtico intellectu diſ-
ſeramus. Quē nanq; phariſęus de falſa iuſtitia prę-
ſumens,niſi Iudaicū populū: quē peccatrix mulier
ad ueſtigia dñi ueniens, & plorās,niſi cōuerſam gē-
tilitatem deſignat? Quę cū alabaſtro uenit,unguē-
tum fudit, retro ſecus pedes ſtetit, lachrymis pe-
des rigauit, capillis terſit, eoſdemq; quos infunde-
bat & tergebat pedes,oſculari nō deſtitit. Nos er-
go,nos illa mulier expreſsit, ſi toto corde ad dñm
poſt peccata redeamus, ſi eius pœnitētiæ luctus i-
mitemur. Quid nanq; unguēto,niſi odor bonę opi-
nionis exprimitur? Vnde & Paulus dicit : Chriſti 2.Cor.2.
bonus odor ſumus Deo in omni loco. Si igit recta
opera agimus,qbus opinionis bonę eccleſiā reſper-
gamus,qd in dñi corpore niſi unguentū fūdimus.
Sed ſecus pedes Ieſu mulier ſtetit. Contra pedes
enim dñi ſtetimus, cū in peccatis poſiti, eius itine-
ribus retinebamur. Sed ſi ad uerā pœnitentiā poſt
peccata cōuertimur,iā retro ſecus pedes ſtamus,
qa eius ueſtigia ſequimur quē impugnabamus. La-
chrymis mulier pedes eius rigat. Quod nos quoq;
ueraciter agimus,ſi quibuſlibet ultimis mēbris dñi
p cōpaſsionis affectū inclinemur,ſi ſanctis eius in
tribulatiōe cōpatimur,ſi eorū triſtitiā noſtrā puta-
mus. Capillis mulier pedes quos rigauerat terſit. Ca-
pilli quippe ſuperfluunt corpori. Et qd abundās ter-
renæ ſubſtātia,niſi capillorū ſpeciē tenet? Quæ dū
ad uſum neceſsitatis ſuperfluit,etiā abſciſſa nō ſen-

ſit. Capillis ergo pedes domini tergimus, quando
ſanctis eius quibus ex charitate compatimur, etiā
ea his quæ nobis ſuperfluunt, miſeremur, quate-
nus ſic mens per compaſsionem cōleat, ut etiā lar-
ga manus affectum doloris oſtendat. Rigat nanq;
lachrymis redemptoris pedes, ſed capillis ſuis nō
tergit, qui utcunq; proximorum dolori compatiť,
ſed tamen eis ex his quæ ſibi ſuperfluunt, non mi-
ſeretur. Plorat & non tergit, qui uerba quidem do
loris tribuit, ſed non miniſtrando quæ deſunt, uim
doloris minime abſcindit. Oſculatur mulier pedes
quos tergit. Quod nos quoq; plene agimus, ſi ſtu-
dioſe diligimus quos ex largitate continemus, ne
grauis ſit nobis neceſsitas proximi, ne ipſa eius in-
digentia qua ſuſtentatur, fiat oneroſa, & cum ma-
nus neceſſaria tribuit, animus à dilectione nō tor-
peſcat. Poteſt quoq; per pedes ipſum myſterium
Iohan. 1. incarnationis eius intelligi, quo diuinitas terram
tetigit, quia carnem ſumpſit. Verbum enim caro
factum eſt, & habitauit in nobis. Oſculamur igitur
redemptoris pedes, cum myſterium incarnationis
eius toto corde diligimus. Vnguento ungimus pe-
des, cum ipſam humanitatis eius potentiam ſacri
eloquij bona opinione prædicamus. Sed hoc pha-
riſæus uidet & inuidet, quia cum Iudaicus popu-
lus gentilitati Dominum prędicare conſpicit, ſua
apud ſe malitia tabeſcit. Sed redemptor noſter fa-
cta eius mulieris quaſi gentilitatis bona enumerat,
ut in quo malo Iudaicus populus iaceat, agnoſcat.
Nam ſic phariſæus retunditur, ut per eum, ſicut di-
ximus, perfidus ille populus oſtendatur. Intraui in
domum tuam, aquam pedibus meis nō dediſti, hęc
autem lachrymis rigauit pedes meos. Aqua quip-
pe extra nos eſt, lachrymarum humor intra nos
eſt, quia uidelicet ille populus infidelis, nec ea quæ
extra ſe erant, unquam pro domino tribuit: cōuer
ſa autem gentilitas pro eo non ſolum rerum ſub-
ſtantiam dedit, ſed etiam ſanguinem ſudit. Oſculū
mihi non dediſti, hæc autem ea quo intraui, nō ceſ-
ſauit oſculari pedes meos. Oſculum quidem dile-
ctionis eſt ſignum. Et infidelis ille populus domi-
no oſculum non dedit, quia ex charitate eum ama
re noluit, cui ex timore ſeruiuit. Vocata autem gē
tilitas, redemptoris ſui ueſtigia oſculari non ceſ-
ſat, quia in eius amore continuo ſuſpirat. Vnde &
uoce ſponſæ de eodem redemptore noſtro in Cā-
Cant. 1. ticis canticorum dicitur: Oſculetur me oſculo oris
ſui. Oſculum recte conditoris ſui deſiderat, quæ ei
obſequi per amorem parat. Oleo caput meum nō
unxiſti. Si pedes domini myſterium incarnationis
eius accipimus, congrue per caput illius ipſa diui-
1. Cor. 11 nitas deſignatur. Vnde & per Paulum dicitur: Ca-
put Chriſti deus. In deo quippe, & non in ſe quaſi
in homine credere Iudaicus populus fatebať. Sed
phariſæo dicitur: Oleo caput meum non unxiſti,
quia ipſam quoq; diuinitatis potentiam, in qua ſe
Iudaicus populus credere ſpopondit, digna laude
prædicare neglexit. Hæc autem unguento unxit
pedes meos, quia dum incarnationis eius myſteri-
um gentilitas credidit, ſumma laude eius ima præ
dicauit. Sed iam redemptor noſter enumerata bo-
na concludit, cum per ſententiam ſubdit: Propter
quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quia
dilexit multum. Ac ſi aperte dicat: Etſi durum eſt
ualde quod coquitur, abundat tamen amoris ignis
quo etiam dura conſumantur. Libet inter hanc cō-
ſiderationem tantæ pietatis, intueri peccatricis
mulieris opera, ſed pœnitentis, qua æſtimatione
ueritas apud ſe ſeruat, quæ eius aduerſario ſub tā-
ta diſtributione enumerat. Ad phariſæi prandium
dominus diſcumbebat, ſed apud pœnitentem mu-
lierem mentis epulis delectabatur. Apud phariſę-
um ueritas paſcebatur foris, apud peccatricē mu-
lierem, ſed tamen conuerſam, paſcebatur intus. Vn
de & ei ſancta eccleſia, quem ſub ſpecie hinnuli cer
uorum quærit, in Canticis Canticorum dicit: Indi- Can. 1.
ca mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cu-
bes in meridie. Ceruorum itaq; hinnulus appella
tus eſt dominus, iuxta aſſumptam carnem antiquo
rum patrū filius. Feruentior uero in meridie æſtus
ardeſcit, & umbroſum locū hinnulus quęrit, quem
æſtus igne non afficit. In illis cordibus dominus re-
quieſcit, quæ amor præſentis ſeculi non incendit,
quæ carnis deſideria non exurunt, quæ incenſa ſu-
is anxietatibus, in huius mūdi cōcupiſcentiam nō
ardeſcunt. Vnde & Mariæ dicitur: Spirituſſanctus
ſuperueniet in te, & uirtus altiſsimi obumbrabit ti- Luce. 1.
bi. Vmbroſa ergo loca in meridie ad paſcendū hin-
nulus quærit, quia talibus mentibus dominus paſci
tur, quæ per reſpectum gratiæ temperatæ, corpo-
ralibus deſiderijs non uruntur. Plus ergo pœnitēs
mulier paſcebat intus, quam phariſæus Dominum
paſcebat foris, quia ab æſtu carnalium quaſi hinnu-
lus redemptor noſter ad illius mentem fugerat, q̃
poſt ultiorum ignem pœnitentiæ umbra tempera-
bat. Penſemus quantæ [illegible] tis fuit, peccatricem
mulierem non ſolum a[illegible] ittere, ſed etiam ei
ad tangendum pedes pr[illegible]. Conſideremus gra-
tiā miſericordis dei, & damnemus multitudinem
reatus noſtri. Ecce peccatores uidet & ſuſtinet, &
reſiſtentes tolerat, & tamen quotidie per euange-
lium clementer uocat. Confeſsionem noſtram ex
toto corde deſiderat, & cuncta quæ delinquimus,
relaxat. Temporauit nobis diſtrictionem legis mi
ſericordia redēptoris. In illa quippe ſcriptum eſt:
Si quis hoc uel illud fecerit, morte moriatur. Si qs
hæc uel illa fecerit, lapidibus obruatur. Apparuit
conditor noſter in carne, confeſsioni peccatorum
non pœnam, ſed uitam promittit. Mulierē ſua uul-
nera confitentem ſuſcipit, & ſanam dimittit. Infle-
xit ergo ad miſericordiā duritiā legis, quia quos
iuſte illa damnat, ipſe miſericorditer liberat. Vnde Exo. 17.
bene quoq; in lege ſcriptū eſt: Quia manus Moyſi
erant graues. Sumentes igitur lapidem poſuerunt
ſubter, in quo ſedit. Aaron autem & Hur ſuſtenta-
bant manus eius. Moyſes quippe ſedit in lapide,
cum lex requieuit in eccleſia. Sed hæc eadē lex ma-
nus graues habuit, quia peccantes quoſq; nō miſe-
ricorditer pertulit, ſed ſeuera diſtrictione percuſ-
ſit. Aaron uero mons fortitudinis, Hur autē ignis
interpretatur. Quem itaq; iſte mons fortitudinis
ſignat, niſi redemptorem noſtrum, de quo per pro-
phetam dicitur: Erit in nouiſsimis diebus prepara
tus mons domus domini in uertice montium? Aut Eſaiæ 2
quis per ignem, niſi ſpirituſſanctus figuratur? de q̃
idem redemptor dicit: Ignem ueni mittere in ter-
ram. Aaron ergo & Hur, graues manus Moyſi ſu- Luce 12
ſtinent, atq; ſuſtentādo leuiores reddunt: quia me-
diator dei & hominū cum igne ſancti ſpiritus ue-
niens, mādata legis grauia, quæ dum carnaliter te-
nerentur, portari non poterant, tolerabiliora no-
bis per ſpiritualem intelligentiam oſtendit. Quaſi
enim manus Moyſi leues reddidit, quia pondus mā
datorum legis, ad uirtutem confeſsionis retorſit.
Hanc nobis ſequentis miſericordię promiſsionem Exo. 18.
innuit, cum per prophetam dixit: Nolo mortem

peccatoris,ſed ut magis cõuertatur & uiuat. Hinc Ier.3. iterum ſub Iudeę ſpecie unicuiq; peccatrici animę dicitur: Si dereliquerit uir uxorem ſuam, & illa recedens duxerit uirũ alium, nunquid reuertetur ad eum ultra? Nunquid nõ cõtaminata & polluta erit mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis: tamẽ reuertere ad me, dicit dominus. Ecce paradigma turpis mulieris dedit, oſtendit quod poſt turpitudinẽ recipi non poſſit. Sed hoc ipſum paradigma quod ꝓtulit, per miſericordiã uincit, cũ dicit fornicantẽ mulierẽ nequaquam recipi poſſe, & tamẽ ipſe fornicantem animã ut recipiat, expectat. Penſate fratres põdus tantæ pietatis, dicit quod fieri nõ poteſt, & demonſtrat, qa hoc ipſe facere etiã contra morẽ poteſt. Ecce uocat, & quos inquinatos denunciat, hos etiã amplecti quęrit, à quibus deſertũ eſſe ſe quęritur. Nemo ergo tantæ miſericordiæ tẽpus perdat, nemo oblata remedia diuinæ pietatis abijciat. Ecce ſuperna benignitas nos reuocat auerſos, & nobis reuertẽtibus ſuæ clementiæ ſinũ aperit. Vnuſquiſq; igitur penſet, quo debito cõſtringitur, quando illum deus expectat; ne contemptus exaſperetur. Qui ergo permanere Hier.8. noluit, redeat: qui ſtare contempſit, ſaltem poſt lapſum ſurgat. Quãto nos amore cõditor noſter expectat inſinuat, cũ per prophetam dicit: Attẽdi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt loquitur, non eſt qui recogitet in corde ſuo, & dicat, quid feci? Certe nunquam cogitare mala debuimus, ſed qa recte cogitare noluimus, ecce adhuc ſuſtinet ut recogitemus. Videte tantę pietatis ſinũ, conſiderate apertum nobis gremium miſericordiæ. Quos male cogitantes perdit, bene recogitantes quærit. Ad uos igitur fratres chariſſimi, ad nos oculos mentis reducite, & pœnitentem mulierem peccatricẽ in exemplũ uobis imitationis anteferte. Quęcunq; uos in adoleſcentia, quæcunq; in iuuentute deliquiſſe meminiſtis, deflete, morum operumq; maculas tergite lachrymis. Amemus iam redemptoris noſtri ueſtigia, quæ peccando contempſimus. Ecce, ut diximus, ad recipiendos nos ſupernę pietatis ſinus aperitur, nec maculoſa in nobis uita contemnitur. Per hoc quod inquinationem noſtram perhorreſcimus, internæ iam munditiæ concordamus. Reuertentes nos dominus clementer amplectitur, qa peccatorũ uita ei eſſe indigna iam non poteſt, quę fletibus lauatur in Chriſto Ieſu domino noſtro, qui uiuis & regnas cũ patre deus in unitate ſpiritus ſancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

IN NATALI S. IACOBI Apoſtoli, lectio ſancti euangelij ſecundum Matthæ. xx.

¶ In illo tẽpore: Acceſsit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis adorãs & petens aliquid ab eo. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

DOminus Ieſus Chriſtus conditor ac redemptor noſter, uulnera ſupbię noſtrę ſanare deſiderãs, & ipſe cũ in forma dei Phil.2. eſſet, forma hoīs aſſumpta, humiliauit ſemetipſum, factus obediẽs uſq; ad mortẽ, & nos quoq; ſi culmẽ ueræ ſublimitatis cõſcendere uolumus, iter humilitatis arripere ꝓmonet, nos ſi ueram uitã uidere cupimus, & aduerſa quęq; præſentis ſeculi, & ipſam quoq; mortẽ patienter ferre p̃cepit. Promiſit nobis dona glorię, ſed ꝓmiſit certamina pugnæ. Dixit promittens: Erit merces ueſtra magna, & eritis filij altiſſimi, ſed prædixit Luc.6. iubens: Diligite inimicos ueſtros, benefacite, mutuum date, nihil inde ſperantes. Ita igitur præmia pollicetur electis, ut & digna præmijs merita præmonſtret, ſic uitam donat ęternam, ut per anguſtã portam & arctam uiam ad hanc perueniẽdam eſſe decernat. Vnde ait: Contendite intrare per anguſtam portam. Contentione etenim nõ parua opus eſt, ſi quis ad alta uelit aſcendere. Nam cum tanto ſudore uertices montium ſubeamus, quantum neceſſe eſt conari, ut conuerſationem in cœlis habere, & in monte ſancto domini mereamur quieſcere? Vnde etiam in hodierna ſancti euãgelij lectione, cum filij Zebedæi ab eo ſedes regni peterent, Luc.13. confeſtim illos ad bibendum calicem ſuum, hoc eſt ad imitandum paſſionis ſuæ agonem reuocat, ut meminiſſent, quia cœleſtium ſumma petere, non niſi per abiecta & aſpera terreſtrium deberent. *Acceſſit, inquit, ad eum mater filiorũ Zebedæi cum filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? At illa: Dic ut ſedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo.* Nemo autẽ æſtimet matrem hæc pro filijs abſque illorum cõſenſu & uota petiſſe, ſed potius intelligat unanimi omnium conſilio eorum fuiſſe depoſitum, ut per matrem quam maxime dilectã à domino nouerãt ſuum illi deſiderium pateſacerent. Vnde hæc referens euangeliſta Marcus, tacito matris interuentu, Mar.10. diſcipulorum ſolummodo, quorũ appetitum ſciebat, facit mentionem. Et accedũt, inquit, ad eum Iacobus & Iohannes filij Zebedæi, dicentes: Magiſter, uolumus ut quodcunq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid uultis ut faciam uobis? Et dixerũt: Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ſiniſtrã ſedeamus in gloria tua. Ille autem tantũ accedere ad dominum, & eum rogare aſſerit, quorum uoluntatem in rogando potiorem cõſpicit, & quorum hortatu matrem ad rogandũ nouit eſſe commonitã. Credendum eſt autem quod illa maxime cauſa uel mulierem matris affectus, uel carnales adhuc diſcipulorum animos ad hæc poſtulanda concitauerit, quia meminiſſent ſermonis domini quem ait: Cũ ſederit filius hominis in Mat.19. ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſup ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſraël, noſſentq; inter diſcipulos ſpecialius ſe à domino diligi, ſe ſpecialius cum B. Petro conſcios ſæpe factos arcanorum quæ ignorarent cæteri, quod ſequens ſancti euangelij textus indicat. Hinc eſt enim quod ipſis quoq; quomodo Petro, nouum ab illo nomen imponitur, ut ſicut ille qui prius Simon dicebatur, ꝓ Marc.3. fortitudinẽ ac ſtabilitatẽ fidei inexpugnabilis uocabulũ Petri meruit, ita & iſti boanerges, hoc eſt, filij tonitrui uocarentur, qa uidelicet & uocem patris ſuper dominũ in monte clarificatum una cum Petro audierãt, & plura alijs diſcipulis myſteriorũ ſecreta cognoſcerẽt, quódq; ad rem plurimũ pertinebat, ſe integro corde dño adhęrere, & maxima dilectione ſentiebant amplecti, ideoq; nõ diſcredebant fieri poſſe, ut circa eũ uiciniut ipſi in regno ſederent, præſertim cum uiderint Iohannem pro ſingulari puritate mẽtis & corporis tanto amore habitũ, ut ſuper pectus ipſius in cœna recũberet. Sed quid eis dignitatem ſedium quęrẽtibus, ipſe cognitor meritorũ, ac ſedium diſtributor reſponderit, audiamus. *Reſpondens autẽ Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis.* Neſciebant enim quid peterẽt. q

 id

trem Iohannis gladio. De cuius paſſione etiam hiſtoria eccleſiaſtica rem quãdam dignam memoria refert. Et is, inquit, qui obtulerat Iacobũ ad martyrium, motus etiam ipſe confeſſus eſt ſe Chriſtianum, ductiq; ſunt ambo pariter ad ſupplicium. Et dum ducerentur, in uia rogauit Iacobum dari ſibi remiſſionem. At ille parumper deliberãs, pax tibi, inquit, & oſculatus eſt eũ. Et ita ambo capite plexi ſunt. Porro de Iohanne narrant hiſtoriæ fideles quia cum ſciret ſibi ſuperueniſſe diem receſſus ſui, cõuocatis diſcipulis ſuis in Epheſo, ꝑ multa ſignorum experimenta promens Chriſtum, deſcẽderit in defoſſum ſepulturæ ſuę locum, & facta oratione poſitus ſit ad patres ſuos, tam extraneus à dolore mortis, q̃ à corruptione carnis inuenitur alienus. Quomodo ergo calicẽ domini bibere dictus eſt, de quo conſtat qa nequaquam per mortem paſſionis de corpore exiuit? niſi quia duobus modis idem calix bibitur, uno uidelicet cum a perſecutore illata mors, patiẽter ſuſcipitur: alio modo cum mens ad paſſionẽ prompta habetur, & uita martyrio digna geritur. Nam & Iohãnes ipſe q̃ ſit paratus ad potandum pro domino mortis calicẽ, docuit, quando cum cæteris Apoſtolis (ſicut in actibus eorũ legimus) carcerem & uerbera gaudenti animo tolerabat, quando propter uerbum dei & teſtimoniũ Ieſu, in Patmos inſulam exilio relegatus eſt, quando (ſicut hiſtoria narrat eccleſiaſtica) a Domitiano principe miſſus eſt in feruentis olei doliũ, de quo tamen propicio domino tã ſoſpes & mundus exijt, quam fuerat mente & uita caſtiſſimus: & in exiliũ ab eodem miſſus, quo magis humano ſolatio deſtitutus eſſe uidebatur, eo ampliori ſupernorũ ciuiũ meruit frequentia cõſolari. Vnde ipſe quoq; ueraciter calicem domini cum fratre Iacobo q̃ occiſus eſt gladio, bibiſſe intelligitur: quia qui tãta pro ueritate ſuſtinuit, q̃ promptus etiam ipſam mortem ſi offerretur exciperet, oſtẽdit. Sed & nos fratres chariſſimi etiam ſi nil tale perpetiamur, ſi non uincula, non uerbera, nõ carceres, nõ ſupplicia corporis alia, nõ ullam hoĩm ꝑſecutionem propter iuſtitiam toleremus, calicem tamẽ ſaluatoris accipere, & martyrij palmã obtinere ualemus, ſi caſtigare corpus noſtrũ, & ſeruituti ſubijcere curamus, ſi in ſpũ humilitatis, & animo contrito, dño ſupplicare aſſueſcimus, ſi illatas a ꝓximo cõtumelias placida mente ſuſcipere ſatagimus, ſi & eos qui nos odio habent, qui iniurias nobis inferunt, diligere, his benefacere, pro horũ uita & ſoſpitate gaudemus exorare, ſi cum uirtute patientiæ, bonorũ quoq; operũ fructibus adornari contendimus. Taliter enim
Ro. 12. cõuerſantibus nobis, & corpora noſtra iuxta Apoſtoli uocẽ hoſtiam uiuentẽ, ſanctã, deo placentem exhibentibus, dño largiente dabitur, ut cõmuni cũ eis q̃ mẽbra ſua in mortẽ ꝓ Chriſto dederunt, gloria remuneremur: q̃a ſicut mors illorum, ſic & uita noſtra p̄cioſa ſit in cõſpectu dñi, diſruptiſq; uinculis carnis & ipſi atria ſupnæ ciuitatis intrare, atq; inter choros beatorũ martyrũ, nota gratiarũ redẽptori noſtro reddere merebimur, q̃ uiuit & re. &c.

SERMO IN VINCVLIS beati Petri Apoſtoli.

SImon Iohannæ filius, Petrus à petra uocatus, poſt piſces piſcator hominũ, eccleſiæ fundamentum, confeſſor dei filij, paſtor ouilis dominici, quondam deſpectus crucifer, modo cœlorũ clauiger, tres per anni circulum dies feſtiuos facit & celebres. Primam conſecrat Antiochiæ cathedra, ſecundam paſſio crucis glorioſa, tertia eſt hodierna, quæ titulatur ad uincula. De hac à pleriſq; uoluuntur opiniones diuerſæ, quas non ex ueritatis autoritate, ſed ex dubietatis cõfingunt errore. Videtur eis hodierna ſolennitas inde uenerationis exordiũ accepiſſe, quod in hac nocte ſanctus apoſtolus abſolutus ſit carcerali cõpede. Sed ueritati nõ cõcordat ordo temporũ, cum non hodie, ſed azymorum diebus legatur in carcerem miſſus, & poſt paſcha de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudęorum liberatus. Qui credunt in Auguſto legitimum celebrari paſcha, credãt hodie Petrum euaſiſſe uincula. Et ſi uolunt opponere quod dicitur poſt paſcha futurum aliquid ſignificare, quaſi à paſcha uſq; ad pręſentem diem ſeruaretur in carcere occurrit eis & Herodis ſæuitia & Iudęorum uęſania, qui uix quo tentus eſt die, ſiuiſſent apoſtolum uiuere, ſi paſchale feſtũ nõ timuiſſent uiolare. Sunt & alij qui ſolutionẽ apoſtolicam minime credunt hodie ſactam, ſed ſtatutũ eſſe à patribus, ut hodierna die ueneraretur à fidelibus, ſicut Apoſtolorum Simonis & Iudæ commemoratio quinto calendas Nouembris agitur, quorum paſsio calendis Iulij facta deſcribit. Legimus etiam de alijs ſanctis aliũ diẽ cõmemorationis, alium de ſeculo migrationis, de quibus plurima ſuppeterẽt exempla, ſi faſtidiũ non generaret oratio ꝓlixa. Sed quid uiſum fuerit patribus hæc ita ordinaſſe, nõ eſt modo temporis ꝑ ſingula dicere: tantum ſub breuitate ꝑſtringam, q̃ hodierna feſtiuitas habuerit cauſam. Si legentiũ diſplicuerit iudicio, iuſte reprehendi de falſitate non timeo, q̃a non quaſi alicuius autoritatis publico mea, ſed minus capacibus aliorũ aperio clauſa. Auguſti menſis calendas ante ſaluatoris aduẽtum celebrauit antiquitas, cuius celebritatis principiũ uidetur ſub breuitate pandendum. Octauianus Cęſar Auguſtus Romanis imperauit faſcibus. Cui cũ rebellaret Aegyptus bellũ ſuſcepit cõtra fines eius, in quo Cleopatram, in q̃ ceciderunt ultima regna Ptolemæorũ, & inceſtuoſum cum copijs ſuis cõtriuit Antonium. Cumq; uictor potitus Alexandria, uictrices aquilas reportaſſet Romã, ut uictorem decebat, ab utriuſq; ſexus populo ſuſceptus eſt honorifice. Et quia intãtum opibus Alexandriæ Romanum commodum auxit, ut duplicia q̃ uſq; ad id fuerant poſſeſsionum aliarumq; rerum precia ſtaruerit, decretum eſt a primatibus ciuitatis, ut eius memoria uictoriæ, ſingulis recoleretur annis. Placuit igitur conſilio cõmuni, commemorationẽ in ſextilibus calendis fieri, ut in ipſo menſe agereť dies uictorię, q̃ ab aucta republica & Cæſare, Auguſtus denominareť uocabulo. Ex hinc cõſuetudo inoleuit, magna deliberatione primatũ, ut in gloriã tanti principis ꝑ omne anniuerſarium Romanus populus conueniret in unum, & ob Cæſarianas uictorias coronata ciuitas ſexti menſis initia plauſibus & choreis honoraret, & nemo ex confluentiũ turba, in ſua remearet, prius q̃ ſimplicem panis ſcilicet & nitri liquoris ſumptum libaſſet. Sic ergo huius obſeruantia diei uiceſimooctauo ante incarnationem domini cœpit anno, & ꝑualuit apud gentiles ꝑ tempora quadringẽtorum ſeptem annorũ, uſq; in ultima Chriſtiani principis Adriani tempora. Tunc apud paganos finem fecit, & deinceps ad Chriſtianos tranſiuit. Tranſiuit ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatẽ, à gentium principe in Chriſtianorũ principem, ab Auguſto Cæſare in

euangelicū piſcatorē. Tunc ſolennizabatur in tem
plis idolorum, nunc feſtiuatur in eccleſiis ſanctorū.
Tunc exhibebatur dæmonibus, nunc exhibetur ei
qui eſt deus deorū. Procedat dicere ſermo, quomo
do mutauit hanc Chriſtiana religio. Arcadius im-
perator Auguſtus, magni Theodoſii filius, poſt
mortem patris imperium gubernauit quatuorde-
cim annis. Hic ſublatus de medio, regnum reliquit
Theodoſio iuniori filio, qui uix ætatis annos conti
gerat octo. Cuius mater Eudoxia, memorabilis ui
tæ fœmina, uirilem induens animū, ſtrenue guber
nauit imperiū, & facta filio uirtutū diſciplina, do-
cuit eum uitæ paternæꝗ; bonitatis ſequi ueſtigia.
De diuinis enim legibus eū admonebat, & ꝑfecte
ſeipſam cū ipſo erudiebat. Non regni faſtigiis ele-
uabatur, ſed potius diuino timore ſuccendebatur.
Magnitudo bñficij auxit ei deſideriū beneſaciēdi.
Non erubuit purpurā inclinare, & pauperū debi-
liumꝗ; curam agere. Non ſeruos, nō miniſtros ad
infirmorū habitacula mittebat, ſed ipſa ꝑ ſe ueniēs
quæ neceſſaria erant miniſtrabat. Cibos ipſa para-
bat, panem frāgebat, epulas miniſtrabat, calices la
uabat, potum porrigebat. Læua ægrū ſuſtentabat,
dextera manu cibabat. Alia etiā quæ ſeruorū erāt
officia, complebat humilis regina, cupiens ab ipſo
bene miniſtrandi gradum promereri, qui ſe in ſuis
minimis profitetur uiſitari. Propterea ſolicitudi-
nem gerebat maximā, ſacrilego gentiliū ritu mun
dare patriam, & hæreticę paleas prauitatis, catho
licæ fidei excutere granis. Inter hæc pietatis ope-
ra concepit animo Hieroſolymorū uiſitare loca,
ſaluatoris ueſtigia lachrymis rigare, crucifixū in
ſepulchro, non iam cū mortuis quærere, ſed uiuen
tem & in cœlis regnantē adorare. Effectū habuit
affectus quem inſpirauit ſpiritusſanctus. Cum re-
gio comitatu ꝓfecta, ſuſcepta eſt ab Hieroſolymis
ut regina & domina, magnisꝗ; muneribus à popu
lo Iudæorū honorata. Interfuit dona ferētibus po
tioris muneris unus, licet aliorū oblatis uideretur
uilius. Alij argētum ſepties purgatū, alij aurū igne
ꝓbatum, alij lapidem precioſum & multū, iſte ar-
gento & auro lapideꝗ; precioſius obtulit ferrum,
illas ſcilicet catenas ꝗbus Petrū in carcere uinxit
Herodis feritas, quasꝗ; uerbi ſui in cōclaui diſiecit
angelicæ uiſitationis claritas. Si cui uidetur incre-
dibile, Iudęos uincula Petri uel ꝓ honore ſeruaſſe,
uel pro honore dediſſe, quippe ꝙ eius ſanctitati nō
ceſſabant detrahere, ſciat nihil impoſſibile diuinæ
uoluntati, quæ quandiu uoluit, talem margaritam
apud immundos ſues conculcari ꝑmiſit, donec re-
uelaret eam in tempore quo fieret ornamentū ec-
cleſię. Voluit qui potuit, ſui militis trophæū mani
feſtare per Iudæū Eudoxiæ, qui per eiuſdē incredu
læ gentis hominē, ſuæ crucis ſtigmata detexit He-
lenæ, ut contrarius ueritati populus, tanto maiori
ſuę confuſionis ſuffunderetur rubore, quanto ꝑ ſe-
ipſum crucifixi teſtes potioris cōfiteretur glorię.
Quis dubitet Eudoxiam gaudio tripudiaſſe non
minori, cū agnouiſſet catenas Petri, ꝙ̄ Helenam cū
diu deſideratam uidiſſet crucē domini? Vtriusꝗ; in
uentricis potuit par eſſe gaudium, utriusꝗ; tamen
theſauri non audeo par profiteri meritum. Quem
inuenit Helena, maioris eſt meriti, quātum ad per-
ſonam imperatoris, ad perſonam domini, ad per-
ſonam magiſtri, ad perſonā ſponſi, ad perſonā filij
dei: quē Eudoxia reperit, eſt minoris meriti, quan-
tū ad perſonam militis, ad ꝑſonam ſerui, ad perſo
nam diſcipuli, ad perſonā amici, ad ꝑſonam pertinet
hoīs filij. Vterꝗ; tamen ſanctus, uterꝗ; magnus,
uterꝗ; nullis terrenis diuitijs comparādus. Maior
maiorem ſanctificauit, quia perſona perſonam iu-
ſtificauit, imperator militem, dñs ſeruū, magiſter
diſcipulum, ſponſus amicum, dei filius hominis fi-
lium. Chriſtus iuſtificauit Petrū. A Chriſto Petrus
accepit unde catenam ſuam conſecraret: à ſeipſo
Chriſtus habuit unde crucem ſuam ſanctificauit.
Crux pœna latronum, facta eſt corona ſanctorum,
crux reprobatio mundi, facta eſt gloria cœli, crux
mortis ſupplicium, facta eſt uitę remedium. Propter
hoc libertatis priuilegium, meritis exuperat Pe-
tri uinculum, & quamuis ſancta, quamuis uenerāda,
boni piſcatoris catena præcellit, tamen clementiſ-
ſimi ſaluatoris crux glorioſa. Regina uero optati
muneris largitate potita, grates reddidit ei, a quo
bona ꝓcedunt cūcta, & pro quibus uenerat diſpo-
ſitis ad mentem, feſtina Romanam reuiſit arcem.
Intulit Latio uincula, quæ ſoluunt peccatorum li-
gamina, quæ iam non ligent iuſtū & ſanctum, ſed
ab omni impietate ſoluant impiū. Felicem ſilentio
commiſit euentū, dū in medium proferendi tēpus
occurreret aptū. Noluit famā rei ſubito intonare
auribus uulgi, ne uerba quæ ad horā ſine opere ſo-
narent, hora tranſeunte tranſirent. Altiori cōſilio
tractauit ſic inuentū theſaurum Romanis cōmen-
dare, ut ꝙ ad uiuerat religio fidei Chriſtianę, ꝑpe-
tuū haberet in ſancta eccleſia memoriale. Aſpira-
uit bonæ uoluntati cœleſtis gratia, unde optantis
animo bene conueniens occurrit cauſa. Videns igi
tur fideles infidelibus in hoc gentilitatis cōſentire
ritu, ut ſingulis annis ob Cæſarianæ laudem uicto-
riæ, Sextiles ſolēnizarent calendas, copioſa tuga
& plebis apparatu, nolebat animo iactantem na
ſcentis eccleſię infantiā, iue ſuꝑſtitioſi erroris cito
maculari poſſe, niſi diuinę clementia bonitatis, tan
tæ cladibus peſtilētiæ curaret quantocyus finē im
ponere. Cogitauit regiæ maieſtatis autoritate in
cultores uti, ſed curię ſententiam, & primatū indu
ſtriam euertere non erat ex facili. Durū erat à pri
ſcæ conſuetudinis intentione ſenatus decretū re-
uocare, maxime cū per tot Chriſtianorū imperia
principum, uſꝗ; ad illud temporis longa ſenuiſſet
ætate. Videbatur enim eiuſdem fautoribus obſer-
uantiæ, in hoc cultu nihil ſe contra Chriſtianæ re-
ligionis propoſitum agere, cum nec ſacra impone
rent aris, nec thura incenderent dijs, ſed publicæ
rei augmentum, Cæſariani plauſus attollerēt cho
reis. Et ſi ſtudij ſenatorij ordines in ſuæ partis uo
luntatem inclinaſſet, minoris manus officij in ſedi-
tionis uerſa tumultū ualde reſtitiſſet, quippe ꝗbus
eſſet contrariū, exterminari annuum ſui uelij cultū.
Ideo erat (ut dixi) difficile apud ipſos antiquitatis
ritum ſubuerſum ire, ſicut hodieꝗ; in Chriſtiano
orbe, plurimi uanę ſuperſtitionis obſeruātur ritus
quorum memoria deleri poteſt aut uix, aut nullia-
tenus. Deo ergo amabilis regina, egregium reuo-
cauit animum in id conſilij, nequaꝗ̄ in regiæ maie-
ſtatis honorem ſeditionem tumultuantis excitari
populi, ne inconſultatores ſe uerterēt in peius, dū
uiderentur tractari durius. Diſpoſuit humilitatis
precibus impetrare, quod credebat minarū terro-
ribus ſine periculo extorqueri non poſſe. Prudētis
arcanum animi, Romanæ ſedis patefecit præſuli,
qui eiuſdem iam extiterat uoti, ſed rudi timebat
eccleſiæ, ſi iret cōtra torrentē brachia tendere. Fe
cit eum ad plebem ſuæ precis oratorē, ut eadē qua
catenus obſeruātia conſtarēt Auguſti calendę, ſed
pos

potioris principis titularentur ex nomine. Sanior
ergo pars populi aſſenſum præbuit uerbis apoſto
licis: qui uero timuerunt cultum exterminari, niſi
ſunt excitare ſeditionem uulgi. Vt autem à prioris
bus intellexere, nō de cultus exterminatione, ſed
de nominis mutatione petitionem eſſe, tumultuās
tis turbæ ceſſauit cōmotio, & communi laude ap-
probata eſt potioris nominis inſcriptio. Tunc Eu
doxia delati ab Hieroſolymis theſauri coram de-
dit confeſſionem, & ingrediens cum papa, de uin-
culis Petri ſermonem plenum deuotionis & com-
punctionis uerbum fecit ad plebem. Docuit in eis
eſſe medicinam ſalutarem ad interioris & exterio
ris hominis ſalutem, & per eum in cuius ſacratiſſi
mo conſecrata ſunt corpore, omnium peccatorū
abſolutionem promereri poſſe, quia multum eſt il
li facile, quicquid uoluerit ab illo impetrare, à quo
habet in poteſtate animarum nexus ſoluere atq; li
gare. Inſeruit etiam ſermoni mētionem de illa ca-
tena quā tulit Apoſtolus ſub Neroniana cuſtodia,
quam quintus à beato Petro papatus miniſter cu-
cationum largam edocuit Alexander, quamq; in
augmentum ſalutis ſuæ reuelauit Balbinę Quirini
filię. In concluſione autem ſermonis ex dei uolūta-
te obtinuit hoc petitionis, ut (ſicut dixi) eadem ob
ſeruantia conſtarent Auguſti menſis calendæ, ſed
principis apoſtolorum titularentur ex nomine, &
eiuſdem celebritatis gaudia, quæ catenus Cæſaris
uictoria, deinceps Petri appellarētur uincula. Ad
cuius deliberationis decretum ſine fine confirman
dum, Auguſtæ ſumptus & papę ſupplementum do
mino eliminauerunt & chriſmauerunt templum, in
quo digne repoſita clementiſſimi Petri uincula, in
digentibus plurima preſtant beneficia, ibiq; per-
petui anathematis ſententia percuſſa eſt Cæſaria
ni plauſus uæſania, ut apoſtolicæ liberationis ui-
ctoria, liberiori regnaret per orbē memoria. Ima
ginauit etiam pontifex ad impietatis ſimilitudi-
nem, hanc pietatis formam, ſicut Auguſticolæ pa-
tris & uini hodierna die libauere ſumptū, ita Chri-
ſticolas dominici corporis & ſanguinis guſtare ſa-
cramentum, & educti mortis ergaſtulo, angelicū
ſequerentur ducatum cum Petro, qui nos peccato
rum abſolutos uinculis, introducat in ianuam re-
gni cœleſtis, ubi nos reficiat ſui aſpectus ſatietate,
in quem deſiderant angeli ſemper proſpicere, cui
proclamant: Sāctus, ſanctus, ſanctus ſine intermiſ
ſione, laudantes unum uerum deum in trinitate,
qui uiuit & regnat ſine fine. Amen. Tu aūt.

SERMO B. AVGVSTI
ni epiſcopi de eodem feſto,

AVdiſtis fratres chariſſimi, beatum Petrum
in ſaluatoris paſſione ſuis erroribus profe-
ciſſe, & poſtea quam negauit dominum, fuiſ-
ſe apud dominum meliorem, felicior enim po-
ſtea fidem ſe perdidiſſe defleuit, atq; ideo maio-
rem gratiam reperit quam amiſit. Tanquā enim
Mat.16. Paſtor bonus tuendum gregem accepit, ut qui ſibi
ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentū:
& quia ipſe interrogationis tentatione negaue-
rat, cæteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique
pro ſoliditate deuotionis, eccleſiarum petra dici-
tur, ſicut ait dominus: Tu es petrus & ſuper hanc
petram ædificabo eccleſiam meam. Petra enim di
citur, eo quod primus in nationibus fidei funda-
menta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile, to-
tius operis Chriſtiani compagem molemque con
tineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur,
& petra pro uirtute dominus nūcupatur, ſicut ait 1.Co.10
Apoſtolus: Bibebant autē de ſpirituali ſequente eos
petra: petra autē erat Chriſtus. Recte cōſortium
meretur nominis, q conſortiū meretur & operis.
In eadem enim domo Petrus fundamenta ponit.
Petrus plantat, dominus incremēta, dñs irriguum
ſubminiſtrat. Petrus ergo tentationibus ſuis profi
cit, fletibus gaudet, periculis ſuis creſcit. Hic nanq;
in mari dum ſuper undas temerarius uiator ingre
ditur, nutat inceſſu, ſed conualeſcit affectu: pericli-
tatur corpore, ſed deuotione nō labitur. mergitur Mat.14.
pedibus, ſed Chriſti dextera ſuſtentatur. Suſtenta
bat enim fides, quē unda mergebat: & quē fluctuū
procella turbabat, ſaluatoris dilectio cōfirmabat.
Ambulauit enim in mari Petrus magis dilectione
quam pedibus, non enim uidebat ubi pedum ueſti
gium figeret, uidebat autē ubi figeret ueſtigiū cha
ritatis. In naui enim poſitus conſiderat dñm, & a-
more eius ductus, deſcendit in mare. Nec cogitat
labētes aquas, non fluenta currentia: & Chriſtum
reſpicit, non reſpicit elementum. Credit fide,
& iam inter undas inuenit ſolidum ueſtigium. Ia-
ctetur licet fluctibus mare, uentis pelagus turbe- Exo.14.
tur, non tamen cōturbatur Petri ſemita, quæ ducit
ad dñm. Ambulabat igitur ſuper aquas Petrus, &
ſub pedibus eius mollis unda nō cedit. Legimus in
ueteri teſtamento filios Iſrael p mare rubrū ſiccis
itineribus ambulaſſe, & ad ſecuritatē gradientiū,
ne laberetur unda, in ſoliditatē quandam eam fuiſ
ſe mutatam: Quanto hic melius, ubi ambulante Pe
tro nec mutatur unda, nec labitur, nec ſolidatur un
da, nec fugit. Melius inq̃, ubi eadem unda quæ flu
ctuat, & ſuſtentat. Ibi idem gurges qui mergit, &
famulat. Illic, ut portaretur p mare populus Iſrael,
meatū ſuū natura perdiderat: hic portatur in aqa
Petrus, curſum ſuum tamen fluenta non perdunt.
Temerarius ergo uiator Apoſtolus, noui itineris
uiam carpit, modo curuati gurgitis molē aſcēdit,
modo ſubſidentis ſinus unda deſcendit, & inter ma
rinos fluctus aſcenſus illi itineris deſcenſusq; non
deeſt. Sed ubi turbatus uētis, exagitatusq; pcellis
incipit timere quod credit, ſtatim ei gurges ſubtra
hitur, unda ſubducitur. Mox enī deficiēte fide, defi-
cit & ſemita. Tunc exclamans dñm Ieſum, ſaluum
ſe fieri precatur, quem apprehenſa manu ſaluator
liberat & obiurgat, dicens: *Modicæ fidei, quare dubi-
taſti?* hoc eſt, cur tā paruę fidei es, ut qui credendo
in mari ambulare cœperas, nō id perſeuerādo tran
ſires? ſcriptum eſt enim: Qui perſeuerauerit uſq; in
finem, hic ſaluus erit. Sed dum cūctaris & dubitas, Mat.24.
iter quod ingreſſus fueras, perdidiſti. Cur inquam
tam modicæ fidei es, ut non ea fide qua uenire cœ-
peras, peruenires? Intellige ergo quia in mari cre-
dulitas te portabat, perfidia ſubmergebat. Ideo S.
Petrus dū fluctuat, dum mergitur, dū periclitatur,
ſic peruenit ad dominum, oſtēdens nobis quod nō
niſi per pericula properetur ad Chriſtum. Multi enī
diabolici fluctus ſunt in hoc mundo tentationum,
multa naufragia, à quibus ita liberari poſſumus, ſi
clamantibus manū ſuam ſaluator extenderit. Nos
ergo ad dominum clamare non ceſſemus: ille auxi-
lium ſolitum non negabit, Ieſus Chriſtus dominus
noſter, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & re-
gnat in ſecula ſeculorum, Amen. Tu autem.

DE S. LAVRENTIO
martyre, ſermo Leonis Papæ.

CVM omnium, dilectiſſimi, ſummæ uirtutum, & totius plenitudo iuſtitiæ, de illo amore naſcatur, quo deus, proximusq́ diligitur, in nullis profecto hic amor ſublimius excellere, clariusq́ fulgere, quã in beatiſſimis martyribus inuenitur, qui Domino Ieſu Chriſto pro omnibus hominibus mortuo, tam propinqui ſunt imitatione charitatis, quam ſimilitudine paſſionis. Quanuis enim illi dilectioni qua dominus nos redemit, nulla cuiuſquam benignitas poſſit æquari, quia aliud eſt pro iuſto mori hominẽ ſua neceſſitate moriturũ, aliud pro impijs occumbere a debito mortis alienũ, multum tamen uniuerſis hominibus martyres contulerunt, quorũ fortitudine ita eius largitor uſus eſt dñs, ut pœnam mortis & atrocitatẽ crucis, nulli ſuorũ uellet eſſe terribilem, ſed feciſſet imitabilẽ. Si ergo nullus bonus, ſibi ſoli eſt bonus, nec cuiquam ſapienti ſibi tantum eſt amica ſapientia, & hæc uerarũ natura uirtutum eſt, ut multos a tenebroſo abducat errore, qui earum clarus eſt lumine, ad erudiendũ dei populum nullorũ eſt utilior forma, quam martyrij ſis eloquentia. Sit ratio facilis ad hortandum, efficax ad ſuadendum, ualidiora tamen ſunt exempla quã uerba, & plus eſt opere docere quam uoce. In quo excellentiſſimo genere doctrinæ beatus martyr Laurentius, cuius paſſione dies hodiernus illuſtris eſt, & quam glorioſa polleat dignitate, etiam perſecutores ipſius ſentire potuerunt, cum illa mirabilis animi fortitudo, de Chriſti principaliter amore concepta, nõ ſolũ ipſa non cederet, ſed etiã alios exemplo ſuæ tolerantiæ roboraret. Cũ enim furor gentilium poteſtatum, in electiſſima quæq; Chriſti membra ſæuiret, ac præcipue eos qui ordinis erant ſacerdotalis, impeteres, in leuitam Laurentiũ, qui non ſolum in miniſterio ſacramẽtorum, ſed etiam diſpẽſatione eccleſiaſticæ ſubſtãtiæ præeminebat, impius perſecutor efferbuit, duplicem ſibi prædam de unius uiri comprehenſione promittens. Quem ſi feciſſet ſacræ pecuniæ traditorem, faceret etiam ueræ religionis exortẽ. Armatur itaq; gemina face homo pecuniæ cupidus, & ueritatis inimicus, auaritia ut rapiat aurum, impietate ut auferat Chriſtum. Poſtulat ſibi ab immaculato ſacrarij præſule opes eccleſiaſticas, quibus auidiſſimus inhiabat. Cui leuita caſtiſſimus, ubi eas repoſitas haberet oſtendens, innumeroſiſſimos ſanctorum pauperũ obtulit greges, in quorũ uictu atq; ueſtitu inamiſſibiles condiderat facultates, quæ tanto integrius erant ſaluæ, quanto ſanctius probabantur expenſæ. Fremit prædo fruſtratus, & in odiũ religionis quæ talem diuitiarũ uſum inſtituiſſet, exardeſcẽs, direptionem theſauri potioris aggreditur, ut a quo quem nullam denariorum ſubſtantiam repræſiſſet, illud depoſitum quod ſacratius erat, diues auferret. Renunciare Chriſto Laurẽtium iubet, & ſolidiſſimam illam leuitici animi fortitudinem diris paras urgere ſupplicijs. Quorum ubi prima nihil obtinent, uehementiora ſuccedũt. Laceros artus & multa uerberum ſectione cõſciſſos, ſubiecto præcipit igni torreri, ut per cratem ferream quæ iam de feruore continuo uim in ſe haberet urendi, conuerſorum alterna mutatione membrorum fieret cruciatus uehementior, & pœna productior. Nihil obtines, nihil proficis, ſæua crudelitas. Subtrahitur tormẽtis materia mortalis, & Laurentio in cœlos abeunte, tu deficis flãmis tuis. Superare charitatẽ Chriſti flamma non potuit, & ſegnior fuit ignis qui foris uſſit, quam qui intus accendit. Sæuiſti perſecutor in martyrem, ſæuiſti, & auxiſti palmam cum exaggeras pœnam. Nam quid non ad uictoris gloriam ingenium tuũ reperit, quando commenta tyrannidis tuæ, in honorem tranſierunt triumphi, etiã inter tormenta ſupplicij? Gaudeamus ergo dilectiſſimi gaudio ſpirituali, & de feliciſſimo inclyti uiri fine gloriemur in domino, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, in quibus nobis & præſidium conſtituit, & exemplum, atq; ita per uniuerſum mundum clarificauit gloriam ſuam, ut a ſolis ortu uſq; ad occaſum, leuitico numero lumine coruſcante fulgoris quã clarificata eſt Hieroſolyma Stephano, tam illuſtris fieret Roma Laurentio. Cuius oratu & patrocinio adiuuari nos ſine ceſſatione confidimus, ut quia omnes (ſicut Apoſtolus ait) Quicunq; in Chriſto pie uolunt uiuere, perſecutionem patiuntur, confirmemur ſpiritu charitatis, & ad ſuperandas omnes tentationes conſtantia fidei & perſeuerãtia muniamur, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum uiuentem & regnantem cum patre & ſpirituſancto in ſecula ſeculorum, Amen. Tu autem. 2 Ti. 3.

SERMO B. MAXIMI

epiſcopi de eodem feſto.

SAnctum eſt fratres, ac deo placitum, ut natalem beati Laurentij præcipua deuotione ueneremur, cum radiẽtibus flãmis uictrix, in hunc quoq; diem toto orbe Chriſti coruſcat eccleſia. Qui cum in ſede glorioſiſsimi patriarchæ, diaconatus fungeretur officio, puritate innocentis uitæ, fortiſsimæq; mortis triumpho, apoſtolico ſe conſortio copulauit. Nec immerito eum apoſtolorum ſupparem prædicamus, cui & caſtitas animi leuiticum miniſterium dedit, & plenitudo fidei martyrij contulit dignitatem. Quem uenerabilis Sixtus Romanæ urbis antiſtes, cum impietatem ſæuientis mundi per tormenta ſuperaret, & regni cœleſtis eſſet iam uicinus, uideretq; eum paterna de morte triſtiſsimum, ita illum ſpiritu præſcientiæ compellaſſe narratur: Noli fili mœſtus eſſe, poſt triduum me ſequeris. Vnde apparet chariſſimi, beatum Laurẽtium non de ſacerdotis ſui uictoria habuiſſe triſtitiã, ſed doluiſſe quia non etiam ipſe mundum cum ſuo pariter ſacerdote uincebat. Noli, inquit, mœſtus eſſe, poſt triduum me ſequeris, hoc eſt, noli triſtis eſſe uelut apud ſeculũ derelictus, nam nec te fides uitaq; tua tali morte priuabis. Nulla te de meo tranſitu, quo ego gaudeo, perturbet anxietas, quia mox & tu habiturus es de tua paſſione lætitiam. Vere beati Laurentij gloria ſingularis, qui tantum de deo ſuo conſecutus eſt gratiæ, ut ei martyr de martyrio prophetaret, quem pro ſuorum prærogatiua meritorum, ante uictoria lætificauit, quã pugna terreret. Ergo ut comperit ore ſacerdotis & martyris ſe quoq; omnimodis aſſumendum, congregatis inopum turbis, eccleſiaſticum cenſum religioſa liberalitate diuiſit. Quam profundum ſpiritualis uiri, & quã cœleſte conſilium, ut egenis conſuleret, & multitudine conſumẽte quæ dederat, inuenire nõ poſſet quod raperet perſecutor, illam nimirũ ſecutus ſententiã: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum. Miſericordiæ fuit, quod alimonia pauperibus dedit. Iuſtitiæ autẽ, quod ut uir prudẽtiſſimus, procurauit ne ſanctorũ ſubſtantiã auaris manibus ſacrilegus occuparet. Iuſtitia, inquit, eius Pſal. 111.

manet in æternum. Quomodo non hæc eius iuſtitia manebit in æternum, quam & ſancto impleuit opere, & glorioſiſsimo martyrio cōſecrauit? Hoc itaq; dolore furor gentilis accenſus, craticulam cōtinuo parat ignitam, ſuper quam cremandū Laurētium per membra diſtēderet, ut indignationis ſuæ flammas impijs ignibus uindicaret. Ardet profecto totis uiſceribus fortiſsimus martyr & uritur, ſed regnum cœli promiſſaq; dei fideli mente pertractans, refrigerio conſcientiæ uictricis exultat, nec pœnali flexus incendio eſt, cuius in pectore inſuperabili ſanctiſpūs flamma feruebat. Aut nūquid cedere poterat momētanea corporis uſtione, cuius fides æternum gehennæ extinguebat ardorem? Superatis itaq; flammarum miniſtris, omne mundanæ inſaniæ refriguit incendium. Et hucuſq; diabolica profecit intētio, ut & uir fidelis ad dominū ſuum glorioſius aſcenderet, & crudelitas perſequētium, cum ſuis ignibus confuſa torpeſceret. Tu autem domine.

LECTIO SANCTI EVANgelij ſecundum Iohannem. xij.

De eodem feſto.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen amē dico uobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

HVmilitatis magiſter eſt Chriſtus, qui humiliauit ſemetipſum, factus obediēs uſq; ad mortē, mortem aūt crucis. Non itaq; amittit diuinitatē, qū nos docet humilitatem. In illa patri eſt æqualis, in hac nobis ſimilis. Per quod patri eſt æqualis, nos ut eſſemus creauit: per quod nobis eſt ſimilis, ne periremus, redemit. Ecce ſicut in præcedētibus loquitur euangelium, Iudæi uolunt eum occidere, gentes uidere. Ex occaſione igitur gentilium illorū qui eum uidere cupiebant, annunciat futurā plenitudinē gētium, & pmittit iamiamq; adeſſe horā glorificationis ſuæ, quam factā in cœlis gentes fuerant crediPſal. 56. turæ. Vnde prædictum eſt: Exaltare ſuper cœlos deus, & ſuper omnem terrā gloria tua. Hæc eſt gētium plenitudo, de qua dicit Apoſtolus: Cæcitas ex parte in Iſrael facta eſt, donec plenitudo gentium Rom. 11. intraret. Sed altitudinem glorificatiōis oportuit ut præcederet humilitas paſsionis. Ideo ſecutus adiunxit hoc quod modo cū recitaretur, audiſtis. ¶*Amen amen dico uobis, niſi granum frumenti cadēs in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Se autem ipſum Ieſus dicebat. Ipſe erat granum mortificandū & multiplicandum. Mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide populorum. Iam uero exhortans ad paſsionis ſuæ ſectanda ueſtigia. ¶*Qui amat, inquit, animam ſuam, perdet eam.* Quod duobus modis intelligi poteſt. Qui amat, perdet, id eſt, ſi amas, perdes. Si cupias uitam tenere in Chriſto, noli mortem timere pro Chriſto. Item alio modo: Qui amat animam ſuam, perdet eam. Noli amare ne perdas. Noli amare in hac uita, ne perdas in æterna uita. Hoc autem qood poſterius dixi, magis habere uidetur euāgelicus ſenſus. Sequitur enim: ¶*Et qui odit animam ſuam in hoc mundo, in uitam æternam cuſtodit eam.* Ergo quod ſupra dictum eſt, qui amat, ſubintelligitur in hoc mundo, ipſe utique perdet. Qui autem odit utique in hoc mundo, in uitam æternam ipſe cuſtodit eam. Magna & mira ſenteotia, quemadmodum ſit hominis in animam ſuam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaueris, tunc odiſti. ſi bene oderis, tunc amaſti. Felices qui oderunt cuſtodiendo, ne perdant amando. Sed uide ne ſubrepat tibi, ut teipſum uelis interimere, ſic intelligendo quod debet odiſſe in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni atque peruerſi, & in ſeipſos crudeliores & ſceleratiores homicidæ, flammis ſe donant, aquis ſe præuocant, præcipitio colliduot, & pereunt. Hoc Chriſtus non docuit, imo etiam diabolo præcipitium ſuggerenti Mat. 4. reſpondit: Redi retro ſatanas, ſcriptum eſt, non teotabis dominum deum tuum. Petro autem dixit, Iohā 2 ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum: Cum eſſes iunior, cingebas te, & ibas ubi uolebas. cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alter te cinget, & feret quo tu non uis. Vbi ſatis expreſſit, non à ſeipſo, ſed ab alio debere occidi, qui ueſtigia ſequitur Chriſti. Cum ergo cauſæ articulus euenerit, ut hæc conditio proponatur, aut faciendum eſſe contra præceptum Dei, aut ex hac uita emigrandum, quorum duorum homo cogatur eligere, comminante mortem perſecutore, ibi eligat Deo dilecto mori, quam offenſo uiuere, ibi oderit in hoc mundo animam ſuam, ut in uitam æternam cuſtodiat eam. ¶*Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur.* Quid eſt me ſequatur, niſi me imitetur? Chriſtus enim pro nobis paſſus eſt, ait Apoſtolus Petrus, relinquens nobis exemplum ut ſequamur 1. Pet. 2. ueſtigia eius. Ecce quod dictum eſt, ſi quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Quo fructu, qua mercede, quo præmio? Et ubi ſum, inquit, ego, & illic & miniſter meus erit. Gratis ametur, ut operis quo miniſtratur illi, precium ſit eſſe cum illo. Vbi enim bene erit ſine illo, aut quando eſſe male poterit cum illo? Audi euidentius. ¶*Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.* Quo honore, niſi ut ſit cum filio eius? Quod enim ſuperius ait, ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit, hoc intelligitur expoſuiſſe cum dicit, honorificabit eum pater meus. Nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quam ut ſit ubi eſt unicus, non æqualis factus diuinitatis, ſed conſociatus æternitati? Quid eſt autem miniſtrare Chriſto, cui operi merces tanta propooitur? Hoc potius debemus ioquirere. Si enim hoc putauerimus eſſe Chriſto miniſtrara, ea quæ ſunt corpori neceſſaria præparare, aut cœnāti cibum coquere, uel mēſam apponere, uel poculum dare, potumq; miſcere, fecerunt hoc illi qui potuerunt eum in corpore præſentem habere, ſicut Martha, & Maria, quando & Lazarus unus erat ex diſcumbentibus. Sed eo modo Chriſto etiam Iudas perditus miniſtrauit, nam & loculos ipſe habebat, & quanuis ex eis quæ mittebātur, ſceleratiſsime furaretur, per illū tamen etiam neceſſaria parabantur. Hinc illud Iohan. 13 quod cum ei diceret Dominus, Quod facis, fac celerius, arbitrati ſunt quidam quod eū iuſſerit propter diem feſtum neceſſaria præparare, uel indigentibus aliquid dare. Nullo modo igitur de huiuſmodi miniſtris diceret Dominus, ubi ſum ego, ibi erit & miniſter meus: & ſi quis mihi miniſtrauerit, honorificabit illum pater meus, quoniam Iudā talia miniſtrantem, reprobatū potius quam honoratum uidemus. Vt quid ergo alibi quærimus quid

fit miniſtrare Chriſto, & non potius in iſtis ipſis
uerbis agnoſcimus? Cum enim dixit: Si quis mihi
miniſtrat, me ſequatur, hoc intelligi uoluit ac ſi di
ceret: Si quis me non ſequitur, non mihi miniſtrat.
Miniſtrant ergo Ieſu Chriſto, qui non ſua quærũt,
ſed quæ Ieſu Chriſti. Hoc eſt enim, me ſequatur,
uias ambulet meas, non ſuas, ſicut alibi ſcriptum
1.Joh 2. eſt: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille
ambulauit, & ipſe ambulare. Etiam ſi porrigit eſu-
rienti panem, de miſericordia facere debet, non
de iactantia, non aliud ibi quærere, quam opus bo-
num, neſciente ſiniſtra, quid faciat dextera, id eſt,
ut alienetur intentio cupiditatis ab opere charita
tis. Qui ſic miniſtrat, Chriſto miniſtrat, recteq; il-
li dicitur: Cum uni ex minimis meis feciſtis, mihi
Mat. 25. feciſtis. Nec ea tantum quæ ad miſericordiam per
tinent temporalem, ſed omnia bona opera pro-
pter Chriſtum faciens, tunc enim bona erunt, quo
Ro 10. niam finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credẽ-
ti, miniſter eſt Chriſti uſq; ad illud opus magnum
charitatis, quod eſt animam ſuam pro fratribus po
nere. Hoc eſt enim & pro Chriſto ponere, quia &
hoc propter ſua membra dicturus eſt: Cum pro
iſtis feciſti, pro me feciſti. de tali quippe opere eti-
am ſe miniſtrum facere & appellare dignatus eſt,
ubi ait: Sicut filius hoīs non uenit miniſtrari, ſed
Mat. 20. miniſtrare, & animam ſuã ponere pro multis. Hinc
ergo eſt unuſquiſq; miniſter Chriſti, unde eſt &
miniſter Chriſtus. Sic miniſtrantem Chriſto hono
rificabit pater eius honore illo magno, ut ſit cum
filio eius, & nunquam deficiat felicitas eius. Cum
ergo auditis fratres Dominum dicentem: Vbi ego
ſum, illic & miniſter meus erit, nolite tantummo-
do bonos epiſcopos & clericos cogitare, etiam uos
pro modulo ueſtro miniſtrate Chriſto bene uiuen-
do, eleemoſynas faciendo, nomen doctrinamque
eius quibus potueritis prædicando, & unuſquiſq;
etiam paterfamilias hoc nomine agnoſcat pater-
num affectum ſuæ familiæ ſe debere pro Chriſto,
& pro uita æterna, ſuos omnes moneat, doceat,
hortetur, corripiat, impendat beneuolentiam, ex-
erceat diſciplinam. Ita in domo ſua eccleſiaſticum
& quodammodo epiſcopale implebit officium,
miniſtrando Chriſto, ut in æternum ſit cum ipſo.
Nam & illam maximam paſsionis miniſtrationem
multi ex ueſtro numero miniſtrarunt, multi non
epiſcopi, neque clerici, iuuenes & uirgines, ſenes
cum iunioribus, multi coniugati & coniugatæ, mul
ti patres matreſq; familias miniſtrantes Chriſto,
etiam animas ſuas in eius martyrio poſuerunt, &
honorificante patre, coronas glorioſiſsimas rece-
perunt. Tu autem.

IN FESTO SANCTI LAVRENTII MARtyris. Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

HOc eſt enim illud granũ frumenti, q̃d uirgo
& inarata terra ꝓduxit. De quo Pſalmiſta
ait: Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de
cœlo proſpexit. Etenim dñs dabit benignitatẽ, &
terra noſtra dabit fructum ſuum. Huius aũt grani
immenſa multiplicatione, omnia eccleſiæ horrea
repleta ſunt. De hoc frumenti grano ille panis cõ-
ficitur, de quo ipſe dñs ait. Ego ſum panis uiuus q
de cœlo deſcendi. Conſtat autem hoc & ad literã
uerum eſſe, quod frumenti granum ſi in arca ſerue-
tur non creſcit: ſi autem ſeminetur, ſi in terra ſol-
uatur & moriatur, multum fructũ affert. Nihil in
fructuoſum diligit deus. Nihil in horto ſuo, nihil in
uinea ſua, nihil in agro ſuo uult eſſe infructuoſum.
Vnde & ipſe alibi ait: Omnis arbor quæ non facit
fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.
Et in alio loco: Ego ſum (inquit) uitis uera, & pa-
ter meus agricola eſt. Omnem palmitem in me nõ
ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert
fructum purgabit eum, ut fructum plurimum affe-
rat. Hæc eſt enim illa uera uitis, de qua totum hoc
uiuũ profluxit, q̃d nobis in hoc euangelio propina
tur. Hęc eſt illa uitis ſemp fructuoſa, cuius oẽs pal-
mites fructiferi ſunt, quicũq; ei fideliter inhęrent.
Ideo enim infructuoſi de ea tollunt̃, qui quãuis per
baptiſmi ſacramentũ in ea ſint, per uitæ tñ meritũ
in ea nõ ſunt. Talis arbor infructuoſa erat, illa de
qua ad cultorẽ uineæ dñs ait: Ecce tres anni ſunt
ex quo uenio, quærẽs fructũ in ficulnea hac, & non
inuenio: ſuccide ergo illã. Vt quid etiã terrã occu-
pat? Quæ quidẽ illico ſucciſa fuiſſet, niſi q̃a ille bo-
nus uineę cultor pro illa interceſsiſſet, dicẽs: Dñe
dimitte illã & hoc anno, uſq; dum fodiã circa illã
& mittã ſtercora, & ſi quidẽ fecerit fructũ: ſin aũt,
in futuro ſuccides illam. Talis erat & illa ficulnea,
in qua quia fructum non inuenit, Dominus eam
maledixit, & aruit. Tales ſunt & multæ aliæ arbo-
res infructuoſæ, quę tandem excidentur & in ignẽ
mittentur. Et ego quidem non crediderim aliquam
arborem infructuoſam in paradiſo fuiſſe planta-
tam. Præſertim quum primo homini dñs dicat. De
omni ligno paradiſi comede, de ligno autẽ ſcientiæ
boni & mali ne comedas: in quacunq; enim die co-
mederis ex eo, morte morieris. In eo eñ q̃d de om-
nibus comedere dicit, omnes illas arbores fructuo
ſas fuiſſe oſtendit. Quum igitur paradiſus Eccle-
ſiam ſignificet, Eccleſiæ quoq; arbores omnes fru-
ctiferas eſſe oportet. Multæ namque arbores ſunt
in Eccleſia. Ibi enim eſt lignum uitæ: de quo qui
comederit, ſi tamen digne comederit, non morie-
tur. De hoc enim ligno ſcriptum eſt, Et erit tan-
quam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus
aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore
ſuo. Et alibi: Vincenti dabo edere de ligno uitæ,
quod eſt in paradiſo Dei mei. Ibi eſt & illa arbor
quæ ait: Ego autem ſicut oliua fructifera in domo
Domini, ſperaui in miſericordia Dei mei in æter-
num & in ſeculum ſeculi. Sed quid de illis nobiliſ-
ſimis arboribus dicam, quibus ipſe Dominus ait:
Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos, & poſui
uos ut eatis & fructum afferatis, & fructus ueſter
maneat? Tales igitur, quales fuerunt Apoſtoli,
bonæ arbores ſignificabant. Illam autem arborem
de qua Dominus primum hominẽ comedere inter
dixit, hæreticos ſignificare puto, quorum quidem
fructus mortiferi ſunt, quorum poma uenenoſa
ſunt, quorum doctrinam qui ſuſceperit, mortem
incurret ſempiternam. Sequitur: *Qui amat ani-
mam ſuam, perdet eam, & qui odit animam ſuam* in hoc
mundo, in uitam æternam cuſtodit eam. Hoc enim
Dominus non dixiſſet, ſi animas noſtras & bene &
male amare, & iterum bene & male odiſſe non poſ
ſemus. Ipſe enim exponit quid ſit male amare, &
ipſe exponit quid ſit bene odiſſe. Male enim amat
animam ſuam in hoc mundo, qui propter hunc
mundũ & propter hanc uitam pręſentẽ eam amat.
Iſte enim eam perdet, quia ſic amando æternę mor
ti & perditioni tradet eam. Qui enim bene amat
animã ſuam, ſic eam amat ut in æternum uiuat, nõ
ut breui tempore in delicijs uiuat. Vnde & in uitã
æternã eam cuſtodit, qui ſic in hoc mundo ſuã ani-
mam

mam odit. Ille enim animam ſuam & uitam ſuam odiſſe uidetur, qui mori non timet, qui ieiunijs & uigilijs, qui paupertate & nuditate alijsq́ ſimilibus eam affligit. Ille deniq; qui ſic amat animam ſuam, ut eam (ſi neceſſe ſit) pro Chriſti fide ponere nolit, perdet eam. Qui uero ſic odit, ut eam in tali neceſsitate ponere non recuſet, in uitam æternam cuſtodit eam. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur:* ut ſicut ego pro ipſo, ita & ipſe (ſi neceſſe fuerit) pro me moriatur. Sequi enim, imitari eſt. Miniſtrant enim Deo nō ſolum epiſcopi & ſacerdotes, cæteriq́ illius ordinis, uerum etiam qui facit eleemoſynas, qui ueſtit nudos, uiſitat infirmos, aliaq́ his ſimilia miſericordiæ & pietatis opera facit, domino miniſtrat. Vnde ipſe quoq; dn̄s ait: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Oſtendens eos miniſtrare ſibi, qui ipſius mēbris miniſtrāt. Sed quid eis ſibi miniſtraſſe proderit? Sequitur: *Et ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit.* Dicis fortaſſe non hoc tibi ſufficere. Audi q̄d ſequitur: *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.* Magnus honor, magna gratia, immenſæ diuitiæ. Beatus ille quē deus honorificabit. Ille enī ditabit illis bonis quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Deniq́, qui ibi erit ubi ipſe eſt, quid melius unquam habere poteſt? Hoc enim Pſalmiſta deſiderans, ait: Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſeculum ſeculi laudabunt te. Itemq́, Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ. Et Apoſtolus: Cupio, inquit, diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

IN VIGILIA ASSVMPTIONIS.

Lectio ſancti euangelij. Luc. I.

¶ Exurgens Maria in diebus illis, abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth. Et reliqua. Homilia beati Ambroſij epiſcopi.

MOrale eſt omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem aſtruant. Et ideo angelus cum abſcondita annunciaret, ut fides aſtrueretur, exemplo ſenioris fœminæ ſterilisq́ conceptum uirgini Mariæ nunciauit, ut poſsibile deo omne quod ei placuerit aſſereret. Vbi audiuit hæc Maria, non quaſi incredula de oraculo, nec quaſi incerta de nūcio, nec quaſi dubitans de exemplo, ſed quaſi læta pro uoto, religioſa pro officio, feſtina præ gaudio, in montana perrexit. Quo enim iā deo plena, niſi ad ſuperiora cum feſtinatione conſcenderet? Neſcit tarda molimina ſancti ſpiritus gratia. Diſcite & uos ſanctæ mulieres ſedulitatem quam prægnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam, quæ ante ſola in intimis penetralibus uerſabatur, non à publico uirginitatis pudor, non à ſtudio aſperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardauit. In montana uirgo cum feſtinatione, uirgo officij memor, iniuriæ immemor, affectu urgente, non ſexu, relicta perreait domo. Diſcite uirgines non circumcurſare per alienas ædes, nō demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera, feſtina in publico, manſit apud cognatam ſuam tribus menſibus. Etenim quæ propter officium uenerat, inhærebat officio. Manſit menſibus tribus, non quod domus eam delectaret aliena, ſed quia frequētius uideri in publico diſplicebat. Didiciſtis uirgines pudorē Mariæ, diſcite humilitatē. Venit propinqua ad proximā, iunior ad ſeniorem, nec ſolum uenit, ſed etiā prior ſalutauit. Decet enim ut quāto caſtior uirgo, tā to humilior ſit. Nouerat deferre ſenioribus honorem, ſit magiſtra humilitatis, in qua ꝓfeſsio eſt caſtitatis. Eſt cauſa pietatis, eſt etiam norma doctrinæ. Contuendum eſt enim, quia ſuperior uenit ad inferiorem, ut inferior adiuuetur. Maria ad Elizabeth. Chriſtus ad Iohannem. Deniq; etiā poſt ut ſanctificaret baptiſmum Iohannis, dn̄s uenit ad baptiſmum. Cito quoq; aduentus Mariæ, & præſentiæ dominicæ beneficia declarantur. ¶ *Simul enim ut audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in utero eius, & repleta eſt ſpiritu ſancto.* Vide diſtinctionē, ſingulorumq́ uerborū ꝓprietates. Vocem prior Elizabeth audiuit, ſed Iohannes prior gratiam ſenſit. Illa naturæ ordine audiuit, iſte exultauit ratione myſterij. Illa Mariæ, iſte dn̄i ſenſit aduentum. Fœmina mulieris, & pignus pignoris. Iſtæ gratiā loquuntur, illi intus operantur, pietatis myſterium maternis adoriuntur profectibus, duplicíq́ miraculo prophetant matres, ſpiritu paruulorum. Exultauit infans, repleta eſt mater. Non prius mater repleta quā filius: ſed cum filius eſſet repletus ſpiritu ſancto, repleuit & matrem. Exultauit Iohannes, exultauit & Mariæ ſpiritus, & exultante Iohanne repletur Elizabeth. Mariā tamen non repleri ſpiritu, ſed ſpm̄ eius exultaſſe cognoſcimus. Incomprehenſibilis enim incomprehenſibiliter operatur in matre, & illa poſt conceptum repletur, iſta ante conceptum. ¶ *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me?* Nouit ſermonem ſuum ſpūſſanctus, nec unquam obliuiſcitur, & prophetia non ſolum rerum completur miraculis, ſed etiam proprietate uerborum. Quis eſt uentris iſte fructus, niſi ille de quo dictum eſt: Ecce hære- Iſaiæ.xi.
ditas domini filij merces, fructus uentris. Hoc eſt, hæreditas Domini filij ſunt, qui merces ſunt fructus illius qui de uentre Mariæ proceſsit. Ipſe fructus uentris eſt flos radicis de quo bene prophetauit Iſaias, dicēs: Exiet uirga de radice Ieſſe, & flos Pſal.126.
de radice eius aſcēdet. Radix enī eſt familia Iudæorum, uirga Maria, flos Mariæ Chriſtus. Qui uelut bonæ arboris fructus ꝓ noſtræ uirtutis ꝓceſſu nunc floret, nunc fructificat in nobis, nunc rediuiua corporis reſurrectione reparatur. ¶ *Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me?* Non quaſi ignorās dicit: Scit enim eſſe ſancti ſpūs gratiam & operationem, ut mater prophetæ a matre domini ad profectum ſui pignoris ſalutetur. Sed quaſi non humani hoc meriti, ſed diuinæ gratiæ munus eſſe cognoſcat, ita dicit: Vnde hoc mihi, hoc eſt, quantum bonum mihi accidit, ut mater Domini mei ueniat ad me? non cognoſco meum. Vnde hoc mihi? Qua iuſtitia? quibus factis? ꝓ quibus meritis? Non uſitata hæc officia fœminarum ſunt, ut ueniat mater Domini mei ad me. Miraculum ſentio, cognoſco myſterium, mater Domini uerbo fœta, deo plena eſt. ¶ *Ecce enim ut facta eſt uox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo, & benedicta quæ credidiſti.* Vides non dubitaſſe Mariam, ſed crediſſe, & ideo fructum fidei conſecutam. Beata (inquit) quæ credidiſti. Sed & uos beati, qui auditis & creditis. Quæcunq; enim crediderit

ani-

anima, & concipit & generat dei uerbum, & opera eius agnoſcit. Sit in ſingulis Mariæ animæ, ut magnificet Dominum: ſit in ſingulis ſpiritus Mariæ, ut exultet in deo. Si ſecundum carnem una mater eſt Chriſti, ſecundum fidem tamen omniũ fructus eſt Chriſtus. Omnis enim anima accipit Dei uerbum, ſi tamen immaculata & immunis à uitijs ſit, & intemerato caſtimoniam pudore cuſtodiat. Quæcunque igitur talis eſſe potuerit anima, magnificat Dominum, ſicut anima Mariæ magnificat dominum, & exultauit ſpiritus eius in deo ſalutari ſuo. Magnificatur enim dominus, ſicut & alibi legimus: Magnificate dominum mecum non quod domino aliquid humana uoce poſsit adiungi, ſed q̃a magnificatur in nobis. Imago enim dei Chriſtus eſt, & ideo ſi quid iuſtum religioſumque fecerit anima illa, imaginem dei ad cuius eſt ſimilitudinem creata, magnificat. Et ideo dum magnificat eam, magnitudinis eius quaſi quadã participatione ſublimior fit, ut illã imaginem ſplẽdido bonorũ colore factorũ, & quadã æmulatiõe uirtutis Pſal. 33. in ſe uideatur exprimere. Magnificat autem anima Mariæ Dñm, & exultauit ſpiritus eius in deo, eo quod anima & ſpũ patri filioq́ deuota, unum deũ ex quo omnia, & unum dominum per quem oĩa, pio ueneretur affectu. Sed Mariæ quo perſona melior, eo prophetia plenior. Nec ocioſum uidetur, quod & ante Iohannem Elizabeth prophetat, & Maria ante domini generationem. Serpunt enim iam tentamenta ſalutis humanæ. Nam ſicut malũ à mulieribus cœpit, ita etiam bona à mulieribus inchoantur, ut fœminæ quoq; muliebria opera deponentes, infirmitati renuncient, & anima quę nõ habet ſexum, ut Maria quæ neſcit errorem, religioſo imitetur ſtudio caſtitatem. Manſit autem Maria cum illa menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam. Bene inducitur ſancta Maria & exhibuiſſe officium, & myſticum numerũ cuſtodiſſe. Nõ enim ſola familiaritatis eſt cauſa quod diu manſit, ſed etiam tanti uatis profectus. Nam ſi primo ingreſſu tantus profectus extitit, ut ad ſalutationem Marię exultaret infans in utero, repleretur ſpiritu ſancto mater infantis, quantum putamus uſu tanti temporis ſanctæ Mariæ addidiſſe præſentiam? Mãſit aũt Maria cum illa menſibus tribus. Augebatur itaq; & quaſi bonus athleta exercebatur in utero matris propheta, ampliſsimo enim uirtus eius certamini parabatur. Denique tandiu manſit Maria, quandiu Elizabeth pariẽdi tẽpus impleret. Quod ſi diligẽter aduertas, inuenies hoc nuſquã poſitũ, niſi in gñatione iuſtorũ. Denique impleti ſunt dies ut pareret Maria, impletũ eſt tẽpus ut pareret Elizabeth. Impletum eſt uitæ tẽpus, cũ ſancti uiri ex hoc uitæ curriculo demigrarent. Plenitudinẽ iuſti uita habet: ioanes autem ſunt dies impiorum. Tu autem.

SERMO BEATI HIERONYMI DE AſſUMPTIONE VIRGINIS GLORIOſÆ.

Cogitis me o Paula & Euſtochium, imo charitas Chriſti me compellit, qui uobis dudum tractatibus loqui conſueueram, ut nouo loquendi genere ſanctis quæ uobiſcum degunt uirginibus, latino uideor eloquio, exhortationis gratia ſermonem faciam de aſſumptione beatæ & glorioſæ ſemper uirginis Mariæ, more eorum qui declamatorie in eccleſijs ſolent loqui ad populũ: quod utiq; genus docendi necdum attigeram. Sed quia negare nequeo quicquid iniungitis, nimia ueſtra deuictus dilectione, experiar quæ hortamini, affectus infantium more balbutientium, qui quæcunque audierint, fari geſtiunt, cum necdum poſsint ad plenum uerba formare, maxime quia propter ſimpliciores quaſque id me depromere compellitis, ut habeant ſermone latino, quibus ſe occupẽt laudibus eadem die, quibuſve diuinis uacent lectionibus, præſertim cum & eadem in multis feſtiuitatibus multorum ſanctorum patrum ſtudia miro euiderint eloquio, quæ de hac quidem huberius ubique in ſcripturis diuinis prædicata leguntur. Quid enim aliud ſonant euangelia, niſi naſcentem Dominum ex Maria uirgine, & omnia incrementa eius quouſque fuit in mundo duntaxat, diuinis efferunt præconijs? Porro ab exordio ſancti euãgelij Gabrielem archangelum colloquentem Mariæ audiſtis, & deinceps reliqua omnia plenius legiſtis. Ad præſepe quoque, te o Paula teſte, nato puero, multitudinem angelorum inter crepundia noui partus, & querelas neſcij ploratus, pro Feſcenninis, Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, cantantem audiſti, & radiantem ſtellam uidiſti, paſtoribus inſuper euangelizantibus credidiſti. Magos præterea tria deferentes munera in uiſione beatis oculis conſpexiſti, ipſa eadem munera bene intelligendo, uotis omnibus fide Deo placita obtuliſti. Nam & cũ eiſdem magis deum puerum in præſepi adoraſti. Sed forte conqueſta, me delatorem quod te prodiderim, clamabis. Ad quod ego: Si celatum eſſe uolebas teſte conſcientia, mihi narrare ante præſepium, ubi plurimum lachrymata es, non debere, quoniam, ut uerum fatear, Chriſti præconia, etiam ſi uoluero adiuratus, neque tuas laudes tacere omnino queo. Idcirco tuæ te interrogent filiæ, quas lacte nutris, tu ea melius referabis, quæ neſcio ſi per ſpeciem aliquam, aut certe in ſpiritu uidiſti. Vnde uos o filiæ pulſate matrem precibus, pulſate & oſtium inuitantis amici, ſi quo modo uobis tandem aperiantur quæ reſerata ſunt matri. Veruntamen de his quid plura dicam? Omnia ſaluatoris geſta, & beatæ Mariæ obſequia, nec non & actus uitæ ex euangelio didiciſtis. Et nunc quid ſupereſt, ut ab aliquo doctorum requiratis? De aſſumptione tamen eius qualiter aſſumpta eſt (quia ueſtra id depoſcit intentio) præſentia abſens ſcribere uobis curaui, quę abſentia p̃ſens deuotus obtuli, ut habeat ſanctum collegium ueſtrum in die tantæ ſolennitatis munus latini ſermonis, in quo diſcat tenera infantia lactis experiri dulcedinem, & de exiguis eximia cogitare, qualiter fauente deo per ſingulos annos tota hæc dies expendatur in laudem, & cum gaudio celebretur, ne forte ſi uenerit ueſtris in manibus illud apocryphum de tranſitu eiuſdem uirginis, dubia pro certis recipiatis, quod multi latinorũ pietatis amore, ſtudio legẽdi charius amplectuntur, pręſertim cum ex his nihil aliud experiri poteſt pro certo, niſi quod hodierna die glorioſa migrauit à corpore. Monſtratũ autẽ ſepulchrum eius cernentibus nobis uſque ad præſens in uallis Ioſaphat medio, q̃ uallis eſt inter montem Sion & montem Oliueti poſita, quam & tu Paula oculis cõſpexiſti, ubi in eius honorẽ fabricata eſt eccleſia miro lapideo tabulatu, in qua ſepulta fuiſſe, ut ſcire poteſtis, ab omnibus ibidẽ prędicatur, ſed nunc uacuum eſſe cernentibus oſtenditur.

tur. Hæc idcirco dixerim, quia multi noſtrorum
dubitant, utrum aſſumpta fuerit ſimul cum corpo-
re, an obierit relicto corpore. Quomodo autē, &
quo tempore, aut à quibus perſonis ſanctiſsimum
corpus inde ablatū fuerit, uel ubi tranſpoſitū, utrū-
ue reſurrexerit, neſcitur, quāuis nōnulli aſtruere ue-
lint eam iam reſuſcitatam, & beata cū Chriſto im-
mortalitate in cœleſtibus ueſtiri. Quod & de bea-
to Iohanne euangeliſta eius miniſtro, cui uirgini à
Chriſto uirgo cōmiſſa eſt, plurimi aſſeuerant, quia
in ſepulchro eius, ut fertur, nō niſi manna inuenis-
tur, quod & ſcaturire cernitur. Veruntamen quid
horum uerius cenſeatur ambigimus, melius tamē
deo totū, cui nihil impoſsibile eſt cōmittimus, q̄
aliquid temere definire uelimus autoritate noſtra
q̄d nō probamus: ſicuti & de his quos cū dn̄o teſte
euāgelio reſurrexiſſe credimus, ſed utrū redierint
in terræ puluerē, certū non habemus, niſi q̄d legi-
mus, q̄a multa corpora ſanctorū q̄ dormierāt, ſur-
Mat. 27. rexerunt, ac uenerūt in ſanctā ciuitatē, ſ. Hieruſa-
lem, & apparuerunt multis. De quibus ꝑfecto ſan-
ctis nonnulli doctorum ſenſerunt, etiam & in
ſuis reliquerūt ſcriptis, quod iam in illis ꝑpetua ſit
cōpleta reſurrectio. Fatent enim quod ueri teſtes
nō eſſent, niſi & uera eſſet eorū reſurrectio. Vnde
& beatus Petrus dixiſſe legit, cum de Dauid loque-
retur in teſtimoniū: Et ſepulchrū, inquit, eius apud
Act. 2. nos eſt, quaſi non ſit auſus dicere quod ipſe aut cor-
pus eius apud nos eſt, ſed tantū ſepulchrū quo con-
ditus fuerat. Hinc aiunt reſurrexiſſe & ipſum cum
cæteris ſanctis, & ideo uacuum remanſiſſe mauſo-
leum, uti nunc beatæ Mariæ cernitur. Quod ſane
factum & de aliisquibuslibet locis ſcripturarum
affirmare conātur, quod hi iā cum Chriſto regnēt
reſuſcitati in æterna ſocietate. Quod, quia deo ni-
hil eſt impoſsibile, nec nos de beata Maria factum
abnuimus, quanquam propter cautelam ſalua fide
pio magis deſiderio opinari oporteat, quam incō-
ſulte definire quod ſine periculo neſcitur. Vnde &
de his ex quibus certi ſumus, tantiſper loquamur,
ad exhortationem ueſtrā qualicunq; ſermone, ad
ædificationem & laudem nominis dei, ut & religio
conſeruetur pro famulatu, & deuotio augeat pro
affectu: quoniam hæc eſt uirgo ſola quæ interemit
uniuerſam hæreticam prauitatem, ſola poſt Deū
quæ nos confirmet in omni ueritate, ſuisq; com-
mendet meritis, & precibus auxilietur, ut ipſi di-
gni inueniamur in eius laudibus. Quod ſi quęritur
poſt aſcenſionem Domini quid egerit, unum pro
certo eſt, quia uirgo ſancta corpore ac mente per-
manſit. Quam ſane angelus Gabriel ac ſi cœleſtis
paranymphus intactam cuſtodiuit, & Iohannes
apoſtolus atq; euangeliſta, cui Chriſtus eā de cru-
ce commiſit, uirgo uirginē ſeruauit, ſuisq; ei deſer-
uiuit obſequiis, nō q̄d eā eximius ille ſanctorū cho-
rus apoſtolorū deſeruerit, inter q̄s poſt reſurrecti-
onē dn̄i intrās & exiēs familiarius cōtulit de Chri-
ſti incarnatiōe, tāto ſiquidē uerius, quāto ab initio
plenius per ſpiritū ſanctum cuncta didicerat, & ꝑ-
ſpexerat oculis uniuerſa, licet & apoſtoli omnia ꝑ
eundem ſpiritumſanctum cognouerint, & in om-
nem edocti peruenerint ueritatē. Quam ſane bea-
tam uirginem & ſi omnes uenerati ſunt diſcipuli,
eiq; famulabantur officio dilectionis, Iohānes ta-
men amplius ac ſpecialius uſq; ad finem uitæ, qui
ſibi commiſſam accepit in ſuam quaſi matrem fili-
us, cui benignus magiſter de cruce: Mulier, inquit,
Iohā. 19 ecce filius tuus: ad diſcipulum autem, ecce mater
tua, ut uirgo uirgini cohæreret, & deſeruiret offi-
cioſiſsime cura adoptionis, non enim pudiciſsima
uirginitas alicui diſcipulorum rectius quam uirgi-
ni commendatur, ut eſſet ad inuicem grata ſocie-
tas & floridus aſpectus, nec non & uenuſtus cōuer-
ſandi uultus, uernansq; alternatim pudicitiarum
ſplendor decoratus. Vna ſiquidem uirtus uirgini-
tatis in ambobus, ſed altera proportio in Maria,
altera quidem, quia fœcundior, ſed ipſa: ipſa uero,
ſed altera, quia & ipſa eademq; incorruptio, tamē
fœcunditas integritatis longe glorioſior quā uir-
ginitas. Idcirco & fœcunditas in illa tota deifica
eſt & uirginitas, alioquin nuſquam ſecundum na-
turam naſcendi uirginitas ubi fœcunditas prædi-
catur, neq; fœcunditas ubi uirginitas integra con-
ſeruatur. ideoq; totum ſuperexcellit de illa quæ di-
cuntur, quia ſunt diuina atq; ineffabilia. Vnde uir-
ginitas & fœcunditas prolis, ſupereminens nouis-
tas eſt, quanquam humanum cernatur ex carne q̄d
naſcitur. Veruntamen & ſi magnificentior multū
uirginitas in Maria propter gratiæ excellentiam,
una tamen integritas carnis & una uirtus quę ad-
inuicem quaſi cognata ſociatur. Hoc quoq; Iohan-
nes quicquid eſt quod Maria genuit, euangelizan- Iohā. 1
do ſuo commendat eloquio, dicens: In principio
erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & Deus
erat uerbum. Hoc quippe uerbū quod erat in prin-
cipio, & apud deum erat, & deus erat, ipſum ge-
nuit beata & glorioſa uirgo Maria ex ſe carnem fa-
ctum. Idcirco & uirginitas longe ſacratior, & fœ-
cunditas (ut ita dicā) multo ineffabilior, quam ſuo
potuerit ille explicare eloquio. Veruntamen quā-
to uirginitas cognatior uirginitati, tanto beatus
Euāgeliſta cæteris excellentior & uicinior uerbo.
Ideo quicquid eſt quod uirgo genuit, totum prout
potuit homo ꝑ ſpiritumſanctum nobis reſerauit
manifeſtius & docuit. Cæterum ad exemplū hu-
manæ uitæ, conuerſatio eius poſt aſcentionē Chri-
ſti generaliter cum Apoſtolis fuit quouſq; diſper-
gerentur, ſicuti Lucas meminit, dicēs quod regreſ-
ſi quidem à monte Oliueti, Hieroſolymā uenerūt, Act. 1.
& aſcenderunt in cœnaculum, ubi manebāt Petrus
& Iohannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Tho-
mas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphęi
& Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi oēs, inquit,
erant perſeuerantes unanimiter in oratione cum
mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius.
Ecce Ieſu aſcendēte, cū quibus uirgo uacat in ſcho-
la uirtutum, & meditatur in lege mādatorum dei,
ut & ipſa ſit forma diſciplinæ Chriſti, & exemplū
perfectionis uirginibus. Conuerſat aūt cum teſti-
bus ſanctæ reſurrectionis, & ipſa teſtis conuerſat
cum ſenatoribus cœli infra curiā paradiſi, ſub ſan-
cti ſpūs diſciplina, & magiſterio diuinę maieſtatis.
Inuenitur prima inter primos ſummi regis heroas
ipſa cohæres, quorū uita nō erat iam de terris in q-
bus Chriſtus ꝑhabatur, ſed de cœlis. Hinc aſcēdiſſe
legunt in cœnaculū q̄ paſcha digniſsime celebrat.
Ibi quippe manebāt cū Maria matre Ieſu unanimi-
ter aſpirati in charitate, perſeuerantes in oratiōe,
donec induerent uirtute ex alto. Cœperāt enim iā
orare, q̄ dudū cum dn̄o cōuerſantes, uirtutibus &
miraculis paſcebantur. Et bene ꝑſeuerantes in ora-
tione, nihil hæſitātes, donec acciperēt munera ſpūſ
ſancti quę poſcebāt. Quos & uos o filię imitamini,
quę in ſchola Chriſti permanere uouiſtis, perſeue-
rate in orationibus unanimiter uiuētes, quouſq; in-
trare poſsitis gaudia æternę uitę, quo beata uirgo
te-

cedunt. Circundant eam flores roſarũ & lilia con-
uallium, uirginales gemmulæ, in ſua ſignifera ſpe-
ciali tripudio exultantes: & ſuum ſingulare canti-
cum, ipſa præcinente, poſt agni ueſtigia decantan-
tes. Adhuc autem & alia ratione, prædictos lapi-
des operimentum [illegible] noſtrę dicere poſſumus,
pro eo uidelicet quod merita glorioſa, quæ illorũ
proprietatibus exprimuntur, eius precioſa orna-
mẽta ſunt. ¶ Sardius quippe ſanguinij coloris eſt,
& martyrij gerit figurã: q̃d procuIdubio ornamẽtis
reginę huius in paſsiõe filij acceſsit. Vnde & ad eã
Luc. 2. dictum eſt: Et tuã ipſius animam pertranſibit gla-
dius. ¶ Topazius gratus regibus, duos habet colo
res, æthereum & aureum, contemplationem diui-
nitatis ſignificãs. Aurum quippe diuinitati, æther
contemplationi adaptatur. Et quis hominum uici
nius deũ contẽplari potuit q̃ hæc, quæ familiarius
omni rationali creatura, deũ in medio cordis ſui
ſuſcepit, & cooperante ſpiritusancto, propria car-
ne ueſtiuit? Teſtimonium etiam perhibet eius con
Luc. 2. templationi ſcriptura, cum dicit: Maria autem cõ-
ſeruabat omnia uerba hęc, conferens in corde ſuo.
¶ Iaſpis uiridis lapis eſt, immarceſcibilẽ fidei con
ſtantiam deſignans. Hanc quoq; in illa cõmendat
euangelicus ſermo, dicens: Et beata quæ credidit,
Luc. 1. q̃a perficientur ea quę dicta ſunt ei à dño. Magna
quippe erat uirtus fidei illius, quæ tã incredibilia,
tamq; inaudita nũcianti angelo tam cito credidit:
ac per hoc ſtatim ſpiritusancto fœcundari, & filiũ
dei concipere meruit. Conſeruauit autẽ immarceſ-
cibilem fidei ſuæ uirorẽ uſq; in finẽ: quę nec in mor
te filij dei in fide hæſitauit, quo minus deũ immor
talem crederet, quẽ mori uidebat ut hoẽm. Chry-
ſolithus quaſi ſcintillis ardentibus reſperſus appa
ret, cuius habent ſimilitudinẽ, q̃ ſermone ſapiẽtiæ
per ſpũm pollent. Qui dũ perſuaſionibus diuinis
proximorũ corda accẽdunt, quid aliud niſi quaſdã
ſcintillas ignis quo intus ardent, eructuant? Et de
beata uirgine indubitãter credendũ, quod cũ eſſet
plena igne ſpiritusſancti à tempore conceptionis
Chriſti, nunq̃ more leuium fœminarum ocioſa uer
ba effudit: ſed omnis ſermo eius ſale ſapientiæ ſa-
litus, & ad accẽdendũ proximorũ corda idoneus,
quaſi ſcintilla erat ignis illius, quem clauſum gere
bat intrinſecus. Pulchre in principio uiſitationis
eius ſcintillauit hic ignis, cũ de plenitudine ſpiri-
tusſancti diuinũ illud canticũ eructauit, dicẽs: Ma-
Luc. 1. gnificat anima mea dñm: & exultauit ſpũs meus
in deo ſalutari meo, &c. Quid etiã niſi quaſdã ſcin-
tillas emiſit, quãdo & de ſua uiſitatione, & de plu
rimis rebus quæ circa ſaluatorẽ noſtrum filiũ eius
geſtæ ſunt, euangelij ſcriptores inſtruxit? ¶ Onyx
colorẽ habet turbidũ & quaſi ſubtriſtem, in modũ
unguis humani, ſignificans humilitatis modeſtiã.
Quæ cum electa eſſet in matrem domini, ancillam
ſe nominauit: neq; aliud q̃ humilitatẽ in ſe deo pla
Luc. 1. cuiſſe profeſſa eſt, dicẽs: Quia reſpexit humilitatẽ
ancillæ ſuæ. Berylli ſpecies ſic eſt, quaſi aſpectus
aquæ fulgore ſolis repercuſſę. Erat in hunc modũ
uirgineæ mentis facies à ſole iuſtitiæ copioſiſſime
irradiata, cuius uno eodemq; tẽpore fulgor totus
illi infundebatur in terris, & totus ſplendebat in
ſupernis. Sapphirus ſereni cœli ſpeciem habet: &
tranquillitatem puræ mentis, quę nullis uitiorum
aut ſolicitudinum nubibus obſcuratur, ſignificat.
Vnde & thronus dei, ſapphiri ſpeciem habere dici
Eze. 1. tur in propheta: quia mentẽ cui deus inſidet quaſi
throno, cœleſti puritate & tranquillitate prædi-
tam eſſe neceſſe eſt. Quod autem ſummæ tranquil
litatis & quaſi ætheræ puritatis beata mẽs uirgi
nis fuerit, ex hoc certiſſimum eſt: quoniã cum abun
dantia ineffabili huic ſuperuenit ſpiritusſanctus, q̃
non nouit requieſcere niſi ſuper humilẽ & quietũ.
Obumbrauit ei uirtus altiſſimi, ut nullius uitij hu Iſa. 66.
mani nube ſerenitas eius poſſet perturbari: atq; ita
ſingularis thronus dei præ cunctis participibus effe-
cta eſt. Si enim ut filij dei poſſint eſſe, pacificos eſſe
neceſſe eſt: multum per omnia pacatam eſſe conue Mat. 5.
niebat ſacræ uirginis mentem, ut non ſolum filia,
ſed & mater dei eſſe mereretur. ¶ Carbunculus p
noctem lucet, in die autem obſcurus apparet. Huic
ſimili ratione ſicut lunæ ſiue auroræ, ſanctitas bea
tæ matris comparatur, quæ ante filij ſui aduentũ,
uidelicet dum adhuc nox antiqua curſum ſuũ per-
ageret, ſingulariter fulſit in mũdo: & quaſi quibuſ-
dam præcurrentibus radijs uenturi ſolis, præ cun
ctis uiuẽtibus illuſtrabatur. Quod nimirũ præſens
ſerat q̃ ait: Orietur ſtella ex Iacob. Et qui ait: Quę Nu. 24.
eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, Cant. 6.
pulchra ut luna, electa ut ſol? At ubi uerus ſol ex
utero ipſius emerſit, & illuxit dies quam fecit do- Pſal. 117.
minus: iam ex tunc ſi claritati filij cõparetur clari
tas matris, quamuis magna ſit uehementer, tamen
in illius comparatione quodãmodo obſcura uide-
tur, uelut ſi ſoli ſtellam cõparemus. ¶ Smaragdus
tam præclaræ uiriditatis eſt, ut etiam quoſdã uiri-
ditatis radios ad ea quæ applicita ei fuerit, emit-
tat: & ſua uiriditate nõ ſolũ arida, ſed & uirentia
afficiat. Cui pulchra ſimilitudine nobiliſſimus ille
uiror uirginitatis cõparatur, quæ etiã a uiriditate
uocabulũ traxit. Sicut enim mos eſt corruptis, ad
corruptelam alios libenter allicere: ita bonis uir-
ginibus proprium eſt, & per incoruptionẽ uirides,
ad uirginitatis uirtutẽ animare: & per corruptio-
nẽ arefactos, ad continentiæ uirorem uerbo & exẽ
plo reuocare: atq; ita & uirentia & arida ſua uiri-
ditate afficiunt. Ex quibus erat qui dixit: Vellem 1. Cor. 7
autẽ oẽs homines eſſe ſicut meipſum. Et rurſum:
De uirginibus præceptũ domini non habeo, conſi-
lium aũt do. Quantos ad uirginitatis culmen ere-
xit beatus ille uirgo, quẽ diligebat Ieſus, in uerbo Apo. 14
quo ait: Hi ſunt qui cũ mulieribus nõ ſunt coinqui-
nati. uirgines enim ſunt, & ſequuntur agnũ quocũ
q; ierit. Et dux uirginũ, uirgo Ieſus: Sunt qui ſei- Mat. 19.
pſos caſtrauerũt propter regnũ cœlorũ: q̃ poteſt ca-
pere, capiat. Bene igitur & ſmaragdus inter orna-
mẽta reginę noſtrę reſplẽdet, q̃a mirãdus cũctis gẽ
tibus uirginitatis uiror, in ea etiã poſt partũ ſingu
lariter uiret, & uiriditatis ſuæ nobiles radios per
om̃e ſeculũ ſpargit. Ecce enim gratioſa & amabilis
uirginitas illius p̃dicat̃ in uniuerſo mũdo, & multa
millia utriuſq; ſexus eius caſtitatis irradiant̃ exẽ-
plis, cõtinentiã carnis uouẽtes tã illi, q̃ uirgineę p̃
li illius. Bene itaq; pro his omnibus ad eã conuer- Eze. 28.
titur ſermo propheticus, quo dicit̃: Omnis lapis p̃-
cioſus operimentũ tuũ. Quicq̃d enim p̃cioſum, q̃c-
quid amabile illorũ precioſitate ſignatur, totũ in
illã diuinitus cõgeſtũ eſt. Certe nec Salomõ in om̃i Mat. 6.
gloria ſua ueſtitus fuit opimẽtis huiuſmodi. Odor Cant. 4.
ueſtimentorũ tuorũ, o Maria, ſicut odor thuris. O-
ptimi odoris incẽſum in cõſpectu altiſſimi ſunt p̃-
claræ uirtutes tuę, & ad deprecandã faciẽ eius effica-
ciſsimæ. Quaſi libanus nõ inciſus, uaporaſti habita
tionẽ tuã. Tua q̃ppe incorrupta integritas totam
domũ dñi optimę famę repleuit odoribus: & ad be
nedicendum & orandum Deum, mentes incitat

Eccl 24 uniuerſorum. Sicut cinamomũ & balſamũ aroma-
tizans odorem dediſti, ſicut myrrha electa dediſti
odorem ſuauitatis. Cinamomi in humilitate, balſa-
mi in charitate, myrrhæ in caſtitate nobis ſpiras
odorẽ: & idcirco currimus o Maria poſt te, in ſuaui-
tate unguentorũ tuorũ. Adiuua currentes, trahe
Cant. 1. laſſos, ſubleua lapſos, ut introeamus & nos tecum.
Quaſi terebinthus extendiſti ramos tuos ſuper la-
Eccl. 24 titudinẽ terræ: & ecce confugimus ad te, ut ſis no-
bis in umbraculũ diei ab æſtu, & in ſecuritatẽ & in
abſconſionẽ à turbine & a pluuia. Animaduertite
& uidete chariſſimi, quę de huius reginę gloria di-
cta ſunt, & manifeſtũ habebitis, quæ ſint deliciæ il-
lius, quas in ea notat ſermo diuinus, dicẽs: Quę eſt
iſta quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluẽs, & in-
nixa ſuper dilectũ ſuũ? Et quis eſt hic dilectus, niſi
amantiſſimus filius eius? Forti & inflexibili baculo
hanc inniti oportebat in ſua uenerabili ſenectute,
ad peragendũ iter illud magnũ & arduum, ab hac
ualle miſeriæ uſq; ad altiſſima cœlorũ, quæ nemo
1. Ti. 6. penetrauerat, præter unicũ filiũ eius. Ipſe ꝓculdu-
Apo. 17. bio rex regum, & dñs dominantiũ filius eius, cum
& 19. multitudine cœleſtis exercitus exultanter illi oc-
currit, baculum fidelem ſeipſum illi ſuppoſuit: por-
tauit, a qua portatus eſt, matrem plenã dierũ, ple-
nã omni opulentia ſpirituali ſupra omnẽ plenitu-
Eccl 24 dinem ſanctorũ, uſq; ad conſpectũ throni in excel-
ſo, & in ſolio ineffabilis gloriæ collocauit. Et ſic
in Sion firmata eſt, & in ciuitate ſanctificata ſimi-
liter requieuit. & in Hieruſalẽ poteſtas eius. Et ra-
dicauit in populo honorificato, & in partes dei
eius hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum
detentio illius. O prędicanda toto mũdo illius diei
gaudia, qbus in aduentu reginæ ſuæ lætificati ſunt
uniuerſi ciues ſupnæ Hieruſalem, congratulantes
filio in tali matre, & matri in tali filio. Et quid mi-
rũ? Si gaudiũ eſt familię cuiuſlibet puſilli hominis
in die quo ad nuptias ſpõſam ſuã adducit, nũquid
non eſſe debuit gaudiũ ciuibus cœli, in die quo &
regi illorũ ſponſam ex ſponſis electam, ad nuptias
ducere: filiam inter filias dilectã hęreditare, matrẽ
inter mulieres benedictã, condigne honorare cõ-
Luc. 1. placuit? Ad introitũ eius omnes tubæ cœleſtes in-
Iob. 38. ſonuerũt, & iubilauerunt omnes filij dei, & beatiſ-
ſimam prædicauerunt: collaudãtes uictricem ma-
nũ eius, quæ ceruicem ſupplãtatoris antiqui potẽ-
Pſ. 1. tiſſime humiliauit. Non ſic Eua, non ſic: ſed tanq̃
Gen. 3. puluis quẽ exufflauit ſerpẽs à facie paradiſi. Si er-
go chariſſimi hãc glorioſam dominã ueneratur &
laudat, ſi in ea exultat beata angelorũ ſocietas: mul-
to magis pertinet ad nos exultare in ea, & omni
honore, omni laude nomẽ eius exaltare. De nobis
enim exijt, noſtri generis gẽma ꝑcioſa eſt, honor
noſter p illã conſummatus eſt. Viles in conſpectu
angelorũ per uirũ & fœminam facti ſumus a prin-
cipio: ſed ecce ſuper illos uterq; ſexus eleuatus eſt,
uirilis in Chriſto, fœmineus in Maria. Iam & uirũ
& fœminam uelut ſocios & conciues honorant, ui-
Gen. 1. dentes utriuſq; generis principem ſuper ſe. Con-
tuentur ſupra ſe duo magna luminaria ex homini-
bus aſſumpta: luminare maius, & luminare minus,
Ieſum & Mariam: quibus ſolem & lunam æquipa-
Pſ. 107. rari omnino indigniſſimum eſt. Exultemus igitur
& lætemur in ea, quia omniũ noſtrũ fidelis aduo-
cata in cœlis eſt. Mediator dei & hominum, filius
1. Tim. 2 eius eſt: mediatrix filij ſui & hominum, ipſa. Sicut
Heb. 4. decet matrem miſericordiæ, miſericordiſſima eſt:
Pſ. 102. & nouit compati infirmitatibus humanis, quia no-

tum eſt ei figmentũ noſtrum. Propter quod & in-
terpellare pro nobis apud filium ſuũ non ceſſat, ſi
tamen noſipſos iniquitates noſtras deplorare ui-
derit ac deteſtari. Certe & ipſa pœnitentiam no-
ſtrã ex multitudine miſericordiæ pręuenit, & gla-
dium filij ad percuſſionẽ extentum cõtinet, orans
& petens, ut conuerſionem noſtram longanimiter
expectet. Si enim nõ tãta intercesſione mũdus ful-
ciretur, nimirũ iuſto dei iudicio ſubuerſus iam fuiſ-
ſet, ſicut olim Sodoma & Gomorrha diuino igne Gen 19.
perierũt, & ſicut populus Iudaicus in deſerto cœle-
ſtibus plagis abſumptus eſt. Ecce enim eædẽ iniq-
tates quæ illis erant cauſa perditionis, & multo
ampliores ꝑ uniuerſum mundũ multiplicatæ ſunt.
Quid ergo eſt propiciatrix hæc domina, niſi uelut
nubes quædam ſuauiſſima, obumbrans nobis a fa-
cie ſolis, ne nimia ęſtuatione illius exuramur? Itaq;
dilectiſſimi in ea tam potẽti, tam pia, & tam fideli
aduocata noſtra, toto corde gaudeamus: quæ nulli
digne poſtulanti auxiliũ negat, & pro nullo apud
filiũ fruſtra interpellat. Gaudeamus inq̃ in illa, &
dignis obſequijs, dignis laudibus cũ illis ſacris an-
gelorum legionibus eam ueneremur, ac uultũ eius
deprecemur cũ omnibus diuitibus cœli. Quæ ſunt
autẽ obſeqa, quibus tantã dominã digne poſſimus
honorare? Hoc certe illi gratiſſimum obſequiũ eſt,
ut eius ſacratiſſimã uitã imitantes, amemus quod
amauit, & uitemus quod uitauit. Grata eſt illi caſti-
tatis pulchritudo, per q̃ & ipſa in oculis altiſſimi
gratioſa facta eſt. Hanc igit̃ ꝓ illius & filij ſui reue-
rentia in cordis noſtri ſuſcipiamus hoſpitio, & am-
plectamur decorem eius, & gratiam magnã in cõ-
ſpectu eius inueniemus. Si enim immundities luxu-
riæ porcorum more uolutemur, abominabiles eri-
mus coram illa, & nihil dignum in conſpectu eius
agere poterimus. Dilecta eſt illi humilitatis mo-
deſtia, ꝓpter q̃ ad ſumma honoris faſtigia a domi-
no exaltata eſt. Hanc illius prouocati exẽplo ame-
mus, & opere exerceamus, & gratũ illi præſtabi-
mus oſequium. Si enim ſuperbiæ faſtu elatos nos
uiderit, placere illi in nullis actibus ualebimus, a-
pud quos regnat inimicus eius. Precioſa eſt in con-
ſpectu eius diuinæ charitatis flagrãtia, quæ ſuper
ſalutem & omnem pulchritudinem deum dilexiſſe
cognoſcitur: & idcirco ſuper omnem creaturam à
domino dilecta eſt. Si ergo & in hoc ei conformes
eſſe ſtuduerimus, ut toto corde deum ac dñm no-
ſtrum ſaluatorem, filium eius diligamus, in eo ipſo
holocauſtum pingue & ſuauiſſimi odoris in cõſpe-
ctu eius offeremus, nec acceptius ei miniſteriũ un-
quam exhibere poterimus. Si autẽ à charitate diui-
na uacui, & fraterno odio & inuidia pleni extiteri-
mus: fruſtra in os noſtrum laudes eius aſſumemus,
fruſtra in aliqua re obſequium illi præſtare cona-
bimur. Ipſi fratres iudicate: Si ſeruus nudus, aut tur-
piter conſciſſis ueſtibus indutus, & ſordidas habẽs
manus, corã pudica & ſeuera aliqua matrona mi-
niſtrare præſumpſerit, nonne abominabilis eſt illi?
Nimirum auertet oculos cum indignatione, ac de-
honeſtari ſe arbitrabitur illius miniſterio magis q̃
honorari. Quomodo ergo coram tremenda illa to-
tius mundi domina, quam tota cœleſtis curia cum
omni reuerẽtia honorat, iniquitatibus pleni appa-
rere, feſtiuitatibus eius intereſſe, & laudes eius ꝓ-
nũciare audemus: de qua certũ eſt quod diligit iu-
ſtitiã, & odit iniquitatẽ? Nõ eſt ſpecioſa laus in ore Eccl. 15.
peccatoris. Placere uõ poſſunt epulæ quantumuis
precioſæ, in ſordido uaſe oblatæ. Timeamus ne &
nobis

nobis dicatur ab ea: Bene obtuliſti, ſed male diuiſi-
ſti. Bene etenim illi offerimus, cum laudes eius ſan
ctas pronunciamus: ſed male diuidimus, cum noſ-
metipſos per uitã malam ab ea alienamus. Verun-
tamen quantumuis horrendæ ſint infirmitates no
ſtræ, nequaquam de miſericordia eius nobis deſpe
randum eſt, ſi in conſpectu eius noſmetipſos accu-
ſare, & interuentum eius pœnitenti corde uolue-
rimus flagitare. Proculdubio uidebimus auxilium
eius ſuper nos: quia multę ſunt miſerationes eius,
& multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus eã.
Sit nomen eius benedictum in ſecula ſempiterna.
Benedictus deus in multitudine miſericordię ſuę,
qui tam potentem, tam miſericordẽ, tam familia-
rem ſuæ maieſtati, nobis in ſuperna curia dedit ad-
uocatam. Deo noſtro ſit iucunda decoraq́ lauda-
tio, in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM FESTO
Sermo.

HOdie nanq́ glorioſa ſemper uirgo Maria cœ
los aſcẽdit. Rogo gaudete, quia ut ita fatear,
ineffabiliter ſublimata, cum Chriſto regnat
in æternum. Regina mundi hodie de terris & de
præſenti ſeculo nequã eripitur. Iterum dico, gau-
dete, q̃a ſecura de ſua immarceſſibili gloria, ad cœ
li iam peruenit palatium. Exultate inquam ac gau
dete, & lætetur oĩs orbis, quia hodie nobis omni-
bus eius interuenientibus meritis, ſalus aucta eſt.
Vobis quoq́ diligentibus eam honor & uirtus una
cum reliquis uirginibus ſacris amplior præſtatur
& gratia. Idcirco dilectiſſimi lętamini & laudate,
quia ſi deum ore prophetico in ſanctis ſuis lauda-
re iubemur, multo magis eum in hac celebritate
beatę uirginis matris eius oportet cũ hymnis & cã
ticis ſpiritualibus diligentius extollere, & dignis
deo iubilare præconijs, & myſticis honorare mu-
neribus. Nulli dubium quin totum ad gloriam lau
dis eius pertineat, quicquid digni genitrici ſuę im
penſum fuerit, ac ſolenniter attributum. Ex quo ti
meo ſatis, & ualde pertimeſco, dum ueſtris cupio
parere profectibus, ne forte ſicut improbus, ita &
indignus laudator inueniar, profecto cum nec ſan-
ctitas uel facundia ſuppetat, ut beatam & glorio-
ſam uirginẽ digne laudare queam: quoniã, ut uerũ
fatear, quicquid humanis dici poteſt uerbis, minus
eſt a laude cœli, quia diuinis eſt & angelicis excel-
lentius prædicata & laudata pręconijs. A ꝓphetis
quidem prænunciata, à patriarchis figuris & æni-
gmatibus ꝓſignata, ab euãgeliſtis exhibita & mõ-
ſtrata, ab angelo uenerabiliter & officioſiſsime ſa-
lutata. Præterea qualis & quanta eſſet, ab eodẽ di
Luc. 1. uinitus declaratur, cũ ait: Aue gratia plena, dñs te-
cum. benedicta tu in mulieribus. Talibus nanq́ de-
cebat uirginẽ oppignerari muneribus, ut eſſet gra
tia plena, quæ dedit cœlis gloriam, terris deũ, pa-
cemq́ infudit, fidem gentibus, finem uitijs, uitę or
dinẽ, moribus diſciplinam. Et bene angelus ad uir
ginẽ mittitur, quia ſemper eſt angelis cognata uir
ginitas. Profecto in carne præter carnẽ uiuere, nõ
terrena uita eſt, ſed cœleſtis. Vnde in carne ange-
licam gloriam acquirere, maius eſt meritum quam
habere. Eſſe enim angelum, felicitatis eſt: eſſe uero
uirginem, uirtutis: dum hoc obtinere uiribus uir-
go nititur cũ gratia, quod habet angelus a natura
utrunq́ tamen & eſſe uirginem uel angelum, diui-
ni muneris eſt officium, non humani. Aue, inquis,
gratia plena. Et bene plena, quia cæteris per par-
tes pręſtatur. Marię uero ſimul ſe tota infudit ple
nitudo gratiæ. Hoc quippe eſt quod Dauid canit, Pſal. 71.
Deſcendit ſicut pluuia in uellus. Vellus itaq́ cũ ſit
de corpore, neſcit corporis paſſionẽ. Sic & ſancta
uirginitas cũ ſit in carne, uitia carnis neſcit. Cœle
ſtis plane imber in uirgineũ uellus placido ſe infu-
dit illapſu, & tota diuinitatis unda ſe cõtulit in car
ne, quando uerbum caro factum eſt, ac deinde per
crucis patibulum expreſſum, terris omnibus pluui
am ſalutis effudit, & ſtillicidia gratię humanis prę
ſtitit mentibus. Dñs tecũ, inquit. Mira res: Eſt iam
erat cũ uirgine qui ad uirginem mittebat angelũ,
& præceſſit nunciũ ſuum deus, ſed a deo nõ receſ-
ſit. Nec teneri potuit locis, q̃ omnibus habetur in
locis, & totus ubiq́ eſt, ſine quo nihil totum. Ergo
uerbum patris nunq̃ a patre diſcedens, homo pro
nobis fieri dignatus eſt, ſecreto ſuo myſterio quo
ipſe nouit. Qui quoniam totũ ſuſcepit quod eſt ho
minis, homo totus eſt, & totum retinens quod dei
eſt, omnino aliquid aliud q̃ deus q̃ natus eſt ex Ma
ria, eſſe nõ potuit. Scit enim deus omnia & poteſt.
Propterea quia ita eſt, ſciuit ſe & potuit in utero
uirginis ſine ſui corruptione miſceri atq́ uniri, ut
unus eſſet Chriſtus deus & homo, una pſona, unaq́
ſubſtantia. Ob quod dei genitrix electa & pręele-
cta iure ab angelo gratia ſalutatur & prædicatur
plena. Vere plena, ꝑ quã largo ſancti ſpiritus imbre
ſuperfuſa eſt omnis creatura. Eſt ideo ſatis eã de-
uotiſſime primũ angelus ueneratur & ſalutat. Mi-
ratur itaq́ & ipſe qualis aut quanta ſit q̃ ſalutat.
Nõ enim ſimplex fateor, uel conſueta fuit illa ſalu
tatio, ſed omni admiratione digna. Siquidẽ uene-
rationis fuit delatio, oblatio muneris, famulatus
obſequij: q̃a & ſi in ſanctis patribus & ꝓphetis gra
tia fuiſſe creditur, non tamẽ eatenus plena. In Ma-
riã uero totius gratiæ quæ in Chriſto eſt, plenitu-
do uenit, quanq̃ aliter. Et ideo, inq̃t, benedicta tu
inter mulieres, id eſt, plus benedicta q̃ omnes mu-
lieres. Ac ꝑ hoc quicquid maledictionis infuſum
eſt per Euam, totum abſtulit benedictio Mariæ.
Inſuper & gratiam refudit Chriſti ortus, quam nõ
habuit prius omnis mundus. Igitur quod natura
non habuit, uſus neſciuit, ignorauit ratio, mẽs nõ
cœpit humana, pauet cœlũ, ſtupet terra, creatura
omnis etiã cœleſtis miratur. Hoc totũ eſt quod ꝑ
Gabrielem Mariæ diuinitus nũciatur, & ꝑ Chriſtũ
adimpletur. Qua de cauſa, de tali tantoq́ loq me
indignũ fateor. Sed & puto quod nemo pręſumat,
niſi q̃ quanta ſint quæ pandũtur, penitus ignorat.
Tamen etſi ad hæc nemo idoneus inuenitur, uotis
tamen omnibus ceſſare non debet q̃libet etiam pec
cator à laudibus, quanuis explere nõ queat quod
ſentitur. Vnde ſermo diuinus cũ de peccatore age
ret in Pſal. Sacrificiũ, inq̃t, laudis honorificabit me, Pſal. 49.
protinus addidit, & illic iter quo oſtendã illi ſaluta
re dei. Ac ſi patenter dicat: illic iter eſt laudis ad æ-
ternam laudẽ ſine fine manſurã, ſed nemo apprehẽ
dit illud, niſi ego præmõſtrauero. Propterea cha-
riſſimi q̃a iter ſalutis noſtrę in laudibus eſt ſaluato
ris, hortor uos & cõmoneo in hac ſacra ſolẽnitate
genitricis dei Mariæ, nolite ceſſare a laudibus.
Quod ſi uirgo es gaude quod meruiſti & tu eſſe
quod laudas: tantũ cura ut ſis q̃ digne laudari poſ-
ſis. Quod ſi continens & caſta es, uenerare & lauda
quia nõ aliũde cõſtat ut poſſis eſſe caſta, quam de
gratia Chriſti, quæ fuit pleniſſime in Maria quam
laudas. Quod ſi coniugata es certe aut peccatrix,
nihilominus cõfitere & lauda, quoniã inde miſeri

cordia omnibus profluxit & gratia ut laudent. Et
quanuis nō ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, noli
ceſſare a laude, qa inde tibi ꝑmittitur uenia & om
nibus ut laudes. Alioquin niſi iuxta moduiū ingenij
noſtri deū laudare in ſanctis ſuis ſtudeamus, quo-
modo eū ſecūdū quod cāolmus, iuxta multitudi-
nem magnitudinis eius laudare poterimus? Omni-
Pſal. 83. no prætermittendū nō eſt quod impleturi ſumus
quandoq; quod dicitur: Beati qui habitāt in domo
tua dñe, in ſecula ſeculorū laudabunt te. Quod no
ce non poſſumus, nec facūdia ualemus, exequamur
uotis & medullis cordis, qa magnus & bonus eſt
atq; immenſus, tantis ac talis, quantū & qualē ipſe
nouit, ore & ſpiritu confiteamur ad iuſtitiam & ſa
lutem. Hinc rogo omnes pariter feſtiuitatē glorio
ſæ ſemp uirginis Mariæ deuotiſſime celebremus,
quia hæc eſt dies omni ſeculo uenerāda, in qua me
ruit exaltari ſup choros angelorū, & peruenire ul
tra q̃ noſtræ humanitatis eſt natura. Vbi non ſub-
ſtantia tollitur, ſed gloriæ magnitudo mōſtratur.
Eleuatur in dexteram patris, ubi Chriſtus pro no
bis introijt pontifex factus in æternū ad cœli pala
tium. Hæc eſt, inquam, dies in qua uſq; ad throni
celſitudinē intemerata mater & uirgo proceſſit,
atq; in regni ſolio ſublimata, poſt Chriſtū glorio-
ſa reſidet. Sic utiq; ubiq; confidenter ſancta dei ca
nit eccleſia, quod de nullo alio ſanctorū fas eſt cre-
dere, ut ultra angelorum uel archangelorū merita
tranſcenderit, quia & ſi ſimilitudo repromittitur
ſanctis, ueritas tamen negatur. Hoc quippe priui-
legium non naturæ eſt, ſed gratiæ beatæ uirginis
Mariæ, de qua natus eſt ipſe deus & homo. Idcirco
& ipſa plus eſt meritis, & nō natura, q̃ uirgo & ho
mo. Vnde etſi cæteræ uirgines imitātur illam uſq;
ad conceptum partus, & Gabrielis nouæ ſalutatio-
nis obſequium, deinceps totum diuinū eſt quod
Lucæ. 1. operatur in ea, teſte angelo, quia ſpiritu ſancto &
uirtute altiſſimi obūbratur. Ante hoc ipſum ſane
uterus Mariæ uirginis quanuis mundus, quanuis
impollutus & alienus à cōtagione peccati, quāuis
ſanctus, tamen adhuc utilitate humanitatis indui-
tur (ut ita dicam) ac ſi lana candidiſſima, ſuiq; colo
ris dealbata. Ad quam ſane cum acceſſit ſpiritus ſan
ctus, quia ſi ipſa eademque lana inficitur ſanguine
cōchylij uel muricis, uertitur in purpurā, uerſa eſt
& ipſe ſine coitu in matrem, ut non ſit iam amodo
quod fuerat, ſed purpura ueriſſima ad indumentū
& gloriam ſummi regis diuinitus aptiſſime dedi-
cata, ut nulli deinceps ea uti uſu fœmineo licuerit,
niſi deo. Quippe, ut ita loquar, beata & glorioſa
uirgo Maria, eo modo quanuis dudū incompara-
bilis eſſe uniuerſis quę ſub cœlo ſunt uirginibus cō
probetur, ut decenter poſſit in ſe ſuſcipere diuini-
tatis admixtionē ſalua utraq; natura, tamē cū gra
tia repletur, cum ſpūſancto perfunditur, cū uirtu-
te altiſſimi obumbratur, ſit precioſior meritis, cel-
ſis ſublimior faſtigijs, pulchrior ſanctitate, glorio-
ſior ſuorū prærogatiuis meritorū, ita ut nullis iā
uſibus ſit ipſa eademq; mancipāda niſi diuinis. Vn-
de o ſanctiſſimæ uirgines & ſi imitari oportet tan
tam ac talē uirginē, tamq; præclarā uenerari mul-
tū cōuenit, & ultra angelicam quodāmodo digni-
tatē, quantū fas eſt cum gaudio laudibus digne eſ-
ferri, quæ ut diximus, non temere Chriſti per gra
tiam, ſuper choros angelorum exaltata, deuotiſſi-
me hodie prædicatur, qa præceſſit eam dñs & ſal
uator noſter, ex ea uera fide genitus ad cœleſtia, ut
pararet ei, ſicut ipſe ſuis ꝑmiſit diſcipulis, in ætha

reis manſionibus locū. Hinc quoq; Dauid prophe-
ta olim gratulabūndus Chriſto canit: A ſummo, Pſal. 18.
inquit, cœlo egreſſio eius, & occurſus eius uſq; ad
ſummū eius. Aſcēdit ergo eandem gloriam reſum-
pturus, licet non amiſerat quā prius habuerat an-
te q̃ mundus fieret. Aſcēdit & præparauit huic ſan
ctiſſimę uirgini locū immortalitatis, ut cum eo re
gnare poſſit in perpetuū. Et hęc eſt pręſentis eius
diei feſtiuitas, in qua glorioſa & fœlix ad æthereū
peruenit thalamū. Quæ ꝓfecto feſtiuitas, ſicuti &
uirgo incomparabilis eſt cęteris uirginibus, ita &
incōparabilis iſta eſt feſtiuitas omniū ſanctorū fe-
ſtiuitatibus, & admiranda etiam uirtutibus angeli
cis, propter quod ex perſona ſupernorum ciuiū in
eius aſcenſione admirans ſpiritusſanctus ait in can
ticis: Quæ eſt iſta quę aſcēdit ꝑ deſertum ſicut uir
gula fumi ex aromatibus? Et bene quaſi uirgula fu
mi, quia gracilis & delicata, quia diuinis extenua- Cant. 3.
ta diſciplinis, etenim concremata intus in holocau
ſtum incendio pij amoris, & deſiderio charitatis.
Vt uirgula fumi ex aromatibus. Nimirū quia mul-
tis repleta erat uirtutum odoribus, manans ex ea
fragrabat ſuauiſſimus odor etiam ſpiritibus ange
licis. Aſcendebat autē de deſerto præſentis ſeculi
uirga de radice Ieſſe olim exorta, ſed mirabantur
electorū animæ præ gaudio quænā eſſet quæ etiā
meritorum uirtutibus angelorū uinceret dignita-
tem. De qua rurſus idē ſpūſſanctus In eiſdem Can-
ticis. Quæ eſt iſta quę aſcendit, inquit, quaſi aurora Cant 6.
cōſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis
ut caſtrorū acies ordinata? Admiratur autē ſpiri-
tusſanctus, q omnes de aſcēſu huius uirginis admi
rātes facit, quod quaſi noui diluculi aurora rutilās
aſcenſu ſuo reſplendeat, multis freta & uallata ſan
ctorum agminibus. Vnde dicitur: Terribilis ut ca-
ſtrorū acies ordinata. Siquidē terribilis ſuis facta
uirtutibus, ut caſtrorū acies admodum ordinata,
hinc inde ſanctorum angelorū fulta præſidijs. Pul-
chra, inquit, ut luna, immo pulchrior q̃ luna, quia
iam ſine defectu ſui coruſcat cœleſtibus illuſtrata
fulgoribus, electa ut ſol fulgore uirtutum, qa ipſe
eam elegit ſol iuſtitiæ, ut naſceretꝰ ex ea. Ad cuius
profecto exequias, quantum fas eſt credere, famu-
lantur angeli, & uniuerſæ cœlorum congratulan
tur curiæ. Nec mirū, qa honor maternus eſt eius q
natus eſt ex ea quem oīs ordo cœlorū ueneratur &
adorat ſuper ſe eleuatum, cum patre in ſede maie-
ſtatis dñi. Legimus ergo q̃ ſæpe ad funera & ad ſe
pulturas quorumlibet ſanctorū angelos adueniſſe
& ad exequias eorum obſequia præſtitiſſe, nec nō
& animas electorum uſq; ad cœlos cum hymnis &
laudibus detuliſſe, ubi & utriuſq; ſexus chori com
memorantur frequenter auditi, laudeſq; ceciniſſe,
interea & quod ꝑſpicacius eſt, multo nonnunq̃ lu
mine eoſdē reſplenduiſſe, inſuper & adhuc uiuētes
in carne, ibidē mīri odoris fragrātiā diutius ꝑſen
ſiſſe. Quod ſi ad recreandam ſpem dilectiſſimæ, &
corroborandam fidem interdum aſſiſtentium ſal-
uator noſter Chriſtus ob merita ſuorum amplius
comprobanda, talia & tanta dignatus eſt exhibera
ꝑ ſuos cœli miniſtros circa defunctos, quanto ma-
gis credendū hodierna die militiam cœlorū cum
ſuis agminibus feſtiue obuiā ueniſſe genitrici dei,
eamq; ingenti lumine circūfulſiſſe, & uſq; ad thro
num olim ſibi etiam ante mundi conſtitutionem
paratum, cum laudibus & canticis ſpiritualibus
perduxiſſe? Nulli dubium omnem illam iam cœle-
ſtem Hieruſalem tunc exultaſſe ineffabili lætitia,

tunc lucidã tam inæſtimabili charitate tuoq; cum omni gratulatione iubilaſſe, quoniã feſtiuitas hęc, quę nobis hodie reuoluitur annua, illis omnibus fa ĉta eſt cõtinua, nec immerito. Creditur enim quod ſaluator omnium ipſe quãtum datur intelligi, per ſe totus feſtiuus occurrit, & cũ gaudio eam ſecũ in throno collocauit. Alias autẽ quomodo impleuiſſe
Exo. 20 creditur, quod in lege ipſe pręcepit: Honora, inqt, patrẽ tuum & matrẽ. Porro quod patrẽ honoraue rit, ipſe ſibi teſtis eſt, cũ ad Iudæos ait: Ego gloriã
Ioh. 8. meã non quæro, eſt q quęrat & iudicet, ſed ego ho norifico patrem meũ, & uos inhonoraſtis me. De
Lucæ. 2. matre uero euangeliſta, cũ redirent, ueniẽs ait. Na zareth, erat ſubditus illis ſed alia eſt natura qua
Ioh. 1. deus pater ſecundũ ſe honoratur: alia qua idem pa rentibus ſubditur: in utraq; tñ unus idemq; Chriſtus recte creditur, eo quod uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis: unus Emanuel, quod eſt nobiſ cũ deus. Hãc quippe unionẽ diuinitatis atq; huma nitatis, inconfuſam Indiuiſamq; catholica fides ſer uat. Quam ſane intelligendo cognoſcat naturalis, atq; ſecundũ ſubſtantiã conuenio unitatis, ut neq; conuerſio in alterutrã duarũ ſubſtantiarũ partem recipiatur, neq; diuiſio. Sic nanq; credere, honoras re eſt matrẽ dñi, quæ & deum nobis genuit & ho minẽ, neq; ſine deo hominẽ, neq; ſine homine deũ, ſed deũ & hominẽ unũ & uerum Ieſum Chriſtum. Alioquin dei genitrix dici non poſſet (quod multi hæreticorũ negare conati ſunt) niſi deũ uerum ge nuiſſet incarnatum, & ꝓpterea in Chriſto duas re ĉte confitemur natiuitates, unã uidelicet de patre ſine initio, & ſine tempore ſempiternã, & coæters nam deo patri: aliã de matre cũ tẽpore, quando mi ſerationẽ ioduens & miſericordiam, ſpontanea uo luntate ad nos deſcẽdit natus homo deus, ac p hoc iuxta ueritatẽ, & matris geſtatur utero, q ſemper deus agnoſcitur. Hinc etiam theotocon eam ueras citer cõfitemur, dei ſcilicet genitricem, necnon & chriſtotocon. non quod uerbũ carnẽ ſecum detule rit, neq; olim præfatæ carni copulatũ ſit, ſed tunc quãdo uerbum caro factũ eſt ex carne uirginis, di uinitatis atq; humanitatis ſubſtantia in utero ita confuſe unitur, ut una pſona ſit deus & homo Chri
Philip. 2 ſtus Siqdem ex duabus naturis ſine cõfuſione alte rius non niſi unus inuenitur Ieſus dñs, manẽs deus in forma dei, q ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens, manẽs unus idemq; in forma ſerui quã ſuſcepit. Totus quippe deus in carne uirginis, de q
Col. 2. natus eſt, & totus homo. Hinc quoq; apoſtolus: In quo habitat, inqt, corporaliter omnis plenitudo diuinitatis. Quapropter o filiæ eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut colũbæ, ut ex pru dentia pfectæ intelligentiæ annulum fidei ueſtrę, & margaritam, ꝓ qua omnia relinquitis, integram inuiolatamq; ſeruetis, ne dotẽ ſimul & arram ſpi ritusſanĉti, quod abſit, pdatis. Diligentius itaq; ꝓs curate, ſi quo modo ſimplicitas columbæ, q̃ fuit in
Cant. 2. Maria, illæſa inuiolataque cuſtodiatur. De qua Sas lomõ ait in canticis, quaſi in eiuslaude: Veni (inqt) columba mea, immaculata mea, Iã eñ hyems abijt
Cant. 4 & receſſit. Ac deinde, inquit, Veni de Libano, ueni, coronaberis. Nec immerito igitur uenire de Liba no iubetur, qa Libanus candidatio interpretatur. Erat eñ candidata, beata uirgo Maria multis meri torum uirtutibus, ac dealbata niuẽ candidius ſpiri tusſanĉti muneribus, ſimplicitatem columbæ in os mnibus repræſentans, qm̃ quicquid in ea grãtũ eſt, totũ puritas & ſimplicitas, totũ gratia & ueritas

fuit, totũ miſericordia & iuſtitia, quę de cœlo pro ſpexit. & ideo immaculata, quia in nullo corrupta. Iere. 31.
Circũdedit uirũ in utero, ſicut Ieremias ſanctus te ſtatur, & nõ aliũde accepit. Faciet, inquit, dñs no uum ſuper terram, & mulier circundabit uirũ. Ve re nouũ, & oĩm nouitatum ſupereminens nouitas uirtutum, quando deus quẽ ferre non poteſt muns dus, neque uidere aliqs ut uiuere poſſit, ſic ingreſ ſus eſt hoſpitium uentris ut corporis clauſtra neſci ret, ſicque geſtatus, ut totus deus in eo eſſet: & ſic inde exiuit, ut Ezechiel fatetur, porta omnino clau
ſa. Vnde cauitur in eiſdẽ canticis de ea: hortus con Cant. 4
cluſus, fons ſignatus, emiſsiones tuę paradiſus. Ve re hortus deliciarũ, in quo cõſita ſunt uniuerſa flo rũ genera, & odoramenta uirtutũ, ſicque cõcluſus, ut neſciat uiolari neque corrũpi ullis inſidiarũ frau dibus. Fõs igitur ſignatus ſigillo totius trinitatis, ex quo fons uitæ manat, in cuius lumine oẽs uides mus lumẽ. qa iuxta Iohannẽ, ipſe eſt qui illuminat oẽm hoĩem uenientẽ in hunc mundũ. Cuius profe ĉto emiſsio uteri, ſupnorum ciuiũ oĩm eſt paradi
ſus. De iſto nſque uẽtris agro patriarcha Iſaac lõ Gen. 27.
ge odorans aiebat: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, quẽ benedixit dñs. Quanuis putẽt parũ intelligẽtes quod priores ſanĉti minus de Chriſto
Intellexerũt myſteriũ incarnationis, cũ & ipſi eadẽ Ioh. 8.
ſaluati ſint gratia. Vnde cõſtat tẽpus nõ ſſudicaſſe ſacramentũ uniti hoĩsac dei, ita ut iã eſſet in illo p unitatẽ pſonæ ab initio ſeculi, q necdũ erat natus de Maria uirgine: quod multis ſcripturarũ declara tur indicijs. Vnde dñs ad Iudæos: Anteq̃ Abraham fieret, inqt, ego ſum. Quibus utique uerbis oſtẽdit ſeq loquebatur, in eo ſemper fuiſſe myſterio unita tis, q̃ ut cõmendaret, ante Abrahã, inqt, ego ſum. Nam Abrahã anteq̃ fieret, humanitatis eſt breuia tas: ego autẽ ſum, ęternitas declaratur naturę. In q̃ nimirũ ęternitate iã fuiſſe q loquebatur, p ſacramẽ
tũ ſuę incarnatiõis inſinuat. Quod Apoſtolus Iudas Iudæ. 1.
uolens dilucidare apertius, Ieſus, inquit, populum
ex Aegypto ſaluans, ſecũdo eos q non crediderũt, 1. Co. 10.
pdidit. Et alibi Paulus: Neque tẽtemus Chriſtum, ſicut qdam eorũ tẽtauerunt, nõ quod iã eſſet Ieſus aut Chriſtus natus ex Maria uirgine, ſed quia in il lo unico filio dei, iã unitas perſonę cõmendatur,
quæ occulta erat in myſterio. Quod & alibi euidẽ Ephe. 1.
ter Qui elegit nos, inquit, ante mũdi cõſtitutionẽ in ipſo, qa pfeĉto quicquid deus fecit ab initio, to tum fecit p unitatem ſacramenti Et ideo iam Ieſus erat in filio, q populum educebat, & Chriſtus in eo qui tentabatur, quoniã ſemper p ſacramenti unita tẽ in deo fuiſſe non dubitatur. Alioquin niſi ita cre dideris, aut Chriſtus deus nõ erit omnino, aut cons tra ꝓphetam deus recens uidebitur. Sed ne talibus quatiamur calũnijs, ſcrutẽdę ſunt ſcripturę, in quis bus unitas in Chriſto cõmendatur perſonæ, quem nõ præiudicat tẽpus, ne unus ſemper dicatur. Hoc quoq; beatus Petrus loquens de patribus ait: Per
gratiam dñi noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, Actu. 15.
quemadmodũ & illi. Nanq; illos dominus ſolus du cebat, & non erat cũ eo deus alienus. Vnde nec no biſcũ deus recens, quia unus idemq; eſt qui eorum duĉtor fuit, & noſter per paſsionem carnis ſuæ re demptor. Vnus ſiquidem ſua in carne, unus in ſacra mento, atq; unus in ſpiritu: nec admittit ratio, ut alius filius hominis, alius filius dei intelligatur, qui néc tempore præſcribitur, nec paſsione ſeparatur, ſed totus deus in Chriſtum, & Chriſtus in deũ tran ſijt, ut quicquid dei filius eſt, Chriſtus dicatur: &

quicquid in carne Chriſtus pertulit, id deus pertuliſſe recte credatur. Alioquin ſi ad rationem reſpicias, & ad ſenſus humanos, nequaꝗ ita eatenus potuerunt inter ſe conuenire deitas & humana cõditio. Conuenerunt in Chriſto, & unus ex ambabus Emanuel. Rogo uos o uirgines, rogo & uiduæ, imitamini Paulã matrem uiduam, exemplar continentiæ & caſtitatis, imitamini Euſtochium, ꝗ habetis nobiſcum, uirginem, & formam pſectæ integritatis. Quod ſi minus eſt in illis ꝗ in matre dñi, imo qa eſt, habetis ꝓlem fœcundã, & uirginẽ ppetuam: qa ſicut in cõparatione dñi nemo bonus, ita in cõparatione matris dñi nulla inuenitur pſecta, quãuis uirtutibus eximia comprobeť. Malui enim excipere ruborem pudoris, quam non exequi iuſſionem ueſtram quarũ precibusnonnunquam deus noſter obedire uidetur, præſertim cũ habeatis uobiſcum quas imitari uirtutis eſt, cum quibus diſcere poteſtis affectũ à me potius quam magiſteriũ, quod ad laudem huius diei requiſiſtis.

DE EODEM FESTO

Lectio euangelij Luc.x.

¶ In illo tempore: Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, & mulier quædã Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini.

VErba domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ hodie ex euãgelio recitata ſunt, admonẽt nos eſſe unũ aliquid quo tẽdamus, quando in huius ſeculi multitudine laboramus. Tẽdimus aũt adhuc peregrinantes, nondũ manẽtes, adhuc in uia, nondũ in patria, adhuc deſiderando, nondũ fruendo, tamẽ tendamus, ut aliquando peruenire mereamur. Martha & Maria duæ ſorores erant, ambę non ſolũ carne, ſed etiam religione germanæ. Ambæ domino cohæſerunt, ambæ domino in carne pſenti concorditer ſeruierunt. Suſcepit eũ Martha ſicut ſolent ſuſcipi peregrini, ſed tamen ſuſcepit ſamula dominũ, ægra ſaluatorem, creatura creatorem. Suſcepit autem ſpũ paſcenda, in carne paſcendũ. Voluit enim dñs formã ſerui accipere, & accepta forma ſerui, in illa paſci à ſeruis, dignatione, nõ conditione. Nã in iſta dignatio fuit ſe prębere paſcendũ. Habebat carnem, in qua eſuriret quidẽ & ſitiret, ſed neſcitis quia in eremo eſurienti angeli miniſtrabant? Ergo quod paſci uoluit, paſcẽti præſtitit. Quid autẽ mirũ, ſi & de ſancto Helia præſtitit uiduæ, quẽ prius coruo miniſtrante paſcebat? Nunqd paſcẽdo defecerat, quando ad uiduã mittebat? Non paſcendo defecerat, quando ad uiduã mittebat, ſed religioſam uiduã p obſequiũ exhibitũ ſeruo ſuo benedicere diſponebat. 3.Re.17 Sic ergo ſuſceptus eſt dñs tanꝗ hoſpes qui in ſua ꝓpria uenit, & ſui eũ nõ receperunt. Iohan.1 Sed quotquot receperũt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri, adoptãs ſeruos, & fratres faciens, redimens captiuos, & cohęredes faciens. Ne quis tamẽ ueſtrũ forſitan dicat: O beati q Chriſtũ ſuſcipere in domũ propriam meruerunt. Noli dolere, noli murmurare qa tẽporibus natus es quando iam dñm nõ uides in carne, nõ tibi abſtulit iſtã dignationẽ. Cum uni, Inquit, ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Hæc de domino paſcendo, paſcẽte ſpiritu, pauca pro tẽpore diximus. Veniamus ad cauſam quam de unitate ꝓpoſui. Martha dominum paſcere diſponens & præparans, circa multũ miniſterium occupabatur. Maria ſoror eius paſci magis elegit a domino, deſeruit quodammodo ſororẽ ſuam circa multum miniſteriũ laborantẽ, & ſedet ipſa ad pedes dñi, & uacans audiebat uerbũ eius. Auris fideliſſima audierat: Vacate & uidete, qm̃ ego ſum deus. Pſal.45. Illa turbabatur, iſta epulabatur. Illa multa diſponebat, iſta unũ aſpiciebat. Vtrunque officium bonũ, ſed tamen quod ſit melius, quid nos dicamus? Habemus quẽ interrogemus, patienter audiamus quid ſit melius. Iam cũ legeretur, audiuimus, & me cõmemorante iterũ audiamus. Interpellabat Martha hoſpitẽ, ad iudicẽ deponit poſtulationem piarũ querelarũ, quod eam ſoror deſeruerit, & ſic laborantem in miniſterio adiuuare neglexerit. Non reſpondente illa, ſed tamen præſente, iudicat Dominus. Maria cauſam ſuam tanquam ocioſa iudici maluit committere, nec in reſpondẽdo uoluit laborare. Si enim pararet reſpondendi ſermonem, remitteret audiendi intentionẽ. Reſpondit ergo dominus, qui in uerbo non laborabat, quia uerbum erat. Quid ergo dixit? ¶ *Martha Martha*, repetitio noĩs, indiciũ eſt dilectionis, aut forte mouendæ intentionis. Vt audiret intentius, bis uocata eſt, Martha Martha, audiuit: *Circa multa es occupata, unum autem opus eſt*, id eſt, unũ neceſſarium eſt. Nõ unum opus, quaſi ſingulare opus, ſed opus eſt, expedit, neceſſariũ eſt. Quid uoũ hoc elegerat Maria? Vnum cogitate fratres mei, & uidete in ipſa multitudine ſi delectat niſi unum. Ecce deo propicio ꝗ multi eſtis, quis uos ferret, niſi unũ ſaperetis? Vnde in multis quies iſta? Da unũ & populus eſt: tolle unum, & turba eſt. Quid eſt enim turba, niſi multitudo turbata? 1.Co.1. Sed audi Apoſtolũ: Obſecro autem uos fratres. Multitudini dicebat, ſed omnes unum facere uolebat. Obſecro autẽ uos fratres, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in uobis ſciſmata. Sitis autẽ pfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. Et in alio loco: Vnanimes, unũ ſentientes, nihil per contentionẽ neq; p inanẽ gloriã. Phil 2. Et dominus ad patrem de ſuis: Vt ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Ioh 17. Et in actibus apoſtolorũ: Multitudinis autẽ credentiũ erat cor unũ, & anima una. Act.4. Ergo magnificate dominũ mecũ, & exaltemus nomẽ eius in unum, qa unum eſt neceſſarium. Pſal 33. Vnũ illud ſupnum, unũ ubi pater & filius & ſpũſſanctus ſunt unum. Videte cõmendari unitatem. Certe trinitas eſt deus noſter: Pater non eſt filius, filius non eſt pater, ſpũſſanctus nec pater eſt, nec filius, ſed amborum ſpiritus, & tamen iſta tria non tres dij, non tres oĩpotentes, ſed unus deus oĩpotens. Ipſa trinitas unus deus, qa unũ eſt neceſſarium. Ad hoc unũ non nos pducit, niſi multi habeamus cor unũ. Bona ſunt miniſteria circa pauperes, & maxime circa ſanctos dei ſeruitia debita, obſeqa religioſa, redduntur enĩ, non dantur, dicẽte Apoſtolo: Si nos uobis ſpũalia ſeminauimus, magnũ eſt ſi carnalia ueſtra metamus? 1.Cor.9 Bona ſunt, exhortamur ad hęc, & & in uerbo domini ædificamus uos. Nolite pigri eſſe ad ſuſcipiendos ſanctos. Aliquãdo neſcientes ſuſcipiẽdo quos eſciũt, angelos ſuſceperunt. Bona ſunt hęc: melius eſt tamẽ q̃d elegit Maria. Illud enĩ habet ex neceſſitate occupationẽ, iſtud aũt ex charitate ſuauitatẽ. Vult homo occurrere quãdo miniſtrat, & aliqñ nõ poteſt. Quęritur q̃d deeſt, parať quod adeſt, diſtendiť animus. Nã ſi Martha ſola ſufficeret, adiutoriũ ſororis nõ poſceret. Multa ſunt, diuerſa ſunt, qa carnalia ſunt, tẽporalia ſunt. Et ſi

bona

bona ſunt,tranſitoria ſunt. Mariæ autem quid ait
dominus? ¶ *Meliorem partem elegit*. Nō tu malam,
ſed illa meliorem. Audi unde meliorem. Quæ non
auferetur ab ea. A te autē auferetur aliquādo onus
neceſsitatis, æterna eſt dulcedo ueritatis. Non au-
feretur ab ea quod elegit. Non auferetur,ſed tamē
augebatur. In hac aūt uita augetur,in alia uita per-
ficietur,nunquam auferetur. Cæterum tu Martha
(pace tua dixerim) in bono miniſterio benedicta,
pro iſto labore tuo mercedem quæris quietē, mo-
do occupata es circa multum miniſterium. Paſce-
re uis mortalia corpora,licet ſanctorum nunquid
cū ueneris ad illam patriam,inuenies peregrinum
quem hoſpitio ſuſcipias? Inuenies eſurientem, cui
panem frangas? Sitientē,cui potum porrigas? Ae-
grum,quem uiſites? Litigantem,quem concordes?
Mortuum,quem ſepellias? Omnia iſta ibi non erūt.
Sed quid ibi erit? Quod Maria elegit. Ibi paſcimur,
nō paſcimus. Ideo hoc erit plenum atq; perfectum
quod hic elegit Maria. De illa menſa opulenta, de
uerbo domini micas colligebat. Nā uultis noſſe qd
Luc.12. ibi erit? Dominus ipſe dicit de ſeruis ſuis: Amen di
co uobis,quia faciet eos recumbere, & tranſibit &
miniſtrabit eis. Recumbere quid eſt niſi uacare?
Recumbere quid eſt niſi quieſcere? Quid eſt,tranſi-
bit,& miniſtrabit eis? Prius tranſibit,& ſic mini-
ſtrat. Sed ubi? In conuiuio ſuperno,de quo dicit:
Mat.8. Amen dico uobis,multi ab oriente & occidente ue
niēt & recūbent cum Abrahā,Iſaac,& Iacob in re-
gno cœlorū. Ibi dominus paſcit,ſed prius hinc trā
ſit. Nam ut noueritis, paſcha tranſitus interpreta
tur. Venit dñs,fecit diuina,paſſus eſt humana. Nū-
quid adhuc conſpuitur? Nunquid adhuc expalma-
tur? nunquid adhuc flagellatur? nūquid adhuc cru-
cifigitur? nunquid adhuc lancea uulneratur? Trāſi-
uit. Deniq; & euangelium ſic loquitur, quando pa
ſcha fecit cum diſcipulis ſuis. Quid dicit euangeli-
Iohā 13 ſta? Cum autem ueniſſet hora ut Ieſus tranſiret ex
hoc mūdo ad patrem. Ergo ille trāſiuit,ut paſcat:
nos ſequamur,ut paſcamur. Tu autem.

ITEM ALIA HOMILIA
de eodem. Luc. x.

¶ In illo tempore: Intrauit Ieſus in quod-
dam caſtellum,& mulier Martha nomine
excepit illum in domum ſuam. Et reliqua
Homilia beati Anſelmi epiſcopi.

IN ſcriptura ſacra res una & eadem mul-
toties inuenitur diuerſa ſignificare, ſicut
1.Pe.5. leo,hœdus,ignis & aqua,uel etiam ſol &
alia multa. Eſt enim leo de tribu Iuda, eſt
leo qui circuit quærens quē deuoret. Eſt
hœdus emiſſarius qui peccata noſtra portauit, eſt
hœdus à ſiniſtris qui dānatur. Eſt ignis quē miſit
dominus in terrā,& quem uult ut ardeat: eſt ignis
qui ſuper impios cadit, ut non uideant ſolem. Eſt
aqua cuius flumina fluunt de uentre credentis: eſt
aqua cuius tempeſtas non nos demergit. Eſt ſol iu-
Matt.25 ſtitiæ,qui nos illuminet,eſt ſol qui nos nō urat per
diem. Licet ergo caſtellū alias maiū ſignificet, ut il
lud de quo dicitur, Ite in caſtellum,ubi & additur,
quod contra uos eſt. plane manifeſtat quid ſignifi-
cat,tamen hic caſtellum in quod intrauit Ieſus,ſin-
gularem & intemeratā uirginem eiuſdem Ieſu ge
nitricem (ſalua ſcripturarū regula) per ſimilitudi
nem accipimus. Caſtellum enim dicitur quælibet
turris & murus in circuitu eius. Quæ duo inuicem
ſeſe defendunt,ita ut hoſtes per murum ab arce,&
à muro per arcē arceatur. Huiuſmodi caſtello non
incōgrue uirgo Maria aſsimilatur, quā uirginitas
mētis & corporis quaſi murus ita undiq; uallauit,
ut nullus unquā libidini eſſet ad eam acceſſus, nec
ſenſus eius aliqua corrumperentur illecebra. Et qa
uirginitatem,cum libido non poſsit, ſolet impu-
gnare ſuperbia, eſt in eadem uirgine turris humi-
litas,quæ à muro uirginitatis omnem repellit ſu-
perbiā. Et quia humilitatem cum ſuperbia non poſ
ſit,ſolet impugnare libido, murus uirginitatis à
turre humilitatis oēm repellit libidinem. Itaq; hæc
duo,murus uidelicet uirginitatis, & turris humili-
tatis,ab altero muniuntur,ut nunquā in humili uir
gine fuerit nec ſuperbia uirginitatis, nec inquina-
ta humilitas,ſed ſemper in ea permanſerit & humi
lis uirginitas,& uirginalis humilitas. Quāuis aūt
quod dicitur ita uerū ſit,ut nihil uerius fides Chri
ſtiana credere poſsit,ponamus tamē aliqua de euā
gelio uirginitatis & humilitatis teſtimonia. Quip-
pe cū ab angelo filius ei pmitteret̃, reſpōdit: Quo- Lucæ.1.
modo fiet iſtud,quoniā uirum nō cognoſco? Si cui-
libet uirgini deſpōſatę in animo ſuo diſponēti nu-
bere diceretur,filiū habebis,nō miraretur, neq; in-
terrogaret quomodo illud fieret, utpote qa ſe deſ-
ponſatā,& in pximo nupturā ſciret, & à uiro fœ-
cundari uſu ſperaret naturę. Hæc aūt non immeri-
to mirata eſt,& quomodo quod pmittebatur fie-
ret, ſciſcitata: quoniā quāuis deſponſatā, tamen ſe
nunquā nupturam,neq; uirum cogniturā certiſsi-
me ſciebat. Hoc de uirginitate. De humilitate au-
tem dicendum, quod cum ab angelo ſalutaretur,
mater dei eligeretur,quomodo fieret ſalua uirgi-
nitate,cui tantum timebat,doceretur,benedicta ſu
per oēs mulieres pdicaretur,reſpondit: Ecce ancil
la dñi. Et in alio loco: Quia reſpexit humilitatem
ancillæ ſuę. O ſublimis uirgo mater dei, o humilis
mater ancilla dei. Quid ſublimius eſſe poſſet? quid
humilius de ſe ſentire poſſet? Sunt qui caſtellū hoc
Magdalū eſſe arbitrātur, à quo Maria Magdalena
cognominat̃. Quod ſi uerū eſt, prædictę interptaa-
tioni famulatur. Magdalus eñ turris dicitur, & hu
militati comparat̃. hic uero nō nominatur,ſed tan
tū quoddā dicitur,quod indiſcuſſum præterire nō
debemus. Quoddā, id eſt, ſingulare caſtellū fuit uir-
go Maria. Quāuis eñ multæ alię & mulierū uirgi-
nitatia habeant, & turrim humilitatis. i. uirgines
ſint & humiles,tamen ſalua uirginitate matres eſſe
non poſſunt,neq; filios generare,qd iſta ſola fecit.
Et ideo caſtellū hoc merito quoddā. i. ſingulare di
citur,qa iſta ſingulariter & uirgo & mater fuit,qd
nulla alia potuit uel poterit. Verū concedamus ali
quā poſſe & matrē eſſe & uirginē, quamuis ſit im-
poſsibile,etiā ſic uirgo Maria erit ſingularis, quia
unicum dei filium genuit, qui ſicut eſt unicus uni-
co patri, ita eſt unicus unicæ matri. Et ideo etiam
ſi uirgo pariat, nulla uel eundem uel alium talem
generabit. Eſt ergo caſtellum quoddam, in quod
intrauit Ieſus. Porta uero per quam intrauit,fides
eſt. Quia enim credidit, perfecta ſunt ei à domino
quæ ab angelo dicta ſunt, ſicut ait ad eam Eliza-
beth. Nec quia Ieſus intrauit in caſtellum hoc,uio-
latum eſt. Ieſus eñ ſaluat,non uiolat: confracta ſo-
lidat,nec confringit ſolida. Secundum nomen eius,
ita & opus eius. ¶ *Et quædam mulier Martha nomi-
ne, excepit illum in domum ſuam, & huic erat ſoror
nomine Maria*. Duæ ſorores iſtæ, ſicut ſancti pa-
tres nobis pleniſsime expoſuerunt, duas in eccle-

ſta ſancta uitas deſignat. Martha ſcilicet actiuam,
Maria contemplatiuam. Iſta laborat ad exhiben-
da indigenti omnia humanitatis officia, illa uacat
& uidet quoniam deus eſt. Iſta circa exteriora oc-
cupatur, illa interiora contemplatur. Sicut autem
mater Dei eſt ſingularis, ita & iſtarum effectus ui-
rarum, quarum iſtæ duæ ſorores typum tenent,
in ea extitit ſingularis. Nunquam in aliqua perſo-
na Martha ſic operata eſt, nunquam alias ſic Ma-
ria contemplationi uacauit, nunquam illa uel hæc
alias quod ſuum eſt, ſic exhibuit. Cum Martham
uel Mariam dico, earum ſignificata intelligo. Sed
iam uideamus actionem huius Marthæ, deinde cõ-
ſpiciamus contemplationem huius Mariæ. Et ut
planius id faciamus, quid alij per Martham operantur,
& quid iſta operata ſit, conferamus. Alij quemlibet
hoſpitem in domo ſuſcipiunt, iſta non quemlibet,
ſed proprium dei filium, qui nõ habet ubi caput re-
clinet, nun in domo, ſed in utero ſuſcepit. Alij nu-
dum quemlibet ueſte mutabili atque corruptibili
undelibet compoſita operiunt: illa uerbũ dei in ea-
dem uirginea carne in unitate perſonæ aſſumpſit,
quæ ſine fine incommutabilis atq; incorruptibilis
permanebit. Alij quemlibet eſurientem & ſitientẽ
cibo & potu exteriori reficiunt: iſta deum hominẽ
humanitus indigentem, non ſolum exterioribus
cibis uel potibus pauit, uerum etiam uteri ſui lacte
aluit. & ut breuiter ſex illa miſericordiæ opera p-
curramus, quæ cum uni ex minimis eius fiunt, deus
Mat.25. ſibi facta confitetur: iſta nõ quemlibet ex minimis,
ſed ſummum dei filium hoſpitem ſuſcepit, nudum
carne, uel etiam pannis operuit, eſurientem pauit,
ſitientem lacte potauit, infirmum per infantiam &
ætatem non ſolum uiſitauit, ſed etiam balneando,
fouendo, liniendo, geſtando frequentauit, ut meri-
to de ea dicatur: ¶ *Martha autem ſatagebat circa fre-
quens miniſterium.* Comprehenſo & crucifixo quaſi
in carcere poſito affuit, ſicut ſcriptum eſt: Stabat
autem iuxta crucem Ieſu mater eius. Inter hæc au-
Iohã.19 tem turbabatur, & ſolicita erat cum fugeret in
Aegyptum à facie Herodis, qui ſuũ talem filiũ adeo
perſequebatur, ut multos ſuſpectæ ætatis pueros
Mat.2. occideret. Turbabatur cum Iudæos inſidiantes, &
mortem ei inferre molientes cognoſceret. Ad ul-
timum turbata eſt ualde, & iuxta Simeonis uocẽ,
ſuam ipſius animam pertranſiuit gladius, cum uide-
Luce.2. ret ſuum talem filium comprehendi, ligari, flagel-
lari, conſpui, ſpinis coronari, derideri, colaphyza-
ri, crucifigi, mori, ſepeliri. Vnde bene ei congruit
q̃d dicitur: Martha Martha, ſolicita es & turbaris
erga plurima. Nemo uero dubitet, quod beata uir-
go Maria filiũ ſuũ uellet liberari de omni tribula-
tione, & ſeipſam adiuuari in turbatione à diuinita-
te, quam eidem filio ſciebat ineſſe per theoriã, quæ
eſt pars Mariæ, hoc eſt quod Martha conqueritur, q̃d
eã ſoror ſua relinquerit ſolã miniſtrare, & eius au-
xiliũ in miniſterio flagitat. Hæc de parte Marthæ.
Porro de parte Mariæ quæ optima p̃dicatur, quãta
uel qualis fuit in beata Maria quis digne loquatur?
ſi talis eſt, ut diximus, immo quia melior eſt quam
diximus, in beata Maria pars Marthæ, quæ quidẽ
à domino non laudatur, ſed tamen non uitupera-
tur, qualis eſt pars quam optimã Maria elegit, quæ
ſic laudatur, ut ab ea non auferri dicatur: O quam
magna multitudo dulcedinis dei fuit in beata uir-
gine, quã ſpiritusſanctus in eã ſuperuenit, & uirtus
altiſsimi obumbrauit ei, & de eodẽ ſpũſancto con-
cepit. Quid de deo nõ ſapiebat, in qua ſapiẽtia dei
latebat, & in cuius utero ſibi corpus aptabat? Chri-
ſtus eſt, ut ait Apoſtolus, dei uirtus & dei ſapiẽtia, 1.Cor.1.
& in eo ſunt oẽs theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ abſcõ- Col.2.
diti. Chriſtus autẽ in Maria, ergo dei uirtus & dei
ſapientia, & omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ
in Maria. Hæc non tantum ad pedes, ſed etiam ad
caput domini ſedẽs, audiebat uerbum ex ore eius.
Hæc conſeruabat omnia uerba angelorum, paſto-
rum, magorum, necnon ipſius filij ſui, conferens in
corde ſuo. Nemo unquam ſicut iſta guſtauit quam
ſuauis eſt dominus. Inebriabatur ab hubertate do- Pſal 35.
mus dei, & torrente uoluptatis eius potabatur.
Nec mirum, quoniã apud eam, immo intra eã erat
fons uitæ, de quo manabat tãta perfectio utriuſq;
uitæ. Circa plurima uero ut Martha occupabatur,
cuius unum ut Maria delectabatur, quia unum eſt
neceſſarium: plurima offeruntur, unum manet. Sin-
gulariter igitur partẽ Marthæ peregit, ſingulari-
ter optimã partẽ Mariæ elegit. Sed pars Marthæ
ei auffertur. Iam enim non erit ſolicita ut miniſtret
ei ſicut puero, cui omnes angelorum ordines mini-
ſtrant ſicut domino. Iam non turbabitur fugiens in
Aegyptum cum eo à facie Herodis, quia ipſe aſcen-
dit in cœlum, & Herodes deſcendit ad infernũ à fa-
cie eius. Iam non turbabitur erga plurima quæ fe-
cerunt filio ſuo Iudæi, quia omnia ſubiecta ſunt ei.
Iam filius Mariæ à Iudæis uel militibus non flagel-
labitur, nec occidetur, quia Chriſtus reſurgens à
mortuis, iam nũ moritur, mors illi ultra non domi- Rom.6
nabitur. Pars ergo Marthæ ei aufertur, ſed bono
ſuo: pars uero Mariæ ei perficitur, quæ non aufere-
tur ab ea. Exaltata eſt enim ſuper choros angelo-
rum. In bonis repletum eſt deſiderium ſuum, uidet
deum facie ad faciem ſicuti eſt, gaudet cum filio in
æternum. Hæc eſt pars optima, quæ non auferre-
tur ab ea, cuius & nos participes ſimus meritis &
precibus eius, per Ieſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum, qui uiuit & regnat, &c.

IN ASSVMPTIONE S. MARIAE

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

OMnia opera Saluatoris noſtri plena ſunt ſa-
cramentis: quicquid ubiq; agit, ſignificatio
eſt. Quod enim tunc tẽporis in quodam ca-
ſtello corporaliter egit, quotidie in ſancta Eccle-
ſia ſpiritualiter agit. Nam hæc Eccleſia, caſtellũ eſt:
& non qualecunq;, ſed forte & inſuperabile, utpo-
te ſuper montem poſitum, muro circundatum, tur-
ribus munitum, & angelorum exercitu uirtutũq;
præſidijs armatum. In hoc igitur caſtellũ dominus
Ieſus quotidie ingreditur, hoc aſsidue uiſitare non
dedignatur: in huc à Martha ſuſcipitur, eiusq; in do-
mũ inducitur. Videamus itaq; quid ſignificet Mar-
tha, uideamus quid ſignificet Maria. Vtraq; enim
magnum aliquid ſignificat. In his enim duabus Ec-
cleſia tota conſiſtit. Altera enim actiuam, altera
contemplatiuam uitam deſignat. Et actiuam qui-
dem Martha, Maria uero contemplatiuam. Vnde
non Maria, ſed Martha Chriſtum in domum ſuã
ſuſcepiſſe dicitur. Maria enim non habet domum:
quia uita cõtemplatiua oẽm huius ſeculi ſpernit ha-
bere poſseſsionem. Sufficit ei ad pedes domini ſe-
dere, ſufficit ei ſemper legere & orare, & in Dei
contemplatione uacare. Sufficit ei præterea uer-
bum dei ſemper audire, & mentem potius quam
uentrem nutrire. Tales enim prophetæ fuerũt, ta-
les & Apoſtoli, tales & multi alij, omnia relinquen-
tes, mundum fugientes, Domino adhærentes, tan-
quam nihil habẽtes & omnia poſsidentes. Hãc au-

tem

tem uitam non habent niſi boni. Actiuam uero ha-
bent ſimul & boni & mali. Inde enim & actiua dici
tur, quia ſemper in actu eſt, ſemper in fatigatione
& labore eſt, & uix aliquãdo in quiete eſſe poteſt.
Sed nos de illa actiua nõ dicimus quæ latrones ex-
ercet, tyrannos mouet, auaros ſolicitat, adulteros
inquietat, & omnes iniquos ad iniquitatis opera
incitat. Sicut enim non loquimur de alia Martha,
niſi de illa quę ſoror eſt Marię: ita nõ loquimur de
alia uita actiua, niſi de illa cui ꝓxima eſt cõtempla
tiua. Illa enĩ actiua, quæ munda & ſine peccato eſt,
contẽplationi proxima eſt. Quod enim Apoſtolus
prædicat, quod baptizat, quod manibus proprijs
laborat unde uiuat, quod diſcurrit per ciuitates,
quod ei ſolicitudo eſt omnium Eccleſiarũ, ad quã
uitam niſi ad actiuam pertinet? Vnde & hic de
Martha dicitur, quia ſatagebat circa frequens mi-
niſterium. Videmus enim uſque hodie eccleſiarum
præpoſitos & miniſtros ſolicite diſcurrere, labora
re, æſtuare, & multis modis fratrum neceſsitati-
bus inſudare, ut eos quoq; non immerito circa fre-
quens miniſterium ſatagere dicamus. Quanuis igi
tur contẽplatiua uita melior ſit quam actiua, quia
ſine ſolicitudine eſt, & nunquam fallit: actiua tamẽ
tam neceſſaria eſt, ut ipſa contemplatiua quoq; in
hac uita ſine ea eſſe non poſsit. Altera igitur indi-
get altera. Hæc enim orat, illa laborat: altera men
tem, & altera uentrem replet. Vnde Apoſtolus: *Si
nos, inquit, uobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ
eſt ſi carnalia ueſtra metamus?* Qui enim ſic ſemi-
nat, ad ſupernæ fœlicitatis contemplationem mẽ-
tes audientium eleuat. Dicatur ergo: *Martha autẽ
ſatagebat circa frequens miniſterium: quæ ſtetit, & ait:
Domine, non eſt tibi curæ quod ſoror mea relinquit me
ſolam miniſtrare? Dic ergo illi ut me adiuuet.* Sæpe enĩ
ſtat actiua, & (ſi dici poteſt) inuidet contemplatiꝰ
uæ. Qui igitur ſoli contẽplationi uacare deſiderat,
ſolitariam uitam eligat, ne dũ in conuentu multo-
rum à contẽplatione ſurgere non uult, cæteros ſta
re faciat, & opus cunctis neceſſarium impediat.
Quanuis enim Mariæ partem Dominus laudat, in
Eccleſijs tamen & multorũ cõgregationibus plus
Martha quam Maria utilis eſt. *Martha, Martha, ſo-
licita es, & turbaris erga plurima, porro unum eſt neceſ-
ſarium.* Sed quod unum? Vis audire quod? *Maria op
timam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Illud i-
gitur neceſſarium eſt, quod non auferetur, & æter
num eſt. Veruntamen neq; Martham à ſolicitudi-
ne Dominus ceſſare iuſsit: neq; Mariam eam adiu-
uare ꝑcepit. Oſtendit aũt eis quid neceſſarium ſit,
& ad quem finem utriuſq; intentio tẽdere debeat.
Bona eſt enim oĩm Eccleſiarum ſolicitudo, quã ſe
Apoſtolus quoq; habuiſſe dicit, ſed non illa quę ab
æternæ dulcedinis contemplatione mentem peni-
tus extorqueat. Fruſtra enim ſolicitus eſt, qui non
pro amore Dei, ſed pro uana gloria, & lucro tẽpo-
rali, & huius ſeculi dignitatibus ſolicitus eſt. De ta
libus enim Dominus ait: quia receperunt mercedẽ
ſuam. Bene uero ſolicito q̃d dicit? Euge ſerue bo-
ne & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper
multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui.
Bona eſt igitur ſolicitudo Marthæ, ſi tamẽ nõ mũ-
do, ſed Domino miniſtraret. Debet autem Maria
aliquando ſurgere, & ſororem ſolicitam adiuua-
re. Surgẽs autem uideat ne aſſuetæ contẽplationis
penitus obliuiſcatur: ne forte dũ alijs prodeſſe de-
ſiderat, ſui ipſius detrimentum faciat. Quum enim
uiri religioſi, ſolitarij & quieti, & diuinæ contem-
plationi dediti, multorum precibus Eccleſiaſtica
regimina ſuſcipiunt, tunc utiq; ſurgit, & ſororem
ſolicitam Maria adiuuare uenit. Sic igitur fit, ut il-
la quę prius quieta, ſterilis, & infœcunda erat, iam
laborare incipiat, multosq; deo filios pariat & nu-
triat. Hoc igitur ſignificauit Rachael, prius quidẽ
ſterilis, ſorore eius fœcunda & in multorum filio-
rum progenie gloriante, ſed poſtea ipſa quoq; cõ-
cepit, & filios parere cœpit. Hæc autem duæ mu-
lieres prudẽtiſsimæ, totius Eccleſiaſtici exercitus
duces & præuiæ ſunt. Has cætera turba ſequitur.
Alij poſt Martham, alij poſt Mariam uadunt. Nulli
enim cœleſtẽ illã patriã ingrediũtur, niſi qui hanc
uel illam ſequuntur. Merito ergo ſancti patres cõ-
ſtituerũt, ut in hac ſolennitate beatæ uirginis Ma-
riæ hoc Euãgelium legeretur, quæ ſpecialiter qui-
dem per has duas mulieres ſignificatur. Ipſa enim
inter omnes creaturas beatiſsima uirgo, utriuſq;
uitæ, actiuæ uidelicet & contemplatiuæ, plus cęte-
ris omnibus priuilegia cuſtodiuit. Ipſa quoq; ſicut
Martha, imo melius quam Martha, ſuſcepit Chri-
ſtum, non ſolũ in domum ſuam, uerum etiam intra
clauſtra uteri ſui. Ipſa eum concepit, ipſa eum ge-
nuit, ipſa eum peperit, & portauit, & plus quam
Martha & frequentius ei miniſtrauit. Ipſa deniq;
ſicut Maria eius uerbum non ſolum audiebat, ue-
rum etiam in corde ſuo conſerebat, nobisq; ad le-
gendum & audiendum cuſtodiebat. Sic enim ſcri-
ptum eſt: Maria autem conſeruabat omnia uerba
hæc, conferens in corde ſuo. Ipſa eum non ſolum
ſecundum humanitatem, uerum etiam ſecundum
diuinitatem, & contemplari & plus omnibus co-
gnoſcere meruit. Ipſa igitur optimam partem ele-
git, quæ non auferetur ab ea.

IN FESTO S. BARTHOLO-
mæi apoſtoli. Luc. xxij.

¶In illo tempore: Facta eſt contentio inter
diſcipulos Ieſu, quis eorum uideretur eſſe
maior. Et reliqua. Homilia uenerabilis Be
dæ presbyteri.

SIcut boni eſſe moris ſolet in ſcripturis, ſemꝑ
exempla patrum præcedentium, in quibus ad
meliora ꝓficiant, quibus agnitis de ſuis acti-
bus humilientur, ingerere: ſic e contrario reprobi ſi
quid forte in electis reprehenſibile repererint,
quaſi ſuas ex eo nequitias obtecturi, aut pro iuſto
defenſuri, libentiſsime ſolẽt amplecti. Ideoq; mul-
to ardentius legunt, quod facta eſt contentio inter
diſcipulos Chriſti, quis eorum uideretur eſſe ma-
ior, quam quod multitudinis credentium erat cor
unum, & anima una. Multo recolunt tenacius q̃d fa 1.Cor.3.
cta eſt diſſenſio inter Barnabã & Paulũ, ita ut diſ-
cederent ab inuicẽ, q̃ q̃d idẽ Paulus ait: Cũ ſit enim
inter uos zelus & contẽtio, nonne carnales eſtis &
nonne homines eſtis? Quaſi nobis infirmitas ſan-
ctorum imitanda ꝓponatur, & nõ illud potius, q̃a
cõualuerũt de infirmitate, fortes ſunt in bello, hoc
maxime in loco, ubi & ipſa contentionis eorũ cau-
ſa eſt nobis incognita. Neq; enim incredibile eſt, q̃a
iuxta hoc quod alibi pręcipitur. Cõtendite intra- Luc 18.
re per anguſtam portam, honore ſe inuicem præ-
ueniędo certauerint. Verum qualibet ex cauſa con-
tenderint, non potius carnales adhuc diſcipuli q̃d
geſſerint, ſed ſpiritualis magiſter quid iuſſerit, ui-
deamus. ¶*Dixit autem eis: Reges gentium dominan-
tur*

tur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici
uocantur: Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in uobis,
fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.
Certātibus de prioratu diſcipulis, pius magiſter
eos non initæ contentionis arguit, ſed formam
quam ſequantur humilitatis, modeſta ratione de-
ſcribit. In qua tamen forma obtinenda maiores &
præceſſores, id eſt, doctores eccleſiæ non minima
diſcretione opus habent, ne uidelicet regum gen-
tium inſtar dominari ſubiectis, ſeq; ab eis gaudeāt
ſuperuacuis laudibus attolli, ſed ad exemplum re-
gis æterni, quaſi iuniores eis quibus regendis præ
ſunt, efficiantur ac miniſtri, quia nimirum neceſſe
eſt, ut ſic bene agentibus per humilitatem ſint ſo-
cij, quatenus contra delinquentium uitia per zelū
iuſtitiæ ſint erecti, ut & bonis in nullo ſe præfe-
rant, & cum prauorum culpa exigit, poteſtatē pro
tinus ſui prioratus agnoſcant. Ne enim præſiden-
tis animus ad elationem poteſtatis ſuæ delectatio
ne rapiatur, recte per quēdam ſapientem dicitur:
Ducem te conſtituerunt? noli extolli, ſed eſto in il-
1. pe 5. lis quaſi unus ex illis. Hinc etiam Petrus ait: Non
dominantes in clero, ſed forma facti gregis. Et ta
men nōnunquam grauius delinquitur, ſi in peruer
ſos plus æqualitas quam diſciplina cuſtodiatur.
Quia enim falſa pietate ſuperatus ferire Heli de-
linquentes filios noluit, apud diſtrictū iudicem ſe-
metipſum cum filijs crudeli damnatione percuſsit.
Vnde neceſſe eſt, ut rectorem ſubditis, & matrem
pietas, & patrē exhibeat diſciplina, atq; inter hæc
ſolicita circunſpectione prouidendū, ne aut diſtri-
ctio rigida, aut pietas ſit remiſſa. ¶ *Nam quis maior*
eſt, qui recumbit, aut qui miniſtrat? Nonne qui recumbit?
Ego autem in medio ueſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Ad
uerba exhortationis ſuimet adiūgit exempla, quę
Iohannes euangeliſta plenius commemorās, inter
cætera ſcribit: Si ergo ego laui ueſtros pedes Do-
Iohā. 13. minus & magiſter, & nos debetis alter alterius la
uare pedes, quanuis etiam uerbo miniſtrandi poſ-
ſint omnia quæ deus in carne geſsit, intelligi. Nā
Mat. 20. & ipſum ſui ſanguinis ſacramentū miniſtrando no
bis ſe fundere ſignificat, cum dicit: Sicut filius ho-
minis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare
animam ſuam redemptionē ꝓ multis. Et hoc quo-
que maioribus eccleſiæ ꝓcipuum miniſtrandi ge-
nus oſtendens, ut non ſolū miſericordes eleemoſy-
næ, doctrinæ ſalutaris, ſpūalis exempli miniſteria
fratribus impendamus, uerumetiam ſicut ille ꝓ no
bis animam ſuam poſuit, ita & nos pro inuicē ani-
mas ponere diſcamus. ¶ *Vos eſtis qui permanſiſtis me-*
cum in tentationibus meis, & ego diſpono uobis ſicut di-
ſpoſuit mihi pater meus regnum. Non inchoatio pa-
tientiæ, ſed perſeuerantia cœleſtis regni glorię do-
natur. Quia nimirū perſeuerātia quæ alio nomine
conſtantia uocatur, robur quoddam & fortitudo
mentis, cunctarumq; (ut ita dixerim) eſt columna
uirtutum. Quę cum bene & recta & firma cōſiſtit,
nihil eſt certius, nihil tutius bonis moribus. Quod
ſi aliquo deijciatur turbine, non ſolum labitur: om-
nia enim prorſus animi bona ſimul corruūt. Sicut
ergo diſpoſuit filio regnum (quem factum obediē-
Phil. 2. tem uſq; ad mortem, mortem autem crucis, exalta
uit, & donauit ei nomen quod eſt ſuper omne no-
men) ſic & filius idem permanentes ſecum in tenta-
Rom. 6. tionibus æternum ducit ad regnum. Si enim com-
plantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul
& reſurrectionis erimus, à cuius ſublimitate pro-
miſsi Iudas infelix excipitur. Nam & antequam
hæc dominus diceret, exijſſe credendus eſt, qui nō
modo permanere cum illo in tētationibus ſpreuit,
uerum ipſos tentationum eius iuuit autores. Exci-
piuntur & illi, qui auditis incomprehenſibilibus
ſacramenti uerbis, abierunt retro, & iam non cum
illo ambulabant. Non enim recedentes à domino,
niſi quotquot pœnitendo redierunt, potuere ſalua-
ri. ¶ *Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno*
meo. Menſa hæc propoſita omnibus ſanctis ad fru-
endum, cœleſtis eſt gloria uitæ, cibus potusq; ille,
de quo alias dicitur: Beati qui eſuriunt & ſitiunt Mat. 5.
iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, fruendo ſcili-
cet olim deſiderato & amato gaudio ueri & incon
cuſsi boni. Et ſedeatis ſup thronos iudicantes duo
decim tribus Iſrael. Hæc eſt illa quam Pſalmiſta
canit, immutatio dexteræ excelſi. Vt qui nunc hu-
miles gaudent miniſtrare conſeruis, tunc ſuper do
mini menſam ſublimes uitæ perpetuæ dapibus a-
lantur. Et qui hic in tentationibus iniuſte iudicati,
cum domino permanent, illic cum eo ſuper ſenia
tores ſuos iuſti iudices ueniant: & quanto huic mū
do magna humilitate deſpecti ſunt, tanto tunc ac-
ceptis ſedibus maiori culmine poteſtatis excre-
ſcant. Tu autem domine.

IN DECOLLATIONE
beati Iohannis Baptiſtæ, ſermo
beati Iohannis epiſcopi,
alias Chryſoſtomi.

HEV me, quid agā? Vnde ſermonis exor-
dium faciam? Quid dicā, uel quid taceā?
Non enim ego tantum in ſtuporem men
tis factus ſum ſolus, ſed & omnes qui au-
dierunt euangelij uocem, & mirant me-
cūm uel Iohannis conſtantiam, uel Herodis nequi-
tiam, uel impiarum mulierum ferinam leuitatem.
Quid enim audiuimus? Herodes, inquit, apprehen-
ſum Iohannē poſuit in cuſtodiā. Quamobrem? Pro
pter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui. Et
reprehendam forſitan leuitatem Herodis, an furo
rem à mulieribus miſerrime inductum? Quid dicā?
Quomodo inquam enarrem mulierum illarū cru-
delem malitiam? Et quidem ego exiſtimo nullam
in hoc mundo eſſe beſtiam comparabilem mulieri
malæ. Sed nunc mihi de mala muliere ſermo eſt, nō
de bona & honeſta. Noui enim multas bonas & ho-
neſtas & ornatas, in omne opus bonum promptas,
quarum me uitā commemorare oportet ad ædifi-
cationē audientiū, & ad honorē bonarū excitandū
in mētibus ſingulorū. Nulla ergo in hoc mūdo be-
ſtia ſimilis eſt mulieri malę. Quid inter quadrupe-
dia animalia leone ſæuius? Sed nihil ad hāc. Aut in
ſerpētibus qd dracone atrocius? Nec hoc quidē iu-
xta mulierē malā & litigioſam cōferri poteſt. Nā
& leo & draco in malo inferiores ſunt. Atteſtatur
huic ſermoni meo ſapiētiſsimus Salomō, dicēs: Co Eccl. 25.
habitare leoni & draconi melius eſt, quā cū mulie-
re mala & litigioſa. Et ne putes propheticum hoc
uane dixiſſe, ex his rebus diſce manifeſtius: Danie-
lem leones in lacu reueriti ſunt, iuſtū uero illū Na-
both Iezabel interfecit. Cetus Ionam in uentre cu-
ſtodiuit. Dalila aūt Sāſonem circumuentum illece-
bris uirū ſuum, nouacula raſo capite deformatum,
alienigenis tradidit. Dracones & aſpides & cornu-
tæ beſtiæ Iohannem Baptiſtam in deſerto uiuen-
tem ſubdita feritate tremuerūt. Herodias uero ei-
dem caput abſcidit, & tanti uiri mortem in preciū
falta-

ſaltationis accepit. Heliam corui in monte pauce-
1 Re.19 runt, & Iezabel eum poſt illam redditæ per ipſum
terris pluuiæ gratiam perſequebatur, ut pœnam
mortis ei redderet, cuius orationibus depulſa ge-
neris humani fame, & ipſa licet indigna, uiuebat.
Quid enim dixit poſt illud admirabile beneficiũ?
Si tu es Helias, & ego ſum Iezabel. Hęc mihi faciãt
dij, & hæc apponant, niſi craſtina hac hora ponam
animam tuã ſicut animã unius eorũ qui interfecti
ſunt, & timuit Helias, & abijt ſecundum animã ſu-
am, & perrexit in deſertum, uiam quadraginta die-
rum, & cœpit quaſi tædians in defectione animæ
poſtulare ut moreretur, & dixit: Domine Deus,
ſufficit iam, accipe animam meã, quia non ſum ego
melior ſuper patres meos. Væ mihi. Quid adhuc di
cam, ſi ille propheta tantus timuit mulierem, qui
totius mundi ſtatum, & cœli pluuiam & agri ſpe-
ciem in linguæ poteſtate portauerat, qui ignem e
cœlo eduxerat, & per uirtutẽ orationis mortuos
ſuſcitauerat? Hic timuit mulierẽ? timuit inquam,
nulla enim malitia ęmulari poteſt mulierem malã.
at teſtatur iterum huic uerbo meo ſapientiſſ. Salo-
mon: Quia non eſt caput ſuper caput ſerpentis, &
non eſt malitia ſuper malitiam mulieris. O malum
Eccl.25. ſummum & acutiſsimum diaboli telũ mulier. Mu-
lier ab initio Adam in paradiſo proſtrauit, & de pa
radiſo exterminauit. Mulier mitiſsimum illum Da
uid in necem militis ſui innocentis Vriæ Ethei, ut
epiſtolam dolo mandaret, armauit. Mulier ſapien-
tiſsimum Salomonem in præuaricationis ſacrile-
gium præcipitauit: mulier fortiſsimum Samſonẽ
illuſum raſumq; cæcauit, ut & uirtutum crinibus,
& decore oculorũ expoliatus, ludibrio foret hoſti
bus, quibus fuerat ante terrori, & cũ his captiuus
moleret, quibus dominabatur inuictus. Mulier ca-
ſtiſsimum illũ Ioſeph uinculis alligatũ detraxit in
carcerem. Mulier illã totius mundi lucernã Iohan-
nẽ capite trũcauit. Et quid dicã de mulieribus? Mu
lier angelos de cœlo depoſuit, id eſt, homines ſan-
ctos, qui ad cœlũ pergebant: mulier cuncta omni-
no proſtrauit & iugulauit, oẽs interfecit, oẽs elidit,
repletos ignominia, & honore uacuos. Mulier enĩ
impudens nemini parcit, non leuitã honorat, non
ſacerdotem reueretur, non prophetę defert hono
rem. O malum omni malo peius, mulierem malã,
ſiue illa pauper ſit, ſiue diues, duplex malum eſt. Si
habeat facultatẽ malitiæ ſuæ cooperantẽ, malum
duplex, intolerabilis uipera, immedicabile uene-
num. Scio enim & ego aſpides blandimento incan
tantium mitigari, & leones & tigrides & pardos
domita feritate mãſueſcere. Mulier mala & ſi iniu-
riam patitur, inſanit: & ſi honorem accipit, extol-
litur. At ſi potentis alicuius uxor ſit, non ceſſat die
ac nocte uirum ſuum callide ſtimulare, blande, ne-
quiter importune & uiolenter, donec mentem e-
ius extrudat impatientia, & ad ſui conſenſum furo
ris exacuat, ut ſibi ſimilem faciat maritum. Impro-
bis male ſuadet conſilium, ſicut Herodias fecit He-
rodi. Si uero pauperẽ uirum habeat, ipſum quoq;
ad iracundias & rixas incitare non deſinit. Et ſi ui
dua ſit, oẽs paſsim deſpicit, & ad omne mẽdacium
ſpiritu ſuperbiæ inflatur. Timore enim dei non re-
frenat linguam ſuam, nec futurum iudicium pro
ſpicit, neq; ad Deum intendit. Non amicitiæ iura
ſeruare, non religionis fidem nouit uereri. Nihil ei
eſt uirum ſuum tradere ad mortem. Deniq; iu-
ſtum Iob mulier ſua ad mortem tradebat, dicens:
Iob.2. Dic uerbũ in Dñm, & morere. O malignitas inef-
fabilis, o uoluntas impia. Non miſerta eſt uiro ſuo,
cum uideret omnia membra eius atq; uitalia ul-
ceribus ignitis ardentia, & totam carnem eius uer-
mibus inuolutam. Non inflexa eſt ad miſericordi-
am, uidens eum tot doloribus uolui, & duris cruci-
atibus cõſtrictum, agone funereo dimicare, & ulu-
latu lachrymabili dolores ſuos intentione laterum
tabidorum expreſsis uocibus decantare. Non mi-
tigata eſt affectione mentis uxor, cum illum quem
regale quondam purpura amictum uiderat, nunc
in aggere ſtercoris nudato corpore iacentem ui-
deret. Nec recordata eſt priſtinæ cum eo conſue-
tudinis ſuæ, neque quanta per ipſum gloria & di-
uitijs & honoribus floruiſſet, ſed oblita omnium
bonorum, auſculta quid ait: Dic uerbum in Domi
num, & morere. O gratia coniugalis, o ſermo ma-
gnis doloribus leniendis accommodatus, o chari-
tatis unanimis fides. Dic mihi mulier. Putas ne
unquam ſi te in ſimili tribulatiõe poſitam uidiſſet,
tale ad te uerbum potuiſſet emittere, & non orati
onibus & benefactis paſsionem tuam abſterſiſſet?
Et non ſufficiebat ſibi tam grauis paſsio, niſi & tu
doloribus & uulneribus grauior accederes, quæ
ſempiternam illi blaſphemiæ peccato adduceres
pœnam? An ignoras quod omne peccatum & bla-
ſphemiæ remittũtur hominibus, in ſpiritum aũt ſan
ctum blaſphemantibus nõ remittetur, neq; in iſto
ſeculo, neq; in futuro? Vis uidere & aliam malitiæ
huius parẽ? Da mihi Dalilã. Nam & ipſa fortiſsi-
mum Samſonẽ uirum ſuum nouacula raſum & uin
ctum, allophylis hoſtibus in prędam & ludibrium
tradidit. Illum cubilis ſui coniugẽ, cui molliſsime
blãdiebatur, cui ſimpliciter adulabatur, quẽ ſeipſa
chariorẽ habere æſtimabatũ, quẽ heſterno die una-
nimis amplectebatũ, hodie ut inimica decipit. Quẽ
paulo ante callidis male blãda palpabat illecebris
ut diligẽs, hunc paulo poſt morti tradebat illudẽs.
Et quid dicimus? Quibus odiorum cauſis diſplicue
rat uxor? Forte non erat ſpecioſus. Et quis eo pul-
chrior ſub illo tempore uidebatur, qui ſeptem cri-
nes uertice in ſeptiformis gratiæ imagine præfe-
rebat? An uero non erat fortis, & contemptu igna
uiç ſpernebatur? Et quis illo fortior, qui leoni ter-
ribili obuianti ſibi obuiat, ſolus & inermis innexis
ſibi manibus ſtrangulat, & ut ſcriptum eſt, ſicut
hœdum caprarum diſcerpſit? Et qui una de uetu-
ſtis oſsibus aſini arente maxilla allophylos mille
proſtrauit. Sed præterea ſanctus erat atq; in tantũ ſan
ctus, ut cum ſitiſſet poſt laborẽ pugnæ in loco ſic-
co deprecatus in defectu animæ ſuæ Dominũ, ſta-
tim ex ipſa quã in manu tenebat maxilla erumpen
te aqua biberit, atq; inde ſitis ęſtum ex eodem mor
tui pecoris oſſe quo uicerat, refectus extinxerit.
Et hunc talẽ & tantũ uirum & pulcritudine & uir
tute & ſanctitate præſtantem, ſua uxor ſicut inimi
cum decipiens & alligans, allophylis tradidit. Vn-
de autem illa mulier illi tam uiro forti ¦præualuit,
niſi ingenita illi ſimplicitate bonitatis, & ſibi ma-
litiæ calliditate? Non ſolum enim curioſa, ſed &
ſubdola irrepſit in præcordia mariti, quem ſimpli-
cibus & importunis obſecrationibus, atque illece-
broſis blanditijs fatigatum, arcano illo uirtutis
ſuæ myſterio ſpoliauit, atque ita deraſis crinibus,
uirtute nudatum funditus euertit, ut quem mul-
ta millia ¦hoſtium armata non uicerant, hunc una
muliercula ſine armis dolo male armata uicerit.
Propter hoc annunciat tibi propheta, & dicit: A cõ-
iuge tua cuſtodi te, ne manifeſtes ei cor tuum. Dic
ergo

ergo mihi, quę beſtia contra maſculum ſuum talia
aliquando meditata eſt? Quæ dracæna uult coniu-
gem ſuum perdere? uel quæ leæna marem ſuum iu-
gulandum tradidit? Vides ergo quod prædixit ſa-
Eccl. 25. pientia, quoniam non eſt caput ſuper caput ſerpē-
tis, & non eſt malitia ſuper malitiam mulieris. Et
ſemel omnino quiſquis habet mulierem malam, co-
gnoſcat quia iam iniquitatum ſuarum mercedem
portat. Non caret teſtimonijs ueritatis hic ſermo.
Eccl 25. Audi ſapientem dicentem: Mala mulier & iniqua
portio dabitur pro operibus malis. Sed hactenus
mihi de muliere mala ſermo habitus, hic habeat fi-
nem. Oportet enim nunc uiciſſim commemorare
bonas, maxime propter eas quæ aſſunt. Bonæ enī
fœminæ, bonarum uirtutes ſicut proprias intuen-
tur, & illarum caſtos labores ſuas eſſe coronas exi-
4 Re. 4 ſtimant. Mulier bona & hoſpitalis beata Sunami-
tis, quæ uirum ſuum deprecata eſt mãſionem He-
liſeo ædificare, ut præteriens & diuertens ad eos,
quod facere conſueuerat, ſecretum haberet refe-
ctionis locum. Poſuit ei lectum (ut ſcriptura de-
clarat) & lucernam & menſam. Lectum utiq; non
uacuum tegumentis, ſed habētem competētia ſtra-
to indumenta: & lucernam non lucernario lino, ſed
cum ſtupa & oleo habentem lumen: & menſam nō
ſine panibus, ſed inſtructam cibis neceſſarijs. Quid
autem digne dicamus & de beata uidua quæ ſuſce-
3 Re. 15. pit Heliam, quam in nullo impediuit inopia rerū,
ditem bona uoluntate, cui non erat neq; frumen-
tum, neq; uinum, neq; pulmentum, neq; aliud quid
terreſtris alimoniæ, ad paupertatis exhauſtæ con-
ſolationem? Non ager illi frugifer ſemen panis pro-
ferebat, non uinea prædulcem fluentibus * uenam
uuam. racemis felicibus afferebat. Non ei uel in terra pal-
mi locus ad arandum ſuberat, neq; uel cubiti ſpa-
tium ad uiticulæ plãtationem habebat: ſed ſemper
meſſis in tempore procedens in campum, & lento
incuruata progreſſu, raras ſegetis abſciſſæ reliqui-
as ſectabatur, & reſiduas uel caducas ꝓgreſſis meſ-
ſoribus ſpicas, breui gremio colligebat, in quo ue-
lut dimenſam & ſub æſtimatione numeratam pro
anni ſpatio reponebat annonam. Ad hãc ergo miſ-
ſus à domino uenit Helias in tempore famis, quan-
do fere totus orbis terrarum defectu pluuiarū ſic-
catus aruerat, & inopia gignētium tabefactus, ani-
mantibus uictum negabat, quãdo cœlū æſtibus ig-
nitis inarſerat, & craſſus aer nebuloſis uaporibus
caligabat, ſed ſubductis imbribus nubila refrenata
pendebant, quando nec herba, nec flores, nec ulla
germina pullulabant. Non ſpicarum ariſtas roſida
aura recreabat, quãdo flumina tenuata riuis, aluis
breues meatus agebãt, & fontium ubera torridi
ſolis diuturno ardore refrixerãt, & uſitatum ama-
ri ſalis temperamentum non influentibus de incur-
ſu fluminū & infuſione pluuiarum dulcibus aquis,
maria deſtituta perdiderant. Tunc uenit Helias ad
*** illam inopem uiduam, & quales amoris æſtus ui-
** duas etiam tempore libertatis pati. Noſtis enim
ſolitas uiduarum anguſtias, quæ profecto ingraue-
ſcunt, ſi deſolatione ponuntur penuriæ. Et deus di-
deſcen- uitem miſit prophetam, qui etiam in tempore fa-
dens. mis abundaret panibus, & à monte * diſcedēs, ue-
nit ad iſtam pauperem. Quare autem uir ille qui
uerbo ignem de cœlo adduxerat, panem ſibimeti-
pſi non depoſuit? Nunquid non poterat? Vtiq; po-
terat. Sed ideo non fecit, ne præparata ad bonum
opus uidua, hoſpitalitatis mercede priuaretur, &
propterea ut illum modicum pugillum farinæ, &

ſtillicidium olei benedictio Domini multiplicaret
in ore ſuſcepti prophetæ. Non enim pro ſua tantū
requie miſſus eſt ꝓpheta, ut ab inope paſceretur,
quantum ut egenum paſceret, ſed ut manifeſtaret
occultum in corde illius bonæ uoluntatis affectū.
Hoc etiam facit ipſe dominus, qui cum potens ſit,
omnes qui ſunt in hoc mundo per ſemetipſum er-
dantur alere, continet tamen manum ſuam ab im-
pendio miniſtrandi, ut ad bonum promptas men-
tes in tempore neceſſitatis de fructibus humani-
tatis oſtendat, & animarum affectiones operū qua-
litate diſcernat. Quod ſi non fuerint huius uolun-
tatis aut dignitatis qui ſuſcipiant ſanctos dei, tūc
eos dominus aut per aues paſcit, ſicut Heliam in
monte ſecretum, aut per prophetam aliunde tran-
ſmiſſum, ſicut Danielem in lacu leonum, aut per ma-
ritimum animal, ſicut Ionam per cetum, aut ipſe
per ſemetipſum deus paſtor alimenta ſuppeditat,
ſicut patribus noſtris in deſerto. Cum enim nō eſ-
ſent in ſolitudine qui ſuſciperēt filios Iſrael, de cœ-
lo mãna eſuriētibus miniſtrabat, & de petra aqua
ſitiētibus diffluebat. Cum autem in hoc mūdo ſan-
cti populis permixtim uerſantur, tunc & ſi uideat
eos pati tribulationem, ferre permittit, ut det gra-
tiam eis qui circa eos uoluerint operari humanita-
tem, ut ſibi de præſenti beneficio fructificent ęter-
nam ſalutem. Abijt ergo Helias ad uiduam illam,
cui nihil in promptuario erat, niſi pugillus farinę,
quem ipſum cum labore multo ſibi & filijs ſuis in
ipſo tempore aduenientis prophetæ, præparaue-
rat, nihil reliquum habens, & eo accepto moritu-
ra cum filijs. Et quid ait ad eam propheta? Accipe 3 Re 17
mihi modicum aquæ in uaſculum, ut bibam. At il-
la mox abeunte, poſt ipſam iterum clamauit: Acci-
pe mihi & panem in manu tua. Illa ſimpliciter ꝗd
non habebat, dixit. quod autem habebat, confeſſa
eſt. Quid enim ait? Viuit dominus, ſi eſt mihi in re-
poſito, niſi hoc modicum farinæ & exiguum olei.
Valde mirabile, quod in tãta eſcarum penuria mo-
dicum ipſum quod ei reſiduum erat, non negauit.
Quanti uero nunc qui aurum & argentum ſicut lu-
tum habent, cum rogantur ut indigentibus opem
præſtent, aut ad tempus commodent, renuunt, &
non ſe habere iurant? Et ſi quando per multam ob-
ſecrationem flectantur ut præſtent, ſcripturas &
cautiones ordinant, & præiudicia quædam ferro
ualidiora conſcribunt, & illius mutuantis manum
primum callidis conſcriptionibus ligant, Inſuper
fide iuſſores & interuentores fœnoris commoda-
tia accipiunt. Illa autem pauper noſtra, ad unã uocē
quod poſtulata eſt, habere ſeipſam nō negauit pal-
mulam unam farinæ. Et quid illi propheta reſpō-
dit? Feſtina, inquit, & fac ſubcinericium panem in
primis mihi, poſtea tibi facies & filijs tuis. Tenta-
tio erat uerbum prophetæ, probatio cordis, exa-
minatio uoluntatis. Et erat ſicut in libra poſitum
cor beatæ illius uiduæ, quod in prophetici ſermo-
nis imperio, quaſi quæſtionis tormento interroga-
batur, & anceps in utrunq; pendebat, quo nam ur-
geret uoluntatē, ſibi ne potius & filijs conſuleret,
an magis ꝓphetæ obtemperaret. Verum illa ele-
git prophetæ potius de inopiæ ſuæ reſiduo refe-
ctionem parare. Sciebat enim quoniam qui ꝓphe- Mat. 10.
tam ſuſceperit in nomine prophetæ, mercedē pro-
phetæ accipiet: & qui potauerit ſitientem calice
aquæ frigidæ in nomine diſcipuli, non perdet mer-
cedem ſuam. Quid eſt autem quod propheta dixit
feſtina? Nunquid tantū eſuriebat, ut indifferenter

feſti-

feſtinatione mulieris indigeret? Non utiq;, ſed do
cere illã uoiuit, prõpto animo eſſe & ſeruẽti & hi
lari ad boni operis effectũ, nõ cum triſtitia, neque
tantum ex neceſsitate præbendum. Hilarem enim
datorem diligit deus. Feſtina, inquit, & ſac primũ
mihi, ſicut Abraham in angelorum aduentu feſti-
nauit ad oues, & uitulum inde ſumpſit. Et ſicut Sa-
ra properauit ad panes ſub cinere faciendos, ut ac
ciperet illum in cœlis abſconditũ panem. Feſtina,
& fac ſicut Abraham hoſtias deo, non primum ti-
bi, & poſtea mihi: ſicut Cain, & Oſni & Phinees fi
1. Reg. 2 lij Heli ſacerdotis, qui deſpiciebant honorem dei,
primum ſibi ſacrificiorum primitias eligentes ex
omnibus donis quæ deo offerebantur. Illa ergo ui
dua quod imperatum eſt ei à propheta, feſtinãter
effecit, & horreum ſuum celeritee impleuit, proui
dens locupletem eſſe fructum operantibus in deo
repoſitum. Propheta uero præparationem uiduæ
ſuſcepit, guſtauit, locutus eſt, domũ eius repleuit
bonis. Non deficiet, inquit, farina hydriæ, & oleũ
de capſace, donec det dominus pluuiam ſuper ter-
ram. Et quare uſq; ad illud temporis, finem bene-
dictionis dedit? Neceſſario utiq;. Oportebat enim
noua gratia ſicut pluuia ſuperueniente in terram,
ueterem legem terminum accipere, & conſequens
eſt opus uerbo. Vides quomodo hoſpitalitatis mer-
cedes benedicta uidua cito uindemiauit. Bonorũ
etenim laborum fructus glorioſus eſt, & inconcuſ
Sapi. 3. ſa radix prudentiæ. Audiſtis o mulieres & malarũ
mulierum actus, & bonarũ uirtutes. Illarum ergo
facinora calcate, harum uero exempla ſectamini.
Illas execramini, has uero imitamini, ut cum ſan-
ctarum fœminarum curſum & ueſtigia conſecutæ
fueritis, in earum choris atq; cõſortio pari gratia
& laude annumeremini in Chriſto Ieſu, cui gloria
& imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EODEM FESTO
Matth. XIIII.

¶ In illo tẽpore: Audiuit Herodes tetrar-
cha famã Ieſu, & ait pueris ſuis: Hic eſt Io-
hannes Baptiſta. Et reliqua, Homilia ue-
nerabilis Bedæ presbyteri.

NAtalem fratres chariſſimi Iohannis di-
em celebrantes, oportet ut non ſolum
conſtantiam paſsionis illius pia deuoti
one recolere ſtudeamus, ſed & eorum
à quibus paſſus eſt, malitiam, in arma
uertamus ſalutis. Tunc enim ſcripturis ſanctis uti
liter animum impendimus, cum nõ ſolas in eis uir-
tutes ac præmia iuſtorum, uerumetiam ultia uin-
dictamq; reproborum ad incitamenta nobis bene
agendi proponimus. Hoc ſiquidem & ipſius domi
ni docemur exemplo, qui ut humanæ ſuperbiæ cer
uicem frangat, ac ſublime nobis humilitatis iugũ
imponat, non ſuæ tantum humilitatis formam quã
Mat. 11. ſequamur inſinuat, dicens: Diſcite a me, quia mitis
ſum & humilis corde, ſed etiam angelicę ſuperbię
deiectionem, quã caueamus, ad memoriam nobis re-
Luc. 10. uocat, dicẽs: Videbam ſatanam quaſi fulgur de cœ
lo cadentem, quatenus nõ ſolo nos ſuæ diuinæ bo
nitatis, ſed & dæmoniacæ prauitatis exemplo ad
obſeruantiam ſummæ uirtutis accendat. ¶ *Audiuit
ergo Herodes tetrarcha famam Ieſu, & ait pueris ſuis:
Hic eſt Iohannes Baptiſta, ipſe ſurrexit a mortuis & ideo
uirtutes operantur in illo.* Qui bene intellexit mor-
tuum poſſe hominẽ reſuſcitari ad uitã, bene de eo-
ſurrectionis gloria ſenſit, qui iuſtos poſt reſurre-
ctionem maioris potentiæ quã mortalis fragilitas
capit, futuros eſſe proſpexit, ſed miſere deſipuit,
qui quod de homine puro ſponte credere potuit,
hoc de deo & homine credere tot miraculis atte-
ſtantibus, prædicatorũ præconijs conſonantibus,
nulla ratione conſenſit. Quare hoc fratres chariſ-
ſimi, niſi ut nos aperte intelligamus, non incredibi
le reſurrectionis miraculũ, ſed prauorum animos
à credendi gratia peccatis obſtantibus prædatos
eſſe, maioresq; illi gratias feramus, qui noſtris cor
dibus ab alto erroris uelamine lucẽ ueritatis ape-
rire dignatus eſt? Herodes enim tenuit Iohannẽ,
& alligauit eum, & poſuit in carcerem propter He
rodiadem uxorem fratris ſui. Dicebat enim illi Io Luc. 1.
hannes: Nõ licet tibi habere eam. Impletum uide-
mus de Iohãne, quod de illo angelus Zachariæ pri
uſquam naſceretur prædixit, quia præcederet an-
te dominũ in ſpiritu & uirtutę Heliæ. Ambo nanq;
continẽter uirtutes, ambo habitu inculti, ambo in
ſolitudine degentes, ambo præcones ueritatis, am
bo regis & reginæ perſecutionẽ propter iuſtitiam
perpeſſi ſunt. Ille, Achab & Iezabel, iſte Herodis
& Herodiadis. Ille ne ab impijs occideretur igneo
curru eſt raptus in cœlum: iſte ne ab impijs uince-
retur, perfecto martyrij certamine, ſpiritu cœle-
ſtia regna petiuit angelorum utiq; ſubuectus auxi
lio, de quibus ſcriptum eſt: Currus dei decem mil- Pſal. 7.
libus multiplex, millia lætantium, dominus in illis.
Et iterum: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & mini Pſal. 103
ſtros ſuos ignẽ urentem. Sed quæret forte aliquis,
quis ſit iſte Herodes, quiſue frater eius, quę etiam
Herodias, de quibus ſermo eſt. Herodes iſte, qui &
Iohannem decollauit, & in paſsionem redempto-
ris noſtri Pilato aſſenſum præbuit, filius eſt Hero-
dis illius ſub quo dominus natus eſt. Qui cum poſt
natiuitatem dominicã pauco tempore regnaret,
ſicut euangelica teſtatur hiſtoria, Archelaus eius
filius ſucceſſit in regnum. Quo cum uix decem an-
nis poteretur, accuſantibus inſolentiam eius Iudæis,
pulſus eſt regno ab Auguſto, ac perpetuo damna-
tus exilio. Deinde Auguſtus ut regni Iudaici minu
eret potentiam, diuiſa in quatuor partes prouin-
cia, quatuor fratres Archelai eidem regendæ præ
fecit, qui ſinguli à principatu quartæ partis græ-
co ſermone ſunt tetrarchæ uocati. E quibus Philip
pus Herodiadem filiam Arethæ regis Arabum ac-
cepit uxorem, quã idem Aretha poſtmodum ablatã
ab eo, dedit Herodi, eo quod ipſe eſſet maioris po-
teſtatis & famę, factumq; eſt adulterium publicũ,
quod ſicut perfidis cauſa eſt pereundi, ita fideliſſi-
mo præconi noſtri redemptionis materia trium-
phandi, qui prohibendo regis iniuſti ſcelera, mor-
te quidẽ iniuſta meruit plecti, ſed poſt mortis gu-
ſtum, a rege iuſtitiæ cui teſtimonium perhibebat,
iuſtam uitæ perennis coronam accepit. ¶ *Dicebat
ergo illi Iohannes: Non licet tibi habere eam. Et uolens,
inquit, eam occidere, timuit populum, quia ſicut prophe-
tam eum habebant.* Non populus tantum, ſed ipſe
etiam Herodes Iohannem ſicut prophetam habe-
bat, teſte euãgeliſta Marco, qui ait: Herodes enim
metuebat Iohannem, ſciens eum uirum iuſtum & Mar. 6.
ſanctum, & cuſtodiebat eum. Et audito eo multa
faciebat, & libenter eum audiebat. Sed uicit amor
mulieris, eumque in illum quem ſanctum eſſe noue
rat & iuſtum, manus mittere coegit. Qui quoniam
noluit cohibere luxuriam, ad homicidij reatũ pro-
lapſus eſt, minuſque illi peccatũ, maioris erat cau

ſa peccati. Cui diſtricto dei iudicio contigit, ut ꝓ
pter appetitum adulteræ, quam deteſtandam eſſe
ſciebat, ſanguinem funderet prophetæ, quem deo
Apo. 22. acceptum eſſe cognouerat. Hæc nanq; eſt illa diui
ni diſpēſatio examinis, de qua dicitur: Qui nocet,
noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat ad-
huc. At contra quod ſequitur (& ſanctus ſanctifi-
cetur adhuc) ad beati Iohannis perſonā conuenien
ter aptatur, qui ſanctus exiſtens, ſanctificabatur
adhuc, dum ꝑ officium euangelizandi ad martyrij
peruenit palmam. Die autem natalis Herodis ſal-
tauit filia Herodiadis in medio triclinio, & placuit
Herodi. Vnde cum iuramēto pollicitus eſt ei dare
quodcunq; poſtulaſſet ab eo. Tria pariter impio-
rum ſcelera audiuimus, celebrationem natalis in-
fauſtam, ſaltationem puellæ laſciuam, iuramētum
regis temerarium: . Quibus ſingulis oportet nos
ne talia geramus, inſtrui. Nō enim feſtis diem no-
ſtri natalis in memoriam reuocare, non ullum tem
pus illecebris indulgere carnalibus, ſed diē potius
exitus, noſtri debemus, lachrymis & precibus, cre
briſq; præuenire ieiunijs. Hinc etenim uir ſapiens
Eccl. 7. admonet, dicens: In omnibus operibus tuis memo
rare nouiſſima tua, & in æternū non peccabis. Sic
nec membra noſtra, quæ iam domino conſecrata
ſunt, luſibus atque ineptis dare motibus decet.
1. Cor. 6 Dicit nanq; Apoſtolus: Neſcitis quoniam corpora
ueſtra membra ſunt Chriſti? Tollēs ergo membra
Ro. 12. Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. Vnde &
alibi obſecrat per miſericordiam dei, ut exhibea-
mus corpora noſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam,
deo placentem. Quantum uero temeritatem iurā-
di uitare debeamus, & ipſe in euangelio dominus,
Iaco. 5. & Iacobus in epiſtola ſua docet, dicēs: Ante omnia
autem fratres mei, nolite iurare, neq; per cœlum,
neq; per terram, neq; aliud quodcunq; iuramentū.
Mat. 5. Sit autem ſermo ueſter, eſt eſt, non non, ut non ſub
iudicio decidatis. Illo uidelicet iudicio ſub quo de
cidit Herodes, ut uel peierare, uel ob periurium ca
uendum aliud neceſſe haberet patrare flagitium.
At ſi aliquid incautius forte nos iuraſſe cōtigerit,
quod obſeruatum ſcilicet peiorem uertat in exi-
tum, libere illud conſilio ſalubriori mutandum no
uerimus, ac magis inſtante neceſſitate periurandū
nobis, ꝙ pro uitando periurio in aliud crimen gra
1. Re. 25. uius eſſe diuertendum. Deniq; iurauit Dauid per
dominum occidere ſe Nabal uirum ſtultum & im-
pium, atq; omnia quæ ad illum pertinēt, demoliri,
ſed ad primā intercesſionem Abigail fœminæ pru-
dentis, mox remiſit minas, reuocauit enſem in ua-
ginam, neq; aliquid culpæ ſe tali periurio contra-
xiſſe doluit. Iurauit Herodes dare ſaltatrici quod-
cunq; poſtulaſſet ab eo, & ne periurus diceretur à
conuiuis, ipſum conuiuiū ſanguine polluit, dū pro
phetæ mortē ſaltationis præmium fecit. Non ſolū
in iurando, ſed in omni quod agimus, hæc eſt mo-
deratio ſolertius obſeruanda, ut ſi talem forte la-
pſum uerſuti hoſtis inciderimus inſidijs, ex quo nō
ſine aliqua peccati contagione ſurgere poſſimus,
illum potius euadendi aditum petamus, in quo mi
nus periculi nos perpeſſuros eſſe cernimus, iuxta
exemplum eorum qui hoſtilibus clauſi muris, dum
euadere deſiderant, ſed portarum acceſſum ſibi in-
terdictū conſiderant, ibi neceſſe eſt deſiliendi locū
eligant, ubi muro exiſtente breuiore minimū peri
culi cadentes incurrant. Sequitur: ¶ *At illa præmo
nita a matre ſua Da mihi, inquit, hic in diſco caput Iohan
nis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex.* Triſtitia regis nō
abſolutio eſt, ſed confeſſio ſceleris. Hæc etenim eſt
superni iuſtitia iudicij, ut plerunq; reprobi agno-
ſcant ſe & fateantur erraſſe, certamq; erroris ſui
pœnitudinem gerant, nec tamen ab errore quieſ-
cant, quatenus eadē confeſſione ac pœnitentia cō-
tra ſe ipſi teſtimoniū dent, q͂a nō neſciēter delinquūt,
dum ſe a peccato quod culpāt, ꝓhibere detrectāt,
eoq; iuſtius pereant, quo foueam perditionis quā
præuidere ualuerant, declinare neglexerāt. Talis
quippe eſt triſtitia Herodis, qualis pœnitētia Pha
raonis & Iudæ, quorū quiſq; facinora ſua, poſtquā
accuſante conſcientia inuitus prodidit, uecors au-
gmentauit. Itaq; Herodes caput Iohannis petitus,
triſtitiam quidem prætēdebat in uultu, qua ſe ipſe
damnaret, oſtendendo cunctis liquide quia inſon-
tem & ſanctum nouerat, quem eſſet neci daturus.
Verum ſi diligētius cor nefandum inſpicimus, læta
batur occulte, quod ea petebātur, quæ & antea fa-
cere, ſi excuſabiliter poſſet, diſponebat. Qui ſi ca-
put Herodiadis peteretur, nulli dubium quin illi
dare ueraciter triſtis abnueret. Propter iuramen-
tū autem, & eos q̄ pariter recumbebāt, iuſſit dari.
Miſitq; & decollauit Iohannē in carcere, & allatū
eſt caput eius in diſco. Indignū quidem natali ſuo
rex ſpectaculum præbuit, qui cōuocatis ad epulas
principibus, tribunis ac ducibus gentis, ſpectandū
in diſco caput occiſi protulit: indigni æque conui
næ, an potius inuitatori ſuo cōdignæ? E quibus nul
lus inuentus eſt, qui hominē inter feſta, qui ab adul
teris iuſtum, ac iudicē a reis capite plecti uetaret,
præſertim cum rex aſſumpta ſpecie mœſtitiæ, co-
actum ſe hoc facere proteſtaretur, eſſetq; oppor-
tunū quo hortatu conuiuantiū a promiſſo ſcelere
reuocari deberet, ſi non illū hæc induſtria præſtru
xiſſe cognoſcerent, immo ipſos quoq; par eiuſdem
ſceleris amor irretiret. Sed dignam ſupernis aſpe
ctibus uirtutem ſui certaminis beatus præcurſor
dominicæ natiuitatis, prædicationis & mortis o-
ſtendit, ut ſcriptura ait: Etſi coram hominibus tor Sapi. 3.
mēta paſſus eſt, ſpes illius immortalitate plena eſt.
Cuius diem natalis merito feſta celebritate repeti
mus, quem ipſe nobis ſolennē reddidit, quem ſan-
guinis ſui roſeo, fulgore decorauit. Merito memo-
riam illius cū ſpirituali gaudio ueneramur, qui te-
ſtimoniū quod domino perhibuit, martyrij ſigna-
culo concluſit. Neq; enim dubitādum eſt, quia bea
tus Iohannes pro redemptoris noſtri quē præcur
rebat teſtimonio carcerem & uincula ſuſtinuit, ꝓ
ipſo & animam poſuit. Cui non eſt dictum a perſe
cutore, ut Chriſtū negaret, ſed ut ueritatē reticē-
ret, & tamen ꝓ Chriſto occubuit. Quia enim Chri
ſtus ipſe ait: Ego ſum ueritas: ideo utiq; pro Chri Ioh. 14.
ſto, quia pro ueritate, ſanguinē fudit. Et cui naſci-
turo, prædicaturo, baptizaturo, prius naſcendo,
prædicando, ac baptizādo teſtimonium ꝑhibebat,
hunc etiam paſſurū prior ipſe patiendo ſignauit.
Quorū tamen paſſiones diuerſo ordine conſumma
ri, certa ſupernæ prouiſionis diſpenſatione geſtū
eſt, ut uidelicet redemptor noſter extra portā ciui
tatis cuncto aſſiſtente populo ſubleuaretur in cru-
cem: præcurſor uero eius collectis in domū conui-
uij magiſtratibus atq; optimatibus plebis, miſſo
tantum ſpiculatore in abdito carceris capite trun-
caretur. Et q̄dem congruū uidebatur, ut myſteriū
dñicæ crucis crucifixus præfiguraret Iohānes. Sed
quia idē Iohannes teſtimoniū dño ꝑhibens, aiebat:
Illum oportet creſcere, me autē minui, hoc eſt, illū
quem prophetam magnū eſſe mirramini, Chriſtum
domu

dominũ ac deum uerum oportet intelligi, me aũt,
Ioh. 3. quẽ Chriſtum eſſe arbitramini, non Chriſtum, ſed
eſſe prophetam Chriſti patebit Diſparẽ utriuſq;
qualitatem, diſpar modus paſſionis inſinuat, nõ in
Ibid. carnificum poteſtate cõſtitutus, ſed cœleſti ratio-
ne prouiſus. Quia iterum dicit idem Iohãnes: Qui
eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur: qui
autem de cœlo uenit, ſuper omnes eſt. Præfatam
minorationem eius qui de terra eſt, decollatio illa
in carcere, & in obſcuro patrata capitis ablatio de
ſignat. Porro incrementũ eius qui de cœlo uenit, &
ſuper omnes eſt, illa in cruce exaltatio, quę ſub dio
& omni ſpectante populo facta eſt, aperte denun
ciat. Exaltatus quippe in cruce, caput erectum ad
cœlos tenuit, manus ſuper terras ad aquilonem te
tendit & auſtrũ, ut & cœli ſe eſſe dominũ, & uni-
uerſam terram omnesq; poteſtates aëreas ſuæ di-
tioni ſubditas, ipſo etiam corporis ſitu figuraret.
Infima crucis ipſius terræ abdita penetrabant, ut
inferorum regnum paſſione illius tranſfixũ ac de-
ſtructum eſſe ſignaretur. Regem eſſe hunc creden
dum, ſcripto in cruce titulo, adſtãtes Hebræi, Grę
ci & Romani legebant ut uidelicet eius imperium
appareret per omnes gentes eſſe dilatãdum. Quæ
cuncta Apoſtolus breuiter una ſententia comple-
Phi. 2. ctitur, dicens: Factus eſt obediens uſq; ad mortẽ,
mortẽ autẽ crucis: propter quod & deus illũ exal
tauit, & donauit illi nomẽ quod eſt ſup omne no-
mẽ, ut in noĩe Ieſu omne genu flectatur, cœleſtiũ,
terreſtrium, & infernorũ, & omnis lingua cõfitea-
tur quia dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.
Decollato autem Iohanne, & allato capite eius in
diſco, ſequitur: ¶ *Et datum eſt puellæ, & detulit matri
ſuæ. Et accedentes diſcipuli eius, tulerunt corpus eius, &
ſepelierunt illud.* Et hoc ad minorationẽ pręcurſo-
ris ptinet, quod corpus eius ſepulturæ abſq; capite
datur. Nanq; ut in eccleſiaſticis inuenimus hiſto-
riĳs, corpus eius in ciuitate Samaria, quæ nunc Se-
baſte uocatur, caput autem in Hieroſolymis huma
tum eſt. Decollatus uero eſt in caſtello quodã A-
rabiæ, quod Machæruntã nominant. In quibus ui-
delicet hiſtoriĳs hoc quoq; reperimus, quod caput
eius ſanctiſſimũ longo poſt decollationem tempo
re ab ipſo reuelatum ſit duobus monachis orienta-
libus, qui orationis gratia uenerant Hieroſolymã,
atq; inde in Ediſſam Phœniciæ ciuitatẽ perlatum,
debito fidelium ſit honore frequentatum. At uero
oſſa eius tempore procedente de Samaria Hiero-
ſolymam tranſlata, ac mox Alexãdriam miſſa, nũc
ibidem in eccleſia quæ nominis ipſius eſt honore
conſecrata, ſeruantur. Quod diuina prouidentia cõ
ſtat actũ, ut ſcilicet per plura loca deportatis bea-
ti martyris reliquĳs, plura uirtutũ ſigna fierẽt plu
resq; per memoriam doctrinæ & uitæ illius ad fi-
dem ac dilectionem eius quem prædicabat, conflu
erent. Inter hæc ſane conſiderandum eſt, & atten-
tius memoriæ cõmendandum, quomodo omnipo-
tens deus electos dilectosq; ſuos famulos, quos ad
uitam regnumq; prædeſtinauit æternum, in tantũ
in hac uita prauorum patitur perſecutione con-
teri, tot ac tantis pœnarum mortiumq; generibus
conſumi quatenus perſpectis perfectorum uiro-
rum paſſionibus, minus de his quæ nobis forte ad-
uerſa contigerint, doleamus, ac potius diſcamus
omne gaudium exiſtimare, cum in tentationes ua
rias inciderimus, memoriaq; retineamus, quia quẽ
Heb. 12. diligit dominus caſtigat, flagellat autem omnem
filium quem recipit. Nam etſi principalis ſentẽtia

conſtat, quia in multis offendimus omnes, quis ta-
men noſtrum dicere audeat beatum Iohannem in Iaco. 3.
actu, uel dicto, uel habitu, uel uictu peccaſſe? Cuius
auſteritatem indumenti, cuius parſimoniam ali-
menti euãgelica laudat hiſtoria: cuius omne quod
loqtur, aut ueritati teſtimoniũ reddit, aut eos qui
contradicũt redarguit: cuius opera iuſtitiæ etiam
qui non amabant, uenerationi habebant: qs in eius
præcordĳs peccato poterat eſſe locus, quem & an
te natiuitatẽ ſpũſſancti cõſecrauit aduẽtus? Quan-
do ſaltem humanæ conuerſationis intuitu ualuit à
uirtutis uia uel ad modicum deflecti, qui totam ab
ineunte pueritia uitam ſolitarius peregit? Et tamẽ
talis ac tantus uir, præſentis uitæ terminum poſt
longam uinculorum afflictionem, ſanguinis effuſi-
one ſuſcepit. Ille qui libertatẽ ſupernæ pacis euan-
gelizabat, ab impĳs in uincula cõiicitur: clauditur
obſcuritate carceris, qui uenit teſtimonium per-
hibere de lumine: quiq; ab ipſa luce quæ Chriſtus
eſt, lucerna ardens & lucens appellari meruit, quo
in natis mulierum maior nemo eſt, qui ad petitio-
nẽ mulierũ turpiſſimarũ capite plectitur, & ipſe
ꝓprio cruore baptizatur. Cui redemptorẽ mũdi
baptizare, cui uocem patris ſuper illum audire, cui
ſpiritusſancti gratiam in eum deſcendentis uidere
donatum eſt. Sed nõ erat graue, immo leue ac deſi
derabile erat talibus tormenta pro ueritate tempo
ralia perpeti, quæ perpetuis nouerant remuneran
da gaudĳs. Optabilem habebant mortem, quæ na
turæ neceſſitate ineuitabilis imminebat, confeſſo
Chriſti nomine cum palma uitæ perennis excipa
re. Vnde bene dicit Apoſtolus: Quia uobis donatũ Phi. 1.
eſt à Chriſto, nõ ſolum ut in eũ credatis, ſed etiam
ut pro illo patiamini. Qui ideo donum dicitur eſſe Rom. 8.
Chriſti, ut pro illo patiantur electi, quia ſicut idem
dicit: Non ſunt condignæ paſſiones huius tempo
ris ad ſuperuenturam gloriam quæ reuelabitur in
nobis. Cum ergo tam eximios regni cœleſtis hære
des tanta in huius exilio mortalitatis pati uideri-
mus, quid nobis inter hæc fratres chariſſimi reſtat
agendum, niſi ut tanto magis humiliemur in con-
ſpectu pĳ conditoris & redemptoris noſtri, quan
to nos parenter animaduertimus eos nec uitæ imi
tatione ſequi poſſe, nec mortis? Iſaq; iuxta uocem
primi paſtoris. Humiliemur ſub potẽti manu dei, 1. Pet. 5.
ut nos exaltet in tẽpore uiſitationis. Humiliemur
cum Iohãne, ieiunemus, & obſecrationes faciamus * animo
aſſiduas, exultemus * nimĳ corã hominibus, exer
ceamur, & deficiat pauliſper ſpiritus noſter. No-
ſter utiq;, id eſt, carnalis & ſuperbus, qui ſolebat
inflari, ut bonæ actionis profectibus ante illũ cre-
ſcere, & cum illo exaltari ualeamus, qui de cœlo
ad terras uenire dignatus eſt, ut nos qui de terra
ſumus, ſubleuaret ad cœlos, Ieſus Chriſtus domi-
nus noſter, qui uiuit & regnat cum patre in unita-
te ſpiritusſancti Deus, per omnia ſecula ſeculo-
rum, Amen.

DE EODEM FESTO HOMIL. D. Euſebĳ Emiſſeni.

CVius opinionis beatus Iohannes Baptiſta fue-
rit, & quam ſanctus ab omnibus habebatur, ſa
tis manifeſte his uerbis declaratur. Omnes e-
nim (ut in alio euangelio legitur) exiſtimabant ne
forte ipſe eſſet Chriſtus. Audiens igitur Herodes
uirtutes quas per eum Dominus operabatur, nec
credens aliquem eſſe pręter Iohannem qui talia fa
cere potuiſſet, putabat eũ reſurrexiſſe a mortuis,
unde & maioribus ſumptis uirtutibus ea operare-

tur Hinc autem euangeliſta narrat, qualiter uirũ ſanctũ Herodes impius interfecerit. *Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eum, & poſuit in carcerem, propter Herodiadem uxorem fratris ſui. Dicebat enim illi Iohannes: Non licet tibi eam habere.* Non enim licet fratri (ſicut lex dicit) fratris ſui uxorem accipere, niſi ad ſuſcitandũ ſemen fratris ſui, ſi tamen ſine liberis defunctus fuerit. Iſte autem non ad ſemen fratris ſui ſuſcitandum, ſed ad libidinis uoluptatẽ exercendã, Philippi fratris ſui, adhuc etiam uiuentis, ut dicitur, uxorẽ duxit. Quia igitur beatus Iohannes hoc tantum ſcelus interdicebat, captus & ligatus, & in carcerẽ poſitus eſt. Volebat autem Herodes eũ occidere, ſed non audebat: tum quia ſciebat eum uirum eſſe ſanctum & iuſtũ, tum etiam quia timebat populum, quoniam ſicut prophetam eum habebat. Hac igitur cauſa eius mors aliquanto tempore dilata eſt. *Die autem natali Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.* Quid enim placeat uiro ſtolido & luxurioſo, niſi uana gloria, comeſſatio, luxuriæ uidelicet fomẽta & inſtrumẽta? In eo uero quod puella nõ Herodis, ſed Herodiadis filia dicitur, Philippi filia fuiſſe monſtratur. Huius aũt ſaltatio placuit Herodi, & nimiũ placuit. *Vnde cum iuramẽto pollicitus eſt dare quodcunque poſtulaſſet ab eo.* Ebrietas enim ſtultitiæ & uanitati coniuncta, intantum hominem præcipitat, ut ea quæ dicit non conſideret. Quid enim ſi puella oculos ſuos Herodẽ poſtulaſſet? nunquid eos eruiſſet & dediſſet illi? Si enim non dediſſet, poterat eũ de periurio appellare. Iurauerat enim ſe daturum illi eſſe, nihilo excepto, quodcunque ab eo poſtulaſſet. Et plus quidem illa poſtulat quã oculos Herodis. Non autem illa, ſed mater eius impia & adultera per illam. *Præmonita enim a matre ſua, da mihi, inquit, in diſco caput Iohãnis Baptiſtæ.* Merito enim ſcriptum eſt de muliere mala: Non eſt malitia ſuper malitiã mulieris. Poterat enim regni medietatem habere, ſi uoluiſſet. Sed hoc pro nihilo ducit: petit caput Iohannis. *Et cõtriſtatus eſt rex, propter iuſiurandum autem & eos qui ſimul recumbebant, iuſſit dari.* Pœnituit eum iuraſſe, mẽtiri timet, uincit uerecũdia, facies hominum erubeſcit, & iuſtitiæ obliuiſcitur. Malum eſt quidem mendaciũ, ſed peius eſt homicidium. Multo melius fecit Dauid: qui quũ ſe Nabal occidere iuraſſet, uictus tamẽ precibus Abigail nõ eum occidit. Vbi igitur ſine maiori peccato aliqs euadere non poteſt minus peccatum, faciat illud quod minus eſt, ne maius peccatum incurrat. Si enĩ dixeris quod aliquem hominem innocẽtem hodie interficies, ſi eum occideris, uerum dicis: ſi non occideris, mentiris. Sed melius eſt non occidere eum & mẽtiri, quam occidere & uerum dicere. Melius fuerat Herodi de periurio iudicari, quam ut de tanto homicidio damnaretur. *Miſit igitur, & decollauit eum in carcere, & allatum eſt caput eius in diſco, & datum eſt puellæ, & puella attulit matri ſuæ.* O impietas, o crudelitas: iuſtus decollatur, caput eius in diſco affertur, conuiuantibus apponitur, magnum quidẽ ferculum, ſed ad uidendum horribile. *Et accedentes diſcipuli, attulerunt corpus eius, & ſepelierunt illud, & uenientes nunciauerunt Ieſu.*

IN NATIVITATE B. Mariæ uirginis.

CReatoris matrẽ omnis creatura magnificet, eius glorioſæ maieſtati ſe inclinent cœlum & terra, & omnis plenitudo eorum. Exaltent matrem in eccleſia filij, dicantque ei qui redempti ſunt à domino: Mẽtem & oculos pariter cum manibus ad te regina mundi attollimus, & coram tuæ celſitudinis gloria genu flectimus, ceruicem inclinamus, ac plenas ſuſpirijs ad te preces in cœlũ tranſmittimus. Tu de altitudine cœli beatos oculos tuos, quibus incomprehenſibilem illam gloriam lucis æternæ cum deſiderio ſemper intueris, ad tuos ſupplices in hãc mundi ſeruitutem de alto proiectos inclinare non deſpicias. Ecce coram tremendo iudice peccatores aſſiſtimus, cuius manus terribilis gladium iræ ſuæ uibrat ſuper nos. Et quis auertet eam? Nemo domina tam idoneus, ut gladio domini manum pro nobis obijciat, ut tu dei amantiſſima, per quam primum in terris ſuſcepimus miſericordiam de manu domini dei noſtri. Aperi itaque tu, mater clementiæ benigniſſimi cordis tui ianuam, ſuſpirioſis precatibus filiorum Adam, qui ex omnibus finibus terræ ad tuæ protectionis umbraculum confugimus a facie formidinis domini. Ad te domina ſtillant oculi noſtri, teque cum deuotionis clamore ualido obſecramus, ut filij tui iram, quam grauiter peccando ſuccẽdimus, erga nos mitiges, eiuſque gratiã, à qua ingrati excidimus, nobis tua Pſal. 37.
prece concilies. Eius liuore ſanati ſumus, eius iterum medelam depoſcimus, quia putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices noſtræ, & non eſt in nobis ſanitas. Attẽde domina, & uide dolores uulnerum animæ noſtræ, quia tibi reuelauimus cauſam noſtram cum fiducia. Te enim inæſtimabilis benignitatis fœminam, & reuera matrem miſericordiæ eſſe cognouimus, ex eo quod tu quę mundum hunc immundum & lubricum impolluto calle tranſiſti, & adhuc inter peccatores degens, tanta ante deũ ſanctitate claruiſti, ut ſola ſolio æterni regis approximare merueris. Tu peccatorem quantumlibet fœtidum non horres, non deſpicis, ſi ad te ſuſpirauerit, tuumque interuentum pœnitenti corde flagitauerit. Tu illum à deſperationis barathro pia manu retrahis, ſpei medicamen aſpiras, ac toti mundo deſpectum materno affectu amplecteris, foues, nec deſeris, quouſque horrendo iudici miſerum reconcilies. Famoſum huius tuæ benignitatis teſtimonium eſt per te reſtauratus gratiæ Theophilus. Nec mirum o domina ſi tam copioſo miſericordiæ oleo, tui cordis perfuſum eſt ſanctuarium, cum illud inæſtimabile opus miſericordiæ, quod prædeſtinauit deus ante ſecula in redemptionem noſtram, primum in te a mundi artifice fabricatum ſit. Quando enim complacuit gratiæ ſupernæ, ut habitaret in nobis, à quibus diu elongata fuerat: tu ſola digna inuenta es, ut in tua uirginali aula rex regum & Dominus Dominantium à regalibus ſedibus ueniens, primam ſibi manſionem inter filios hominum eligeret. Vere beneplacitum erat deo habitare in te, quando ex ipſa illibatæ carnis tuæ ſubſtãtia quaſi de lignis Libani ineffabili architectura domũ ſibi ædificauit dei ſapiẽtia. Suffulſit eam ſeptẽ columnis argẽteis, reclinatoriũ aureũ in ea collocauit. Hi ſunt ſeptẽ ſpũs dei, & hæc eſt unica illa, in qua ſola quæſitam in omnibus requiem inuenit, atque in eius ſignũ omnes theſauros ſuos abſque menſura tranſfudit. Bene in te ſpiritui ſancto complacuiſti o Maria, cum ad tam diuina myſteria uterũ tuum cõſecrare dignatus eſt. Ipſe eſt enim ignis conſumens, qui ſanctiſſimam animam tuam in ſeipſo inflammauit, ac ſplendore

diuinæ

diuinæ maieſtatis impleuit, cuiuſq; uterum ineffabili modo imprægnauit, fecitq; deum & hominẽ clauſa conciperes, clauſa pareres, & poſt partũ uirgo permaneres. Iam ergo uterum tuũ domina uelut ſacratiſſimum dei uiui templum totus mundus ueneratur, quia in eo ſalus mundi initiata eſt. Ibi decorem indutus eſt dei filius, ac prælectæ ſpõſæ ſuæ eccleſiæ formoſus in ſtola candida exultanter occurrit, deſideratũ diu oſculum porrexit, ac præordinatas à ſeculo nuptias uirgo cum uirgine in uirgine prælibauit. Ibi primum ruptus eſt paries inimicitiarum, quem inter cœlum & terram protoplaſtorum inobedientia cõſtruxerat. Ibi conſœderata ſunt terrenis cœleſtia, & obuiauerunt ſibi in oſculo pacis miſericordia & ueritas, quando in unam eandemq; perſonam cõcurrerunt diuinitas & humanitas, factumq; eſt nouum illud ſuper terrã, ut eſſet deus homo, & homo deus. Ibi magnus Heliſeus in menſuram ſuſcitandi puerull ſeſe contraxit. Ibi antiquus dierum patriarcha prælecto filio ſuo tunicam induit polymitam. Ibi Rebecca futurorum præſcia, magnificandi filij manibus pelliculas hœdorum circundedit, & colli nuda protexit. Ibi enim cooperante gratia ſpiritusſancti, filius a deo patre hæreditãdus in omnibus gentibus, diuinæ maieſtatis potentiam ſimilitudine carnis peccati cooperuit, qua abſconditus eſt uultus eius, unde nec reputauimus eum. Ibi alti conſilij prouidentia ineſcatus eſt hamus, qui ad extrahendũ ſerpentem antiquum in hoc mare magnum de cœlo traiectus eſt. Inde egreſſa eſt armilla aurea, unde perforaretur maxilla Leuiathã, ut euomeret mortuos non ſuos, quos ab orgine mundi ſecure deglutiuerat. Hortus deliciarum nobis eſt tuus ſacratiſſimus uterus o Maria, quia ex eo multiplices gaudij flores colligimus, quoties mente recolimus q̃ magna multitudo dulcedinis uniuerſo orbi inde profluxerit. Hortus conclusus tu es ſancta dei genitrix, ad quem deflorandũ manus peccatoris nunquam introiuit. Tu ſanctorum areola aromatum, à cœleſti conſita pigmentario, uirtutum omnium ſpecioſis floribus delectabiliter uernãs. Inter quorum pulcherrimos trium in te miramur excellentiam. Hi ſunt quorum odore ſuauiſſimo totam domum dei reples o Maria, uiola humilitatis, lilium caſtitatis, roſa charitatis. Merito de tali areola flos ille ſpecioſus forma præ floribus paradiſi egreſſus eſt, ſuper quem requieuit ſpiritus dñi. Et cui te aſſimilabimus, o mater pulchritudinis? Vere paradiſus dei tu es, quia lignum uitæ mundo protuliſti, de quo qui manducauerit, uiuet in æternum. Fons uitæ, qui ex ore altiſſimi prodijt, de medio uentris tui exiliuit, atq; inde in quatuor capita ſeſe diſpartiens, ad irrigandam faciẽ arentis mũdi emanuit, lætificans ciuitatem dei. Omnis enim qui biberit ex eo, non ſitiet in æternum. Ecce pluſquam paradiſus hic. De illius enim aqua ſi quis biberit, ſitiet iterum. O quantum mundo contuliſti, quæ tam ſalubris aquæ, aquæductus eſſe meruiſti. O lampas luculentiſſima, quantos lætificaſti, quanto ſplẽdore gloriæ dei illuſtrata, deſideratum illud lumen, quo inuenta eſt drachma decima, ſedẽtibus in tenebris & umbra mortis protuliſti? Te nimirum ille diuini epithalamij præcẽtor a longo intuitus eſt, cum in admirationis uocẽ ita prorupit, dicens: Quæ eſt iſta, quæ pgreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata? Sicut aurora ualde rutilans in mũdum progreſſa es o Maria, quando ueri ſolis ſplendorem, tantæ ſanctitatis iubar prẹcurriſti, ut uere diem ſalutis, diẽ propiciationis, diem quam fecit dominus, a tua charitate initiari dignum fuerit. Felix aurora, felicis diei nuncia extitiſti. Talem auroram talis dies, & talẽ diem talis aurora decuit. Et rectequidẽ aurorẹ impleſti officium. Ipſe enim ſol iuſtitiæ de te proceſſurus, ortum ſuum quadam matutina irradiatione præueniens, in te lucis ſuæ radios copioſe transfudit, quibus poteſtates tenebrarum, quas Eua induxerat, in fugam conuertiſti, atq; ita deſideratũ cunctis gentibus ſolem mundo inuexiſti. Tu pulchra ut luna diceris, eiq; nõ immerito compararis. Illa enim aſtrorũ omniũ ſola ſoli ſimilima, & candore uenuſta argenteo, cæteris in cœlo præmicat ſideribus. Tu ueri ſolis imago expreſſiſsima, inter millia aſtrorum deo aſſiſtentium uirginali puritate in cœlis glorioſa præfulges. Illa tranſfuſo in ſe ſolari lumine noctem illuminat. Tu uirtutum a deo tibi inditarum, magnificis exẽplis ad imitationem tui nos prouocas, ſicq; noſtram noctem illuminas. Qui enim uias tuas inſectatus fuerit, non ambulabit in tenebris, ſed lumen uitæ inueniet. Tu ergo pulchra es ut luna, immo & pulchrior luna, quia tota pulchra es, & macula nõ eſt in te, neq; uiciſſitudinis obumbratio. Tu electa ut ſol, ille inquam ſol ſolis conditor. Ille enim electus ex millibus uirorum, tu electa ex millibus fœminarum. Ille electus ex omnibus quẹ per illum ſunt, tu terribilis ut caſtrorũ acies ordinata. Quid enim? An non horruerunt principes tenebrarum quando uiderunt prẹter morem inſtructam omni armatura fortiũ cõtra ſe procedere fœminam? Fœminam fortem, & ad bella doctiſſimam, cuius enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos. Et in circuitu eius acies ualida ſpũalium uirtutũ, ſuo ſe inuicem ordine tuentiũ, ſiquidẽ ordinatione perſeuerardes. Sed & innumerabilem beatorũ ſpirituũ militiã ad miniſteriũ tanti principis delegatã nullatenus ambigimus, utpote qui cuſtodirent lectulum Salomonis gratiſſimũ, ac puiderent ne prẹparatũ æterno regi hoſpitiũ, alienus hoſpes inuaderet. Nimirũ timor & tremor ueneruut ſuper eos, ita ut dicerẽt: Ecce plus q̃ Eua hæc. Caſtra dei ſunt hæc. Fugiamus Iſraelẽ. Tu ergo bellatrix egregia, primo eum qui primus Euam ſupplantauit, expugnare uiriliter aggreſſa es. Tu enim ſpiritũ elationis ea uirtute humilitatis comploſiſti, quam in te reſpexit dñs, ut ipſius merito ſupra omnes choros angelorum te ſublimari dignã æſtimauerit. Nunq̃ enim ſupra omnes angelos glorificata aſcẽdiſſes, niſi prius infra omnes homines humiliata deſcendiſſes. Tu & ardorẽ uetitẹ concupiſcentiæ uirtute caſtitatis in tua uirginea carne eatenus extinxiſti, ut is in cuius cõſpectu nec aſtra munda ſunt, tantæ munditiæ carnem tuam iudicauerit, ut etiam diuinæ puritati eam agglutinare non deſpexerit. His ergo primarijs ducibus tenebrarum à te fortiter expugnatis, omnis ante faciem tuam militia ſpiritualium nequitiarũ in fugam cõuerſa eſt. Glorioſa dicta ſunt de te genitrix dei. ſed adhuc locus eſt tuæ laudationi, adhuc in tuis laudibus omnis lingua balbutit. Non enim ſunt loquelæ neq; ſermones in omni natione quẹ ſub cœlo eſt, quibus amplitudo gloriæ tuẹ ad plenum ualeat explicari. O magna, o pia, o multum amabilis Maria. Tu nec nominari quidẽ potes quin accendas, nec cogitari quin recrees affectus diligentium te. Tu nunquam ſine

uelocitas prædicationis flante ſpiritusſancto in to
tam mundi latitudinem dirigitur. Denique Ruth,
quæ uel uidens uel feſtinans, ſeu deficiens interpre
tatur, merito eccleſiam ſignificat, quæ in puritate
cordis deū contēplatur, & ſecundū Pſalmiſtā feſti=
nat manus eius dare deo. Hęc definit .ſ. firmiter in
fide & dilectione dei pſiſtere decernit. Bethſabee
uero quę interpretatur puteus ſeptimus, abundan
tiam gratię ſpiritusſancti in eccleſia fieri deſignat.
Dono denique ſpirituali, hoc eſt, ſeptenario facta eſt
eccleſia puteus ſatietatis, quia factus eſt in ea fons
aquæ ſalientis in uitam æternam. ¶*Naaſon autem
genuit Salmon.* Ipſe eſt Naaſon princeps tribus Iu
da, ſicut legimus in Numeris. ¶*Ieſſe aūt genuit Da=
uid regem* Regem dicit Dauid, non quod ipſe ſolus
in iſta genealogia regū fuerit poſitus, cum ab ipſo
uſque ad tranſmigrationem Babylonis qui ſcribun=
tur, plures regnauerunt, ſed quia Dauid primus de
domo Dauid rex fuit; per quem ordo decurrit ge
nealogiæ. ¶*Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea
quæ fuit Vriæ.* Quęritur, cum tres reliquæ extraneę
Salomon modo. mulieres nominibus proprijs ſint poſitæ, cur * Sa=
lomon non nominetur Bethſabee, ſed hoc ſolum
dicatur quod uxor fuit Vriæ. Ideo hoc putatur fa=
ctum, quia tres alię ſupradictæ licet criminoſę fue
rint, in partubus tamen filiorum, per quos currit
genealogia, non ſolum non culpari, ſed etiam lau=
dari meruerunt. Hæc uero adulterio & homicidio
perpetrato. Dauid regi genuit filium, in tantū cul=
pabili cōiugio, ut merito in ſaluatoris genealogia
non uideatur nominata. Nomen uero uiri eius .i.
Vriæ, quaſi iuſti hominis ponitur, ut ex hoc etiam
ſceleris immanitas memoretur, dum uxoris cauſa
occiſus in memoriam reuocatur. Myſtice aūt Da=
uid Chriſtum ſignificat, qui interp̄tatur manu for
tis, & deſiderabilis. Et quid fortius leone, qui uicit
de tribu Iuda, radix Dauid? Quomodo uero ſit deſi
derabilis, ſcriptura oſtēdit, dicens: Ecce ueniet de=
Aggę 2. ſideratus cunctis gentibus. Et Petrus ait: In quem
1 Petr. 1. deſiderant angeli pſpicere. Vrias uero q interpre
tatur lux mea dei, ſignificat diabolum, qui transfi=
gurat ſe in angelum lucis, audiens deo dicere: Lux
Isaiæ. 14 mea dei, & ero ſimilis altiſsimo. ¶*Ioram autem ge=
nuit Ioathan.* In quarto regum uolumine, de Ioram
Ochoziam fuiſſe legimus generatū, quo mortuo,
Iozabeth filia regis Iorā, ſoror Ochozię, tulit Ioas
filium fratris ſui, & eum interneciōni quæ exerce=
batur ab Athalia, ſubtraxit. Cui ſucceſsit in regnū
filius eius Amaſias, poſt quē regnauit Azarias fili=
us eius. Cernis quod ſecundum fidem hiſtoriæ tres
reges in medio fuerunt, quos hic euangeliū pręter=
miſit. Ioram aūt non genuit Oziam, ſed Ochoziā,
& reliquos quos enumerauimus. Verum quia euā
geliſtæ propoſitum erat, tres teſſaradecades in di=
uerſo temporum ſtatu ponere, & Iorā generi ſe mi
ſcuerat impiiſsima Iezabel, idcirco uſque ad tertiam
generationem eius memoria tollitur, ne in ſanctæ
natiuitatis ordine poneretur. Dictum quoque ita e=
rat per prophetam, non niſi quarta generatione in
throno regni Iſrael quenquam de domo Achab eſ=
ſe ſeſſurum. Purgata igitur labe familiæ gentilis,
tribusque præteritis, iam regalis in quarta genera=
tionum conſequentium origo numeratur. ¶*Et poſt
tranſmigrationē Babylonis Iechonias genuit Salathiel.*
Si uoluerimus Iechoniam in fine primæ teſſarade=
cadis ponere, in ſequenti non erūt quatuordecim,
ſed tredecim. Sciamus ergo Iechoniam priorē ip=
ſum eſſe, quē & Ioakim, ſecundū aūt, id eſt, Ioachin
filium, non patrem. Quorū prior per κ & μ, ſeqnēs
χ & ρ ſcribitur. Quorum nomen ſcriptorum uitio
& longitudine temporum apud græcos latinosque
confuſum eſt. Hæc beatus Hieronymus hiſtoriam
ſequens ita expoſuit. Nam & ipſe Iechonias inter=
pretatur præparatio dei. Sic ergo iam non quadra
gintaduo, quæ faciunt ter quatuordecim, ſed prop=
ter unam bis numeratam, quadraginta generati=
ones fiunt, ſi ipſum Chriſtum annumeremus, qui
huic regendæ uitæ noſtræ temporali atque terrenæ
tanquam numero quadragenario regaliter præſi=
det. Tu autem domine.

DE EODEM FESTO HOMILIA
D. Euſebij Emiſſeni.

Quare beatus Matthęus Euangeliſta à Chri
ſti generatione initium ſumat, hanc maxi=
mam & principalem cauſam eſſe putamus,
ut ſaluatorem noſtrū de progenie Dauid & de tri=
bu Iuda ſecundum carnē deſcendiſſe oſtendat. Inci
piens itaque ab Abraham, & per Iudæ lineam ueniēs
ad Dauid, totam ſibi ſuccedentium genealogiā ex
ordine texit, uſque dum ueniat ad Ioſeph uirum Ma=
riæ, de qua natus eſt Ieſus qui uocatur Chriſtus. Nā
& Abrahæ & Dauid Chriſtus dominus noſter pro=
miſſus fuerat: & quod de tribu Iuda originem du=
ceret, prophetatum fuerat. Dixerat enim Domi=
nus Abrahæ, in ſemine tuo hæreditabo omnes gen
tes. Hoc autem Apoſtolus exponens, ait: Non di=
xit in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno,
& ſemini tuo, quod eſt Chriſtus. Iudæ quoque filio
ſuo Iacob patriarcha benedicens, ait: Iuda te lau=
dabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimi=
corum tuorum & adorabunt te filij patris tui. Ca=
tulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti, re=
quieſcens accubuiſti ut leo & quaſi leæna, quis ſuſ=
citabit eum? Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec
dux de femoribus eius, donec ueniat qui mittēdus
eſt: & ipſe erit expectatio gentium. In hoc quoque
euangelio (ſicut in ſequentibus) legitur, quū He=
rodes principes ſacerdotū & populi interrogaret
ubi Chriſtus naſceretur, reſponſum illi eſt ab illis.
In Bethleē Iudæ: ſic enim ſcriptum eſt per prophe
tam, Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam es mi=
nima in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui
regat populum meum Iſrael. Vides igitur quia ſal=
uator noſter Abrahæ fuerat promiſſus, & ſecundū
prophetarum dicta de tribu Iuda naſciturus expe=
ctabatur. Videamus igitur quid regi Dauid de eo=
dem dictum fuerat. Dicat hoc ipſe Dauid. Iurauit
(inquit) Dominus Dauid ueritatem, & nō fruſtra=
bitur eum. De fructu uentris tui ponam ſuper ſedē
tuam. Itemque: *Semel iuraui in ſancto meo ſi Da=
uid mētiar, ſemē eius in æternū manebit.* Ecce enim
non ſolum pmittitur, uerū etiam & iuratur, quod
de ſtirpe Dauid ſecundū carnē Chriſtus oriat̃. Vn=
denū immerito factū eſt, ut pluribus in locis filius
Dauid Chriſtus uocet̃. Hoc enim & pueri clamabāt,
Oſanna filio Dauid, benedictus q uenit in nomine
Dñi. Hoc & mulier Cananęa dicebat. Miſerere mei
dñe fili Dauid. Vnde ipſe quoque Iudęos interrogās
ait: Quid uobis uidetur de Chriſto? cuius filius eſt?
Dicūt ei, Dauid. Quis igit̃ Chriſtū eſſe aliquē cre=
dere poſſet, niſi prius de ſtirpe Dauid certiſsime
natū eſſe cōſtaret? Merito igit̃ euangeliſta de Chri
ſto loquuturus, ſtatim in principio ſuę locutiōis eū
de ſemine Abrahę, de tribu Iuda, & de pgenie Da=
uid natū eſſe oſtēdit. Oſtēſa aūt cauſa cur tale exor
diū euāgeliſta ſcripſerit, Iudęis & hęreticis cęteriſq;

que reſpōdeamus, quibus hanc eandē cauſam nihil
ad rē pertinere uidetur, niſi filium Ioſeph Chriſtū
credamus eſſe. Non eñ hoc loco Mariæ, ſed Ioſeph
generatio texitur. Quid enim ad Chriſtū ptinet,
quod Ioſeph probatur eſſe filius Dauid, quū nō de
Ioſeph, ſed de Maria natus ſit Chriſtus? Sicut enim
ſecundū diuinitatem ſaluator noſter nullā habuit
matrē, ita & ſecundū humanitatē nullū habuit pa-
trem. Audiant igitur iſti hoc quod in lege præci-
pitur, ut uidelicet omnes uiri ducant uxores de tri
bu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ maritos
de eadem tribu accipiant, ut hæreditas permane-
at in familijs, nec ſibi commiſceātur tribus, ſed ita
maneant ut à Domino ſeparatæ ſunt. Probatū eſt
igitur legis teſtimonio, uirginem Mariam atq; Io-
ſeph de eadē tribu & cognatione fuiſſe. Neq; enim
aliter ſecundū legē cōiungi potuiſſent, niſi de eadē
tribu ambo fuiſſent. Si eñ aliqs mihi obijciat, mul-
tos de alia quoq; & nō tantū de ꝓpria tribu duxiſ-
ſe uxores: reſpōdeo, nō ſolū hoc, ſed multa alia ple
runq; contra legem Iudæos feciſſe. Ioſeph uero cō
tra legem agere non poterat, utpote qui iuſtus e-
rat, & deū in omnibus offendere timebat. Hęc aūt
lex & ſi fortaſſe nō ad plenū ab alijs cuſtodiebatur,
ab illis tñ mulieribus cuſtodiri neceſſariū erat, quę
qñ fratres nō habebāt, parētibus ſuis in hęreditatē
ſuccedebāt. Sic eñ pcipit Moyſes, imo Dñs p Moy
ſen, ut ſi aliqs ſine filijs defunctus fuerit, ad filias
eius trāſeat illius hęreditas. Quę ſi de alia tribu ma
ritos acceperit, hæreditatē quoq; in aliā tribū trā
ſire oporteret. Tales igitur neceſſe eſt aut de ſua
tribu accipere, aut omnino uiros non accipere: ne
ſi de alia accipiant, ut poſſeſsiones & hæreditates
cōmiſceantur, quod quidē nullatenus fieri licet. Vn
de manifeſtum eſt beatiſsimā uirginē Mariā, quæ
nobiliſsima hæres parentibus ſuis in hæreditatē
ſucceſſerat, ſiquidē nec fratres habuit nec habuiſſe
legitur, neminē de alia tribu coniugē accipere po-
tuiſſe. Sed fortaſſe dicis eā non habuiſſe hæredita-
tem. Lege ergo in Leuitico, & inuenies q̄d nemo
hæreditatē ſuā ex toto uendere poterat, & ſi uſum
eius uendere potuiſſet. Veniente nanq; Iubileo, oīs
hæreditas ad proprium dñm reuertebatur. Quo-
modo ergo ſine hęreditate eſſe poterat, quę ex tā
nobiliſsimis parentibus orta fuerat? His igitur ra-
tionibus manifeſtiſsime comprobatur, & Ioſeph
& beatam uirginē Mariā de eadem tribu fuiſſe. Sed
ideo per Ioſeph euāgeliſta generationē texere uo
luit, qm̄ uſus eſt ſanctarū ſcripturarū ubiq; per ui-
ros, & nuſquā per mulieres generationis ſeriē or-
dinare. Oēs ergo generationes ab Abrahā uſq; ad
Dauid, generationes quatuordecim. Et à Dauid
uſq; ad tranſmigrationē Babylonis, gñationes qua
tuordecim, & a trāſmigratione Babylonis uſq; ad
Chriſtum, generationes quatuordecim. Hoc autē
uerū eſt, ſi una eademq; perſona bis numeret̃, ſitq;
alterius ætatis initiū, quę alterius finis fuerat. Ali-
ter aūt nō procedit. Chriſti aūt generatio ſic erat.
Cū eſſet deſpōſata mater eius Maria Ioſeph, anteq̄
conuenirēt, inuēta eſt in utero habēs de ſpū ſancto.

IN VIGILIA MATTHAEI apoſtoli. Lucæ. v.

¶ In illo tempore: Vidit Ieſus publicanum
nomine Leui, ſedentem ad telonium, & ait
illi: Sequere me. Et reliqua. Homilia uene
rabilis Bedæ.

IDem Leui q & Matthęus eſt, ſed Lucas Mar
cusq; propter uerecundiā & honorem euan
geliſtæ noluerunt nomē ponere uulgatum.
Ipſe aūt Matthęus iuxta illud q̄d ſcriptū eſt:
Iuſtus accuſator ſui eſt in primordio ſermo- Pro. 18.
nis, Matthæum ſe & publicanum nominat, ut oſtē
dat legentibus nullum debere conuerſum de ſalu-
te diffidere, cum ipſe de publicano in apoſtolum,
de telonario in euangeliſtam ſit repente mutatus.
¶ *Et relictis omnibus, ſurgens ſecutus eſt eum.* Intelli-
gens Matthæus quid ſit ueraciter dominum ſequi,
relictis omnibus ſequitur. Sequi enim eſt imitari.
Ideoq; ut pauperem Chriſtum non tam greſſu quā
affectu conſectari potuiſſet, reliquit propria, qui
rapere ſolebat aliena. Perfectamq; nobis abrenun
ciationis ſeculi formam tribuens, non ſolum lucra
reliquit uectigalium, ſed & periculum cōtempſit
quod euenire poterat à principibus ſeculi, quia ue-
ctigalium rationes imperfectas atq; incompoſitas
reliquerit. Tanta enim cupiditate ſequendi domi-
nū ductus eſt, ut in nullo penitus huius uitę reſpectū
uel cogitationem ſibimet reſeruauerit, propter
quod iuſta mercede dum humana ſedulus negocia
deſerit, dominicorum fidelis diſpenſator meruit
eſſe talentorum. ¶ *Et fecit ei conuiuium magnum Leui
in domo ſua.* Qui domicilio Chriſtum recipit inter-
no, maximis delectationibus exuberantium paſ-
citur uoluptatum. Itaq; dominus libenter ingredi
tur, & in eius qui crediderit, recumbit affectu. Et
hoc eſt bonorū operum ſpirituale conuiuium, quo
diues populus eget, paup epulatur. Et erat turba
multa publicanorū, & aliorum qui cū illis erāt diſ-
cumbētes. Viderūt publicanū à peccatis ad melio
ra cōuerſum, locum inueniſſe pœnitētię, & ob id e-
tiam ipſi nō deſperabāt ſalutem. ¶ *Et murmurabāt
phariſæi & ſcribæ eorum, dicētes ad diſcipulos eius: Qua
re cū publicanis & peccatoribus mādūcatis & bibitis.* Cō-
uiuantibus cum domino publicanis, phariſæi mur
murantes, de ieiunio gloriantur. Vbi primo legis
& gratiæ quanta ſit diſtantia, declaratur, quia qui
legem ſequuntur, ieiunæ mentis famem patiuntur
æternam. Qui uero uerbum in interioribus animę
receperunt, alimenti cœleſtis & fontis ubertate
recreati, eſurire & ſitire non poſſunt. Deinde retri
butionis futuræ ſpes præfiguratur, quando epulā-
tibus cum Chriſto electis, perfidia ſuperborum ie
iuna torquebitur, quibus dicitur: Meretrices & pu-
blicani præcedent uos in regnum dei. Quod ſi per Mat. 21.
Matthæi electionem, fides gētium (quæ prius mū
di lucris inhiabant, ſed nunc corporis Chriſti ſedu
la deuotiōe reficiuntur) exprimitur, profecto ſupe
cilium phariſæorum, Iudęorū inuidiam qua de gē
tium ſalute torquentur, inſinuat. ¶ *Et reſpondēs Ie-
ſus, dixit ad illos: Non egent qui ſani ſunt medico, ſed
qui male habent. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccato-
res in pœnitentiam.* Sugillat ſcribas & phariſæos,
qui iuſtos ſe putantes, peccatorum conſortia de-
clinabant. Seipſum nanq; medicum dicit, qui mi-
ro medicandi genere uulneratus eſt propter iniq-
tates noſtras, & liuore eius ſanati ſumus. Sanatos Iſaie. 53.
aūt & iuſtos appellat eos, q ignorātes dei iuſtitiā,
& ſuam uolentes ſtatuere, iuſtitię dei nō ſunt ſub-
iecti, qui ex lege præſumentes, euangelij gratiam
non quærunt. Porro male habentes & peccatores
uocat eos qui ſuę fragilitatis cōſcientia deuicti, nec
ſe per legē iuſtificari poſſe uidentes, Chriſti ſe gra
tiæ pœnitendo ſubmittunt. Vbi ſimul oſtenditur
quod

q̃d non in priſtinis uitijs permanentes, ut ſcribę & phariſæi murmurabãt, ſed pœnitentiã agentes publicani uenerint ad Ieſum, & ipſe quoq; Ieſus cõuiuia pctõrum, ut occaſionẽ haberet docẽdi, & ſpũales inuitatoribus ſuis præberet cibos, adire dignatus ſit. Deniq; cũ frequẽter pergere ad conuiuium deſcribatur, nil refertur aliud, niſi quid ibi fecerit, quid docuerit, ut & humilitas dñi eundẽ ad peccatores, & pœnitentia doctrinæ eius in pœnitentiũ conuerſione monſtretur. Tu autem.

IN DIE S. MATTHAEI.

Matthæi, ix.

¶In illo tempore: Cum trãſiret Ieſus, uidit hominem ſedẽtem in telonio Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Ro 3. Legimus Apoſtolo dicente: Quia oẽs peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam illius. Qui & iterum inæſtimabilem eiuſdem gratiæ magnitu-
Rom. 5. dinem commendans ait: Vbi autem abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia: quia nimirum quanto grauiorẽ dominus in electis ſuis peccatorum languorem curauit, tanto ampliorẽ cunctis gratiæ medentis potentiam monſtrauit. Vnde ex lectione euangelica audiuimus, quia ſedentem in telonio Matthæum, ac temporalibus curis intentum repente miſeratus dominus uocauit, & de publicano iuſtum, de telonario diſcipulũ fecit, quem etiam proficientibus eiuſdem gratiæ cremẽtis, de communi diſcipulorum numero ad apoſtolatus gradum promouit. Nec ſolum prædicandi, uerumetiam ſcribendi euangelium illi miniſterium commiſit, ut qui curam terreſtrium omiſerat, cœleſtium talentorũ diſpẽſator eſſe inciperet. Quod ob id utiq; prouidentia ſuperna fieri diſpoſuit, ut nullum enormitas ſuorum, aut numeroſitas ſcelerum à ſperanda uenia reuocaret, cum hunc tantis mundi nexibus abſolutum tam cœleſtem factum conſpiceret, ut communicato cum angelicis ſpiritibus uocabulo, euangeliſta nominaretur & eſſet. ¶ *Vidit, inquit, Ieſus hominem ſedentẽ in telonio Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me.* Vidit autem non tam corporeis intuitibus, quam internæ miſerationis aſpectibus, quibus & Petrum negantem, ut reatum ſuum cognoſcere ac deflere poſſet, reſpicere dignatus eſt. Quibus populum ſuum Aegyptia ſeruitute depreſſum, ut eriperet aſpexit, dicens ad Moyſen: Videns uidi afflictionem popu-
Exo. 3. li mei qui eſt in Aegypto, & gemitum eius audiui, & deſcendi liberare eum. Vidit ergo hominem, & miſeratus eſt ei, qui humanis tantum ſtudijs deditus, necdum angelico nomine dignus extiterat. Vidit ſedentem in telonio, pertinaci uidelicet animo temporalibus lucris inhiantem. Matthæum, inquit, nomine. Matthæus hæbraice, latine dicitur donatus. Quod profecto nomen illi apte cõgruit, qui tantum gratiæ ſupernæ munus accepit. Nec prætereundum eſt quod idem Matthæus eſt dyonomos, nam & Leui uocabatur. Quod etiam nomen eidem gratiæ qua donatus eſt, teſtimonium perhibet. Interpretatur enim additus, ſiue aſſumptus, ſignificans quia aſſumptus eſt per electionem à Domino, & additus ad numerum gradus apoſtolici. Hoc autem illum nomine Marcus & Lucas in hac lectione magis appellare uoluerunt, ne conſortem operis euangelici de priſca cõuerſatione palã nominabilem redderent. At uero ubi ad deſcribendũ duodecim apoſtolorum catalogum per-
Pro 10. uenerũt, tacito Leui uocabulo, Matthæũ illũ aperte nuncupauerunt. Prior ipſe Matthæus, iuxta hoc quod ſcriptum eſt, Iuſtus prior accuſator eſt ſui, uenit amicus eius, & inueſtigauit eum, uulgato ſe nomine uocat, cum de telonio uocatũ narrat. Sed & in decalogo apoſtolorũ cũ additamẽto ſe publicanũ cognominat. Thomas, inq̃t, & Matthæus publi-
Mat. 10. canus. q̃tenus maiorẽ p̃ hoc publicanis & pctõribus adipiſcẽdę ſalutis cõfidentiã p̃beat. Quã docẽdi formulã Paulus q̃q; ſecutus ait: Quia Chriſtus Ie-
1. Tim. 1. ſus uenit in hũc mundũ pctõres ſaluos facere, quorũ primus ego ſum. Sed ideo miſericordiã cõſecutus ſum, ut in me primo oſtẽderet Chriſtus Ieſus om̃ patientiã, ad exemplum eorum qui credituri ſunt illi in uitam ęternam. Vidit ergo Ieſus publicanũ. Et quia miſerando atq; eligendo uidit, ait illi, *Sequere me.* Sequere autem dixit, imitare. *Sequere* dixit, non tã inceſſu pedum, quam executione morum. Qui enim dicit ſe in Chriſto manere, debet ſi-
1. Ioh. 2. cut ille ambulauit, & ipſe ambulare, q̃d eſt nõ ambire terrena, nõ caduca lucra ſectari, fugere honores ſeculi, contemptum mundi omnem pro cœleſti gloria libenter amplecti, cunctis prodeſſe amare, iniurias nulli inferre, ſibi autem illatas patiẽter ſufferre, ſed & inferẽtibus à domino ueniã poſtulare, non unquam ſuã, ſed conditoris ſemper gloriam quærere, quotquot ualet ſecum ad amorẽ ſupernorum erigere. Hęc & huiuſmodi gerere, Chriſti eſt ueſtigia ſequi. ¶ *Et ſurgens, inquit, ſecutus eſt eum.* Non enim mirandum eſt, quod publicanus ad primam iubentis domini uocem terrena quæ curabat lucra reliquerit, opibusq; neglectis, illius comitatui, quem nil diuitiarum habere cernebat, adhęſerit. Ipſe enim dominus qui eum foris uerbo uocauit, intus inuiſibili inſtinctu ut ſequeretur edocuit, infundens menti illius lumen gratiæ ſpiritualis, qua intelligeret, quia quos temporalibus euocabat in terris, incorruptibiles in cœlis dare theſauros ualeret. Surgens, inquit, ſecutus eſt eum. Surrexit ut ſequeretur, dimiſit caduca quæ gerebat, ut conſequeretur æterna, ad quæ illum ueritas in-
Eph. 5. uitabat, quale eſt illud: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. ¶ *Et factũ eſt diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores uenientes, diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius.* Vnius publicani conuerſio, multis exemplum & pœnitentiæ & indulgentiæ publicanis ac peccatoribus tribuit. Non enim dubitandum quia publicani ac peccatores eſſe deſierant, qui cum Ieſu & diſcipulis eius diſcumbebant: nec ſi in peccatis perſeuerare decernerent, ei qui ſine peccato eſt, cõueſci auderent. Publicani quippe uocantur, qui uel publice ſceleribus fœdantur, uel publicis implicãtur negocijs, quæ ſine peccato aut uix aut nullatenus ualent adminiſtrari. Et pulchro ſatis præſagio qui apoſtolus & doctor gentium erat futurus, in prima ſua conuerſione peccantiũ poſt ſe gregẽ trahit ad ſalutem, officiumq; euangelizandi, quod proficiente merito uirtutum erat expleturus, à primis iã fidei ſuę rudimentis incipit. Neq; enim ſolum q fratrem uerbo erudit, ſed etiã qui exemplo ad meliora cõuertit miniſterium gerit doctoris. Deniq; ĩdem publicani nõ tunc ſolummodo cum domino diſcumbebãt, uerũ & deinceps abiectis ſecularibus nego-

negocijs,ad imitationē Matthæi,illum ſequi gau-
Mar.2. debant,teſte euangeliſta Marco,qui ait: Multi pu-
blicani & peccatores diſcumbebant cum Ieſu & di
ſcipulis eius. Erant enim multi qui & ſequebantur
Luc 5. eum. Notandum autem quod Lucas hęc referens,
dicit quia Dominus in domo eiuſdem Matthæi cū
publicanis diſcubuerit,& quia ipſe conuiuiū illi ma
gnum parauerit.. Qui quidem Matthæus quātum
ad generale iudicium reſpicit, congruam benefi-
cijs cœleſtibus uicem rependit, ut à quo perennia
bona ſperabat, illi ſua temporalia commodaret i
eumq; corporalibus epulis reficeret,à quo ipſe do
nante guſtum ſpiritualis acceperat ſuauitatis. Por
ro ſi altiore intellectu quæ geſta ſunt indagare cu
pimus,non tantum in domo ſua terreſtri conuiui-
um domino corporale exhibuit,ſed multo gratius
illi conuiuium in domo pectoris ſui per fidem ac
dilectionem parauit,ipſo atteſtante qui ait: Ecce
Apoc.3. ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit uocem
meam, & aperuerit ianuā,intrabo ad illum, & cœ-
nabo cum illo,& ipſe mecum. Stat quippe Domi-
nus ad oſtium & pulſat,cum memoriam ſuæ uolū-
tatis,uel per os docentis hominis,uel per ſuam in-
tus inſpirationē noſtro cordi infundit. Audita aūt
uoce eius,ianuam ut recipiatur aperimus, quando
illius ſiue ſecretis ſiue apertis admonitionibus li-
benter aſſenſum prębemus,& his perficiendis quę
faciēda cognouimus,operam damus. Intrat uero,
ut & ille nobiſcū,& nos cum illo cœnemus,quia in
cordibus electorum per amoris ſui gratiam inha
bitat,ut & ea ſemper luce ſuæ præſentiæ reficiat,
quatenus ad ſuperna deſideria magis magiſq; pro
ficiant, & ſtudijs eorum cœleſtibus quaſi gratiſſi-
mis dapibus ipſe paſcatur. Sequitur: ¶*Et uidentes
phariſæi,dicebant diſcipulis ſuis: Quare cum publicanis
& peccatoribus manducat magiſter ueſter?* Duplici er-
rore tenebantur phariſæi, quum magiſtro ueritas-
tis de ſuſceptione peccatorum detrahebant: quia
& ſe iuſtos arbitrabantur, qui ſuperbiæ faſtu à iu-
ſtitia longe diſceſſerant, & eos criminabantur in-
iuſtos,qui reſipiſcentes à peccatis, non parum iam
iuſtitiæ propinquabāt. Inuidia nanq; fraternæ ſa-
lutis obcæcati, recolebant quia publicanus erat
Matthæus,publicani & peccatores erāt multi alij
qui cum domino diſcumbebant, ſed meminiſſe no-
lebant,quia idem Matthæus,ſicut Lucas ſcribit,re-
lictis omnibus quæ gerebat, ſecutus eſt eū. Sed &
alij publicani ac peccatores eo animo cū illo diſcū-
bebant,quod illi deinceps adhærere diſponebant.
Errabant ergo phariſęi,qui nec aliena,nec ſua ſali-
cem corda nouerant. Sed qui nouit occulta cordis,
qui uenit quærere & ſaluum facere quod perierat,
& eos quos iam pœnitentes ſuſceperat,amplius in
fide confortat,& eos quos adhuc ſuperbos tolerat
& impios ad humilitatis gratiam ac pietatis pro-
uocat. Nam ſequitur: ¶*Non eſt opus ualentibus medi-
cus,ſed male habentibus.* In eo etenim quod male ha
bentibus medicum ſe aduenisse teſtatur,auget ſpē
obtinendæ ſanitatis & uitæ, eis qui de peccatorū
ſuorum languore turbati,ſaluatoris ac uiuificato-
ris magiſterium iam ſequi cœperant. In eo aūt q̄d
ualentibus non opus eſſe medico dicit,illorum te-
meritatem redarguit,qui de ſua iuſtitia præſumē-
tes gratiæ cœleſtis auxilium quęrere detrectabāt.
Quis nanq; iuſtus eſſe poterit,ut diuina opitulatio
ne non egeat, cum ille quo in natis mulierū maior
nemo eſt,de ſe Iohānes apertiſsime dicat: Non po
Iohan 3 teſt homo accipere à ſe quicquā, niſi ei datū fuerit
de cœlo? Dum uero ſubiungit: ¶*Euntes autem, di-
ſcite quid eſt, miſericordiam uolo & non ſacrificium,* ei-
ſdem phariſæis de falſa iuſtitia tumentibus etiam
conſilium correctionis oſtendit. Admonet nanque
eos, ut per opera miſericordiæ ſibimetipſis ſuper-
næ miſericordiæ præſidia conquirant,& non con-
temptis pauperum neceſsitatibus,per oblationem
ſe ſacrificiorum dominum placare confidant, pro-
poſuit autem eis teſtimonium de propheta,& hoc
illos euntes diſcere iuſsit,euntes uidelicet à teme
ritate ſtultæ uituperationis, ad diligentiorem ſcri
pturæ ſanctæ meditationem,ut qui eum peccato-
res ſuſcipientem contra ſcripturarum decreta fa-
cere calumniabātur, ipſi ſe potius intelligerēt quæ
eſſent dei præcepta,* neglexiſſe,uel agnita nō fe- neſciſſe.
ciſſe. Qui enim quotidianis in templo oblationi-
bus inſtantes, nulla delinquentibus compaſsione
miſerebantur,patet profecto, quia cōtra ſermonē
propheticum ſacrificium potius quam miſericor-
diā quærebant. At uero dn̄s,qui ſicut ſcriptum eſt,
pertrāſiuit bene faciendo & ſanādo oēs oppreſſos Actu.10.
à diabolo,& quoties templū intrauit, magis ibi
languentes curare,erudire neſcios,contumaces re-
darguere,uel etiā foras deturbare,quam uictimas
ſtuduit offerre,liquet utiq; quia uoluntatis diuinę,
quam propheta monebat,iuſſa perfecit; miſericor
diæ ſcilicet opus exequēdo,& non ſacrificiū cele-
brando Qui etiam reprehenſoribus ſuis, quare cū
publicanis & peccatoribus mādicaret,rationē red
dere non deſpexit,ut uel ſic eos à ſuperuacua mur-
muratione cohiberet,atq; ad ſequēda pietatis ſuæ
dona prouocaret. ¶*Non enim, inquit, ueni uocare iu-
ſtos,ſed peccatores.* Idcirco igitur dominus peccato
rum conuiuia frequētābat,ut inſidiatores ſuos do-
cēdo,cœleſtes inuitaret ad epulas. Sed mouet for-
te aliquem, quomodo dominus dixerit non ſe ue-
niſſe ad iuſtos,ſed magis ad peccatores uocandos,
cum cunctis legentibus conſtat, quod etiam illos
quos ſecundum Moſaicæ legis inſtituta iuſtos in-
uenit, ad euangelicæ perfectionis culmen pluri-
mos uocauit. Si enim ſolos peccatores,& non etiā
iuſtos uocaret, nequaquam Nathanael diſcipula-
tus illius conſors exiſteret, quem ad ſe primo ue-
nientem, tanta laude dignum putauit, ut diceret:
Ecce uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Si non Iohan.1
iuſtos uocaret,Petrum & Andream in apoſtolatus
arte non haberet,qui quanto amore iuſtitiæ flagra
uerint, docuerunt cum ad teſtimonium præcurſo-
ris continuo Dominū uidere & audire gauiſi ſunt.
Quomodo ergo non uenit uocare iuſtos, ſed pec-
catores,niſi quia Lucas hæc referens, apertius di-
cit: Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores in pœ-
nitentiam: Omnes uero electos ad regnum cœle- Lucæ.5.
ſte dominus uocat, ſed illos ſolum ad pœnitentiā
uocat, quos grauioribus peccatis inuolutos inue-
nit. Quos uero iuſtitię operibus deditos reperit,nō
eos ad pœnitentiam pręteritæ conuerſationis,ſed
ad profectum magis uitę perfectioris inuitat. Vo-
cat peccatores, ut per pœnitentiam corrigantur.
Vocat iuſtos,ut magis magiſq; iuſtificentur. Quā-
uis & ita recte poſsit intelligi quod ait: Non ueni
iuſtos uocare, ſed pc̄tōres, quia nō illos uocauerit
qui ſuam iuſtitiam uolentes conſtituere, Dei iuſti-
tiæ nō ſunt ſubiecti, ſed eos potius qui fragilitatis
ſuæ conſcij, non erubeſcunt profiteri, q̄a in multis
offendimus oēs. Si quos aūt & de illis qui fallaci-
ter ſunt iuſti,correctos uocat ad ueniam, etiam in
illis implebitur eius ſermo, quia non uenerit uoca-

re iuſtos,ſed peccatores,id eſt,non elatos, ſed humiles:non de ſua iuſtitia inflatos,ſed ei qui iuſtificat impium,deuota mente ſubſtratos. Nam & tales ubi conuertuntur,nequaquam ſe iuſtos,ſed peccatores neceſſe eſt ſyncero corde teſtentur. Libet autem meminiſſe fratres chariſsimi,ad quantā dominus arcem iuſtitiæ Matthæum (quem de publicanis actibus elegit, ut ſpem remiſsionis peccatoribus ampliaret) adnexerit. Qualis nanq; ſit factus, ipſe apoſtolorum numerus cui inſertus eſt, docet. Docet & ipſa gens Aethiopum, quā de finibus terræ ultimis ad ſanctæ eccleſiæ ſocietatem prædicādo conuertit,ablutamq; fonte baptiſmatis,de fuſca formoſam reddidit, quia uitiorum nigredinē exuit,ac uirtutū decorauit ornatu. Docet etiā euangeliū,in quo ſcribēdo noui teſtamēti conſecrauit exordium,cui ſpeciali priuilegio donatum eſt, ut dominicæ incarnationis myſteria,quæ cuncti ā ſeculo prophetæ futura præcinebant,ipſe primus omnium iam facta deſcripſerit,& credentibus legēda tranſmiſerit. Quod uidelicet euangelium,ad ædificandam fidem eccleſiæ primitiuæ, quæ ex Hebræorum maxime populo collecta eſt, Hebræo ſermone compoſuit. Dilatata autem per orbem eccleſia, & Græcis ac barbaris in eiuſdem fidei unitatem confluentibus , curauerunt præſules fidelium , ut idem etiam in græcum latinumque transferretur eloquium,quomodo etiam Marci, Lucæ & Iohannis euangelia , quæ deinceps Græca lingua ediderant,mox in latinum transfudere ſermonem,quatenus hæc omnes per orbem nationes legere & in

Ezech.1 telligere poſſent. Teſtatur & Ezechiel propheta, quantum idem Matthæus inter præcipua ſanctæ Eccleſiæ membra effulſerit,dū ſub figura quatuor animalium admirabiles omnium euangeliſtarum uirtutes quas cœleſti uiſione didicerat,pleniſsimo ſermone deſcribit. Sed & Iohannes apoſtolus, qui erat unus ex eis,& ipſe uiſione doctus ſpirituali , inter prima eccleſiæ membra ſacrā eorundem euāgeliſtarum facit mentionem. Tantæ quidem erant dignitatis illi qui redēptoris noſtri facta & dicta ſcribendo memoriæ tradiderunt, ut nō ſolum prophetico, ſed & apoſtolico eſſent teſtimonio commendandi. Tantæ erant dignitatis , ut utriuſq; teſtamenti ſcriptura eis merito teſtimonium daret, eorumq; gloriam cœli ciues nouante exortum tātummodo eorum , uerum etiā poſt inchoatum uel expletum ſanctiſsimi munus operis hominibus ad memoriam referarent,& quanti apud deum haberentur,oſtenderent. Multa ergo de illis Ezechiel, multa eximius ipſorum commemorauit Iohannes. Sed nobis in præſenti, quia ſermo claudendus eſt, unum Iohannis teſtimoniū cōmemorare ſufficiat.

Apo.4. Et cum darēt,inquit,quatuor animalia gloriam & honorem & benedictionem ſedenti ſuper thronū, uiuenti in ſecula ſeculorum , procidebant uigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno,& adorabant uiuentem in ſecula ſeculorum, & mittebāt coronas ſuas ante thronū . Oportet nanq; ut quoties regis æterni magnificētiam in ſanctis euangeliſtarum libris prædicari cognouerimus,procidamus humiles ante illius miſericordiā,& deuotis precibus imploremus,& quicquid boni operis habere poſſumus,non noſtris meritis hoc,ſed eius gratiæ ſemper tribuamus, qui ſedens in throno patris , una cum ſpūſancto uiuit & regnat.

IN FESTO SANCTI MATTHAEI.

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

SIc enim de ſe beatus Matthæus quaſi de alio loquitur. Quod & Moyſen & quoſdā alios ſcriſiſſe legimus humilitatē docentes , & uanam gloriā amputātes. Vocatur aūt alio nomine Leui, quod pene idē ſignificat. Matthæus enim donatus, Leui autē appoſitus interpretatur. Appoſitus namque Apoſtolorum ordini, pro magno munere ſanctæ Eccleſiæ donatus eſt. Et bene quidem de teloneo uocatur,ut qui publica uectigalia colligebat , nos quoq; tributa ſoluere doceat. Quid enim aliud nos in hoc euāgelio docet,niſi quę & qualia & quomodo tributa noſtra Domino reddamus? In cunctis enim quæ iubente Domino agimus,nihil aliud facimus niſi quod tributa perſoluimus. *Et factū eſt, diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores uenientes, diſcumbebāt cum Ieſu & diſcipulis eius.* Ait enim Lucas : Quia fecit illi magnum cōuiuium Leui in domo ſua. Unde factum fuiſſe puto, ut publicani & peccatores & cæteri eiuſdē ordinis homines illuc ad conuiuium conuenirent. Veruntamen neq; illud conuiuium , neq; illum conuentum publicanorum , ſine aliqua ſignificatione fuiſſe intelligendum eſt. Illud enim conuiuium quod tunc Leui Domino præparauit,hoc euangelium ſignificabat, quod poſtea ſcripſit , cuius delicijs nunc in Chriſto animæ noſtrę reficiuntur. Ad hoc aūt quia Iudæi uenire noluerint, publicani & peccatores intrare cōpulſi ſunt. Unde alibi Dominus ait: Quia nemo illorum qui uocati ſunt , guſtabit cœnā meam. *Et uidentes Phariſæi, dicebant diſcipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter ueſter?* Similiter enim & fideles aduerſus beatum Petrum poſtea ſcandalizati ſunt , eo quod Cornelio incircunciſo communicauerit. Quibus & ipſe rationem reddit , ſicut & dominus iſtius rationē reddere non eſt dedignatus. Ait enim: *Non eſt opus ualentibus medico,ſed male habentibus.* Ac ſi dicat,ad ſanandum ueni,nō ad manducandū: Medicus ſum,nō conuiua. imo ideo conuiua , quia medicus. Hoc genus morbi nuſquam tam bene ſicut in conuiuio ſanatur,in illo utiq; conuiuio,quod per hoc conuiuium ſignificatur. Tale nanq; conuiuium quotidie in Eccleſia fit. Hoc conuiuium animorum eſt. Quoties enim epiſcopi & ſacerdotes in eccleſia prædicant, toties hoc conuiuium præparatur. In hoc autem conuiuio tales potiones, taliaq; antidota infirmis anteponuntur , quibus cæci illuminantur, leproſi mundantur, paralytici curantur, mortui ſuſcitantur , omneſq; morbi & omnes infirmitates ſanantur. Tale igitur conuiuium beatus Matthæus Apoſtolus & Euangeliſta nobis præparauit, tale nos quoque alijs præparare docuit. Et talis quidem conuiuij præparandi, talis potionis & antidoti dādi peritiſsimus medicus Apoſtolus fuit, qui ait: Factus ſum infirmis tanquā infirmus, ut infirmos lucrifacerem, omnibus omnia factus ſum , ut omnes ſaluos facerem. Hæc igitur eſt cauſa , quare Dominus & ſaluator noſter cū publicanis & peccatoribus manducare uenit, ut eos uidelicet ſanaret , & ueri medicaminis rationē monſtraret. Non enim dedignatur Chriſtus eos in conuiuio recipere, quorū mortalitatē non eſt dedignatus aſſumere. Reficit exterius corpora, reficit interius mētes. Nō poteſt ibi eſſe fames , ubi eſt panis uiuus q de cœlo deſcēdit. Panis igit̄ detur famelicis, de qbus dicit̄, Et famelici ſaturati ſunt. Medicus ſubueniat infirmis , q aliter ſanari nō poſſunt. *Euntes diſcite quid eſt: miſeriam uolo, & nō ſacrificiū.* Hoc eīm in Oſea ſcriptum eſt. Quod

ſi Phariſæi intellexiſſent, hæc talia non loquerentue Quæ ſit autem hæc miſericordia, ſubdidit, dicens. *Nõ enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores.* Quod enim peccatores uocantur & ſaluantur, miſericordia eſt: quod uero illi reprobãtur, qui ſe iuſtos eſſe iniuſte arbitrantur, iuſtitia eſt. Non potuit aũt ſaluari mundus per ſacrificium, ſaluatus eſt uero per miam: quia Chriſti ſacrificiũ miſericoedia ſuit.

RELATIO DE DEDICATIone eccleſiæ baſilicæ Michaelis, & miraculis oſtenſis.

MEmoriam beati Michaelis archangeli toto orbe uenerandam, ipſius & opere condita, & conſecrata nomine demonſtrat eccleſia, quæ nõ metallorũ fulgore & peiuilegio commeudata eſt ſignorũ. Vili facta ſchemate, ſed cœleſti ꝓdita uirtute, utpote quã fragilitatis humanę memor archãgelus e cœlo ueniens, ad promerendã ibi mortalibus ſupernorum ſocietatem, propria manu condere dignatus eſt. Veetice ſiquidem montis excelſi poſita, de corpore eiuſdem ſaxi ſpeluncę inſtar prę cauata oſtenditur. Eſt autem locus in Apuliæ finibus, ubi inter ſinum Adriaticum & montem Garganum ciuitas Sepontus poſita eſt, Qui mons ciuitatis à mœnibus ad duodecim millia pedũ erectus, in cacumine ſupremo beati aechangeli quam præfatus ſum, geſtat eccleſiã. Hãc mortalibus hoc modo cognitã, libellus in eadem eccleſia poſitus indicat. Erat in ea ciuitate uir prædiues quidam Garganus nomine, qui ex euentu ſuo monti uocabulum indidit. Huius dum pecoea, quorũ infinita multitudine pollebat, paſsim per deuexi montis latera paſcerentur, contigit taurum armenti communis gregis conſortia ſpernentem, per montem ſingularem incedere ſolitum, ad extremum redeuntibus pecoribus domum nou eſſe ceuerſum. Quem dominus collecta multitudine ſeruorum pee deuia quæq; requirens, inuenit tandem in uertice eiuſdem montis peo foribus cuiuſdam aſsiſtere ſpeluncæ. Itaq; ira permotus, cue ſoliuagus incederet, arrepto arcu appetit illum ſagitta toxicata. Quæ ueluti ueuti ſtamine retorta, cum à quo iacta eſt, mox eeuecſa percuſsit. Turbati ciues & ſtupefacti qualiter res fuerit effecta, non enim accedere propius audebant, couſulunt epiſcopum, quid facto opus ſit. Qui indicto ieiunio triduano, à Deo monuit eſſe quæreudum. Quo peracto, ſanctus domini archangelus epiſcopum per uiſionẽ alloquitue, dicens: Iam bene feciſti, quod homines latebat, à deo quærendo myſterium, cauſam uidelicet hominis ſuo telo percuſsi. ſciatis hoc mea geſtum uolũtate. Ego enim ſum Michael archangelus, qui in conſpectu domini ſempee aſsiſto, locumq; hunc in terris incolere, tutumq; ſeruaee inſtitueus, hoc uolui indicio probare, omnium quæ ibi geeuntur, ipſius quoq; loci me eſſe inſpectoeẽ atq; cuſtodem. Hac reuelatione comperta, couſuetudinẽ fecerunt ciues hic dominum precibus pee ſanctum depoſcere Michaelem. Duas quippe ianuas ibi cernentes, quarum auſtralis, quæ & maioe erat aliquot gradibus in occaſum uergẽtibus adiri poterat, ſed nec ultra cryptã intrare auſi, præ foribus quotidie orationi uacabãt. Inter hæc Neapolitani paganis adhuc ritibus aberrantes, Sepoutinos & Beneuentanos, qui centum quinquaginta miliaribus à Seponto diſtant, bello laceſſeee tentãt. Qui antiſtitis ſui monitis edocti, tridui petunt inducias, ut triduano ieiunio liceeet quaſi fidele patrocinium ſancti Michaelis implorare & præſidium. Quo tempore pagani ludis ſcenicis falſorum inuitant auxilia deorum. Ecce autem nocte ipſa quæ belli antecedebat diem, adeſt in uiſione ſanctus Michael antiſtiti, pecces dixit exauditas, uictoriam ſpopõdit aſſuturam, & quarta diei hora bello peæmonet hoſtibus occureendum. Læti ergo facti, & de angelica certi uictoria, dñi coacti ſpiritu obuiant Chriſtiani paganis. Atq; in primo belli appacatu Garganus immenſo tremoee concutitur, fulgura ceebra uolant, & caligo tenebroſa totum montis cacumen obduxit, impleta ꝓpheria quæ dominum laudans ait: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. pſal. 103. Fugiunt pagani, partim ferro hoſtium, partim igniſceis impulſi ſagittis, ad Neapolim uſq; ſequentibus, atq; exteema quæq; cædentibus aduerſaeijs, mœnia tandem ſuæ urbis moeibundi ſubintrant. Qui autem euaſere periculum, comperto quod angelus dei in adiutorium uenerit Cheiſtianis, nam & ſexcentos ferme ſuorum fulmine uidebant interemptos, regi regum Chriſto continuo colla ſubmittentes, armis induuntur fidei. Cumq; domũ reuerſi uictores, uota Domino gratiarum ad templum eeferrent archãgeli, uidẽt mane iuxta ianuã ſeptentrionalem (quam prædixi inſtar poſterulæ puſillæ) quaſi hois ueſtigia marmori arctius impreſſa: agnoſcunt beatum Michaelem hoc peæſentiæ ſuę ſignum uoluiſſe monſtrare. Vbi poſtea culmẽ appoſitum, & altare impoſitum, ipſa eccleſia ob ſigna ueſtigiorum Appodonia eſt nocata. Multa dubitatio intee Sepontinum & Beneuentanum quid de loco ageeent, utrum intrare & dedicare ibi debeãt eccleſiã. Vnde collatione facta ad meridiẽ loci illius beati Petri Apoſtolorum principis noie condunt eccleſiã & dedicaut. In qua etiam beatę ſemper uirginis Mariæ, ſanctiq; baptiſtæ Iohãnis altaria ſtatuunt. Tãdem antiſtites ſalubri eeperto cõſilio, Romanum epiſcopum, qd de his agendum ſit, per nuncios ſciſcitantur, qui nunc forte in monte Soracti quinquageſimo fere miliario à Romana urbe diſtãte fuerat, quem incolę ſancti Syluеſtei coguomine uocant, eo quod ipſe ibi quondã exul otãs pro fidei perſecutione delituerat cum ſuis. Taliaq; mãdata remittit: Si hominis eſt, dilectiſsimi, illã dedicare baſilicã, hoc maxime die quo uictoria data eſt fieri oportet. Sin autem alias ſancto prouiſori loci placuerit, eodem peæcipue die illius in hoc uoluntas eſt requirenda. Hoc ergo tempoee imminente, agamus ambo triduanum cum ciuibus noſtris ieiunium, ſanctam teinitatem rogãtes, ut munera quę ſummo ſuæ ſedis miniſtro conferre dignatus eſt, ad certum uſq; finẽ peeducat. Factum eſt, ut ſuggeſſeeat antiſtes. Nocte uero cõſtituti ieiunij ſuprema, angelus domini Michael epiſcopo Sepoutino pee uiſionem apparens: Non eſt, inquit, uobis opus hanc quã ædificaui dedicare Eccleſiam. Ipſe enim qui coudidi, etiam dedicaui. Vos tantum intrate, & me aſsiſteute patrono, precibus locum frequeutate. Et te quidẽ ibi cras miſſam celebrãte, populus iuxta morem cõmunicet. Meum autem erit oſtendere quomodo pee memet locum ſacrauerim ipſum. Illi adueniunt mane cum oblationibus, & magna inſtantia precũ intrant regiam auſtealem, & ecce longa poeticus in aquilonem poeeecta, atq; illam attingẽs poſterulam extra quam ueſtigia marmori diximus impreſſa. Sed

peius

priusq̃ huc peruenias, apparet ad orientem baſilica prægrandis, qua per gradus aſcenditur. Hæc cũ ipſa porticu ſua quingentos fere homines capere uidebatur, altare uenerandũ, rubroq; contectũ palliolo, prope medium parietis meridiẽ oſtendens. Erat autem ipſa domus anguloſa, non in more operis humani parietibus erectis, ſed inſtar ſpeluncæ præruptis & ſæpius eminentibus aſpera ſcopulis, culmine quoq; diuerſæ altitudinis, quod hic uertice tangi, alibi manu uix poſſit attingi, credo docente archangelo, deum nõ ornatum lapidum, ſed cordis quærere & diligere puritatem. Vertex uero mõtis extrinſecus partim cornea ſylua tegitur, partim uirẽti planitie dilatatur. Miſſarũ itaq; celebratione cõpleta, magno attoniti gaudio quiq; redierunt in ſua. Epiſcopus autem delegato miniſtrorum, cantorum, ſacerdotumq; officio, & manſione conſtructa, omnem ibidem quotidie pſalmorum, hymnorum, miſſarumq; curſum cõgruo præcepit ordine celebrari. Nullus autẽ huc nocturno eſt tẽpore auſus ingredi, ſed aurora tranſacta matutinos ibi decantauit hymnos. Ex ipſo autem ſaxo quo ſacra tegitur ædes, ad aquilonem altaris, dulcis & nimium lucida guttatim aqua dilabitur, quam incolæ ſtillam uocant. Ob hoc & uitreũ uas eiuſdem receptui præparatum argẽtea pendet catena ſuſpenſum, moriſq; eſt populo communicato ſingulos ad uaſculũ aſcẽdere per gradus, donumq; cœleſtis deguſtare liquoris. Nam & guſtu ſuauis, & tactu ſalubris: denique nonnulli per longas febrium flammas hac hauſta ſtilla, celeri confeſtim refrigerio potiuntur ſalutis. Innumeris quoque & alijs modis ibi crebro ſanantur ægroti, & multa quæ angelicę tantum congruunt poteſtati, geri illic miracula comprobantur, maxime tamen eiuſdem die natalis, cum & de prouincijs circumpoſitis plus ſolito confluа turba recurrit, & angelicæ uirtutis maior quodammodo creditur adeſſe frequentia, ut quod ſpiritualiter dixit Apoſtolus, etiã corporaliter agi uideatur: Quia angeli ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatẽ capiunt ſalutis, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Tu autem domine.

DE EODEM FESTO
Matth. xviij.

¶ In illo tempore: Acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum, dicẽtes: Quis putas maior eſt in regno cælorum? Et aduocans Ieſus paruulũ, ſtatuit eum in medio eorum. Et reliqua.

Homilia beati Maximi epiſcopi.

SI diligenter fratres audiſtis euangelicam lectionẽ, intelligere poteſtis, quia miniſtris ac ſacerdotibus dei reuerẽtia debeatur, uel quia ipſos clericos in inuicem humilitate ſe oporteat præuenire. Ait enim dñs percontantibus diſcipulis, quis eorum in regno cœlorum maior eſſet futurus, ſtatuto coram omnibus paruulo: ¶ *Quicunque, ait, humiliauerit ſe ſicut puer iſte, hic maior erit in regno cœlorũ.* Vnde intelligimus quod humilitate peruenitur ad regnum, ſimplicitate penetratur ad cœlum. Quiſquis ergo cupit diuinitatis tenere faſtigiũ, humilitatis ima ſectetur. Quicunq; uult fratrem pręuenire regnando, prius illũ (Ro. 12.)
præueniat obſequendo, ſicut ait Apoſtolus: Honore inuicem præuenientes. Vincat eum officijs, ut poſſit uincere ſanctitate. Si enim te nõ lędit, fratris obſequium meretur ut diligas. Quod ſi forſitan læſit, magis obſequium meretur ut uincas. Hęc enim noſtræ Chriſtianitatis ſumma eſt, ut amãtibus uiciſſitudinem, lædentibus patientiam rependamus. Qui ergo fuerit patientior ad iniuriam, potẽtior conſtituetur in regno. Non enim ad imperium cœlorũ peruenitur ſuperbia, diuitijs, præfectura, ſed humilitate, pauperie, lenitate. Arcta enim & angu- (Matt. 7.)
ſta uia eſt quę ducit ad regnum. Qui ergo honoribus inflatus fuerit, & auri theſauris dilatatus, tanquam onuſtũ animal & impeditum, per anguſtum regni iter tranſire non poterit. Simul etiam ut ſe exiſtimet perueniſſe, ſarcinam eius exigua porta non capiens, repercuſſus limine retrorſum redire cogetur. Tam enim anguſta eſt diuiti porta cœleſtis, q̃ eſt camelo acus foramen exiguum. Vnde ait (Mat. 19.)
dñs: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, q̃ diuitẽ intrare in regnũ cœlorum. Sicut enim camelũ animal tortuoſum atq; deforme exigua cauerna præterire non patitur, ita diuitem auarum atq; mendacem arcta cœli ianua minime intrare pmittit. Nam ideo nudi in ſeculo naſcimur, nudi etiã accedimus ad lauacrũ, ut nudi quoq; & expediti ad cœli ianuam properemus. Quã autẽ incongruũ & abſurdũ eſt, ut quẽ nudũ mater genuit, nudũ ſuſcepit eccleſia, diues intrare uelit in cœlum? Propterea adoleſcẽti illi diuiti qui ſibi iuſtus uidebatur & ſanctus, & omnia mandata legis compleſ- (Ibid.)
ſe, in euangelio à ſaluatore dicitur: Si uis pfectus eſſe, uade, uende omnia tua, & da pauperibus. Vſq; adeo enim nuda uirtus apta cœlo eſt, ut quanuis iuſtus, quanuis ſanctus, aurũ uel diuitias poſſidẽs, non poſſit eſſe perfectus. Talem enim uoluit adoleſcẽtem illũ dominus ad paradiſum redire, qualis Adam fuerat nondum de paradiſi ſublimitate deiectus. Nudus eñ Adam incola paradiſi fuit, deinde poſt peccatum nuditatem ſuam uidens, folijs pudenda contexit. Prius enim quam peccaret, honeſtatis erat colore ueſtitus: atq; ideo nuditatem inhoneſtam nõ natura inſtituit, ſed delicti reatus inuenit. Nam & ſancti angeli in ſplẽdidiſſimo habitu conſtituti, nunquid tunicis operiuntur & pallijs? Sed cum ſit in illis natiuitatis iuę nuda ſubſtantia, ueſtiti uidẽtur eſſe, quod ſancti ſunt. Sic igitur & Adam cuſtodiens honeſtitatis angelicæ dignitatem, erat quidem nudus mundanis ueſtibus, ſed immortalitatis ſplendore erat ueſtitus. Nil prauũ reſpiciebant oculi eius, non cor eius turpe aliquid cogitabat. Erat apud honeſtas mẽtes nuditas ipſa ueſtita. Sicut enim apud nequam homines turpis cogitatio ad concupiſcendum ueſtibus nõ arcetur, ita apud ſanctos uiros honeſta ſimplicitas ad concupiſcendum nuditate non trahitur. Sed ſicut uitioſis ad corruptelam nuda omnia, ita religioſis ad caſtimoniam aperta ſunt uniuerſa. Quid autem ait euangelica lectio? Qui autem ſcandalizauerit (Mat. 18.)
unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Puſillos hic non ætate pueros, ſed malitia paruulos dicit, ſicut Apoſtolus ait: Malitia paruuli eſtote, ut ſenſibus pfecti ſitis. (1. Co. 14.)
Qui ſunt iſti niſi clerici idonei & monachi, religioſi uel laici? Quiſquis igitur his irreuerens aut contumelioſus extiterit, hac beluina pœna plectetur, ut informi ſaxo religato illi ad collum, præcipitetur in mare. Sed uideamus quare ſcandalizantibus Chriſtianos iſta pœna decreta ſit, aut quid ſibi uelit iſta ſententia. Puto enim illam aliquod myſte-

rium obtinere. Quaſi uero non ſufficeret in mare
homini demergēdo ſaxum qualecunq;,non magnū
aut enorme, ſed molæ aſinariæ lapis religetur ad
collum,ut cū perituro homine pereat res uſui ne-
ceſſaria. Sed puto hoc magis eſſe,quod in ſcriptu-
ris,ex aſini figura populus gentilium nuncupatur,
qui clauſis oculis circa ignorantiæ molam erroris
ſui gyro pertrahitur, & ſine ulla curſus directio-
ne,ueſtigijs in ſe ſæpe redeuntibus, inuitus uſui la
borat alieno. Nonne enim tibi uidetur molam aſi-
nariam uoluere gentilis populus, quādiu in impe
ritiæ ſuæ labore uerſatur? Naturæ quidem uincu
lis alligatur,ut uerbum dei molat, dominum cœli
quærat,ſed opertæ mentis cæcitate ſuffuſus,uultū
animi erigere ad deum, oculos cordis leuare non
poſſit ad cœlum. Sed quoniam molam aſinariā ſa-
xum eſſe conſtat, uideamus ſi & paganorum talis
eſt mola. Talis eſt plane. Saxea enim mola eſt pa-
ganorum Iupiter,Herculesq; lapideus,circa quos
cæcis oculis frequenti errore circumeunt. Cæcos,
inquam,dixerim eorū oculos, qui putāt ſe uidere
quod non uident. Aſpicientes enim ſaxum,deum
ſe uidere confidunt. Attamen qui molam uoluit,
conſummandi aliquando finem operis habet, exu-
endi ſpem gerit laboris. Cui uero mola aſinaria ad
colla ſuſpenditur,portat lapidem,qui portare de-
buerat iugum domini. Aſinus ergo ad molam,cæ-
cus ad lapidem,gentilis ad ſaxum,qui adorat eum
quem non uidet, nec agnoſcit. Deus enim non in
manufactis habitat,nec in metallo aut ſaxo cogno
ſcitur. Hic ergo gentilis populus cum perſecutio-
nem Chriſtiano intulerit,hac pœna plectetur, ut
cum ſacrilega ſua mola iudicandi ſeculi fluctibus
demergatur. Tu autem domine.

ALIA HOMILIA SVPER eodē,de eodem feſto Matt. xviij.

¶ In illo tempore: Acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum,dicētes: Quis putas maior eſt in regno cælorū? Et reliq. Homilia Haymonis.

QVoties legimus diſcipulos domini de
ordine prioratus inter ſe contendiſſe
uel interrogaſſe,non liuori & inuidię
deputare debemus, ſed humanæ fragi
litati ac infirmitati, quippe qui rudes
erant ac nouelli,quia audierant eum ſuam reſurre
ctionem prędicantem,& nondum ſpūſſancti gratia
illuminati, cœleſte regnum perfecte amare didi-
Ioh. 7. cerant, quia, ut ait euangeliſta Iohannes, non-
dum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum fue-
rat glorificatus: putabant quod ipſe reſurgens
a mortuis,corporaliter regnum teneret,& ipſi ho
noribus ſublimarentur. Vnde paſſionis illius tēpo-
re facta eſt contentio inter eos quis eorum maior
eſſet in regno cœlorū. Hac ſuſpicione ſeducta fue-
rat mater filiorum Zebedęi quando acceſſit ad do
Mat. 20. minum,dicens: Domine,dic ut ſedeant hi duo filij
mei,unus ad dexterā tuā, & alius ad ſiniſtram tuā
in regno tuo. Hinc Cleophas & alius diſcipulus
Luc. 24. quibus cū dominus poſt reſurrectionem in ſpecie
peregrini apparuiſſet,dicebant: Nos autem ſpera-
bamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et qui-
dam diſcipulorum interrogantes eum, dicebant:
Act. 1. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnū Iſrael?
Occaſio aūt interrogandi dominum, quis illorum
maior eſſet in regno cœlorum, fortaſſis ex ſuperi-
oribus acciderat. Nam ut ſupra euangeliſta refe-
rit,acceſſerunt ad Petrum qui didrachma accipie-
bant,& dixerunt ei,Magiſter ueſter non ſoluit di-
drachma? Ait,etiam. Et cum intraſſet domum,prę
uenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Mat. 17.
Reges terræ a quibus ſuſcipiunt tributum uel cen
ſum? a filijs ſuis,an ab alienis? Et ille dixit: Ab alie Ibid.
nis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij. Ne au-
tem ſcandalizemus eos,uade ad mare,& mitte ha
mum,& eū piſcem qui primus aſcēderit, tolle, &
aperto eius ore inuenies ſtaterem, illum ſumens,
da eis pro me & te. Quia ergo alij diſcipuli uide-
rant Petrū in redditione cenſus domino coæqua-
ri,computantes eum illis omnibus eſſe prælatum,
in illa hora acceſſerunt ad Ieſum,dicentes: ¶ *Quis*
putas maior eſt in regno cœlorū? Sed magiſter humili- Matt. 11.
tatis,qui ait in euangelio: Diſcite à me,quia mitis
ſum & humilis corde, & inuenietis requiē anima-
bus ueſtris, ut oſtēderet regnum cœlorum nō per
ſuperbiam, ſed per humilitatem eſſe quærendum,
illumq; fore maiorem in eo qui propter deum ſe.
humiliat. ¶ *Aduocans paruulum ſtatuit eum in medio*
eorum,& dixit,Amen dico uobis: Niſi conuerſi fueritis,
& efficiamini ſicut paruuli,non intrabitis in regnum cœ
lorum. Quod duobus modis poteſt intelligi. Poſſu
mus enim hic paruulum dominū Ieſum Chriſtum
accipere, qui cum ſit magnus & laudabilis nimis, Pſ. 144.
& magnitudinis eius non eſt finis,ut nos excelſos
faceret,paruulus natus eſt nobis,& filius datus eſt Iſa. 9.
nobis. Et eſt ſenſus: Niſi meo exemplo uos humi
liaueritis,qui nō ueni miniſtrari,ſed miniſtrare,&
factus ſum in medio ueſtrum ſicut qui miniſtrat,
ſed non qui uel quaſi recumbēs, regnum cœlorum
quod humilibus eſt præparatum, intrare non po-
teſtis. Si autem ſimpliciter quemlibet paruulum
intelligamus,facile patet,quia non ſolum ad humi
litatem,ſed etiam ad ſimplicitatem ſeruādam hoc
exemplo nos hortatur. Ac ſi diceret: Sicut paruu-
lus iſte cuius uobis exemplum propoſui,uidēs mu
lierem pulchram non concupiſcit, non alienas di-
uitias appetit,læſus non relædit,nō aliud cogitat,
& aliud loquitur,& iratus nō perpetuas tenet diſ
cordias,ita & uos niſi talem habueritis innocenti-
am in mēte,qualem iſte habet in corpore,regnum
cœlorum quod humilibus & ſimplicibus eſt præ-
paratū,intrare nequaquam poteſtis. Cuius uiam
nemo ſuperbus graditur, nemo tumidus incedit,
quia ardua uia & anguſta quæ ducit ad uitam, &
pauci ſunt qui inueniunt eam. Cum ergo ait: ¶ *Niſi* Matt. 7.
conuerſi fueritis,& efficiamini ſicut paruuli,non intra-
bitis in regnum cœlorum, tale eſt ſi dixiſſet: Iam ſi
uos delectat locus ſublimis, prius exerceat humi
liatio uitæ innocentis, non quod Apoſtolos cor-
pore uellet eſſet paruulos, ſed ut innocentiam par
uulorum in mente poſſiderent. Huiuſcemodi par-
uulos Dominus ſuos uolebat eſſe diſcipulos, qui- Mat. 19.
bus dicebat: Sinite paruulos uenire ad me, talium
eſt enim regnum cœlorum. Et Paulus Apoſtolus
talium innocentiam paruulorum ſuos uolebat ha
bere diſcipulos,quibus per epiſtolam pręcipiebat: 1. Co. 14.
Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli
eſtote,ſenſibus autem perfecti ſitis. Talem ſe no-
uerat rex propheticus,qui in regali ſolio ſublimis,
ſed mente humilis,dicebat: Cuſtodiens paruulos Pſal. 114
dn̄s, humiliatus ſum, & liberauit me. Et iterum:
Ludam,& uilior fiam plus quā factus ſum, & ero 2. Re. 6.
humilis in oculis meis. Paruulus enim eſt qui ſibi
diſplicet ut deo placeat,tantoque ante Deum erit
pulchrior, quāto apud ſemetipſum erit humilior.
Vnde

Vnde & ſubditur: ¶ *Quicunque ergo humiliauerit ſe*
ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum. Ha-
beamus ergo uirtutem humilitatis, ſi uolumus ha
bere in regno cœlorum locũ celſitudinis, quoniam
Lu.14. ſicut ſaluator ait in euangelio: Omnis qui ſe humi-
liat, exaltabitur: & qui ſe exaltat, humiliabitur. Vn
Eccl.3. de & nos alibi ſcriptura admonet, dicens: Quanto
magnus es, humilia te in omnibus, & corã deo in-
uenies gratiam. Et iterũ: Humiliamini ſub potenti
1. Pet.5. manu dei, ut uos exaltet in tẽpore uiſitationis. Et
ne putares illum eſſe contemnendũ, q propter deũ
hic ſe humiliat, congruam ſentẽtiam adiunxit, di-
cens: ¶ *Et qui ſuſceperit unum paruulum talem in no-*
mine meo, me ſuſcipit. Hoc eſt quod dñs in futurum
Mat.25. ſe promiſit dicturum: Quandiu feciſtis uni ex mi-
nimis meis, mihi feciſtis. Et ſignanter ait: Qui ſuſ-
ceperit unum paruulũ talem in noĩe meo, me ſuſci
pit. Quamuis enim non ſit eligẽdum cui iuxta ſcri-
pturæ uocem benefacere debeamus, illis tamen q
propter deũ parui & humiles eſſe eligunt, in quius
uitæ moribus Chriſtum eſſe cognoſcimus, ſpecia-
Tob.4. lem beneuolẽtiam impẽdere debemus. Vnde cum
pius pater filium inſtrueret, ait: Panem tuum & ui
num tuũ ſuper ſepulturã iuſti conſtitue, & ne com
Eccl.29 municaueris ex eo cum peccatoribus. Et iterum:
Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias
Gal 6. iuſtum cui tradas eam. Hinc & Apoſtolus ait: Dum
tempus habemus, operemur bonum ad omnes, ma
xime autem ad domeſticos fidei. Qui enim bona
temporalia illis impendit, in quorum uita & mo-
ribus Chriſtũ habitare cognoſcit, profecto illi tri
buit, ꝓ cuius amore impendit. Vnde bene dicitur,
in noĩe meo. Multi enim bona temporalia nõ in no
Ioh.12. mine Chriſti, ſed ut laudem hominum captare poſ
Mat.23. ſint, tribuunt. De quibus ſcriptũ eſt: Quęſierũt glo
Matt.6. riam hominum magis q̃ dei. Et dominus alibi. O-
mnia enim opera ſua faciunt ut uideãtur ab homi-
nibus. Et iterũ: Amen dico uobis, receperunt mer
cedem ſuam. Et ne ad ſuſcipiendos hoſpites uel pe
regrinos pigri remaneremus, ſeipſum in his ſuſci-
Mat.10. pi promiſit, cum ait: Qui ſuſceperit unum paruulũ
talem in noĩe meo, me ſuſcipit. Vnde & ipſe alibi
dicit: Qui ſuſcipit ꝓpheram in nomine prophetę,
mercedẽ prophetæ accipiet: & qui ſuſcipit iuſtum
Ibid. in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et iterũ:
Qui uos recipit, me recipit: & qui uos ſpernit, me
ſpernit. Sicut autẽ ſuſcipientibus merces promit
titur, ita duris & auaris pœna indicitur, cũ ſubin-
fertur: ¶ *Qui autem ſcandalizauerit unum de puſillis*
iſtis qui in me credũt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſi
naria in collo eius, & demergatur in profundum maris.
Vbi conſiderandũ eſt quam graue peccatũ ſit ſcan
dalizare fratrem, quando etiam ſcandalizantibus
talis uindicta cõminatur. Quod autẽ ait: Expedit
ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & in
profundum maris demergatur, iuxta morẽ prouin
ciæ loquitur, ubi apud ueteres Iudęos capitalia cri
mina hoc ſupplicio puniebantur. Nemo ergo arbi
tretur leue peccatum eſſe ſcandalũ fratris, cũ ſcan
dalizantibus talis pœna prędicitur, quoniam ſicut
Mat.5. alibi in euangelio ait: Qui dixerit fratri ſuo fatue,
Ro.14. reus erit gehennæ ignis. Quod ſe cauere omnino
Apoſtolus oſtendit, cum ait: Melius enim mihi eſt
non manducare carnem, neq; bibere uinum, neque
aliquid in quo fratrem ſcãdalizem. A quo peccato
etiam diſcipulos ſuos compeſcit, dicens: Quare tu
ſcandalizas fratrem tuũ, aut quare ſpernis illũ? ſigi
tur inquantũ poſſumus, iuxta Apoſtoli admonitio-
nem ſcandalum fratrũ uitare debemus, ſi autem ꝓ
ueritate ſcandalum oriatur, magis ueritas eligẽda
eſt, q̃ ſcandalum uitandum. Vel certe per molã aſi-
nariam quæ pondus habet, ſed nullũ iter explicat,
uolubilis amor ſeculi exprimitur. Cũ ergo ait: Ex-
pedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius,
& demergatur in ꝓfundum maris, carnales quoq;
& mũdi amatores a regimine eccleſiaſtico ꝓhiber,
quoniam melius eſt quod mundi amator in ſeculo
uiuens carnaliter, ſe ſolum perdat, q̃ in regimine
eccleſiaſtico conſtitutus, ſe & alios peruerſe uiuen
do ad interitũ trahat: qa cuius uita deſpicitur, re-
ſtat ut eius prædicatio contemnatur, qm̃ dum infir
mi diſcipuli patroni ſequuntur exemplũ, & ipſi pe
reunt, & illorũ perditio in eius caput redũdat, qui
autor eſt criminis. Siue certe ꝑ molam aſinariã do
ctores intelliguntur, quia ſicut mola granũ tritici
frãgitur, ut medulla eius ad ſuſtentationẽ uel refe-
ctionẽ humanæ naturæ oſtẽdatur, ita quoq; & do
ctores occultas ſentẽtias ſcripturæ ſacræ aperien
tes, interiorem ſenſum earũ manifeſtant, uel uitam
ſiue refectionẽ animarũ ſanctarum. ¶ *Væ mũdo ab*
ſcandalis. Mundus cui uæ dicitur, non ille eſt quem
uenit filius hominis quærere & ſaluare, ſed ille qui
in maligno poſitus eſt. i. mundi amatores, de quo
dñs alibi ait: Pater iuſte, mundus te non cognouit. Ioh.17.
Qui enim mente & deſiderio ſeculũ incolunt, recte
mundus appellãtur, de qbus Ioh. ait: Mũdus tranſi
bit, & concupiſcẽtia eius. Mũdi enim amatores dũ 1.Ioh.2.
propter cupiditates ſeculi alios nõ metuunt ſcan-
dalizare, tamen ipſi ſcandalũ ſuſtinent, aliquando
quidẽ corpore, ſemꝑ autẽ mente. Et ideo uæ illis,
qa ducũt in bonis dies ſuos, & in pũcto ad inferna
deſcẽdunt. Quibus ꝑ Iacobum dicitur: Qui uolue-
rit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus dei cõſtitui-
tur, ad quos pertinet quod adhuc ſubiungitur: *Ne-* Iacob.4
ceſſe eſt enim ut ueniant ſcandala, uerũtamen uæ homini
per quẽ ſcandalũ uenit. Quod autẽ ait, neceſſe eſt, tale
eſt ac ſi diceret: Non poteſt eſſe ut ſcandala nõ ue-
niant. Oportet enim & hæreſes eſſe, ſicut ait Apo-
ſtolus, ut ꝓbati manifeſti ſiãt. Et alia ſcriptura: Va 1.Cor.11
ſa figuli ꝓbat fornax, & hoĩes iuſtos tentatio tribu Eccl.27
lationis. Pacis aũt tempore non facile decerni po-
teſt, quis bonus malusue ſit. Sed cum ſcandalizato-
rũ flauerit uentus, faciles & tenues proijciet quaſi
paleas ante faciem uenti, grana uero congregabit
in horrea Chriſti. Væ ergo homini illi qui talem ſe
exhibet, ut malũ quod uenturũ eſt, per eius miniſte
rium impleatur, de quibus dñs ait: Mittet filius ho
minis angelos ſuos, & colligent de regno eius oĩa
ſcãdala, & tradẽt ea in caminũ ignis ardẽtis. Quod Mat.13.
facilius intelligimus, ſi unũ ad mediũ deducamus,
Iudam ſcilicet dñi proditorem, de quo ipſe tẽpore
paſſionis ſuę ait: Filius hominis uadit, ſicut ſcriptũ
eſt de illo, uæ aũt homini illi ꝑ quem traderur. Ne- Mat.26.
ceſſe enim erat ut filius dei ꝓ nobis paſſionẽ ſuſti-
neret: ſed uæ Iudæ qui noſtrum bonum, ſuum fecit
malũ. Et ne aliquis ſub occaſione proximorum uel
amicorum à uia dei ſibi recedendum putaret, om-
nem magiſter ueritatis errorẽ tollit, cũ ſubiungit:
¶ *Si autem manus tua uel pes tuus ſcãdalizet te, abſcin-*
de eum, & proijce abs te. Bonum eſt tibi ad uitam in-
gredi debilem uel claudum, quam duas manus uel duos
pedes habentem, mitti in gehennam ignis. Et ſi oculus tu
us ſcandalizet te, erue illum, & proijce abs te. Bonum eſt
tibi cum uno oculo intrare ad uitam, quam duos oculos
habentem, mitti in gehẽnam ignis. Iuxta literam quã-
tum abhorreat hoc, facile patet. Sed cum a litera

excludimur, ſpiritualis ſenſus eſt requirēdus Per
hoc quod manus, pes, oculos, noſtris neceſſitatibus
neceſſariora ſunt, propinquorū & chariſſimorum
affectus in hoc loco deſignatᷣ, ac ſi diceret dn̄s: Si
quis tibi fuerit ꝓcioſus ut oculus, ꝓpinquus ut pes,
neceſſarius ut manus, & a uia dei te recedere per-
ſuaſerit, huius amorē abſcinde, & abs te ꝓijce. Me
lius eſt te ſolū intrare ad uitam, q̄ cū multa turba
propinquorū mitti in ignē æternū. Quid ꝓficit ho
mini, ſi totū lucretur mundū, animę aūt ſuæ detri-
Mar. 8. mentū patiatur? Verbi gratia: Blanditur uxor, mi-
natur pater, pſuadet mater, lachrymatur frater &
ſoror, tu autē in uia dn̄i ſta firmus, ne illos inutili-
ter amādo, à dei amore recedas, ſed iuxta illud q̄d
Mat. 8. alibi ait: Sine mortuus mortuos ſuos ſepelire, tu
autē ſequere me. Neq; hoc dicimus, quod parenti
bus & amicis ingrati & inobediētes eſſe debeamus,
ſed qn̄ à uia dei remouere uoluerint, tunc eorū a-
morē abſcindamus a nobis. Cęterū cū eos deū ama
re cognouerimus, dupliciter nobis amādi & hono
rādi ſunt: Primū qa iuſti ſunt: deinde, qa ꝓpinqui.
dn̄o dicente in lege: Honora patrem tuū & matrē,
Deu. 5. ut bene ſit tibi, & lōgo uiuas tēpore. Hinc & Apo
ſtolus ait: Si quis ſuorū curā non habet, & maxime
1. Ti. 5. fideliū, fidē negauit, & eſt infideli deterior. Quan
tam autē ſolicitudinē & curam dominus de his ha
beat, qui totam ſpem in eo ponunt, manifeſtat cū
ſubiungit: ¶ *Videte ne contemnatis unum ex his puſil
lis*. Qui eñ puſilli & humiles in præſenti uita pro-
pter deum ſunt, nequaquam contemnendi ſunt. Pu
ſilli nanq; ſunt, ut diximus, qui corā oculis ſuis hu
miles ſunt & deſpecti, de quibus ſaluator ait in eu-
Lucæ. 12 angelio: Nolite timere puſillus grex, quia compla
cuit patri ueſtro dare uobis regnū. Quiſquis ergo
tales ſcandalizare non metuit, offendit deum qui
habitat in illis, ſicut ipſe per prophetā dicit: Qui
Zac. 2. tangit nos, quaſi qui tangit pupillam oculi mei.
Et iterū: Nolite tangere chriſtos meos, & in pro-
phetis meis nolite malignari. De quibus ualde dul
1. Pa. 16. ce eſt quod adhuc ſubinſertur, quare non ſint con
temnendi. ¶ *Dico enim uobis, quia angeli eorum in cœ
lis ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt*. In
hoc loco diſcimus, quia unuſquiſque fideliū, ange-
lum ob ſui cuſtodiam deputatum habet, qui & eū
à tentationibus defendit, & in uirtutibus iuuat, ſi-
Heb. 1. cut Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos ait: Angeli
ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi
Pſal. 90. propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.
Et Pſalmiſta de iuſto quolibet: Angelis ſuis man-
dauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uijs tuis,
& in manibus tollent te, ne forte offendas ad la-
pidem pedem tuum. Hinc & de Petro in Actibus
apoſtolorum legimus, quia cum ab angelo de car-
cere eductus, ianuam pulſare cœpiſſet, fideles qui
Act. 12. cōuenerāt, dicebāt: Nō eſt Petrus, ſed angelus eius.
Angeli ergo paruulorū ſemꝑ uident faciē patris,
Tob. 12. quia ſic propter nos foras exeunt, ut ab eius uiſiōe
nūq̄ recedāt, ſicut ipſe angelus Raphael ad Tobiā
Dan. 7. ait: Ego ſum unus de ſeptē ſpiritibus q aſſiſtimus
ante deū. Et Daniel: Millia milliū miniſtrabāt ei,
& decies cētena millia aſſiſtebāt ei. Angeli enim q
Tob. 12. cuſtodes ſunt uitę noſtrę, oratiōes & opera noſtra
Dan. 10. deo nūciare credūtur, ſicut angelus ait Tobię: Cū
orares, ego obtuli orationes tuas ante deū. Et Da
niel: Ex die qua poſuiſti cor tuum ad intelligēdū,
ut te affligeres in conſpectu dei, exaudita ſunt
uerba tua, & ego ueni propter ſermones tuos.
Tu autem Domine.

SERMO IN NATALI S. Lucæ Euangeliſtæ.

CVm in diuinis atq; ſacris uoluminibus ſtudio-
ſe lectitando perquirerem, ex qua ortus pro-
ſapia, à quibus inſtructus, quusq; imitatus ſit
uiros, quibusue in partibus beatiſſimus Lucas eu-
angeliſta ſcripſerit atq; docuerit, quoue pauſauer-
it, eiusq; ſacrum deportatū fuerit cadauer loco,
in ſingulis ſingula reperi: & poſt pauca de pluri-
bus carpens, prout ſenſu capere potui ingenioli
mei, partim ſtylo proprio explicare conatus ſum,
partim autem ſicut à quibuſdam reperi ſcripta do
ctoribus exarans, ueſtræ intentis charitatis auri-
bus noſter ſubſequens ſermo declarabit. Igitur glo
rioſiſſimus Apoſtolus & Euangeliſta Ieſu Chriſti
Lucas, natione Syrus Antiochenſis, arte medicus,
Apoſtolorum diſcipulus, almificos eorum actus
prout uidit, lucido diſertoq; ſermone proſecutus,
in breui libello ad chariſſimū ſcripſit Theophilū.
Deinde Paulum ſecutus egregium doctorem gen
tium uſq; ad triumphum paſſionis eius, quem cum
Apoſtolo Petro Romę excepit, indiuiduus comes
peregrinationis eius exiſtens, ubiq; cum eo ꝑman
ſit. Cuius præcipue peregrinationis & ſacræ do-
ctrinæ geſta, eorundem annectens Apoſtolorum
libello, ad laudē numinis & memoriam ipſorum,
& uniuerſalis eccleſiæ ſtabilimentū texuit Dumq;
eundem glorioſiſſimum Paulum idem uenerabilis
Lucas ſequeretur in plurimis terræ mariſq; tribu
lationibus, digne ab illo huiuſmodi teſtimonij ele
gantia meruit laudari. Sic enim Coloſſenſibus ſcri Col 4.
bens ait de eo: Salutat uos Lucas medicus chariſſi
mus meus in domino. Et Timotheo illuſtri uiro 2. Ti. 4.
ſcribens, ait: Lucas ſolus mecum eſt. Et in alio loco
epiſtolæ ſuæ ait de illo inter reliqua ſalutationis,
Eccleſiæ dei quæ eſt Corinthi, miſimus etiam fra-
trem noſtrum, cuius laus eſt in euangelio per oēs 2. Cor. 8
eccleſias. Non ſolū autem, ſed & ordinatus eſt ab
eccleſiis, comes pegrinationis noſtræ. Vere enim
(ut ita dicam) omniū ore laudabilis eſt hic domini
euāgeliſta, qui meruit à tanto Apoſtolo & docto
re gētium prædicari. Laudemus ergo eum cū ipſo
& nos pariter chariſſimi, & cūſona uoce, corde &
ore extollamus, & uerū a deo miſſum medicū ani-
marum prædicemus eum. Cuius omnia doctrinæ
uerba nihil aliud reſonare uidētur, niſi animæ lan-
guentis medicinam. Propterea non immerito iſte
tale ſortitus eſt nomen. Lucas quidē ſolice, in no-
ſtra autē lingua interpretatur conſurgens ſiue ele
uans. Recte itaq; cōſurgens ſiue eleuans dicitur, q
terrenis deſpectis, ſeſe ad cœleſtia conſurgēdo ele
uauit, & toto mentis conamine liber expeditusq;
eſt dn̄m ſecutus. Vnde & eius prædicare euāgeliū
adhuc in ergaſtulo corporis retētus, & ſuis ſequa-
cibus ſcribere eſt dignus habitus, multosq; etiam
uerbo ſuę prędicationis ad Ieſu Chriſti dn̄i perdu
xit fidē. O Luca ſanctiſſime euangeliſta, dn̄ica atq;
ueridica perſonās longe lateq; uerba, cuius fragor
æolicis quidem primū intonans auribus gyrat pe-
netralia cœlorū ad inſtar tonitrui, at demū ut pſal
mographus ait uates, nō ſolū occiduas uſq; ꝓten-
ditur partes, uox omni ſuauitate melliflua, ſed &
in omnibus terrę finibus perſonuit. O inſignis prę
conij & almitatis euangelicæ lucifer, ab orientali-
bus partibus emittēs nobis lumen fidei, & cœleſtis
itineris patēter ſcandere uolentibus callē demon-
ſtrans. O animæ ſalubre medicamentū, beatiſſime

Luca, qui uelut nardi piſticæ precioſum unguentū redolēs, & interiora pectoris noſtri arcana pmulcens, ad ſemp manſura gaudia, ubi nullus lāguor, nullus dolor, nulluſq; gemitus inuenitur, uoce inceſſabili nos inuitare omnimodo non deſiſtis. Recte enim hinc uerſiculus poetę cuiuſdam epigrammatis poteſt aptari. Viuere poſt obitum autem uis noſſe uiator? Quod legis, ecce loquor, uox tua nēpe mea eſt. Hic prorſus cum deſcripta eſſent euangelia, p Matthæū quidē in Iudæa, per Marcū uero in Italia, inſtigante ſpūſancto, magis auditu q̄ iuſſu, in Achaię Bithyniæq; partibus hiſtorice ſuum compoſuit euangeliū Attico ſermone, ſicut ab his traditū habuit, q ab initio uiderunt, eiq; magiſtri fuerunt ſermonis dei. Incipienſq; à ſacerdotū regumq; tēporibus, in hunc uidelicet modū. Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidam nomine Zacharias, eam hiſtoriam plena digeſtione proſequitur. [Lucæ. 1.] Huius quoq; ſtrenuiſſimi euangeliſtę Lucæ librum, cū quatuor euangeliorū libris intelligēdum, arbitrati ſunt doctores per uituli ſpeciē figurari. Vitulus deniq; ſacerdotalis eſt uictima, quę in redemptoris noſtri immolatione completa eſt, qui pro ſalute totius mundi in patibulo crucis ſuſpenſus, ſemetipſum patri hoſtiam uiuam exhibuit. De quo euangeliſta pulchre Sedulius presbyter in paſchalis deſcriptione carminis, heroico percurrens carmine ait: Iura ſacerdotis Lucas tenet ore iuuenti. Et Paulinus Nolanæ ſedis præſul de iſto dñi uenerabili uiro, bene ludēs uerſibus canit:

Bis medicus Lucas, prius arte, deinde loquela.
Bis medicus Lucas, ut quondam corporis ægros
Artus conſolidat, & nunc in mentibus ægris,
Compoſuit geminos uitæ medicamina libros.

Nam qd plura referā de tā ueridico eximioq; euāgeliſta, q meruit a tantis ac talibus laudari doctoribus, hoc eſt, Hieronymo, Ambroſio, aliiſq; plurimis qui muri ſunt eccleſiarū, & eloqntiæ fontes? Quid ue digne reſonē ignoro, cū mihi ſi ferrea eſſet uox, & oīm membrorū meorū artus uerterētur in linguas, pleniter in eius laude minime explere ualerē quæ mereť. Sed amore tanti uiri ductus, & non pſumptionis temeritatē gerens homo imperitus, ſed quorundā fratrū uictus pcibus charitatis, hæc ueſtræ dilectioni cōpulſus ſum exarare. Nunc aūt quę omiſimus, pſequamur. Ecce enim ut noſtri oris ratio roboretur, eiuſdem luculenti doctoris Ambroſii exempla noſtro huic compēdioſo opuſculo annectemus. Sic enim dicit: Sanctiſſimus uir Lucas uelut quēdam hiſtoricū tenēs ordinē, plura nobis dñi miracula reuelauit, ita tamen, ut omnis ſapientiæ uirtutes euangeliorū ſuorū complecteretur hiſtoria. Quid enim præcellētius ad ſapientiā naturalē, q̄ quod ex ſpūſancto etiā dominicam incarnationem extitiſſe reſerauit? [Pſal. 103] Vnde & Dauid naturalē docens ſapientiā, ait: Emitte ſpūm tuum, & creabuntur. Docet moralia in eodē euāgelii ſui libro, in illis beatitudinibus docens mores, quēadmodum nō ferire, non repercutere uerberantem, quemadmodū benefacere, mutuum dare cū deſperatione mercedis, merces enim facilius ſeqtur nō expectātē. [Luc. 16.] Docuit etiam & rationabilia cū lego: Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt. Quid adhuc de naturalibus dicā, quod docuit uirtutes cœlorum moueri, dominū ſolum eſſe unigenitum filium dei, in cuius paſſione tenebræ per diē factæ ſunt, terra tremuit, ſol refugiens radios ſuæ claritatis abſtraxit? Ergo oīm mūdanam ſibi prudentiā uendicat, & principatū ſapiētiæ ueræ poſſidet ſpūalis, pſertim cum audacius aliquid uſurpās ipſa fide noſtra, ipſum myſteriū trinitatis in hac triplici ſapiētia eſſe poſuit, hoc eſt, naturali, morali, rationali. Si credamus illum naturaliter patrē qui nobis genuit redemptorem, & illum moralem qui patri uſq; ad mortem ſecūdum hominem obediens nos redemit, & illum rationalem qui rationem colendæ diuinitatis & uitæ regēdæ humanis pectoribus infudit: nulla ergo operationū diſtantia, nulla diſcretio eſt, ubi uel in patre, uel in filio, uel in ſpirituſancto, nulla ſecūda plenitudo uirtutis eſt. Nunc ad narrationis ordinē redeamus: Oīs, ait dñs, q petit, accipit: & q quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. [Mat. 7.] Aperi ergo nobis pulſantibus dñe, q tenes clauē ſcientiæ, ut aliqd adhuc congrue in laudē tanti euangeliſtæ tui beati Lucæ, ad ædificationē audientiū dicere ualeamus. Igitur ut idē dñi apoſtolus in pœmio euāgelii ſui teſtať, plures fuerunt q euangelicā conati ſunt ordinare narrationē, rerū q̄ in nobis cōpletæ ſunt, ſicut tradiderunt nobis, ut ſupius diximus, q ab initio uiderunt ſermonem filii dei, & miniſtrauerunt ei, & pſeuerantia uſq; ad pſens tēpus monumenta declarant, quę diuerſis autoribus edita, diuerſarū hæreſum inuenerunt principia, ut eſt illud quod appellať euāgeliū iuxta Aegyptios, ſecundū Thomā & Matthiā, & Bartholomæū, duodecim quoq; apoſtolos, ac Baſilidem atq; Apellē, & cęteros q̄s enumerare longū eſt, dum hoc tm̄ in præſentia neceſſe eſt dicere, extitiſſe quoſdā qui ſine ſpiritu & gratia dei conati ſunt ordinare magis narrationē, q̄ hiſtorię texere ueritatem. Quibus iure illud pphecticum cōgruit: Væ q prophetant in corde ſuo, qui ambulant poſt ſpiritum ſuum, q dicunt: Hæc dicit dñs, & dñs nō miſit eos. [Eze. 13.] De qbus & ſaluator in euangelio dicit: Omnes q ante me uenerunt, fures & latrones fuerunt. Qui uenerunt, dicit dñs, non q miſſi ſunt. [Ioh. 10.] In uenientibus prǽſumptio temeritatis, in miſſis obſequiū ſeruitutis eſt. Eccleſia autē quæ ſupra petrā dñi eſt uoce fundata, q̄ adduxit rex in accubitum ſuum, & ad q̄ per foramen deſcenſionis occulte manum ſuā miſit, ſimilis hinnulo ceruorū, quatuor fluminum paradiſi inſtar, eructans de uno fonte quatuor euangelia, quatuor & annulos & angulos habet, p quos quaſi arca teſtamenti domini lignis imputribilibus uehiť. Hęc eſt & illa in Zacharia q̄drigā quæ p orbē euecta, iugo fidei colla cunctarum gētium ſubiicit. Quatuor pterea flumina pulchre dicunť de uno paradiſi pcedere fonte, p q̄ quatuor euangeliſtarum numerus demonſtrať, & quatuor pfectę uirtutes. i. prudētia, tēperantia, fortitudo, atq; iuſtitia deſignātur. Nam ſicut à q̄tuor ſaluberrimis luculētiſq; fluminibus dñi irrigať paradiſus, ita & cor noſtrum irrigať à quatuor euāgeliſtarū inſtrumētis. Ex quo plurido Ieſu Chriſti dñi fonte ſanctus iſte uelut Euphrates pcedēs, de quo nobis ſermo eſt, apoſtolus Lucas euangelici diſputator libri, cor noſtrum ſępius rigare, & madefacere nō ceſſat. Et ut Euphrates fertilis ſeu frugalitas & hubertas nuncupatur, ita & iſte magnę fertilitatis atq; hubertatis, ſeu euāgelii dogmate ſanctę eccleſiæ toto terrarum orbe diffuſæ, augens uerbo doctrinæ ſuæ, fidei incremētum, radio ſuę claritatis uelut iubar ab ęthere ueniens, ac multorum hoīm pectora illuſtrās, quotidie illuminare nō deſinit, cum eius uerba ueluti bonum nuncium in eccleſia leguntur. Euāgeliū qppe Attice, Romane bonum

nunciū dicitur,ſeu noua annūciatio. Nunciat enim incarnationē ſanctam, natiuitatem Chriſti,paſſionē quoq; ac reſurrectionē,necnon & in cœlos aſcenſionem,uenturumq; eū eſſe ad iudiciū cum gloria & regno. Hęc ſunt quippe ſeptem ſigilla,qbus Iohannes dicit librū eſſe ſignatū,quem nullus poteſt aperire,neq; in cœlo,neque ſup terrā,neq; ſub terrā,& ſignacula eius ſoluere, niſi ſolūmodo leo de tribu Iuda,id eſt,Chriſtus. Vel ideo euangeliū bonū dicitur nunciū,qa annunciat regnū poſt labo rē,uitam poſt mortē. Recte ergo hoc ipſum euangeliū iſte euangeliſta Lucas ad eundem,ut praefati ſumus,ſcripſit Theophilū,ad quem & librū Actuū apoſtolorū.i.ad dei dilectū. Ergo & tibi cōuenit ſemp quiſqs es o homo:qa ſi deū diligis,ad te ſcriptū eſt euangeliū. Et ſi ad te ſcriptū eſt, ſuſcipe ꝑcioſiſſimū margaritarū munus euāgeliſtę, pigous amici in pectoralibus animi diligēter obſerua. O quale munus uel quale pignus,ſi cōſideres,ſi attēdas,ſi mēte ꝑtractes. Quę ſi bene & peruigil obſeruaueris,ad ſemp māſura gaudia te felicē ꝑducent, ubi ſociatus angelorū choris,inceſſabiliter exultabis. Hic etiā B. Lucas examuſſim dicit Grœco eloquia eruditus,cui extra ea quæ euāgelicę diſputationis ordo depoſcit,maximæ neceſſitatis laboris fuit,ut primū Gręcis fidelibus incarnationē dñi noſtri Ieſu Chriſti fideli narratione oſtēderet,ne uel Iudaicis genealogijs intēti,ſolo legis deſiderio teneretur:uel hęreticis fabulis & ſtultis ſolicitationibus ſeducti,excedēdo laberentur. Deinde uelut cœleſtis agricola ſemen doctrinæ ſuæ innumerabiliū mētibus hoim ſerēs, ac uomere ſuæ inſignis linguæ nunciādo exulcans,ad eratoris ſui fidē cōuerteret. Duplicatis etenim talētis dñi ſui,& centeſimū ſecū afferēs fructū,ad gēmea cœli palatia perenniter regnaturus,ardētis animi deſiderio ſatagēs ꝑperauit. Nā martyriū ſuo corpori aſſiduis iamentationibus,crebriſq; uigilijs mēbra ſua macerans, indixit. Hic etenim ab ipſo pueritię ſuæ tēpore caſtus omnimodo perſeuerās,neq; uxorē,neq; filios perhibet habuiſſe. Ideoq; nō immerito inter angelorū agmina,& glorioſum Apoſtolorū chorū, inter laudabilē ꝓphetarū numerū, atq; cādētia lilia uirginū,& immarceſcibiles roſas martyrū & flores coruſcat,omniumq; beatorū ꝑfruitur conſortijs ſanctorū. Tradunt etiam nōnulli, hunc euangeliſtam unum eſſe ex illis duobus diſcipulis, qbus in caſtellū Emaus euntibus dñs ſe ſociauit,atq; in peregrino habitu ſe oſtēdens,illis ſenſū apuit,& in fractione panis ut eū cognoſcerēt,mirabiliter patrauit. Hic dū ſeptuageſimū ętatis ſuę haberet annū, obijt in Bithyniæ partibus quintodecimo calēdas Nouēbris, & a uiris catholicis corpus eius humatū eſt. Cuius ſanctū cadauer pluribus iam euolutis annorū circulis,Cōſtantino Auguſto regnāte,ad Conſtantinopolitanā urbē cū gloria eſt traoſlatū, & decēter locatū. Vbi quāta & qualia ꝓdigiorum miracula ad nominis ſui laudē,ꝑ merita huius glorioſiſsimi euāgeliſtæ Lucę,dñs Ieſus Chriſtus frequenter efficiat,qa ad notitiā noſtrā minime peruenerunt,omitto retexere. Hoc aūt diuina prouidentia cōſtat actum,ut ſcilicet ꝑ plura deportatis loca huius Lucę Euangeliſtę uenerabilibus reliquijs,plura uirtutū ſigna fierēt,pluresq; per memoriā doctrinæ & uirtutis eius ad fidem ac dilectionem dñi noſtri Ieſu Chriſti,quę prędicauit,cōfluerent. Qui cum deo patre ſanctoq; ſpiritu uiuens, regnat per immenſa ſecula ſeculorum,Amen.

DE EODEM FESTO
Lucæ.x.

¶ In illo tēpore: Deſignauit Ieſus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciē ſuam,in oēm ciuitatem & locum quo erat ipſe uenturus. Et dicebat illis: Meſsis quidem multa,operarij uero pauci. Et reliqua. Homilia B.Gregorij papæ.

Dominus & ſaluator noſter fratres chariſsimi aliquando nos ſermonibus,aliquādo operibus admonet. Ipſa etenim ſacta eius,ꝓcepta ſunt:qa dū aliquid tacitus facit, qd agere debeamus innoteſcit. Ecce enim binos in ꝓdicatione diſcipulos mittit. Quia enim duo præcepta ſunt charitatis, dei uidelicet amor & ꝓximi,& minus q̄ inter duos haberi charitas nō poteſt (nemo etenim proprie ad ſeipſum habere charitatē dicitur,ſed dilectio ſe ad alterū tēdit,ut eſſe charitas poſſit) binos ad prędicandū diſcipulos dñs mittit,quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatē erga alterū nō habet,nullatenus prædicationis officiū ſuſcipere debet. Bene aūt dicitur,qa miſit eos ante faciē ſuam, in oēm ciuitatem & locum quo ipſe erat uēturus. Prædicatores enim ſuos dñs ſequitur,quia prædicatio præuenit,& tunc ad mentis noſtræ habitaculū dñs uenit,quando uerba exhortationis præcurrunt,atq; per hæc ueritas in mēte ſuſcipitur. Hinc nanq; eiſdē prędicatoribus Iſaias dicit:Parate uiā dñi,rectas facite ſemitas dei noſtri. Hinc illis Pſal. ait: Iter facite ei q aſcendit ſuper occaſum. Super occaſum nanq; dñs aſcendit,quia unde in paſſione occubuit, inde maiorē gloriā ſuam reſurgēdo manifeſtauit. Super occaſum uidelicet aſcendit,quia mortē q̄ pertulit,reſurgēdo calcauit. Ei ergo qui aſcendit ſup occaſum,iter facimus,cū nos eius gloriā ueſtris mētibus prædicamus,ut eas & ipſe poſt ueniens per amoris ſui pręſentiam illuſtret. Miſsis aūt prædicatoribus qd dicat,audiamus: *Meſsis quidem multa,operarij autē pauci. Rogate ergo dominum meſsis, ut mittat operarios in meſſem ſuā.* Ad meſſem multā, operarij pauci ſunt, quod ſine graui loqui mœrore nō poſſumus,quia etſi ſunt q bona audiāt deſunt tamen qui dicant. Ecce mundus ſacerdotibus plenus eſt,ſed tamē in meſſe dei rarus ualde inuenit operator,qa officiū quidē ſacerdotale ſuſcipimus,ſed opus officij nō implemus. Sed pēſate fratres mei,penſate quod dicit: *Rogate ergo dominum meſsis,ut mittat operarios in meſſem ſuā.* Vos,ꝓ nobis petite,ut digna uobis operari ualeamus,ne ab exhortatione lingua torpeat,ne poſtq̄ prædicatiōis locū ſuſcepimus,apud iuſtū iudicē noſtra nos taciturnitas addicat. Sæpe enim,ꝓ ſua nequitia,prędicantiū lingua reſtringit. Sępe uero ex ſubiectorū culpa agitur,ut eis q pręſunt,prędicationis ſermo ſubtrahat. Ex ſua quippe neq;tia ꝓdicantiū lingua reſtringit,ſicut Pſal.ait: Peccatori aūt dixit deus, q̄re tu enarras iuſtitias meas? Et rurſum ex uitio ſubiectorum uox prędicantium ꝓhibetur,ſicut ad Exechielē dñs dicit:Linguā tuā adhærere faciam palato tuo,& eris mutus, nec quaſi uir obiurgās, quia domus exaſperans eſt. Ac ſi aperte dicat: Idcirco tibi ꝓdicationis ſermo tollitur,qa dū me in ſuis actibus plebs exaſpat,nō eſt digna cui exhortatio ueritatis fiat. Ex cuius ergo uitio ꝓdicatori ſermo ſubtrahat,nō facile agnoſcit,qa uero paſto

Iſai. 40.
Pſal. 67.
Pſal 49
Exec. 3

taciturnitas aliquā ſibi,ſemper aūt ſubiectis noceat,
certiſsime ſcit.ſed utinā ſi ad prędicatiōis uirtutē nō
ſufficiamus,loci nři officiū in innocētia uitę tenea
mus. Nā ſubdit:*Ecce ego mitto uos ſicut agnos inter lu*
*pos.*Multi aūt cū regiminis curā ſuſcipiūt,ad lace
rādos ſubditos inardeſcūt, terrorē poteſtatis ex
hibēt,& qbus prodeſſe debuerāt,nocēt:& q a charita
tis uiſcera nō habent,dñi uideri appetunt, patres
ſe eſſe minime recognoſcunt:humilitatis locum in
elationem dominationis immutāt, & ſi quādo ex
Mat.7. trinſecus blādiuntur,intrinſecus ſæuiunt. De qbus
alias ueritas dicit: Veniunt ad uos in ueſtimentis
ouium, intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces. Contra
quę oīa conſiderādum eſt nobis,quia ſicut agni in
ter lupos mittimur,ut ſenſum ſeruātes innocētiæ,
morſum malitiæ nō habeamus. Qui enim locū prę
dicatioois ſuſcipit,mala inferre non debet,ſed tole
rare,ut ex ipſa ſua māſuetudine irā ſæuientiū miti
get,& peccatorum uulnera in alijs ipſe afflictioni
bus uulneratus ſanet. Quē & ſi quando zelus recti
tudinis exigit ut erga ſubiectos ſæuiat, furor ipſe
de amore fit,non de crudelitate, quatenus & iura
diſciplinæ foris exhibeat,& intus paterna pietate
diligat,quos foris quaſi inſequendo caſtigat. Quod
tunc bene rector exhibet, cum ſeipſum diligere p
amorē priuatū neſcit,cū nulla quæ mundi ſunt ap
petit,cum terrenæ cupiditatis oneribus nequaquā
mentis colla ſupponit. Vnde & ſubditur: ¶ *Nolite*
portare ſacculum neq; peram,neq; calceamenta, & ne
minem per uiam ſalutaueritis. Prædicatori enim tāta
in deo debet eſſe fiducia,ut pręſentis uitę ſumptus,
quanuis non prouideat,tamē ſibi hos nō deeſſe cer
tiſsime ſciat,ne dum mens eius occupatur ad tēpo
ralia, minus alijs prouideat æterna. Cui etiā p uiā
neminē ſalutare cōceditur,ut ſub quāta feſtinatio
ne iter prædicationis peragere debeat,oſtēdatur.
Quę ſi quis uerba etiā per allegoriā uelit intelligi,
in ſacculo pecunia clauſa eſt. Pecunia uero clauſa,
eſt ſapientia occulta. Qui igitur ſapientiæ uerbū
habet,ſed hoc erogare proximo negligit,quaſi pe
cuniā in ſacculo ligatā tenet. unde ſcriptum eſt: Sa
Eccl.41 pientia abſcōdita,& theſaurus occultus,quæ utili
tas in utriſq;? Quid uero per perā,niſi onera ſecu
li? & quid hoc loco per calceamēta,niſi mortuorū
operum exēpla ſignātur? Qui ergo officium prędi
cationis ſuſcipit,dignū non eſt,ut onus ſecularium
negociorum portet, ne dum hoc eius colla depri
mit,ad prædicāda cœleſtia nō aſſurgat, nec debet
ſtultorū operū exēpla conſpicere,ne ſua opera qua
ſi ex mortuis pellibus credat muniri. Sunt etenim
multi qui prauitatē ſuā ex alienis prauitatibus tuē
tur. Quia enī alios talia feciſſe conſiderāt,ſe hęc fa
cere licēter putāt. Hi qd aliud faciūt,niſi pedes ſu
os ex mortuorū aīalium munire pellibus conātur?
Omnis uero qui ſalutat in uia,ex occaſione ſalutat
itineris,nō ex ſtudio optādæ eiuſdē ſalutis. Quiigi
tur nō amore æternę patriæ,ſed pręmiorū ambitu
ſalutē audiētibus prædicat,quaſi in itinere ſalutat,
quia ex occaſione & nō ex intētione ſalutē audien
tibus exoptat. Sequitur: ¶ *In quācunq; domū intraue*
ritis,primū dicite: Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius
pacis,requieſcet ſuper eū pax ueſtra. Sin aūt, ad uos re
uertetur. Pax quæ ab ore prędicatoris offert,aut req
eſcit in domo,ſi in ea filius pacis fuerit:aut ad eun
dem prædicatorem reuertit, quia aut erit quiſque
prædeſtinatus ad uitam, & cœleſte uerbum ſequi
tur quod audit: aut ſi nullus audire uoluerit, ipſe
prædicator ſine fructu non erit, quia ad eum pax
reuertitur,quoniā ei à domino pro labore ſui ope
ris merces recompenſatur. Ecce autem qui ſacculū
& peram portare prohibuit, ſumptus & alimenta
ex eadem prædicatione concedit. Nam ſequitur:
¶ *In eadem autē domo manete, edentes & bibentes,quæ*
apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua.
Si pax noſtra recipitur, dignum eſt ut in eadem
domo maneamus, edentes & bibentes quæ apud
illos ſunt,ut ab eis terrena ſtipendia cōſequamur,
quibus præmia uitæ cœleſtis offerimus. Vnde etiā
Paulus hæc ipſa pro minimo ſuſcipiēs,dicit: Si nos
uobis ſpiritualia ſeminauimus,magnum eſt, ſi ue 1.Cor.9
ſtra carnalia metamus? Et notandum quod ſub
ditur: ¶ *Dignus eſt operarius mercede ſua,* quia iam de
mercede operis ſunt ipſa alimenta ſuſtentationis,
ut hic merces de labore prædicationis inchoetur,
quæ illic de ueritatis uiſione perficitur. Qua in re
conſiderādum eſt,quod uni noſtro operi duę mer
cedes debentur,una in uia,altera in patria:una quę
nos in labore ſuſtentet,alia quæ nos in reſurrectio
ne remuneret. Merces itaq; quæ in pręſenti recipi
tur,hoc in nobis debet agere,ut ad ſequētem mer
cedem robuſtius tendatur. Verus ergo quiſq; præ
dicator,non ideo prædicare debet,ut in hoc tēpo
re mercedem recipiat, ſed ideo mercedem recipe
re,ut prædicare ſubſiſtat. Quiſquis nanq; ideo prę
dicat,ut hic uel laudis uel muneris mercedem reci
piat,æterna proculdubio mercede ſe priuat. Quiſ
quis uero per ea quę dicit,ideo placere hominibus
appetit,ut dū placet quod dicitur,per eadem dicta
non ipſe,ſed dominus ametur, uel idcirco terrena
ſtipendia in prædicatione conſequitur,ne à prædi
cationis uoce per indigentiam laſſetur, huic pro
culdubio ad recipiendā mercedem nihil obſtat in
patria,qa ſumptus ſumpſit in uia. Sed quid nos (quod
tamē dicere ſine dolore nō poſſumus) quid nos o
paſtores agimus, qui & mercedē conſequimur, &
tamen operarij nequaq̄ ſumus? Fructus quippe ſan
ctæ eccleſię in ſtipendio quotidiano pcipimus, ſed
tamē pro æterna eccleſia minime in prędicatione
laboramus. Pēſemus cuius dānationis ſit,ſine labo
re hic percipere mercedem laboris. Ecce ex obla
tione fideliū uiuimus, ſed nūquid pro aīabus fideliū
laboramus? Illa in noſtrū ſtipendiū ſumimus,quę
pro redimendis peccatis ſuis fideles obtulerūt,nec
tamē contra peccata eadem uel orationis ſtudio,
uel prædicationis,ut dignum eſt,inſudamus. Vix
pro culpa ſua quempiam aperta uoce reprehendi
mus,& adhuc (quod eſt grauius) aliquādo ſi perſo
na in hoc mundo potēs ſit, eius forſitan uel errata
laudantur, ne ſi aduerſetur per iracundiā, munus
ſubtrahat quod impendebat. Sed debemus ſine ceſ
ſatione meminiſſe quod de quibuſdā ſcriptum eſt:
Peccata populi mei comedent. Cur aūt pctā popu Oſee.4
li comedere dicunt,niſi quia peccata delinquentiū
fouent,ne tēporalia ſtipendia amittāt? Sed & nos
qui ex oblationibus fideliū uiuimus,quas illi pro ſuis
peccatis obtulerūt, ſi comedimus & tacemus, eo
rum proculdubio peccata mādu camus. Penſemus
ergo cuius ſit apud deū criminis,peccatorū preciū
manducare,& nihil cōtra peccata prędicando age
re. Audiamus quid de talibus beati Iob uoce dicit: Iob.31
Si aduerſum me terra mea clamat,& cum ipſa ſul
ci eius defluent,ſi fructus eius comedi abſq; pecu
nia. Terra etenim cōtra poſſeſſorē ſuū clamat,quā
do contra paſtorem ſuū iuſte eccleſia murmurat.
Cuius etiā ſulci deflent,ſi corda audiētium quā à præ
cedētibus ſunt patribus prędicationis uoce & *iugo uigorē

inuectionis exarata, uidens aliquid q̃d lugeant de
uita paſtoris. Cuius uidelicet terrę fructus poſſeſ
ſor bonus ſine pecunia nõ mãducat, quia diſcretus
paſtor erogat talentũ uerbi, ne ad damnationẽ ſuã
de eccleſia ſtipendiũ ſumat alimẽti. Tunc enim de
terra noſtra cum pecunia fructus comedimus, qñ
ſumentes eccleſiaſtica ſubſidia, in prędicatione la-
boramus. Præcones nanq; uenturi iudicis ſumus.
Quis ergo uenturũ iudicẽ nunciat, ſi præco tacet?
Proinde conſiderandum nobis eſt, ut inquantũ ua-
let quiſq;, inquãtum ſufficit, & terrorẽ uenturi iu-
dicij, & dulcedinem regni ſuſceptæ eccleſię inſinu-
are contendat. Et quia una eademq; exhortatiõis
uoce nõ ſufficit ſimul cunctos admonere, debet ſin
gulos inquantũ ualet inſtruere, priuatis locutioni
bus ędificare, exhortatione ſimplici fructum in fili
orum ſuorum cordibus quęrere. Debemus nãq; pẽ
ſare continue q̃d ſanctis apoſtolis dicit, & p apo-
Matt. 5. ſtolos nobis: Vos eſtis ſal terræ. Si igit ſal ſumus,
condire mẽtes fidelium debemus. Vos igitur q pa
ſtores eſtis, penſate quia dei aĩalia paſcitis. De qui
bus pfecto aĩalibus deo per Pſalmiſtã dicitur: Ani
Pſal 67. malia tua habitabunt in ea. Et ſæpe uidemus quod
petra ſalis brutis animalibus anteponitur, ut ex ea-
dem ſalis petra lãbere debeant & meliorari. Quaſi
ergo inter bruta aĩalia petra ſalis, debet eſſe ſacer-
dos in populis. Curare nanq; ſacerdotẽ neceſſe eſt,
quę ſingulis dicat, unũquenq; qualiter moneat, ut
quiſquis ſacerdoti iũgitur, quaſi ex ſalis tactu ęter
næ uitę ſapore cõdiatur. Sal etenim terræ non ſu-
mus, ſi corda audientiũ nõ cõdimus. Quod pfecto
condimentum ille ueraciter pximo impendit, qui
pdicationis uerbũ nõ ſubtrahit. Sed tunc uere aliqs
recta prędicamus, ſi dicta rebus oſtẽdimus, ſi noſi-
pſi diuino amore cõpungimur, & humanę uitę (quę
ſine culpa tranſiri nequaq̃ poteſt) q̃tidianas macu-
las lachrymis lauamus. Tunc aũt de nobis uere cõ-
pungimur, ſi ſtudioſe patrum pcedentium facta pẽ
ſamus, ut ex cõſpecta illorũ gloria, in noſtris ocu-
uita ſordeſcat. lis noſtra nobis ✻ uitia ſordeſcãt. Tunc uere com-
pũgimur, cũ pręcepta dei, ſtudioſe perſcrutamur,
& per hęc pficere ipſi contendimus, p quę iã pro-
fecisse nouimus quos ueneramur. Hinc eſt enim q̃d
Exo. 38. de Moyſe ſcriptũ eſt: Poſuit & labrum æneum, in
quo lauarẽtur Aaron & filij eius cũ ingrederẽtur in
ſancta ſanctorũ, q̃d fecit de ſpeculis mulierum, quę
excubabãt in oſtio tabernaculi. Labrũ quippe ęneũ
Moyſes poſuit in quo ſacerdotes lauari debeant, &
ſancta ſanctorũ ingredi, quia lex Dei prius nos la-
uari per cõpunctionẽ pcipit, ut noſtra immunditia
ad penetrandã ſecretorum dei munditiã nõ ſit in-
digna. Quod bene labrum de ſpeculis mulierũ phi-
betur factum, q̃ ad tabernaculi oſtiũ indeſinenter
excubabãt. Specula quippe mulierũ ſunt pręcepta
dei, in qbus ſe ſanctę aĩæ ſemper inſpiciũt, & ſi quę
in eis ſunt fœditatis maculę deprehẽdunt, cogitati
onũ uitia corrigũt, & quaſi renitẽtes uultus ur[illegible]
ex reddita imagine cõponunt, quia dũ pceptis dñi-
cis ſolerter intẽdunt, in eis pculdubio, uel quid in
ſe cœleſti uiro placeat, uel quid diſpliceat cogno-
ſcunt. Quę quãdiu in hac uita ſunt, æternũ taberna
culum ingredi nequaq̃ poſſunt. Sed tñ ad oſtiũ ta-
bernaculi mulieres excubãt, quia ſanctę animę eti
am cũ infirmitate adhuc carnis grauãtur, amore tñ
continuo ingreſſum æterni introitus obſeruant.
Moyſes ergo labrum ſacerdotibus de ſpeculis mu-
lierum fecit, qa lex dei lauacrũ cõpunctionis pec-
catorum noſtrorum maculis exhibet, dum ea p quę
ſanctę animę ſuperno ſponſo placuerunt, intuẽda
nobis cœleſtia pręcepta prębet, quibus ſi diligẽter
intendimus, internæ noſtrę imaginis maculas uide
mus, uidentes aũt maculas in pœnitẽtiæ dolore cõ
pungimur, compuncti uero quaſi in labro de ſpecu
lis mulierum lauamur. Eſt autẽ ualde neceſſarium,
ut cum de nobis in compunctione affligimur, etiam
cõmiſſorum nobis uitã zelemus. Sic ergo nos ama-
ritudo cõpunctionis afficiat, ut tamẽ a proximorũ
cuſtodia non auertat. Quid enim prodeſt ſi amãtes
noſmetipſos, relinquamus proximos? uel quid rur-
ſum prodeſt, ſi amãtes uel zelãtes proximos, relin-
quamus noſmetipſos? In ornamento quippe taber
naculi bis tinctus coccus offerri pręcipitur, ut an-
te dei oculos charitas noſtra dei & proximi amo-
re coloretur. Ille autẽ uere ſe diligit, qui pure dili
git auctorem. Tunc ergo coccus bis tingitur, qñ er-
ga ſe & proximum ex amore ueritatis animus in-
flãmatur. Sed inter hæc ſciendũ nobis eſt, ut ſic ex-
erceatur zelus rectitudinis cõtra praua acta pro-
ximorum, quatenus in feruore diſtrictionis, nullo
modo relinquatur uirtus mãſuetudinis. Ira etenim
ſacerdotis nequaquã debet eſſe pręceps & pertur-
bata, ſed magis ex conſilij grauitate mitigata. Et
portare igitur debemus quos corrigimus, & corri
gere quos portamus: ne ſi ex utroq; unum defuerit
uel in feruore uel in manſuetudine, actio ſacerdota
lis non ſit. Hinc nanq; eſt quod in templi miniſte-
rio in baſibus tẽpli, ſculptorio opere leones & bo-
ues & Cherubin expreſſa ſunt. Cherubin quippe
eſt plenitudo ſcientię. Sed quid eſt quod in baſibus
nec leones ſine bobus, nec boues ſine leonibus ſiũt?
Quid enim aliud ſignant baſes in templo, niſi ſacer
dotes in eccleſia, qui dum ſollicitudinem regiminis
tolerant, quaſi more baſium ſuperimpoſitum onus
portãt. In baſibus igitur Cherubim exprimuntur,
quia decet nimirum ut ſacerdotũ pectora plenitu-
dine ſcientiæ ſint referta. Per leones autem terror
ſeueritatis, per boues uero patientia manſuetudi-
nis figuratur. Itaq; in baſibus nec leones ſine bo-
bus, nec boues ſine leonibus exprimũtur: quia ſem-
per in ſacerdotali pectore cum terrore ſeueritatis
cuſtodiri debet uirtus manſuetudinis, ut & iram
manſuetudo condiat, & eãdem mãſuetudinem, ne
forte diſſoluta ſit, zelus diſtrictionis accẽdat. Sed
iſta, cur loquimur tũ adhuc pleroſq; grauari factis
atrocibus uideamus? Vobis enim ſacerdotibus lu-
gens loquor, quia nonnullos ueſtrum cum premijs
facere ordinationes agnouimus, ſpiritualẽ gratiã
uendere, & de alienis iniquitatibus cum peccati dã
no tẽporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memo-
riam ueſtram non redit quod uox dominica præ-
cipiens dicit. Gratis accepiſtis, gratis date? Cur nõ
ante mentis oculos reuocatis, quod templum re- Matt 10
demptor noſter ingreſſus, cathedras uendentium Matt. 2
columbas euertit, & nummulariorum effudit æs?
Qui nanq; ſunt in templo dei hodie qui columbas
uendunt, niſi qui in eccleſia precium de impoſitio
ne manus accipiunt, per quã uidelicet impoſitionẽ
ſpũſſanctus cœlitus datur? Columba igitur uenditur,
quia manus impoſitio per quã ſpiritusſanctus acci
pitur, ad precium prębetur. Sed redemptor noſter
cathedras uendentiũ columbas euertit, quia talium
negociatorum deſtruit ſacerdotiũ. Hinc eſt enĩ q̃d
ſacri canones ſimoniacã hæreſim dãnant, & eos ſa
cerdotio priuari præcipiunt, qui de largiendis or-
dinibus preciũ quęrunt. Cathedra ergo uendentiũ
columbas euertit, qñ hi q ſpiritualẽ gratiã uendunt,
dant,

dant, uel ante humanos,uel ante dei oculos ſacer-
dotio priuātur.Et quidē multa ſunt talia ꝑpoſitos
rum mala,quę humanos modo oculos latēt,& ple-
runq; ſe paſtores ſanctos hoīes exhibent, atq; in
occultis ſuis uideri turpes ante interni arbitri ocu
los nō erubeſcunt. Veniet ꝓfecto ille dies, & non
lōge eſt,in q̄ paſtorū paſtor appareat, & uniuſcuiſ
uſq; facta in publicum deducat, & qui modo ſubdi
torum culpā per ꝑpoſitos ulciſcitur, tunc ꝑpoſito-
rum mala per ſemetipſum ſequiēs dānat. Vnde & in
greſſus tēpium,ꝓ ſe quaſi flagellium de funiculis fe
cit,& de domo dei prauos negociatores eijciēs,ca
thedras uendentium colūbas euertit, quia ſubdito
rū quidē culpas per paſtores ꝑcutit,ſed paſtorū ui
tia per ſemetipſum ferit.Ecce modo hoībus nega
ri poteſt q̄d latenter agitur.Ille certe iudex uentu
rus eſt,cui tacendo quiſq; nō poteſt celare, quē ne
gādo nō poteſt fallere. Eſt aliud fratres chariſsimi
q̄d me de uita paſtorum uehemēter affligit,ſed ne
cui iniurioſum uideat̃ fortaſſe q̄d aſſero, me quoq;
pariter accuſo, q̄uis barbarici timoris neceſsitate
compulſus,ualde in his inuitus iaceo. Ad exteriora
em̄ negocia dilapſi ſumus,& aliud ex honore ſuſci-
pimus,atq; aliud ex officio actiōis exhibemus. Mi
niſteriū prędicationis relinquimus,& ad pœnā no
ſtrā ut uideo,epiſcopi uocamur,q honoris nomen,
nō uirtutis tenemus. Relinquūt nanq; deū hi q no
bis cōmiſsi ſunt,& tacemus. In prauis actibus ia-
cent,& correctionis manus nō tēdimus. Quotidie
per multas nequitias pereūt,& eos ad infernū ten
dere negligēter uidemus. Sed qn̄ nos uitā corrige-
gere ualemus alienā,qui negligimus noſtrā? Curis
em̄ ſecularibus intēti,tāto inſenſibiliores intus effi
cimur,quāto ad ea quę foris ſunt ſtudioſiores uide
mur. Vſu quippe curę terrenę à cœleſti deſiderio ani
mus obdureſcit, & dū ipſo ſuo uſu durus efficitur,
per actionem ſeculi ad ea emolliri non ualet, quæ
pertinent ad charitatem dei. Vnde bene ſancta ec-
cleſia de membris ſuis infirmātibus dicit: Poſuerūt
me cuſtodē in uineis,uineā meā non cuſtodiui. Vi-
Canti 1. neæ quippe noſtrę actiones ſunt,quas uſu q̄tidiani
laboris excolimus. Sed cuſtodes in uineis poſiti,no
ſtrā uineā minime cuſtodimus,quia dum extraneis
actionibus implicamur, miniſterium actionis no-
negligimus. Nullū puto fratres chariſsimi ab alijs
maius prędiudicium,quā quod ſacerdotibus tolerat
deus,qn̄ eos quos ad aliorum correctionē poſuit,
dare de ſe exempla prauitatis cernit: qn̄ ipſi pecca
mus,qui cōpeſcere peccata debuimus. Plerunq;,q̄d
eſt grauius,ſacerdotes qui ꝓpria dare debuerant,
etiā aliena diripiunt. Plerunq; ſi quos continenter
uiuere conſpiciunt,irrident. Cōſiderate rogo quid
de gregibus agatur,qn̄ lupi paſtores fiūt. Hi enim
cuſtodiā gregis ſuſcipiunt,q inſidiari gregi dn̄ico
non metuunt,cōtra q̄s dei greges cuſtodiri debue-
runt. Nulla aīarum lucra quęrimus, ad noſtra q̄ti-
die ſtudia uacamus,terrena cōcupiſcimus, huma-
nam gloriā intenta mente captamus. Et quia eo ip
ſo quo cæteris pręlati ſumus, ad agenda quælibet
maiorem licentiam habemus,ſuſceptæ benedictio
nis miniſterium uertimus ad ambitionis argumen
tum. Dei cauſas relinquimus,ad terrena negocia ua-
camus. Locum ſanctitatis accipimus, & terrenis
actibus implicamur. Impletum eſt in nobis,ꝓfecto
Oſee. 4. q̄d ſcriptum eſt: Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.
Sacerdos em̄ nō diſtat à populo,qn̄ nullo uitæ ſuæ
merito uulgi trāſcendit actionē. Imploremus Iere
miç lachrymas,conſideret mortē noſtrā,& deplo
rās dicat: Quō obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt
color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in Thre. 4.
capite oīm platearū? Aurum quippe obſcuratum
eſt,quia ſacerdotū uita quondā per gloriā uirtutū
clara,nunc per actiones infimas oſtenditur repro-
ba. Color optimus eſt mutatus, quia ille ſanctita-
tis habitus per terrena & abiecta opera ad ignomi
niam deſpectionis uenit. Lapides uero ſanctuarij
intrinſecus habebant̃, nec ſumebātur in ſummi ſa-
cerdotis corpore, niſi cū ſancta ſanctorū ingredi-
ens,in ſecreto ſui cōditoris apparebat. Nos ergo ſu
mus fratres chariſsimi,nos ſumus lapides ſanctua
rij,qui apparere debemus ſemper in ſecreto dei,q̄s
nunq̄ neceſſe eſt foris cōſpici.i. nunq̄ in extraneis
actibus uideri. Sed diſperſi ſunt lapides ſanctuarij
in capite oīm platearū,q͞a hi qui per * uiā & orati *uitam
onē intus ſemper eſſe debuerāt,per uitā reprobam
foris uacāt. Ecce iā pene nulla eſt ſeculi actio, quā
non ſacerdotes adminiſtrēt. Dū ergo in ſancto ha-
bitu cōſtituti,exteriora ſunt quę exhibēt, quaſi ſan
ctuarij lapides foris iacēt. Quia enim Græca uoce
platea à latitudine uocat̃,ſanctuarij lapides in pla
teis ſunt,cum religioſi quiq; lata mundi itinera ſe
ctātur. Nec ſolū in plateis, ſed & in capite platea-
rū diſperſi ſunt: quia & per deſideriū mundi huius
opera peragunt, & tn̄ de religioſo habitu culmen
honoris quęrūt. In capite ergo platearū diſpſi ſūt,
quia & iaceni per miniſteriū operis, & honorari
uolunt de imagine ſanctitatis. Quāto aūt mundus
gladio feriat̃ aſpicitis, quibus q̄tidie ꝑcuſsionibus
intereat populus,uidetis. Cuius hoc niſi noſtro ꝑ-
cipue pctō agitur? Ecce depopulatæ urbes, euerſa
ſunt caſtra eccleſię ac monaſteria deſtructa,in ſoli-
tudinē agri deducti ſunt. Sed nos pereunti populo
autores mortis extitimus,cui eſſe debuimus duces
ad uitā. Ex noſtro etenim pctō populi turba ꝓſtra
ta eſt,q a faciente noſtra negligētia, ad uitā erudi-
ta non eſt. Quid aūt animas hoīm, niſi cibū dominī
dixerim? Quę ad hoc ſunt cōditę, ut in eius corpo-
re traijciantur,id eſt,ut in æternæ eccleſię augmē-
tum tendant. Sed huius cibi condimētum nos eſſe
debuimus. Sicut enim paulo ſuperius præfati ſu-
mus, miſsis prædicatoribus dicitur: Vos eſtis ſal Matt. 5.
terræ. Si igitur cibus dei eſt populus, condimentū
cibi ſacerdotis eſſe debuerunt. Sed quia dum nos
ab orationis & eruditionis ſanctæ uſu ceſſamus,ſal
infatuatum eſt,quo condiri non ualet cibus dei,at-
que idcirco ab autore non ſumitur, quia exigente
fatuitate noſtra minime conditur. Penſemus ergo
qui unquam per linguam noſtram conuerſi, qui de
peruerſo opere ſuo noſtra increpatione correpti
pœnitentiam egerunt. Quis luxuriā ex noſtra eru-
ditione deſeruit? Quis auaritiam? quis ſuperbiam
declinauit? Penſemus quod lucrum fecimus Deo.
Nos talento accepto ab eo,ad negocium miſsi ſu-
mus. Etenim dicit: Negociamini dum uenio. Ecce Luce. 19
iam uenit,ecce de noſtro negocio lucrum requirit.
Quale enim animarum lucrum de noſtra negocia-
tione monſtrabimus? Quod eius conſpectui ani-
marum manipulos de prædicationis noſtræ ſege-
te allaturi ſumus? Ponamus ante oculos noſtros il-
lum tantæ diſtrictionis diem, quo iudex ueniet, &
rationem cum ſeruis ſuis, quibus talenta credidit,
ponet. Ecce in maieſtate terribili,inter angelorum
atque archangelorum choros uidebitur, in illo
tanto examine electorum omnium & reproborū
multitudo deducitur,& unuſquiſque quid ſit ope-
ratus oſtenditur. Ibi Petrus cum Iudæa conuerſa,

quam poſt ſe traxis, apparebit. Ibi Paulus conuer-
ſum (ut ita dixerim) mundum ducens, ibi Andreas
poſt ſe Achaiam, Iohannes Aſiam, Thomas Indiã
in conſpectu ſui iudicis cooūerſam ducit. Ibi om-
nes dominici gregis arietes cum animarum lucris
apparebunt, qui ſanctis ſuis prædicationibus Deo
poſt ſe ſubditum gregem trahunt. Cum igitur tot
paſtores cum gregibus ſuis ante æterni paſtoris
oculos uenerint, quid nos miſeri dicturi ſumus, qui
ad Dominum noſtrum poſt negocium uacui re-
dimus, qui paſtorum nomen habuimus, & oues
quas ex nutrimento noſtro debeamus oſtendere,
non habemus? Hic enim paſtores uocati ſumus, &
ibi gregem non ducimus. Sed nunquid ſi nos negli
gimus, omnipotens deus deſeret oues ſuas? Nullo
modo, nam ipſe eas, ſicut per prophetam pollici-
tus eſt, per ſemetipſum paſcit, omnesq́ quos præ-
ordinauit ad uitam, flagellorum ſtimulis, compun
ctionis ſpiritu erudit. Et per nos quidem fideles
ad ſanctum baptiſma ueniunt, noſtris precibus be-
nedicuntur, & per impoſitionem manuum noſtra
rum à deo ſpũmſanctum accipiunt, atq; ipſi ad re-
gnum cœleſte pertingunt, & ecce nos per negligẽ
tiam noſtrã deorſum tendimus. Ingrediuntur ele-
cti ſacerdotum manibus expiati cœleſtem patriã,
& ſacerdotes ipſi per uitam reprobam ad inferni
ſupplicia feſtinans. Cui ergo rei, cui ſimiles dixe-
rim ſacerdotes malos, niſi aquæ baptiſmatis, quæ
peccata baptizatorum diluens, illos ad regnũ cœ-
leſte mittit, & ipſa in cloacas deſcẽdit? Timeamus
hæc fratres, conueniat actioni noſtræ ipſum mini-
ſterium noſtrum. De peccatorũ noſtrorum quoti-
die relaxatione cogitemus, ne uita noſtra peccatis
obligata remaneat, per quã omnipotens deus quo-
tidie alios ſoluit. Conſideremus ſine ceſſatione qđ
ſumus, penſemus negocium noſtrum, penſemus põ
dus q̃d ſuſcepimus, faciamus nobiſcũ quotidie rati
ones quas cũ domino iudice habebimus, & ſic debe
mus agere curã noſtrã, ut nõ negligamus curã pro
ximi, ut quiſquis ad nos iungitur, ex linguę noſtrę
ſale condiatur. Cum uacantẽ quempiam & lubricũ
uidemus, admonendus eſt, ut coniugio frenare ſtu
deat iniquitatem ſuã, quatenus per hoc quod licet,
diſcat ſuperare quod non licet. Cũ coniugatũ uide
mus, admonendus eſt ut ſic exerceat curã ſeculi, ne
poſt ponat amorẽ dei: ſic placeat uoluntati cõiugis,
ut non diſpliceat cõditori. Cũ clericum uidemus,
admonendus eſt, quatenus ſic uiuat, ut exemplum
uitæ ſecularibus præbeat, ne ſi quid in illo iuſte re
prehendiť, ex eius uitio ipſa religionis noſtrę ęſti-
matio graueť. Cũ monachũ uidemus, admonendus
eſt, ut reuerentiã habitus ſui in actu, in locutione,
in cogitatione ſua ſemper circunſpiciat, & de ea
quæ mundi ſunt, perfecte deſerat: & quod oſtẽdit
humanis oculis habitu, hoc ante dei oculos mori-
bus prætendat. Iſte itaq; qui iã ſanctus eſt, admo-
neatur ut creſcat: ille uero qui adhuc iniquus eſt,
admoneatur ut ſe corrigat: quatenus quiſquis ſe
ad ſacerdotem iunxerit ſale ſermonis eius condi-
tus recedat. Hæc fratres uobiſcum ſolicite cogita-
te, hæc & proximis ueſtris impendite, omnipoten
ti deo fructum uos reddere de negocio quod acce
piſtis, parate. Sed iſta quæ dicimus, melius apud
uos orando quam loquẽdo obtinebimus. Oremus:
Deus qui nos paſtores in populo uocari uoluiſti,
præſta quæſumus, ut quod humano ore dicimur, in
tuis oculis eſſe ualeamus, per dñm noſtrum Ieſum
Chriſtum filium tuum, qui uiuit, &c.

¶ In feſto undecim millium uirginũ, quæ-
re de uirginibus.

¶ De S. Seuerino, quære in communi.

¶ De feſto SS. Simonis & Iudæ, quære de
Apoſtolis.

IN VIGILIA OMNIVM Sanctorum. Luc. vi.

¶ In illo tempore: Eleuatis Ieſus oculis in
diſcipulos ſuos, dicebat: Beati pauperes,
quia ueſtrum eſt regnũ dei. Et reliqua. Ho
milia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Qvamuis generaliter omnibus loqtur,
ſpecialius tamen oculos ſaluator in diſ-
cipulos leuat, ut his qui uerbũ intenta
aure cordis percipiunt, latius ſaporis
intimi lumen aperiat. Cui ſimile eſt q̃d
Matthæus ait: Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eũ di
ſcipuli eius: & aperiẽs os ſuum, docebat eos, dicẽs: Mat. 5.
Beati pauperes ſpiritu. Nã quibus os in monte ſe-
dens aperit, ut magna ſublimiter audiãt, in eos o-
culos ſtans in cãpo dirigit, ut audita patenter in-
telligant. Beati itaq; pauperes, non utiq; omnes,
ſed illi tantũmodo qui omne præſentis ſeculi, ra-
metſi altum uideať, pro nihilo culmen ducunt. Qui
merito regni cœleſtis perhibentur munere digni,
quia delectationis humanæ probantur cupiditate
nudati, qualem ſe rex Dauid pauperiem ſuſtinuiſſe
declarans, ait: Ego uero egenus & pauper ſum. Et Pſal 69.
alibi non modo terreſtria, ſed & ipſa pro dño ſupe
cœleſtia paruipendẽs, dicensq́: Quid enim mihi re Pſal 72.
ſtat in cœlo, & à te quid uolui ſup terrã? Mox ubi
ſpei fixiſſet ancorã, ſubdendo manifeſtat: Mihi aũt
adhęrere deo bonũ eſt, ponere in dño deo ſpẽ me-
am. Alioquin nõnulli miſerrima cõditione pauper
tatis, & hic ſeculi gaudijs ob inopiam rerum, & ibi
regno dei ob meritorũ nequitiam carent. ¶ *Beati
qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini.* Quid eſurire bea
ti, quid ſitire debeant, Matthæus exponit, uidelicet
iuſtitiam, aptiſsime inſtituens, nunquam nos ſatis
iuſtos æſtimare debere, ſed quotidianum iuſtitiæ
ſemper amare, immo ardere, ꝓfectum. Cuius perfe
ctam ſaturitatẽ nõ in hoc ſeculo, ſed in futuro pro
uenire poſſe, ſupernorũ deſiderio Pſalmiſta flagrãs
oſtendit, q ait: Ego aũt cũ iuſtitia apparebo in con Pſal. 16.
ſpectu tuo: ſatiabor dũ manifeſtabitur gloria tua.
Poteſt & ſimpliciter accipi: Beati qui nũc eſuritis,
qui caſtigatis corpus ueſtrũ, & ſeruituti ſubijcitis,
qui in fame & ſiti uerbo operã datis, quia cœleſtiũ
tũc gaudiorũ habetis ubertate perfrui. ¶ *Beati qui
nunc fletis, quia ridebitis.* Non tẽporalium damna cõ-
modorum, ſed uirtutum detrimentũ ſpũalium qui
flent, æterna beatitudine conſolabuntur: ubi nõ no
ſtra ſolum, ſed & ꝓximi iubemur commiſſa defle-
re. Quem ſi ut nos diligimus, conſequẽter illius & ꝓ
fectu gratulari, & defectu neceſſe eſt tribulari, nec
ſolum tribulari, uerũ ad lachrymas uſq; ſuccẽdi, ſic
enim Samuel & Dauid peccatũ Saulis & interitũ
lugent. ſic peccatricem dñs ipſe fleuit ſup ciuitatẽ:
& mœſtis compaſſus ſororibus, Lazarum quẽ diui-
na erat maieſtate reſuſcitaturus, humana prius mi
ſeratione deflebat. myſtice ſignificans, eos q pctĩ
morte ſopiunť, ut reuiuiſcere queant, à proximis
eſſe plãgendos. Quod aũt nunc flentes, riſuros eſſe
promittit, nõ pueriliter accipiendũ eſt, ſed ſcriptu
ræ more, riſus nomine, mẽtis exultatio, & affectus
quidam

Gene.21 quidam lætior intelligendus eſt eſſe deſignatus, ſi
Iob.8. cut Sara: Riſum, inquit, fecit mihi Dñs. Et in Iob
dictum eſt: Os autem ueracium replebitur riſu. Per
quæ, ut dixi, nomina, gaudiũ animæ figuratur inte-
rius. ¶ *Beati eritis cum uos oderint homines, & cum ſepa*
rauerint uos, & exprobrauerint. Qui propter diuitias
hæreditatis Chriſti in ſanctis, propter panem ui-
tæ æternæ, propter ſpem cœleſtium gaudiorũ, fle-
tus, eſuriem, paupertatemq; pati deſiderat, beatus
eſt. Multo autem beatior, qui has inter aduerſa uir
tutes ſeruare non trepidat, quia odiant licet ho-
mines corde neſando, ñilectum cor Chriſto læde-
re nequeunt, ſeparent à ſynagoga, depeliant, Chri
ſtus inuenit & confirmat exprobrent nomẽ crucifi
xi, ipſe commortuos ſibi conreſuſcitat, & conſede-
re facit in cœleſtibus. ¶ *Et eiecerint nomen ueſtrum*
tanquam malum propter filium hominis. Nomẽ ueſtrũ
quod dicit, nomen Chriſtianorũ ſignificat, q̊d à gẽ
tilibus Iudæisq; ſæpiſsime (quantũ ad ipſos) me-
moriç abraſum, & ab hominibus eſt abiectũ, nulla
exiſtente iam cauſa odij, niſi propter filium hoĩs,
quia uidelicet nomẽ Chriſti credentes, ſuũ uolue-
runt facere cognomen: atq; ideo noĩs ſummi pſe-
cutores, hoĩm non immerito noĩe notantur. Beati
inquit, eritis cum uos oderint hoĩes, docens eos ab
hoĩbus inſectandos, ſed ultra homines eſſe bean-
dos. ¶ *Gaudete in illa die, & exultate, ecce enim merces*
Actu.5. *ueſtra multa eſt in cœlo.* Non hoc à quolibet patiẽte,
ſed abſq; eo ſupernæ tantũ mercedis intuitu patiẽ,
præceptũ poteſt impleri, ut ſcilicet inter odia cor-
dium, inter probra linguarũ, inter ipſas perſequen
tiũ manus, æquali, immo lętiori adhuc corde uerſe-
tur Non ad hoc noſtri ſimiles ualẽt, ſed eorũ eſt, q
ibant gaudentes à conſpectu conſilij, quoniã digni
habiti ſunt pro noĩe Ieſu contumeliã pati. Qui er-
go multa in terris, p Chriſto ſuſtinet aduerſa, mul
3.Re 18. ta in cœlis à Chriſto recipiet dona. Cæterũ quãta
ab Helia uerborũ iacula falſi ſuſtinuere prophetæ,
quos deridens aiebat: Clamate uoce maiore, deus
enim Baal, & forſitan loq̃tur, aut in diuerſorio eſt,
aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Quã-
tam dedere ſtragem, quia octingẽti ſimul & quin-
quaginta ſunt interempti? Verum quia Baal, & nõ
Chriſtus in cauſa erat, nec irriſi gaudebãt, nec occi
ſi palmã, ſed pœnam meruere perennẽ. ¶ *Secundum*
hæc enim faciebãt prophetis patres eorũ. Bene exem-
plo adhortatus eſt, quia uera dicẽtes ſolẽt pſecuti
onẽ pati, nec tñ ideo, pphetæ antiqui timore pſecu
tionis à ueritatis pdicatione defecerũt. Notãdum
ſane, quia ſicut Matthęus pocto quas poſuit beati
tudines, octauã ſpei noſtrę perfectionẽ, qua reſur-
rectionis gloria dedicatur, inſinuat, ita Lucas per
quatuor uirtutes amplectitur cardinales. Beati e-
nim pauperes, qui per tẽperantiam à mundi refre-
nãtur illecebris. Beati eſurientes, qui ſua cũ moniti
fame, eſuriẽtibus eſſe miſerẽdum, & ipſi p iuſtitiã
miſerentur ubi ualẽt. Nã eleemoſynã, qua Chriſto
nõ noſtra donamus, ſed ſua reddimus, iuſtitiã recte
Pſal. 111. dici teſtaẽ Pſal. qui ait: Diſperſit, dedit pauperibus,
iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Iuſtitia eñ eſt,
qua ſua cuiq; tribuimus, nemini quicq̃ debẽtes, niſi
ut inuicẽ diligamus. Beati q per prudentiam inter
bonũ dignoſcẽtes & malũ, occidua flere, & ad æter
na uolũt anhelare Beati q per fortitudinẽ fidei oĩa
ualẽt moleſta tolerare, igitur qui necdũ cõſumma
tæ uirtutis arcẽ cõſcendere ualent generalis inte-
rim perfectionis ſunt beatitudine perfouẽdi, qua-
tenus à bonis paulatim ad meliora, pgreſsi, dũ con
ſiſtente in planitia dño libenter auſcultant, adhuc
quandoq; in mõte ſedente ſublimiter aſcendant.
Nã quorũ adhuc edomãdis, inſtruendisq; cordibus
inſiſtit, hos quaſi ſtãt (qui ſitus laborãtii eſt) affa-
tur, quos uero lõgo ſtudij ſpũalis exercitio promi
ptos, iamiãq; dociles inuenit, his libertate ac di-
gnitate magiſtri quaſi quietus ſaluator reſidens,
myſtica quęq; de ſupernis intimat. Quæ ſpũalium
differentia profectuum, in Iſraeliticæ plebis eſt
habitu pulcherrimis expreſſa figuris, ubi uulgus
omne quibuſlibet ueſtibus utens. In quatuor angu
lis palliorũ hyacinthinas ſibi fimbrias eſt facere p-
ceptum, ſacerdotes quatuor habere ueſtes totidẽ
myſticis coloribus mira uarietate diſtinctas, põti
fices & ea quę ſacerdotes, & alia quatuor indumẽ-
ti genera, colorum quidẽ eorundem, ſed ſublimio-
ris gratia dignitatis, & auro interlucẽte coruſca,
& patriarcharum atq; ipſius dñi noĩe redimita ge
ſtare, quę per ſingula uel exponere, uel ſolum, ppo
nere, ad pprij induſtriã ſpectat operis. Tu autem.

SERMO IN FESTO omnium ſanctorum.

HOdie dilectiſsimi uim ſanctorũ ſub una ſolẽ
nitate lætitię celebramus feſtiuitatẽ, quos
terra editos precioſus Chriſti ſanguis gra-
tuita pietate ad cœleſtia euocauit: quorũ ſocieta-
te cœlũ exultat, q̊rum patrocinijs terra lętatur, q̊-
rum triumphis eccleſia ſancta coronatur, q̊rum cõ
feſsio quãto in paſsione fortior, tãto eſt clarior in
honore, qa dum creuit pugna, creuit & pugnantiũ
gloria: & martyrum triũphus multiplici paſsionũ
genere adornatur, quia per grauiora tormẽta grã
diora fuere & pmia, dum catholica mater eccleſia
per totum orbẽ longe lateq; diffuſa, in ipſo capite
ſuo Chriſto Ieſu edocta contumelias crucẽ & mor
tẽ non timere, magis magisq; roborata fit non reſi
ſtendo, ſed in pferendo. Vniuerſos aũt quos carcer
pœnalis incluſit, pari & ſimili colore uirtutis ad ge
rendũ certamẽ glorię triũphalis inſpirauit. O uere
beata mater eccleſia, q̃ ſic honor diuinæ dignatio-
nis illuminat, q̃ uincẽtium glorioſus martyrũ ſan
guis exornat, quã inuiolatę confeſsionis cãdida in-
duit uirginitas. Floribus eius nec roſę, nec lilia de-
ſunt. Certẽt nunc chariſsimi ſinguli utriuſq; hono-
ris ampliſsimas accipere dignitatis coronas, uel
de uirginitate cãdidas, uel de paſsione purpureas.
In cœleſtibus caſtris pax & acies habẽt flores ſuos
qbus milites Chriſti coronãtur dei enim ineffabi-
lis & immẽſa bonitas etiã hoc prouidit, ut laborũ
quidem tẽpus & agonis non extenderet, nec lon-
gũ faceret aut æternũ, ſed breue, & ut ita dicã, mo
mentaneum, ut in hac breui & exigua uita agones
eſſent & labores: in illa uero quæ æterna eſt, coro-
næ & præmia meritorum ſine fine durarent, ut la-
res quidẽ cito finirẽtur, meritorũ uero pręmia ſine
fine manerẽt, ut poſt mundi huius tenebras uiſuri
eſſent cãdidiſsimam lucẽ, & accepturi maiorẽ pro
paſsionum cũctarum acerbitatibus beatitudinem,
teſtãte hoc idẽ Apoſtolo, qui ait: Nõ ſunt condignę
paſsiones huius tẽporis ad ſuperuenturã gloriam
quæ reuelabitur in nobis. O q̃ lęto ſinu de pręlio re
uertẽtes ciuitas cœleſtis excepit, de hoſte, pſtrato
trophæũ ferẽtibus occurrit. Cum triumphãtibus
uiris & fœminę ueniunt, quæ cũ ſeculo ſexum quo
que uicerunt & geminata glorię militię, uirgines
cũ pueris teneros annos uirtutibus trãſcendẽtes.
Sed & cętera fidelium turba aulæ perpetuæ regiã in
trãt, q ſynceritatẽ fidei incõcuſsis pceptorũ cœle-

ſtium

illius itineris ducem habeamus, ſalutis autorem, lucis principem, iuſtitiæ largitorem, qui uiuit, &c.

IN DIE OMNIVM SANctorum, ſermo.

LEgitur in eccleſiaſticis hiſtorijs, quod ſanctus Bonifacius, qui quartus à beato Gregorio Romanæ orbis epiſcopatũ tenebat, ſuis precibus à Foca Cæſare impetrarit donari eccleſiæ Chriſti templum Romæ, quod ab antiquis pantheon antea uocabatur, quia hoc quaſi ſacrum omnium uidebatur eſſe deorum. In quo eliminata omni ſpurcitia, fecit eccleſiam ſanctæ dei genitricis, atq; omniũ ſanctorum Chriſti, ut memoria eorum haberetur a fidelibus, excluſa dæmonum multitudine, & plebs uniuerſa in capite calẽdarum Nouembriũ ſicut in die natalis domini, ad eccleſiam in honorem omnium ſanctorum conſecratam cõueniret. Ibiq; miſſarum ſolennitate à præſule ſedis apoſtolicæ celebrata, omnibusq; rite peractis, unuſquiſq; in ſua cum gaudio remearet. Ex hac ergo conſuetudine ſanctæ Romanæ eccleſiæ, creſcẽte religione Chriſtiana, decretum eſt, ut in eccleſijs dei, quæ per orbem terrarum longe lateque conſtruuntur, honor & memoria omnium ſanctorum in die qua prædiximus haberetur: ut quicquid humana fragilitas per ignorãtiam uel negligentiam, ſiue per occupationem rei ſecularis in ſolennitatibus ſanctorum minus plene peregiſſet, in hac obſeruatione ſolueretur, quatenus eorum patrocinijs protecti, ad ſuperna cœlorum gaudia peruenire ualeamus. Nunc ergo fratres chariſſimi, in omnium primordijs ſanctorum, nobiſcum deum laudate, qui cunctos condidit ſanctos, per quem omnia facta ſunt, per quẽ omnia ſubſiſtunt elementa, cuius maieſtas nec incipit, nec deſinit in ſeculum, ut merito omne initium ac finis creaturæ nominetur, ut de

Eccl 1. eo per quendam prudentem dictum eſt: Omnis ſapientia a domino deo eſt, & cum illo fuit ſemp, & eſt ante æuum. Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi, quis dinumerauit? Ipſe ſolus inueſtigare, metiri ac dinumerare hæc omnia poteſt, qui cœli ambitum ſua circumit ſapientia, & profundum abyſſi ſua penetrat uirtute. Et egregius ille uerſificator dei ſapientiam omnia poſſe atq; noſſe cõſiderabat, dicens: Qui ſtellas numeras, quarum tu nomina ſolus: Signa, poteſtates, curſus, loca, tempora noſti. Cuius

Ro.11. principium atq; uirtutẽ Apoſtolus ſpirituſancto præuentus, ſupra modum eſſe inueſtigare humanũ commemorabat, dicens: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis cõſiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum. Qui ſuperna cœlorũ regna ſpiritibus angelicis ad laudem, gloriam atq; honorem ſui nominis ac maieſtatis in perpetuum miro ordine collocauit, de quibus plura loqui pertimeſcimus, quia ſoli deo ſcire eſt, quomodo uel quemadmodũ eorum nobis inuiſibilis abſq; contagione uel diminutione in ſua ſola conſiſtit puritate natura. Nouem uero eſſe ordines angelorum ad dei iudicia ac myſteria comp lenda, teſtãte ſacro eloquio cognouimus, quorũ principatus atq; poteſtates, ſubtiliter atq; mirabiliter dei omnipotentis nutu diſtinguuntur. Alij ex illis ad nos in mundum miſſi, futura prædicando perueniunt, alij ad ea conſtituti, ut per eos ſigna & miracula fiant, alij ſubiectis angelorum ſpiritibus præſunt, eiſq; ad implenda diuina myſteria diſponendo principantur. Alij mira poteſtate cæteris præeminent, pro eo quod eis ad obediẽdum alia angelorum agmina ſubiecta ſunt. Alij tãta diuinitatis gratia replentur, ut in eis dominus ſedeat, & per eos ſua iudicia decernat. Alij tanto perfectiore ſcientia pleni ſunt, quanto claritatẽ dei uicinius contemplantur. Alia uero ita ſunt deo coniuncta angelorum agmina, ut inter hæc ad deũ omnino nulli alij interſint, & tãto magis ardent amore, quanto ſubtilius claritatem diuinitatis eius aſpiciunt. Talibus, ut diximus, à primordio de beatorum ſpirituum diſtinctionibus, ſuperna cœlorum regna a deo conditore in perpetuum mirabiliter collocata ſubſiſtunt. His omnibus fratres chariſſimi, tam decoris ac deo dilectis angelorum agminibus, huius diei ſolennitatem credimus eſſe conſecratam. Sed ecce dum ſecreta cœleſtium ciuium rimamur, ſupra modum noſtræ fragilitatis digreſſi ſumus. Taceamus interim de ſecretis cœleſtibus, ſed & ante conditoris noſtri oculos tergamus peccatorum maculas, ut ad eos de quibus loquimur, peruenire ualeamus. Vt hic tamẽ aliquid de hac eadem pulchra atq; decora feſtiuitate loqui incipiamus, ordo nos compellit ſacratus, q non ſolum angelorum (ut prædiximus) ſpiritibus, uerumetiã ſanctis omnibus qui in terra ſunt, ab exordio mundi procreati, honorabiliter dedicata conſiſtit. E quibus primi fuerunt patriarchæ, uiri religioſi atq; glorioſi in uita ſua patres prophetarum & Apoſtolorum, quorum memoria non derelinquetur, & nomẽ eorum manet in æternũ, quia deo digni inuenti ſunt, fide præclari, hoſpitalitate præcipui, aſtuti in ſenſu, ſapiẽtes in opere, rebus ſecularibus locupletes, reparatores orbis atq; rectores, iuſtitia inſignes, longanimes in ſpe, obedientes in præceptis, creduli in repromiſſionibus, ſuſceptores angelorum effecti, facie ad faciem dominum uidentes, in cõſilio prudentes, in prælijs uictorioſi, ſtatum mundi regentes, ſceptrum regni mundani obtinentes. Quorum imperij poſteritas non ceſſauit, quoadusque Chriſtus ex eorum germine per uterum intactæ uirginis (qui ſpes eſt omnium gẽtium) natus in mundo apparuit, & primatum totius orbis ac monarchiã regnando ſibi uẽdicauit. Hos ſequitur electio prophetarum, cum quibus locutus eſt deus, & oſtẽdit illis ſecreta ſua, ut ea quæ uentura ſunt, quaſi præſentis ſpirituſſancti gratia illuminati, agnoſcere atq; enunciare poſſent, principes populorum uentura prædicãdo facti, alij in utero, alij in pueritia, alij in iuuentute, atq; alij in ſenectute cogniti deo & ſacrificati inuenti ſunt. Fide pleni, deuotione ſummi, induſtria ſolertes, excellenti ingenio præditi, in exercitatione diſciplinę inſtructi, in ſancta meditatione aſſidui, metuq; mortis intrepidi. Verberabant tyrannos, ſacrilegos interfecerunt. Clauſerunt refrenatis imbribus cœlum, iterum parcendo aperuerunt. Peccata populi plangentes, eorum ſe ultioni opponentes, multis quoque miraculorũ ſignis effulſere. Hominum infirmitates curabant, mortuorum corpora reſuſcitabant, Chriſti uero per uirginem natiuitatem, ac paſſionẽ uel reſurrectionem ſiue aſcenſionem, & ſpirituſſancti aduẽtum, uel futurũ iudicium edocti, clara uoce prædixere.

ximorum amore perſeuerātes, deo ſoli uitā finire gaudebant. Sic & Anachoretarum ſingulare propoſitum ab huius diei ſolennitate non ſeparatum eſſe confidimus, qui p ſingula loca eremi, in ſpeluncis & exiguis cellarum tugurijs uniti, modico contenti pabulo demorabantur, beſtijs ſociati, multis auibus ſubminiſtrati, ciborum ſpernētes delitias, luxus ſeculi calcātes, laudem temporalē nō amantes, uiſum hominum fugientes, angelorum aſſuēti loquelis, pluribus uirtutum effulſere ſignis. Cæcis uiſum innouabant, claudis greſſum firmabant, ſurdis auditum reſtituebāt, ſuperātes dæmonia, mancis manus reſtituebāt, mortuos ſuſcitabāt. Verum quia his omnibus non mediocriter, ſed perfecte huius ſacratiſſimæ atq; excellentiſſimæ diei ſolennitas maximo cōſtat honore, nos ergo fratres chariſſimi tātorum patrocinia interceſſorum, de qbus locuti ſumus, tota mētis intentione quæramus, ut per tēporalia geſta quæ gerimus, eorum meritis intercedētibus ad æterna gaudia peruenire ualeamus. Tranſeunt cuncta, quæ temporaliter feſtiua celebrantur, curate qui his ſolennitatibus intereſtis, ne ab æterna ſolennitate ſeparemini. Quid ꝓdeſt intereſſe feſtis hoim, ſi deeſſe contingat feſtis angelorum? Nolite ergo penſare in uobis quæ poſſidetis tranſitoria, ſed conſiderate quid eſtis. Ecce mūdus qui diligitur, fugit. Sancti iſti quorū hodie cōmemorationem facimus, florentem mundū mentis deſpectu calcauerunt. Tunc enim erat uita longa, ſalus continua, opulentia in rebus, fœcunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace, & tamē cum in ſeipſo floreret, iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam in ſeipſo mundus aruit, & adhuc in noſtris cordibus floret. Vbique eſt luctus, ubiq; deſolatio, undiq; percutimur, undique amaritudinibus replemur, & tamen cæca mente carnales concupiſcentias ipſas eius amaritudines amamus. Fugientē ſequimur, labenti inhæremus, cum ipſo labimur, quē cadētem tenemus. Aliquando nos mundus retraxit à deo, nunc tantis plagis plenus eſt, ut ipſe iam nos mundus mittat ad deū. Penſate ergo quia nulla ſunt quæ tēporaliter currunt. Finis enim temporalium oſtendit, quia nihil eſt quod tranſire non poteſt. Caſus rerum indicat quia res tranſiēs, & tunc prope nihil fuit, cū ſtare uidebatur. Hæc igitur uobiſcum agite, hæc in mente ſedula cogitatione uerſate, nam etſi adhuc tenemur infirmitate corporis, tamen ad eos de quibus loquimur, toto corde tendamus, ut cum ipſis poſtmodum ad æterna ſecula peruenire mereamur, per eum qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorū, Amen.

DE EODEM FESTO

Matth. v.

¶ In illo tempore: Videns Ieſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et aperiēs os ſuū, docebat eos, dicēs: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorū. Et reliq. Homilia beati Leonis papæ.

QValis enim doctrina ſit Chriſti, ſacræ ipſius ſentētiæ proteſtantur, ut qui ad æternam beatitudinem peruenire deſiderant, gradus feliciſſimæ aſcenſionis agnoſcant. ¶ *Beati, inquit, pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* De quibus pauperibus dn̄s loqueretur, forte eſſet ambiguum ſi dicens: Beati pauperes, nihil adderet de intelligenda pauperum qualitate, & ſufficere uideretur ad promerendum regnū cœlorum ea ſola inopia, quam multi ſub dura & graui neceſſitate patiuntur. Sed cum ait, beati pauperes ſpiritu, oſtendit eis regnum cœlorū tribuendum, quos humilitas commendat animorum, magis quam indigētia facultatum. Dubitari autem non poteſt, quod humilitatis iſtius bonum facilius pauperes q̃ diuites aſſequantur, dum & illis in tenuitate amica eſt manſuetudo, & iſtis in diuitijs familiaris elatio. Verumtamen & in pleriſq; diuitibus inuenitur hic animus, qui abundantia ſua non ad tumorē ſuperbiæ, ſed ad opera benignitatis utantur, idq; pro lucris maximis numerent, quod ad redimendā miſeriam alieni laboris impenderint. Omni generi atq; ordini hominum datur in hac uirtute cōſortium, qa poſſunt eſſe propoſito pares & impares cenſu, nec intereſt quantum ſint in terrena facultate diſſimiles, qui in ſpiritualibus bonis inueniuntur æquales. Beata igitur illa paupertas quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mūdi opibus augeri appetit, ſed cœleſtibus bonis diteſcere cōcupiſcit. Huius nobis magnanimæ paupertatis exemplum primi poſt dn̄m Apoſtoli præbuerunt, qui omnia ſua ſine differentia relinquētes, ad uocem cœleſtis magiſtri, a captura piſciū in piſcatores hominum alacri conuerſione mutati ſunt, & multos ſui ſimiles fidei imitatione fecerunt, quando in illis primitiuis eccleſiæ unum cor omniū, & anima erat una credentium, qui uniuerſis rebus ſuis & poſſeſſionibus diſtractis, per deuotiſſimā paupertatē bonis ditabantur æternis, & ex Apoſtolica prędicatione gaudebant ſe nihil habere de mundo, & omnia habere cum Chriſto. Hinc beatus Petrus Apoſtolus, cum aſcēdens ad templum a claudo eleemoſynam poſceretur, argētum, inquit, & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Ieſu Actus. Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Quid hac humilitate ſublimius? quid hac paupertate locupletius? Non habet præſidia pecuniæ, ſed habet dona naturæ. Quem debilem edidit mater ex utero, ſanum fecit Petrus ex uerbo: & qui imaginem Cæſaris in nummo nō dedit, imaginem Chriſti in homine reformauit. Huius autem theſauri opibus nō ſolum ille adiutus eſt, cui greſſus redditus eſt, ſed etiam quinq; millia uirorum, qui tūc ad exhortationem Apoſtoli ob eiuſdē curationis, mirationiſq; miraculum crediderunt. Et ille pauper, qui nō habebat quod petenti daret, tantā dedit diuinæ gratiæ largitatem, ut quemadmodū unum hominem redintegrauit in pedibus, ſic tot millia credētium ſanaret in cordibus, faceretq; eos in Chriſto alacres, quos in Iudaica perfidia inuenerat claudicantes. Poſt prædicationem huius feliciſſimæ paupertatis, addidit dominus dicens: *Beati mites, quoniam ipſi hæreditate poſſidebunt terram.* Mitibus ac manſuetis, humilibus ac modeſtis, & ad omnium iniuriarum tolerantiam præparatis, poſſidenda terra promittitur. Nec parua æſtimanda eſt hæc, aut uilis hæreditas, tāquam a cœleſti habitatione diſcreta ſit, cum regnum cœlorum non alij intelligantur intrare. Terra ergo ꝓmiſſa mitibus, & in poſſeſſionem danda māſuetis, caro ſanctorū eſt, quæ ob humilitatis meritum felici reſurrectione mutabitur, & immortalitatis gloria ueſtietur, in nullo iā ſpiritui futura contraria, & cum uoluntate animi perfectæ unitatis habitura conſenſum. Tunc enim exte

rior homo, interioris hominis erit quieta & interme
rata poſſeſſio. Tunc mens uidēdo deo intenta, nul
lis corporeæ molis impedietur obſtaculis, nec iam
Sap. 9. dici neceſſe erit: Corpus quod corrūpitur, aggra-
uat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſen-
ſum multa cogitātem, quoniam habitatori ſuo nō
reluctabitur terra, nec immoderatum aliquid con
tra imperium ſui rectoris audebit. Poſſidebunt eñ
illam mites pace perpetua, nihil unquam de eorū
iure minuetur, cū corruptibile hoc induerit incor
ruptionē, & mortale ſumpſerit immortalitatem,
ut periculum uertatur in præmium, & quod fuerat
oneri, ſit honori. Poſt hæc dominus addit & dicit:
¶ *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabūtur.* Luctus
hic dilectiſſimi, cui conſolatio æterna promitti-
tur, non eſt cum huius mundi afflictione cōmūnis,
nec beatum quenquam faciūt iſta lamenta, quę to-
tius humani generis deploratione fundūtur. Alia
eſt ratio ſanctorum gemituum, alia beatarum cau
ſa lachrymarum. Religioſa triſtitia aut alienū pec
catū luget, aut ꝓpriū, nec de hoc dolet quod diui-
na iuſtitia agitur, ſed de eo mœret, quod humana
iniquitate committitur. Vbi magis plangendus eſt
faciens maligna ꝙ patiens, quia iniuſtum malitia
ſua demergit ad pœnam, iuſtum autem tolerantia
ducit ad gloriam. Deinde dñs ait: *Beati qui eſuriunt
& ſitiunt iuſtitiam, quoniā ipſi ſaturabuntur.* Nihil eſu
ries hæc corporeum, nihil expetit ſitis iſta terre-
num, ſed iuſtitiæ bono deſiderat ſaturari, & in o-
mniū occultorum introducta ſecretum, ipſo dño
optat impleri. Felix mens quæ hunc cōcupiſcit ci-
Pſal. 33. bum, & ad talē æſtuat potū, quem utiq; nō expete
ret, ſi nihil de eius ſuauitate guſtaſſet. Audiendo
aūt dicentem ſibi prophetiæ ſpiritum. Guſtate &
uidete quoniam ſuauis eſt dñs, accepit quādam ſu-
pernæ dulcedinis portionem, & in amorem caſtiſ
ſimæ uoluntatis exarſit, ut ſpretis omnibus tempo
ralibus, ad edendā bibendamq; iuſtitiā toto accen
deretur affectu, & illius primi mandati apprehen
Mat. 22. deret ueritatem, dicentis: Diliges dñm deū tuum
ex toto corde ſuo, & ex tota mente tua, & ex tota
uirtute tua: quoniam nihil eſt aliud diligere deū, ꝙ
amare iuſtitiam. Denique ſicut illic dilectioni dei,
ꝓximi cura ſubiūgitur, ita & hic deſiderio iuſtitię
uirtus miſericordiæ copulatur, & dicitur: *Beati mi
ſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*
Agnoſce Chriſtiane dignitatem tuæ ſapientiæ, &
ad qualium diſciplinarum artes atq; pręmia uoce-
ris, intellige. Miſericordem te miſericordia, iuſtū
uult eſſe iuſtitia, ut in creatura ſua creator appare-
at, & in ſpeculo cordis humani per lineas imitati-
onis expreſſa dei imago reſplēdeat, ſecura eſt ope
rantium fides. Aderunt tibi deſideria tua, & de his
quæ amas, ſine fine potieris. Et quoniam tibi per
eleemoſynam omnia munda ſunt, ad eā quoq; bea
titudinem, quæ conſequēter eſt ꝓmiſſa, peruenies,
dicente domino: ¶ *Beati mundo corde, quoniam
ipſi deum uidebunt.* Magna felicitas dilectiſſimi, cui
tantum præmium præparatur. Quid ergo eſt ha-
bere cor mūdum, niſi eis quæ ſupra dictæ ſunt, ſtu
dere uirtutibus? Videre autē deum, quantæ ſit bea
1. Co. 13. titudinis, quæ mens concipere, quæ lingua ualeat
explicare? Et tamen hoc cōſequetur cum transfor
2. Cor. 3 mabitur humana natura, ut nō iam per ſpeculum,
neq; in ænigmate, ſed facie ad faciem, ipſam quam
nullus hominū uidere potuit ſicuti eſt, uideat dei-
tatem, & quod oculus non uidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis aſcendit, per ineffabile gaudiū
æternæ contēplationis obtineat. Merito hęc bea
titudo, cordis promittitur puritati. Splendorē ete
nim luminis ueri, ſordida acies uidere nō poterit:
& quod erit iucūditas mētibus nitidis, hoc erit pœ
na maculoſis. Declinētur ergo terrenarum caligi-
nes uanitatum, & ab omni ſqualore iniquitatis in-
teriores oculi tergantur, ut ſerenus intuitus tanta
uiſione dei paſcatur. Ad hoc enim ꝓmerendū illud
intelligimus pertinere quod ſequitur. ¶ *Beati paci
fici, quoniam filij dei uocabuntur.* Beatitudo iſta dile-
ctiſſimi, non cuiuſlibet cōſenſionis, nec qualiſcunq;
concordiæ eſt, ſed illius de qua dicit Apoſtolus: Pa Rom. 5.
cem habete ad deum, & de qua dicit propheta Da Pſal 118.
uid: Pax multa diligentibus nomen tuū, & non eſt
illis ſcandalum. Hanc pacem etiam arctiſſima ami
citiarū uincula, & indiſcretæ ſimilitudines animo-
rum non ueraciter ſibi uendicāt, ſi non cum dei uo
luntate concordant. Extra dignitatem pacis ſunt
improbarum parilitates cupiditatum, fœdera ſce
lerum, & pacta uitiorum. Amor mundi cum dei a-
more nō congruit, nec ad ſocietatem filiorum dei
peruenit, qui ſe a carnali generatione non diuidit.
Qui autem ſemper mente cum deo ſunt, ſoliciti ſer
uare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, nunquam
ab æterna lege diſſentiunt, fideli oratione dicen-
tes: Fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Hi Matt. 6.
ſunt pacifici, hi bene unanimes, ſanctiq; cō cordes,
uocādi æterno, nomine filij dei, cohæredes autem
Chriſti, quia hoc merebitur dilectio dei & proxi-
mi, ut nullas iam aduerſitates ſentiat, nulla ſcanda
la pertimeſcat, ſed finito omniū tentationū certa-
mine, in tranquilliſſima dei pace requieſcat per do
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui uiuit & re-
gnat cum patre & ſpirituſancto in ſecula ſeculo-
rum, Amen.

IN FESTO S. MARTINI,
quære de confeſſoribus.

¶ De ſancta Catharina quære de
uirginibus.

IN DIE ANIMARVM.
Sermo beati Auguſtini epiſcopi, de uerbis Apoſtoli, ut de dormientibus non contriſtemur.

ADMONET nos beatus Apoſtolus, 1. The 4
ut de dormientibus, hoc eſt, de mortuis
chariſſimis noſtris non contriſtemur,
ſicut & cæteri qui ſpē non habent, ſpem
ſcilicet reſurrectionis, & incorruptio-
nis æternæ. Nam ideo & dormientes eos appellat
ueraciſſima ſcripturæ conſuetudo, ut quum dormi
entes audimus, euigilaturos minime deſpere-
mus. Vnde etiam cātatur in Pſalmo: Nunquid qui
dormit, non adijciet ut reſurgat? Eſt ergo de mor
tuis eis qui diliguntur, quædam triſtitia quodam- Pſal. 40.
modo naturalis. Mortem quippe horret non opi-
nio, ſed natura, nec huiuſmodi mors accederet, ni-
ſi ex pœna quam pręceſſerat culpa. Quapropter ſi
animalia quæ ita creata ſunt, ut ſuo* quoq; tēpo- * quę bẜ
re moriantur, mortē fugiunt, diligūt uitam: quan
to magis homo q ſic fuerat creatus, ut ſi uiuere ſine
peccato uoluiſſet, ſine termino uiueret: Hinc itaq;
neceſſe eſt ut triſtes ſimus, quando nos moriendo
deſerūt quos amamus, quia etſi nouimus eos nō in
ęternū nos manſuros, ſed aliquātulum præcedere
ſecutu-

ſecuſuros,tamen mors ipſa q̃ natura refugit,cum
occupat dilectũ, contriſtat in nobis ipſius dilectio
nis affectum, ideo admonuit Apoſtolus non ut nõ
contriſtemur,ſed non ſicut cæteri qui ſpem nõ ha-
bent.Contriſtamur ergo nos in noſtrorum mortis
bus neceſſitate amittendi,ſed cum ſpe recipiendi.
Inde angimur , hinc conſolamur : inde infirmitas
afficit,hinc fides reficit: inde dolet humana condi
tio,hinc ſanat diuina ꝓmiſſio .¶Proinde pompa fu
neris,agmina exequiarum , ſumptuoſa diligentia
ſepulturæ, monumentorum opulenta cõſtructio,
uiuorũ ſunt qualiacunq; ſolatia,nõ adiutoria mor
tuorũ.Orationibus uero ſanctæ eccleſię, & ſacrifi
cio ſalutari,& eleemoſynis,quæ ꝓ eorũ ſpiritibus
erogantur,non eſt dubitãdum mortuos adiuuari,
ut cum eis miſericordius agatur à dño,quam eorũ
peccata meruerũt. Hoc enim a patribus traditum
uniuerſa obſeruat eccleſia,ut ꝓ eis qui in corporis
& ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt,cũ
ad ipſum ſacrificium loco ſuo cõmemorantur ores
tur,ac ꝓ illis quoq; id offerri commemoretur. Cũ
uero eorũ cõmendandorũ cauſa,opera miſericor-
diæ celebrãtur,quis eis dubitet ſuffragari,pro qui-
bus orationes deo non inaniter allegantur? Non
omnino ambigendum eſt iſta prodeſſe defunctis,
ſed talibus,qui ita uixerunt ante mortem,ut poſ-
ſint eis hæc utilia eſſe poſt mortem. Nam qui ſine
fide,quę per dilectionẽ operatur,eiusq; ſacramen
tis de corporibus exierũt,fruſtra illis a ſuis huiuſ-
modi pietatis officia impenduntur,cuius dum hic
Gal 5. eſſent,pignore caruerunt,uel non ſuſcipientes,uel
in uacuum ſuſcipientes dei gratiam,& ſibi non mi
ſericordiam theſaurizantes,ſed iram. Non ergo
mortuis noua merita comparantur , cum pro eis
boni aliquid operantur ſui,ſed eorum præcedenti
bus conſequentia iſta redduntur. Non enim dictũ
eſt,niſi cum hic uiuerent , ut eos hæc aliquid adiu
uarent , cum hic uiuere deſtitiſſent : & ideo iſtam
finiens quiſq; uitam, niſi quod meruit in ipſa , non
poterit habere poſt ipſam. Permittantur ergo pia
corda charorum de ſuorum mortibus contriſtari
dolore ſanabili , & conſolabiles lachrymas fun-
dant conditione mortali,quas cito reprimat fidei
gaudium , qua creduntur fideles quando moriun-
tur,paululum a nobis abire,& ad meliora trãſire.
Conſolentur eos etiam fraterna obſequia,ſiue quę
funeribus exhibentur, ſiue quæ doitribus adhiben
Pſal 68. tur,ne ſit iuſta querela dicentiũ:Suſtinui qui ſimul
contriſtaretur, & non fuit: & conſolantes,& non
inueni. Sit ꝓ uiribus cura ſepeliendi, & ſepulchra
conſtruendi,quia & hæc in ſcripturis ſanctis inter
bona opera deputata ſunt. Nec ſolum in corpori-
bus patriarcharum aliorumque ſanctorum,& hu-
manis cadaueribus quorumcunq; iacentium , ue-
rumetiam in ipſius domini corpore prędicati atq;
collaudati ſunt qui iſta fecerunt. Impleant hæc ho
mines erga ſuos officia poſtremi muneris , & ſui
humani leuamenta mœroris . Verum illa quæ adiu
uant ſpiritus defunctorum,oblationes,orationes,
erogationes, multo pro eis obſeruantius , inſtan-
tius,abundantius impendant, qui ſuos carne , non
ſpiritu mortuos , non ſolum carnaliter, ſed etiam
ſpiritualiter amant.

SERMO B. AVGVSTINI episcopi de uerbis Apoſtoli : Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.

OMnium Chriſtianorum ſpes,fratres chariſ-
ſimi,in futurum tempus extẽditur, ut quod
hic ſeruimus deo,alibi nos ſeruiſſe lętemur.
Hic enim poſita nobis ſunt certamina,ſed in futu-
ro ſeculo certaminũ præmia reſeruata. Iuſte ſiqui
dem & prouide diuina ſapiẽtia ſeparauit tempus
laboris & pręmij. Hic ergo laboramus,hic deo ſer
uimus, & mandata eius ſeruamus, ut in futuro ſe-
culo,id eſt,in regno cœlorum, æterna præmia ca-
piamus . Scire enim debemus fratres dilectiſſimi,
quid nobis diuina ſcriptura commendat,id eſt,fu-
turum eſſe iudicium dei , quod poſt reſurrectionẽ
complebitur mortuorum. Hoc eſt quod pręcipue
Chriſtianos a gentili errore ſecernit,quia illi hãc
tantummodo uitam eſſe credunt,& ideo ſine deo
eſſe,& diuerſis peccatis & criminibus non metuũt
inquinari. Nos uero ita in hac uita conuerſemur,
ut nos ad aliam pręparemus,in qua & bonis bona,
& malis mala retribuentur,ſicut dixit Apoſtolus:
Oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chri- 2.Co.5
ſti, ut recipiat unuſquiſq; prout geſſit , ſiue bona,
ſiue mala . Sicut hic modo aſtamus in eccleſia,&
nos inuicem præſentes aſpicimus , Ita etiam poſt
reſurrectionem mortuorũ aſtituri ſumus ante tri
bunal Chriſti . Hanc enim etiam animam tunc ha-
bebimus,quam modo habemus,& in hoc ipſo quo
nunc induimur, ſumus corpore reſuſcitandi. Non
enim ſicut muta animalia facti ſumus,non ſicut e-
qui & boues,ut ęterna morte pereamus,ſed poſt q̃
hic uixerimus ,alibi iudicabimur,ut aut pro pecca
tis pœnas, aut pro bonis operibus præmia conſe
quamur æterna. Nemo ergo fratres mei de reſur
rectione deſperet,in qua Chriſtianorum ſpes tota
conſiſtit. Credite fratres Apoſtolo prædicanti, &
nihil de reſurrectione dubitantes, ad diem iudicij
uos præparate . An forte ſicut impij & increduli
non putatis fieri poſſe , ut à mortuis reſurgamus?
Plane dicat hoc qui omnipotẽtem non credit eſſe
deum,qui hoc promittit futurum. Nos autem qui
ſcimus dei omnipotentis eſſe uirtutem, quia pro-
miſiſſe deum legimus quod reſurrectionẽ mortuo
rum faciat,non poſſumus de reſurrectione mortu
orum dubitare, quam ſe facturum eſſe promittit,
qui & omnipotens eſt, & mentiri neſcit. Sed te ap
pello quicunq; infideli animo de reſurrectione du
bitas,& putas nõ poſſe mortuos reſuſcitari: quid
eſt amplius,ex nihilo homines facere ut uiuant,an
eos qui facti ſunt,atq; uixerũt, reparare poſt mor
tem? Vtiq; plus eſt facere quod nunquã fuit, quam
reparare quod fuerit. Quomodo ergo impoſſibile
dicis , ut deus qui hominem formauit ex nihilo,re
formet? Quomodo reſuſcitare non poteſt conuer
ſos in puluerẽ,qui ſi & iam in nihilum rediremus,
facere poterat ut eſſemus,ſicut & nos fecit eſſe,cũ
antea nunquam fuiſſemus? Ita enim beatus Paulus
Apoſtolus dixit .Sed dicunt aliqui: Quomodo re-
ſurgunt mortui? Quali autem corpore uenient? In- 1.Co.15
ſipiens tu,quod ſeminat,non uiuificatur,niſi prius
moriatur. Et quod ſeminas, non corpus quod fu-
turum eſt ſeminas,ſed nudum granum,ut pote tri-
tici,aut alicuius cæterorũ:deus autem dat illi cor-
pus ſicut uoluit,& unicuiq; ſeminũ proprium cor-
pus. Noli ergo,incredule homo,de reſurrectione
dubitare , qui grana ſeminum mortua & putrefa-
cta uiuificat,per quæ in hoc ſeculo uiuas, multo ma-
gis teipſum reſuſcitabit,ut uiuas in ęternum. Qui
illa reparat quæ tibi ſunt neceſſaria, quomodo te-
ipſum non reparat , propter quem & alia repara-

re dignatus eſt? Itaq; ſi uelimus conſiderare quæ in iſto ſeculo uidemus, diuinę adminiſtrationis opera, ſigna ſunt futurorum. Tota ergo huius mundi adminiſtratio, teſtimonium eſt reſurrectionis futuræ. Videmus certe hyemis tempore uri aduentu, arbores ſpoliari pomis, nudari folijs, ſed eas rurſus uerno tempore ſpeciem reſurrectionis exprimere, quæ primo quidem incipiunt turgere in gemmis, tūc ornari in floribus, ueſtiri & folijs, & poſtmodum & pomis grauari. Interrogo te infidelis homo, qui de reſurrectione dubitas, ubi ſint iſta quæ tēpore quo deus diſpoſuit, producuntur? Dic mihi, ubi latitant antequam producātur, quæ nuſquam quidem uidentur, ſed tamen deus qui omnipotens eſt, & ea ex nihilo condidit, ſecreta ſua uirtute producit? Hinc iam ad campos & prata reſpicite, quę æſtate tranſacta herbis ſuis ſpoliantur & floribus, & nuda remanent ipſa ſpatia terrarum: ſed iterum uerno tempore * reſtituūtur, & nouo ubiq; germine incipiente lætatur agricola. Certe herba quę ante uixit & moritur, rurſum reuiuiſcit ex ſemine, ſic etiam & noſtrum corpus reuiuiſcit ex puluere. Sed dicis o homo incredule: ideo credimus futurum, ut arbores & herbæ & omnia reuiuiſcāt, quia illa iam facta cognoſcimus. unde autem cognoſcere poſſumus quia mortui reſurgunt, quum adhuc a mortuis nemo ſurrexerit? Quiſquis hoc dicis uel cogitas, audi patienter, & intellige ſapienter. Ideo enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus mori uoluit & reſurgere, ne tu de reſurrectione dubitares. Tamen quomodo potes dubitare quia non ſumus reſurrecturi a mortuis, quū hoc promittat deus, qui neſcit aliquando mentiri, q̄ poteſt facere quicquid uult, quia omnipotens eſt, & mendacium in eo non eſt? Et dedit nobis pius & miſericors dominus uirtutis ſuę pignus, & grādi teſtimonio ſpem nobis reſurrectionis oſtēdit, quia unigenitum filium ſuum pro nobis hominem factū, & mortuū a mortuis ſuſcitauit. Ideo enim dñs noſter Ieſus Chriſtus naſci ex homine, id eſt, ex Maria uirgine eſt dignatus, & a Iudæis crucifigi, & die tertia reſurgere, ut nos tali exemplo animati, reſurrectionē ex mortuis certiſſime crederemus, quam qui non credit futuram, nec hoc quidem credit quod Chriſtus reſurrexit a mortuis. Qui autem dominū Ieſum reſurrexiſſe a mortuis confitetur, nec de ſua poterit dubitare. Abſtinete ergo uos ab omni opere malo, ab inimicitijs, ab ebrietate, a fornicatione, a furto, à periurio, à falſo teſtimonio, à detractione, quia hæc omnia odit deus, & eos qui iſta faciunt, puniet in futuro. Eſtote autem benigni, miſericordes, inuicem honorem habentes, & ea ſemper operantes, quæ in ſanctis ſuis diligit deus, ut poſſitis cum ſanctis eius ad æternam & immortalem gloriam peruenire, & uiuere in ſecula ſeculorum, Amen.

reueſtiantur

INCIPIT TRACTATVS B. Auguſtini epiſcopi ſuper eo quod ſcriptum eſt in euangelio S. Iohannis xi. Erat autem quidā languens Lazarus.

INter omnia miracula quę fecit dñs noſter Ieſus Chriſtus, Lazari reſurrectio pcipue prædicatur. Sed ſi attendamus quis fecerit, delectari debemus potius q̄ mirari. Ille ſuſcitauit hominē, qui fecit hoiem. Ipſe eſt enim unicus patris, p quē, ſicut noſtis, facta ſunt omnia. Si ergo per illum facta ſunt omnia, quid mirum eſt, ſi ſurrexit unus p illum, cum tot quotidie naſcātur per illū? Plus eſt homines creare q̄ reſuſcitare. Dignatus eſt tamen & creare & reſuſcitare: creare oēs, reſuſcitare quoſdam. Nam cum multa feciſſet dñs Ieſus, non omnia ſcripta ſunt, ſicut idem ipſe S. Iohannes euangeliſta teſtatur, multa dominum Ieſum & dixiſſe & feciſſe, quæ ſcripta non ſunt. Electa ſunt autem quæ ſcriberētur, quę ſaluti credentium ſufficere uidebantur. Audiſtis enim qōia dominus Ieſus mortuū ſuſcitauit. Sufficit tibi ut ſcias, q̄a ſi uellet, omnes mortuos ſuſcitaret. Et hoc quidem ſibi ad finem ſeculi reſeruauit. Nam quem audiſtis magno miraculo quatriduanū mortuum reſuſcitaſſe de ſepulchro, ueniet hora, ſicut ipſe dixit, quando omnes q̄ ſunt in monumentis, audient uocem eius, & procedēt. Reſuſcitauit putentem, ſed tamen in cadauere putente adhuc erat forma membrorū. Ille in nouiſſimo die ad unam uocem cineres eſt redacturus in carnem. Sed oportebat ut modo aliqua faceret, quibus datis uelut ſuæ uirtutis indicijs, credamus in eum, & ad illam reſurrectionem præparemur, quæ erit ad uitam, nō ad iudicium. Ita quippe ait: Veniet hora quādo omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem eius, & procedent, qui bona fecerūt, ad reſurrectionem uitæ: qui mala egerunt, ad reſurrectionem iudicij. Tres autem mortuos a domino reſuſcitatos in euangelio legimus. Et forte non fruſtra. Domini quippe facta non ſunt tantummodo facta, ſed ſigna. Si ergo ſigna ſunt, pręter id quod mira ſunt, aliq̄d profecto ſignificant. Quorum factorum ſignificationem inuenire, aliquanto eſt operoſius, quam aut legere uel audire. Admirantes audiebamus tanquā magni miraculi ſpectacula ante oculos noſtros cōſtitura, cum euāgelium legeretur, quemadmodum reuixerit Lazarus. Si attēdamus, mirabiliora ſunt opera Chriſti. Omnis qui credit, reſurget. Si attēdamus oēs & intelligamus, deteſtabiliores mortes: omnis qui peccat, moritur: ſed mortem carnis omnis homo timet, mortē animæ pauci. Pro morte carnis, quæ ſine dubio quandoq; futura eſt, curant omnes ne ueniat. Inde eſt quod laborant. Laborat ne moriatur homo moriturus, & non laborat ne peccet homo in æternum uicturus. Et cum laborat ne moriatur, ſine cauſa laborat. Id enim agit, ut multum mors differatur, non ut euadatur. Si autem peccare nolit, non laborabit, & uiuet in æternū. O ſi poſſemus excitare homines mortuos, & cum ipſis pariter excitari, ut tales eſſemus amatores uitæ permanētis, quales ſunt homines uitæ amatores fugientis. Quid nō facit homo ſub mortis periculo conſtitutus? Gladio impēdente ceruicibus, pdiderūt homines, quicquid ſibi unde uiuerent, reſeruabant. Quis non continuo pdidit, ne perſequeretur? Et poſt proditionem fortaſſe percuſſus eſt. Quis non ut uiueret, continuo perdere uoluit unde uiueret, eligens uitam mendicantem, quam celerem mortem? Cui dictū eſt: Nauiga ne moriaris, & diſtulit? Cui dictū eſt, Labora ne moriaris, et piger fuit? Leuia deus iubet, ut in ęterni uiuamus, & obedire negligimus. Nō tibi deus dicit, pde qcquid habes, ut uiuas exiguo tēpore in labore ſolicitus, ſed da pauperi unde habes ut uiuas ſemp ſine labore ſecurus. Accuſant nos amatores uitę tēporalis, q̄ nec cū uolunt, nec quādiu uolunt, habēt: & nos inuicē nō accuſamus, tam pigri, tam tepidi ad capeſſendam uitā æternā, quam ſi uoluerimus, habebimus: cum habuerimus, non amittimus. Hanc

Ioh. ult.

Ioh. 5.

autem

autem mortem quam timemus, etiam ſi noluerimus, habemus. Si ergo Dominus magna ſua gratia, & magna miſericordia animas ſuſcitat, ne moriātur in æternū, bene intelligimus tres illos mortuos, quos in corporibus ſuſcitauit: aliquid ſignificare & figurare de reſurrectionibus animarum, quæ fiunt per fidem. Reſuſcitauit filiam archiſynagogi adhuc in domo iacentē. Reſuſcitauit unicum filium uiduæ extra portas ciuitatis elatum. Reſuſcitauit Lazarum ſepultum quatriduanum. Intueatur quiſq; animam ſuam: ſi peccat, moritur. Peccatum mors eſt animæ. Sed aliquando in cogitatione peccatur: delectat quod malum eſt. Cōſenſiſti peccaſti. Conſenſio illa occidit te. Sed intus eſt mors, quia cogitatum malum nōdum proceſsit in factum. Talem animam reſuſcitare ſe ſignans Dominus, reſuſcitauit illam puellā, quæ nondum erat foris elata. Sed quia in domo mortua iacebat, quaſi peccatum latebat. Si autem nō ſolum malæ delectationi conſenſiſti, ſed etiā ipſum malū feciſti, quaſi mortuum extra portam extuliſti: iam foris eſt, & mortuus elatus es, tamē & ipſum dominus reſuſcitauit, & reddidit uiduæ matri ſuæ. Si peccaſti, pœniteat te, & reſuſcitat te dominus, & reddet eccleſiæ matri tuæ. Tertius mortuus eſt Lazarus. Eſt genus mortis immane, quę mala conſuetudo appellatur. Aliud eſt enim peccare, aliud cōſuetudinem peccandi facere. Qui peccat, qui continuo corrigitur, cito reuiuiſcit, quia nondū eſt implicatus cōſuetudine, non eſt ſepultus. Qui aūt peccare cōſueuit, ſepultus eſt, & bene de illo dicitur, fœtet. Incipit enim habere peſsimam famā tanquā odorē teterrimum. Tales ſunt oēs aſſueti ſceleribus, pditis moribus. Dicis ei, Noli facere. quādo te audit, quē terra ſic premit, & tabe corrūpitur, & mole conſuetudinis prægrauatur: nec ad ipſum tamen reſuſcitandum minor fuit uirtus Chriſti. Nouimus, uidimus, quotidie uidemus homines peſsima conſuetudine permutata, uiuere melius quā uiuunt qui reprehēdebant. Deteſtabaris hominē. Ecce ipſa ſoror Lazari, ſi tamen ipſa eſt quę pedes dñi unxit unguento, & terſit capillis ſuis, q̄s lauerat lachrymis, melius ſuſcitata eſt quam frater eius. De magna malę conſuetudinis mole liberata eſt. Erat enim famoſa peccatrix, & de illa dictum eſt: Dimittūtur ei pctā multa, quoniā dilexit multū. Videmus multos, nemo diſperet, nemo de ſe præſumat. Et deſperare malum eſt, & de ſe præſumere. Sic noli deſperare, ut eligas de quo debeas præſumere, ergo & Lazarum dominus ſuſcitauit. Audiſtis qualē, id eſt, quid ſignificet Lazari reſurrectio. Legamus itaq; iā, & quoniā multa in hac lectione manifeſta ſunt, expoſitionē in ſingulis nō quęramus, ut neceſſaria pertractemus. ¶ *Erat autem quidā languēs Lazarus a Bethania de caſtello Mariæ & Marthæ.* In ſuperiori lectione meminiſtis, quod dñs exijt de manibus eorū qui eum lapidare uoluerāt, & diſceſsit trans Iordanem ubi Iohānes baptizabat. Ibi ergo domino conſtituto, infirmabatur in Bethania Lazarus, quod caſtellum erat proximum Hieroſolymis. ¶ *Maria autem erat quæ unxit dominum unguento, & extexſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater infirmabatur Lazarus. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes.* Iam intelligimus quo miſerunt, ubi erat dominus, quoniam abſens erat, trans Iordanem ſcilicet. Miſerunt ad dominum nunciantes, quod ægrotaret frater earum, ut ſi dignaretur, ueniret, & eum ab ægritudine liberaret. Ille diſtulit ſanare, ut poſſet reſuſcitare.

Mat. 5.
Lucæ. 7.
Iohā 11.
Luce. 7.

Quid ergo nunciauerunt ſorores eius? ¶ *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Nō dixerunt, ueni. Amanti enim tantummodo nunciandum fuit. Non auſæ ſunt dicere, ueni & ſana: non auſæ ſunt dicere, ibi iube, & hic fiet. Cur enim non & iſtæ, ſi fides illius centurionis inde laudatur? Ait enim: Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Nihil horum iſtæ, ſed tantummodo, Domine, ecce quem amas infirmatur. Sufficit enim ut noueris domine. Non enim amas & deſeris. Dicit aliquis: Quomodo per Lazarum peccator ſignificabatur, & ā Domino ſic amabatur? Audiat eum dicentem: Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores. Si enim peccatores deus nō amaret, de cœlo ad terram non deſcenderet. ¶ *Audiens autem Ieſus, dixit eis: Infirmitas hæc nō eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur filius dei.* Talis glorificatio ipſius non ipſum auxit, ſed nobis profuit. Hoc autem ait: Non eſt ad mortem, quia & ipſa mors non erat ad mortem, ſed potius ad miraculum: quo facto crediderunt homines in Chriſtum, ut uitarent ueram mortem. Sane uidete quēadmodum tanquam ex obliquo Dominus deum ſe dixit, propter quoſdā qui eum negāt filiū Dei eſſe. Nam ſunt hæretici qui hoc negant, quod filius dei deus ſit. Ecce audiant: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria dei. Qua gloria? Cuius dei? Audi quod ſequitur: Vt glorificetur filius dei. Infirmitas ergo hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per illam. Per quam? Per illam infirmitatem. ¶ *Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum.* Ille languens, illę triſtes, omnes dilecti, ſed diligebat eos & languentium ſaluator, imo etiam mortuorū ſuſcitator, & triſtium conſolator. ¶ *Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tūc quidem manſit in eodem loco duobus diebus.* Nunciauerunt ergo illæ, & manſit illic ille. Tandiu tempus ductū eſt, quouſque quatriduum compleretur. Non fruſtra, niſi quia forte, imo quia certe & ipſe numerus dierum intimat aliquod ſacramentum. ¶ *Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis: Eamus in Iudæam iterum.* Vbi pene fuerat lapidatus, qui propterea inde diceſsiſſe uidebatur, ne lapidaretur. Diſceſsit enim ut homo, ſed in redeūdo quaſi oblitus infirmitatem, oſtēdit poteſtatem. Eamus inquit, in Iudæam. Denique hoc dicto, uidete quēadmodum diſcipuli territi fuerint. ¶ *Dicunt ei diſcipuli. Rabbi, nunc quærebant te lapidare Iudæi, & iterū uadis illuc?* *Reſpondit Ieſus: Nonne duodecim ſunt horæ diei?* Quid ſibi uult iſta reſponſio? Illi dixerunt: Modo te lapidare uolebant Iudæi, & iterum uadis illuc, ut te lapident? Et dominus: Nonne duodecim ſunt horæ diei? ¶ *Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si aūt ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo.* De die quidem locutus eſt, ſed in noſtra intelligentia quaſi adhuc nox eſt, inuocemus diem, ut expellat noctem, & cor lumine illuſtret. Quid enim Dominus dicere uoluit? Quantum mihi uidetur, quantum ſubluCet altitudo profunditasque ſententiæ, redarguere uoluit dubitationem illorum & infidelitatem. Voluerunt enim conſilium dare Domino, ne moreretur, qui uenerat mori, ne ipſi morerētur. Sic etiam quodam alio loco Petrus ſanctus diligens Dominum, ſed adhue non plene intelligens cur ueniſſet, timuit ne moreretur: & uitæ diſplicuit, quod eſt, ipſi domino. Nam cum indicaret diſcipulis, quod eſſet Hieroſolymis ā Iudæis paſſurus, re-

Matth.
Mat. 9.

ſpondit Petrus inter cæteros, & ait: Abſit à te do-
Mat.16. mine, propitius eſto tibi, non fiet iſtud. Et cõtinuo
dominus. Redi poſt me ſatanas, nõ enim ſapis quæ
dei ſunt, ſed quæ hominum. Et paulo ante confi-
tens filium dei, laudem meruerat. Audierat enim:
Beatus es Simon Bar Iona, quia non tibi reuelauit
caro & ſanguis, ſed pater meus qui in cœlis eſt.
Cui dixerat, beatus es, illi dicit, redi retro ſatanas,
quia beatus à ſe non erat. Sed unde? Quia non tibi
reuelauit caro & ſanguis, ſed pater meus qui in
cœlis eſt. Ecce unde beatus es, non de tuo, ſed de
Iohã.16. meo. Non quia pater ego, ſed quia omnia quæ ha-
bet pater, mea ſunt. Si beatus eſt ille Petrus de ip-
ſius domini, ſatanas de cuius? Ibi dicit, rationẽ quip-
pe reddidit beatitudinis, cum diceret: Non caro &
ſanguis tibi reuelauit hoc, ſed pater meus qui in
cœlis eſt. Hæc eſt cauſa beatitudinis tuæ. Quod ue-
ro dixit, Redi poſt me ſatanas, audi etiã huius rei
cauſam. Non enim ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ho-
minum. Nemo ergo ſe palpet, de ſuo ſatanas eſt, de
dei beatus eſt. Quid eſt enim de ſuo, niſi de pecca-
to ſuo? Tolle peccatum quod eſt tuum, iuſtitia, in-
quit, de meo eſt. Quid enim habes quod non acce-
piſti? Cum ergo uellẽt dare conſiliũ homines deo,
a.Cor.4 diſcipuli magiſtro, ſerui domino, ægroti medico,
corripuit eos, & ait: Nonne duodecim ſunt horæ
diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, me ſe-
quimini, ſi non uultis offendere. Nolite mihi conſi-
lium dare, quos à me conſilium oportet accipere.
Quo ergo ptinet, Nõne duodecim ſunt horę diei?
Quia ut diem ſe eſſe oſtenderet duodecim diſcipu-
los elegit. Si ego ſum, inquit, dies, uos horæ: nun-
quid horæ diei conſilium dant? Horæ diem ſequũ-
tur, non dies horas. Si ergo illi horæ, quid ibi Iu-
das? Et ipſe inter duodecim horas. Si erat hora,
lucebat: ſi lucebat, quomodo diem ad mortem tra-
debat? Sed dominus in hoc uerbo non ipſum Iudã,
ſed ipſius ſucceſſorem præuidebat. Iuda enim cadẽ-
Actu.1. te, ſucceſſit Matthias, & duodenarius numerus mã-
ſit. Non ergo fruſtra duodecim diſcipulos dñs ele-
git, niſi quia ipſe ſpiritualis eſt dies. Sequantũ ergo
horæ diem, prædicent horæ diem, horæ illuſtrentũ
à die, horæ illuminentur à die, & per horarum prę-
dicationem credat mundus in diem. Hoc ergo ait
de compendio, me ſequimini, ſi non uultis offende-
re. Et poſt hoc dicit eis: ¶ *Lazarus amicus noſter dor-
mit, ſed uado ut ex ſomno excitem eum.* Verum dixit,
ſororibus mortuus erat, Dño dormiebat: hoĩbus
mortuus erat, qui eum ſuſcitare non poterant. Nã
dominus tanta eum facilitate excitabat de ſepul-
chro, quanta tu nõ excitas dormientẽ de lecto. Er-
go ſecundum potentiã ſuam dixit dormientem, quia
& alij mortui dicti ſunt in ſcripturis ſæpe dormiẽ-
1.Teſſ.4 tes, ſicut Apoſtolus dicit: De dormientibus autem
nolo uos ignorare fratres, ut non contriſtemini ſi-
cut & cæteri qui ſpem non habent. Ideo & ipſus
dormientes appellauit, quia reſurrecturos prænũ-
ciauit. Dormit ergo omnis mortuus & bonus &
malus. Sed quomodo intereſt in ipſis qui quotidie
dormiunt & exurgunt, quid quiſq; uideat in ſom-
nis (alij ſentiunt læta ſomnia, alij torquentia, ita
ut euigilans dormire timeat, ne ad ipſa iterum re-
deat) ſic unuſquiſq; hominum cum cauſa ſua dor-
mit, cum cauſa ſua ſurgit, & intereſt quali cuſtodia
quiſq; recipiatur, ad iudicem poſtea producẽdus.
Nam & receptiones in cuſtodia pro meritis cauſa-
rum exhibentur. Alius iubentur cuſtodire lictores
humano & miti officio atq; ciuili, alij tradũtur ope-

tionibus, alij mittunt in carcerẽ, & in carcere ipſo
nõ oẽs, ſed ꝓ meritis, grauia enim ſunt gña cauſarũ
in ima carceris contrudentur. Sicut ergo diuerſæ
cuſtodiæ agentium in officio, ſic diuerſa cuſtodia
mortuorum, & diuerſa merita reſurgentium. Re-
ceptus eſt pauper, receptus eſt & diues, ſed ille in
ſinu Abrahæ, ille ubi ſitiret, & guttam aquæ non
inueniret. Habent ergo omnes animæ, ut ex hac
occaſione inſtruam charitatem ueſtram, habent
omnes animæ cum de ſeculo exierint, diuerſas re-
ceptiones ſuas. Habent gaudium boni, mali tormẽ-
ta: ſed cum facta fuerit reſurrectio, & bonorũ am-
plius gaudium erit, & malorum tormenta grauio-
ra, quando cum corpore torquebuntur. Recepti Lucę.16
ſunt in pace ſancti patriarchæ, prophetæ, apoſto-
li, martyres, boni fideles. Omnes tamen adhuc in
fine accepturi ſunt, quod promiſit deus. Promiſſa
eſt enim reſurrectio etiam carnis, mortis conſum-
matio, uita æterna cum angelis. Hoc omnes ſimul
accepturi ſumus. Nam requiem quæ continuo poſt
mortem datur, ſi ea dignus eſt, accipit quiſq; cum
moritur. Priores acceperunt patriarchæ, poſterio-
res prophetæ, recentes apoſtoli, multo recentio-
res ſancti martyres, quotidie boni fideles, & alij in
iſta requie tandiu ſunt, alij non tandiu, alij annis
paucioribus, alij recẽti tempore. Cum uero ab hoc
ſomno euigilabunt, ſimul omnes quod promiſſum
eſt accepturi ſunt. Lazarus amicus noſter dormit,
ſed uado ut à ſomno excitem eum. Dixerunt ergo
diſcipuli, quomodo intellexerunt, ſic reſponderũt.
¶ *Domine, ſi dormit, ſaluus erit.* Solet enim eſſe ſom-
nus ægrotantium, ſalutis indicium. Dixerat autẽ
dominus de morte eius, illi autem putauerunt quia
de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis
Ieſus manifeſte. Subobſcure eñ dixerat, dormit.
Ait ergo manifeſte: ¶ *Lazarus mortuus eſt, & gaudeo
propter uos, ut credatis, quia non eram ibi. Et ſcio quia
mortuus eſt, & non eram ibi.* Aeger enim, non mortu-
us fuerat nunciatus. Sed quid lateret eum qui crea-
uerat, & ad cuius nutum anima morientis exierat?
Hoc eſt quod ait: Gaudeo propter uos, ut credatis
quia non ibi eram, ut iam inciperent admirari, quia
dominus potuit dicere mortuum, quod non uide-
rat, nec audierat. Vbi ſane meminiſſe debemus, quod
adhuc ipſorum diſcipulorum qui in eum iam credi-
derant, miraculis ædificabatur fides, nõ ut ea quæ
non erat, eſſe inciperet, ſed ut ea iam quæ eſſe cœ-
perat, creſceret: quamuis tali uerbo uſus ſit, quaſi
tunc credere inciperent. Non enim ait: Gaudeo ꝓ-
pter uos, ut ueſtra fides augeatur, ſiue firmetur,
ſed ait, ut credatis, quod intelligendum eſt, ut am-
plius robuſtiusq; credatis. Sed eamus ad eum. Di-
*xit ergo Thomas qui dicitur Didimus, ad condiſcipulos:
Eamus & nos, & moriemur cum eo. Venit itaq; Ieſus, &
inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentẽ.*
De quatuor diebus multa quidem dici poſſunt, ſi-
cut ſe habent obſcura ſcripturarum, quę pro diuer-
ſitate intelligentium multos ſenſus pariunt. Dica-
mus & nos quid nobis uideatur ſignificare mortu-
us quatriduanus. Quomodo enim in illo cęco intel-
ligimus quodãmodo humanum genus, ſic forte &
in iſto mortuo multos intellecturi ſumus. Diuer-
ſis enim modis una res ſignificari poteſt. Homo
quando naſcitur, iam cum morte naſcitur, quia de
Adam peccatũ trahit. Vnde dicit Apoſtolus: Per
unum hominem peccatum intrauit in mundum, &
per peccatum mors, & ita in omnes homines per- Rom.5.
tranſijt, in quo omnes peccauerũt. Ecce habes unũ
diem

dlem mortis,quem homo trahit de mortis propa-
gine. Deinde creſcit, incipit accedere ad rationa-
les annos,ut legem ſapiat naturalem,quam omnes
Tobi.4. hoïes habent in corde defixam: Quod tibi fieri nõ
uis,aIij ne feceris.Nũquid hoc de paganis dicitur,
& non in natura ipſa quodammodo legitur? Fur-
tum non uis pati,facere noli.Et hanc legem etiam
tranſgrediũtur homines. Ecce alter dies mortis.
Data eſt etiam lex diuinitus per famulũ dei Moy-
Exo.20. ſen Dictum eſt illic:Non occides,nõ mœchaberis,
non falſum teſtimonium dices, honora patrem &
matrem,non concupiſces rem proximi tui. Ecce
lex ſcripta eſt,& ipſa contẽnitur. Ecce tertius di-
es mortis.Quid reſtat? Venitur ad euangeliũ. Prę-
dicatur regnũ cœlorum,diffamatur ubiq; Chriſtus,
minatur gehenna,uita promittitur æterna,& ipſa
contemnitur.Tranſgrediuntur homines euangeli
um. Ecce quartus dies mortis. Merito iam putet.
Nunquid de talibus neganda eſt miſericordia?Ab-
ſit. Etiam ad tales dominus excitandos non dedi-
gnatur accedere. ¶*Multi autem ex Iudæis uenerant
ad Martham & Mariam,ut conſolarentur eas de fratre
ſuo.Martha ergo ut audiuit quia Ieſus uenit,occurrit il-
li.Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ie-
ſum Domine,ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mor-
tuus.Sed & nunc ſcio,quia quæcunq; popoſceris a Deo,
dabit tibi deus.*Non dixit,ſed modo rogo te ut reſuſ-
cites fratrem meum.Vnde enim ſciebat ſi fratri e-
ius reſurgere utile fuerit?Hoc tantum dixit, Scio
quia potes,ſi uis,facis. utrum enim facies, iudicij
tui eſt,non præſumptionis meæ.Sed & nunc ſcio,
quia quæcunq; popoſceris à deo, dabit tibi deus.
¶*Dixit illi Ieſus:Reſurget frater tuus.* Hoc ambiguũ
fuit,non enim ait:modo ſuſcitabo fratrem tuũ, ſed
reſurget frater tuus. ¶*Dicit ei Martha, Scio quia re-
ſurget in reſurrectione in nouiſsimo die.* De illa reſur-
rectione ſecura ſum,de hac uita incerta ſum. ¶Di-
cit ei Ieſus:Ego ſum reſurrectio & uita. Dicis, reſur-
get frater meus in nouiſsimo die,uerum dicis. Sed
per quem tunc reſurget,poteſt & modo,quia ego
ſum,inquit,reſurrectio & uita.Audite fratres, au-
dite quid dicar,certe tota expectatio erat circun-
ſtãtiũ ut reuiuiſceret Lazarus,ũnus mortuus qua-
triduanus. Audiamus & reſurgamus, q̃ multi ſunt
in hoc populo, quos præmit malæ conſuetudinis
moles. Forte audiunt me quidam quibus dicitur.
Nolite inebriari uino,in quo eſt omnis luxuria. Di-
cunt, non poſſumus. Forte audiunt me aliqui im-
Eph 5. mundi,laſciuus & flagitioſus,quibus dicitur:Noli-
te hoc facere,ne pereatis.Et reſpondent,Non poſ-
ſumus tolli à conſuetudine noſtra.O domine,iſtos
reſuſcita. *Ego ſum, inquit, reſurrectio & uita.* Ideo
reſurrectio,quia & uita.Qui credit in me, etiam ſi
mortuus fuerit,uiuet. Et omnis qui uiuit,& credit
in me,non morietur in æternũ.Quid eſt hoc? Qui
credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, ſicut Laza-
rus mortuus eſt,uiuet? Quia non eſt deus mortuo-
rum,ſed uiuorum. De olim mortuis patribus, hoc
Matt.22 eſt,de Abraham, de Iſaac, & de Iacob, tale Iudæis
reſponſum dedit: Ego ſum deus Abraham, deus
Iſaac,& deus Iacob,non eſt deus mortuorum, ſed
uiuorum.Omnes enim illi uiuunt. Ergo crede, &
ſi mortuus fueris, uiues. Si autem non credis, &
quum uiuis,mortuus es. Probemus & hoc qa mor-
tuus es,Cuidam dominus differenti ſequi eum, &
dicenti, Eam prius ſepelire patrem meum: ſine,
Mat.8. inquit,mortuos ſepellire mortuos ſuos,tu ueni,ſe-
quere me. Erat ibi mortuus ſepeliendus, erant ibi
& mortui,mortuum ſepulturi.Ille mortuus in car-
ne,illi in anima,Vnde mors in anima? Quia non eſt
fides.Vnde mors in corpore? Quia non eſt ibi a-
nima. Ergo animæ tuæ uita, fides eſt. ¶*Qui cre-
dit in me,* inquit, *etiam ſi mortuus fuerit in carne, ui-
uet in anima, donec reſurgat & caro nunquam poſtea
moritura*, hoc eſt, qui credit in me, licet moriatur,
uiuet. Et omnis qui uiuit in carne, credit in me,&
ſi moriatur ad tempus propter mortem carnis,nõ
morietur in æternum, propter uitam ſpiritus, &
immortalitatem reſurrectionis, hoc eſt,quod ait:
Omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur
in æternum. ¶*Credis hoc? At illi: Vtique Domine,
ego credidi quia tu es Chriſtus filius Dei uiui, qui in hunc
mundum uenisti.* Quando hoc credidiſti? Credidi
quia tu es reſurrectio, credidi quia tu es uita, cre-
didi quia qui credit in te, & ſi moriatur uiuet, &
qui uiuit & credit in te,non morietur in ęternum.
¶*Et cum hæc dixiſſet, abijt, & uocauit Mariam ſoro-
rem ſuam ſilentio, dicens:Magiſter adeſt, & uocat te.*
Aduertendum eſt, quemadmodum ſupreſſam uo-
cem ſilentium nuncupauit. Nam quomodo ſiluit
quæ dixit: Magiſter adeſt, & uocat te? Aduerten-
dum eſt quemadmodum euangeliſta non dixerit
ubi uel quando uel quomodo Mariam Dominus
uocauerit, ut hoc in uerbis Marthæ potius intelli-
geretur, narrationis breuitate ſeruata. ¶ *Illa ut
audiuit, ſurgit cito, & uenit ad eum.* Nondum enim
uenerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in loco
illo ubi occurrerat ei Martha.Iudęi igiť qui erant
cum illa in domo,& conſolabantur eam,cum uidiſ-
ſent Mariam quia cito ſurrexit & exijt,ſecuti ſunt
eam,dicentes: Quia uadit ad monumentũ,ut plo-
ret ibi. Quare hoc pertinuit ad euangeliſtam nar-
rare?ut uideamus quæ occaſio fecerit ut plures ibi
eſſent quando Lazarus reſurrecturus eſt. Putan-
tes enim Iudæi propterea illam feſtinare,ut dolo-
ris ſui ſolatium lachrymis quæreret, ſecuti ſunt
eam, ut tam grande miraculum quatriduani mor-
tui reſurgentis teſtes plurimos inueniret.¶*Maria
autem cum ueniſſet ubi erat Ieſus, uidens eum,cecidit ad
pedes eius, & dixit ei: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus
non fuiſſet mortuus.Ieſus autem ut uidit eam plorantem
& Iudæos qui cum illa erant plorantes, fremuit ſpiritu,
& turbauit ſemetipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum?* Ne-
ſcio quid nobis inſinuauit fremendo ſpiritu,& tur-
bando ſeipſum. Quis enim eum poſſet, niſi ipſe ſe-
ipſum turbare? Itaque fratres mei primo hic at-
tendite poteſtatem, & ſic inquirite ſignificationẽ.
Turbaris tu nolens, turbatus eſt Chriſtus, quia
uoluit. Eſuriuit Ieſus, uerum eſt, ſed quia uoluit.
Dormiuit Ieſus, uerum eſt, ſed quia uoluit. Con-
triſtatus eſt Ieſus, uerum eſt, ſed quia uoluit. Mor-
tuus eſt Ieſus, uerum eſt, ſed quia uoluit. In illius
poteſtate erat ſic uel ſic affici, uel non affici. Ver-
bum enim animam ſuſcepit & carnem, totius ho-
minis ſibi coaptans in perſonæ unitate naturam.
Nam & anima Apoſtoli uerbo illuſtrata eſt,anima
Petri uerbo illuſtrata eſt, anima Pauli & aliorum
apoſtolorum,ſanctorum prophetarum uerbo illu-
ſtratæ ſunt animæ,ſed de nulla dictum eſt. Verbũ
caro factum eſt, de nulla dictum eſt, Ego & pater Iohan 1
unum ſumus. Anima Chriſti & caro Chriſti cum Iohã.10
uerbo dei,una perſona eſt,unus Chriſtus eſt:ac per
hoc ubi ſumma poteſtas eſt,ſecũdum uolũtatis nu-
tũ tractať infirmitas,hoc eſt,turbauit ſemetipſum

Dixi

Dixi poteſtatem, attēdite ſignificationē. Magnus
reus eſt quem mortis quadriduū & illa ſignificat
ſepultura. Quid eſt ergo quod turbat ſemetipſum
Chriſtus, niſi ut ſignificet tibi quomodo turbari tu
debeas cū tanta mole peccati grauaris & preme-
ris? Attēdiſti enim te, uidiſti te reum, cōputaſti tibi?
Illud feci, & pepercit mihi deus: illud cōmiſi, & di
ſtulit me: euāgelium audiui, & contempſi. Baptiza-
tus ſum, & iterum ad eadem reuolutus ſum. Quid
facio? quo eo? unde euado? Quando iſta dicis, iam
fremit Chriſtus, quia fides fremit. In uoce fremen
tis apparet ſpes reſurgentis, ſi ipſa fides eſt intus,
Ephe.3. ibi eſt Chriſtus fremens. Si fides in nobis, Chriſtus
in nobis. Quid enim aliud ait Apoſtolus habitare
Chriſtum per fidē in cordibus ueſtris? Ergo fides
tua de Chriſto, Chriſtus eſt in corde tuo. Hinc eſt
illud quod dormiebat in naui, & cum periclitaren
Mat.8. tur diſcipuli, iam imminente naufragio acceſſerūt
ad eum, & excitauerunt eū. Surrexit Chriſtus, im-
perauit uentis & fluctibus, & facta eſt tranquilli-
tas magna. Sic & tu, intrant uenti cor tuum, utique
nauigas, ubi hanc uitā tanquā procelloſum & peri-
culoſum pelagus trāſis, intrāt uēti, mouēt fluctus,
turbant nauim. Qui ſunt uenti? Audiſtis cōuitium,
iraſceris, cōuitium uentus eſt, iracūdia fluctus eſt.
Periclitaris, diſponis reſpōdere, diſponis maledi-
ctum pro maledicto reddere, iā nauis ꝓpinquat nau-
fragio. Excita Chriſtum dormientē, iā enim flu-
ctuas. Sed mala pro malis reddere præparas, quia
Chriſtus dormit in naui. In corde enim tuo ſomnus
Chriſti, obliuio fidei. Nā ſi excites Chriſtū, i. reco-
las fidē, quid tibi dicit tanquā uigilans Chriſtus in
Iohā.7. corde tuo? Ego audiui, dæmonium habes, & pro eis
oraui. Audit dominus & patitur, audit ſeruus & in
dignatur. Sed uindicare uis. Quid enim? Ego iā ſum
uindicatus. Cum tibi hæc loquitur fides tua, quaſi
imperat uentis & fluctibus, & fit trāquillitas ma-
gna. Quomodo ergo hoc eſt excitare Chriſtum in
naui, excitare fidem: ſic in corde hominis, quē pre-
mit magna moles & conſuetudo peccati, in corde
hominis tranſgreſſoris etiam ſancti euangelij con
temptoris, & pœnarum æternarum, fremat Chri-
ſtus, increpet ſe homo. Audi adhuc: Fleuit Chri-
ſtus, fleat ſe homo. Quare enim fleuit Chriſtus, ni-
ſi quia flere hominē docuit? Quare fremuit, & tur
bauit ſemetipſum? niſi quia fides hominis ſibi meri-
to diſplicentis, fremere quodammodo debet in ac-
cuſatione malorum operum, ut uiolentiæ pœniten
di cedat conſuetudo peccandi? & dixit ¶ *Vbi poſuiſ-
tis eum?* Sciſti quia mortuus ſit, & ubi ſit ſepultus
ignoras? Et iſta ſignificatio eſt, quia ſic perditum
hominem quaſi neſcit deus. Non auſus ſum dicere,
neſcit. Quid enim ille neſcit? ſed quaſi neſcit. Vnde
Mat.7. hoc probamus? Dominum audi dicturum in iudi-
cio: Non noui uos. Diſcite à me. Quid eſt, non noui
uos? Non uos uideo in luce mea, non uos uideo in
illa iuſtitia quam noui. Sic & hic tanquā neſciens
talem peccatorem, dixit: Vbi poſuiſtis eū? Talis eſt
uox dei in paradiſo, poſteaquā homo peccauit: Adā
Gene.3. ubi es? ¶ *Dicūt ei: domine, ueni & uide.* Quid eſt uide?
Miſerere. Videt enim dñs qñ miſeretur: unde illi di
citur: Vide humilitatē meam & laborem meum, &
Pſal.24. dimitte uniuerſa peccata mea. ¶ *Et lachrymatus eſt
Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.*
Quid eſt amabat eum? Non ueni uocare iuſtos, ſed
peccatores in pœnitentiam. ¶ *Quidam aūt dixerunt
Mat.9. ex ipſis: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere
ut hic non moreretur?* Qui noluit facere ut hic nō mo

reretur, plus eſt quod facturus eſt ut mortuus ſuſ-
citetur. ¶ *Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, uenit
ad monumentum.* Fremit, & in te, ſi diſponis reuiui-
ſcere: Omni homini dicitur qui premitur peſſima
conſuetudine: Venit ad monumentum. ¶ *Erat autē
ſpelūca, & lapis ſuperpoſitus erat ei.* Mortuus ſub lapi
de, reus ſub lege. Scitis quia lex quæ data eſt Iudæ- Exo.32.
is, in lapide ſcripta eſt. Oēs aūt rei, ſub lege ſunt: be
ne uiuentes, in lege ſunt. Iuſto lex poſita non eſt.
Quid eſt ergo, lapidē remouete? Gratiā prędicate. 1.Tim.1
Apoſtolus enim Paulus miniſtrum ſe dicit noui te- 2.Cor.3.
ſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Nā litera occidit,
inquit, ſpiritus, aūt uiuificat. Litera occidens, quaſi
lapis eſt premens. ¶ *Remouete, inquit, lapidem.* Re-
mouete legis pondus, gratiam prædicate. Si enim Gala.3.
data eſſet lex quæ poſſet uiuificare, omnino ex le-
ge eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub
peccato, ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur
credentibus, ergo remouete lapidē. ¶ *Dicit ei Mar-
tha ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet,
quatriduanus enim eſt. Dicit ei Ieſus: Nōne dixi tibi, quo-
niam ſi crediderís, uidebis gloriam Dei?* Quid eſt, uidea-
bis gloriam dei? Quia & putentem & quatriduanum Rom.3.
num reſuſcitat. Omnes enim peccauerunt, & egent Rom.5.
gloria dei: &, ubi abundauit peccatum, ſuperabun-
dauit & gratia. ¶ *Tulerunt ergo lapidem. Ieſus autem
eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quo-
niam audiſti me, ego autem ſciebam quia ſemper me au-
dis, ſed propter populum qui circunſtat, dixi, ut credant
quia tu me miſiſti. Hæc cum dixiſſet, uoce magna clama-
uit.* Fremuit, lachrymauit, uoce magna clamauit.
Quam difficile ſurgit, quem moles malæ conſuetu
dinis premit. Sed tamen ſurgit, occulta gratia in-
tus uiuificatur, ſurgit poſt uocem magnam. Quid
eſt factum? uoce magna clamauit: ¶ *Lazare, ueni fo-
ras, & ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatas manus
& pedes inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata.* Quo
modo proceſſit ligatis pedibus miraris, & non mi
raris quare ſurrexit quatriduanus? In utroque po-
tentia domini erat, non uires mortui. Proceſſit, &
adhuc ligatus eſt, adhuc inuolutus, tamē foras iam
proceſſit. Quid ſignificat? Quando contemnis, mor
tuus iaces: & ſi tanta quanta dixi cōtemnas, ſepul-
tus iaces: quod confiteris, procedis. Quid enim eſt
procedere, niſi ab occultis uelut exeundo te mani-
feſtare? Sed ut confitearis, deus facit magna uoce
clamando, id eſt, magna gratia uocando. Ideo cū
proceſſiſſet mortuus adhuc ligatus, confitens &
adhuc reus, ut ſoluerentur peccata eius, miniſtris
hoc dixit Dominus: ¶ *Soluite illum, & ſinite abire.*
Quid eſt, ſoluite, & ſinite abire? Quæ ſolueritis in Mat.18.
terra, erunt ſoluta & in cœlo. ¶ *Multi ergo ex Iudæ-
is, qui uenerant ad Mariam, & uiderunt quæ fecerat,
crediderunt in eum. Quidam autem ex ipſis abierunt ad
phariſæos, & dixerunt eis quæ Ieſus fecit.* Non oēs ex
Iudęis q cōuenerant ad Mariā, crediderunt, ſed tñ
multi. Quidā uero ex eis, ſiue ex Iudęis q conuene-
rāt, ſiue ex eis q crediderāt, abierūt ad phariſæos,
& dixerunt eis quę fecit Ieſus, ſiue annunciādo, ut
& ipſi crederēt, ſiue potius prodendo, ut ſæuirent.
Sed quomodolibet & à quibuſlibet ad phariſæos
iſta perlata ſunt. ¶ *Collegerunt pontifices & phariſæi
concilium, & dicebant: Quid facimus?* Nec tamen dice
bant, credamus. Plus enim perditi homines cogita
bant, quomodo necarent & perderent, quam quo-
modo ſibi cōſulerēt ne perirēt, & tamen timebāt,
& quaſi conſulebāt. Dicebāt enim: ¶ *Quid facimus
quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic,*
omnes

omnes credent in eum: & uenient Romani, & tollent lo
cum noſtrum & gentem. Temporalia perdere timue
runt, & uitam æternã non cognouerũt, ac ſic utrũ
que amiſerunt. Nã & Romani poſt Dñi paſſionem
& glorificationem tulerunt eis locũ & gentẽ, ex-
pugnando & transferendo, & illud eos ſequitur,
q̃d eſt alibi dictũ, Filij aũt regni huius ibunt in te
nebras exteriores. Hoc aũt timuerunt, ne ſi oẽs in
Matt. 8. Chriſtũ crederent, nemo remaneret qui aduerſus
Romanos ciuitatẽ dei templumq; defenderet, q̃m
contra ipſum templũ, & contra ſuas leges pater
nas, doctrinã Chriſti eſſe ſentiebant. ¶ *Vnus aũt ex*
ipſis Caiphas, cum eſſet põtifex anni illius, dixit eis: Vos
neſcitis quicquam, nec cogitatis, quoniã expedit uobis ꝙ
unus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat.
Hoc aũt a ſemetipſo non dixit, ſed cũ eſſet põtifex anni illi
us, prophetauit. Hic docemur etiam hoĩes malos p
prophetiæ ſpiritum futura prędicere. Quod tamẽ
euangeliſta diuino tribuit ſacramento, quia ponti
fex fuit. i. ſummus ſacerdos. Poteſt autem moueri
quomodo dicatur pontifex anni illius, cum Domi
nus unum cõſtituerit ſacerdotem ſummũ, cui mor
tuo unus ſuccederet. Sed intelligẽdum eſt, per am
bitiones & contentiones inter Iudeos, poſtea con
ſtitutum ut plures eſſent, & per annos ſingulos ui
cibus miniſtrarent. Nam & de Zacharia hoc dici
tur, Factum eſt autem cum ſacerdotio fungeretur
Lucæ. 1. Zacharias in ordine uicis ſuæ ante deum, ſecundũ
conſuetudinem ſacerdontij, ſorte exijt, ut incẽſum
poneret, ingreſſus in templum domini. Hinc appa
ret plures eos fuiſſe, & uices ſuas habuiſſe. Nã in
cenſum non licebat ponere, niſi ſummo ſacerdoti,
& forte etiã unum annum plures adminiſtrabant,
quibus alio anno alij ſuccedebant, ex quibus ſorte
exibat quis ut incenſum poneret. Quid eſt ergo
quod prophetauit Caiphas? ꝙ *Quia Ieſus moriturus*
erat pro gente, & non tantum pro gẽte, ſed ut filios dei,
qui erant diſperſi, congregaret in unum. Hoc euangeli
ſta addidit, nam Caiphas de ſola Iudeorum gente
prophetauit, in quibus erant oues de quibus ait ipi
Mat. 15. ſe dominus. Non ſum miſſus niſi ad oues quę perie
rũt domus Iſrael. Sed nouerat euãgeliſta eſſe alias
oues quę non erãt de hoc ouili, quas oportebat ad
Iohã. 10 duci, ut eſſet unum ouile, & unus paſtor. Hæc autẽ
ſecundũ prædeſtinationẽ dicta ſunt. Nã neq; oues
eius, nec filij dei adhuc erant, qui necdum credide
rant. ¶ *Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent*
eum. Ieſus ergo iã non palã ambulabat apud Iudæos, ſed
abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem quæ dici
tur Effrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Non
quia potentia eius defecerat, in qua utiq; ſi uellet,
& palam cum Iudæis conuerſaretur, & nihil ei fa
cerent, ſed in hominis infirmitate, uiuendi exem
plum diſcipulis demonſtrabat. In quo apparet non
eſſe peccatum, ſi fideles eius qui ſunt membra eius,
oculis perſequentiũ ſe ſubtraherẽt, & furorem ſce
leratorum latendo potius deuitarent, quam ſe of
ferendo magis accenderent.

INCIPIT COMMVNE Sanctorum.

¶ De apoſtolis ſermo Fulgentij epiſcopi.

DElectat tantorum tractare margaritas
ſanctorũ, delectat gẽmas intueri dulci
um piſcatorũ: nec modus in colore, nec
numerus in uirtute, ſplẽdor uarius, & di
uerſus ornatus. Hos lapides ſi cęcus aſpe
xit, illuminatus effulſit. ſi guſtauit ſurdus, uerbo do
mini claros percepit auditus: ſi aſpexit hos lapides
claudus, in porta ſpecioſa curſum recepit, & tem
plum fortiter intrauit. Teſtis eſt Petrus ad Thabi
tã, qualis ſit ſplendor harũ Margaritarũ, quãdo tã Actu. 5.
tus exultauit numerus uiduarum: ergo & nos ſin-
guli, ſingulos contẽplemur. Quis eligens Petrũ, re
ſpuat Paulum? Quis quærens Andreã, contẽnat Ia
cobum & Iohannẽ? Nulla eſt diuerſitas nominum,
quia una eſt diuerſitas gẽmarum: unus natalis apo
ſtolorũ, una eſt lætitia populorum. Remotum eſt
omne naufragium, timor excluditur piratarum, q
ab arce ſubueniunt dulcium piſcatorum. Tuta ſunt
littora p apoſtolica retia. Petrus in capite ſcaphæ
cœleſtis triumphat in littore. Si Andreã contẽples
ris, unus eſt uterus, unus uſus, unus innocẽs captus.
Per piſces piſcatorũ paupertas tollebatur, per ani
mas in captura concluſas, gratia demonſtratur, &
regni cœlorum diuitiæ publicantur. In ſcapha Pe
tri quis numerat piſces? Quis in euãgelio Pauli enu
merat gentes? Diuerſa nomina, & una captura. Ec
ce Iacobus & Iohannes neglecto patre, contempta
matre, dimiſſo reti, ſecuti ſunt pijſſimum redẽpto
rem. Fiat itaq; in ſolennitate ſanctorum tam grã
de conuiuium. Ecce Matthæus præparat prandi
um, & Chriſtus pranſor ingreditur cum multitudi Matt. 9.
ne peccatorum. Eſt pranſor innocens, & rei conui
uæ. Vnde cum conuiuij ſui ſocietate peccatores fa
ceret in ſuo ſacramento gaudere, Iudæi dicebant:
Quomodo cum publicanis & peccatorribus man Mat. 9.
ducat? Nemo peccator ſecernitur, nemo reus auel
litur. Omnes hoſpites Chriſti ſunt, cõmune conui
uium eſt omnibus. Præparat prandium gaudiorũ
ſolennitas apoſtolorum. Iuſtus paſcitur de gratia,
peccator reficitur de indulgentia, & ſi murmurant
Iudæi, ſed ditantur rei factum ſecum. Paraſti in cõ Pſal. 22.
ſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant
me. Simon ille Chananæus qui mutauit nomẽ gen
tis, & inſeruit florem ſuum corona uirtutis, apta
tis manibus ſaluatoris, fulget de iſta corona igneo
uigore decoratus Iudas Zelotes zelans Domino,
non commercium quærens Chriſtum uendendo,
pro illo zelabatur, non de illo paſcebatur. Inueni
mus etenim ibi de iugato colore ſeparatum lapi
lum Iudam domini traditorem, ſpeciem cum com
mercio defœdantem. O nomen & nomen. Ille dice
bat, zelans zelaui domino omnipotenti. Et Iudas
proditor pacta crudelia deducebat. Quid uultis mi Mat. 26.
hi dare, & ego uobis eum tradam? Ille zelatus eſt
affectu domini, iſte excluditur dominici nota con
uiuij. Sed delectat magis primum Petrum cernere
piſcatorem, qui horreſcit nouiſſimum reſpicere
traditorem. Excluſus eſt de corona, complenda eſt
ipſa corona. Qui elegit, aſcendit: qui tradidit, ma
le pependit. Quis ſuppleat numerum in iſta coro
na gemmarum? Præponitur ſortis diuinæ iudiciũ.
Chriſtus Matthiam deligit in cœlo, qui duodecim
ornauit in campeſtri palatio. Aperiuntur ſancta
ſanctorum, proferrur urna aurea, ut uere de cœle Actu. 1.
ſti auro decorata. O ſors bona, quæ elegit diſcipu
lum, ut integra permaneret corona gẽmarum, quia
Iudas ſolus pependit in laqueo. Ecce duodecim ã
ueſtris oculis fulget picta corona, de cuius aſpectu
ut uis aſſiata ſcintillis fulget congregatio ueſtra.
Vbi eſt ille uas electiõis? claudat coronã pietatis, &
lapidẽ euãgelij toto mũdo tonãtis. Beatus ultimus,
quẽ elegit primus & nouiſſimus. Saulus durus, Pau
lus factus eſt mãſuetus, q̃bus tornulis aurificis iſte
eſt lapis aptatus? Teſtant fundamẽta carceris nocte

conſ

commoſa, reorũ uincula ſoluta, optioni data gra-
tia, & Apoſtoli probata corona. Pedes eius erant
in neruo, & greſſus eius in cœlo, dicebat per carce-
ris tenebras canticum nouũ ut ultimo neruo chor-
darum tredecim citharæ lectorum cãtet uobis læ-
titiam ſempiternã apoſtolica corona ſanctorum.
Tu autem domine.

IN VIGILIA APOSTOlorum. Iohannis. xv.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is, Ego ſum uitis uera, & pater meus agrico-
la eſt. Et reliqua. Homilia beati Auguſti-
ni epiſcopi.

IStc locus euangelicus, fratres, ubi ſe Domi-
nus dicit uitem, & diſcipulos palmites, ſecũ-
dum hoc dicit quod eſt caput eccleſiæ, noſq;
membra eius, mediator dei & hominum ho-
mo Chriſtus Ieſus. Vnius quippe naturæ
ſunt uitis & palmites. Propter quod cum eſſet de-
us, cuius naturæ non ſumus, factus eſt homo, ut in
illo eſſet uitis humana natura, cuius & nos homi-
nes palmites eſſe poſſemus. Quid ergo eſt, ego ſum
uitis uera? Nunquid ut adderet uera, hoc ad eam
retulit, unde iſta ſimilitudo tracta eſt? Sic enim di-
citur uitis per ſimilitudinem, nõ per proprietatẽ,
quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, la-
pis angularis, & cætera huiuſmodi, quæ magis ip-
ſa ſunt uera, ex quibus ducuntur iſtæ ſimilitudines,
non proprietates. Sed cum dicit: Ego ſum uitis ue-
Hiere 2 ra, ab illa utiq; ſe diſcernit cui dicitur: Quomodo
conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ? Nam
quo pacto eſt uitis uera, quæ expectata eſt ut face-
ret uuam, & fecit ſpinas? ¶ *Ego ſum, inquit, uitis ue-
ra, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me
non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert
fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Nunqd
unum ſunt agricola & uitis? Secundum hoc ergo
Chriſtus uitis, ſecundum quod ait: Pater maior me
eſt, ſecundum id aũt quod ait, Ego & pater unum
Ioh 4.14 ſumus, & ipſe agricola eſt, nec talis, quales ſunt q
Iohã. 10 extrinſecus operando exhibent miniſteriũ, ſed ta-
lis, ut det etiam intrinſecus incrementum. Nã neq;
qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incre-
1 Cor. 3. mẽtum dat deus. Sed utiq; deus eſt Chriſtus, quia
deus erat uerbum, unde & ipſe & pater unũ ſunt.
Et ſi uerbum caro factum eſt quod nõ erat, manet
Iohan 1 quod erat. Deniq; cum de patre tanquam de agri-
cola dixiſſet quod infructuoſos palmites tollat,
fructuoſos aũt purget, ut fructum plus afferant, cõ-
tinuo etiam ſeipſum mundatorem palmitum oſtẽ-
dens: ¶ *Iam uos, inquit, mundi eſtis propter ſermonem
quem locutus ſum uobis.* Ecce & ipſe mundator eſt
palmitum, quod eſt agricolæ, non uitis officiũ, qui
etiam palmites operarios ſuos facit. Nam & ſi non
dant incrementum, impendunt tamen aliquod ad-
iumentum. Sed non de ſuo. Quia ſine me, inquit, ni-
hil poteſtis facere. Audi etiam ipſos confitentes:
Quid autem eſt Apollo? Quid autem Paulus? Mini-
1. Cor 3. ſtri per quos crediditis, & unicuiq; ſicut dominus
Ibidem. dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit. Et hoc ergo
ſicut unicuiq; dominus dedit. Non itaq; de ſuo. Iã
uero quod ſequitur, Sed deus incrementum dedit,
nõ per illos, ſed per ſeipſum facit. Excedit hoc hu-
manam humilitatem, excedit angelicam ſublimita-
tem, nec omnino pertinet niſi ad agricolam trini-
tatem. Iam uos mundi eſtis, mundi ſcilicet atq; mũ-
dandi. Neq; enim niſi mundi eſſent, fructum fer-
re potuiſſent, & tamen omne quod fert fructum,
purgat agricola, ut fructum plus afferat. Fert fru-
ctum, quia mundus eſt, atq; ut plus afferat, purga-
tur adhuc. Quis enim eſt in hac uita ſic mundus, ut
non ſit magis magiſq; mundandus? Vbi ſi dixeri-
mus, quia peccatum non habemus, noſipſos seduci-
mus, & ueritas in nobis non eſt. Si autem confeſſi 1. Ioh 1.
fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus qui di-
mittat nobis peccata, & mundet nos ab omni ini-
quitate. Mundet itaq; mũdos, hoc eſt, fructuoſos,
ut tanto ſint fructuoſiores, quanto fuerint mundio-
res. Iam uos mundi eſtis propter uerbum quod lo-
cutus ſum uobis. Quare non ait, mundi eſtis ꝑpter
baptiſmum quo abluti eſtis, ſed ait, propter uerbũ
quod locutus ſum uobis, niſi quia & in aqua uerbũ
mundat? Detrahe uerbum, & quid eſt aqua niſi
aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit ſa-
cramentum, etiam ipſum tanquam uiſibile uerbũ.
Nam hoc utiq; dixerat quando pedes diſcipulis la- Iohã 13.
uit, Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lauet,
ſed eſt mũdus totus. Vnde iſta tanta uirtus aquæ,
ut corpus tangat, & cor abluat, niſi faciẽte uerbo?
non quia dicitur, ſed quia creditur. Nam & in ipſo
uerbo aliud eſt ſonus trãſiens, aliud uirtus manẽs.
Hoc eſt uerbum fidei quod prædicamus, ait Apoſto- Ro. 10.
lus, quia ſi cõfeſſus fueris in ore tuo, quia dominus
eſt Ieſus, & credideris in corde tuo quia deus ſuſci-
tauit eum à mortuis, ſaluus eris. Corde enim credi-
tur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ. Actu. 15
Vnde & in Actibus apoſtolorum legitur: Fide mũ-
dans corda eorũ. Et in epiſtola ſua beatus Petrus, 1. Pet. 3.
Sic & uos, inquit, ſaluos facit baptiſma, non carnis
depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interro-
gatio. Hoc eſt uerbum fidei quod prędicamus, quo
ſine dubio ut mundare poſſit, conſecratur & baptĩ-
ſmus. Chriſtus quippe nobiſcum uitis, cum patre
agricola, dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro
ea. Lege Apoſtolum, & uide quid adiungat. Vt eã Eph. 5.
ſanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aquę in
uerbo. Mundatio igitur nequaquam fluxo & labi-
li tribueretur elemento, niſi adderetur, in uerbo.
Hoc uerbum fidei tantum ualet in eccleſia Dei, ut
per ipſum credentem, offerentem, benedicentem,
tingentem, etiam tantillum mundet infantem, quã-
uis nondum ualentem corde credere ad iuſtitiam,
& ore confiteri ad ſalutem. Totum hoc fit per uer-
bũ, de quo dominus ait. ¶ *Iam uos mundi eſtis propter
uerbum quod locutus ſum uobis. Manete, inquit, in me, &
ego in uobis.* Nõ eo modo illi in ipſo ſicut ipſe in il-
lis, utrunq; enim prodeſt, non ipſi, ſed illis. Ita ſunt
quippe in uite palmites, ut uiti non conferant, ſed
inde accipiant ut uiuãt. Ita uero uitis eſt in palmi-
tibus, ut uitale alimentum ſubminiſtret eis, nõ ſu-
mat ab eis: ac per hoc & manentem in ſe habere
Chriſtũ, & manere in Chriſto, diſcipulis prodeſt
utrunq;, non Chriſto. Nam præciſo palmite, poteſt
de uiua radice alius pullulare: qui autem præciſus
eſt, ſine radice non poteſt uiuere. Deniq; adiungit
& dicit: ¶ *Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſe-
metipſo, niſi manſerit in uite: ſic nec uos, niſi in me manſe-
ritis.* Magna gratię cõmendatio fratres mei. Corda
inſtruit humilium, ora obſtruit ſuperborum. Ecce cui
ſi audent reſpondeant, qui ignorantes Dei iuſtiti-
am, & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non
ſunt ſubiecti! Ecce cui reſpondeãt ſibi placentes,
& ad bona opera facienda deum ſibi neceſſarium Ro. 10.
non putantes? Nonne huic reſiſtunt ueritati, ho-
mines

mines, mente corrupti, reprobi circa fidem, qui reſpondent & loquuntur iniquitatē, dicentes: A deo habemus quod homines ſumus, à nobiſmetipſis autem quod iuſti ſumus? Quid dicitis? quid uoſipſos decipitis, non aſſertores, ſed præcipitatores liberi arbitrij, & ex alto elationis per inania præſumptionis in profunda ſubmerſi? Nempe uox ueſtra eſt, quod homo ex ſemetipſo facit iuſtitiā, hoc eſt altum elationis ueſtræ. Sed ueritas cōtradicit, & dicit: Palmes nō poteſt ferre à ſemetipſo, niſi manſerit in uite. Ite nunc per abrupta, & non habētes ubi figamini, uentoſā loquacitate iactamini. Hæc ſunt inania præſumptionis ueſtræ. Sed quid uos ſequatur uidete, & ſi eſt in uobis ullus ſenſus, horrete. Qui enim a ſemetipſo ſe fructum exiſtimat ferre, in uite non eſt. Qui in uite nō eſt, in Chriſto non eſt. Qui enim in Chriſto non eſt, Chriſtianus non eſt. Hæc ſunt profunda ſubmerſionis ueſtræ. Etiam atque etiam conſiderate, quid adhuc ueritas adiungat & dicat: ¶ *Ego ſum uitis, & uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere.* Ne quiſquā putaret ſaltem aliquem fructum paruum poſſe a ſeipſo palmitem ferre, cum dixiſſet, hic fert fructū multum, non ait, quia ſine me parum poteſtis facere, ſed nihil poteſtis facere. Siue ergo parum, ſiue multum, ſine illo fieri nō poteſt, ſine quo nihil fieri poteſt: quia etſi parum attulerit palmes, cum purgat agricola, ut plus afferat. Tamē niſi in uite manſerit, & uixerit de radice, quantumlibet fructum à ſemetipſo non poteſt ferre. Quanuis autem Chriſtus uitis non eſſet, niſi homo eſſet, tamē iſtam gratiam palmitibus non præberet, niſi etiā deus eſſet. Verum quia ita ſine gratia nō poteſt uiui, ut mors in poteſtate ſit liberi arbitrij. ¶ *Si quis, inquit, in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eam, & in ignē mittent, & ardet.* Ligna itaq; uitis tanto ſunt contēptibiliora ſi in uite non manſerint, quanto glorioſiora ſi manſerint. Denique

Ezec. 15. ſicut de his etiam per Ezechielem prophetam dominus dicit, præciſa nullis agricolarū uſibus proſunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Vnum e duobus palmiti congruit, aut uitis, aut ignis. Si in uite non eſt, in igne erit. Vt ergo in igne non ſit, in uite ſit. ¶ *Si manſeritis in me, inquit, & uerba mea in uobis manſerint, quodcunq; uolueritis petetis, & fiet uobis.* Manendo quippe in Chriſto, quid uelle poſſunt, niſi quod conuenit Chriſto? Quid uelle poſſunt manēdo in ſaluatore, niſi quod non alienum eſt a ſalute? Aliud quippe uolumus, quia ſumus in Chriſto, & aliud uolumus, quia ſumus adhuc in hoc ſeculo. De manſione nanque huius ſeculi nobis aliquādo ſurrepit, ut hoc petamus quod nobis non expedire neſcimus. Sed abſit ut fiat nobis ſi manemus in Chriſto, qui non facit quod petimus, niſi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo cum uerba eius in nobis manent, quodcunq; uoluerimus, petimus, & fiet nobis: quia ſi petimus & non fiet, non hoc petimus quod habet manſio in eo, nec quod habent uerba eius quæ manent in nobis, ſed quod habet cupiditas & infirmitas carnis, quę non eſt in eo, & in qua non manēt uerba eius. Nam utiq; ad uerba eius pertinet oratio illa quā docuit ubi dicimus, Pater noſter qui es in cœlis.

Matt. 6. Ab huius orationis uerbis & ſenſibus non recedamus in petitionibus noſtris, & quicquid petierimus, fiet nobis. Tunc enim dicēda ſunt uerba eius in nobis manere, quando facimus quæ præcepit, & diligimus quæ promiſit. Quando autem uerba eius manent in memoria, nec inueniuntur in uita, non computatur palmes in uite, quia uitam non attrahit ex radice. Ad hanc differentiā ualet quod ſcriptum eſt: Memoria retinētibus mandata eius Pſal. 103 ut faciant ea. Multi enim memoria retinēt ut contemnant, uel etiam derideant, & oppugnēt ea. In his uerba Chriſti non manent, quia tangunt, & quodammodo non cohærent, & ideo non erunt in beneficium, ſed in teſtimonium. Et quia ſic inſunt eis, ut non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis, ut iudicentur ex eis.

DE APOSTOLIS.

Matth. x.

¶ In illo tempore: Miſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos, præcipiens eis & dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis, ſed potius ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Et reliq. Homilia beati Gregorij papæ.

CVm conſtet, quia redemptor noſter in mundū pro redemptione gentium uenit, cum Samaritanos quotidie ad fidē uocari cōſpicimus, quid eſt quod in prędicationem diſcipulos mittens dicit: *In uiam gētium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis, ſed potius ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael?* niſi hoc quod ex facti fine colligimus, quia prius ſoli Iudææ uoluit, & poſtmodum cunctis gentibus prædicari, ut dum illa conuerti uocata renueret, prædicatores ſancti & ad uocationem gentium per ordinem uenirent, quatenus redemptoris noſtri prædicatio à proprijs repulſa, gentiles populos quaſi extraneos quæreret, & quod Iudæis fiebat in teſtimonium, hoc gentibus gratiæ eſſet incrementum. Erant etiam tunc, qui de Iudæa uocandi eſſent, & de gentibus uocandi non eſſent. Nam in apoſtolorū actibus prędicante Petro legimus, & prius Hebręorū tria millia, & poſtmodum quinq; millia credidiſſe. Et cū prędicare apoſtoli gētibus in Aſia uoluiſſent, per ſpiritū prohibiti eſſe memorantur: & tamē ipſe ſpiritus qui prius prędicationem prohibuit, hāc Aſianorum cordibus poſtmodū infudit. Nā diu eſt quod Aſia cuncta iā credidit. Idcirco ergo prius prohibuit quod poſtmodum fecit, quia tunc in illa erāt qui ſaluandi nō erant: tunc in illa erant, qui nec ad uitā reparari mererētur, ſed tamen utiliter eis prędicationis officiū ſubtrahitur, ne grauius de cōtempta prędicatione iudicari mererētur. Subtili ergo occultoq; iudicio, à quorūdam auribus prædicatio ſancta ſubtrahitur, quia ſuſcitari per gratiam nō merentur. Vnde neceſſe eſt fratres chariſſimi, ut in omne quod agimus, omnipotentis ſuper nos domini conſilia occulta timeamus, ne dum mens noſtra exterius fuſa à ſua ſe uoluntate non reuocat, intus contra eam iudex terribiliter aduerſa diſponat. Quod bene Pſalmiſta intuens ait: Venite & uidete Pſal. 65 opera dei, quam terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Vidit nanq; quod alius miſericorditer uocatur, alius iuſtitia exigente repellitur. & quia alia parcendo, alia iraſcēdo dominus diſponit, expauit quod penetrare non potuit: & quem non ſolum inueſtigabilem, ſed etiam in quibuſdam ſuis ſententijs ualde inflexibilem uidit, terribilem in

conſilijs memorauit. Miſſis aut prædicatoribus
quid præcipiatur audiamus. ¶ *Euntes prædicate, di-
cētes, quia appropinquabit regnum cœlorum.* Hoc iam
fratres chariſſimi, etiamſi euāgelium taceat, mun
dus clamat. Ruinæ nanque illius, uoces eius ſunt.
Qui enim tot attritus perſecutionibus a gloria ſua
cecidit, quaſi iam nobis e uicino regnū aliud quod
ſequitur oſtendit. Ipſis iam & a quibus amatur,
amarus eſt. Ipſæ eius ruinæ prædicāt, quod aman
dus non eſt. Si enim ruinam ſui domus quaſſata
minaretur, quiſquis in illa habitaret fugeret, & qui
ſtantem dilexerāt, recedere quanto citius cadente
feſtinaret. Si igitur mundus cadit, & nos eū aman
do amplectimur, opprimi nolumus potius quam
habitare, quia nulla nos ratio à ruina illius ſepa-
rat, quos eius paſsionibus amor ligat. Facile ergo
eſt nunc iamiam cum deſtructa omnia cernimus,
animum noſtrum ab eius dilectione diſiūgere, ſed
hoc in illo tēpore difficillimum fuit, quoniā tunc
prædicare cœlorum regnū inuiſibile mittebātur,
cum longe lateq́ omnes cernerent florere regnū
terrarum. Vnde & adiuncta ſunt prædicatoribus
ſanctis miracula, ut fidē uerbis daret uirtus oſten-
ſa, & noua facerent, qui noua prædicarent, ſicut in
hac eadem lectione ſubiungitur: ¶ *Infirmos curate,
mortuos ſuſcitate, lepros os mundate, dæmones eijcite.*
Florente mundo, creſcente humano genere, diu in
hac uita ſubſiſtente carne, exuberante rerū opu-
lentia, quis cum audiret eſſe uitā, aliam crederet?
Quis inuiſibilia uiſibilibus præferret? Sed ad ſalu-
tem redeuntibus infirmis, ad uitam reſurgentibus
mortuis, carnis munditiam recipiētibus leproſis,
ereptis à iure immundorum ſpirituum dæmonia-
cis, tot uiſibilibus miraculis exactis, quis non cre-
deret quod de inuiſibilibus audiret? Ad hoc qppe
uiſibilia miracula coruſcant, ut corda uidētium ad
fidem inuiſibiliū pertrahant: ut per hoc quod mi-
rum foris agitur, hoc quod intus eſt, longe mirabi-
lius eſſe ſentiatur. Vnde nunc quoq́ cum fidelium
numeroſitas excreuit, intra ſanctā eccleſiam mul-
ti ſunt q uitam uirtutū tenent, & ſigna uirtutū nō
1 Co. 14 habent, quia fruſtra miraculum foris oſtenditur, ſi
deeſt quod intus operetur. Nā iuxta magiſtri gen
tium uocē, Linguę in ſignū ſunt, non fidelibus, ſed
Act. 20. infidelibus. Vnde & idem inter pdicationis uerba
Act. 28. dormientē cadentemq́ de feneſtra Eutychū, à ui-
ta funditus extinctū, corā cunctis infidelibus oran
do ſuſcitauit. Mitylene adueniēs, & plenam infide
libus inſulam ſciens, patrē Publij dyſenteria febri
busq́ uexatū orando ſanauit. Peregrinationis ſuæ
comitem, & ſanctæ prædicationis adiutorem Ti-
motheū ex infirmitate ſtomachi laſſeſcentem, nō
1 Tim. 5 uerbo curauit, ſed medicinali dicto reparauit, di-
cens: Modico uino utere propter ſtomachū, & fre
quentes tuas infirmitates. Qui ergo infirmū infi-
delem una prece ſaluat, cur & ægrotū ſociū prece
non roborat? Quia nimirum ille foris per miracu-
lum ſaluādus erat, q uiuus interius non erat, ut p
hoc quod exterior poteſtas oſtenderet, hunc ad
uitam interior uirtus animaret. Aegrotanti autē
ſocio fideli, exhibenda foris ſigna nō fuerāt, q ſalu
briter intus uiuebat. Sed conceſſa poteſtate prędi
cationis, conceſſis uirtutū miraculis, quid redem-
ptor noſter adiungat, audiamus: *Gratis accepiſtis,
gratis date.* Præſciebat nanq́ nonnullos hoc ipſum
Donum ſancti ſpiritus in uſum negociationis infle
ctere, & miraculorū ſigna ad auaritiæ obſequium
Actu 8. declinare. Hinc eſt enim quod Simon magus per
impoſitionem manus edita miracula conſpiciens,
percipere donū ſpiritusſancti pecunia uoluit, ſcili
cet, ut deterius uenderet, quod male compararet.
Hinc de templo redēptor noſter, flagello de reſti Iohan.
culis facto, turbas eiecit, cathedras uendentiū co-
lumbas euertit. Columbas quippe uēdere, eſt im-
poſitionem manus qua ſpiritus accipitur, non ad ui-
tæ meritum, ſed ad præmiū dare. Sed ſunt nonnul
li qui quidem nummorum pręmia ex ordinatione
non accipiunt, & tamen ſacros ordines pro huma
na gratia largiuntur, atq́ de largitate eadem lau-
dis ſolummodo retributionem quærunt. Hi nimi-
rum quod gratis acceptū eſt, gratis non tribuunt,
quia de impēſo officio ſanctitatis, nummum fauo-
ris expetunt. Vnde bene cum iuſtum uirum deſcri-
beret propheta, ait: Qui excutit manus ſuas ab o-
mni munere. Neq́ enim dicit, qui excutit manus
ſuas à munere, ſed adiunxit, ab omni: quia aliud eſt
munus ab obſequio, aliud eſt munus à manu, aliud
munus à lingua. Munus quippe ab obſequio eſt
ſubiectio indebite impenſa, munus à manu eſt pe-
cunia, munus a lingua fauor. Qui ergo ſacros ordi Iſaie. 33
nes tribuit, tunc ab omni munere manus excutit,
quando in diuinis nō ſolum nullam pecuniam, ſed
etiam humanam gratiam non quærit. Sed uos fra
tres chariſſimi, quos ſecularis habitus tenet, cum
quæ ſunt ueſtra cognoſcitis, mentis oculos ad ue-
ſtra reuocare. Cūcta ergo uos uiciſſim gratis agi-
te, nolite operis ueſtri in hoc mundo retributionē
quærere, quem cum tanta iam cernitis uelocitate
defeciſſe. Sicut mala acta abſcondi uultis, ne a uobis
uideant: ita & bona ne ad humanam laudem appa
reant cauete. Neq́ mala quoquo modo, nec bona
pro temporali retributione faciatis. Ipſum teſtē
ueſtri operis quærite, quem iudicem ſuſtinetis.
Occulta nūc eſſe bona ueſtra uideat, ut ea retribu-
tionis ſuæ tempore in publico oſtendat. Sicut car
ni ueſtræ, ne deficiat, cibos quotidie pręberis, ſic
mentis ueſtræ quotidiana alimenta bona ſint ope-
ra. Cibo corpus paſcitur, pio opere ſpiritus nutri-
atur. Quod morituræ carni tribuitis, uicturæ in
perpetuum animæ non negetis. Si quādo enim re-
pentinus ignis habitaculum abſumit, quiſquis eius
poſſeſſor extiterit, rapit quod ualuerit, & fugit.
Lucrum deputat, ſi quid ſecum ex ignibus tollat.
Ecce tribulationum flamma mūdum concremat,
& cuncta quæ in eo ſpecioſa uidebantur, finis iam
proximus uelut ignis deuaſtat. Lucrum ergo fra-
tres maximum credite, ſi uobiſcum aliquid de illo
rapiatis, ſi quid fugientes tollitis, ſi hoc quod per-
ire remanendo poterat, ad retributionem perpe-
tuam uobis largiendo ſeruatis. Terrena quippe
omnia ſeruando totaliter amittimus, ſed bene lar-
giendo ſeruamus. Cum uelocitate tempora fu-
giunt. Ad uidendum ergo citius iudicem noſtrum
quia cum magna importunitate compellimur, ceu
ex bonis actibus feſtinanter præparemur, adiu-
uante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui uiuit & re-
gnat in ſecula ſeculorum, Amen.

DE APOSTOLIS.

Iohan. xv.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is: Hæc mādo uobis, ut diligatis inuicem.
Si mūdus uos odit, ſcitote quia me priorē
uobis odio habuit. Et reliq. Homilia bea-
ti Auguſtini epiſcopi.

Iohā.15. IN lectione euangelica quæ hanc antece-
dit, dixerat dñs: Nō uos me elegiſtis, ſed
ego elegi uos, & poſui uos ut eatis, & fru-
ctum afferatis, & fructus ueſter maneat,
ut quodcunq; petieritis patrem in nomi-
ne meo, det uobis. De quibus uerbis iam uos quod
dedit dominus, diſſeruiſſe meminiſtis. Hic autē di
cit in lectione quam modo cum recitaretur, audi-
ſtis: Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem. Ac ꝑ
hoc intelligere debemus, hūc eſſe fructum noſtrū,
de quo ait: Ego elegi uos ut eatis & fructum affe-
ratis, & fructus ueſter maneat. Et quod adiunxit,
* bonū ut quodcunq; * petieritis patrē in nomine meo,
det uobis, tunc utiq; dabit nobis, ſi diligamus inui
cem, cum & hoc ipſum ipſe dederit nobis, qui nos
elegit non habentes fructum, quia non eum nos
elegeramus, & poſuit nos ut fructum afferamus,
hoc eſt, inuicem diligamus. Quem fructū ſine illo
afferre non poſſumus, ſicut palmites facere ſine ui-
te nihil poſſunt. Charitas ergo eſt fructus noſter,
1. Tim 1. quam definit Apoſtolus de corde puro, & conſci-
entia bona, & fide non ficta, hac diligimus inuicē,
hac diligimus deum. Neq; enim uera dilectione
diligeremus inuicem, niſi diligeres deum. Diligit
enim unuſquiſq; proximū ſuum tanquam ſeipſum,
ſi diligit deum. Nam ſi deum non diligit, non dili-
Matt.22 git ſeipſum In his enim charitatis duobus præce-
ptis tota lex pendet, & prophetæ. Hic eſt fructus
noſter. De fructu itaq; nobis mandans. *Hæc quippe
mando nobis, ut diligatis inuicem.* Vnde & Apoſtolus
Paulus, cum contra opera carnis commendare fru
Gala. 5. ctum ſpiritus uellet, a capite hoc poſuit. Fructus,
inquit, ſpiritus charitas eſt. Ac deinde cętera tanq̃
ex iſto capite exorta uel religata, contexuit, quæ
ſunt gaudium, pax, longanimitas, benignitas, boni
tas, fides, manſuetudo, continentia, caſtitas. Quis
autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde
gaudet? Quis pacem ueram, niſi cum illo poteſt ha
bere, quem ueraciter diligit? Quis eſt longanimis
in bono opere perſeueranter manēdo, niſi ferueat
diligendo? Quis eſt benignus, niſi diligat cui opi-
tulatur? Quis bonus, niſi diligēdo efficiatur? Quis
ſalubriter fidelis, niſi ea fide quę ꝑ dilectionē ope-
ratur? Quis manſuetus utiliter, cui dilectio non
moderetur? Quis ab eo continet unde turpatur,
niſi diligat unde honeſtatur? Merito itaq; magiſter
bonus dilectionem ſic ſæpe commendat, tanquam
ſola pręcipienda ſit, ſine qua non poſſunt prodeſſe
cætera bona, & quę non poteſt haberi ſine cęteris
bonis, quibus homo efficitur bonus. Pro hac autē
dilectione patienter debemus etiam odia mundi
ſuſtinere. Neceſſe eſt enim ut nos oderit, quos cer
nit nolle quod diligit. Sed plurimum nos de ſeipſo
dominus conſolatur, qui cum dixiſſet: Hæc man-
do uobis, ut diligatis inuicem, adiecit atq; ait: ¶ *Si
mundus uos odit, ſcitote quia me priorem uobis odio ha
buit.* Cur ergo ſe membrum ſuper uerticem extol-
lit? Recuſas eſſe in corpore, ſi non uis odium mun-
di ſuſtinere cum capite. ¶ *Si de mundo, inquit, eſſe-
tis, mundus quod ſuum erat diligeret.* Vniuerſæ hoc
utiq; dicit eccleſiæ, quam plerunque etiam ipſius
2. Cor. 5 mundi nomine appellat, ſicut eſt illud: Deus erat
Iohan. 3. in Chriſto, mundū reconcilians ſibi. Item illud:
Non uenit filius hominis ut iudicet mundum, ſed
ut ſaluetur mundus per ipſum. Totus ergo mun-
dus eccleſia eſt, & totus mundus odit eccleſiam.
Mundus ergo odit mundum, inimicus reconcilia-
tum, damnatus ſaluatum, inquinatus mundatum.

Sed iſte mundus quem deus in Chriſto reconciliat
ſibi, & qui per Chriſtum ſaluatur, & cui per Chri
ſtum omne peccatum donatur, de mundo electus
eſt, inimico damnato, contaminato. Ex eadē quip
pe maſſa quæ ſic tota in Adam perijt, ſiunt uaſa
miſericordiæ, in quibus eſt mundus pertinens ad
ad reconciliationem, quam mūdus odit, ex eadem
maſſa, pertinens ad uaſa iræ quæ perfecta ſunt ad
perditionem. Deniq; cum dixiſſet dominus: Si de
mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret,
continuo ſubiecit. ¶ *Quia uero de mundo non eſtis,
ſed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus.*
Ergo & ipſi inde erant, unde ut non eſſent, electi
ſunt inde, non meritis ſuis quorum nulla præceſſe-
rant bona opera, non natura quæ tota fuerat per
liberum arbitrium in ipſa radice uitiata, ſed gra-
tuita, hoc eſt, uera gratia. Qui enim de mūdo mū-
dum elegi fecit, quod eligeret non inuenit. Si au-
tem quæratur quomodo ſe diligat mundus perdi
tionis, qui odit mundum redemptoris. Diligit ſe
falſa dilectione, non uera, proinde falſo ſe diligit,
& uere odit. Qui enim diligit iniquitatem, odit
animam ſuam. Sed diligere ſe dicitur, qui iniquita Pſal. 10.
tem qua iniquus eſt diligit, & rurſus odiſſe ſe dici-
tur qui quod ei nocet, diligit. Odit ergo in ſe natu
ram, diligit uitium. Odit quod factus eſt per dei
bonitatem, diligit quod in eo factum eſt per libe-
ram uoluntatem. Vnde nos quoq; illum diligere
& prohibemur ſi recte intelligimus, & iubemur.
Prohibemur ſcilicet ubi nobis dicitur, nolite dili- 1. Ioh. 5.
gere mundum, iubemur autem ubi nobis dicitur, Lucæ. 6
diligite inimicos ueſtros. Ipſi ſunt enim mundus
qui nos odit. Ergo prohibemur diligere in illo,
quod ipſe diligit in ſeipſo: & iubemur diligere in
illo, quod ipſe odit in ſeipſo, dei ſcilicet, opificium
& diuerſas bonitatis ſuæ conſolationes. Vitium
quippe in illo diligere prohibemur, iubemurq; di-
ligere naturam, cum ipſe in ſe diligat uitium, ode-
ritq; naturam, ut nos eum & diligamus & oderi-
mus recte, cum ſe ipſe diligat oderitq; peruerſe.
¶ *Mementote ſermonis mei quem ego dixi uobis, nō eſt
ſeruus maior domino ſuo.* Si me perſecuti ſunt, & uos
perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerūt, &
ueſtrum ſeruabunt. Dicendo autem: Non eſt ſer-
uus maior domino ſuo, nonne euidenter oſtendit,
quemadmodum intelligere debeamus, quod ſupe
rius dixerat, iam nō dicam uos ſeruos? Ecce enim
ſeruos eos dicit, nam quid eſt aliud, non eſt ſeruus
maior domino ſuo, niſi, ſi me perſecuti ſunt, & uos
perſequentur? Manifeſtum eſt igitur illū ſeruum 1. Ioh. 4
qui non manet in domo in æternum, illum perti-
nentem ad timorem, quem foras charitas mittit,
eſſe intelligendum, ubi dictum eſt, iam non dicam
uos ſeruos: hic autem ubi dicitur, non eſt ſeruus
maior domino ſuo: ſi me perſecuti ſunt, & uos per
ſequentur: illum ſignificari ſeruum pertinētem ad
timorem caſtum, qui permanet in ſeculum ſeculi.
Hic enim ſeruus eſt auditurus: Euge ſerue bone, Mat. 25.
intra in gaudium domini tui. ¶ *Sed hæc omnia, in-
quit, facient uobis propter nomen meum, quia neſciunt
eum qui me miſit.* Quæ omnia facient niſi quæ dixit,
odio habebunt ſcilicet, & ꝑſequentur, ſermonemq;
contemnent? Quoniam ſi ſermonem non ſeruarēt
eorum, nec tamen odiſſent eos, neq; perſequeren-
tur, uel etiam ſi odiſſent, nec tamen perſequeren-
tur, non omnia facerent. Hæc autem omnia faciēt
uobis, inquit, propter nomē meum. Quid eſt aliud
dicere, quam me in uobis odio habebunt, me in uo

bis perſequētur, & ſermonem ueſtrum, qoia meus
eſt, ideo non ſeruabunt? Hæc enim omnia facient
uobis propter nomē meum, non ueſtrum, ſed me-
um. Tanto igitur miſeriores qui propter hoc no-
men iſta faciunt, quanto beatiores qui propter
hoc nomen iſta patiuntur, ſicut ipſe alio loco di-
Matt.5. cit: Beati qui perſecutionem patiuntur propter
iuſtitiam, hoc eſt enim propter me, uel propter
1.Cor.1. nomen meum, quia ſicut docet Apoſtolus, factus
eſt nobis ſapientia a deo & ſanctificatio & redem
ptio, ut qoemadmodum ſcriptum eſt: Qui gloria-
tur, in domino glorietur. Faciunt quippe iſta mali
malis, ſed non propter iuſtitiam, & ideo miſeri
utrinque, & qui faciunt, & qui patiuntur. Faciunt &
boni malis, ubi etſi faciunt iſti propter iuſtitiam,
non tamen illi propter ioſtitiam patiuntur. Item
quæri poteſt, ſi etiam mali perſecutionem faciunt
malis, ſicut impij reges & iudices, cum eſſent per-
ſecutores piorū, utique & homicidas & adulteros,
& quoſcunque maleficos quos contra leges publi-
cas feciſſe cognoſcerent, puniebant, quomodo in-
telligendum eſt quod ait dominus: ¶ *Si de mundo
fuiſſetis, mundus quod ſuum eſt, diligeret.* Neque enim
quos punit mundus, diligit, a quo uidemus ſupra-
dicta ſcelerum genera plerunque puniri, niſi quia
mundus eſt in eis, à quibus talia ſcelera uel puni-
untur uel patiūtur: mundus eſt & in eis, à quibus ta
lia ſcelera diliguntur. Mundus itaque ille qui intelli
gitur in malis atque impijs, & odit quod ſuum eſt,
ex ea parte hominum qua ſceleratis nocet: & dili
git quod ſuum eſt, ex ea parte hominum qua eiſdē
ipſis conſceleratis fauet. Ergo hæc omnia facient
uobis propter nomē meū, uel ita dictum eſt, pro-
pter quod uos patimini: uel ita, propter quod &
ipſi faciunt, quia & hoc in uobis dum perſequun-
tur oderunt. Et addidit. ¶ *Quia neſciunt eum qui me
miſit.* Hoc ſecundum eam ſcientiam dictum intelli
gendum eſt, de qua & alibi ſcriptum eſt: Scire au-
Sap 6. tem te, ſenſus eſt conſummatus. Hac quippe ſcien-
tia qui ſciunt patrem a quo miſſus eſt Chriſtus,
nullo modo perſequuntur eos quos colligit Chri-
ſtus, quia & ipſi cum eis colliguntur à Chriſto.
¶ *Si non ueniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non
haberent.* Superius dixerat dominus, ſi me perſecu
ti ſunt, & uos perſequentur: ſi ſermonē meum ſer-
uauerunt, & ueſtrum ſeruabunt: ſed hæc omnia fa
cient uobis propter nomen meum, quia neſciunt
eum qui me miſit. De quibus autem hoc dixerit,
ſi quæramus, inuenimus eum ad hęc uerba ueniſſe,
ab eo quod dixerat, ſi mundus uos odit, ſcitote quia
me priorem uobis odio habuit. Nunc uero quod
addidit, ſi non ueniſſem, & locutus fuiſſem eis, pec
catum non haberent, Iudæos oſtendit expreſſius.
De his ergo & illa dicebat, nam hoc indicat uer-
borum ipſa contextio. Iudæi ergo perſecuti ſunt
Chriſtum, quod euidentiſſime indicat euāgelium,
Iudæis locutus eſt Chriſtus, non alijs gentibus. In
eis ergo uoluit intelligi mundum, qui odit Chri-
ſtum, & diſcipulos eius, imo uero non eos ſolos,
ſed hos quoque ad eundem mundum pertinere
monſtrauit. Quid eſt ergo, ſi non ueniſſem, & lo
cutus eis fuiſſem, peccatum non haberent? Nun-
quid ſine peccato erant Iudæi antequam Chriſtus
ad eos in carne ueniſſet? Quis hoc uel ſtultiſſimus
dixerit? Sed magnum quoddam peccatum, non o-
mne peccatum, quaſi ſub generali nomine uult in-
telligi. Hoc eſt enim peccatum quo tenentur cun-
cta peccata, quod unuſquiſque ſi non habeat, dimit-
tuntur ei cuncta peccata. Hoc eſt autem, qoia non
crediderunt in Chriſtum, qui propterea uenit, ut
credatur in eum. Hoc peccatum, ſi non ueniſſet, nō
utique haberent. Aduentus quippe eius quātum cre
dentibus ſalutaris, tantum non credentibus exitia
bilis factus eſt, tanquam & ipſe caput & princeps 2.Co.2,
Apoſtolorum quod de ſe ipſi dixerunt extiterit,
quibuſdam quidem odor uitæ in uitam, quibuſ-
dam uero odor mortis in mortem. Sed quod ad-
iunxit atque ait: ¶ *Nunc autem excuſationem non ha-
bent de peccato ſuo,* poteſt mouere quærentes, utrū
hi ad quos non uenit Chriſtus, nec locutus eſt eis,
habeant excuſationem de peccato ſuo. Si enim nō
habent, cur hic dictum eſt propterea iſtos non ha
bere, quia uenit & locutus eſt eis? Si autem habēt,
utrum ad hoc habeant ut a pœnis alienentur, an
ut mitius puniantur? Ad hæc inquiſita, pro captu
meo domino donante reſpondeo, habere illos ex-
cuſationem, non de omni peccato ſuo, ſed de hoc
peccato quo in Chriſtum nō crediderunt, ad quos
non uenit, & quibus non eſt locutus. Sed non in eo
ſunt numero hi ad quos in diſcipulis uenit, & qui
bus per diſcipulos eſt locutus, quod & nunc facit.
Nam per eccleſiam ſuam uenit ad gentes, & per
eccleſiam ſuam loquitur gentibus. Ad hoc enim
pertinet quod ait: Qui uos recipit, me recipit: & Mat.10.
qui uos ſpernit, me ſpernit. An uultis (inquit Apo- Luc.10.
ſtolus Paulus) experimentum accipere eius qui in 2.Co.13
me loquitur Chriſtus? Reſtat inquirere, utrum hi
qui prius quam Chriſtus in eccleſiam ueniret ad
gentes, & prius quam euangelium eius audirent,
uitæ huius fine præuenti ſunt, ſiue præueniun-
tur, poſſunt habere hanc excuſationem. Poſſunt
plane, ſed non ideo poſſunt effugere damnationē.
Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege Rom.2.
& peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per
legem iudicabuntur. Tanta eſt autem ſupplicio-
rum, quanta eſt diuerſitas peccatorum. Quæ quo-
modo ſe habeat, altius iudicat ſapientia diuina,
quam coniectura ſcrutatur aut effatur humana.
Iſti certe ad quos uenit, & quibus locutus eſt Chri
ſtus, non habent de magno infidelitatis pecca-
to illam excuſationem, qua poſſint dicere, non ui-
dimus, non audiuimus, ſiue non acceptaretur excu
ſatio ab illo, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, ſiue
acceptaretur, & ſi non ab omni damnatione libe-
rarentur, certe ut aliquanto lenius damnarentur.
fortaſſe dicatur: Quis poteſt odiſſe quem neſcit?
Et utique antequam diceret, ſi non ueniſſem, & lo
cutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, dixerat
diſcipulis ſuis: ¶ *Hæc facient uobis, quia neſciunt eum
qui me miſit.* Non itaque diſſimulanda naſcitur quæ-
ſtio, quomodo poſſint odiſſe quem neſciunt? Si e-
nim deum non quod eſt ipſe, ſed neſcio quid aliud
eum ſuſpicantur aut credunt, & hoc oderunt, utis
que non ipſum oderunt, ſed quod ſua mendaci ſuſ
picione uel uana credulitate concipiunt. Si autem
quod eſt, hoc de illo ſentiunt, quomodo eum neſciā
re dicuntur? Et de hominibus qoidem fieri po-
teſt, ut eos ſæpe quos nunquā uidimus diligamus:
ac per hoc nec illud econtrario impoſſibile eſt, ut
eos quos nunquam uidimus oderimus. Famá quip
pe de aliquo ſermocinante, ſeu bene ſeu male, fit
nō immerito, ut amemus uel oderimus ignotum.
Sed ſi fama ſit uerax, quomodo eſt de quo uera di-
dicimus, dicendus ignotus? An quia eius faciem
non uidimus? Quam cum & ipſe non uideat, nullē
tamen poteſt notior eſſe quam ſibi. Non igitur in

eius

eius facie corporali nobis intimatur cuiuſque noti
tia. Sed tunc nobis ad cognitionem patet, quando
eius mores & uita non latent. Alioquin nec ſeip
ſum noſſe quiſquam poteſt, qui uidere faciem ſuã
non poteſt. Sed utique tanto certius quam notus eſt
alijs, ipſe ſe nouit, quanto certius interiori conſpe
ctu poteſt uidere quod ſapit, uidere quod cupit,
uidere quod uiuit. Quæ cum aperiuntur & nobis,
tunc uere fit cognitus nobis. Proinde ſicut fieri po
teſt, ut homo bonus hominem bonum oderit ne
ſciens, uel potius diligat neſciens, ipſum enim dili
git cum bonum diligit, quia id quod eſt ille, hoc
iſte diligit: oderit autem neſciens, non ipſum, ſed
quod putat eſſe ipſum: ita fieri poteſt, ut etiam ho
mo iniuſtus oderit hominem iuſtum, & dum æſti
mat ſe ſui ſimilem iniuſtum diligere, neſciens dili
gat iuſtum, & tamen dum eum credit iniuſtum, di
ligat non ipſum, ſed quod putat eſſe ipſum: quem
admodum autem hominem, ita & deum. Denique
ſi interrogarentur Iudæi, utrum diligerent deum,
quid ſe aliud quam diligere reſponderent? Nec ex
animo mentientes, ſed errando potius opinantes.
Quomodo enim diligerent patrem ueritatis, qui
haberent odio ueritatem? Nolunt enim facta ſua
damnari, & hoc habet ueritas, ut talia facta dam
nentur. Tantum ergo oderunt ueritatem, quan
tum oderunt ſuas pœnas, quas talibus irrogat ue
ritas. Neſciunt autem illam eſſe ueritatem, quæ ta
les quales ipſi ſunt damnat. Oderunt ergo quam
neſciunt, & cum illam oderũt, profecto & eum de
quo nata eſt, niſi odiſſe non poſſunt. Ac per hoc quia
ueritatem qui a ✱ ueritatem qua iudicante damnantur, de patre
deo ✱ natam neſciunt, utique etiam ipſum & neſci
donatã unt & oderunt. O miſeros homines, qui cum eſſe
uolunt mali, nolunt eſſe ueritatem qua damnãtur
mali. Nolunt enim eam eſſe quod eſt, cum ſeipſos
debeant nolle eſſe quod ſunt, ut ipſa manente mu
tentur, ne ipſa iudicante damnentur. Deinde do
minus addidit: ¶ *Si opera non feciſſem in eis quæ ne
mo alius fecit, peccatum non haberent.* Peccatum ſcili
cet illud magnum, de quo & ſuperius ait: Si non
ueniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non ha
berent, hoc eſt, peccatum quo in eum loquentem
& operantem non crediderũt. Neque enim nullum
habebant peccatum, antequam loqueretur eis, &
operaretur in eis, ſed hoc peccatum quo in eum
non crediderunt, ideo ſic cõmemoratur, quia ipſo
peccato tenentur, & cætera. Hoc enim ſi non ha
berent, & in eum crederent, dimitterentur & cæ
tera. Sed quid eſt hoc quod cũ dixiſſet, ſi opera nõ fe
ciſſem in eis, mox addidit, quæ nemo alius fecit?
Nulla quippe in operibus Chriſti uidentur eſſe
maiora quam ſuſcitatio mortuorum, quod ſcimus
3 Re. 17 etiam antiquos feciſſe prophetas. Fecit enim
4. Re. 4 hoc Elias, fecit Eliſeus, & cum in hac carne uiue
4. Re. 13 ret, & cum in ſuo monumento ſepultus iaceret.
Nam quidam portantes mortuum, cum irruenti
bus hoſtibus eo refugiſſent, eumque ibi poſuiſſent,
Mat. 14. continuo reſurrexit. Fecit tamen aliqua Chriſtus
Mat. 15. quæ nemo alius fecit, quod ſcilicet quinque millia
Mat. 14. hominũ de quinque, & quatuor millia de ſeptem
Johan. 2 panibus pauit, quod ſuper aquas ambulauit, & Pe
Joh. 9. tro ut hoc faceret præſtitit, quod aquam mutauit
in uinum, quod aperuit oculos cæci nati, & alia
multa, quę commemorare lõgum eſt. Sed reſpon
detur nobis, & alios feciſſe quæ ipſe non fecit, &
quæ nemo alius fecit. Quis enim niſi Moyſes Ae
gyptios plagis tot tantiſque percuſſit? diuiſo mari
rubro populum eduxit, & manna de cœlo eſurien
tibus impetrauit, aquam de petra ſitientibus fu Exod. 7
dit? Quis niſi Ieſu Naue populo tranſituro Iorda Exo. 14
nis fluenta diuiſit, & currẽtem ſolem emiſſa ad do Exo. 16.
minũ oratione frenauit & fixit? Quis præter Sam Exo. 17.
ſonem propter ſuam ſitim maxilla mortui aſini ex Ioſue. 4
undãte ſatiatus eſt? Quis pręter Eliã curru igneo Ioſ. 10.
in alta ſubuectus eſt? Quis præter Eliſeum, quod Iud. 15.
paulo ante memoraui, ſepulto ſuo cadauere, cada 4. Re. 2.
uer alterius reddidit uitę? Quis præter Danielem 4. Re. 13
inter ora incluſorum ſecum leonum eſurientium
uixit innocuus? Quis pręter tres uiros Ananiam, Dan. 6.
Azariam, Miſaelem, in flammis ardentibus & nõ Dan. 3.
urentibus deambulauit illæſus? Prætereo cætera,
quoniam hæc ſatis arbitror eſſe quibus demõſtre
tur & alios ſanctos quædã opera mirãda feciſſe, quæ
nemo alius fecit. Sed qui tam multa uitia, & ma
las ualetudines uexationesque mortalium tanta po
teſtate ſanaret, nullus omnino legitur antiquorũ.
Vt enim taceatur quod iubendo ſicut occurrebãt Matt. 1.
ſaluos ſingulos fecit, Marcus euangeliſta quodam
alio loco ait: Veſpere autem facto cum occidiſſet
ſol, afferebant ad eum omnes male habentes, &
dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congre
gata ad ianuam, & curauit multos qui uexabãtur
uarijs languoribus, & dæmonia multa eijciebat. Matt. 8.
Id autem cum commemoraſſet Matthæus, etiam Iſaię 53.
teſtimonium propheticum addidit, dicens: Vt ad
impleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophe
tam dicentem: Ipſe infirmitates noſtras recepit,
& ægrotationes portauit. Item in alio loco dicit Matt. 6.
Marcus: Et quocunque introibat in uicos, uel in uil
las, aut in ciuitates, in plateas ponebant infirmos,
& deprecabantur eum, ut uel fimbriam ueſtimen
ti eius tangerent: & quotquot tangebant eum,
ſalui fiebant. Hæc nemo alius fecit in eis. Sic e
nim intelligendum eſt quod ait, in eis, non inter
eos, uel coram eis, ſed prorſus in eis, quia ſanauit
eos. Hæc quippe intelligi uoluit, quæ non ſolum
facerent admirationem, uerum etiam manifeſtam
conferrent ſalutem: quo quibus beneficijs utique
amorem, non odium retribuere debuerũt. Omnia
quidem cæterorum miracula ſuperat, quod natus
eſt de uirgine, matrisque integritatem ſolus potuit
nec conceptus uiolare, nec natus, ſed hoc nec co
ram eis factum eſt, nec in eis. Ad cognoſcendam
quippe huius miraculi ueritatem, nec communi
cũ eis aſpectu, ſed diſcreto ab eis diſcipulatu apo
ſtoli peruenerunt. Iam uero illud, quod die tertia
in carne in qua occiſus fuerat, de ſepulchro ſe red
didit uiuum, & nunquam deinde moriturus cum
illa aſcendit in cœlum, ſuperat etiam cuncta quæ
fecit. Sed neque hoc factum eſt in Iudęis, neque corã
eis, & nondum hoc fecerat quando dicebat, ſi ope
ra non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit. Nimi
rum ergo ſunt illa quæ in eorũ ualetudinibus tan
ta miracula ſalutis oſtendit, quanta in illis antea
nemo donauit. Hæc enim uiderunt, & hoc eis ex
probrans adiungit, & dicit: ¶ *Nunc autem & uide* Pſal. 34.
*runt, & oderunt & me & patrem meum. Sed ut imple
atur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio ha
buerunt me gratis.* Eorum legem dicit, non ab ipſis
inuẽtam, ſed ipſis datam, ſicut dicimus: Panem no Matt. 6.
ſtrum quotidianum, quem tamen a deo petimus,
addendo, da nobis. Gratis autem odit, qui nullum
ex odio commodum quærit, nec incommodum fu
git. Sic oderunt deum impij, ſic diligunt iuſti. Hoc
eſt gratis, ut alia præter illum non expectent bo

ſpiritum roborant, dæmonibus imperant, uirtuti-
bus coruſcant, præſentia deſpiciunt, æternam pa-
triam cũ uoce & moribus prædicant, eam etiã mo-
riendo diligũt, atq; ad illam per tormenta pertin-
gunt. Occidi poſſunt, & flecti nequeunt. Nimis er-
go cõſortatus eſt principatus eorũ. In iſta ipſa paſ-
ſione qua ceciderunt in mortẽ carnis, uidete quan-
tum fuerit culmẽ mentis. Vnde hoc, niſi quia con-
fortatus eſt principatus eorum? Sed ſic magni for-
ſitan pauci ſunt, ſubiunxit: Dinumerabo eos, & ſu-
per arenam multiplicabuntur. Per totum mundum
fratres aſpicite, martyribus plenus eſt. Iã uero tot
qui uideamus non ſumus, quot ueritatis teſtes ha-
bemus. Deo ergo numerabiles, nobis ſuper arenã
multiplicati ſunt, qui quãti ſint, à nobis cõprehen-
di non poſſunt. Sed quiſquis ad hãc peruenit digni-
tatem, ut amicus uocetur dei, ſeſe in ſe conſpiciat:
dona aũt quæ percepit ſuper ſe, nihil ſuis meritis
tribuat, ne ad inimicitias erumpit. Vnde & ſubdit:
¶ *Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos, & poſui uos, ut
eatis & fructum afferatis.* Poſui ad gratiam, planta-
ui, ut eatis uolendo, fructũ afferatis operando. Ea-
tis enim uolendo dixi, quia uelle aliquid facere, iã
mẽte ire eſt. Qualẽ uero fructũ afferre debeant, ſub-
ditur: ¶ *Et fructus ueſter maneat.* Omne q̃d ſecundũ
pręſens ſeculum laboramus, uix uſq; ad mortẽ ſuf-
ficit. Mors nanq; interueniens, fructũ noſtri labo-
ris abſcindit. Quod uero pro uita æterna agitur,
etiã poſt mortẽ ſeruatur, & tũc apparere incipit,
cum laborũ carnaliũ fructus cœperit nõ uideri. Ibi
ergo illa retributio inchoat, ubi iſta terminatur.
Quiſquis igitur iã æterna cognouit, apud eius ani-
mum iã tẽporales fructus uileſcũt. Tales ergo fru-
ctus operemur, qui maneãt. Tales fructus opere-
mur, qui cũ mors cũcta interimit, ipſi exordium à
morte ſumant. Nam quod à morte incipiãt fructus
Pſal.126 dei, teſtatur propheta qui ait: Cũ dederit dilectis
ſuis ſomnũ, hæc eſt hęreditas dñi. Omnis qui dor-
mit in morte, perdet hæreditatẽ. Sed cum dederit
dilectis ſuis ſomnũ, hæc eſt hęreditas dñi, quia ele-
cti dei poſtq̃ peruenerint ad mortem, tunc inueni-
unt hæreditatẽ. Sequitur: ¶ *Vt quodcunq; petieritis
patrem meũ in nomine meo, det uobis.* Ecce hic dicit,
quodcunq; petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit uo-
bis. Rurſum alibi per eundem euangeliſtã dicit: Si
quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis.
uſq; modo non petiſtis quicquam in nomine meo.
Iohan.6 Si omne q̃d petimus in nomine filij, dat nobis pa-
ter, quid eſt q̃d Paulus ter dominum rogauit, & ex-
audiri non meruit, ſed dictum eſt illi: Sufficit tibi
gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur?
Nunquid ille tam egregius prædicator in filij noĩe
Iohã.16. non petijt? Quare autem non accepit quod petijt?
Quomodo ergo uerum eſt, quia quicq̃d petierimus
patrem in nomine filij, dat nobis pater, ſi auferri à
ſe angelum ſatanæ petijt Apoſtolus in nomine filij,
& tamen q̃d petijt non accepit? Sed q̃a nomen filij
Ieſus eſt, Ieſus aũt ſaluator, uel etiam ſalutaris di-
citur, ille ergo in nomine ſaluatoris petit, qui illud
petit quod ad uerã ſalutem pertinet. Nam ſi id q̃d
non expedit, petitur, non in nomine Ieſu petitur
pater. Vnde & eiſdem apoſtolis adhuc infirmanti-
ij.Cor.12 bus dominus dicit: Vſq; modo nõ petiſtis quicq̃ in
nomine meo. Ac ſi aperte dicat: Non petiſtis in no-
mine ſaluatoris, qui neſcitis quærere æternum ſa-
lutem. Hinc eſt q̃d & Paulus non exauditur, quia ſi
liberaretur a tẽtatione, ei non prodeſſet ad ſalutẽ.
Ecce audiuimus fratres chariſſimi, quã multi ad ſo-
lennitatem martyris conueniſtis, genua flectitis, pe-
ctus tunditis, uoces orationis ac cõfeſſionis emit-
titis, faciem lachrymis rigatis. Sed penſate quæſo
petitiones ueſtras, uidete ſi in nomine Ieſu petitis,
id eſt, ſi gaudia ſalutis æternæ poſtulatis. In domo
enim Ieſu Ieſum non quæritis, ſi in æternitatis tẽ-
plo importunæ pro tẽporalibus oratis. Ecce alius
in oratione quærit uxorẽ, alius petit uillã, alius po-
ſtulat ueſtem, alius dari ſibi deprecatur alimẽtum.
Et quidem cum hæc deſunt, ab omnipotẽti deo pe-
tenda ſunt. Sed meminiſſe cõtinue debemus, quod
ex mandato eiuſdem redemptoris noſtri accepi-
mus: Primum quærite regnum Dei & iuſtitiam e-
ius, & hæc omnia adijcientur uobis. & hæc itaque Mat.6.
ab Ieſu petere non eſt errare, ſi tamen non nimie
petantur. Sed adhuc, quod eſt grauius, alius poſtu-
lat mortem inimici, eumq; quem gladio nõ poteſt
perſequi, perſequitur oratione. Et uiuit adhuc qui
maledicitur, & tamen is qui maledicit, iam de mor-
te illius reus tenetur. Iubet aũt Deus ut diligatur
inimicus, & tamen rogatur deus ut occidat inimi-
cum. Quiſquis itaq; ſic orat, in ipſis ſuis precibus
contra conditorem pugnat. Vnde & ſub Iudæ ſpe-
cie dicitur: Fiat oratio eius in peccatum. Oratio Pſal.108.
quippe in peccatum, eſt illa petere quæ prohibet
ipſe qui petitur. Hinc ueritas dicit: Cum ſtatis ad Mat.11.
orandum, remittite ſi quid habetis in cordibus ue-
ſtris. Quam uirtutem remiſſionis apertius oſtẽdi-
mus, ſi unum teſtimonium ueteris teſtamenti pro-
feramus. Certe cum Iudæa cõditoris ſui iuſtitiam
culpis exigẽtibus offendiſſet, prophetã ſuũ ab ora-
tionibus dñs prohibet, dicens: Non aſſumas laudẽ Hiere.7
& orationẽ pro eis. Si Moyſes & Samuel ſteterint Hiere.15
coram me, non eſt aĩa mea ad populum iſtũ. Quid
eſt q̃d intermiſſis, relictiſq; tot patribus, ſoli Moy-
ſes & Samuel in medium deducuntur, quorũ mira
obtinendi uirtus oſtenditur, dũ nec ipſi intercede-
re poſſe dicũtur? Ac ſi aperte dñs dicat: Nec illos ꝑ
eis audio, quos propter magnũ petitionis ſuę me-
ritum minime contemno. Quid ergo eſt, q̃d Moy-
ſes & Samuel cęteris patribus in poſtulatione pręe-
feruntur, niſi quod duo hi tantummodo in cun-
cta teſtamenti ueteris ſerie, etiam pro inimicis ſu- Exo.17
is leguntur exoraſſe. Vnus à populo lapidibus im-
petitur, & tamen pro lapidatoribus ſuis Domi-
num deprecatur. Alter ex principatu deijcitur, 1.Re.12
& tamen petitus ut exoraret fatetur, dicens: Ab-
ſit à me hoc peccatum in Domino, quo minus ceſ-
ſem orare pro uobis. Si Moyſes & Samuel ſtete-
rint coram me, non eſt anima mea ad populum
iſtũ. Ac ſi aperte dicat: Nec illis modo ꝑ amicis au-
dio, q̃s magnę uirtutis merito, orare etiã pro ini-
micis ſcio. Virtus ergo uerę orationis, eſt celſitudo
charitatis. Et tunc quiſque quod recte petit adi-
piſcitur, cum eius animus in petitione nec inimi-
ci odio fuſcatur. Sed plerunq; reluctantem animũ
uincimus, ſi etiam pro inimicis oramus. Effundi-
mus pro aduerſarijs precem, ſed utinam cor teneat
amorem. Nam ſæpe & orationẽ pro inimicis no-
ſtris impendimus, ſed hanc ex præceptione potius
fundimus quã ex charitate. Nã & uitam inimicorũ
petimus, & tamen ne exaudiamur, timemus. Sed
quia internus iudex mentẽ potius quam uerba cõ-
ſiderat, pro inimico nil poſtulat, qui pro eo ex cha-
ritate non orat. Sed ecce in nos inimicus grauiter
deliquit, damna intulit, iuuãtes læſit, amantes per-
ſecutus eſt. Retinẽda hęc eſſent, ſi remittẽda nobis
delicta nõ eſſent. Aduocatus etenim noſter precẽ

nobis in cauſa noſtra compoſuit, & ipſe eiuſdem cauſæ iudex eſt, qui aduocatus. Preci autem quam
Mat. 6. compoſuit, conditionem inſeruit, dicens: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quia ergo ipſe iudex uenit, qui aduocatus extitit, ipſe precem exaudit qui fecit. Aut ergo nō facientes dicimus, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & noſmetipſos hoc dicendo amplius ligamus: aut fortaſſe hanc conditionem in oratione intermittimus, & aduocatus noſter precem quam compoſuit non recognoſcit, atq; apud ſe protinus dicit: Scio quid monui, non eſt ipſa oratio quam feci. Quid ergo nobis agendum eſt fratres, niſi ut ueræ charitatis affectum impendamus fratribus? Nulla in corde malitia remaneat. Conſiderat omnipotens deus erga proximum charitatem noſtram, ut noſtris iniquitatibus impendat pietatem ſuam. Mementote quod monemur. Dimittite, & dimittetur
Lucæ. 6. uobis. Ecce & debetur nobis, & debemus, dimittamus ergo quod debetur nobis, ut dimittatur quod debet a nobis. Sed ad hæc mens * retinet, & uult
renitit. implere quod audit, & reluctatur. Ad martyris tūbā cōſiſtimus, quia ad cœleſte regnū ea qua morte peruenit ſcimus. Nos ſi pro Chriſto corpus nō potuimus, ſaltem animū uincamus. Placatur deus iſto ſacrificio, approbat in iudicio pietatis ſuæ, uictoriā pacis noſtræ. Certamē enim cordis noſtri reſpicit, & qui poſt uincentes remunerat, nunc decertātes iuuat Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui uiuit & regnat deus, per oīa ſecula ſeculorum Amen.

IN NATALI APOSTOLORVM HOmiliæ quinq; D. Euſebij Emiſſeni.

DEcem ſunt mandata legis. Quorum primum illud eſt de quo dicitur. Non habebis Deum alienū abſq; me. Secundū autem, Non habebis ſimulachrū in domo tua. Tertium uero: Nō accipies nomen Dei tui in uanum. Quartum autem, Cole diem ſabbati. At uero quintum, Honora patrem tuum & matrem. Alia uero quę ſequūtur hæc ſunt: Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falſum teſtimoniū dices. Non concupiſces rē proximi tui. In his autē omnia legis & prophetarum præcepta continētur. Quare autē decē ſunt mandata legis: quare decem cortinæ tabernaculi: quare decem uirgines in euāgelio: quare quoque decem talenta: quare decem plagis flagellatur Aegyptus: quare decem diebus ſancti tribulationē patiuntur, eadem ratio, eademq; ſignificatio eſt. Cum igitur decē ſunt præcepta legis, qd eſt qd in hoc loco dn̄s ait: *Hoc eſt præceptum meū, ut diligatis inuicē ſicut dilexi uos*. Niſi quia omnia in decem, & decem in hoc uno, præcepta cōcluduntur. Vnde & Apoſtolus ait: quia plenitudo legis eſt dilectio: dilectio utiq; qua dominū & proximū diligimus. In his enim duobus præceptis, uniuerſa lex pendet & prophetę. Sed hæc quoq; ideo unū ſunt: quia quicunq; diligit deum, diligit & proximum. Secundū illud: Qui enim non diligit fratrē ſuum quem uidet, Deum quem non uidet quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatū habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Similiter autē qui proximū diligit & deum diligit: ſi tamen uera dilectione eū diligat. Nō eſt enim uera dilectio quę temporales utilitates attendit, & non ad æternæ beatitudinis gloriā tendit. Si enim pro talibus utilitatibus diligas fratrē tuum, ſic diligis eū ſicut equum tuū & aſinum tuum. In his enim ſimul cum ipſis utilitatibus deficit amor. At uero charitas nūquam deficit. Vnde ſcriptum eſt: aquæ multæ non potuerūt extinguere charitatem, nec flumina obruunt eam. Quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus, æmulatio: de qua æmulatione Apoſtolus ait: Aemulor enim uos dei æmulatiōe. Vera igitur dilectione proximum diligit, qui non carnis affectione, nec terreno commodo eum diligit, ſed propter Deum & præcepta Dei. Talem enim dilectionem ſe habere ipſe Dominus oſtendebat, cum diceret: Quæ eſt mater mea, & q ſunt fratres mei? Et qui fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe mea mater, & ſoror, & frater eſt. Diligo, inquit, matrē meā, & fratres meos: non quia mater mea eſt, & fratres mei, ſed quia faciūt uoluntatem patris mei. Apparet igitur quod quicunq; diligit proximum, diligit Deū: ſiquidem proximum diligit propter Deum. Similiter autem & qui Deum diligit, proximum diligit: quoniam qui deum diligit, præceptū eius cuſtodit. Et hoc eſt præceptum eius, ut nos inuicē diligamus, ſicut ipſe dilexit nos. Quō ipſe dilexit nos? plena & pfecta dilectione. *Maiorē enim hac dilectionē nemo habet, quā ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Hanc aūt dilectionē erga nos habuit Ieſus. Hanc igiī & nos habeamus. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio uobis*. Non ſunt igitur eius amici, qui eius præcepta non cuſtodiūt. *Iam non dicā uos ſeruos*? Quare? *quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius*. Quid igitur? *Vos autē dixi amicos*. Et hoc quare? *Quia omnia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci uobis*. Merito eis mutat nomina, quibus mutat officia. Non quia ſerui deſierūt eſſe, ſed quod magis familiares eſſe cœperint. Iam non ſolum ad laborē mittūtur ut ſerui, ſed ad ſecreta conſilia uocātur ut amici. Quid ſibi tamen uult quod dominus ait? *Iam non dicam uos ſeruos*. Cū unicuiq; ſuorum fidelium in fine dicturus ſit: Euge bone ſerue? Quandam mihi inter bonum & malum ſeruum differentiam facere uidetur. Seruus enim non ideo quia ſeruus eſt, ſed quia amicus eſt & fidelis, ad domini ſui ſecreta & conſilia uocatur. Serui nanque nomen opprobrij eſt, amici uero, & honoris & dignitatis. Poſſumus autē intelligere quod Dominus & ſaluator noſter fideles ſuos non increpando uel imperando, ſed blandiendo & congaudendo ſeruos dicat, ſi quando ſeruos eos dicit. Multa de bono & malo ſeruo loquitur Moyſes. Multa de ſeruo Hebræo qui poſt miſſum laborem Dominum reliquit. Multa de illo bono ſeruo, qui quoniā Dn̄m relinquere noluit, aures ad audiendū habet perforatas. Bonus ille ſeruus Abrahę, q duxit uxorem Dn̄i ſui Iſaac. Bonus ille ſeruus Dauid qui ait: Ego ſum ſeruus tuus, & filius ancillę tuæ. De malo autem ſeruo quod dicitur: Serue male & piger, qa non dediſti pecuniam meā ad menſam. Item que: Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Tales autem ſerui nō ſunt amici: & ideo tales ſerui non dicuntur, qui dei ſunt ſerui. Sequiī: *Quæcunq; audiui a patre meo nota feci uobis*. Omnia enim quæ audiui a patre nota feci eis: illo tamen tempore notificanda eis, quando & neceſſaria eis. Vnde & in ſequētibus ait: Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem uenerit ille ſpūs ueritatis, docebit uos omnem ueritatē. Sic multa determināda ſunt, quæ uniuerſaliter dici uidentur. Quale eſt illud: Cū exaltatus fuero à terris, oīa trahā ad meipſum. Itēq; Prædicate euangelium omni creaturæ. Et Apoſtolus

lus de charitate: Omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Et multa alia his ſimilia. Nam & id q̄d modo diximus, Docebit uos omnem ueritatem, ſimiliter determinandum eſt. Alioquin uerū nō eſſet quod ait Apoſtolus: Nunc cognoſco ex parte, tunc cognoſcā, ſicut & cognitus ſum. Nemo enim in hac uita cognoſcit omnem ueritatem. Dicit ergo Ieſus diſcipulis ſuis: Quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Hic igitur ſubauditur neceſſaria uobis, & reuelanda uobis. Non enim ſunt modo omnia dicenda uobis: quia non eſt ueſtrum noſſe tēpora & momēta, quę pater poſuit in ſua poteſtate. *Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos & poſui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus ueſter maneat.* Quid eſt quod in canticis canticorum Eccleſia dicit: Dilectus meus candidus & rubicūdus, electus ex milibus, ſi ipſi eū non elegerunt? Quid eſt etiā q̄d Pſalmiſta ait: Et cū electo electus eris? Elegit igitur Dominus diſcipulos ſuos, elegerūt & diſcipuli dominum. Sed ipſe prius elegit eos, & ipſi poſtea elegerunt eū. Quod utiq; non feciſſent, niſi prius eos elegiſſent. Et ipſe quidem elegit eos, ut eius diſcipuli eſſent: ipſi uero elegerunt eum, ut eorum Dominus eſſet. *Ego* (inquit) *elegi uos.* Ad quid? ut eatis in uniuerſum mundum, & prædicetis euangelium omni creaturæ *Et fructū afferatis.* Iſte fructus oīm fidelium multitudo intelligitur. De quo bene ſubditur, *Et fructus ueſter maneat.* Hoc eſt enī quod alibi ait: Qui credit in me nō morietur in æternum. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Sic tamen, ſi talia petieritis quæ ſint neceſſaria & utilia uobis, quæ Dei diſpoſitioni non ſint contraria, ueſtræq; ſaluti inimica. Quod Dominus promiſit futurum, nos uidemus eſſe completum. Scimus enim apoſtolos in nomine Ieſu Chriſti cæcos illuminaſſe, paralyticos curaſſe, leproſos mundaſſe, mortuos ſuſcitaſſe, & alia oīa ſuſcepiſſe pro quibus patrem deprecati ſunt in noīe filij. Apoſtolus tamē dicit: Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, ut me colaphizet. Propter quod & dominum rogaui ut diſcederet a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Ac ſi diceret, aduerſum te rogas & contraria poſtulas, uirtutis lorica expoliari petis. Et mox Apoſtolus cognita ratione, lætus ualde quod exauditus non fuerat, ait: Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Chriſti. Bene igitur exauditus eſt, qui modo lætatur quod exauditus non eſt.

IN NATALI APOSTOLORVM HOmilia III. D. Euſebij Emiſſeni.

MAgna eſt uirtus charitas, quæ toties diſcipulis à dn̄o commendatur. Qui hoc unum mandatum cuſtodit, legē & prophetas adimpleuit. De hoc enim per prophetā dicitur: Quia uerbum abbreuiatum faciet Dominus ſuper terrā. *Si mundus uos odit, ſcitote quia me priorē uobis odio habuit.* Nolite (inquit) mirari, ſi mundus uos odit. Nolite mirari ſi mundi amatores, uos perſequuntur & perdere nituntur: ſed potius ſcitote, & memores eſtote, quia mę priorem uobis, quia me omniū hoīm maiorem & dn̄m, non ſolum odio habuerit, uerumetiam occiderit. *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret.* Quomodo enim de mundo non ſunt, qui de hominibus nati ſunt, & de terra facti ſunt. Fuerunt, inquā, de mundo, ſed iā nunc non erant de mundo, quia nullum amorē habebant in gloria & uoluptate mundi. Vnde ſubditur. *Quia uero de mundo non eſtis Si ergo elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus.* Non enim dixit, quia de mūdo non fuiſtis, ſed potius quia de mundo non eſtis: quoniam & ſi tunc de mundi huius amatoribus nō erat, de mundo tamen aſſumpti & electi erant. Et idcirco mundus, id eſt, mundi amatores eos non diligebant, quia ſibi operibuſque, contrarios eſſe uidebant. Vnde & de ſaluatore noſtro dicebāt: Venite & interficiamus iuſtū: quoniā cōtrarius eſt operibus noſtris. *Memētote ſermonis mei, quē ego dixi uobis. Nō eſt ſeruus maior domino ſuo* Hoc aūt ad quid dixerit audiamus. Si me (inquit) pſequuti ſunt, & uos pſequent. Si ſermonē meū ſeruauerūt, & ueſtrū ſeruabūt. Nec in uobis fieri dubitetis, q̄d in me fieri uidetis. Sed hęc oīa facient uobis, non ꝓpter uos, ſed propter nomen meū q̄d ꝓdicabitur a uobis. Et hoc ideo, q͂a neſcierunt eum qui miſit me. Si enim ſcirēt patrē, ſcirent & filiū cuius eſt pater. Sed quare neſciūt? q͂a ſcire nolunt. Scire aūt credere eſt. Venit ad eos, locutus eſt eis, ſcripturas aperuit, ueritatē reuelauit, ſigna multa & inaudita miracula fecit, & tamē credere noluerunt. Nulla igitur eis eſt excuſatio. Hoc eſt quod ait: *Si non ueniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatū non haberēt. Nunc autē excuſationem non habent de peccato ſuo* Quid eſt hoc? ſi nō ueniſſem peccatum non haberent. Ergo non habebāt Iudæi peccatum prius quam ueniret ille, qui uenit peccata tollere? Habebant quidē peccata: hoc tamen peccatum non habuiſſent, ſi Chriſtus non ueniſſet. Non enim de peccato hoc debet intelligi, ſed de peccato infidelitatis, quod Chriſtum credere noluerunt, q̄d eum oderunt & occiderūt. Vnde & ſubditur. *Qui me odit & patrem meū odit.* Non parum igitur & leue uidetur eis qui me oderunt, q͂a ſimul mecum & patrem oderunt. Ego enim & pater unum ſumus. *Si opera nō feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Hoc enim Iudæis ſolum ſufficere debuit, quod Dei filium ſe eſſe dicebat: & tanta miracula faciebat. Quæ utiq; facere non poſſet, ſi mentiretur. *Nunc autem & uiderūt, & oderunt, & me & patrem meum. Sed hoc totum factū eſt, ut adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerūt me gratis?* Sed dicet aliquis: Quid igitur ad eos, ſi ideo hoc Iudæi fecerunt ut ſermo legis adimpleretur? Multum quidem, eorum enim iniquitas fuit cauſa, ut hoc de eis propheta prædiceret. Quod ſi ille non prædixiſſet, tamen nihilominus eueniſſet. Quanuis igitur quod ille prædixit, non euenire non potuit, non tamen propheticus ſermo, ſed eorum iniquitas huius tāti mali cauſa fuit. Conſiderate uero, fratres mei, quanta deuotione ſanctos apoſtolos honorare debeamus, quos ipſe Dn̄s iam non ſeruos, ſed amicos uocat. De quībus ipſe ait: Quia non ſunt de hoc mundo, ſed de mundo electi, mundum uicerunt cū principe mundi. Quibus ipſe teſtimonium perhibet dicens: Vos eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux mundi. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris aūt in parabolis. Iſti ſunt illi duodecim, quorum affluentia omnis terra ſanatur. Venit (inquit) Moyſes & populus in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarū. O quantus fons iſte eſt, qui hæc ſcripſit beatus Ioannes euāgeliſta. Iſti ſunt duodecim horæ diei & duodecim portæ cœleſtis Hieruſalem. De quibus dicitur ab oriēte portæ tres, ab occidente portæ tres, à meridie portæ tres, ab aquilone portæ tres. De quibus Propheta ait: Diligit Dn̄s portas Sion ſuper

omnia

omnia tabernacula Iacob. Et reuera magis diligit ſolas eccleſiæ portas, quam omnia ædificia Synagogæ. Iſti ſunt lapides uiui, qui noluunt ſuper terram. Qui poſiti in ratiocinali ſummi pontificis, etiam ſine uoce docent & prædicant. Prædicant enim non clamando, ſed ſignificando. Hos ſemper in pectore habere debemus, quibus corda noſtra & inſtruantur & muniantur. Ad hos totus populus reſpiciat, & quid ſignificent diligenter inquirat. Iſti ſunt fundamentum, turres, & columnæ eccleſiæ. Iſti montes qui exultauerunt ut arietes. Iſti cedri libani, iſti ſerui qui uenenũ non timebũt, & ſerpẽtes interficiẽt. Iſti galli in nocte cantãtes, & leones ſæuientes, qui ſuccinctis renibus & fortiſsimi beſtiarũ ad nullius timebunt occurſum. Sed quid dicam? iſti ſunt cœli qui enarrãt gloriam Dei.

IN NATALI APOSTOLORVM HOmilia III. D. Euſebij Emiſſeni.

DIxerat ſuperius in hoc euangelio Dñs & ſaluator noſter diſcipulis ſuis Euntes prædicate dicentes, quia appropinquauit regnũ cœlorum. Gratis accepiſtis, gratis date, & nolite portare ſacculum neq; perã. Nolens autem eos uagos & inſtabiles eſſe, ait: In quãcunq; ciuitatẽ aut domũ intraueritis, illic manete, donec exeatis inde, comedentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Poſtea uero dixit: *Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporum.* Ego, inquit, Dñs & magiſter ueſter. Ego deus & omnipotens. Ego cui nemo reſiſtere ualet. Ego (inquã) mitto uos ſicut oues in medio luporũ. Scitis & bene ſcitis utriuſq; naturam. Ad patiẽdum itis, patientiam & innocentiam cuſtodite. Non uos defendatis, quia oues eſtis. Sæuiant illi qui lupi ſunt. *Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* De ſerpente namq; dicit Moyſes, quia callidior cunctis erat animantibus terræ. Serpentes autem maligni ſpiritus & iniqui homines uocantur: quoniam ueneno ſi ſunt, & recto itinere non incedunt. Sicut igitur illi prudentes ſunt in malo, ſic & uos dicit Dñs, prudẽtes eſtote in bono. Videte ne uos decipiant aſtutia ſua: quia filij huius ſeculi prudentiores ſunt filius lucis in generatione ſua. Prudentes igitur eſtote: ſed ita prudentes ut ſimplicitatem non amittatis. Sitis autem ſimplices ſicut columbæ. Simplex (inquit) ſine fraude, ſine ueneno, ſine dolore, ſine ſelle omniq; amaritudine, ſit prudentia ueſtra. *Cauete autem ab hominibus. Tradẽt enim uos in cõcilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabũt uos, & ad reges & præſides ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus.* Cauete, inquit, uobis ab hominibus, ubi prudentia neceſſaria erit, ne uos decipiant, ne uos ſeducant minis & flagellis, ne uos blandicijs & perſuaſionibus à ueritate deuiare faciant. Multis enim modis uos tentabunt, multis argumẽtis, multisq; inſidijs uos decipere conabuntur. Tradent enim uos, flagellabunt uos, ad reges & præſides ducent uos. Hoc autem propter me, quatenus & illis & cunctis gentibus teſtimonium detis de me. *Cum autẽ tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Nõ enim eſtis uos qui loquimini, ſed ſpũs patris ueſtri qui loquitur in uobis.* Quid enim loquerent idiotæ & piſcatores, quid loquerẽtur ruſtici & illiterati? Quid loqueretur os mutum & mãdibula aſini. Scriptum tamen eſt quod ſapientia aperuit os mutum, & linguas infantium fecit diſertas. Hos autem ſignificauit Sanſon ille fortiſsimus uir, qui mille uiros & amplius cum ſola aſini mandibula interfecit. Sæpe æquos hinnientes, & aues canentes, & aliorum animaliũ uoces audimus: nulla uox minus delectat quam uox aſini. Tales igitur prius erant apoſtolorum uoces, tales illorum mandibulæ & ora, de quibus Apoſtolus ait: Quæ ſtulta ſunt mũdi elegit Deus, ut confundat fortia, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret. Sic igitur & noſter Sanſon cũ mandibula aſini, id eſt, per ſtultos & illiteratos, per ora prius muta & indiſciplinata hoſtes ſuos uicit, & mundi ſapientiam deſtruxit. Ipſe enim eſt Dominus fortis & potens, Dominus potẽs in prælio. Non igitur Apoſtoli loquebantur, ſed Spiritus ſanctus in eis. Ipſi quaſi tubæ per quas uoces ſonarent. Ipſi quaſi pſalterij chordæ, quæ ſapiẽter tactæ aures delectarent. Nec illud quidem uacat à myſterio, quod de mandibula aſini fons aquæ profluxit, quo Sanſon ille fortiſsimus, ſitim extinxit. Magna namq; ſapientiæ flumina ex Apoſtolorum ore manarunt, quibus in ſeruis ſuis Dominus ſatiatur. Ipſe enim ſatiatur in nobis, ipſe cibatur, & portatur in nobis. Hoc enim ipſe ait: Eſuriui & dediſtis mihi mãducare. Quod enĩ uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Cũ igitur ab iniquis ſancti apoſtoli ad conſilia traherentur, quia non ipſi loquebantur, ſed Spiritus ſanctus in eis, ſecuri ibant quocunque ducebãtur ab eis. Securus enim ad prœliũ uadit, qui talibus armis & ſub tali principe pugnat. Securus & ille ad conſilium pergit, q tali prolocutore cauſam ſuã defendit. Cum ſanctis philoſophos diſputaſſe legimus, ſed hos à puellis & hominibus illiteratis ſuperatos fuiſſe audimus. Hoc autem quis faciebat niſi Spiritus ſanctus qui loquebatur in eis? *Tradet autem frater fratrẽ in mortem, & pater filium, & ſurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum.* Hæc autem prophetia quia iam impleta eſt, expoſitione non indiget. Ipſa enim eius adimpletio, expoſitio fuit. Qui autem perſeuerauerit uſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Omnis enim homo in eo iudicatur in quo inuenitur. Quacunq; hora conuerſus fuerit, uita uiuet, & nõ morietur. Sed forte expectas ut conuertaris in ultima hora, audi quid dominus dicat: Vigilate quia neſcitis diẽ neq; horã. Illi igitur qui ultimam horam ſic expectant falli poſſunt. Qui enim in bono perſeuerarint, falli non poſſunt. Nunquã enim niſi in bono iudicantur, qui ſemper in bono inueniuntur.

IN NATALI APOSTOLORVM HOmilia IIII. D. Euſebij Emiſſeni.

NArrauit ſuperius euãgeliſta iuuenem quendã acceſsiſſe ad Ieſum, & dixiſſe ei: Magiſter bone quid faciã ut habeam uitã æternam? Cui dñs ait: Si uis ad uitã ingredi, ſerua mandata. Nõ occides, nõ mœchaberis, nõ furtũ facies, nõ falſum teſtimoniũ dices: honora patrẽ & matrem, & diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dixit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deeſt? Et dominus ad eum: Si uis (inquit) perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & ueni, ſequere me. Ille autem triſtis abijt, quia multas habebat poſſeſsiones. Si enim ut Apoſtolus ait: plenitudo legis eſt dilectio: aut iſte bene non intellexit, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: aut ſi intellexit, non bene reſpondit dicens, Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Quid ei deeſſe poteſt qui totã legem cuſtodiuit? Putabat igi-

tur

tur iſte, ſicut uidetur, proximum ſuum ſe bene diligere, quia eum non occidebat, quia bona ſua ei nõ auferebat, aliaſq; iniurias ei non faciebat. Ideoque qualiter hoc intelligere debeat, Dominus ſubinferens ait: Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habet, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo: & ueni ſequere me. Hæc eſt uera menſura perfectionis. Ille implet legem qui iſta cuſtodit, nec in dei dilectiõe peccat qui Chriſtum ſequitur, nec in dilectione proximi qui indigentibus omnia largitur. Non deſperet tamen, cui ad hanc perfectionem uenire non datur. Multi enim ſaluantur qui neque omnia relinquunt, neque omnia pauperibus tribuunt: ad culmen tamen perfectionis non perueniunt. Zachæus enim non omnia, ſed dimidium bonorum ſuorum ſe daturum promiſit, dicens: Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Confeſtim autem audire meruit quod eſſet filius Abrahæ. Sequitur autem: Cum audiſſet autem adoleſcens uerbum, abijt triſtis. Erat enim habens multas poſſeſſiones. Ecce qualis erat adoleſcens oſtendit. Bonus erat, quia alijs non nocebat. Sed non erat bonus, quia alijs non ſubueniebat: nec ſua largiri, nec aliena rapere nouerat. Loquebatur cum Deo qui ueras diuitias ei oſtendebat. Magis tamen in terrena poſſeſſione quam in cœleſtis theſauri promiſſione ſpem habebat. De talibus ait Apoſtolus: Præcipe diuitibus huius ſeculi non ſperare in incerto diuitiarum. Aliud eſt enim diuitem eſſe, aliud in diuitijs ſpem habere. Qui enim in diuitijs ſpem ſuam ponunt, ualde difficile ſaluari poſſunt. Vnde & Dominus ſubinſerẽs ait: Amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico uobis, facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem introire in regnum cœlorum. Prius difficile, deinde impoſſibile dixit. Impoſſibile eſt enim ut diuites in diuitijs ſpem habentes, intrent in regnũ cœlorum. De illis enim hoc intelligitur. ſic enim Marcus narrat: Filioli quam difficile eſt confidentes in pecunijs, regnum Dei introire. Sed quid per camelum, cui unicum & ſingulare officium eſt onera portare? niſi eos intelligamus qui a peccatorum pondere prægrauentur? Quibus ſe Pſalmiſta connumerans ait: Quoniã iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. De diuitibus autem quid dicit? Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſibi, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in uanitate ſua. Facilius igitur eſt camelum, id eſt, aliquẽ ualde peccatorẽ tranſire per foramẽ acus, id eſt, per arctã & anguſtam uiam, quam huiuſmodi diuitem intrare in regnum cœlorum: quoniam ille facilius à peccatis, quam iſte à diuitiarum ſpe ſeparari poteſt. Auditis autem his diſcipuli mirabantur ualde, dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Hoc enim diſcipuli non dixiſſent, ſi de quo diuite dominus loquebatur intellexiſſent. Aſpiciens autẽ Ieſus dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud deum autem omnia ſunt poſſibilia. Quod enim ait apud hoĩes, hoc eſt, ſecundũ humanũ intellectũ, non ſecundũ ſpiritualẽ & diuinũ. Non eſt enĩ impoſſibile deo qualemcunq; diuitẽ ad ſuæ uoluntatis uiam conuertere. Quãuis ualde difficile ſit ut pauper eſſe uelit qui ſemper diues fuerat. Si igitur ad literam intelligatur, ſicut homines intelligunt impoſſibile eſt ut per foramen acus tranſeat camelus. Si uero ſpũaliter, ſicut modo expoſuimus, & ſicut Dominus ipſe intelligebat, impoſſibile nõ eſt per arctam & anguſtam uiã peccatorẽ intrare in regnum cœlorum. *Tunc reſpondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Ille, inquit, diues, de quo ſuperius loquutus es, neq; oĩa dimittere, neq; ſequi te uoluit. Cui etiam quid reſponderis, audiuimus: de nobis aũt quid dicis, qui & omnia reliquimus & te ſecuti ſumus? Oĩa enim Petrus reliquerat, quia nõ ſolũ ea reliquerat quæ habebat, ſed & ea quæ habere poterat, ut ulterius in hoc mũdo nihil propriũ poſſideret nihilq; poſſidere deſideraret. Vnde Ioannes apoſtolus admonet, dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Et maius quidem eſt habendi uoluntatem, quam ipſum habere, derelinquere. *Ieſus autem dixit illis: Amen dico uobis quod uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Duo Petrus propoſuerat, ſed alterum Chriſtus aſſumpſit: Nõ enim dixit, uos qui reliquiſtis omnia, ſed dixit, uos qui ſecuti eſtis me. Omnia relinquit qui perfecte ſequitur Ieſum. Sufficiens ergo fuit alterum dicere, quia utraq; in unum continebantur. Vos, inquit, qui ſecuti eſtis me, qui mecum per eandem uiam inceditis, qui ad cœleſtia feſtinatis, qui terrena cuncta deſpicitis, qui iuſtitiam & ueritatem, pacem & miſericordiam diligitis, uos ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Sedebunt utiq; Apoſtoli ſuper ſedes duodecim, ſedebunt & alij ſuper ſuas, qui eorum exemplo uixerunt, & Chriſtũ dominum ſecuti ſunt. Plures enim ibi ſunt ſedes quam duodecim, plures iudices ibi erunt. Non ſolum enim epiſcopi & ſacerdotes ibi iudicabunt, uerumetiam ut ſuperius dicitur, regina Auſtri & Niniuitæ reſurgẽt in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam. Sed quæ ſunt iſtæ ſedes ſuper quas iſti iudices ſedebũt? Iſtæ ſedes ſingulæ eccleſiæ ſunt. Vnde & epiſcopi eccleſias quibus præſunt, ſedes ſuas uocare conſueuerunt. Sedebit igitur unuſquiſq; in populo quem rexit & prædicauit, & maior & ſublimior apparebit. Sedebit aũt & dominus in ſede maieſtatis ſuæ, quoniam excelſus ſuper omnes gentes Dominus, cunctis & angelis & hominibus præſidebit. Iudicabit igitur Dominus, iudicabunt & apoſtoli, iudicabunt inſuper epiſcopi & ſacerdotes. Omnes præterea ibi iudicabunt, quorum exemplo cæteri damnabuntur. *Et omnis qui reliquerit domum & fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit.* Alij autem euangeliſtæ dicunt, centuplum accipiet & poſt hunc uitã, uitam æternam. Quibus & Marcus addit, cum & perſecutionibus. Centuplum enim cum perſecutionibus in hac uita ſuſcipiunt ſancti: quia quicunq; Deum diligunt, eiuſq; uoluntatem faciunt, ſanctorum fratres & ſorores, patres & matres, amici & propinqui fiunt. Sic enim de ipſo dominus ait: Quicunq; fecerit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe mihi frater, ſoror, & mater eſt. Fratres autem & ſorores, patres & matres, uxores & filij dicuntur, nõ natura, ſed officio & affectione. Quos enĩ multum diligimus, his nominibus uocare ſolemus.

IN NATALI APOSTOLORVM HOmilia V. D. Euſebij Emiſſeni.

Ecce

BEatus Lucas euãgeliſta dicit: Quia deſignauit dominus & alios diſcipulos ſeptuaginta duos, & miſit eos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locũ, quo ipſe erat uenturus, & ait illis: Meſſis quidem multa, operarij aũt pauci. Duodecim filios habuit Iacob, ſeptuaginta uero & duos uiros ex ſenioribus Iſrael, iubẽte domino, elegit Moyſes. Quorum conſilio & auxilio tanti populi onus facilius ferre potuiſſet. Sic igitur Dominus ſaluator noſter, qui per hos duos ſignificabatur, & duodecim apoſtolos elegit, & ſeptuaginta duos diſcipulos deſignauit. Et apoſtolorũ quidem uicem modo tenẽt epiſcopi: aliorum uero diſcipulorum officium gerunt presbyteri. Binos autem eos miſit dominus ad prædicandum, quia duo ſunt præcepta charitatis. Inſuper etiam ſcriptum eſt: Væ ſoli, qui cum ceciderit, non eſt qui ſubleuet eum. Duo ſunt præterea teſtamenta, quæ ſemper ſimul pergunt, ſimul docent, & prædicant. Quæ ſi noſtri pectoris ciuitatem intrauerint, domino uenienti manſionem & hoſpitium parant, ſicut & illi diſcipuli tunc temporis faciebant. Miſeri Iudæi ad quorum hoſpitium, nõ duo diſcipuli, id eſt, duo teſtamenta, ſed unum ſolummodo uenit, & ideo qd dicat, non intelligunt. Hoc enim ſignificabant illi duo cherubin qui poſiti ſuper arcam teſtamenti ſe mutuo reſpiciebant, uerſis uultibus in propiciatorium. Cherubin nanq; ſcientiæ plenitudo interpretatur. Sed ubi quæſo tanta ſciẽtia, quãta in utroq; teſtamento? Quod autẽ duo cherubin mutuo ſe reſpiciunt, amborum teſtamentorum amicitiã & cõcordiam ſignificãt. Idem enim teſtãtur ambo, idem dicunt & prædicant ambo. Habent autem uultus uerſos in propiciatorium, quo tegitur arca, quatenus ab omnibus uideantur & cognoſcantur, nulluſq; in arca, id eſt, in eccleſia, ſanctorum congregatione ſit, qui eorum faciem extraneam & incognitam habeat. Hoc autem illi audiant, qui ſacras literas meditari negligunt. Vt enim de alijs taceamus, ipſi quoq; epiſcopi cherubin iſtos aliquando non cognoſcunt, & quãuis ad eos ut cognoſcãtur uultus cõuertant, ipſi tamẽ eos uidere deſpiciunt. Non pergant igitur ſine ſe, qui tantum diligũt ſe, ſimul eant, ſimul prædicent, ſimul caſtellis & ciuitatibus Chriſtum uenientem annuncient. Sequitur, *Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuã.* Tantus eſt ager, quantus & mundus. Multa igitur meſſis, quia multi ſunt homines. Pauci ſunt operarij, quia pauci ſunt prædicatores. Multi enim officium prædicandi habent, qui tamen prædicandi laborẽ habere contemnũt, neq; attendunt Apoſtolum, dicentem: Si non euãgelizauero, mihi uæ erit. De quibus propheta ait: Canes muti, non ualẽtes latrare. Vult autẽ Dominus rogari, ut mittat operarios in meſſem ſuam, quatenus fideles ſui non ſolum de operatione, uerum & de affectu & uoluntate remunerentur. *Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnẽ infirmitatem.* Non mirum ſi reges & principes, tyrannos & poteſtates Chriſti uincere potuerunt, qui ſuper ipſos malignos ſpiritus, eorum uidelicet imperatores & dominos poteſtatem ſuſceperunt. Et modo quod epiſcopi & ſacerdotes hoc agũt in animabus, quod tunc apoſtoli in corporibus operabantur. Nam & ſpiritus immundos ejiciunt, & omniũ mentes ab ægritudine omni curant, & animas iam defunctas ad uitam reſuſcitãt. Cur enim dominus & diſcipuli eius corpora ſanabant ſubito, niſi ut per hoc ſanaretur anima in æternũ uictura. Neq; enim crediſſent, niſi ſigna & prodigia uidiſſent. Hoc enim ipſe Dominus ait, Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis. Si uero non crediſſent, ad ſalutem animæ peruenire nõ potuiſſent. Maius eſt animam ſanare quã corpus, quoniã maius eſt illud quod per ſe fit, quam illud quod per aliud fit. *Duodecim autem apoſtolorũ nomina ſunt hæc. Primus Simõ qui dicitur Petrus & Andræas frater eius. Iacobus Zebedæi & Iohãnes frater eius. Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus, Iacobus Alfei & Thadeus. Simon Cananeus, & Iudas Scariothes, qui tradidit eum.* Iſti ſunt illi duodecim lapides precioſi, de quibus toties loquuti ſumus, quos in rationali pontificis Moyſes ponere iuſsit. Si quidem Iudæ proditoris locum Matthias ſuſcepit. *Hos duodecim miſit Ieſus præcipiẽs eis, & dicens: In uias gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, ſed potius ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael.* Quia per ſe & ſui corporis præſentiam Iudæos prædicare uenerat, gentiles uero per Apoſtolos & doctores. Vnde & diſcipulis ſuis, quibus modo in uias gentium ire & in ciuitates Samaritanorũ introire interdicit: poſtea præcepit dicens: Ite in uniuerſum mundum, prædicate euãgelium omni creaturæ. Prius enim Iudæos, deinde gentiles uocare uoluit. Samaritani autem ſecuti Hieroboam idola coluerunt, unde hic non immerito gentibus aggregantur. *Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquauit regnum cælorum.* Tollatur igitur regnum malorum, deſtruatur & pereat regnum dæmoniorum, quia iam in terris ædificatur regnum ſanctorum, quia nobiſcum & inter nos habitat rex angelorum. Huius ſermonis hæc erit probatio, *Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite, gratis accepiſtis, gratis date.* Hæc enim non humana ſunt, ſed diuina, non terrena, ſed cæleſtia. Quis itaq; cælorum regnum, regem & dominum adeſſe dubitet? Cum in nomine Ieſu infirmitas fugit, mors pereat, uita & ſanitas redeat, lepra recedat, & maligni ſpiritus, (qui hominibus dominabantur) excludantur ab hominibus. Gratis accepiſtis, gratis date. Hoc audiant Simoniaci. Hoc audiãt illi qui ſancti ſpiritus gratias emere & uendere non timent. Sed dicet Simoniacus, Ego gratis non accepi, gratis dare non poſſum. Si gratis non accepiſti, a domino nõ accepiſti. Dominus enim nulli dat niſi gratis. Non enim tibi iſta dicuntur: *Nolite poſsidere aurum, neq; argentum: neque pecuniam in zonis ueſtris. Non peram in uia, neque duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgam: Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* His enim uerbis omnis cupiditas, & auaritiæ occaſio tollitur, omne ſuperfluũ amputatur, & ſola neceſſaria conceduntur. His denique expeditur uia. Fugit timor, & creſcit ſecuritas. Vnde non immerito quidam ait: Cantabit uacuus coram latrone uiator. Sed quare perã & ſacculum quibus cogitare de craſtino nõ liceat? in his enim reponitur & cuſtoditur quod in futurũ reſeruatur. Sed quid reponet, qui ſibi nihil reſeruat? Neque uero duas tunicas ferant, quatenus expeditius currant, & onere inutili & ſuperfluo nõ grauẽtur. In una enim tunica tantum ueſtimenti intelligitur, quantum ad frigus arcendũ unicuiq; ſufficere poſſit. Virga uero & calceamenta in Marco conceduntur, in Matthæo & Luca interdici uidentur. Verum tamen quia dixit, Neq; duas tunicas, & ſtatim calcea

menta

mēta ſuppoſuit, poſſumus intelligere, ut neq; duas tunicas ferant, neq; calceamenta ferant dapilicia. Siue etiam illa calceamēta non ferant, quibus cæteri homines utebantur, ſed quoddam aliud calceamentorum genus iter agentibus habile, quo pes non conſtringitur, & planta ſalua cuſtoditur. Et hoc eſt quod Marcus ſignificare uidetur, dicēs ſcilicet calceatos ſandalijs. Hoc enim nō dixiſſet, niſi aliquam diſtantiam eos ab alijs in calceamentis habere uoluiſſet. Si quis autē hoc aliter interpretari uelit, hoc in eo ſit, ueruntamen euangeliſtas nemo putet eſſe contrarios. Ego quidem nō crediderim Dominum penitus calceamēta interdixiſſe, cum cæteris corporis membris indumēta conceſſerit, quæ non tantum laboris ut pedes patiuntur, præſertim cum Apoſtolus dicat: Calceati pedes in præparatione euangelij pacis. De uirga uero quid dicemus? Dicunt alij neq; uirgā. Dicit Marcus niſi uirgam. Hoc autē, niſi ſecundū diuerſa iſta diſtinguatur ſolui non poteſt, ſi tamē de eadē uirga intelligatur. Virga enim ad paſtores pertinet. Paſtores em̄ nondū erant Apoſtoli. Nondum enim petro dictum fuerat, Paſce oues meas. Nondum ſpiritus erat datus: quia Ieſus nondum fuerat glorificatus. Nōdum eis Dominus ſenſum aperuerat, ut ſcripturas intelligerent, Nondū igitur erant paſtores, quia nondum nouerant paſcere oues. Nondum enim uirgam ferebant. Neque enim decebat ut uirgas ferrēt cū adhuc ille paſtorum omniū maximus inter eos corporaliter conuerſabatur. Virgam igitur & paſtoris officiū corporaliter ſuſceperunt, quando eis à Dño dictū eſt, Ite in uniuerſum mundum, prædicate euangelium omni creaturę. Non eſt igitur inconueniens quod uirgam ferre & non ferre dicuntur, ſiquidem hæc ſecundum diuerſa tempora intelliguntur. Quod autem ait: *Dignus eſt operarius mercede ſua*: Tale eſt ac ſi diceret, Nihil in euangelium feratis, in eo laborate, de ipſo uiuite. Dignus eſt operarius mercede ſua. Vnde Apoſtolus, Si uobis ſpiritualia ſeminauimus, non magnum eſt ſi carnalia ueſtra metamus. Itemq;: Non alligabitis os boui trituranti. *In quancūque autem ciuitatem aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis inde.* Ibi (inquit) manete. Vbi? in domo illius qui dignus eſt. In hoc enim uagandi licentia tollitur, & de domo in domū tranſire prohibetur. In una domo manete, ibi uobis miniſtret qui miniſtrare uelit. *Intrantes autē in domum, ſalutate eam dicentes: Pax huic domui. Et ſiquidem fuerit domus digna, ueniet pax ueſtra ſuper eam. Si autem non fuerit digna, pax ueſtra ad uos reuertetur.* Merito enim pacē offerunt, qui Chriſtum prædicant. Ipſe em̄ eſt pax noſtra q; fecit utraq; unū: ubi nō eſt pax & concordia, ibi Chriſtus manere & habitare nō poteſt. Vnde ſcriptū eſt: Et factus eſt in pace locus eius. Illa igitur domus eſt digna pace, quæ digna eſt ut in ea habitet Chriſtus. Si autem nō fuerit digna, pax ueſtra ad uos reuertetur. Quomodo em̄ ad eos reuertitur, quæ ab eis non receſcit? Reuertitur quidem qa maior fit in eis & duplicatur, dū bonum quod ſentiunt in ſe eſſe, in alijs quoq; deſiderant eſſe. Vnde fit ut mercedem ſuſcipiant, non ſolum de pace quam habuerunt, uerūetiam de illa quam alij obtinuerunt. Hæc igitur pax quam prædicant, duplicata ad eos reuertitur. *Et quicunq; non receperit, neq; audierit ſermones ueſtros, exeūtes foras de domo & de ciuitate, excutite puluerē de pedibus ueſtris.* Quicunq; (inqt) uos non receperint, uobiſq; charitatis & miſericordiæ uiſcera nō aperuerint: neq; ueſtros ſermones & fidem q̄ prædicatis, audierint, relinqte illos, ſeparamini ab illis, exite de medio illorum, excutite puluerem de pedibus ueſtris: ut de illorū infidelitate & impietate, de illorū ſordibus & immunditia, de illorum iniqua operatione & terrena conuerſatione, nihil uobis adhæreat, ueſtrosq; pedes & ſancta itinera cōmaculet. Propter hoc enim dicitur, qui lotus eſt, nō indiget niſi ut pedes lauat. Hoc autē erit illis in teſtimonium, quoniam iniqui & reprobi fuerūt & à ſanctorū conſortio ſunt expulſi, tanquam puluis quem proijcit uentus a facie terræ. *Amen amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrheorum in die iudicij quam illi ciuitati.* Per quę aliq; intelligitur, quod illi qui audita ueritate acquieſcere noluerunt, grauiori pœnę ſubijciantur, quam illi quibus ueritas nunciata non fuit.

IN NATALI VNIVS martyris, Sermo.

QVia beati martyris natalis hodie illuxit dies, quē nobiſcū fratres chariſſimi nos uoluit dominus celebrare, aliqd donāte illo de martyrum gloria & patientia diſſeramus. Gloria quidē mundana ab his contempta eſt, & ideo patientia probata eſt. Nam gloria eorum abſcondita latebat in cælis, quia patientia eorum exercebatur in terris. Qui non exhorret eorū patientiam, puenit ad gloriā. Miſeria putatur pati dura & aſpera in carne, quia, re uera moleſtū eſt. Niſi eſſet omnibus moleſtum, nō eſſet martyribus glorioſum. Multis ergo laſciuis & auaris martyres ſancti inſanire uiſi ſunt, quando ꝓ Chriſti nomine tāta patiebantur. Etenim ut eū negarent, urgebātur. Alij ergo uirgis & flagellis diriſſime ſunt uerberati, alij fuſtibus & plumbatis cæſi, alij membratim laniati, alij gladio occiſi, alij excoriati, pice plumboq; liquato ꝑfuſi, alij ardore prunarū excruciati, & alij flammis exuſti, alij quidē in mare merſi, alij beſtijs deputati, alij carcerū ſunt horrore & fame necati. Quot enim genera pœnarū & mortiū hoſtis excogitare poterat, tot martyribus ſine ulla miſeratione infligebat. Sed ipſi licet in aperto horrida paterentur, in occulto tamē ineffabiliter coronabantur. Multi qdem gloriā terrenam quęſierunt, multi uiri fortes ꝓ patria ſanguinē fundendū eſſe duxerunt, nec fundere dubitauerūt, quo gloriā poſt mortem etiā apud poſteros haberēt, ſed quę illorum gloria martyribus comparatur? Quid potuit inuenire imperator, quod potuit inuenire piſcator? Imperatorū, conſulū & uirorū fortiū, qui orbē armis domuerunt & ſubiugauerūt, ſepulchra ſunt Romę. Ad cuius ſepulchrum intrare dignatus eſt imperator? Et tamē diademate depoſito, ad ſepulchrum ſuū orantē ſuſcepit eū piſcator. Ecce ſi terrena gloria fuerat concupiſcenda martyribus, nec ipſi fraudati ſunt, qui honorē tantū inter angelos quæſierūt. Videmus eorū glorias in terris, & ſtupemus. Quid pateremur ſi in cœlis uideremus? Quantus nos ſtupor admirationis apprehēderet, ſi uideremus martyres inter angelos gloriantes, quorū natalitia uidemus populos celebrātes? Sed nos uolumus gaudere cū ſanctis, & tribulationē mūdi nolumus ſuſtinere cū illis. Qui enim ſanctos martyres uel inquantū potuerit, noluerit imitari,

nd eorum beatitudinem non poterit peruenire.
2. Cor. 1. Sic & Apoſtolus prædicat, dicens: Si fuerimus ſo
Iohã. 15. cij paſſionum, erimus & cõſolationum. Et dñs in
euãgelio: Si mundus, inquit, uos odit, ſcitote quia
me priorem odio habuit. Recuſat eſſe in corpore,
qui odium mundi nõ uult ſuſtinere cũ capite. Sed
dicit aliquis: Et quis eſt, qui poſſit beatorum mar
tyrum ueſtigia ſequi? Huic ergo reſpondeo, quia
non ſolum martyres, ſed etiam ipſum dñm cum
ipſius adiutorio, ſi uolumus, poſſumus imitari. Au
Matt. 11. di non me, ſed ipſum dñm generi humano claman
tem, & dicentẽ: Diſcite a me, quia mitis ſum & hu
milis corde. Audi & beatum Petrum apoſtolũ ad
1. Pet. 2. monentem: Chriſtus, inquit, pro nobis paſſus eſt,
relinquẽs uobis exemplum, ut ſequamini ueſtigia
Eph. 5. eius. Similiter Paulus Apoſtolus clamat: Imitato
res dei eſtote, ſicut filij chariſſimi Quid ad hęc reſ
põdebimus fratres, uel quam excuſationem habe
re poterimus? Si tibi aliquis dicat, uirtutes quas
fecit dñs, debeas imitari, iuſta poteſt eſſe excuſa
tio tua, qa uirtutes & mirabilia facere, non omni
bus datum eſt: ſed cuſtodire mãdata dei, omnibus
nobis pceptum eſt. Nam & ipſe Dñs noſter Ieſus
Chriſtus non dixit: Diſcite a me mortuos ſuſcita
re, ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare. Sed quid
Mat. 5. ait? Quia mitis ſum & humilis corde. Et iterum,
Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui ode
runt uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt,
qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.
Et licet ſint alia multa bona remedia quibus deũ
debeamus & beatos martyres imitari, iſta tamen
duo præcipua ſunt, id eſt, ut mites ſimus & humi
les corde & inimicos noſtros toto corde & totis
uiribus diligamus. De diligendis inimicis fratres
chariſſimi, nullus unquã in ueritate ſe poterit ex
cuſare. Poteſt mihi aliquis dicere, non poſſum ie
iunare, nõ poſſum res meas omnes pauperibus da
re & eccleſiis. Nunquid poteſt dicere, non poſſum
diligere? Sed dicit aliqs: Tanta mala inimicus me
us mihi fecit, ut eũ nulla ratione poſſim diligere.
Attẽdis quid fecerit tibi homo, & non attẽdis qd
tu feceris deo? Si conſcientiam tuã diligenter diſ
cutis & inquiris, ſine ulla compenſatione maiora
peccata cõmittis in deũ, q̃ in te cõmiſerit homo.
Et quia forte uis ut tibi deus dignetur dimittere
Lucę. 6. multũ, cur tu non acquieſcis dimittere parũ? Vos
Matt. 6. autẽ fratres quia quotidie dicitis deo in oratione,
dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimitti
mus debitoribus noſtris, dimittite, & dimittetur
uobis. Ipſa enĩ ueritas clamat teribiliter & dicit:
Si uos nõ dimiſeritis hoibus peccata eorũ, nec pa
ter ueſter cœleſtis dimittet uobis peccata ueſtra.
Imitemur ergo ſanctos martyres in fide, in humi
litate, in manſuetudine, in patientia, in longanimi
tate, in dilectione, & ſic poterimus ipſos marty
res, apud dominũ habere interceſſores, ita ut pec
cata noſtra deleãtur, & præmia nobis æterna con
ferantur, præſtante domino noſtro, qui uiuit & re
gnat in ſecula ſeculorum. Amen.

DE VNO MARTYRE
Matth. x.

¶In illo tẽpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis:
Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio lu
porũ. Et reliq. Homil. b. Iohãnis epiſcopi.

PEragrarunt a domino miſſi apoſtoli orbem
terrarum, & infirmum eũ inuenientes, ad ſa
nitatem reduxerũt, & in tribulatione & in ruina
poſitum, ad ſtabilitatem euocauerunt. Non ſcuta
mouentes, non arcus tendentes, non ſagittas mit
tentes, non pecuniam largientes, non eloquentia
confidentes, ſed erãt nudi quidẽ ſeculo, ſed induti
Chriſto: pauperes, ſed diuites: pecunia indigẽtes,
ſed regnũ cœlorum poſſidentes: non humana ſola
tia habentes, habentes autem dñm ſuum. Ego, in
quit, uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad cõſum
mationem ſeculi. Peragrarunt uniuerſum orbem Mat. ult.
terrarum, oues ſimul cũ lupis. Quis uidit? Quis au
diuit? Dicit, Mittam uos ut oues in medio luporũ.
Quis unq̃ paſtor oues mittit in medio luporum,
ſed magis ſi uiderit lupos, congregat oues? At ue
ro Chriſtus cõtraria fecit. Oues ad lupos direxit,
& uulneratæ a beſtijs non ſunt, ſed magis lupi ad
ouium manſuetudinem ſunt conuerſi. Et ut ne di
cerent illi, oues ſumus, & mittis nos in eſcam lu
porum, timorẽ illorũ uno ſermone abſtulit. Non
dixit, ite, nec enim eorũ uirtute mittebat eos, ſed
ecce ego mitto uos. Infirmi quidem uos, ſed q mit
tit, potẽs eſt. Quis es tu? Ego ſum qui cœlũ exten
di, qui terrã fundaui, qui mare infrenaui, qui mor
tem diſſolui, qui chirographum quod contra uos
erat, cruci affixi: qui ueterem legẽ immutaui, qui
uos ad priſtinam patriam reuocaui, qui fortia diſ
ſoluo, & diſſoluta conforto. Quid mari fortius?
Sed parua arena intolerabilẽ illius impetũ retun
dit & continet. *Ecce (inquit) ego mitto uos, qui mor*
tis & uitæ habeo poteſtatem, qui de cœlo deſcendi. Ecce
ego mitto uos, quaſi oues in medio luporũ. Tanq̃
murus quidam beſtiæ fiebant ouibus, ut nec fuga
conſeruarent ſalutem circumuallati undiq;. O uir
tus mittentis in medio luporum oues. In circuitu
lupi, & mutati ſunt lupi, & facti ſunt oues. Nec e
nim natura, ſed uolũtate lupi erant: Ecce ego mit
to uos. Quid ergo nobis præcipis? ¶ *Eſtote pruden*
tes ſicut ſerpentes, & ſimplices ut columbæ. Cauete au
tem ab hominibus, tradent enim uos in concilijs,
&c. Serpens etſi millies uulneretur, caput autem
ſuum ſaluet, totus eſt ſanus. Sic & tu ſi pecuniam
aduerſarius tollere uult, libens cede. Et ſi omnes
facultates auferre conatur, dimitte. Et ſi ipſam tẽ
poralẽ uitam tuam extorquere cupit, ne reſiſtas.
Tantummodo fidei tuę ſimplicitatem cuſtodi. Illa
illęſa manente, uniuerſa ingruentia mala facilima
erunt. Nudus exiſti de uentre matris tuæ, nudus
& ibis. Sed forſitan in exiliũ mitteris. Tu dicito: Pſal. 23.
Domini eſt terra, & plenitudo eius. Sed forſitan
mors occupabit. Non eſt timẽda, quia trãſitus eſt.
Tantummodo fidem ſerua, theſaurum indeficien
tem, diuitias ſempiternas. Horum quæ dico, bea
ti martyres teſtes ſunt tui, qui fidem non perdide
runt, & poſt exceſſum de corpore fortiores ſunt
uiuis. Propterea, inquit, homo factus, propterea
carnem indui, ut orbẽ uniuerſum ſaluarẽ. Multum
enim deo chara eſt eccleſia, non muris circundata,
ſed fide circũſepta, propter eccleſiam nanq; exten
ſum eſt cœlũ, diffuſum eſt mare, diſtentus eſt aer,
terra fundata eſt, paradiſus plãtatus, & mirabilia
multa facta ſunt. Pelagus ſcindebatur, & iterũ con
ſuebatur. Petra findebatur, & iterum iungebatur.
Manna pluebat de cœlo, & tanq̃ pruinoſa appone
batur menſa. Propter eccleſiam prophetæ, ꝓpter
eccleſiam apoſtoli. Et quid plura dicam? Propter
eccleſiã unigenitus filius dei, homo factus eſt, ſicut
dicit Paulus: Qui ꝓprio filio ſuo non pepercit, ut Rom. 8.
eccleſiæ mederetur, ſanguinem filij fudit propter
eccleſiam.

eccleſiam. Hic ſanguis irrigat eccleſiam. Et plan-
taria eius marceſcere non poſſunt, nec amittunt
folia arbuſta eius. Nõ ſubiacet neceſſitati tempo-
ris, nec eſt cõditioni obnoxia, ut per æſtatẽ coma
foliorũ tegatur, hyeme aũt amittat. Nõ tenetur
temporũ qualitate, ſed ſanctiſpũs eã gubernat gra
tia. Et ideo nõ ſeneſcit, nec contrahitur, & multis
impugnationibus nõ opprimit. Quanti enim ab
initio impugnauerũt eccleſiam, cũ fidei ſemina iae
cerẽtur, & arma contra eã cõmota ſunt? Sed quan
to impugnabatur, tanto clarior reddebatur. Sed
nunc quidem ꝓpter dei gratiam & reges & duces &
milites, ac uniuerſus orbis fide repletus eſt. Nã in
principio, & (ut ita dicã) incunabilis eccleſiæ, re-
ges fuere impij, duces inſani, populus ſeditioni de
ditus. Edicta iudiciũ undiq; dabant, atq; incende
batur dæmonibus, fumus & odor peſſimus ipſum
maculabat aerem. Terra coinquinabatur ſanguine,
dæmones debacchabãtur, diabolus dñabatur. Pa-
ter abdicabat filiũ, filius inhonorabat patrẽ. Na-
tura quidem ſcindebat, ſed pietas non diuidebatur.
Vbi ſunt nunc q audebant eccleſiæ contraire? Qñ
nouella erat, in nullo potuit lædi: & nunc qñ uſq;
ad cœlũ ꝑuenit, æſtimas eã poſſe ſuperari? Et tunc
quidẽ cũ undecim eſſent Apoſtoli, nullus eos ſupe-
rare potuit, ſed pauci homines totũ cœperũt mũ-
dum: & nunc qñ terra & mare & orbis terrarum,
& inhabitabiles regiones, & ciuitates & oẽs fines
terræ pietate repletæ ſunt, putas eam te poſſe tene
re? Sed nõ poteris. Chriſtus enim ꝓpter eã paſſus
eſt, portæ inferi nõ præualebũt aduerſus eã. Facili-
us cœlũ exterminari poteſt, & terra perire, q̃ ali-
quid mali pati eccleſia. Quis eſt qui hæc dicit? Ipſe
Mat. 24. Chriſtus loquitur: Cœlũ & terra tranſibũt, uerba
aũt mea nõ ꝑteribunt. Bene: Verbũ enim dei ipſo
cœlo ualidius eſt, quia cœlum opus uerbi eſt. Dixit
quippe deus. Fiat cœlũ, & uerbũ in opus apparuit.
Currebat natura, nemo impediebat, quia naturæ
dñs imperabat, q facere & immutare poteſt. Ego
eam ædificaui, qui cœlũ ſtatui. Sed propter cœlũ
non fudi ſanguinem, propter cœlũ crucifixus non
ſum, nec propter cœlũ cœleſte corpus accepi. Et
quid dicam cœli? Angelorũ corpus nõ aſſumpſi, ut
diſcas quãto cœlo & angelis & omni creatura hono
rabilior eccleſia eſt. Ideo cœlu & terra tranſibunt,
uerba aũt mea non ꝑteribunt. Aſſit gẽtilis, aſſit iu
dæus. Si hæc inania ſunt uerba, redarguant. Si au-
tem ueritas eſt quæ dicta ſunt, adorẽt uirtutẽ dei.
dicit Chriſtus: Cœlũ & terra tranſibũt, uerba aũe
mea nõ ꝑteribunt. Facilius eſt cœlũ ꝑterire, & ter
eam deuorari, q̃ uerba mea excidere. Quæ aũt ſunt
uerba, adducamus in mediũ, uideamus ne forte in
terceperint. Non dubitabũdos, ſed hæreticos ob-
Matt. 16. cludo. Quæ ergo ſunt uerba? Cœlũ & terra tranſi
bunt, uerba autẽ mea nõ ꝑteribũt. Qui ſermones?
Quæ uerba? Tu es Petrus, & ſup hanc petrã ædifi-
cabo eccleſiã meam, & portæ inferi non ꝑualebunt
aduerſus eã. Sup hanc petrã, nõ dixit, ſup Petrum,
Non enĩ ſup hoiem, ſed ſuper fidẽ ædificauit eccle
ſiam ſuã. Quid aũt erat fides? Tu es Chriſtus filius
dei uiui. Petrã uocauit eccleſiam ſuſcipientem flu
ctus, & non titubantem. Etenim eccleſia ſuſcipit
quodammodo tentationes, non tñ uincitur. Quid
eſt ſup petram? Hoc eſt, ſup cõfeſſionẽ Petri, ſuper
ſermones pietatis. Sed forſitan interrogabis, utrũ
hæc ædificatio ſuſcipiat lapides aut ligna, aut fer-
rũ? Non, inquit: Nec enim eſt ſenſibilis ædificatio.
Quod ſi talis eſſet, diuino ueteretur tempore. Confeſ
ſionẽ autẽ pietatis, neq; dæmones, neq; ulla crea-
tura uincere poteſt. Teſtantur martyres quorum
latera radebãtur, ſed fides non frangebatur. O nos
ua rerum materies. Paries effoditur, & theſaurus
nõ aufertur. Caro ſcinditur, & fides non rũpitur.
Talis quippe eſt martyrũ uirtus. Etenim ſup hãc
petrã ædificabo eccleſiam meã, & portæ inferi non
præualebunt aduerſus eam. Attẽdite diligentius
uerbo: Portas inferi, pericula uocat quæ mortẽ pa
riunt. Quid ergo? In inferno intrauit quiſq; qñ pe
riclitatur? Etiam. Sicut enim portæ introitus ciui
tatũ ſunt, ſic pericula introitus mortis ſunt. Et cur,
inquit, non ꝓhibet tentationes? Vt oſtendat uirtu
tem eius. Si nemo eã impugnare poſſet, dicere po
terãt: Quoniã ſi impugnaretur, utiq; uinceretur,
ꝓpterea permitto eam impugnari, nõ ut imbecil-
litas repugnantiũ, ſed fides uictoriæ imputet. Et
portæ inferi, nõ dixit, nõ appropiabunt ei, ſed non
præualebunt aduerſus eam. Quid ergo? Impugna
bitur quidẽ, non tamẽ uinci poterit. Tempeſtates
ſuſcipit eccleſia, ſed non demergitur. Iacula in eã
mittuntur, ſed non ploratur. Machinamenta præ
parantur, ſed turbis non eliditur. Et quid dico ec
cleſiam? Vnũ ſermonẽ locutus eſt piſcator, & ſicut
turris immobilis pſeuerat. Tu es (inquit) Chriſtus
filius dei uiui. Quanti tyranni uerbum hoc delere
conati ſunt, ſed non potuerunt? Supra petrã enim
fundatum erat. Conſidera tyrannos, reges, diade
mata, gladios acutos, beſtiarum dẽtes mortem mi
nantes, caminos, ſartagines, ferreas manus & un-
cos, & omnia machinamenta parata. Et pharetrã
quidem ſuam euacuauit diabolus, ſed nihil læſit ec
cleſiam, portæ enim inferi non præualebunt aduer
ſus eam. Teſtatur res ipſa, teſtatur eorum quæ ſiũt
aſtipulatio, quanti impugnarũt, & nemo ꝑualuit.
Et impugnatores quidem taciturnitati & obliui-
oni ſunt dati, eccleſia autẽ quotidie uirtutibus au-
gmẽtatur. Vbi nunc Claudius? ubi Nero? ubi Tibe-
rius? Nomina ſunt nuda, eorũ autẽ nemo, nec ulla
eorum mentio. Et quia eccleſiam impugnarunt,
ideo & memoriam ꝑdiderunt. Eccleſia autem cla
rior reſplendet. Vbicunq; ieris, ad Indos, ad Mau-
ros, ad Britãnos, ad Hiſpanos, uſq; ad ultimos ter Ioh. 1.
rarum fines, inuenies, In principio erat uerbum, &
uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, &
uniuerſa religione plena. Ante hoc enim uniuerſa
erant impietate repleta. Nunc autem non ſolũ ci-
uitates religione florent & fide Chriſti, ſed etiam
eremus in nomine domini gloriatur. Antea nanq;
& reginæ inconuiuijs utrorum ſaltabant, ſicut fi- Marc. 6.
liam Herodiadis feciſſe legimus: nunc uero uix fa
mula dignatur hoc facere. Antiquitus gentis Per-
ſarum filij parentibus ſociabantur connubio, & ſo
ror fratri iungebatur impune: nunc uero uirginis
tatem appetunt. Ante hoc autẽ erat quædã gens,
quæ humanis ueſcebatur carnibus: nunc ieiunijs
reficiunt animam ſuã. Maſſagetæ & Berbices mi-
ſeros putant, qui ægrotatione moriantur. Et pa-
rẽtes, cognatos, propinquos, cum ad ſenectutem
uenerint, iugulatos deuorant, rectius eſſe dicẽtes,
ut à ſe potius q̃ a uermibus conſumantur. Nunc
uero poſt paſſionem Chriſti & reſurrectionẽ eius,
abſtinentiæ & caſtitati deuote militant Chriſto,
& prope omnes gentes paratæ ſunt pro nomine
domini fundere ſanguinem ſuum. Ante hoc impij
& perſecutores erant reges, nunc uero ad cœlum
proferunt pietatem, & ingredientes limina eccle
ſiæ, deponunt coronam, & crucem Chriſti in ſuis

depingũt frontibus. Foris arma,hic myſteria. Fo
ris ſcuta , hic ſacramentorum celebratio. Theodo
ſii filius,& pater Theodoſiꝗ , religione ac pietate
inſignes. Ideoq; pro his omnibus gratias agamus
domino,per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum,
cui eſt gloria & poteſtas & ſpirituiſancto,per im
mortalia ſecula ſeculorum, Amen.

DE VNO MARTYRE

Lucæ. xiiij.

¶In illo tẽpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis:
Si quis uenit ad me,& non odit patrem ſu
um & matrem,& uxorem & filios,& fra-
tres & ſorores, ad huc autem & animam
ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et
reliq. Homilia beati Gregorij papæ.

SI conſideremus fratres chariſſimi, quæ &
quanta ſunt quæ nobis promittũtur in cœ
lis, uileſcunt animo omnia quæ habẽtur in
terris. Terrena nanq; ſubſtãtia, ſupernæ fe
licitati comparata, pondus eſt, non ſubſidi
um. Temporalis uita æternæ uitę cõparata, mors
eſt potius dicenda q̃ uita. Ipſe enim quotidianus
defectus corruptionis, quid aliud eſt q̃ quædam
prolixitas mortis? Quæ autẽ lingua dicere, uel qs
intellectus capere ſufficit illa ſupnę ciuitatis q̃nta
ſint gaudia, angelorum choris intereſſe, cum bea-
tiſſimis ſpiritibus gloriæ cõditoris aſſiſtere, præ-
ſentẽ dei uultũ cernere, incircunſcriptũ lumen ui-
dere, nullo mortis metu affici, incorruptionis per
petuæ munere lætari? Sed ad hæc audita inardeſ-
cit animus, iamq; illic cupit aſſiſtere, ubi ſe ſperat
ſine fine gaudere. Sed ad magna pręmia perueniri
2. Tim. 2 nõ poteſt, niſi p magnos labores. Vnde & Paulus
egregius p̄dicator dicit: Nemo coronabitur, niſi q
legitime certauerit. Delectet ergo mentẽ magni-
tudo præmiorũ, ſed nõ deterreat certamẽ laborũ.
Vnde ad ſe uenientibus ueritas dicit: *Si quis uenit
ad me, & non odit patrẽ ſuũ & matrẽ, & uxorẽ & filios,
& fratres & ſorores, adhuc autẽ & aĩam ſuam, non po-
teſt meus eſſe diſcipulus.* Sed percontari libet quõ pa
rentes & carnaliter ꝓpinquos præcipimur odiſſe,
q iubemur & inimicos diligere? Et certe de uxore
Mat. 19. ueritas dicit: Quod deus coniunxit, hõ non ſepa-
Ephe. 5. ret. Et Paulus ait: Viri, diligite uxores ueſtras, ſi-
cut & Chriſtus eccleſiã. Ecce diſcipulus uxorẽ di
ligendã prędicat, cũ magiſter dicat: Qui uxorẽ nõ
odit, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Nunq d aliud
iudex nũciat, aliud præco clamat? An ſimul & odiſ
ſe poſſumus, & diligere? Sed ſi uim p̄cepti perpen
dimus, utrũq; agere p diſcretionẽ ualemus, ut eos
q nobis carnis cognatione coniuncti ſunt, & quos
ꝓximos nouimus, diligamus, & q̃s aduerſarios in
uia dei patimur, odiendo & fugiendo neſciamus.
Quaſi enim p odiũ diligitur, q carnaliter ſapiẽs,
dum praua nobis ingerit, non odit. Vt aũt dñs de-
monſtraret hoc ergo ꝓximos odiũ non de affecti
one procedere, ſed de charitate, addit protinus di
cens: Adhuc autẽ & aĩam ſuã. Odiſſe itaq; præci-
pimur proximos, odiſſe & animã noſtrã. Conſtat
ergo qa amãdo debet odiſſe proximũ, qui ſic eum
odit ſicut ſemetipſum. Tunc enim bene noſtram
animã odimus, cum eius carnalibus deſiderijs non
acquieſcimus, cũ eius appetitum frangimus, eius
uoluptatibus reluctamur. Quæ ergo contẽpta ad
melius ducitur, q̃ſi per odium amatur. Sic nimirũ
exhibere proximis noſtris odij diſcretionẽ debe-
mus, ut in eis diligamus quod ſunt, & habeamus
odio q̃d in dei nobis itinere obſiſtunt. Certe dum
Paulus Hyeroſolymã pergeret, ꝓpheta Agabus Actu. 21.
zonã illius apprehẽdit, ſuisq; pedibus alligauit,
dicens: Virũ cuius hæc zona eſt, ſic alligabunt Iu
dæi in Hieruſalẽ. Sed is qui animã ſuam perfecte Actu. 20
oderat, dicebat: Ego non ſolũ alligari, ſed & mo
ri in Hieruſalem paratus ſum ꝓ nomine dñi Ieſu,
nec facio animam meã precioſiorem q̃ me. Ecce
quomodo amando animã ſuã oderat, immo odiẽs
amabat, q̃ cupiebat pro Ieſu nomine morti trade-
re, ut hãc ad uitã de peccati morte ſuſcitaret. Ab
hac ergo diſcretione odij noſtri, trahamus formã
ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mun
do etiã aduerſarius, ſed in uia dei contrarius non
ametur, etiam propinquus. Quiſquis enim ęterna
concupiſcit, in ea q̃ aggreditur cauſa dei, extra pa
trem, extra matrem, extra uxorem, extra filios,
extra cognatos, extra ſemetipſum fieri debet, ut
eo uerius cognoſcat deũ, quo in eius cauſa nemi-
nẽ recognoſcit. Multum nanq; eſt quod carnales
affectus intentionẽ mẽtis diuerberant, eiusq; aciẽ
obſcurant. Quos tamen nequaq̃ noxios patimur,
ſi eos premendo teneamus. Amãdi ergo ſunt pro
ximi, impendenda charitas omnibus, & propinqs
& extraneis, nec tamen pro eadẽ charitate a dei
amore flectendũ. Scimus autẽ quia cum de terra
Philiſtinorum arca dñi ad terrã Iſraelitarũ redi-
ret, plauſtro ſuperimpoſita eſt, & uaccæ plauſtro
ſubiunctæ ſunt, quæ fœtæ fuiſſe memorãtur, qua-
rum uitulos clauſerunt domi. Et ſcriptũ eſt: Ibant 1. Re. 6.
autẽ in directum uaccæ per uiam quę ducit Beth-
ſamis. Vno itinere gradiebantur, pergentes & mu
gientes, & non declinabant neq; ad dexterã, neq;
ad ſiniſtram. Quid igitur uaccę, niſi fideles quoiq;
in eccleſia deſignant? Qui dum ſacri eloquij præ-
cepta conſiderant, quaſi ſuperimpoſitam ſibi dñi
arcam portãt. De quibus hoc etiam eſt notandũ,
quod fuiſſe fœtæ memorantur, quia ſunt pleriq;
qui in uia dei intrinſecus poſiti, foris carnalibus
affectibus ligantur. Sed non declinant a recto iti
nere, qui arcã dei portant in mẽte. Ecce enim uac Mal. 4.
cæ Bethſamis pergunt. Bethſamis quippe domus
ſolis dicitur, & propheta ait, Vobis autẽ qui time
tis dñm, orietur ſol iuſtitiæ. Si igitur ad æterni
ſolis habitationem tendimus, profecto dignũ eſt
ut de dei itinere pro carnalibus affectibus nõ de-
clinemus. Tota enim uirtute pẽſandum eſt, quod
uaccæ dei plauſtro ſuppoſitæ pgunt & gemunt,
dant ab intimis mugitus, & tamen de itinere non
deflectunt greſſus. Sic nimirum prędicatores dei,
ſic fideles quiqȝ eſſe intra eccleſiã ſanctam debent,
ut compatiantur proximis p charitatẽ, & tamen
de uia dei non exorbitẽt per compaſſionem. Hoc
ipſum uero odiũ animę qualiter exhiberi debeat,
ueritas ſubdendo manifeſtat, dicens: ¶ *Et qui non
baiulat crucem ſuam, & uenit poſt me, non poteſt meus
eſſe diſcipulus.* Crux quippe a cruciatu dicitur. Et
duobus modis crucem domini baiulamus, quum
aut per abſtinentiam carnem affligimus, aut per
compaſſionem proximi, neceſſitatem illius, no-
ſtram putamus. Qui enim dolorem exhibet in ali
ena neceſſitate, crucem portat in mẽte. Sciendum
uero eſt, quod ſunt nonnulli, qui carnis abſtinen-
tiam non pro deo, ſed pro inani gloria exhibent.
Et ſunt pleriq; qui compaſſionem proximo non
ſpiritualiter, ſed carnaliter impẽdunt, ut ei nõ ad
uirtutem, ſed quaſi miſerando ad culpas faueant.

Hi itaq; crucem quidem uidentur ferre, ſed dñm
non ſequuntur. Vnde recte hęc eadē ueritas dixit:
*Qui non baiulat crucem ſuam, & uenit poſt me, non po-
teſt meus eſſe diſcipulus.* Baiulare etenim crucem, &
℣ ſtudio æternæ. poſt dominum ire, eſt uel carnis abſtinentiam, uel
compaſſionem proximo * ſtudio internæ inten-
tionis exhibere. Nam quiſquis hęc pro temporali
intentione exhibet, crucem quidē baiulat, ſed ire
poſt dñm recuſat. Quia uero ſublimia pręcepta da-
ta ſunt, protinus cōparatio ædificandę ſublimita-
tis adiungitur cum dicitur: ¶ *Quis enim ex uobis uo-
lens turrim ædificare, non prius ſedens cōputat ſumptus
qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum? ne poſtea
cum poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere,
omnes qui uiderint, incipiant illudere ei, dicentes: Quia
hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.*
Omne quod agimus, præuenire per ſtudium cōſi-
derationis debemus. Ecce enim iuxta ueritatis uo-
cem, qui turrim ędificat, prius ædificij ſumptus pa-
rat. Si igitur humilitatis turrim ædificare cupi-
mus, prius nos præparare contra aduerſa huius ſe-
culi debemus. Hoc enim inter terrenū & cœleſte
ædificium diſtat, quod terrenū ædificium expen-
ſas colligēdo conſtruitur, cœleſte uero ædificium
expenſas diſpergēdo conſummatur. Ad illud ſum-
ptus facimus, ſi non habita colligamus: ad iſtud
ſumptus facimus, ſi & habita relinquamus. Iſtos
ſumptus diues ille habere nō potuit, q multas poſ-
Mat. 19. ſeſſiones poſſidens, magiſtrum requiſiuit, dicens:
Magiſter bone, qd faciendo uitā æternam poſſide-
bo? Qui cū præceptū relinquēdi oīa audiſſet, tri-
ſtis abſceſſit, & inde eſt anguſtatus in mente, unde
foris fuit latior in poſſeſſione. Quia uero in hac ul-
ta amabat ſumptus celſitudinis, tendendo ad ęter-
nā patriā habere noluit ſumptus humilitatis. Con-
ſiderandū uero eſt quod dicit, oēs q uiderint, inci-
1. Cor. 4. piant illudere ei, qa, iuxta Pauli uocē, ſpectaculū
facti ſumus mūdo, & angelis, & hominibus. Et in
omni quod agimus, conſiderare occultos noſtros
aduerſarios debemus, qui ſemp noſtris operibus
Pſal. 24. inſiſtunt, ſemp ex noſtro defectu gratulaot. Quos
intuens propheta, ait: Deus meus in te confido, nō
erubeſcam, neq; irrideāt me inimici mei. In bonis
enim operibus intenti, niſi contra malignos ſpiri-
tus ſolicite uigilemus, ipſos irriſores patimur, q̄s
ad malū perſuaſores habemus. Sed quia de cōſtru-
endo ædificio cōparatio data eſt, nunc ex minore
ad maius ſimilitudo ſubditur, ut ex rebus minimis
maiora penſentur. Nam ſequitur: ¶ *Aut quis rex itu-
rus cōmittere bellum aduerſus alium regem, non ſedens
prius cogitat, ſi poſſet cum decem millibus occurrere ei
qui cum uiginti millibus uenit ad ſe? Alioquin adhuc illo
longe agēte, legationē mittēs, rogat ea quæ pacis ſunt.*
Rex cōtra regē ex ęquo uenit ad præliū, & tamen
ſi ſe perpendit non poſſe ſufficere, legationē mit-
tit, & ea quæ pacis ſunt poſtulat. Quibus ergo la-
chrymis nos ſperare ueniam debemus, qui illo in
tremēdo examine cū rege noſtro ex ęquo ad iudi-
ciū non uenimus, q̄s nimirū cōditionis infirmitas
& cauſa inferiores exhibet? Sed fortaſſe iam mali
opis culpas abſcindimus, iā praua quæq; exterius
declinamus. Nunquid ad reddendā rationē cogi-
tationis noſtræ ſufficimus? Nam cū uiginti milli-
bus uenire dicitur is, cōtra quē minime ſufficit iſte
qui cū decem millibus uenit. Decem millia quippe
ad uiginti millia, ſimplū ad duplū ſunt. Nos aūt ſi
multū pficimus, uix exteriora noſtra opa in recti-
tudine ſeruamus. Nam etſi iā luxuria carnalis ab-
ſciſſa eſt, tamen adhuc à corde funditus abſciſſa nō
eſt. Ille aūt qui iudicat uerus uenit, exteriora ſimul
& interiora iudicat, facta pariter & cogitationes
penſat. Cū duplo ergo exercitu contra ſimplū ue-
nit, qui nos uix in ſolo opere præparatos, ſimul de
opere & cogitatione diſcutit. Quid igitur agen-
dum eſt fratres charisſimi, niſi ut dum nos cū ſim-
plo exercitu contra duplū illius ſufficere nō poſſe
conſpicimus, dū adhuc longe eſt, legationē mitta-
mus, & rogemus ea quę pacis ſunt? Longe eīm eſſe
dicitur, q adhuc præſens p iudicium non uidetur.
Mittamus ad hūc legationem lachrymas noſtras,
mittamus miſericordiæ opera, mactemus in ara
eius hoſtias placationis, cognoſcamus nos cum eo
in iudicio non poſſe contēdere. Penſemus uirtutē
eius fortitudinis, rogemus ea quę pacis ſunt. Hęc
eſt noſtra legatio, quæ regē uenientē placat. Pen-
ſate fratres q̄ benignum ſit, quod is qui ſuo aduen-
tu ualet opprimere, tardat uenire. Mittamus ad
hunc, ut diximus, legationē noſtrā, flēdo, tribuen-
do, ſacras hoſtias offerēdo. Singulariter namq; ad
abſolutionē noſtram, oblata cum lachrymis & be-
nignitate mentis ſacri altaris hoſtia ſuffragatur,
quia is q in ſe reſurgens a mortuis, iam non mori-
tur, adhuc per hanc in ſuo myſterio p nobis iterū
patitur. Nam quoties ei hoſtiam ſuæ paſſionis of- Rom. 6.
ferimus, toties nobis ad abſolutionem noſtrā, paſ-
ſionē illius reparamus. Multos, ut arbitror, ueſtrū
fratres charisſimi, cōtigit noſſe hoc, quod uolo ad
memoriā ueſtram narrando reuocare. Non longe
à noſtris fertur temporibus factum, quod quidam
ab hoſtibus captus lōge traductus eſt. Cumq; diu
teneretur in uinculis, eum uxor ſua cū ex eadē ca-
ptiuitate nō reciperet, extinctū putauit. Pro quo
iam uelut mortuo, hoſtias hebdomadibus ſingulis
curabat offerre. Cuius toties uincula ſoluebantur
in captiuitate, quoties ab eius coniuge hoſtiæ fuiſ-
ſent oblatę p animę eius abſolutione. Nam longa
poſt tempora reuerſus, admirans ualde, indicauit
uxori ſuę quod diebus certis hebdomadis ſingulis
eius uincula ſoluebantur. Quos uidelicet dies eius
uxor atq; horas diſcutiēs, tunc eū cognouit abs-
ſolutum, cū p eo ſacrificium meminerat oblatum.
Hinc ergo fratres charisſimi, hinc certa conſidera-
tione colligite, oblata à nobis hoſtia ſacra quan-
tū in nobis ſoluere ualeat ligaturam cordis, ſi ob-
lata ab altero, potuit in altero ſoluere uincula cor-
poris. Multi ueſtrum fratres charisſimi Caſſiū Nar-
nienſis urbis epiſcopum nouerūt, cuius mos erat
quotidianas hoſtias offerre deo, ita ut pene nullus
dies uitæ abſcederet, quo non oīpotenti deo ho-
ſtiam placationis immolaret. Cui cū ſacrificio ual-
de etiam concordabat uita, nam cūcta q̄ habebat,
in eleemoſynis tribuens, cū ad horā offerendi ſa-
crificij ueniſſet, uelut totus in lachrymis defluens,
ſemetipſum cum magna cordis cōtritione macta-
bat. Cuius uitam & exitum à quodā uenerabili ui-
rę diacono, q ab eo fuerat nutritus, referēte cogno-
ui. Aiebat enim, quod quadā nocte eius presbyte-
ro p uiſum dñs aſtitit dicens: Vade, & dic epiſco-
po: Age quod agis, opare quod operaris, nō ceſſet
pes tuus, non ceſſet manus tua, natali apoſtolorū
uenies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam.
Surrexit presbyter. Sed qa e uicino apoſtolorum
natalitius dies imminebat, tā ppinqui exitus diē
epiſcopo nunciare pertimuit. Alia nocte dñs rediјt,
eiusq; inobedientiā uehementer increpauit, atq;
eadē iuſſionis ſuę uerba retexuit. Tunc presbyter

ſurrexit ut pgeret, ſed rurſus infirmitas cordis, impedimentum facta eſt indicandæ reuelationis, & ad admonitionẽ quoq; iteratæ iuſſionis obdoruit pgere, & q̃ uiderat manifeſtare neglexit. Sed qa magnã manſuetudinẽ cõtemptę gratiæ maior ſolet ſeq ira uindictæ, uiſione tertia dñs apparẽs, iam uerbis addidit uerbera, & tã diſtricta cędema ctatus eſt, ut in eo duritiã cordis emolliret uulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex uerbere, pgrexit ad epiſcopũ, eumq; iã ex more iuxta beati Iuuenalis martyris ſepulchrũ ad offerendum ſacrificiũ conſiſtentẽ reperit, ſecretũ à circũſtantibus petijt, ſeq; eius pedibus ſtrauit. Cumq; eũ ubertim flentẽ epiſcopus uix ad ſe leuare potuiſſet, lachrymarũ cauſas cognoſcere ſtuduit. Ille uero relaturus ex ordine uiſionẽ, prius ueſtimẽto ex humeris deſoluto, detexit plagas corporis (ut ita dicã) teſtes ueritatis & culpę, mõſtrauit quanta animaduerſione diſtrictionis mẽbra illius accepta uerbera liuore inflicto ſulcauerant. Quę mox ut epiſcopus uidit, exhorruit, & quis ſibi talia facere præſumpſiſſet, cũ magnę obſtupefactionis uocibus inquiſiuit. At ille reſpõdit hæc ſe ꝓ ipſo fuiſſe ppeſſum. Excreuit cũ terrore admiratio. Sed nullas iam presbyter inquiſitioni eius moras adijciens, ſecretũ reuelationis apuit, eiq; iuſſiones dñicas, per ea quæ audierat uerba narrauit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, nõ ceſſet manus tua, non ceſſet pes tuus, natali apoſtolorum uenies ad me, & retribuã tibi mercedẽ tuã. Quibus auditis, epiſcopus in oratione ſe cũ magna cordis contritione ꝓſtrauit. Et q oblaturus ſacrificiũ ad horã tertiam uenerat, hoc ꝓ extenſæ orationis magnitudine, ad horã nonam uſq; ꝓtelauit, atq; ex ipſo iam die magis magiſq; exaucta ſunt ei lucra pietatis, factuſq; eſt tam fortis in opere, q̃ certus ex munere, q ppe qui eũ cui debitor fuerat ex promiſſione, iam cœperat habere debitorem. Huic autẽ conſuetudo fuerat, ſingulis annis natalitio apoſtolorum die Romã uenire, iamq; ex hac reuelatione ſuſpectus, uenire iuxta morẽ noluit. Eodem ergo tẽpore ſolicitus fuit, ſecũdo quoq; anno uel tertio in mortis ſuæ expectatione ſuſpẽſus, quarto quinto q; & ſexto ſimiliter. Qui deſperare iã de ueritate reuelationis potuerat, ſi uerbis fidẽ uerbera nõ feciſſent. Cum ecce anno ſeptimo uſq; ad expectati natalis ſacras uigilias incolumis pueniit, ſed leuis hunc in uigilijs dolor attigit, atq; ipſo die natalitio filijs ſuis ſe expectantibus, miſſarũ ſolennia implere ſe poſſe recuſat. Illi uero q de eius egreſſione pariter ſuſpecti, ſimul ad eũ oẽs uenerũt, ſeſe unanimiter adſtringentes, ut die eodẽ nequaq̃ acquieſcerent miſſarũ ſolennia celebrari, niſi pro eis ad dñm idem antiſtes ſuus interceſſor accederet. Tũc ille cõpulſus in epiſcopi oratorio miſſas fecit, & manu ſua corpus dñicum, pacemq; omnibus dedit. Qui cuncto miniſterio oblati ſacrificij peracto, ad lectulũ redijt, ibiq; iacens, dũ ſacerdotes ſuos ac miniſtros circumſtetiſſe ſe cerneret, q̃ſi uale ultimũ dicẽs, de ſeruando eos uinculo charitatis admonebat, & quãta debuiſſent cõcordia inter ſe uniri, ꝑdicabat: tũ ſubito inter ipſa ſanctæ exhortationis uerba, uoce terribili clamauit dicẽs, Hora eſt. Mox aſſiſtẽtibus ipſe ſuis manibus linteũ dedit, quod ex more morientiũ ſibi contra faciẽ tẽderetur. Quo tẽſo, emiſit ſpiritũ. Sicq; ſancta illa anima ad gaudia ęterna pueniens, à carnis corruptione ſoluta eſt. Quẽ fratres chariſſimi, quẽ uir iſte in morte imitatus eſt, niſi eũ quẽ in uita ſua fuerat contẽplatus? Dicens enim, hora eſt, de corpore exijt, qa & Ieſus peractis oĩbus, cũ dixiſſet: Conſummatus eſt, inclinato capite tradidit ſpũm. Ioh. 19.

Quod ergo dñs fecit ex poteſtate, hoc egit famulus ex uocatione. Ecce quotidianæ hoſtię, illa cum eleemoſynis & lachrymis miſſa legatio, quantã cũ rege uenĩẽte gratię pacẽ fecit. Relinquat ergo oĩa qui poteſt, q aũt omnia relinquere nõ poteſt, cum adhuc rex lõge eſt, legationẽ mittat lachrymarũ, eleemoſynarũ & hoſtiarum munera offerat. Vult enim placari precibus, q ſcit quia non poſſit portari iratus. Quod adhuc morã facit uenire, legationẽ pacis ſuſtinet. Veniſſet iãiamq; ſi uellet, & cunctos aduerſarios ſuos trucidaſſet. Sed & q̃ terribilis ueniat indicat, & tñ ad ueniendũ tardat, qa nõ uult inuenire quod puniat. Sed reatũ nobis cõtemptus noſtri denunciat, dicens: *Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, & tñ ſperandæ ſalutis remediũ cõcedit quia q p iram nõ poteſt ferri, p poſtulatæ pacis uult legationẽ placari. Lauate ergo fratres chariſſimi lachrymis maculas peccatoru, eleemoſynis tergite, ſacris hoſtijs expiate. Nolite poſſidere p deſideriũ, quę adhuc p uſum minime relinquitis. Spem in ſolo redẽptore figite, ad æternã patriam mẽte trãſite. Si enim nihil in hoc mũdo iam amando poſſidetis, & iam poſſidendo cuncta reliquiſtis, ipſe uobis gaudia deſiderata cõcedat, q nobis æternæ pacis remedia contulit, Ieſus Chriſtus dñs noſter, qui uiuit & regnat cum patre. &c.

DE VNO MARTYRE

Matth. x.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite arbitrari quia uenerim pacẽ mittere in terram: Non ueni pacẽ mittere, ſed gladium. Et reliqua. Homilia beati Hilarij epiſcopi.

QVę iſta diuiſio eſt? Inter prima enim legis præcepta accepimus: Honora patrẽ tuũ, & matrem tuam. Exo. 20. Ioh. 14.
Et ipſe dñs ait: Pacem meam do uobis, pacẽ relinquo uobis. Quid ſibi uult miſſus potius gladius in terram, & ſeparatur à patre filius, & filia a matre, & nurus aduerſus ſocrum, & hominis domeſtici, eius inimici? Igitur ex inde publica autoritas impietate ꝓferetur, ubiq; odia, ubiq; bella, & gladius dñi inter patrẽ & filiũ, & inter nurũ matremq; deſæuiens? Et in Luca quidem talis de hoc ſermo eſt: Erũt enim ex hoc quinq; in uoa domo diuiſi, tres in duos, & duo ſuper tres diuidentur. Luc. 12.
Nunquid in maiorem numerum poteſt agnationis domeſtica familia diffundi? Aut præſcripta temporis cõtinebatur, ut ex hoc eſſent quinq; tantum in domo una, ijdẽque diuiſi? Ergo qui ſit gladius in terra, quæ proprietas nominum, & in numero quinq; quæ ratio, & quomodo tres in duos, & duo ſuper tres diuidendi, & quatenus hoĩs domeſtici eius inimici, contuendum eſt. Singularum quidem rerum & uniuerſæ quęſtionis primũ natura eſt explicanda, nec minus intelligentiam noſtram ſenſus & ſuperior & conſeques adiuuabit. Gladius telorum omnium telum acutiſſimum eſt, in quo ſit ius poteſtatis, & iudicij ſeueritas, & animaduerſio peccatorum. Et huius quidẽ teli nomine, nouam euangelij prædicationem appellatam,

frequenq

frequens in prophetis eſt autoritas dei. Igitur uerbum nuncupatum meminerimus in gladio, qui gladius miſſus in terram eſt, id eſt, prædicationem eius hominum * corporibus infuſam. Hoc igitur quinque habitātes in una domo diuidit, & diuidit tres in duos & duos ſuper tres. Sed tria tantum in homine reperimus, id eſt, corpus & animam, & uoluntatem. Nam ut corpori anima data eſt, ita & poteſtas utrique utendi ſe ut uellet, indulta eſt, atque ob id lex eſt præpoſita uoluntati. Sed hoc in illis deprehenditur, qui primi à deo figurati ſunt, in quibus cœptæ originis ortus effectus eſt, non traductus aliunde, ſed ex peccato atque infidelitate primi parentis, ſequentibus generationibus cœpit eſſe corporis noſtri pater, peccatum: mater animæ, infidelitas. Ab his enim ortum per tranſgreſſionem primi parentis accepimus. Nam uoluntas unicuique ſua adiacet. Ergo iam unius domus quinque ſunt, pater corporis peccatum, mater animæ infidelitas, & incidens uoluntatis arbitrium, quod totum hominem quodam coniugij ſibi iure diſtinguit. Huic infidelitas ſocrus eſt, nos ex ea natos, atque à fide metuque dei peregrinantes accipiens, ut inter infidelitatem uoluptatemque poſſeſſor, & in ignorantia dei, & in omni uitiorum oblectatione detineat. Cum ergo innouamur baptiſmi lauacro, per uirtutem eius ab originis noſtræ peccatis atque auctoribus ſeparamur, reciſique quadam exectione gladij dei, à patris & matris affectionibus diſſidemus, & ueterem cum peccatis atque infidelitate ſua hominem exuentes, & per ſpiritum anima & corpore innouati, neceſſe eſt ingeniti & uetuſti operis conſuetudinem oderimus. Et quia corpus ipſum per fidem mortificatum, in naturam animæ, quæ ex afflatu dei uenit, quanuis idipſum adhuc in materia ſua extet, euadat: quia communio ipſis inuicem conciliatur ex uerbo, idcirco iam unum atque idem cum anima uelle cœpit effici, ſcilicet ut illa eſt ſpiritualis, quibus libertas uoluntatis à ſocru, id eſt, ab infidelitate diuiſa, ius ſuum omne concedit, ut quod erat libertas uoluntatis, deinceps animæ fit poteſtas. Fitque grauis in domo una diſſenſio, & domeſtica nnuo homini erunt inimica, quia ille per uerbum Dei diuiſus, ab illis manere & interior & exterior, id eſt, & corpus & anima in ſpiritus nouitate gaudebit: ea uero quæ ingenita & quadam proſapiæ antiquitate deducta: conſiſtere in his quibus oblectata ſunt concupiſcunt, & origo carnis, & origo animæ, & libertas poteſtatis, in duos diuidentur, animam ſcilicet & corpus hominis noui, quæ unum atque idem uelle cœperunt, diuiſique tres, duobus ſubiacebunt in dominatum eorum de ſpiritus nouitate potioribus. Et idcirco illi qui domeſticas nominum charitates dilectioni eius prætulerint, futurorum indigni erunt hæreditate. Pergit deinde in eorum præceptorum & intelligentiæ decurſu. Nam poſteaquam relinquenda omnia quæ in ſeculo chariſſima ſunt imperauerat, adiecit: ¶ *Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Quia qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Et indignus eſt Chriſto, qui non crucem ſuam in qua compatimur, commorimur, conſepelimur, conreſurgimus, accipiens, Dominum fit ſecutus in hoc ſacramento fidei ſpiritus nouitate uicturus. ¶ *Qui inuenerit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam*, ubi ſcilicet poteſtate, & ueterum diuiſione uitiorum, proficiet lucrum animæ in mortem & damnum in ſalutem. Ergo ſuſcipienda mors eſt in nouitate uitæ, & cruci Domini configenda ſunt uitia, & aduerſus perſequentes contemptu præſentium glorioſæ confeſſionis, retinenda libertas eſt, & damnoſum animę lucrum refugiendum, ſcientes cuiquam ius in animam non relinqui, & detrimento breuis uitæ fœnus immortalitatis acquiri. ¶ *Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.* Vniuerſis doctrinæ affectum, & præceptorum ſedulitatem impendit. Et qui periculum non recipientium apoſtolos, excuſſi pulueris teſtimonio denunciaſſet, recipientium merita ultra gratiam ſperati officij commendat. Docet in ſe etiam mediatoris officium, qui cum ſit receptus à nobis, atque ille profectus ex Deo ſit, deus per illum transfuſus in nos ſit: atque ita qui apoſtolos recipit, Chriſtum recipit: qui uero Chriſtum reciperet, patrem Deum recipit, quia non aliud in Apoſtolis recipit, quam quod in Chriſto eſt: neque in Chriſto aliud eſt, quam quod in deo eſt: perque hunc ordinem gratiarum, non aliud eſt apoſtolos recipiſſe quam Deum, quia & in illis Chriſtus, & in Chriſto Deus habitat. ¶ *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet.* Qui prohetam recipit, habitantem recipit in propheta, fitque prophetæ mercede dignus, prophetam prophetæ nomine recipiens. Par quoque recepiſſe iuſtum merces deputatur, fitque iuſtus ex honore iuſtitiæ, ac ſic conſummatur iuſtitia ex fide, & mercedem acquirit officium, plures conſequendæ æternitatis occaſiones Deo largiente, quando in recipiendo iuſto & propheta, ipſa reuerentia affectus, & iuſti honorem accipiat & prophetæ. ¶ *Et quicunque potum dederit uni ex minimis meis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine diſcipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem ſuam.* Non inane eſſe bonæ conſcientiæ opus docuit, neque ſpem fidei alienæ infidelitatis crimine laborare. Prouidens enim plures futuros tantam apoſtolatus nomine glorioſos, omni uero uitæ ſuæ opere improbabiles, eoſque diu fallere, diu mentiri, tamen obſequium quod ipſis ſub religionis opinione delatum ſit, mercede operis ſui ſpeique non fraudat. Nam licet ipſi minimi eſſent, id eſt, peccatorum omnium ultimi, (minimum autem eſt, quo minus nihil aliud eſt) non inania tamen in eos etiam leuia, quæ ſub frigidæ aquæ nomine deſignat, officia eſſe decernit. Non enim peccatis hominis, ſed diſcipuli nomini honor præſtitus eſt, atque ita probitatem obſequentis, fallentis de ſe probra non lædunt, cum mercedem ſuam dantis fide, non aſſumentis mendacio conſequatur. Tu autem domine.

cordibus.

Gala. 5.

DE VNO MARTYRE.

Lucæ. ix.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Et reliqua. Homilia B. Gregorij.

QVIA dominus ac redemptor noſter nouus homo uenit in mundum, noua præcepta dedit mundo. Vitæ etenim noſtrę ueteri in uitijs enutritę, contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Quid enim uet-

ſia aliud tempus habet perſecutionis,atq; aliud pa
cis,redemptor noſter ipſa eius tempora diſtinguit
in præceptis. Nam perſecutionis tempore ponen
da eſt anima,pacis autem tempore ea quæ amplius
dominari poſſunt, frangenda ſunt deſideria terre-
na. Vnde & nunc dicitur: ¶ *Quid enim proficit homi-
ni,ſi lucretur totum mundum,ſe autem perdat, & detri-
mentum ſui faciat?* Cum perſecutio ab aduerſariis
deeſt, ualde uigilantius cor cuſtodiendum. Nam
pacis tempore,quia licet uiuere, libet etiam ambi-
re: Quæ profecto auaritia bene compeſcitur,ſi ip-
ſe ſtatus ambientis ſolicite conſideretur. Nam cur
inſtet ad colligendum,quando ſtare non poteſt ip-
ſe qui colligit? Curſum ergo ſuum quiſq; conſide-
ret,& cognoſcet ſibi poſſe ſufficere parua quę ha
bet. Sed fortaſſe metuit ,ne in huius uitæ itinere
ſumptus deſint. Longa noſtra deſideria increpat
*uita breuis. Incaſſum multa portantur,cum iux · * uia.
ta eſt quo pergitur. Plerunq; autem & auaritiam
uincimus,ſed adhuc obſtat, quod uias rectitudinis
minori tenemus cuſtodia perfectionis. Nam ſæpe
labentia cuncta deſpicimus , ſed tamen adhuc hu-
manæ uerecundiæ uſu præpedimur, ut rectitudi-
nem quam ſeruamus in mente, nondum exprime-
re ualeamus in uoce. Et tanto Dei faciem ad iuſti-
tiæ defenſionem negligimus , quanto humanas fa-
cies contra iuſtitiam ueremur.Sed huic quoq; uul-
neri congruum ſubiungitur medicamentum , cum
Dominus dicit : ¶ *Qui me erubuerit , & meos ſermo-
nes, hunc filius hominis erubeſcet , cum uenerit in maie-
ſtate ſua & patris , & ſanctorum angelorum.* Sed ecce
nunc apud ſe homines dicunt: Nos iam Dominum
& ſermones eius non erubeſcimus,quia eum aper-
ta uoce profitemur.Quibus ego reſpondeo ,quod
in hac plebe Chriſtiana ſunt nonnulli, qui Chri-
ſtum ideo confitentur , quia cunctos Chriſtianos
eſſe aſpiciunt.Nam ſi nomen Chriſti in tanta hodie
gloria non eſſet,tot profeſſores Chriſti ſancta ec-
cleſia non haberet. Non ergo ad probationem fi-
dei uox ſufficit profeſsionis , quam defendit à ue-
recundia profeſsio generalitatis.Eſt tamen ubi ſe
quiſq; interroget, ut in confeſsione Chriſti ſe ue-
raciter probet,ſi non iam nomen eius erubeſcit ,ſi
* piena uirtute mentis humanum pudorem ſubdi · plene.
dit.Certe enim perſecutionis tempore erubeſcere
poterant fideles , ſubſtantiis nudari , de dignitati-
bus deiici,uerberibus affligi. Pacis autem tempo-
re,quia hæc à noſtris perſecutionibus deſunt,eſt a-
liud ubi oſtendamur nobis. Veremur ſæpe à proxi
mis deſpici, dedignamur iniurias uerbi tolerare.
Si contingit iurgium fortaſſe cum proximo fieri ,
erubeſcimus priores ſatisfacere. Cor quippe car-
nale dum uitę huius gloriam quęrit,humilitatem
reſpuit. Et plerunque ipſe homo qui iraſcitur, di-
ſcordanti ſibi reconciliari appetit ,ſed ire ad ſa-
tisfaciendum prior erubeſcit. Penſemus facta ue-
ritatis, ut uideamus quo iaceant noſtrę prauitatis
actiones. Si enim membra ſummi capitis ſumus ,
imitari eum cui cõnectimur, debemus. Quid nan-
que ad noſtræ eruditionis exemplum Paulus egre
2. Cor. 5 gius prædicator dicit? Pro Chriſto legatione fun
gimur,tanquam Deo exhortante per nos:obſecra-
mus pro Chriſto,reconciliamini deo. Ecce inter
nos & deum,diſcordiam peccando fecimus, & ta-
men ad nos deus ſuos legatos prior miſit, ut nos i-
pſi qui peccauimus, ad pacẽ dei rogati ueniamus.
Erubeſcat ergo humana ſuperbia , confundatur
quiſque ſi non afficiatur prior proximo , quando · ſatisfa-
poſt culpam noſtram,ut ei recõciliari debeamus , · ciat.
& ipſe qui offenſus eſt , legatis interuenientibus
obſecrat Deus. Sequitur : ¶ *Dico autem uobis: Vere
ſunt aliqui hic ſtantes qui non guſtabunt mortem , donec
uideant regnum Dei.* Regnum Dei , fratres chariſ-
ſimi , non ſemper in ſacro eloquio uenturum re-
gnum dicitur , ſed nonnunquam præſens Eccleſia
uocatur. Vnde ſcriptum eſt : Mittit filius homi- · Mat. 13.
nis angelos ſuos , & colligent de regno eius om-
nia ſcandala . In illo quippe regno ſcandala non
erunt, ubi profecto reprobi non admittũtur. Quo
uidelicet exemplo colligitur , quod hoc loco re-
gnum Dñi præſens Eccleſia uocatur. Et quia non-
nulli ex diſcipulis uſque à Deo in corpore uictu-
ri erant , ut eccleſiam Dei conſtructam conſpice-
rent, & contra huius mundi gloriam erectam,con
ſolatoria promiſsione nunc dicitur: ¶ *Sunt quidam
de hic ſtantibus , qui non guſtabunt mortem , donec ui-
deant regnum Dei.* Sed cum tanta Dominus ſube- · ederet
undæ mortis præcepta * daret,quid neceſſarium
fuit , ut ad hanc ſubito promiſsionem ueniret?
Quod ſi ſubtiliter perpendamus , quanta diſpen-
ſatione pietatis agatur , agnoſcimus. Diſcipulis e-
nim rudibus etiam de præſenti uita aliquid promit-
tendum fuit , ut poſſent robuſtius in futuro ſolida
ri. Sic Iſraelitico populo ex Aegypti terra libe-
rando , repromiſsionis terra promittitur , &
cum uocandus eſſet ad dona cœleſtia,terrenis pro
miſsionibus ſuadetur. Cur hoc? Vt dum eſſet ali-
quid quod e uicino perciperet , illud iam fidelius
crederet, quod de longinquo audire potuiſſet.
Carnalis etenim populus ſi parua non acciperet ,
magna non crederet . Omnipotens ergo Deus
largiendo terrena , ſuadet ad cœleſtia , ut perci-
piens quod uideret , ſperare diſceret quod minime
uidebat : & tanto ſolidior de inuiſibilibus fieret ,
quanto eum ad ſpei certitudinem uiſibilia promiſ-
ſa fulcirent . Vnde recte quoque per Pſalmiſtam
dicitur : Dedit eis regiones gentium , & labores · Pſal. 104
populorum poſſederunt, ut cuſtodiant iuſtificatio-
nes eius , & legem eius requirant . Sic ergo hoc
loco rudibus diſcipulis ueritas loquens , uiden-
dum regnum * cœlorum promittit in terra , ut · dei
hoc ab eis fidelius in cœlo præſumatur . Ex ipſo i-
taque regno quod iam uidemus in mundo eſſe ſu-
blimatum, ſperemus regnum quod in cœlo credi-
mus percipiendum. Nam ſunt nonnulli qui Chri-
ſtianitatis nomine cenſentur , ſed Chriſtianitatis
non habent fidem , ſola eſſe uiſibilia æſtimant , in-
uiſibilia non appetunt , quia nec eſſe ſuſpicantur.
Ad ſanctorum martyrum corpora conſiſtimus fra
tres mei, nunquid iſti carnem ſuam in mortem da
rent, niſi eis certiſsime conſtitiſſet eſſe uitam pro · ita
qua mori debuiſſent? Et ecce qui * iſta credide
runt , miraculis coruſcant . Ad extincta nanque
eorum corpora uiuentes ægri ueniunt,& ſanãtur:
periuri ueniunt , & dæmonio uexantur: dæmonia-
ci ueniunt,& liberantur. Quomodo ergo uiuũt il-
lic ubi uiuunt,ſi in tot miraculis uiuũt hic ubi mor
tui ſunt? Rẽ fratres dico breuẽ uerbo,ſed nõ paruã
merito,q̃ religioſis quibuſdã ſenioribus enarranti-
bus agnoui. Gothorũ tẽpore matrona quædã fuit
ualde religioſa , quæ ad horũ martyrũ eccleſiã cre
bro ueniebat. Quadam autem die dum ex more ad
orandum ueniſſet, egrediens duos ſtantes ſub pere
grino habitu monachos inuenit , peregrinos cre
didit,

ulterius redimi poteſt. Vnde Pſalmiſta ait: Qui cõfidunt in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriãtur, frater non redimet, redimet homo. Non dabit homo placationem ſuam, & preciũ redemptionis animæ ſuæ, ideoq; laborabit in æternum, & uiuet in æternũ uſq; in finẽ. *Filius enim hominis uenturus eſt, in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuiq; ſecundum opera eius.* Venit enim prius humilis, ut iudicaretur filius hominis. Veniet autem iterum ſublimis & excelſus in gloria & honore & maieſtate paterna, ut iudicet mundum, & reddat unicuiq; ſecundum opera ſua. Deus enim manifeſte ueniet, Deus noſter, & non ſilebit. Et quaſi aliquis diceret, Vtinam illam gloriam aliquando uideamus, ſubdidit, dicens: *Amen dico uobis, ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno ſuo.* Si enim de illo regno & de illa gloria hoc intelligamus, in qua modo cum angelis ſuis ſe iudicaturus uenire promiſit, ſtare non poteſt. Nemo enim ibi erat, ubi Dominus dicebat, qui mortem iam non guſtauit, ipſe tamen ad iudicium nondum uenit. Qualiter hæc intelligi debeant, ſequentia manifeſtant: Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum & Iohannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Iſti igitur ſunt de quibus modo dixerat qui non guſtabunt mortem donec uideant filium hominis uenientem in regno ſuo, id eſt, apparentem in uirtute & gloria regni ſui. Transfiguratus enim Dominus talis tunc in monte tribus iſtis ſuis diſcipulis apparuit, qualis poſt hanc uitam in regno ſuo cunctis ſuis fidelibus apparebit.

IN NATALI VNIVS MARTYRIS
Homilia II. D. Euſebij Emiſſeni.

CVm enim alibi Dominus dicat: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, & non ſolũ hoc, uerum etiam, diligite inimicos ueſtros, benedicite his qui oderunt uos: quid eſt quod modo dicit, ut patrem & matrem, uxores & filios, fratres & ſorores, & ipſas animas noſtras odio habeamus? Ioannes quoq; Apoſtolus ait: Omnis qui odit fratrem ſuũ homicida eſt. Et Pſalmiſta: Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Concluditur ergo ut ſoli iniqui & homicidæ Chriſti diſcipuli eſſe poſsint. Si quidem ſoli ſunt eius diſcipuli & parentes ſuos, & ſeipſos odio habent, quod eſt inconueniens. Dicit ergo, ſi pater aut mater, uel aliquis propinquorum tuorum, te à Chriſti fide ſeparare uoluerit, hunc fuge. Hunc quaſi hoſtem time, & quaſi membrum ſathanæ odio habe. Vnde & Matthæus manifeſtius ait: Qui amat matrem aut patrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et alibi: Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proiice abs te. Animam autem pro uita poſuit. Vitam enim ſuam odio habent, qui pro iuſtitia & Chriſti fide mori deſiderant, & carnem ſuam cum uitijs & concupiſcentijs crucifigentes, nullas huius uitæ uoluptates ſequuntur. Iſti quoq; poſt Chriſtũ crucem baiulant: quia omnibus dereictis ſolã carnis mortificationẽ in corpore ſuo ferentes, toto mẽtis & cordis deſiderio poſt eũ uadũt. Sed ualde notãdum eſt quod ait: Si quis hoc uel illud non fecerit, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Aliud eſt Chriſtianum eſſe, aliud Chriſti diſcipulum eſſe. Septuaginta nanq; & duos diſcipulos dominus elegit, præter eos quos apoſtolos nominauit. Iſti autem mũdum ſpernentes, omnia relinquentes, Domino adhærentes, Chriſti diſcipuli ſpecialiter dicti ſunt. Horum igitur nomen & locum illi tenent, qui eos uita & moribus imitantur. Vnde & in concluſione huius euangelij dicitur: Sic ergo omnis ex uobis q renunciat omnibus quæ poſsidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Ipſi enim diſcipuli quanuis ſecundum nominis interpretationem, omnes Apoſtoli eſſent, non omnes apoſtoli tamen dicuntur. Interpretatur enim Apoſtolus miſſus. De ipſis autẽ ſcriptum eſt quod miſit eos Dominus ante faciem ſuam. Miſſi igitur erant qui mittebantur. Quare ergo Apoſtoli non uocantur? Ideo quidem quoniam ſolos duodecim ex eis Dominus elegit, quos & Apoſtolos nominauit. Similiter autem quanuis omnes Chriſtiani Chriſti diſcipuli ſint, ſoli tamen ſeptuaginta duo, & cæteri qui eos in uita & moribus imitantur, hoc tanto nomine digni habentur. His enim præcepit Dominus, non ferre ſacculum, neq; peram, neq; pecuniam in zonis habere. His præcepit ut nihil in hoc mundo poſsiderent, & de craſtino non cogitarent. His deniq; præcepit ut de euangelio uiuerent, & alia non haberent. Si ergo hæc omnibus uniuerſaliter dicta ſunt, & nulli de craſtino cogitare licet, quare domos ædificamus? quare uineas plantamus? quare agros ſeminamus? cur frumenta in horrea colligimus? cur in cellaria uinum reponimus? cur deniq; animalia cuſtodimus, & alia in futurũ nobis reſeruamus? Nam neq; Zachæus omnibus quæ poſsidebat renunciauit, ſed tantum dimidium bonorũ ſuorum pauperibus dedit, & factus eſt filius Abrahæ. Vnde manifeſtum eſt alia quibuſdam, & non omnibus: alia perfectis, & alia minus perfectis Dominum præcepiſſe. Poſſumus tamen intelligere eos etiam qui multa poſſident, omnia reliquiſſe, ſi tamen hoc ſecum & in corde ſuo propoſuerunt, ut ſi forte neceſsitas incubuerit, omnia pro Chriſti nomine & fide tuenda amittere paruipendant. Quis igitur Chriſti diſcipulus eſſe & dici deſiderat, ſedeat prius & computet, ſi diſcipulorum uitam tenere, patientiam habere, laborem ſuſtinere, & ſimul cũ eis turrim poſſit ædificare, contra hoſtes pugnare, & cætera quæ ſequuntur agere ualeat. Hoc eſt enim quod ait: *Quis enim ex uobis uolens turrim ædificare, nonne prius ſedens computat ſumptus qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiendum, ne poſtea quam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere omnes qui uident incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.* Magnam enim turrim ædificare incipit, qui mundi honores, diuitias, & dignitates contemnens, omnia relinquit, & apoſtolorum uitam & monachorum conuerſationẽ promittit. Sed iſte prius computare debet quam arctã & laborioſam uitam ingrediatur, & quam magnum & difficile opus agere incipiat. Debet & cogitare ſi habeat ſumptus qui neceſſarij ſunt ad perficiendum, id eſt, ſi humilitatem, patientiam, obedientiam tenere & cuſtodire ualeat, ſine quibus hoc ædificiũ ædificari nõ poteſt. Si enim aliter egerit, & à bono propoſito declinare cœperit, oẽs incipiẽt ei illudere, dicẽtes: quia hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit cõſummare. Sed quid ei cœpiſſe profuit? Nõ enim qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit, ſaluus erit. Sequitur: *Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regem, nonne prius ſedens cogitat, ſi poſsit cum decem millibus occurrere ei, qui cum uiginti millibus uenit ad ſe? Alioquin illo adhuc longe agente legationem mittens rogat ea quæ pacis ſunt.* Hæc autem ſimilitudo eadẽ

eſt quæ eſt & ſuperior. Nihil enim aliud his uerbis admonemur, niſi ne ultra uires noſtras nos extendamus. Vnde Apoſtolus ait: Qui ſe non continet, nubat: melius eſt nubere quam uri. Vnuſquiſque proprium habet ex deo. Probet igitur ſeipſum homo, & ſic ad altiora conſcendat. Sit uel ſeruus, qui nō poteſt eſſe diſcipulus. Nec omnes epiſcopi, nec omnes ſacerdotes, nec omnes monachi. Quanuis enim ut Apoſtolus ait: omnes unum corpus ſumus in Chriſto, omnia tamen membra non eundē actū habent. Rex autem eſt unuſquiſq; fidelis, qui ſe ipſum & uirtutū exercitū, qui in eo eſt bene regere nouit. Hic autem aduerſus regem alium bellum cōmittit, per quem diabolum intelligimus. Quē quidem & ſi maiorem exercitum habet, facile tamen ſuperamus, ſi non in noſtra, ſed in dei uirtute confidamus. Sed ſciendum eſt quia fortius eos diabolus aggreditur, quod ad maiora & deo propinquiora feſtinare cognoſcit. Vnde ſcriptum eſt: Fili accedēs ad ſeruitutem dei, præpara animam tuam ad tentationem. Ideo & fiducia habere dicitur quod influat Iordanis in os eius. Ad hanc autem legationem mittere & pacem cum eo facere, eſt eius tentationibus acquieſcere. Et ſi quidem primæ tentationi homo ſuccubuerit, adhuc eo longe agente, pacē facit. Multi enim ſunt qui cum eo pacem non faciunt, quāuis prope ſit, & multo tempore eos uiolēter impugnet. Sicut igiť iſti de qbus modo diximus, neq; turrim ędificare, neq; cōtra hoſtē pugnare uolēt, niſi ſecū diligēter prius pertractēt ſi ſumptus ad ędificandū & uires ad pugnandū habēt. Sic omnis qui non renunciat omnibus quæ poſsidet, non poteſt Chriſti eſſe diſcipulus. Omnibus enim renunciat, qui quanuis aliqua poſsideat, omnia tamē, ſi neceſſe ſit, pro Chriſti nomine amittere parui pendat. Nam ipſi quoq; Apoſtoli & ueſtimenta, & calceamenta qualiacunq; habebant, quibus tamen iā ſæpe renunciauerant, quoties neceſſe eſſet, ea ſimul cum ipſa uita perdere nō timebant.

IN NATALI VNIVS MARTYRIS
Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

ECce uitis uocať Chriſtus, & uitis uera. Sed quare uitis? & quare uera? uitis enim uocatur, quia uinum fert. Oīa enim hæc euangeliorum uerba uinum ſunt, & non qualecunq; ſed optimum uinum, non de alia, niſi de hac uite uindemiatum & expreſſum. Inde eſt enim quod in ſuę prædicationis initio, aquas Dominus conuertit in uinum: quatenus noua uitis nouū uinum funderet, quo illas nuptias & architriclinum inebriaret. Dicitur enim & uitis: fortaſſe ad illius uitis diſtinctionem, quæ pro uuis labruſcas, & pro uino dedit acetum. Huius uinum dulce ſemperq; ſuaue: huius uerba ſemper uera & nullius falſitatis ammiſtione corrupta. Dicat ergo: *Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt.* Sed quid facit iſte agricola? Vis audire quid? *Omnē palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat.* Quot ſunt Chriſtiani, tot ſunt & palmites huius uitis. Alij quidem boni, alij autē mali. Et boni quidem fructiferi, mali autem infructuoſi. Tolluntur infructuoſi & incenduntur, fructiferi uero purgantur & gladio ſpiritus amputātur, ut fructum plus afferant. Gladius ſpiritus eſt uerbum dei, & iſte ſermo ſancti euangelij de quo ſubditur: *Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis.* Audis igitur quod ſermo dei gladius eſt & ferramentum, quo ab omni nociua ſuperfluitate iſti & mūdati & purgati ſunt. Primi enim palmites huius uitis fuerunt apoſtoli. Quibus modo Dñs ait: *Manete in me, & ego in uobis:* Et quare maneant, reddit cauſam. *Sicut palmes non poteſt ferre fructū a ſemetipſo, niſi in uite māſerit, ſic nec uos niſi in me manſeritis. Ego ſum uitis & uos palmites.* Ipſe dominus exponit qualiter eius uerba intelligere debeamus. Siccatur enī palmes ſi à uite ſeparetur, quoniam humorē totamq; uitam habet in uite. Iam & Chriſtianus ſi a Chriſto ſeparetur, moritur: quia ſeparatur, à uita. *Qui manet in me, & ego in eo, hic affert fructum multum.* Ille, inquit, affert fructum multum, qui manet in me & quaſi membrum adhęret mihi, & in quo ego maneo, qui ſapientia ſum & ueritas & uita. Ideo enim apoſtoli tantum fructū de ſuæ prædicationis ſemine attulerunt, quia ab eius fide & dilectione nullatenus ſeparari potuerunt. Inſuper & dominus ipſe in eis erat, qui eorum ſemini incrementum dabat. Nam ut Apoſtolus ait: neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed qui incrementum dat Deus. Vnde & ſubditur: *Quia ſine me nihil poteſtis facere. Et ſi quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet.* Qui enim in Chriſti fide nō manet, de eccleſia & ſāctorum collegio foras eijcitur, areſcit & moritur, a malignis ſpiritibus rapitur, in ignem æternum & inextinguibilem mittitur, & ibi ſine fine cruciatur & ardet. *Si manſeritis in me & uerba mea in uobis manſerint, quicquid uolueritis petetis & fiet uobis.* Beati igitur qui manent in Chriſto & in quibus manent uerba Chriſti. Illi autē manent in Chriſto, qui neq; amore neque timore, qui neq; minis neq; blanditijs, qui ab eius dilectione, ab eius fide & amplexibus nulla ratione ſeparari ualent. Taliter quidem apoſtolus in Chriſto manebat qui de ſeipſo ſcribens ait: Certus ſum autem quia neq; mors, neq; uita, neq; tribulatio, uel anguſtia, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura aliqua poterit me ſeparare à charitate Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu. Manent autem in eis uerba Chriſti, qui eius præcepta mente tenent, corde credūt, & nunquam eorum obliuiſcuntur. Præceptum namque Domini eſt. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius eum timete, qui poteſt animā & corpus perdere in gehennam. Præceptum Domini eſt: Si quis uult poſt me uenire abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Præceptum Domini eſt: Si quis uenit ad me & non odit patrem ſuū, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Hæc igitur & ſimilia ſunt illa uerba de quibus modo Dominus ait: Si manſeritis in me, & uerba mea in uobis manſerint quæcunq; uolueritis, petetis & fiet uobis. Magna promiſsio eſt, magnum & incomparabile donum. Qui manēt in Chriſto, & in quibus manent uerba Chriſti, petāt quod uolunt & fiet eis. Si enim uoluerint male, & male petierint, iam nec ipſi manent in Chriſto, nec in ipſis manent uerba Chriſti. Recordentur igitur uerborum Chriſti, imo non recordentur, ſed firmiter teneant, ſemperq; in memoria habeant, & ſic petant, ſicut uerba Chriſti petere docent. Quærāt igitur primum regnum dei & iuſtitiā eius, & hæc omnia adijcientur eis. Petant in fide nihil hæſitantes, & ea petant, quæ ad ſalutem pertinent, & quæ Dei diſpoſitioni & uerbis euāgelicis non ſint contraria. Sed hęc ſpecialiter dicuntur apoſtolis quorum

rum ſanctas petitiones ſemper & ubiq; Dominus
exaudiuit. Rogauit enim Apoſtolus Dominum,
& ter rogauit, ſeque beoe a Domino exauditum
intellexit poſt ꝗ ſe contra ſeipſum petiſſe cogno
uit. Exanditur enim homo ſi fiat quod uult, factũ
eſt autem quod Apoſtolus uoluit: quia poſtquam
ſuam petitionem contra ſeipſum eſſe cognouit, iã
exaudiri noluit. Vnde & ait: Libenter igitur glo-
riabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me
uirtus Chriſti. Nam neque hic ſimpliciter dicitur,
quodcunq; petetis, ſed & quæcunq; uolueritis &
petetis, fiet in uobis. *In hoc clarificatus eſt pater meus*
ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſci
puli. In hoc, inquit, & propter hoc me reuelante
& docẽte, pater meus manifeſtatus & clarificatus
eſt uobis. Vt uos quoq; eum ubique prædicãdo &
clarificando fructum plurimũ afferatis, & multas
gentes ad eum conuertatis & efficiamini mei diſ
cipuli, me imitando non ſolũ uita & doctrina, ue-
rumetiam in miraculorũ operatione. Vere enim
illi diſcipuli ſunt, qui magiſtrũ per omnia imitan
tur. Vnde & Dominus alibi ait: Qui credũt in me,
opera quæ ego facio & ipſi facient, & horũ quidẽ
nõ ſolum minora, uerumetiam quæ maiora ſunt,
facient. Sic enim ſe habet ordo & intelligẽtia. Se-
quitur: *Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos, manete*
in dilectione mea Multũ enim debet diligere, q mul
tum diligitur. *Si præcepta mea ſeruaueritis, manebi-*
tis in dilectione mea. Sicut & ego patris præcepta mei
ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus ſum uo
bis, ut gaudium meum in uobis ſit, & gaudium ueſtrum
impleatur In illis eſt gaudium Chriſti, qui tale gau
dium habẽt, quale habet Chriſtus, ſiue & de quo-
rum conuerſatione ſancta, gaudet Chriſtus Plenũ
igitur gaudiũ habent, ſiquidem in tali gaudio mæ
ror & triſtitia eſſe non poteſt.

DE MARTYRIB. SERMO Leonis Papæ.

Q Votieſcunque fratres chariſſimi, ſan-
ctorum martyrũ ſolẽnia celebramus,
ita ipſis intercedentibus expectemus
à dño conſequi tẽporalia beneficia, ut
ipſos martyres imitãdo, accipere me-
reamur æterna. Ab eis enim ſanctorũ martyrum
in ueritate feſtiuitatum gaudia celebrantur, qui
ipſorum martyrum exempla ſequuntur. Solenni-
tates enim martyrũ, exhortationes ſunt martyri-
orum, ut imitari non pigeat, quod celebrare dele
ctat. Sed nos uolumus gaudere cum ſanctis, & tri
bulationem mũdi nolumus ſuſtinere cum illis. Qui
enim ſanctos martyres, uel in quantum potuerit,
imitari noluerit, ad eorũ beatitudinẽ nõ poterit
puenire. Sic eñi apoſtolus Paulus prędicat, dicẽs:
2. Cor. 1 Si fuerimus ſocij paſſionum, erimus & conſolatio
num. Et dominus in euãgelio: Si mũdus uos odit,
Ioh. 15. ſcitote quia me priorem uobis odio habuit. Recu
ſat eſſe in corpore, qui odium mundi non uult ſu-
ſtinere cum capite. Sed dicit aliquis: Et quis eſt q
poſſit beatorũ martyrũ ueſtigia ſequi? Huic ego
reſpondeo, quia nõ ſolum martyres, ſed ipſum do
minum cũ ipſius adiutorio, ſi uolumus, poſſumus
imitari. Audi non me, ſed ipſum dominum generi
Mat. 11. humano clamantem: Diſcite a me, quia mitis ſum
& humilis corde. Audi & beatum Petrum apoſto-
1. Pet. 5. lum admonentem: Chriſtus pro nobis paſſus eſt,
relinquens uobis exemplum, ut ſequamini ueſti-
gia eius. Ecce Chriſtus dicit, diſcite a me, beatus
Petrus dicit, ut ſequamini ueſtigia eius. Similiter
Paulus Apoſtolus clamat: Imitatores dei eſtote, Eph. 5.
ſicut filij chariſſimi. Quid ad hæc reſpondebimus
fratres? uel ꝗ excuſationem habere poterimus? Si
tibi aliquis dicat, ut uirtutes quas fecit dñs, debe-
as imitari, iuſta poteſt eſſe excuſatio tua, quia uir
tutes & miracula facere non omnibus datum eſt.
Iuſte & caſte uiuere, & charitatem cum omnibus
cuſtodire, ex adiutorio cũctis præceptũ eſt. Nam
& ipſe dñs non dixit, diſcite a me mortuos ſuſci-
tare, ſupra aquas ſiccis pedibus ambulare. Nõ hoc
dixit. Sed quid ait? Quia mitis ſum & humilis cor
de. Et iterũ: Diligite inimicos ueſtros, benefaci- Matt 5.
te his qui oderunt uos, atq; orate pro perſequen-
tibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ue
ſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſup
bonos & malos. Et iterum: Eſtote & uos perfecti, Ibidem.
ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Et licet
ſint alia multa in quibus debeamus dñm & beatos
martyres imitari, iſta tamen duo præcipua ſunt,
id eſt, ut mites ſimus & humiles corde, & inimi-
cos noſtros toto affectu diligamus. De diligẽdis
inimicis fratres chariſſimi, nullus unquam in ueri-
tate ſe poterit excuſare. Poterit mihi aliquis di-
cere, non poſſum ieiunare, nõ poſſum uigilare, nũ-
quid poteſt dicere, non poſſum diligere? Poteſt di
cere, non poſſum res meas totas pauperibus ero-
gare, & in monaſterio deo ſeruire, nũquid poteſt
dicere, non poſſum diligere? Si dixeris, quia non
poſſum à uino & carnibus abſtinere, credimus ti-
bi, Si autẽ dixeris, quod non poſſis in te peccan-
tibus indulgere, omnino nõ credimus, * quia nul *&
la nobis remanet excuſatio, dum non de cellario,
ſed de corde iſtam eleemoſynam iubemur imple-
re, ut per uiam uitæ ad æternam patriam merea-
mur peruenire. Duobus enim præceptis, id eſt, di
liges dñm deum tuum, & diliges proximũ, quaſi
duobus ſpiritualibus pedibus, ſi per uiam ue-
ræ charitatis uolumus currere, ad cœleſtẽ poſſu-
mus patriã feliciter pertingere. Iſtis pedibus cur-
rebat Paulus apoſtolus, quando dicebat: Ego igi-
tur ſic curro, non quaſi in incertum. Qui ergo di-
lexerit inimicos ſuos, illud in eo impletur quod 1. Cor 9.
dixit dominus, uidelicet: Vt ſitis filij patris ueſtri, Mat 5.
qui in cœlis eſt. Elige modo quod tibi placuerit.
Si inimicos dilexeris, nõ ſolum amicus, ſed etiam
filius dei eſſe mereberis. Si uero inimicos amare
nolueris, propicium deum habere non poteris, qa
ſcriptum eſt: Qui odit fratrem ſuũ, homicida eſt. 1. Ioh. 3.
Et iterũ: Qui odit fratrem ſuũ, in tenebris eſt, & 1. Ioh. 2.
in tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quoniã tene
bræ obcæcauerunt oculos eius. Et iterum alia ſcri
ptura eſt: Itinera eorum qui iniuriam retinent, do
minus labefacit in mortem. Nunquid hæc uerba
mea ſunt fratres chariſſimi? De catholicis libris &
ſanctis libris proferuntur. Vt ergo ne homicidæ
ſimus, ne in tenebris remaneamus, ſtudeamus non
ſolum amicos, ſed etiam inimicos diligere, ut piũ
& miſericordẽ dñm poſſimus ſecũdum cautionis
ſuæ uinculum libera conſcientia conuenire. Ipſe
enim dixit: Si dimiſeritis hominibus peccata eo-
rum, dimittet & uobis pater ueſter cœleſtis pecca
ta ueſtra. Si autẽ non dimiſeritis, nec pater ueſter
dimittet uobis peccata ueſtra. Diligenter attẽdi-
te fratres, & ſcitote aliud eſſe in deum peccare, aliũ
ud in hominẽ. Quando enim in nos peccãt hoĩes,
ſi pœnitentibus ueniam non indulgemus, peccatũ
incurrimus. Quando aliquis in deum peccauerit,

ſi ſine grandi diſtrictione indulgere uoluerimus,
participes nos peccatorũ efficimur. Dicit er-
go dñs: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, di
mittet & uobis pater ueſter cœleſtis peccata ue-
ſtra. Rogo fratres, qd dulcius dici poteſt? In pote
ſtate noſtra poſuit, qualiter in die iudicij iudice-
mur. Non dixit, uade in orientẽ, quære iuſtitiam:
nauiga uſq; in occidentẽ, ut accipias indulgentiã.
Dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi: indulge,
& indulgebitur tibi: da, & dabitur tibi. Nihil a te
extra te quærit. Ad teipſum & ad conſcientiã tu-
am te deus dirigit. In te enim poſuit quod requi-
rit. Non itaq; medicamenta uulneribus tuis lõge
habes inquirere. Peccatorũ tuorum indulgẽtiam
ſi uis, intus in cellario cordis tui poteris inuenire.
Sed dicit aliquis: Tãta mala me inimicus meus cõ-
pulit ſuſtinere, ut eum nulla ratione poſſim dilige
re. Attendis quid tibi fecerit homo, & non atten
dis quid tu feceris deo. Si conſcientiã tuã diligen
ter diſcutis & inquiris, ſine ulla compenſatione
maiora tu commiſiſti in deũ peccata, q̃ in te cõmi
ſerit homo. Et qua fronte uis ut tibi deus dignetur
dimittere multum, cum tu nõ acquieſcis dimitte-
re parum? Sed ſi hæc quę ſupra diximus ſpiritua-
lia medicamenta, ſicut deo propiciante conſueui
ſtis, libenter accipitis, & in armario ſanctæ cõſci-
entiæ ueſtræ reconditum diligentiſſime cuſtodi-
tis, auxiliante domino uenena diaboli non timebi
tis, & per odium uel iracũdiam aut nunq̃ uobis
amara uulnera ingeruntur, aut ſi forte ſubrepſe-
rint, cito per charitatem priſtinã reuocantur, præ
ſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor
& gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

DE MARTYRIBVS
Lucæ. vi.

¶In illo tempore: Deſcendens Ieſus de mõ
te, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipu
lorum eius, & multitudo copioſa plebis,
& reliqua. Homilia Haymonis.

NON ſolum per myſteriũ incarnatio-
nis de cœlo in terram deſcendens dñs
Ieſus Chriſtus, humanę infirmitati cõ
deſcendere dignatus eſt, ſed etiam in
ſanctis ſuis ſermonibus ad humanam
ignorantiam inſtruendam, ita doctrinam ſuã tem
perauit, ut non ſolum perfecti, ſed etiam minus p̃
fecti cibum uitę inuenire poſſent. Deniq; ut ſupra
euangeliſta retulit, cum aſcendiſſet in montẽ, ſecu
ti ſunt eum eius diſcipuli, ubi cũ perfectiora man
data quaſi capere ualentibus dediſſet, nolens pro-
pter eos ſimpliciores turbas relinquere, iterũ de-
ſcendens de mõte, ſtetit in loco campeſtri. In quo
ſuo facto oſtendit, in prædicatione iuxta capaci-
tatem auditorum, temperandum eſſe ſermonem
doctorum. Mons enim in hoc loco perfectiorem
Mat. 13. ſignificat doctrinam: loca uero campeſtria, humi
liorẽ prędicationem atq; cõmuniorem Qui enim
tales ſunt, ut cum apoſtolis audire poſſint: Vobis
datum eſt noſſe myſterium regni dei, ſublimius in
ſtruendi ſunt. Qui uero propter mentis infirmita
tem, ad altiorem non poſſunt aſcendere doctrinã,
minimis pręceptis ſunt erudiẽdi, ut qui idonei ne-
quaquam exiſtunt ad facienda bona, ſaltẽ non ſint
procliues ad perpetranda mala. Quod alibi domi
nus ſuo exemplo oſtendit, quum cuidam quærẽti,
Magiſter, quid faciendo uitam æternam poſſide-
bo? quaſi in conuallibus moranti reſpondit: Man-
data noſti? Non occides, non mœchaberis, non fal Mat. 19.
ſum teſtimonium dices, non concupiſces rem pro Luc. 18.
ximi tui, honora patrem & matrem. Sed illo reſ-
pondente, hæc omnia cuſtodiui a iuuentute mea,
oſtendit ei montem perfectioris doctrinæ, dicẽs:
Adhuc unum tibi deeſt: Si uis perfectus eſſe, uade
& uẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & ha
bebis theſaurum in cœlo, & ueni, ſequere me. Sed
quia hunc montem difficile qui ſeculi diuitijs one
rati ſunt, aſcẽdere poſſunt, ſubiunctũ eſt ilico: Ille
autem abijt triſtis, quia multas habebat poſſeſſio-
nes Huius quoq; exemplum Paulus Apoſtolus ſe-
cutus eſt, quando cum diſcipulis montem aſcẽde-
rat, quibus dicebat: Sapientiã loquimur inter per 1. Cor. 2
fectos. Quaſi cum quibuſdam inæqualibus mora-
batur quando dicebat: Ego fratres non potui uo- 1. Cor. 3
bis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus:
tanquam paruulis in Chriſto lac uobis potum de-
di, non eſcam. Non enim oẽs omnia capiunt, neq;
enim omnes æqualiter inſtruuntur Aliter quippe
admonendi ſunt ſuperbi, aliter humiles: aliter ca-
ſti, aliter adulteri: aliter ebrioſi, aliter ſobrij: ali-
ter uiri, aliter fœminæ: aliter coniugati, aliter uir
gines: aliter pij, aliter impij: aliter contemptores
mundi, aliter amatores: aliter pacifici, aliter diſ-
cordes: aliter ſua dantes, aliter aliena rapiẽtes: ut
& iſti audiant de promiſſione æternæ uitæ quod
ament, & illi de ſupplicio æterno quod timeant.
Sæpe etenim quod uni morbo prodeſt, alteri no-
cet. Et uenenũ cum ſit mors hominis, uita eſt ſer-
pentis: & leuis ſibilus equos mitigat, catulos inſti
gat. Iuxta hoc ergo exemplum doctores ſuã præ
dicationem debent temperare, ut & perfecti inue
niant quod ſemper diſcant, & infirmi talia audi-
ant, in quibus non refugiant. Quod ſuo nobis ex- Gen. 30.
emplo beatus patriarcha Iacob oſtendit, qui cum
oues auunculi ſui Laban paſceret, & uaria quæq;
pro mercede recepturus eſſet, tulit uirgas popu-
leas & amygdalinas, quas ex parte decorticauit,
& ex parte cum corticibus reliquit: poſuitq; eas
in canalibus tempore quo ducebãtur ad aquandũ
oues, ut in earum aſpectu conciperent uarios fœ-
tus Iacob enim paſtor ouium, paſtores ſignificat
animarum, quorum primo dictum eſt: Si diligis Iohã. 21.
me, paſce oues meas. Aqua autem ſcripturam ſan
ctam ſignificat, iuxta illud Salomonis: Aqua pſun Pro. 18.
da uerba ex ore uiri, & torrens redundans fons ſa
pientię Virgæ autem uariæ, ſentẽtiæ ſunt ſcriptu
rarum. Ducuntur ad aquandũ oues, cum ad audiẽ
dum uerbum dei cõueniunt fideles. Cumq; ex elo
quijs diuinis diuerſæ ſententiæ ad medium pro-
feruntur, quaſi uirgę in canalibus ponũtur. Quę
ex parte decorticandæ ſunt, & ex parte cum cor-
ticibus relinquendæ, quia (ut diximus) perfectio-
res allegorico ſenſu inſtruendi, ſimplices uero &
minus intelligentes, iuxta ueritatem hiſtorię ſunt
paſcendi. Vnde & dominus cum diſcipulos in mõ-
te docuit, & turbas in conuallibus curare uoluit,
oſtẽdit ut illi qui ex doctrina uerborum credere
non poterant, ſaltem ex uirtutibus miraculorum
crederent. Quod (ut diximus) ſuo dominus exẽplo
declarauit quando deſcẽdens de mõte, ſtetit in lo
co campeſtri, & turba diſcipulorũ eius, & multitu
do copioſa plebis ab omni Iudæa & Hieruſalẽ, &
maritima Tyri & Sidonis, q uenerant ut audirẽt
eum. Maritima enim hic magni maris loca intelli
gere debemus, maxime cũ Tyrus & Sidon, quę in
corde

corde maris ſitæ ſunt, memoratur. In quo loco co-
gnoſcimus, quia uirtutes eius non ſolũ ad Iudæo-
rum regnũ, ſed etiam ad uicinas & exteras regio-
nes peruenerant, quãdo oẽs concurrebant, non ſo
lum ut audirent uerbũ dei, ſed ut ſanarentur à lan
guoribus ſuis. Vnde & ſubditur. *Et oĩs turba quære*
bat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & ſanabat
omnes. Multi enim eũ tangere cupiebant, à quo o-
mnis uirtus procedit, & qui eſt dei uirtus, & dei
ſapientia, & in quo habitat omnis plenitudo diui
Col. 2. nitatis corporaliter. Et ideo q̃a de illo omnis uir-
tus exibat, omnes uolebant eum tangere: Nam &
ſupra tangẽdo leproſum curauerat, & nũc omnis
turba quærebat eum tãgere, ut intelligamus quia
tactus eius ſanitas eſt. Quod experta eſt illa mu-
Luc. 8. lier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim
annis, & cum tetigiſſet fimbriam ueſtimenti eius,
ſtatim ſanata eſt ab infirmitate ſua. Ad cuius ta-
ctum uirtus de illo exibat in tantũ, ut quaſi neſcius
dñs quæreret, quis me tetigit? Et diſcipuli eius
ad eum: Rabbi, turbę te comprimũt & affligũt, &
dicis, quis me tetigit? Et ille: Tetigit me aliquis,
nam & ego noui uirtutem de me exiſſe. Spiritua-
liter uerũ Chriſtũ tangit, qui eũ uerũ deũ credit,
& recta fide confitetur. At uero pagani, Iudęi, &
hæretici Chriſtum minime tangunt, q̃a eũ uerum
deũ credere contẽnunt, & fide recta hunc confite
ri noiũt. Vnde & Mariæ quæ dñm reſurrexiſſe nõ
credebat, ſed eum mortuũ inter mortuos quære-
Iohã. 20. bat, uolenti illum tangere, dictũ eſt: Noli me tan
gere, nondum enim aſcendi ad patrẽ meum. Ac ſi
diceret: Quia manu fidei me tangere noluiſti, ma-
nu corporis me tãgere noli. Curatio uero dæmo
num, non ſolũ per eius præſentiam fiebat, ſed etiã
per inuocationẽ ipſius nominis in ſui abſentia, ſic-
ut diſcipuli quoq; dño gaudentes dicunt: Dñe, in
tuo nomine etiã dæmonia nobis ſubijciuntur. Se-
quitur. *Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos, dicebat: Be*
Luc. 6. *ati pauperes, quia ueſtrum eſt regnum dei.* Etſi gene-
raliter dominus omnibus loquebatur, ſpecialiter
in diſcipulos oculos leuauit, quos maiori gratia
digniores fecit. Eleuatio quippe oculorũ Chriſti,
amplioris miſericordiæ munera ſignificat. Et in
diſcipulos oculos leuauit, quos ſpecialius uirtuti-
bus ditauit, iuxta quod alibi legimus: Quia cũ di-
Marc. 3. xiſſet ei quidã, ecce mater tua & fratres tui foris
ſtant, quærẽtes loq tecũ, ipſe eleuatis oculis in diſ
cipulos ſuos, dicebat: Ecce mater mea, & fratres
mei. Quid aũt eleuatis oculis dicat, audiamus: Bea
ti, pauperes, q̃a ueſtrũ eſt regnũ dei. Et q̃ uirtus ta
lem inter reliquas beatitudines tenere debet prin
cipatũ, niſi ſpontanea paupertas? Ex ipſa enim cę
teræ uirtutes exordiũ quoddã & originẽ ſumũt.
Sicut deniq; ex una radice arboris multi rami &
folia prodeunt, ſic ex ſpõtanea paupertate multæ
uirtutes generantur. Qui enim ſpontaneã amat
paupertatẽ, erit miſericors per largitatẽ, & nõ te
nax p auaritiã. Erit conſequenter & mitis, q̃a di-
uitias non quærit per lactantiã, qui paupertatem
diligit cum humilitate, erit etiã pacificus, quia nõ
erit occaſio rixandi, ubi nõ eſt uoluntas acquirẽdi.
Habebit etiã & cordis mũditiam, q̃a ſicut illi qui
diuitias diligunt, turbulenti ſunt animo, ita qui
ſpontaneã paupertatẽ amãt, ſoliciti ſunt quę dei
ſunt, quomodo placeant deo. Sed illud diligenter
conſiderandũ, q̃a illa paupertas laudabilis eſt, quę
nil habere nõ cupit, aut ſi forte habet, ꝓpter deũ
diſtribuenda relinquit. Vnde euangeliſta ut hanc
paupertatem ad beatitudinẽ pertinere oſtenderet,
cũ additamẽto ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniã Matt. 5.
ipſorum eſt regnum cœlorum. Alij enim ſunt pau
peres ſpiritu & rebus, alij nec rebus nec ſpũ, alij
rebus & non ſpiritu, alij ſpiritu & non rebus. Re-
bus ſunt pauperes & non ſpiritu, qui nihil haben-
tes, multa habere concupiſcunt. Spiritu ſunt pau- 2. Cor. 6.
peres & non rebus, ſicut illi qui ſecundũ Apoſto-
lum, tanq̃ nihil habentes, & oĩa poſſidentes ſunt,
quales fuerunt Abraham, Iacob, & Dauid, qui re-
gali ſolio ſublimatus erat, pauperem ſe oſtendit
ſpiritu, dicens: Ego autem mendicus ſum & pau- Pſal. 39.
per. Et iterum: Egẽs ſum, & in laboribus à iuuen- Pſal. 87.
tute mea. Nec rebus nec ſpiritu ſunt pauperes, di
uites ſuperbi, qui facultatibus locupletati, nihilo
minus mente ſunt turgidi. De quibus dicitur in Pſal. 72.
Pſal. Ecce ipſi peccatores & abundãtes in ſeculo,
obtinuerunt diuitias. Rebus & ſpiritu ſunt paupe
res pfecti monachi, qui propter deũ omnia relin-
quentes, nec corporis proprij poteſtatẽ in ſuo ar-
bitrio relinquunt: & ideo quanto hic ꝓpter deum
pauperiores, tanto in futura uita ſunt ditiores, iu Matt. 19.
xta promiſſionem dñi, dicẽtis: Omnis qui relique
rit domũ, agros, patrem & matrem, fratres & ſo
rores, uxorem & filios propter me, centuplũ acci
piet, & uitam æternã poſſidebit. *Beati qui nunc eſu*
ritis, quia ſaturabimini. Quid eſurire uel ſitire debe
ant, qui ad beatitudinẽ peruenire deſiderãt, alius
euangeliſta manifeſtius declarat, dicens: Beati q Matt. 5.
eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſatura-
buntur. Iuſtitiam quippe eſurire & ſitire, eſt præ
cepta dei libenter audire, & libẽtius opere imple
re. Tales enim ſaturabuntur, quando ad uidẽdum
deum, cuius hic mandata cum magna mentis eſu
rie ſuſceperunt, perducentur, dicẽtes cum Pſalm.
Ego aũt in iuſtitia apparebo in conſpectu tuo, ſa
tiabor dum manifeſtabitur gloria tua. Vnde Salo Pſal. 16.
mon ait: Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram.
Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati dicũtur flen Sap. 1.
tes, non illi qui flent propter temporaliũ damna
commodorũ, propter amiſſionem charorũ, ſed q
flent propter remiſſionem peccatorum, uel ꝓ ex-
pectatione regni cœlorũ, qui ueraciter cum Pſal.
dicere poſſunt, Deus uitam meam annũciaui tibi, Pſal. 55.
poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Et ite
rum: Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac no
cte, dum dicitur mihi quotidie, ubi eſt deus tuus?
Tales enim ridebũt quãdo implebitur illud quod Pſal. 41.
dominus ait: Nunc quidem triſtitiam habetis, ite
rum autem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum, Ioh. 16.
& gaudium ueſtrũ nemo tollet a uobis. Riſum au
tem hic pueriliter accipere non debemus, ſed men
tis exultationem & gaudiũ. Vnde & Sara ex re ꝓ- Gene. 21.
miſſione prolis lætabũda ait: Riſum mihi fecit de-
us. De quo per beatũ Iob dicitur: Et os ueracium Iob. 8.
implebitur riſu. De quo etiam riſu in laudibus ec-
cleſię dicitur: Accinxit fortitudine lumbos ſuos, &
ridebit in die nouiſſimo. Quia uero p humilitatis Prou. 31.
meritum peruenitur ad martyrij præmium, recte
poſt alias beatitudines ſubinfertur: *Beati eritis cũ*
uos oderint homines, & cum ſeparauerint uos, & expro
brauerint, & eiecerint nomen ueſtrum tanquam malum
propter filium hominis. Vbi oſtenditur quia perſecu
tio prauorum non eſt timenda, ſed potius cum aſ-
fuerit toleranda, q̃a ſicut dicit Iacobus apoſtolus,
Beatus uir qui ſuffert tentationem, quoniam cum
probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam re-
promiſit deus diligentibus ſe. Verum ſubtilius diſ

cutiendum eſt, quia non nos ad noſtrã perſecutio-
nem prauos homines cõmouere debemus, ſed po-
tius cum iuſtitia & rectitudine quantũ poſſumus
cũ fuerint cõmoti, mitigare. Quod ſi quieſcere no-
luerint, magis perſecutionẽ tolerandã, q̃ iuſtitiam
relinquẽdam. Quod alius euangeliſta manifeſtius
Matt. 5. declarat, dicens: Beati qui perſecutionẽ patiũtur
propter iuſtitiã, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ.
Suſtinent etiã multas tribulationes homicidę, adul-
teri, fures, alienarũ rerũ inuaſores. Nec tamẽ talis
perſecutio ad beatitudinẽ perducit, quæ ꝓpter iu-
ſtitiã ſuſtinet̃. Vnde nos admonet beatus Petrus,
1. Pet. 4. dicẽs: Nemo ueſtrum patiatur quaſi homicida, aut
fur, aut adulter, aut rapax. Si autẽ ut Chriſtianus,
nõ erubeſcat, ſed glorificet deũ in iſto nomine. Et
1. Pet. 3. quis eſt qui uobis noceat, ſi boni æmulatores fue-
ritis? Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiã, bea-
ti. Vnde recte ſaluator concludit dicens: ¶ *Gaude-
te in illa die, & exultate, ecce enim merces ueſtra multa
eſt in cœlo.* Non enim dolendum eſt in perſecutio-
nibus, ſed potius gaudendũ: quia quãto hic quiſq;
propter iuſtitiã durius affligitur, tanto dulcius in
cœlo remunerabitur. Vnde & Iacobus admonet,
Iaco. 1. dicens: Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in
tentationes uarias incideritis, ſcientes quod pro-
batio fidei ueſtræ multo precioſior eſt auro quod
per ignem probatur. Et alia ſcriptura: Vaſa figuli
probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribula-
Eccl. 27 tionis. Hinc & ſaluator cum diſcipulos ad perſe-
cutionem tolerãdam hortaretur, ſui exemplũ po-
ſuit, dicens: Si me perſecuti ſunt, & uos perſequẽ-
Ioh. 15. tur, ſi ſermonem meum ſeruauerũt, & ueſtrum ſer-
uabunt. Et iterum: Si de mundo fuiſſetis, mundus
quod ſuum erat diligeret, quia uero de mundo nõ
eſtis, ſed ego elegi uos de mũdo, ꝓpterea odit uos
mũdus. Quapꝓpter ſtudeamus iuxta dñi ꝓceptum
uel exemplũ, ſeculi huius cunctas aduerſitates ęquã-
nimiter ferre, ſciẽtes q̃a ſi electi ſumus ab eo, non
ad gaudia mundi, ſed ſicut ipſe miſſus eſt a patre,
quẽ pro humani generis redemptione incarnari
conſtituit, ad paſſiones mittitur in mundũ. Inter
ſcandala igitur perſecutorum, tolerãtia ſit paſſio-
num, terrena deſideria quæ ſeparant a deo, fugien-
tes, ut cœleſtia mereamur conſequi ꝓmia. Amen.

DE MARTYRIBVS.

Lucæ. xxi.

¶ In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is: Cum audieritis prælia & ſeditiones, no-
lite terreri. Oportet primum hæc fieri, ſed
nondũ ſtatim finis. Tunc dicebat illis: Sur-
get gens contra gẽtem, & regnum aduer-
ſus regnũ, & terræmotus magni erunt per
loca, & peſtilentiæ, & fames, terroreſque
de cœlo, & ſigna magna erũt. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij papæ.

QVia longius ab urbe digreſſi ſumus, ne
ad reuertendum nos tardior hora pręe-
pediat, neceſſe eſt ut expoſitionẽ ſan-
cti euãgelij breuior ſermo trãſcurrat.
Dñs ac redẽptor noſter perituri mun-
di præcurrẽtia mala denunciat, ut eo minus pertur-
bent uenientia, quo fuerint præſcita. Minus enim
iacula feriũt, quæ præuidẽtur. Et nos tolerabilius
mala mundi ſuſcipimus, ſi cõtra hæc per præſcien-
tiæ clypeum munimur. Ecce etenim dicit: *Cum au-
dieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri. Oportet pri-
mum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis.* Penſanda ſunt
uerba redemptoris noſtri, per quæ nos aliud inte-
rius, aliud exterius paſſuros eſſe denunciat. Bella
quippe ad hoſtes pertinẽt, ſeditiones ad ciues. Vt
ergo nos indicet interius exteriusq; turbari, aliud
nos fatetur ab hoſtibus, aliud a fratribus perpeti.
Sed his malis præuenientibus, q̃a nõ ſtatim finis
ſequitur, adiungit: *Surget gens contra gentem, & re-
gnum aduerſus regnũ, & terræmotus magni erunt per
loca, & peſtilentiæ & fames terroreſq; de cœlo, & ſigna
magna erunt.* Vel ſicut in quibuſdam codicibus in-
uenitur, terroreſq; de cœlo, & tempeſtates. Atq;
poſt ſubditur: Et ſigna magna erũt. Vltima tribu-
latio, multis tribulationibus præuenitur, & per cre-
bra mala quæ pręueniunt, indicantur mala perpe-
tua quæ ſubſequuntur. Et ideo poſt bella & ſedi-
tiones non ſtatim finis, q̃a multa debent mala pręe-
currere, ut malũ ualeant ſine fine nunciare. Sed cũ
tot ſigna perturbationis dicta ſint, oportet ut eo-
rum conſiderationẽ breuiter per ſingula perſtrin-
gamus, q̃a neceſſe eſt ut alia e cœlo, alia e terra,
alia ab hoibus patiamur. Ait enim: Surget gẽs con-
tra gentem, ecce perturbatio hominũ. Erunt ter-
ręmotus magni ꝑ loca, ecce reſpectus irę deſuper.
Erunt peſtilentiæ, ecce * inæqualitas corporum. *inæqua-
Erit fames, ecce ſterilitas terrę. Terroreſq; de cœ- liſates
lo & tẽpeſtates, ecce inæqualitas aeris. Quia ergo
omnia cõſummanda ſunt, ante conſummationem
omnia perturbantur, & q̃ in cunctis delinquimus,
in cunctis ferimur, ut impleatur quod dicitur: Pu- Sap 5.
gnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.
Omnia nanq; quæ ad uſum uitæ accepimus, ad u-
ſum conuertimus culpæ. Sed cuncta quę ad uſum
prauitatis infleximus, ad uſum nobis uertuntur
ultionis. Tranquillitatẽ quippe humanæ pacis, ad
uſum uertimus uanæ ſecuritatis. Peregrinationẽ
terrę ꝓ habitatione dileximus patriæ, ſalutẽ cor-
porũ redegimus in uſum uitiorũ. Vbertatis ab-
undantiam, non ad neceſſitatẽ carnis, ſed peruerſi-
tatem intorſimus uoluptatis. Ipſa ſerena blandi-
menta aeris, ad amorẽ nobis ſeruire coegimus ter-
renę delectationis. Iure igitur reſtat, ut ſimul nos
omnia feriant, quę ſimul omnia uitijs noſtris male
ſubacta ſeruiebant: ut quot prius in mũdo incolu-
mes habuimus gaudia, tot de ipſo poſtmodũ coga-
mur ſentire tormenta. Notandũ uero quod dicit̃,
terroreſq; de cœlo & tempeſtates. Cũ tẽpeſtates
hyemales uenire ex ordine temporũ ſoleant, cur
hoc loco tẽpeſtates uenire in perditionis ſigno ꝓdi-
cuntur, niſi quod eas tẽpeſtates dñs uenire denun-
ciat, quæ nequaq̃ ordinem temporũ ſeruant? quæ
enim ordinate ueniũt, ſigna non ſunt. Sed tẽpeſta-
tes in ſignũ ſunt, quæ ipſa quoq; temporũ ſtatuta
confundũt. Quod nos quoq; nuper experti ſumus
qui æſtiuum tempus omne conuerſum in pluuijs
hyemalibus uidimus. Quia autẽ cuncta hęc nõ de
iniuſtitia ferientis ſunt, ſed de merito mũdi patien-
tis, facta prauorum hoim præmittuntur, cũ dicit̃:
*Sed ante hæc omnia inijcient uobis manus ſuas, & per-
ſequentur, & tradẽt uos in ſynagogis, ducentes ad reges
& ad præſides, propter nomen meum.* Ac ſi aperte di-
cat: Prius corda hominũ, & poſt elementa turban-
tur, ut cum rerum ordo cõfunditur, ex qua iam re-
tributione ueniat, demonſtretur. Nam quamuis ſti-
nis mundi ex ipſo ſuo ordine pendent, peruerſio-
res tamen quoſq; inueniẽs, qui digne ruinis illius
opprimantur, innoteſcit. Et ſubditur: *Ducent eos ad*

reges

reges & præſides propter nomen meum. Contingent au
tem hæc uobis in teſtimonium. In teſtimoniũ uidelicet
quorum, niſi eorum qui aut perſequendo mortes
inferunt, aut uidẽdo non mutantur? Mors quippe
iuſtorum, bonis in adiutoriũ eſt, malis in teſtimo
niũ: ut inde peruerſi ſine excuſatione pereant, unde ele
cti exemplũ capiunt ut uiuãt. Sed auditis tot ter
roribus, turbari poterant infirmorum corda, atq;
ideo cõſolatio adiungitur, cum protinus ſubinfer
tur: ¶ *Ponite ergo in cordibus ueſtris non præmeditari
quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo uobis os &
ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere
omnes aduerſarij ueſtri.* Ac ſi aperte mẽbris ſuis in
firmãtibus dicat: Nolite terreri, nolite pertimeſce
re: uos ad certamẽ acceditis, ſed ego prælior. Vos
uerba editis, ſed ego ſum q loquor. Sequitur: *Tra
demini autem a parentibus & fratribus, & cognatis, &
amicis, & morte afficient ex uobis.* Minorem dolorẽ
mala ingerunt, quæ ab extraneis inferuntur. Plus
uero in nobis ea tormenta ſæuiunt, quę ab illis pa
*non timur, de quorum mentibus * pręſumebamus: qa
cũ damno corporis, mala nos cruciant amiſſæ cha
ritatis. Hinc eſt enim quod de Iuda traditore per
Pſal. 40. Pſalm. dñs dicit: Et quidẽ ſi inimicus meus male
dixiſſet mihi, ſupportaſſem utiq;. Et ſi is q oderat
me, ſup me magna locutus fuiſſet, abſcõdiſſem me
forſitã ab eo. Tu uero homo unanimis, dux meus,
& notus meus, q ſimul mecũ dulces capiebas cibos,
Pſal. 54. in domo dei ambulauimus cũ cõſenſu. Et rurſum:
Homo pacis meæ, in quo ſperaui, q edebat panes
meos ampliauit aduerſum me ſupplantationẽ. Ac
ſi de traditore ſuo apertis uocibus dicat: Trãſgreſ
ſionem eius tanto grauius ptuli, quãto hanc ab eo
q meus eſſe uidebatur, ſenſi. Omnes igitur electi,
qa ſummi capitis mẽbra ſunt, caput quoq; ſuũ in
paſſionibus ſequuntur, ut ipſos quoq; aduerſarios
in ſua morte ſentiant, de quorũ uita pſumebãt: &
* in tanto eis creſcat merces operis, quãto * eis uirtu
tis lucrũ pficit ex alienę damno charitatis. Sed qa
dura ſunt quæ prędicuntur de afflictione mortis
protinus cõſolatio ſubditur de gaudio reſurrectio
nis, cũ dicitur. ¶ *Capillus de capite ueſtro nõ peribit.*
Scimus fratres qa caro inciſa dolet, capillus inci
ſus non dolet. Ait ergo martyribus ſuis: Capillus
de capite ueſtro nõ peribit. uidelicet apte dicẽs:
Cur timetis ne pereat quod inciſum dolet, quando
& illud in uobis perire nõ poteſt quod inciſum nõ
dolet? Sequitur: *In patiẽtia ueſtra poſſidebitis animas
ueſtras.* Idcirco poſſeſſio animæ in uirtute patiẽtię
ponitur, qa radix omniũ cuſtosq; uirtutũ, patien
tia eſt. Per patiẽtiam uero poſſidemus animas no
ſtras: qa dum nobiſipſis dñari diſcimus, hoc ipſum
incipimus poſſidere quod ſumus. Patientia uero
eſt, aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum
quoq; q mala irrogat, nullo dolore morderi. Nam
qui ſic pximi mala portat, ut tamẽ tacitus doleat,
& tempus dignæ retributionis quærat, patiẽtiam
non exhibet, ſed oſtendit. Scriptũ quippe eſt: Cha
1. Co. 13. ritas patiens eſt, benigna eſt. Patiens nanq; eſt, ut
aliena mala toleret. Benigna uero eſt, ut ipſos e
tiam quos portat, amet. Hinc nanq; p ſemetipſam
ueritas dicit: Diligite inimicos ueſtros, benefacite
Matt. 5. his qui oderunt uos, & orate pro pſequentibus &
calumniãtibus uos. Virtus itaq; eſt coram hoībus,
aduerſarios tolerare, ſed uirtus coram deo, dilige
re: quia hoc ſolum deus ſacrificium accipit, quod
ante oculos eius in altari boni operis flamma cha
ritatis incendit. Sciendũ uero quod plerunq; ideo
patientes uidemur, quia retribuere mala non poſ
ſumus. Sed qui idcirco malum non retribuit, quia
nequaq̃ ualet, pculdubio (ut diximus) patiens non
eſt, quia patientia non in oſtẽſione inquiritur, ſed
in corde. Per impatiẽtiæ autẽ uitiũ, ipſa uirtutum
nutrix doctrina diſſipatur. Scriptũ nanq; eſt: Do
ctrina uiri p patientiã noſcitur. Tãto ergo quiſq; Prou. 19.
minus oſtenditur doctus, quanto conuincitur mi
nus patiens. Neq; enim poteſt ueraciter bona do
cendo impẽdere, ſi * uiuẽdo neſciat æquanimiter *ſęquendo
aliena mala tolerare. Quãto enim culmine uirtus
patiẽtiæ polleat, rurſum Salomon indicat, dicẽs: Prou. 16.
Melior eſt patiens uiro forti: & qui dñatur animo
ſuo, expugnatore urbiũ. Minor eſt ergo uictoria
urbes expugnare, qa extra ſunt, quæ uincũtur. Ma
ius autẽ eſt quod per patientiã uincitur, quia ipſe
à ſe animus ſuperatur, & ſemetipſum ſibimetipſi
ſubijcit, quando cum patientia in humilitatis tole
rantia ſternit. Sciendũ uero eſt quod plerunq; eue
nire patientibus ſolet, ut eo quidẽ tẽpore quo ad
uerſa patiuntur, uel cõtumelias audiunt, nullo do
lore pulſentur, & ſic patientiam exhibeant, ut cu
ſtodire etiam cordis innocentiam curẽt. Sed cum
poſt paululũ hæc ipſa quæ pertulerint, ad memo
riam reuocant, igne uehementiſſimi doloris inſti
gantur, argumenta ultionis inqrunt, & manſuetu
dinem q̃ tolerãtes habuerũt, in retractatione ſua
ſemetipſos dijudicãtes pdunt. Callidus nanq; ad
uerſarius bellum contra duos mouet, unum uide
licet inflammans, ut contumelias prior inferat: al
terum uero puocans, ut cõtumelias læſus reddat.
Sed quia iam eius uictor extitit, quem ad pferen
das contumelias cõmouit, cõtra eum acrius dolet,
quẽ ad reddendas iniurias cõmouere nõ potuit.
Vnde fit, ut tota ſe uirtute contra eum erigat, quẽ
contumelias fortiter ptuliſſe cõſiderat. Quem qa
commouere in ipſa iniuriarũ iaculatione non po
tuit, ab aperto certamine interim recedens, in ſe
creta cogitatione deceptionis tempus inqrit. Et
qui in publico bello pdidit, ad exhibendas occulte
inſidias exardeſcit. Quietis nanq; iam tẽpore ad
uictoris animum redit, & uel damna rerũ, uel iniu
riarum iacula ad memoriã reducit. Cuncta quoq;
quę ſibi illata ſunt, uehementer exaggerans, fuiſſe
intolerabilia oſtendit, & quieſcentis animũ tanto
furore conturbat, ut plerunq; uir patiens illa ęqua
nimiter toleraſſe etiam poſt uictoriã captiuus eru
beſcat, ſeq; non reddidiſſe contumelias doleat, &
deteriora rependere, ſi occaſio prębeatur, quęrat.
Quibus ergo iſti ſunt ſimiles, niſi his qui per for
titudinem in campo uictores ſunt, ſed per negli
gentiam poſtmodum intra urbis clauſtra capiun
tur? Quibus iſti ſunt ſimiles, niſi his quos irruens
grauis languor à uita non ſubtrahit, ſed * leuiter *leni
ueniens recidiua febris occidit? Ille ergo ueraciter ter
patientiam ſeruat, qui & ad tempus aliena mala
ſine dolore tolerat, & hæc eadem retractans, gau
diſſe ſe talia exultat, ne bonũ patientię quietis tem
pore pereat, quod in pturbationibus cuſtoditur.
Sed quia natalem martyris N. hodierna die coli
mus fratres mei, nequaq̃ nos a uirtute eius patien
tiæ exiſtimare extraneos debemus. Si enim adiu
uante nos dño uirtutem patiẽtiæ ſeruare conten
dimus, & in pace eccleſiæ uiuimus, & tamẽ marty
rij palmã tenemus. Duo quippe ſunt martyrij gene
ra, unũ in mẽte, aliud in mẽte ſimul & actione. Ita
que eſſe martyres poſſumus, etiã ſi nullo ferro pſecu
tientiũ trucidemur. Mori quippe à pſequente, mar

tyrii in aperto opere eſt: ferre uero contumelias,
odientem diligere, martyriũ eſt in occulta cogita
tione. Nam quia duo ſint martyrij genera, unũ in
occulto opere, aliud in publico, teſtatur ueritas, q̃
Mat.20. Zebedæi filios requirit, dicens: Poteſtis bibere ca
licem quem ego bibiturus ſum? Cui cum protinus
reſponderent, poſſumus: illico dominus reſpondit,
dicens: Calicem quidem meum bibetis. Quid enim
Mat.36. per calicem, niſi dolorem paſſionis accipimus? De
quo alio loco dicit: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à
me calix iſte. Et Zebedæi filij, id eſt, Iacobus & Io
hannes, non uterq; per martyrium occubuit, & ta
men quod uterq; calicem biberet, audiuit. Iohan-
nes nanq; nequaquam per martyrium uitam finis
uit, ſed tamen martyr extitit, quia paſſionẽ quam
non ſuſcepit in corpore, ſeruauit in mente. Et nos
ergo hoc exemplo ſine ferro martyres eſſe poſſu-
mus, ſi patiẽtiam ueraciter in animo cuſtodimus.
Non abs re arbitror, fratres chariſſimi, ſi unum uo
bis exemplum ſeruandæ patientiæ ad ædificatio-
nem loquar. Fuit quidam diebus noſtris Stepha-
nus nomine, pater monaſterij iuxta Reatinæ ur-
bis mœnia conſtituti, uir ualde ſanctus, patientiæ
uirtute ſingularis. Et ſuperſunt multi qui illũ no-
uerunt, eiusq; uel uitam uel obitum narrant. Erat
autem huius lingua ruſtica, ſed docta uita. Hic ꝓ
amore cœleſtis patriæ cũcta deſpexerat, poſſidere
aliquid in hoc mundo fugiebat. Tumultus deuita
bat hominum, crebris ac ꝓlixioribus orationibus
intentus erat. Virtus tamen patientiæ in eo uehe
menter excreuerat, ita ut eum ſibi amicum crede
ret, qui ſibi moleſtiæ aliquid irrogaſſet. Reddebat
contumelijs gratias. Si quod in ipſa ſua inopia ei
damnum fuiſſet illatum, hoc maximũ lucrum pu-
tabat. Omnes ſuos aduerſarios nihil aliud quam
adiutores æſtimabat. Hunc cum dies mortis eius
egredi de corpore urgeret, conuenerunt multi, ut
tam ſanctæ animæ de hoc mundo recedenti, ſuas
animas cõmendarent. Cumque circa lectum illius
hi qui conuenerant, omnes aſſiſterent, alij corpo-
reis oculis ingredientes angelos uiderunt, ſed di-
cere aliquid nullo modo potuerunt. Alij omnino
nihil uiderũt, ſed omnes qui aderãt, ita uehemen
tiſſimus timor perculit, ut nullis egrediente illa
ſancta anima, illic ſtare potuiſſet. Et hi ergo qui
uiderãt, & hi q omnino nihil uiderant, uno omnes
timore perculſi & territi fugerunt, nullusque illic
aſſiſtere illo moriente potuit. Penſate ergo fra-
tres, omnipotens deus qualiter terreat quãdo di-
ſtrictus iudex uenturus eſt, ſi ſic aſſiſtẽtes terruit,
quando gratus remunerans uenit. Aut qualiter
timeri poteſt cum uideri poterit, ſi ſic mẽtes præ
ſentium ſtrauit, & quãdo uideri non potuit? Ecce
fratres chariſſimi, ſeruata illa & in eccleſiaſtica
pace patientia, ad quãtum hunc retributionis cul
men euexit. Quid huic ſuus conditor intus dedit,
de quo nobis tantam gloriam in die exitus eius &
foris innotuit? Quibus hunc credamus, niſi ſanctis
martyribus ſociatum, quem atteſtantibus corpo-
reis quoq; oculis à beatis ſpiritibus cõſtat eſſe ſuſ
ceptum? Nullo iſte gladio percuſſus occubuit, &
tamen coronam patientiæ quam in mente tenuit,
in egreſſione percepit. Probamus quotidie uerum
eſſe quod ante nos dictum eſt, quia ſancta eccleſia
electorũ floribus plena, habet in pace lilia, in bel-
lo roſas. Sciendum præterea eſt, quod tribus mo-
dis uirtus patientiæ exerceri ſolet. Alia nanque
ſunt quæ à deo, alia quæ ab antiquo aduerſario,
alia quæ a proximo ſuſtinemus. A proximo nanq;
perſecutiones, damna & contumelias: ab antiquo
aduerſario tentamenta, à deo autem flagella tole
ramus. Sed in omnibus his tribus modis uigilanti
oculo ſemetipſam debet mens circunſpicere, ne
contra mala proximi pertrahatur ad retributio-
nem mali, ne contra tentamenta aduerſarij ſedu
catur ad delectationem uel conſenſum delicti, ne
contra flagella opificis, ad exceſſum prorumpat mur
murationis. Perfecte enim aduerſarius uincitur,
quando mens noſtra & inter tentamenta eius ad
delectationem, atq; ad conſenſum non trahitur,
& inter contumelias proximi cuſtoditur ab odio,
& inter flagella dei compeſcitur à murmuratio-
ne. Nec hæc agentes, retribui nobis præſentia bo
na requiramus. Nam pro labore patientiæ, bona
ſperanda ſunt ſequentis uitæ, ut tunc præmium
noſtri laboris incipiat, quando omnis iam labor
funditus ceſſat. Vnde & per Pſalmiſtam dicitur:
Non in finem obliuio erit pauperis, patientia pau Pſal.9.
perum non peribit in finem. Quaſi enim periiſſe pa
tientia pauperum cernitur, cum nil pro illa in hac
uita humilibus recompenſatur. Sed patientia pau
perum in finem non peribit, quia tunc eius gloria
percipitur, cum ſimul omnia laborioſa terminan-
tur. Seruate ergo fratres in mente patientiam,
eamq; cũ res exigit, exercere in operatione. Nul-
lum ueſtrum ad odium proximi contumelioſa uer
ba commoueant, nulla periturarum rerum dam-
na perturbent. Si enim fixa mente manſura dam-
na pertimeſcitis, damna rerum tranſeuntium gra
uia non putatis. Si æternæ retributionis gloriam
concupiſcitis, de temporali iniuria non doletis.
Tolerate ergo aduerſarios ueſtros, ſed ut fratres
diligite quos toleratis. Aeterna præmia pro dam
nis temporalibus quærite. Nec quiſquam ueſtrum
ſuis ſe uiribus hanc implere poſſe cõfidat, ſed ob-
tinere precibus, ut ipſe hanc qui imperat, præſtet.
Et ſcimus quia petentes libenter exaudit, quan-
do hoc petitur largiri quod iubet. Cum continue
pulſatur in prece, concite opitulatur in tentatio-
ne IESVS Chriſtus Dominus noſter, qui cum
patre & ſpirituſancto uiuit & regnat Deus in ſe
cula ſeculorum. Amen.

DE MARTYRIBVS
Matth. v.

¶In illo tempore: Videns Ieſus turbas, aſ
cendit in montem. & cum ſediſſet, acceſſe
runt ad eum diſcipuli eius: & aperiens os
ſuum, docebat eos, dicens: Beati pauperes
ſpiritu. Et reliqua. Homilia beati Augu-
ſtini epiſcopi.

SERMONEM quem locutus eſt Do-
minus noſter IESVS Chriſtus in mon-
te, ſicut in Euangelio ſecundum Matthæ-
um legimus, ſi quis pie ſobrieq; conſiderat
uerit, puto quod inueniat in eo, quod ad
mores optimos pertinet, perfectum uitæ Chriſti-
anæ modum. Quod polliceri non temere aude-
mus, ſed ex ipſis eiuſdẽ Domini uerbis cõijcimus
nam ſic ipſe ſermo concluditur, ut appareat in eo
præcepta eſſe omnia, quæ ad informãdam uitam
pertinent. Sic enim dicit: Omnis ergo qui audit Matt.7.
uerba mea hæc, & facit ea, aſſimilabo eum uiro ſa-
pienti, q ædificauit domũ ſuam ſupra petram. De-
ſcendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt uenti,

&

& offoderunt domum illam, & non cecidit. Fun-
data enim erat ſupra petram. Et omnis qui audit
uerba mea hæc, & non facit ea, ſimulabo eum uiro
ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.
Deſcendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt uē-
ti, & offenderunt domum illam, & cecidit, & facta
eſt eius ruina magna. Cum uero non dixit: Qui au-
dit uerba mea tantum, ſed addidit dicens: Qui au-
dit uerba mea hæc, ſatis (ut arbitror) ſignificauit,
hæc uerba quæ in monte locutus eſt, tam perfecte
inſtruere uitam eorum qui uoluerint ſecundum ea
uiuere, ut merito comparentur ędificanti ſupra pe
tram. Hoc dixi, ut appareat iſtum ſermonem om-
nibus pręceptis quibus Chriſtiana uita informa-
tur, eſſe perfectum, nam de hoc capitulo diligenti-
us ſuo loco tractabitur. Huius igitur ſermonis ini-
tium ſic aſſumitur. ¶ *Cum uidiſſet Ieſus turbas mul-
tas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad
eum diſcipuli eius. Et aperiens os ſuum, docebat eos.* Si
quæritur quid ſignificet mons, bene intelligitur ſi-
gnificare maiora præcepta iuſtitiæ, quia minora
erant quæ Iudæis data ſunt. Vnus autem deus per
ſanctos prophetas & famulos ſuos, ſecundum or-
dinatiſsimam diſtributionem temporum dedit mi
nora præcepta populo, quem timore adhuc alliga-
ri oportebat, & per filium ſuum maiora populo
quem charitate iam liberari conuenerat. Cum au-
tem minora minoribus, maiora maioribus dantur,
ab eo dantur qui ſolus nouit congruentem ſuis tē-
poribus generi humano exhibere medicinam. Nec
mirum eſt fratres, quod dantur præcepta maiora
propter regnum cœlorum, & minora data ſunt ꝓ-
pter regnū terrarū, ab eodē uno deo, qui fecit cœ-
lum & terram. De hac ergo iuſtitia quę maior eſt,
Pſal. 35. dicit per prophetā: Iuſtitia tua ſicut mōtes dei. Et
hoc bene ſignificat, quod ab uno magiſtro ſolo do
cendis tantis rebus idoneo docemur in monte. Se-
dens autem docet, quod pertinet ad dignitatem
magiſtri. Et accedunt ad eum diſcipuli eius, ut au-
diendis illius uerbis hi eſſent etiam corpore uici-
niores, qui præceptis implendis animo appropin-
quabant. Aperuit os ſuum, & docebat eos. Iſta cir-
cumlocutio qua ſcribitur: Et aperiens os ſuum,
fortaſſe ipſa mora commendat aliquanto longio-
rem futurum eſſe ſermonem: niſi forte non uacet,
quod nunc cum dictum eſt aperuiſſe os ſuum, quod
in lege ueteri aperire ſolebat ora prophetarum.
Quid ergo dicit? ¶ *Beati pauperes ſpiritu, quoniam
ipſorum eſt regnum cœlorum.* Legimus ſcriptum de
Eccl. 6. appetitione rerum temporalium: Omnia uanitas,
& præſumptio ſpiritus. Præſumptio autem ſpiri-
tus audaciam & ſuperbiam ſignificat. Vulgo etiam
magni ſpiritus ſuperbi habere dicuntur: & re-
cte, quandoquidem ſpiritus etiam uentus uocatur.
Vnde ſcriptum eſt: Ignis, grando, nix, glacies, &
ſpiritus tempeſtatis. Quis uero neſciat ſuperbos
Pſal. 148 inflatos dici, tanquam uento diſtentos? Vnde eſt
illud etiā Apoſtoli: Scientia inflat, charitas ædifi-
1. Cor. 8. cat. Quapropter recte hic intelliguntur pauperes
ſpiritu, humiles & timentes dn̄m. i. nō habētes in-
flantem ſpūm. Nec aliunde omnino incipere opor
tuit beatitudinem, ſi quidem peruentura eſt ad ſum-
Eccl. 1. mam ſapientiam. Initium autem ſapientiæ timor
Eccl. 10. dn̄i. Quoniam & econtrario, initiū omnis peccati
ſuperbia ſcribitur. Superbi ergo appetant & dili-
gant regna terrarum. Beati autem pauperes ſpiri-
tu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. ¶ *Bea-
ti mites, quoniam ipſi hæreditate poſsidebunt terram.*
Illam credo terram, de qua in Pſalmis dicitur: Spes Pſal. 141
mea tu es, portio mea in terra uiuentiū. Significat
enim quandam ſoliditatem & ſtabilitatem hære
ditatis perpetuæ, ubi anima per bonum affectum
tanquam in loco ſuo requieſcit, ſicut corpus in ter
ra, & inde cibo ſuo alitur, ſicut corpus ex terra, ip-
ſa eſt requies & uita ſanctorum. Mites autem ſunt,
qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt in ma-
lo, ſed uincunt in bono malum. Rixentur ergo im- Rom. 12
mites, & dimicent, pro negocijs temporalibus. Be-
ati autem mites, quoniam ipſi hæreditate poſsi-
debunt terram, de qua pelli non poſſunt. ¶ *Beati lu-
gentes, quoniam ipſi conſolabuntur.* Luctus eſt triſti-
tia de amiſsione charorum, conuerſi autem ad do-
minum, ea quæ in hoc mundo chara amplecteban-
tur, amittunt. Neq; enī gaudēt his rebus q̄bus ante
gaudebant, & donec fiat in illis amor æternorum,
nōnulla mœſtitia ſauciātur. Cōſolabuntur ergo ſpū
ſancto, q̄ maxime ꝓpterea paracletus nominatur,
id eſt, conſolator, ut temporalē amittentes, ęterna
lætitia pfruātur. ¶ *Beati qui eſuriūt & ſitiunt iuſtitiā,
quoniā ipſi ſaturabuntur.* Iam eos amatores dicit ueri
& inconcuſsi boni. Illo ergo cibo ſaturabunt̄, de q̄
Iohā 4. ipſe dominus dicit: Meus cibus eſt, ut faciam uolun Iohā 4.
tatem patris mei, quod eſt iuſtitia. Et illa aqua, de
qua quiſq; biberit, ut idē dicit, fiet in eo fons aquæ Ibidem
ſalientis in uitam æternam. ¶ *Beati miſericordes, quo-
niam ipſorum miſerebitur deus.* Beatos eſſe dicit qui
ſubueniunt miſeris, quoniam eis ita rependitur, ut
à miſeria liberentur. ¶ *Beati mundo corde, quoniā ipſi
deum uidebunt.* Quam ergo ſtulti ſunt, qui deum
iſtis exterioribus oculis quærunt, quum corde ui-
deatur, ſicut alibi ſcriptum eſt: Et in ſimplicitate
cordis quærite illum. Hoc eſt enim mundum cor, Sapien. 1
quod eſt ſimplex cor: & quemadmodum lumē hoc
uideri non poteſt, niſi oculis mundis, ita nec Deus
uidetur, niſi mundum illud ſit quo uideri poteſt.
¶ *Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur.* In pace
perfectio eſt, ubi nihil repugnat. Et ideo filij Dei
pacifici, quoniam nihil reſiſtit deo, & utique filij ſi-
militudinem patris habere debent. Pacifici autem
in ſemetipſis ſunt, qui omnes animi ſui motus com-
ponentes & ſubijcientes rationi, id eſt, menti &
ſpiritui carnalesq; concupiſcentias habentes edo-
mitas, fiunt regnum Dei, in quo ita ordinata ſunt
omnia, ut id quod eſt in homine pręcipuum & ex-
cellens, hoc imperet cæteris nō reluctantibus, quę
ſunt nobis beſtijsq; communia. Atq; idipſum quod
excellit in homine, id eſt, mens & ratio ſubijciat̄
potiori, quod eſt ipſa ueritas, unigenitus Dei fili-
us. Neque enim imperare poteſt inferioribus niſi
ſuperiori ſe ipſe ſubijciat. Et hæc eſt, pax quæ da-
tur in terra hominibus bonæ uoluntatis. Hæc ui-
ta conſummati perfectiq; ſapientis. De huiuſmodi Luc. 2
regno pacatiſsimo & ordinatiſsimo miſſus eſt fo-
ras princeps huius ſeculi, qui peruerſis inordinatisq;
dominatur. Hac pace interiorſecus conſtituta atq;
firmata, quaſcunque perſecutiones ille qui foras
miſſus eſt, forinſecus concitauerit, auget gloriam
quæ ſecundum dominum eſt: nō aliquid in illo ędi-
ficio labefactans, ſed deficiētibus machinis ſuis, in-
noteſcere faciens quāta firmitas intus extructa ſit.
Ideo ſequitur: ¶ *Beati qui perſecutionem patiuntur
propter iuſtitiam, quoniā ipſorum eſt regnum cœlorum.*
Sunt autem omnes iſtæ octo ſententiæ. Iam enim
cæteros compellans, loquitur ad illos qui aderant,
dicens: Beati eritis, cū uos maledicent & perſequē-
tur. Superiores aūt ſententias generaliter digere-

bat. Non enim dixit: Beati pauperes ſpũ, quoniam ueſtrum eſt regnum cœlorum: ſed, quoniã ipſorũ eſt, inquit, regnum cœlorum. Neq; beati mites, quoniã uos poſsidebitis terram: ſed quoniã ipſi poſsidebunt terrã. Et ita cæteras uſq; ad octauam ſententiam, ubi ait: Beati qui perſecutionem patiuntur ꝑpter iuſtitiam, quoniã ipſorum eſt regnũ cœlorum. Inde iã incipit loqui præſentes compellãs, cum & illa quæ ſupra dicta ſunt, ad eos etiã pertineant, qui præſentes audiant, & hæc poſtea quę uidentur præſentibus ſpecialiter dici, pertineãt etiã ad illos qui abſentes uel poſt futuri erant. Quapropter iſte ſententiarum numerus diligẽter conſiderandus eſt. Incipit enĩ beatitudo ab humilitate. Beati pauperes ſpiritu, i. non inflati. Dũ ſe diuinæ autoritati ſubdit anima, timens poſt hanc uitã ne pergat ad pœnas, etiã ſi forte in hac uita ſibi beata eſſe uideatur, inde uenit ad diuinarum ſcripturarum cognitionẽ, ubi oportet eam ſe mitẽ præbere pietate, ne id quod imperitis uidetur abſurdũ, uituperare audeat, & pertinacibus cõcertationibus efficiatur indocilis. Inde iã incipit ſcire, quibus nodis ſeculi huius per carnalem conſuetudinem ac peccata teneatur. Itaq; in hoc tertio gradu in quo ſcientia eſt, lugetur amiſsio ſummi boni, quia inhęretur extremis. In quarto autem gradu labor eſt, ubi uehementer incumbitur, ut ſeſe animus auellat ab eis quibus peſtifera dulcedine innexus eſt. Hic ergo eſuritur & ſititur iuſtitia, & multũ neceſſaria eſt fortitudo, quia non relinquitur ſine dolore, quod cũ delectatione retinetur. Quinto aũt gradu perſeuerantibus in labore, datur euadendi conſilium: quia niſi quiſq; adiuuetã ſuperiore, nullo modo ſibi eſt idoneus, ut ſeſe tantis miſeriarũ implicamentis expediat. Eſt aũt iuſtum conſilium, ut qui ſe à potentiore adiuuari uult, adiuuet in timore infirmiorem, in quo eſt ipſe potentior. Ideoq; beati miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur deus. Sexto gradu eſt cordis munditia, de bona conſcientia bonorum operum, ualens ad contemplandum illud ſummum bonum, quod ſolo puro & ſereno intellectu cerni poteſt. Poſtremo eſt ſeptima ipſa ſapientia, id eſt, contemplatio ueritatis, pacificans totum hominẽ, & ſuſcipiens ſimilitudinem dei, quę ita cõcluditur: Beati pacifici, quoniã ipſi filij dei uocabũtur. Octaua tanquã ad caput redit, quia conſummatum perfectumq; oſtẽdit & ꝓbat. Itaq; in prima & in octaua nominatum eſt regnum cœlorum. Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cœlorum. Et beati qui ꝑſecutionem patiuntur propter iuſtitiã, quoniã ipſorum eſt regnum cœlorum, cum iam dicitur: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an ꝑſecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? Septẽ ſunt ergo quæ perficiunt. Nam octaua clarificat, & q̃d perfectum eſt, demonſtrat: ut per hos gradus perficiãtur & cęteri, tanquam à capite rurſus exordiens. Videtur ergo mihi etiã ſeptiformis operatio ſpiritusſancti, de qua Iſaias loquitur, his gradibus ſententijsq; cõgruere. Sed intereſt ordinis. Nã ibi enumeratio ab excellentioribus cœpit, hic uero ab inferioribus. Ibi nanq; incipit à ſapiẽtia dei, & definit * ad timorẽ dei, ſed initium ſapientię timor domini eſt. Quapropter ſi gradatim ſiquam aſcendentes numeremus, primus ibi eſt timor dei, ſecunda pietas, tertia ſcientia, quarta fortitudo, quintũ conſilium, ſextus intellectus, ſeptima ſapiẽtia. Timor dei congruit humilibus, de quibus hic dicitur, Beati pauperes ſpũ,

Rom. 8. Iſaiæ. 11 a timore. Eccle. 1.

id eſt, non inflati, non ſuperbi, quibus Apoſtolus dicit: Noli altum ſapere, ſed time, id eſt, noli extolli. Rom. 11 Pietas congruit mitibus. Qui enim pie quærit, & honorat ſanctam ſcripturam, & non reprehendit quod nondum intelligit, & propterea non reſiſtit, quod eſt mitem eſſe. Vnde hic dicitur: Beati mites. Scientia congruit lugentibus, qui iam cognouerunt, in ſcripturis quibus malis uincti tenebantur, quæ tanquam bona & utilia ignorantes appetiuerunt de quibus hic dicitur: Beati qui lugent. Fortitudo congruit eſurientibus & ſitientibus. Laborãt enim deſiderantes gaudium de ueris bonis, & amorem à terrenis & corporalibus auertere cupiẽtes, de quibus hic dicitur: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Cõſilium congruit miſericordibus. Hoc enim unum remedium eſt de tantis malis euadẽdi, Mat. 6. ut dimittamus ſicut nobis dimitti uolumus, & adiuuemus in quo poſſumus alios, ſicut nos in quo nõ poſſumus, cupimus adiuuari. De quibus hic dicitur: Beati miſericordes. Intellectus congruit mundis corde, tanquã purgato oculo quo cerni poſsit, quod corporeus oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, de quibus hic dicitur: Beati mundo corde. Sapientia cõgruit pacificis, in Iſaię 64 1. Cor. 2 quibus iam ordinata ſunt oĩa, nullusq; motus aduerſus rationem rebellis eſt, ſed cuncta obtemperant ſpiritui hoĩs, cum & ipſe obtemperet deo, de quibus hic dicitur: Beati pacifici. Vnum autẽ præmium, quod eſt regnum cœlorũ, pro ipſis gradibus uarie nominatũ eſt. In primo, ſicut oportebat, poſitum eſt regnũ cœlorum, q̃d eſt perfectæ ſummęq; ſapientiæ animę rationalis. Sic itaq; dictũ eſt: Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnũ cœlorum: tanquã diceretur, initiũ ſapiẽtię timor dñi. Mitibus hæreditas, tanquã teſtamentum patris cũ pietate quęrentibus. Beati mites, quoniam ipſi hęreditate poſsidebunt terram. Lugentibus conſolatio, tanq̃ ſciẽtibus quid * amiſerint, & quibus merſi ſint. Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabũtur. admiſerint. Eſurientibus & ſitientibus ſaturitas, tanquã refectio laborantibus fortiterq; certantibus ad ſalutẽ. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi ſaturabũtur. Miſericordibus miſericordia, tanquã uero & optimo conſilio utentibus, ut eis hoc exhibeatur à potẽtiore, q̃d inualidioribus ipſi exhibẽt. Beati miſericordes, quoniã ipſorũ miſerebitur deus. Mundis corde facultas uidendi deum, tanquam purum oculum ad æterna intelligenda gerentibus. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Pacificis dei ſimilitudo eſt, tanquã perfectè ſapientibus, formatisq; ad imaginem dei per regenerationem renouati hoĩs. Beati pacifici, quoniã filij dei uocabuntur. Et iſta quidem in hac uita compleri poſſunt, ſicut impleta eſſe in apoſtolis credimus. Nã illa omnimoda, & in angelicam formã mutatio, quæ poſt hãc uitam promittitur, nullis uerbis exponi poteſt. Beati ergo qui perſecutiones patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum. Hæc octaua ſententia, quæ ad caput redit, perfectũq; hoĩem declarat, ſignificatſ fortaſſe circũciſione octauæ dei in ueteri teſtamẽto & dñi reſurrectione poſt ſabbatum, qui eſt utiq; octauus dies, idemq; primus, & celebratione octauarũ feriarũ, quas in regeneratione noui hoĩs celebramus, & numero ipſo pentecoſtes. Nam ſeptenario numero ſepties multiplicato, quo fiunt quadraginta nouẽ, quaſi octauus additur, ut quinquaginta compleantur, & tanquã redeatur ad caput, quo die miſſus

ſus eſt ſpiritusſanctus, quo in regnum cœlorum du-
cimur, & hæreditatem accipimus, & conſolamur,
& paſcimur, & miſericordiam conſequimur, &
mundamur, & pacificamur, atque ita perfectiores
extrinſecus illatas moleſtias pro ueritate & iuſti-
tia ſuſtinemus. ¶ *Beati eritis, inquit, quum uobis male-
dicent, & uos perſequentur, & dicent omne malum aduer
ſus uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate,
quoniam merces ueſtra multa eſt in cœlis.* Animaduer-
tat quiſquis delicias huius ſeculi, & facultates re-
rum temporalium quærit, in homine Chriſtiano
extrinſecus eſſe beatitudinem noſtram, ſicut de
Pſal. 44 anima eccleſiaſtica ore prophetico dicitur: Omnis
pulchritudo filiæ regis intrinſecus. Nam extrinſe
cus maledicta, & perſecutiones detractionesque
promittuntur, de quibus tamen magna merces in
Rom. 5. cœlis eſt, quæ ſentitur in corde patientium, eorum
qui iam poſſunt dicere: Gloriamur in tribulatiōe,
ſcientes quoniam tribulatio patientiam operatur,
patiētia probationem, probatio ſpem, ſpes autem
non confundit, quoniam charitas dei diffuſa eſt in
cordibus noſtris, per ſpiritumſanctum qui datus
eſt nobis. Non enim iſta perpeti fructuoſum eſt,
ſed iſta pro Chriſti nomine non ſolum æquo ani-
mo, ſed etiam cum exultatione tolerare. Nam mul
ti hæretici in nomine Chriſtiano animas decipien
tes, multa talia patiuntur. Sed ideo excluduntur ab
iſta mercede, quia non dictū eſt tantum, Beati qui
perſecutiones patiuntur, ſed additum eſt, propter
iuſtitiam. Vbi autem ſana fides non eſt, non poteſt
Abac 2. eſſe iuſtitia, quia iuſtus ex fide uiuit. Neque ſchiſ-
matici aliquid ſibi ex iſta mercede promittant, quia
ſimiliter ubi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſti-
tia. Dilectio enim proximi malum non operatur.
Rom. 13 Quam ſi haberent, non dilaniarent corpus Chri-
ſti, quod eſt eccleſia. Quæri autem poteſt, quid in-
terſit quod ait, Cum uobis maledicent, & dicent
omne malum aduerſum uos, cum maledicere hoc,
ſit malum dicere. Sed aliter maledictum * tracta
* iactatur rur, cum contumelia fit coram illo qui maledicitur,
Iohan. 8 ſicut domino noſtro dictum eſt: Nonne uerum di-
cimus, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?
Aliter cum abſentis fama læditur, ſicut de illo itē
Iohan. 7 ſcribitur: Alij dicebant quod propheta eſt, alij di-
cebant non, ſed ſeducit populum. Perſequi aūt, eſt
uim inferre, uel inſidijs appetere, quod fecit qui eum
tradidit, & qui eū crucifixerūt. Quid eſt ſane quod
etiam hoc non nude poſitum eſt, ut diceretur, Et
dicent omne malum aduerſum uos, ſed additū eſt,
mentientes, additum etiam, propter me? Propter
me, additum * eſt puto, qui uolunt de perſecutio-
* eſſe pu nibus & de fame ſuæ turpitudine gloriari, ideoque
to pro- dicere ad ſe pertinere Chriſtum, quod multa de il-
pter eos lis dicantur mala, cum & uera dicantur, quoniam
de illorum errore dicuntur. Et ſi aliquando etiam
nonnulla falſa iactantur, quod temeritate hominū
plerunque accidit, non tamen propter Chriſtū iſta
patiuntur. Non enim Chriſtum ſequitur, qui non
ſecundū ueram fidem & catholicā diſciplinā Chri
ſtianus uocatur. ¶ *Gaudete, inquit, & exultate, quoniā
merces ueſtra multa eſt in cœlis.* Nō hic cœlos dici pu-
to ſuperiores partes huius uiſibilis mundi. Non e-
nim merces noſtra, quæ inconcuſſa & æterna eſſe de-
bet, in rebus uolubilibus & tēporalibus collocāda
eſt: ſed in cœlis, dictū puto in ſpūalibus firmamen-
tis, ubi habitat ſempiterna iuſtitia, in quorū cōpa-
Gene. 3. ratione terra dicitur aīa iniqua, cui peccanti dictū
Philip. 3 eſt: Terra es, & in terrā ibis. De his cœlis dicit Apo
ſtolus: Quoniā cōuerſatio noſtra in cœlis eſt. Senti-
unt ergo iā iſtam mercedē, qui gaudent ſpūalibus
bonis. Sed omni ex parte pficietur, cū etiā mortale
hoc induerit immortalitatē. Tu autem dñe.

DE MARTYRIBVS.

Lucæ, xij.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is: Attendite a fermento phariſæorū, quod
eſt hypocriſis. Et reliqua. Homilia uenera
bilis Bedæ presbyteri.

AD hoc fermentum pertinent omnia, quæ
recumbens apud phariſæum ſuperius di
ſputauerat dominus, de quo & Apoſto- 1. Cor
lus præcepit: Itaque epulemur non in fer-
mēto malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis
ſynceritatis & ueritatis. Nam ſicut modicū fermē
ti totam farinæ, cui miſcetur maſſam corrumpit,
uniuerſamque mox conſperſionem ſuo ſapore con-
maculat, ſic nimirum ſimulatio cuius ſemel animā
imbuerit, tota uirtutum ſynceritate & ueritatē
fraudabit. Nihil autem opertum eſt quod non re- Mat. 10
ueletur, neque abſconditū quod non ſciatur. Et quo-
modo in præſenti ſeculo, multorum diu latet hy-
pocriſis? Ergo de futuro tempore intelligendum,
quando iudicabit deus occulta hominum. Nā ſicut
unus amicorū beati Iob ueriſſime dixit: Laus im-
piorum breuis eſt, & gaudiū hypocritæ ad inſtar Iob. 20
puncti, ſi aſcenderit uſque ad cœlum ſuperbia eius,
& caput illius nubes tetigerit, quaſi ſterquilniū in
fine perdet. In fine, inquit, perdetur, quia in principio
florere uidebatur. Et eſt ſenſus: Attēdite ne æmu-
lemini ſimulatores, quia ueniet pfecto tēpus in quo &
ueſtra uirtus omnibus, & eorū reueletur hypocri-
ſis. Verum quod ſequitur. ¶ *Quoniā quæ in tenebris
dixiſtis, in lumine dicentur: & quod in aurē locuti eſtis in
cubiculis, prædicabitur in tectis,* non ſolū in futuro quā
cuncta cordium abſcōdita proferentur in lucē, ſed
in præſenti etiā tempore poteſt congruenter acci-
pi, quoniam quæ inter tenebras quondam preſſura
rū, carcerūque umbras, uel locuti uel paſſi ſunt apo-
ſtoli, nunc clarificata per orbē eccleſia, lectis eorū
actibus, publice prædicantur. Sane quod ait, prædi-
cabitur in tectis, iuxta morē prouinciæ Palæſtinæ
loquitur, ubi ſolēt in tectis reſidere. Nō enim tecta
noſtro more culminibus ſublimia, ſed plano ſche-
mate faciūt æqualia. Vnde lex præcepit, ut qui no- Deut
uā domū ædificaret, murum tecti poneret in gyro,
ne funderet ibi ſanguis innoxius, labēte aliquo, &
in præceps ruente. Et in templi cōſtructione legi
mus, Texit quoque domum laquearibus cedrinis, & 3. Re
ædificauit tabulatum ſuper omnē domum quinque
cubitis altitudinis. Ergo prædicabit in tectis, cum
cunctis audientibus palā dicetur. ¶ *Dico autē uobis
amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, &
poſt hæc non habent amplius quid faciāt.* Si perſecuto-
res ſanctorū occiſis corporibus non habēt amplius
us quod contra illos agant, ergo ſuperuacua fuerit
eorum inſania, qui mortua martyrum membra fe-
ris auibusque diſcerpenda proijciūt, uel inauras exa-
ſcuari, uel in undas ſolui, uel per flammas in cine-
rem faciunt redigi, cum nequaquam omnipoten-
tiæ dei, quin ea reſuſcitādo uiuificet, obſiſtere poſ-
ſint. ¶ *Oſtendam autem uobis quid timeatis. Timete eū
qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in ge-
hennam. Ita dico uobis, hunc timete.* Quia duo ſunt ge-
nera perſecutorum, unum palam ſæuientium, alte-
ru

rum ficte fraudulenterq; blandientium contra utrunque munire uos atque inſtruere uolens ſaluator, & ſupra ab hypocriſi phariſæorum attendere, & hic à carnificum cæde præcepit nō timere, quia uidelicet poſt mortem nec horum crudelitas, nec eorum ualeat ſimulatio durare: domino potius, q ſemper uideat, placendum: dominum qui ſemper
Cor. 9 punire uel liberare queat, eſſe timendum. ¶ *Nonne quinq; paſſeres ueneunt dipondio, & unus ex illis non erit in obliuione coram Deo?* Si minutiſſima animalia quæ quolibet per aera feruntur uolatilia, deus obliuiſci non poteſt, uos qui ad imaginem facti eſtis creatoris, non debetis terreri ab his qui occidunt corpus: quia qui irrationabilia gubernat, rationabilia curare non deſinit. Dipōdius quo quinque paſſeres ueneunt, id eſt, uenduntur, genus eſt ponderis leuiſſimi, ex duobus aſſibus compoſiti. Quærit forte aliquis, quomodo dicat Apoſtolus 1 Nunquid de bobus cura eſt Deo: cū utiq; bos paſſere precioſior exiſtat. Sed aliud eſt cura, aliud uero ſcientia. Deniq; numerus capillorum de quo conſequenter ait: ¶ *Sed & capilli capitis ueſtri omnes numerati ſunt, non in actu computationis, ſed in facultate cognitionis accipitur.* Non enim ſolicitam deus curæ numerantis intēdit excubiam, ſed cui cognita ſunt omnia, quaſi numerata ſunt omnia. Bene autē numerata dicuntur, quia quæ uolumus ſeruare, numeramus. Vbi immenſam erga homines dei oſtendit prouidentiam, & ineffabilem ſignat affectum, quod nihil noſtrum lateat deum, & parua etiam ocioſaq; dicta eius ſcientiā non fugiant. Derident intelligentiam eccleſiaſticam in hoc loco, qui carnis reſurrectionē negant, quaſi nos terrenā materiam, quæ diſcedente anima fit cadauer, ita in reſurrectione reparandam dicamus, ut ea quæ dilabuntur, & in alias atq; alias aliarum rerum ſpecies formasq; uertuntur, quamuis ad corpus redeant unde delapſa ſunt, ad eaſdem quoq; corporis partes ubi fuerint, redire neceſſe ſit. Alioquin ſi capillus capitis redit, quod tam crebra tōſura detraxit, ſi unguibus quod toties dempſit ſectio, immoderata & indecēs cogitantibus, & ideo reſurrectionē carnis non credentibus, occurrit informoſitas. Sed quemadmodū ſi ſtatua cuiuslibet ſolubilis metalli aut igne liqueſceret, aut contereretur in puluerem, aut conſunderetur in maſſam, & eam uellet artifex ruſus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil intereſſet ad eius integritatem, quæ particula materiæ cui membro ſtatuæ redderetur, dum tamē totum ea quo conſtituta fuerat reſumeret: ita deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto q caro noſtra conſtiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate reſtituet. Nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, utrum capilli ad capillos redeant, & ungues ad ungues, an quicquid eorum perierat mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curāte artificis prouidentia, ne quid indecens fiat. ¶ *Nolite ergo timere, multis paſſeribus pluris eſtis uos.* Non plures eſtis, legendum eſt, quod ad comparationem numeri pertinet, ſed pluris eſtis, hoc eſt, maioris apud deū meriti, dignitatis, & æſtimationis, quā innumera paſſerum uel corpora uel genera cōputamini. ¶ *Dico autem uobis, Omnis quicūque confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis dei.* Reſpicit ad ſuperiora, ubi dictum eſt operta quælibet & abſcondita eſſe reuelanda, concludens hanc reuelationem non in uili quolibet conciliabulo, ſed in conſpectu ſuperoꝝ ciuitatis æternique regis ac iudicis agendam. Et ne ea eo quod ait, eos qui ſe negauerint, eſſe denegandos, una cunctorum (hoc eſt, eorum qui ſtudio, & eorum qui infirmitate uel ignorantia negant) conditio putaretur, continuo ſubiecit. ¶ *Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi. Ei autem qui in ſpiritumſanctum blaſphemauerit, nō remittetur.* Qui ſcandalizatur carne mea, me hominem tantum arbitrans, quod filius ſim fabri, & fratres habeam, Iacobum, Ioſeph & Iudam, & homo uorator ac uini potator ſim, talis opinio ac blaſphemia, quanquam culpa non careat erroris, tamen habet ueniam propter corporis uilitatem. Qui autem manifeſte intelligens opera dei, cum de uirtute negare non poſſit, eadem ſtimulatus inuidia calumniatur, & Chriſtum deiq; uerbum & opera ſpiritusſancti dicit eſſe Beelzebub, iſti non dimittetur neque in præſenti ſeculo neq; in futuro: non quod negemus & ei ſi pœnitentiam agere poſſit, poſſe dimitti ab eo qui uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, ſed quod ipſi iudici & largitori ueniæ credentes, qui & ſe pœnitentiam ſemper accepturum, & hanc blaſphemiam nunquam dicit eſſe remittendam, credamus hunc blaſphemum, exigentibus meritis, ſicut nunquam ad remiſſionem, ita nec ad ipſos dignæ pœnitētiæ fructus eſſe peruenturum, iuxta quod euangeliſta Iohannes de quibuſdam blaſphemiæ ſuæ merito
excæcatis ueriſſime ſcripſit: Propterea non pote- Iohan. 12
rant credere, quia iterum dixit Iſaias: Excæcauit Iſaiæ. 6
oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & intelligant corde & conuertantur, & ſanem illos. Quidam ſane uolunt, illum dicere uerbum uel blaſphemare in ſpiritumſanctum, qui unitati eccleſiæ ubi in ſpū ſancto fit remiſſio peccatorum, corde impœnitenti reſiſtit, dicentes unum eſſe effugium, ne ſit irremiſſibilis blaſphemiæ culpa, cor impœnitens caueatur. Quorum multis ſententia nequaquā firma uidetur, quia uidelicet quiſquis unitati eccleſiæ corde impœnitenti reſiſtit, ſiue ille Iudæus ſiue gentilis, ſiue etiā hæreticus ſit, poteſt utiq; remiſſionem habere peccatorū in ſpū ſancto, ſi ad unitatem eccleſiæ corde pœnitenti confugerit. Sed dicunt: Quandiu corde impœnitenti quis ſpiritui gratiæ reſiſtit, tandiu non habet remiſſionem. At illi obijciunt hanc conditionē in cūctis conſtare criminibus. Quomodo enim quandiu quis fornicationem, idololatriam, adulterium, maſculorum concubitum, cæteraq; flagitia geſſerit, non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei, his uero criminibus abdicatis, poteſt ablui, ſanctificari in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpū dei noſtri: ita, inquiunt, etiam impœnitens quādiu cor impœnitens habuerit, non poteſt habere ueniam; mox uero ut pœnituerit, conſequetur & ueniam. Nulloq; diſcrimine impœnitentia cæteris obligatior aut irremiſſibilior inuenitur eſſe peccatis, quæ in ſimilitudinem ſcelerū cæterorū uſq; ad pœnitentiam manens, mox acta pœnitētia delebitur. Sola autem blaſphemia in ſpiritūſanctū, qua quiſque in ſimilitudinē diaboli & angelorū eius, cōtra ſuam conſcientiam, maieſtatē deitatis oppugnare non trepidat, non habet remiſſionem in æternum,
ſed reus erit æterni delicti, ſicut euangeliſta Mar- Mar. 3
cus euidēter exprimit, qui poſito hoc dñi teſtimonio, ſubiunxit, atq; ita ait: quoniā dicebāt immun

dum

ſum ſpiritũ habet. Nam neq; hi qui ſpũmſanctum non eſſe, neq; qui hunc eſſe quidem, ſed deum non eſſe, neq; qui hunc deum quidem eſſe, ſed patre filioq; minorrem credunt & confitentur, quia non inuidentia diabolica, ſed humana ignorãtia ducti faciunt hoc, irremiſsibilis blaſphemiæ crimine tenentur, quo proprie principes Iudæorũ, & quicq; ſimiles inuidiæ peſte corrupti, maieſtatẽ blaſphemant, ſine fine peribunt. Tu autem.

DE MARTYRIBVS.

Marth. x.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nihil opertum quod non reueletur, & nihil occultũ quod nõ ſciatur. Et reliqua.

Homilia B. Hieronymi.

1.Cor.4 ET quomodo in præſenti ſeculo multorum uitia neſciuntur? Sed de futuro tempore ſcribitur, quando iudicabit deus abſcondita hominum, & illuminabit latebras tenebrarum, & manifeſta faciet conſilia cordium. Et eſt ſenſus: Nolite timere perſecutorum ſæuitiam, & blaſphemantium rabiem, quia ueniet dies iudicij, in quo & ueſtra uirtus, & eorum nequitia demonſtrabitur. ¶ *Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Quod audiſtis in myſterio, apertius prædicate quod didiciſtis abſcõſe, publice loquimini: quod uos erudiui in paruulo Iudææ loco, in uniuerſis urbibus & in toto mundo audacter dicite. ¶ *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* Si qui corpus occidunt, animam non poſſunt occidere: ergo anima inuiſibilis & incorporalis eſt, ſecundum craſsiorem dico corporis noſtri ſubſtantiam. Vel eo certe tempore punietur, & ſupplicia ſentiet, quando priſtinum corpus receperit, ut cum quo peccauit, cum ipſo & puniatur. ¶ *Eum timete, qui poteſt & corpus & animam perdere in gehennam ignis.* Nomen gehennæ in ueteribus libris non inuenitur, ſed primum à ſaluatore ponitur. Quæramus ergo, quæ ſit ſermonis huius occaſio. Idolum Baal fuiſſe iuxta Hieruſalem ad radices m[illegible]s Moria, in quibus Siloa fluit, non ſemel leg[illegible] Hæc uallis & parua campi planities irrigua erat, & nemoroſa, plenaq; delicijs, & lucus in ea idolo conſecratus. In tantam autem populus Iſrael dementiam uenerat, ut deſerta templi uicinia, ibi hoſtias immolaret, & rigorem religionis deliciæ uincerent, filioſque ſuos incenderent dæmonijs, uel initiarent, & appellabatur locus ille Gehennon, id eſt, uallis filiorum Ennon. Hoc regum uolumen, & Paralipomenon, & Ieremias ſcribunt pleniſsime. Et cõminatur deus ſe locum iliũ impleturum cadaueribus mortuorum, ut nequaquam uocetur Tophet & Baal, ſed uocetur polyandrium, id eſt, tumulus mortuorum. Futura ergo ſupplicia, & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi ſunt, huius loci uocabulo denotantur. Duplicem autem eſſe gehennam, nimij ignis, & frigoris, in Iob pleniſsime legimus. *Nonne duo paſſeres aſſe ueneunt? Et unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre ueſtro. Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſeribus pluris eſtis uos.* Hæret ſibi ſermo dominicus, & ſequentia pendent ex ſuperioribus. Prudens lector, caue ſemper ſuperſtitioſam intelligentiam, ut non tuo ſenſui attemperes ſcripturas, ſed ſcripturis iungas ſenſum tuum, & intelligas quod ſequitur. Supra dixerat: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere: nunc loquitur conſequenter. Nonne duo paſſeres aſſe ueneunt, & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre ueſtro? Et eſt ſenſus: Si parua animalia & uilia abſque Deo autore non decidunt. & in omnibus eſt prouidentia, & quæ in his peritura ſunt, ſine Dei uoluntate non pereunt: uos qui æterni eſtis, non debetis timere quod abſque Dei uiuatis prouidentia. Iſte ſenſus & ſupra dictus eſt: Mat 6.
Reſpicite uolatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Nonne uos pluris eſtis illis? Ac deinceps, Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, & cæte. Si autem fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit, quanto magis uos minimæ fidei? Quidam Luc.12.
coactæ duos paſſeres, animam interpretantur & corpus: quinq; quoq; paſſeres ſecundũm Lucam, qui duobus aſsibus ueneunt, ad ſenſus referunt. Sed quomodo illa intelligentia toti euangelici ſermonis corpori coaptetur, non paruæ eſt difficultatis. Veſtri aũt & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores uos eſtis. Manifeſtius noſtræ expoſitionis ſuperior ſenſus expreſſus eſt, quod timere non debeant eos qui poſſunt corpus occidere, & animam non poſſunt. Quia ſi ſine Dei ſcientia parua quoq; animalia non decidunt, quanto magis homo, qui apoſtolica fultus eſt dignitate? Quod autem ait, ueſtri & capilli capitis omnes numerati ſunt, immenſam Dei erga homines oſtendit prouidentiã, & ineffabilem ſignat affectum, quod nihil noſtrorum Deum lateat, etiam parua & ocioſa dicta eius ſcientiam non fugiant. Derident intelligentiam eccleſiaſticam in hoc loco, qui carnis reſurrectionem negant, quaſi nos & capillos qui numerati ſunt, & à tonſore deciſi, oẽs dicamus reſurgere, cũ ſaluator non dixerit, ueſtri aũt & capilli oẽs ſaluandi ſunt, ſed numerati ſunt, Vbi numerus eſt, ſcientia numeri demõſtratur, non eiuſdem numeri conſeruatio. Tu autem dñe.

IN NATALI PLVRI. MARTYRVM

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

HOc autem ideo dñs & ſaluator noſter dicere uidetur, quod neq; ipſum, neq; diſcipulos eius Samaritani ſuſcipere uoluerũt. Sic enim ſuperius ait euangeliſta, qa factum eſt dũ cõplerentur dies aſſumptionis, & ipſe faciẽ ſuã firmauit, ut iret in Hieruſalẽ, & miſit nuncios ante conſpectũ ſuũ, & eũtes intrauerũt in ciuitate Samaritanorũ, ut pararẽt illi, & nõ receperũt eũ, quia facies eius erat euntis in Hieruſalem. Factum eſt, inquit, cum iã dies aſſumptionis eius cõplerentur, & tempus eius paſsionis, reſurrectionis, & aſcenſionis ſiue aſſumptionis, propinquaret, firmauit Dñs ut iret in Hieruſalẽ, ſicut in eius uultu & facie manifeſte apparebat. Facile enim in uultu uolũtas dignoſcitur. Et miſit nũcios ante conſpectũ ſuũ, & eũtes intrauerunt in ciuitatẽ Samaritanorũ, & nõ receperunt eum. Quare? Quia facies eius euntis erat in Hieruſalẽ. Non enim, ut alibi dicitur, coutuntur Iudæi Samaritanis. Ideoq; Samaritani Ieſum recipere noluerũt, quia ſe in Hieruſalẽ ire uelle oſtendebat. Iam quaſi inimicũ eũ deputantes, ſicut qui eorum diligeret inimicos, uſque hodie nanq; omnes

iniqui

iniqui. Ideo Ieſum & eius nuncios, eiuſq; euangelium non recipiunt, quia in Hieruſalem, eos ad pacem, ad miſericordiam & pietatem tendere & feſtinare cognoſcunt. Hieruſalem namq; uiſio pacis interpretatur. Cum audiſſent autem hoc diſcipuli eius, Iacobus & Iohannes, dixerunt: Domine, uis dicimus ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? Et conuerſus increpauit illos dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non uenit animas hominum perdere, ſed ſaluas facere. Et abierunt in aliud caſtellum: neſciebant enim cuius ſpiritus eſſent, qui ſe tantopere uindicare cupiebant. Si enim ſe ſpiritus pietatis, patientiæ, & māſuetudinis ſeruos & diſcipulos eſſe nouiſſent, nequaquā aliqua ſui ſpiritus commotione, tot homines irati occidere uoluiſſent. Hoc enim poſtea probatū eſt, cum pro inimicis & pro ſecularibus orarēt. Et ait illis Ieſus: *Qui uos audit me audit, & qui uos ſpernit, me ſpernit. Qui aut me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.* Quod tale eſt ac ſi diceret: non uos tantum, ſed & me ſpreuerunt Samaritani. Hæc itaq; uerba diſcipulis ſuis eorumq; ſucceſſoribus, epiſcopis ſcilicet & ſacerdotibus, locutus eſt Dominus. Quicunque igitur es qui epiſcopos & ſacerdotes audire contemnis, & eorum uerbis & exhortationibus acquieſcere deſpicis, ſaltem Dominum ipſorum non paruipendas, & eum audire non faſtidias. Deſpicis ſacerdotem audire, ſed nō mirum quia pauper eſt, quia imbecillis & humilis eſt, q̄a uilis & deſpicabilis eſt, q̄a de pauperibus natus eſt. Audi uel Dñm in eo loquentem, per eum te admonentem, & ad uitam reducentem. Apoſtolus enim dicit: An experimētum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Sic igitur in epiſcopis & ſacerdotibus Chriſtus loquitur, atq; in eis ab aliis honoratur, & ab aliis reprobatur. Suſtinet modo, nec facile uindicat iniurias ſuas. Sed audi eum dicentem: Tacui, Nunquid ſemper tacebo? Dicit Pſalmiſta: Deus quis ſimilis erit tibi? ne taceas, neq; compeſcaris Deus. Quoniā ecce inimici tui ſonuerunt, & qui te oderunt, extulerunt caput. Noli itaq; ſpernere diſcipulos & nūcios Chriſti, imo noli deum ipſum ſpernere in diſcipulis ſuis. Niſi enim in diſcipulis ſuis ſperneretur, nequaquam dixiſſet. *Qui uos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.* Hoc Iudæi audiant & audientes timeant, & timentes pœniteāt, ut ſi placare ualeant quē offendere non timuerunt. Ipſi enim non ſolum ſpreuerunt, uerum etiam crucifixerunt Chriſtum Dominum. *Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo.* Hos enim ut ſuperius dicitur miſerat Dominus binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum, quo ipſe erat uenturus. Quid autem iſti ſignificēt, & quare ſic ante eum Dominus miſerit cur etiā binos eos ire iuſſerit, iam alibi expoſuimus. Nūc aūt reuerſi, Domino omnia ſcienti, cum gaudio referebant, ea quæ nec ipſi, ſed ipſe in illis fuerat operatus. Gaudebant enim de nomine Chriſti, cuius uirtutem experti erant: gaudebāt & de gratia immenſa ſibi a Domino attributa: quoniam non ſolū infirmitates curabant, uerū etiam dæmonibus imperabant, & ſibi ſubditos eſſe uidebant, quibus mūdi huius principes, reges, omneſq; homines iniq̄s ſubditos eſſe ſciebant. Dicebant ergo: Domine nō ſolum languores, & infirmitates, non ſolum homines iniqui, ſed & ipſi dæmones ſubijciuntur nobis in nomine tuo, quibus ſubiecta ſunt omnia quę lōge ſunt à conſortio tuo. *Et ait illis: Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones.* Cœlum enim in eccleſia, uel ſanctorum animæ intelliguntur. Videbat igitur Dominus ſathanā de cœlo cadentem, uidebat diabolum eccleſiam uel ſanctorū habitacula fugientē. Et hoc quod diſcipuli ei narrabant, iam ſe præuidiſſe & cognouiſſe firmabat. Vnde & alibi ait: Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Niſi enī hoc præuidiſſet, quare in mundum ueniſſet, & quare carnem ſuſcepiſſet? Ad hæc enim Dominus in mūdum uenit, ut diabolū fugaret & de illius impia poteſtate animas hominū liberaret. Quod igitur nūc fieri incipiebat, antequā fieret, præuidebat, & hoc ipſum fieri diſponebat. Videmus itaq; & nos uſq; hodie Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem, & cum magno furore & indignatione ſanctam eccleſiam relinquentem. Quoties enim flagitioſus aliquis ad pœnitentiam redit, toties Sathanas de cœlo cadit. Multi enim adulteri, periuri & homicidę ſunt in eccleſia, quę regnum cœlorum uocatur, qui ſtatim ut conuertuntur, à diabolo relinquuntur, & non uelocius de cœlo cadit fulgur, quam de illorum militibus cadit diabolus. Cadit autem & nunc de cœlo ſathanas, quando aliquis hæreticus ab eccleſia ſeparatur, qui prius in ea per doctrinā magno fulgore ſplendere uidebatur. Talis enim erat Simon magus, quem beatus Petrus Apoſtolus pro ſuis iniquitatibus prius de eccleſia eiecit, poſtea euolare nitentem de aere pręcipitauit. Hinc eſt autem quod in Apocalypſi Ioannes Apoſtolus ait: Quia angelus tuba cecinit, & cecidit de cœlo ſtella magna ardens tanquā facula, & cecidit in tertiā partem fluminum & fontes aquarum, & nomē ſtellæ dicitur Abſynthius. Toties enim, ut modo diximus, de cœlo ſtella cadit, quoties aliquis ab eccleſia per hæreſim ſeparatur. Sed quanto ſapientior & aſtutior eſt, tanto maiorem flammam ferre uidetur. Et quamuis totus de cœlo cadat, tamen non ubique cadit. Cadit autem in tertiam partem fluminum. Duo nāq; flumina, duo ſunt teſtamēta. Fōtes autem tot ſunt, quot & doctorum libri. In his autem nemo cadit, quoniā [illegible] hæreſis in eis eſt. Tertium autem flumen in [illegible] hæretici cadunt, ipſum eſt, quod ipſi faciunt, faciunt enim, quoniam eorum error & doctrina in prædictis fluminibus non inuenitur. Multa enim flumina, & multa librorum uolumina fecerunt hæretici. Et merito hæc ſtella Abſynthius uocatur, quoniam ad illius herbę ſimilitudinem, quæ hoc nomine cenſetur, felle omniq; amaritudine plena eſt. De qua qui guſtauerit, morte morietur. Fuge igitur has aquas Chriſtiane, noli eas bibere. Nota ſunt flumina, noti ſunt fontes aquarum ſalientium in uitam æternam, de quibus ſi biberis, non ſitis ultra. Sequitur: *Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit.* Serpentes & ſcorpiones non ſolum maligni ſpiritus, uerum & tyranni omneſq; eccleſiæ perſecutores intelligi poſſunt, quoniam & uenenoſi ſunt, & nunquam recta incedunt uia. Virtus autem inimici quid melius intelligi poteſt, quam Nero & Simon Magus, Diocletianus, & Maximilianus, & ipſe Antichriſtus perditionis filius. Et præterea uirtutis inimici, ſuperbia, auaritia, omniſq; luxuria, à quibus multi uincuntur, & diabolo ſubijciuntur. Vnde & Iob cum de eo loqueretur, ait: Virtus eius

in lumbis eius, & fortitudo illius in umbilico uentris eius. Hæc autem Chriſti diſcipulis non nocebant, Domiuo eos protegente, & ubiq; defendente. Non nocebunt utiq;, quia repugnauerũt, eisq; non aſſenſerunt. Sequitur: *Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus nobis ſubijciuntur: gaudete autem quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* Multi enĩ ſunt quibus dæmonia ſubijciuntur, quos non gaudium quidem, ſed luctus & mœror expectat. Quibuſdã enim in iudicio dicentibus, Domine, nonne in tuo nomine propheta uimus, dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus, dicturus eſt Dominus: *Ite* operarij iniquitatis, amen dico uobis, neſcio uos. Non ergo gaudeant Chriſti diſcipuli, quia dæmonia ſubijciuntur eis: gaudeant autem quia nomina eorum ſcripta ſunt in cœlis. Illud enim gaudium uanum & temporale eſt: hoc autem utile & æternum. Illud ad uanam gloriam reſpicit, hoc ad gloriam ſpectat æternam. Et illud quidem ſimul habere poſſunt & mali & boni, hoc autem non habebunt niſi boni.

IN NATALI PLVRIMORVM martyrum D. Euſ. Emiſſ. Hom. Secunda.

TAlia ſunt præmia Chriſti, talia ſunt bella noui teſtamenti. Sic Chriſti fideles pugnare nouerunt. Dixerat eis Dominus ſuperius: Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporum. Præceperat eis ut eſſent prudẽtes ſicut ſerpentes: nũc autem dicit eis ut fugiant, & perſecutoribus ſe ſequentibus non reſiſtant. Fugerunt Iſraelitæ, & Aegyptios uicerunt: fugit & Dauid, & rex à Dño conſtitutus eſt. Hanc autem fugam Iacob patriarcha ſignificauit, qui prius magnam & longã ſeruitutem ſimul cum uxoribus & liberis, omniq; poſſeſſione ſua Labam ſocerum ſuum fugiſſe legitur. Quem Labam ipſe ſeptem diebus perſecutus, tandem inuenit eum in monte Galaad. Labam enim q̃ cãdidus interpretatur, hunc mundũ ſignificat. Valde enim ſibi ꝓxima ſunt, & idem quodãmodo hęc duo noĩa ſignificare uidẽtur, cãdidus & mundus. Qui enim candidus eſt, mũdus quoq; eſſe uidetur. Puto autem quod fabricam ſuã ideo tali nomine omnipotẽs Deus uocari uoluit: quia uidit cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Si enim oĩa bona erant, nihil niſi mundũ in eis erat. Ex eo autẽ ipſe mundus eſt immũdus, ex quo terra in ſanguinibus corrupta narratur. Quid igitur Iacob ſimul cum uxoribus & filijs, omniq; ſua poſſeſſione Labã fugiſſe legitur? Hoc ſignificare uidetur, ut nos quoq; mundũ iſtum fugiamus, & amicos & ꝓpinquos, & quoſcunq; poſſumus de eius ſeruitute eripiamus. Septem diebus Labam ſequitur Iacob, quia quandiu uiuimus, mundus iſte perſequi nos non ceſſat. Non enim ſunt dies niſi ſeptem: Igitur qui ſeptem diebus nos perſequitur, nullo tempore a ꝑſecutione quieſcit. Quo igitur fugiemus? Fugiamus ad montem Galaad, ibiq; tentoria figamus. Galaad nanq; aceruus teſtimonij interpretatur, per quem utriuſq; teſtamenti librum intelligimus, in quo omnia legis & ꝓphetarũ, apoſtolorũ & doctorum exẽpla & teſtimonia collecta ſunt: in quo Iohannes Apoſtolus clamat: Nolite diligere mundum neq; ea quę in mundo ſunt. Vbi ipſe Dñs diſcipulis ait: Si de mundo fuiſſetis, mũdus quod ſuũ erat diligeret. Vos autem de mundo non eſtis, ſed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Talia & his ſimilia audiuntur in monte Galaad. Illuc igitur fugiamus & Dñm dicentẽ audiamus.

Cum uos perſecuti fuerint in ciuitate iſta, fugite in aliã. Amen dico uobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael donec ueniat filius hominis. Vbiq; patientiam & innocentiam Dñs docet: nõ reſiſtere ſed fugere admonet. Fugite (inquit) malos, fugite ꝑſecutores, fugite in aliam ciuitatem, non enim deerunt uobis ciuitates, ad quas fugere poſſitis. Prius enim ueniet filius hoĩs, prius ad iudiciũ reuertetur, q̃ uos oẽs ciuitates Iſrael conſumetis & ad fidẽ cõuertatis. Mea exempla uos doceãt, ad me reſpicite, quod in me fieri uidetis, hoc in uobis ne formidetis. *Nõ eſt enim diſcipulus ſupra magiſtrũ: nec ſeruus ſupra dominum ſuũ.* Qui me offendere & perſequi nõ timent, uos quoq; offendere, & ꝑſequi non timebunt. *Sufficit diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter eius, & ſeruus ſicut dominus eius.* Hoc autẽ dicẽs de ſeipſo ſe Magiſtrum & Dñm uocat. Si enim magiſter indoctus fuerit, nõ ſufficit diſcipulo ignorãtia magiſtri. Et ſi dñs pauper & miſer fuerit, non ſufficit ſeruo miſeria Dñi. Si enim ſufficeret, nihil amplius quæreret. Quod autẽ hoc de ſeipſo & non de alio dicat, ſequentia manifeſtant. *Si enim patremfamilias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domeſticos eius?* Ipſe eſt enim paterfamilias, cuius familia eſt oĩs eccleſia, de quo tamẽ Iudæi dicere nõ timuerũt: In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Nõ ergo timueritis eos, q̃a nec ego timui, ſed patiẽter cuncta ſuſtinui. Hæc aũt quæ dico operata ſunt, nondũ uidentur, de futuris loquor, oĩa in ſuo tempore manifeſtabuntur. *Nihil enim opertum quod non reueletur, & occultum quod non ſciatur.* Vnde Apoſtolus Nolite (inquit) ante tẽpus iudicare quoadusq; ueniat Dñs, qui & illuminabit abſcõdita tenebrarum & manifeſtabit cõſilia cordium. *Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine.* Quod in ænigmate & figura auditis, quod uobis in cõſilijs manifeſto, dicite palam & aperte, & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. In aure enim auditur, quod ſecrete & quaſi ſub ſilentio dicitur. Latent autẽ quę ſub tecto ſunt. Super tecta igitur prædicare, eſt in aperto & cunctis audientibus loqui. *Et nolite timere eos qui occidũt corpus.* Prædicate (inquit) euangelizate, officiũ ueſtrũ implete. Multi quidẽ erũt qui uos perſequentur, q uos affligent & occidẽt: ſed nolite timere eos qui occidũt corpus. Occiditur enim quod mortale erat. Nam & ſi nõ occiderent, moreretur tamen: *animam autem non poſſunt occidere:* anima enĩ immortalis eſt, quæ dũ peccat moritur: & a uera uita, quæ Chriſtus eſt, ſeparatur, gladijs tamen occidi nõ poteſt. *Sed potius eum timete qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.* Illi in ſolo corpore, hic in corpore & anima poteſtatẽ habet. Illorum pœna cito tranſit, illius nunq̃ finitur. Illi quoq; nec in ipſo corpore poteſtatẽ habuiſſent, niſi eis à Dño datũ fuiſſet. *Nonne duo paſſeres aſſe ueneunt, & unus ex illis non cadit ſuper terrã ſine patre ueſtro?* Si igitur illi, qui tam uili precio uẽdunter, ſine Dei uoluntate & ꝑmiſſione cadere non poſſunt, quanto magis nos qui empti eſtis precio magno, & Chriſti ſanguine redempti eſtis? *Veſtri aũt & capilli capitis omnes numerati ſunt.* Sæuiant tyranni quãtum uelint, nullo tamen tormentorum genera uos delere & conſumere poterunt. Non eſt autem difficile ei capillos numerare, cui difficile non fuit creare. In hoc autem quod eorum capillos numeratos eſſe dicit, totam hominis ſubſtantiã reſurgere, & nihil de ea perire ſignificat. Si omnes enĩ capilli numerati ſunt, omnesq;

piet. Ille enim recipit prophetam in nomine prophetæ, qui nõ affectu caeuis eum recipit, ſed quia Chriſti fidem ꝓphetat & nunciat: ideoq; accipiet mercedem prophetæ, quia eandem mercedem habebit iſte de receptione, q̃ propheta de prophetia. Qui igitur dei ſacerdotes pro Chriſti nomine ueneratur & recipit, mercede ſacerdotis non priuabitur. *Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti*, id eſt, q a iuſtus eſt, *mercedem iuſti accipiet*. Merito enim iuſtitiæ mercedem accipiet, qui in tantum iuſtitiam diligit, ut omnibus hominibus ex affectu ſeruiat, in quibus iuſtitiam eſſe cognoſcit. *Et quicunq; potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantũ in nomine diſcipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem ſuam*. Non tantum, inquit, de maiori obſequio, ſed de minimo quoq; mercedem ſuſcipient, quicunque in nomine diſcipuli uobis ſeruierint. Multi enim ſeruiunt epiſcopis & ſacerdotibus, neque epiſcopi & ſacerdotes ſunt, ſed quia temporalem aliquam retributionem ab eis expectant. Iſti autem in nomine diſcipuli non ſeruiunt. Si igitur hic mercede caruerint, ibi propter hoc mercedem nõ habebunt.

IN NATALI PLVRIM. MART.

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

MVlta turba ſequebatur Ieſum, & non ſolum ſequebatur, uerum etiam opprimebat & tangere conabatur, quia uirtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Fugant ſe contraria, & qui inimici ſunt, ſe uiciſſim impugnant. Ideoq; languores & infirmitates in eis manere non poterant, qui ad Chriſtum accedebant, & eum tangebant. Ipſe eſt enim ſalus & uita, de quo quia uirtus exibat, & ſanabat omnes, ideo poſt eum accurrebant omnes. *Videns autem turbas aſcẽdit in montem*. Quod enim in montem Chriſtus aſcendit, magnum aliquid ſe loquuturum eſſe ſignificat. Ideo enim Propheta ait: Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion. Ibi enim diſcipulos docet, quos maioris intelligentiæ eſſe ſciebat. Sed quid eſt quod ait, aperiens os ſuum docebat eos? Nunquid enim clauſo ore loqui Dominus cõſueuerat? Ipſe enim qui olim ore prophetarum locutus fuerat, nunc proprio ore diſcipulis loquebatur. Magna igitur ueneratione euangeliorum uerba ſuſcipi debent, quæ non per alium, ſed ꝑ ſeipſum & proprio ore dei filius locutus eſt. Sed quid dicebat? *Beati pauperes ſpiritu*. Non dicit ſimpliciter: Beati pauperes, quoniã nec omnes diuites pauperes beati, nec omnes diuites miſeri ſunt. Multos enim pauperes latrones homicidas, adulteros, periuros, & proditores uidemus, q & in hac uita miſeri ſunt, & poſt hãc uitã infœlices erũt. Diuites autẽ plures fuiſſe legimus, qui in ſancta conuerſatione Dño placuerunt. Talis fuit Abraham, talis Iacob, & Dauid, talis poſtea Zachæus publicanus. Beati igitur, pauperes ſpiritu, ſed non omni ſpiritu. Eſt enim ſpũs bonus, & eſt ſpiritus malus. Beati igitur ſunt qui ſpiritu malo pauperes ſunt. Illi quoq; beati ſunt, qui ſpũ bono diuites ſunt. Eſt enim ſpũs ſuperbiæ, ſpũs fornicationis, ſpũs diſcordię, & multi alij ſpiritus ſunt, quibus cũ pauperes ſunt, beatos eſſe nõ dubiũ eſt. Beati ſunt quoq; qui ſpiritu ſapientię & intellectus, ſpiritu conſilij & fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ & pietatis, & ſpiritu timoris dñi diuites eſſe meruerunt. Sed quare beati? *Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*. Qui enim ſunt mites, niſi patientes & humiles? Perit omnis uirtus ſine patientia. Vnde & Dominus ait: In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Qui igitur impatiẽs eſt, nec aĩam ſuam, nec terram ſuam poſſidere poteſt. Quomodo animã ſuam poſſidet qui animi ſui furorem & irã cohibere non ualet? Quomodo autẽ terrã ſuã poſſidet, qui neq; oculos ab illicito uiſu, neq; aures ab illicito auditu, neq; nares ab illicito odoratu, neq; os ab illicito guſtu, neq; manus ab illicito tactu compeſcere ualet? Poſſumus tamen per hanc terram, terram uiuentium intelligere. Ac per hoc non minus poſſiderẽt mites q̃ poſſiderent pauperes ſpũ, quoniam cũ illi cœlum, iſti uero terrã poſſideant, idem tamen per cœlum & per terrã ſignificatur. Quando uero fidelibus ſuis Chriſtus Dñs noſter talia promittit, nonne tibi in mõte, & in regia ſublimitate ſedere uidetur? Sequitur: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur*. Quid enim ſi pro amiſſione rerũ temporaliũ lugeant? Quid ſi ꝓ morte pignorum lugeãt? Quoſdã enim flere uidemus, quoniã illatas ſibi iniurias uindicare nõ poſſunt. Quas quidem quando uindicãt, nequaq̃ tũc beati ſed miſeri ſunt. Sic igitur dicatur: Beati q lugent peccata quæ fecerunt. Beati qui ſua & aliorũ peccata plorãt. Sic enim Samuel flebat Saulẽ cunctis diebus uitæ ſuæ. Nã & Dauid quia pœnituit & fleuit beatus eſt. Ait enim: Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte. Ipſe quoq; ſaluator noſter pro morte Lazari lachrymatus eſt. Videns etiam perituram Hieruſalẽ, fleuit de miſerijs eius. Fleuit beatus Petrus, & beatitudinem non amiſit. Beati igitur qui ſic lugent, quoniam ipſi æterna lætitia conſolabuntur. *Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiã*. Illi aũt iuſtitiam eſuriũt & ſitiũt qui ſic in obſeruãda iuſtitia delectantur, ac ſi magnis epulis reficiãtur. unde Pſalm. ait: Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam omni tẽpore. Hoc audiant reges & principes, hoc audiant potẽtes & iudices. Hoc & nos audiamus, nos inq̃ epiſcopi & ſacerdotes. Huius capituli ſemper memores ſimus, ſine quo cętera capitula tractare nequimus. Sed nota quod non ſolũ illi q faciũt iuſtitiam, ſed etiam qui eam eſuriunt & ſitiunt, id eſt qui eam facere concupiſcunt, & ſi non poſſint facere quod deſiderãt, tamẽ beati ſunt, quia quantũ in ipſis eſt, faciũt quod deſiderant. Et iſti quidẽ ſaturabuntur, quando illorum deſideria complebũtur. Sicut enim cibo ſaturatur corpus, ita ſatiatur ſuo deſiderio anima. *Beati miſericordes, quoniã ipſi miſericordiam cõſequentur*. Statim poſt iuſtitiam miſericordiã poſuit. Vnde Pſalm. ait: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi dñe. Bona eſt iuſtitia, bona eſt & miſericordia. Habet illa ſuum locum, habet & iſta ſuum. Neq; uero perit iuſtitia, ſi in quibuſdã cauſis miſericordia temperatur. Eſt aũt miſericordia quædã affectio animi qua affligimur alienis malis. Cui inuidia contraria eſt, per q̃ homo affligitur alienis bonis. Siue igitur in nos delinquentibus parcimus, ſiue miſeris & indigẽtibus ſubuenimus, ſiue errantes ad uiam ueritatis reducimus, miſericordia eſt. Qui autẽ miſericordiam non habuerit, miſericordiam nõ inueniet. Eadem enim menſura qua menſi fueritis, remetietur uobis. Sequitur: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebũt*. Ex corde enim, ut ait Dñs, exeunt cogitationes malę, furta, homicidia, adulteria, falſa teſtimonia & ſimilia. Hæc ſunt quæ coinquinant hoiem. Tale aũt cor mundũ nõ eſt. Si enim mundum eſſet, totum hominem ſuo

& ſapientiã ſe daturũ eſſe promittit. Nocet enim
multoties os ſine ſapientia. Inutilis eſt aliquãdo ſa
pientia ſine ore. Vnde ſcriptũ eſt: Sapiẽtia occulta
& theſaurus abſcõditus quę utilitas in utriſq;? Hę
retici aũt os ſine ſapientia habuerunt, ideoq; ſibi
& alijs plurimũ nocuerunt. Non ſit igitur os ſine
ſapientia, neq; ſapientia ſine ore. Qui intelligit
loquatur, q non intelligit, melius eſt ut taceat quã
ut nociua & fidei non conueniẽtia loquatur. Pro-
pter hoc enim ad tabernaculũ conſtruendũ, aurum
ſimul & argentum, & æs Dominus offerri præce-
pit. In auro namq; ſapientia, in argẽto eloquij pu
ritas, in ære uero loquendi facundia intelligitur.
Sine his autem Dei tabernaculum ædificari non
poteſt. Et de auro quidem ſcriptũ eſt, quia deſide
rabilis theſaurus requieſcit in ore ſapiẽtis. De ar-
gento uero, Eloquia Dñi eloquia caſta, argentum
igne examinatum. De ære autem: Si linguis hoim
loquar & angelorum, charitatẽ autẽ non habeam,
factus ſum uelut æs ſonans, aut timbalũ tinniens.
Os enim & ſapientiam acceperat ille qui dicebat:
Sapientiam loquimur inter perfectos. Os autem
ſine ſapientia habuit Arrius, qui tot homines ſua
loquacitate in errorem induxit. Quia igitur os &
ſapientiam habuerunt ſancti, idcirco eis reſiſtere,
eisq; cõtradicere nõ poterunt oẽs aduerſarij Chri
ſti. Legimus enĩ phariſæos & ſapientes à ruſticis
& illiteratis, inſuper & ab ipſis mulieribus ſæpe
loquendo fuiſſe ſuperatos. Scio autẽ quia mouebi-
tur aliquis, qa multa in hoc uolumine uel addita,
uel mutata reperiuntur, quæ in illo de quo excer
pta ſunt, nõ inueniũtur. Sed aliter hic & aliter ibi
loquendũ fuit, quia aliter ꝓ populo aliterq; ſcho-
laſticis loqui oportet. *Tradet autem fratrem frater
in mortem, & pater filium, & inſurgent filij in parentes,
& morte eos afficient, & eritis odio omnibus propter
nomen meum, & capillus de capite ueſtro non peribit.*
Conſiderate modo quanta crudelitate tyrannicę
terique homines iniqui in eos ſæuiant, quibus ipſi
quoq; parentes & ꝓpinqui nõ parcunt. Quod au-
tem dicit quia capillus de capite ueſtro non peri
bit, in eo loco expoſitum eſt, in quo dicitur, quia ca
pilli capitis ueſtri omnes numerati ſunt. *In patien
tia poßidebitis animas ueſtras.* Magna eſt uirtus pa-
tientia, ſine qua perditur, & per quam anima poſ-
ſidetur.

DE CONFESSORIBVS
Sermo Fulgentij.

DOminicus ſermo, quẽ debemus oẽs nõ
ſolũ ſtudioſe, uerũ etiã ſapienter audi-
re, cui nos oportet humiliter ac dele-
ctabiliter obedire, moderationis ſuę te
nẽs ubiq; tẽperiẽ, ut nec ouibus deſint pabula, nec
paſtoribus alimẽta: quædã ſpecialiter ſolis ꝑcepit
nobis, quędã uero gñaliter & nobis & uobis. No
bis nanq;, id eſt, ſeruis, q̃s pater ille familias rerũ
omnium dominus, ad hoc in magna ſua domo con
ſtituit, ut populo eius uerbũ gratiæ miniſtremus,
ſpecialiter iniungitur ſanctæ prædicationis offi-
cium: generaliter uero & nobis & uobis ſalutaris
indicitur obedientia mandatorũ. In quibus denuo
mandatis tanquam ditiſſimis ferculis, ſic cœleſtiũ
deliciarum copia ſpiritualis exhuberat, ut in uer
bo dei abundet, quod perfectus comedat, abũdet
etiam quod paruulus ſugat. Ibi eſt enim ſimul &
lacteus potus, quo tenera fidelium nutriatur in-
fantia, & ſolidus cibus, quo robuſta perfectorum
iuuentus, ſpiritualia ſanctę uirtutis accipiat incre-
menta. Ibi prorſus ad ſalutem conſulitur uniuer-
ſis quos dominus ſaluare dignatur. Ibi eſt quod o-
mni ætati cõgruat, ibi quod omni profeſſioni con
ueniat. Ibi audiuimus præcepta quæ faciamus, ibi
cognoſcimus præmia quæ ſperemus. Ibi eſt iuſſio
quæ nos per literam doceat & inſtruat ad ſcien-
tiam, ibi promiſſio quæ per gratiam trahat & pro
ducat ad gloriã. Seruorũ igitur quos populo ſuo
præpoſuit dominus, ſpeciale officium demonſtra-
re uolens, ait quod ex euangelio audiuimus: Quiſ Mat. 24.
putas eſt fidelis * ſeruus & prudens, quem conſti *diſpen
tuit dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in ſatio
tempore tritici mẽſuram? Beatus ſeruus ille, quẽ
cũ uenerit dñs, inuenerit ita facientẽ. Quis eſt iſte
dominus fratres? Chriſtus ſine dubio, qui ſuis diſ-
cipulis ait: Vos uocatis me magiſter & domine, & Ioh. 13.
bene dicitis, ſum etenim. Quæ eſt etiam huius dñi
familia? Nimirum illa eſt, quam ipſe dominus de
manu inimici redemit, & ſuo domino mãcipauit.
Hæc autem familia eſt ſancta eccleſia catholica,
quæ per orbem terrę copioſa fertilitate diffundi-
tur, & redẽpta ſpecioſo ſui Domini ſanguine glo
riatur. Filius etenim hominis, ſicut ipſe ait, nõ ue Matt 20
nit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuã
redemptionem pro multis. Ipſe eſt etiam paſtor Ioh. 10.
bonus, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis.
Grex ergo boni paſtoris, ipſa eſt familia redẽpto
ris. Diſpenſator uero quis ſit, quem oportet eſſe
fidelem pariter & prudentem, Paulus nobis oſten
ſtit apoſtolus, qui de ſe ſuisq; socijs loquẽs ait: Sic 1 Co 4.
nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſ- *myſte-
penſatores * miniſteriorum dei. Hic iam quæri- riorum.
tur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur.
Ne quis autem noſtrũ ſolos apoſtolos diſpenſato-
res factos exiſtimet, neglectoq; militiæ ſpiritua-
lis officio, ſeruus piger infideliter imprudenterq;
dormitet, ipſe beatus Apoſtolus epiſcopos quoq; Tit 1.
diſpẽſatores eſſe oſtẽdens ait: Oportet enim epiſ-
copum ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpẽſatorẽ. Ser-
ui ergo patris familias ſumus, diſpẽſatores domi-
ni ſumus, menſuram tritici q̃ uobis erogemus ac-
cepimus. Quæ uero ſit iſta menſura tritici ſi quæ-
ramus, ipſam quoq; nobis beatus Paulus oſtendit,
dicens: Vnicuiq; ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Ro. 12.
Quam ergo menſuram Chriſtus nuncupat, ipſam
menſuram fidei Paulus appellat, ut cognoſcamus
non aliud eſſe ſpirituale triticũ, q̃ Chriſtianę fidei
uenerabile ſacramentum. Huius tritici menſuram
nobis in nomine dñi damus, quoties illuminati do
no gratiæ ſpiritualis, ſecũdum regulam uerę fidei
diſputamus: & eandem tritici menſuram p domi-
nicos diſpenſatores accipitis, cum quotidie p dei
famulos uerbũ ueritatis auditis. De ipſa ergo nũc
tritici menſura loquimur: ex ipſa ſicut deus diui-
dit, uniuerſi paſcimur, unde alimẽta bonæ uitæ ſu
mamus, ut ad æternæ uitæ pręmia peruenire poſ-
ſimus, in illum credentes, in illum ſperantes, illum
præ oĩbus & in omnibus diligẽtes, qui ſeipſum no
bis & alimentũ præſtat, ne deficiamus in uia, & pre-
mium ſeruat, ut gaudeamus in patria. Chriſtus eſt
enim alimentum noſtrum, Chriſtus eſt præmium
noſtrum, Chriſtus eſt cibus & conſolatio curren-
tium uiatorum, ipſe eſt ſatietas & * conſolatio *exul-
quieſcentiũ beatorũ. Ad ipſam itaq; tritici menſu tatio
ram ptinet quod dñs ait: Vendite quę poſſidetis, Lu. 12.
& date eleemoſynã: facite uobis ſacculos qui non
ueteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis,

quo fur non appropiat,neq; tinea corrumpit. Ma
gnum bonum eſt chariſſimi fratres,ualde congru
um,ualde cõmodum,& maxime Chriſtianis omni
bus appetendum, ut unuſquiſq; deficere non dele
ctetur in pœnis, ſed omnes proficere ſtudeamus
in melius. Arbores ſumus fratres in agro domini
co conſtitutæ,deus autem noſter eſt agricola. Ille
nos cõpluit,ille colit. Ipſe fœcunditatẽ donat,ipſe
fructificandi gratiam ſubminiſtrat. Pluuia dei,eſt
ſermo ſanctæ prædicationis: cultura dei,eſt infu
ſio gratiæ ſpiritualis. Deus igitur præcepto nos
compluit,adiutorio colit. Dum compluit,aufert à
nobis ignorantiæ ſiccitatem: dũ colit, bene uiuen
di condonat ubertatem. Dum pluit, terram no-
ſtri cordis irrigat,dũ uero colit, de ipſa terra ſpi-
nas & tribulos mũdanæ cupiditatis extirpat. De-
bemus itaq; fœcundari cœleſtibus pluuijs, debe-
mus cõgrua fructificatione manibus ſuperni reſ-
pondere cultoris: & ſi non poſſunt omnes arbores
æquales fructus afferre, nulla tamen in agro do-
minico debet ſterilis pmanere, multum metuẽda
Matt.3. eſt nobis fratres illa ſententia cõminantis, qua di
citur: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,
excidetur, & in ignẽ mittetur. Quod ſi ſterilitas
in ignem mittitur, rapacitas quid meretur? Aut
quid recipiet qui alienum tulerit, ſi ſemper arde-
bit,qui de ſuo non dederit? Et ſi iudicium ſine miſe-
ricordia erit illi,qui non fecit miſericordiã, quale
iudiciũ erit ei qui fecit & rapinam? Timeamus er-
go fratres,timeamus actus noſtros. Obediẽs Chri
ſto uendat quæ poſſidet,& eleemoſynã det,ut de
terra cor ad cœlum leuet,ut auaritiã calcet,ut ad
perfectionis culmen tota mentis intentione feſti
net,ut nõ ſit ſolicitus quæ ſunt mũdi,ſed quæ ſunt
domini,ut mundum ſibi crucifixum habeat,ſeque
mundo crucifixum exhibeat,ut ſi omnino pauper
in ſeculo,& diues in Chriſto. Quis ignoret boni
huius magnitudinem? Videmus autem,non omni-
bus uenundandarum rerum ſuarum ineſſe uirtu-
tem. Vnuſquiſque enim proprium habet donum
à Deo,alius quidem ſic,alius autem ſic. Ecce hoc
tam magnum bonum, implere pauci poſſunt,mul
ti non poſſunt. Nunquid quia paucis donatur iſta
perfectio,propterea debent eſſe peſſimi, quicun-
que in bono nondum poſſunt eſſe perfecti? Nun-
quid propterea Chriſtianus debet uitio rapacita
tis inſiſtere, quia forte nondum poteſt omnia ſua
pauperibus erogare? Aut ideo debet aliena cõcu-
piſcere, qa ꝓpria necdũ poteſt omnino cõtẽnere?
Abſit hoc fratres ab omnibus Chriſtianis,auertat
hoc deus à fidelibus ſuis. Apoſtolus enim ueraci-
1.Cor.6 ter dicit: Quia neq; auari,neq; rapaces, regnũ dei
poſſidebunt. Manifeſtum eſt autem,quia omnes q
à regno dei alienabuntur,in æterno igne cum dia
bolo eiusq; angelis damnabũtur. Proinde dilectiſ
ſimi,ſi non omnes poſſunt implere quod dominus
Luc.12. ait: Vendite quæ poſſidetis, illud tamen quod ad-
iecit,dicens: date eleemoſynam,omnibus eſt poſ-
ſibile. Si adſit bona uoluntas,omnibus facile: ſi non
obſiſtat dira cupiditas,omnibus ſalubre: ſi ferueat
charitas,cunctis debet eſſe commune,ut omnibus
donetur æterna felicitas. Qui ergo tantam uirtu-
tem accepit à Domino, ut omnia quæ in mundo
ſunt, cœleſtis regni amore contemnat,quæ habet
uendat, & egenis expendat. Qui uero tantæ uir-
tutis nondum eſt,de his quæ habet,inquantum ha
bet,eleemoſynam faciat. Tantum operetur bona
uoluntas, quantum ſuppetit facultas. Perfectus
poſſideat primum uirtutis locum,imperfectus ſal
tem perueniat ad ſecundum. Efficiatur ille glo-
rioſus indignus,ſit iſte laudabiliter largus. Sit ille
ſanctæ paupertatis ardentiſſimus amator, ſit iſte
ſanctorum pauperum piiſſimus conſolator. Ha-
beat iſte apud Dominũ patronos pauperes, quos
ille ſe gaudet uirtutis habere conſortes. Sit ille ta
lis qui cum Domino iudicaturus ſedeat, ſit iſte ta
lis qui ad dexteram iudicandus aſſiſtat: ſit ille ta-
lis qui æterna tabernacula perpetuo iure poſſi- Lu.17.
deat,ſit iſte talis quem ille recipiat. Admonuit e-
nim nos Dominus,dicens: Facite uobis amicos de
mammona iniquitatis, qui uos recipiant in æter-
na tabernacula. Hoc ergo fratres neceſſarium eſt
omnibus uobis, ut in bonis operibus nemo ſit ſe-
gnis,nemo ſit ſterilis,nemo præſentium dilectio-
ne futura contemnat, nemo æterna deſpiciens, ſo
la temporalia peruerſus aſpiciat, nemo ſpirituali-
bus corporalia præferat,nemo terrena cœleſtibus
anteponat. Theſaurum noſtrum fratres in cœlis
ponamus, ut etiam cor noſtrum in cœlis habere
poſſimus. Neceſſe eſt enim ut quo præceſſerit dile
ctionis theſaurus, illuc etiam cogitationis ſequa-
tur affectus. Ideo ueritas ait: Vbi enim theſaurus Matt.6.
ueſter eſt,ibi & cor ueſtrum erit. Vt ergo in cœ-
lis theſaurizemus, cœleſtia diligamus. Vis noſſe
ubi theſaurizas? Attende quod amas. Vis noſſe
quod amas? Attende quod cogitas. Ita fiet,ut the
ſaurum tuũ ex tuo amore cognoſcas, ut amorem
tuum indicio tuæ cogitationis intelligas. Oſten-
dens autem Dominus quomodo in cœlis theſauri
zare poſſimus, ait: Sint lumbi ueſtri præcincti, &
lucernæ ardentes. Si iſtum Domini ſermonem ſe Lu.12.
cundum literam uelimus accipere, nihil in ea com
modi ſpiritualis poſſumus inuenire. Quid enim
proficit ad animæ ſalutem, ſi aliquis corporaliter
aut lumbos ſuos præcingat, aut lucernam accen-
dat? Alia ergo in præcinctis lumbis & lucernis ar
dentibus quærenda eſt intelligentia ſpiritualis,
quæ ſcilicet diuino ſit præcepto condigna, quæ no
ſtræ ſaluti cõgrua reperiatur & commoda. Neq;
enim fruſtra quodam loco ipſe dominus ait: Ver- Ioh.6.
ba quæ ego locutus ſum uobis, ſpũs & uita ſunt.
In lumbis igitur concupiſcẽtia carnalis oſtendit,
in lucernis uero fides & charitas Chriſtiana mon
ſtratur. Iubens igitur dñs lumbos noſtros præcin
gi, concupiſcentias carnales ſine dubio præcepit
refrenari. Imperans autẽ ut lucernas ardentes ha
beamus, hoc utique iubet, ut & lumine ueræ fidei
ſplendeamus, & ſanctæ charitatis operibus ferue
amus. Iubens ut ſint lumbi noſtri præcincti, mãdat
ut mala deſideria atq; opera fugiamus. Iubens ut
ſint lucernæ noſtræ ardentes, monet ut bona dili
gamus atq; faciamus. Iſta quæ de euãgelio propo
ſuimus, cum propheticis ſermonibus cõferamus.
Vtrunq; enim teſtamentum, deus unus inſtituit,
unus dñs dedit. Etſi ſunt utriuſq; teſtamẽti diuer
ſa ꝓ temporibus ſacramenta, concordat tamen in
utroq; ſalutis humanæ ſententia, qua præcipitur
ut non peccemus, & iubetur ut bonis operibus inſi
ſtamus. Præcepit itaq; dominus per beatum Da-
uid, dicens: Declina à malo, & fac bonum. Per Iſaiã Pſal 36.
quoq; omnes his admonet uerbis: Auferte malum Iſaiæ.1.
cogitationum ueſtrarum ab oculis meis, quieſcite
agere peruerſe, diſcite benefacere. Hoc ergo nunc
dominus per ſeipſum præcepit, quod nobis etiam
p ſanctos patriarchas, ꝓphetasq; mandauit. Quid
eſt enim, Sint lumbi ueſtri præcincti, niſi declinare à

malo? Quid eſt, ſint lucernæ ardentes, niſi facite bonum? Quid eſt, ſint lumbi ueſtri præcincti, niſi quieſcite agere peruerſe? Quid eſt, ſint lucernæ ardẽtes, niſi diſcite benefacere? Præcinguntur ergo fidelium lumbi, dum concupiſcentia mala comprimitur, dum iniqua cogitatio cohibetur, dum libidini reſiſtit animus, dum laſciuiæ denegatur effectus, dum calcatur luxuria, dum auaritia contemnitur & rapina, dum proximi * læſi debita redduntur, dum ſuperbia uincitur, dũ inuidia ſuperatur. læſio deuitatẽ Ardẽt uero lucernæ fideliũ, dum rectæ fidei regulam ſeruant, dum in ſinu matris eccleſiæ longanimiter perſeuerant, dũ terrena contẽnunt, & cœleſtia concupiſcunt, dũ ſoliciti pacẽ cuſtodiunt, dũ ſe inuicem pure diligunt, dũ mutuo ſe honore præueniunt, dũ mãſuetudine cordis & humilitate profitentur, dũ miſericordiæ opera libenter atq; hilariter faciunt, dumq; in operibus bonis non hominibus, ſed deo placere contẽdunt. Omnis ergo Chriſtianus præcinctos habeat lumbos, ut fugiat libidinem: ardentẽ habeat lucernã, ut cuſtodiat caſtitatem. Pręcinctos habeat lũbos, ut aliquid alienũ nec rapiat, nec furetur: ardentem habeat lucernam, ut de ſuo miſericorditer operetur. Prcinctos habeat lumbos, ut minorẽ non opprimat: ardentẽ habeat lucernã, ut oppreſſo uelamen iuſtæ dũtaxat defenſionis impendat. Præcinctos habeat lumbos, ut habenti non auferat cibũ: ardentẽ habeat lucernã, ut eſurienti tribuat alimentũ. Præcinctos habeat lũbos, ut nõ expollet ueſtitum: ardentẽ habeat lucernam, ut ueſtiat nudum. Pręcinctos habeat lumbos, ut domum nullius inuadat: ardentem habeat lucernã, ut peregrinos Chriſti libenter excipiat. Præcinctos habeat lumbos, ut fugiat elationẽ: ardentẽ habeat lucernã, ut ſeruet humilitatem. Præcinctos habeat lumbos, ut expellat à ſe inuidiam & liuorẽ: ardentem habeat lucernam, ut purã cunctis exhibeat charitatem. Præcinctos habeat lumbos, ut nõ exhibeat membra ſua arma iniquitatis peccato: ardentem habeat lucernam, ut exhibeat membra ſua arma iuſtitiæ deo. Hæc eſt fratres catholicæ fidei uera ſanaq; doctrina, hæc eſt menſura tritici, de qua domini redemptoris eſt paſcenda familia. Ex hac uobis quãtum dominus tribuit damus, ipſumque dominum iugiter exoramus, ut & nos & uos in timore gratiæ * ſuo paſcere dignetur auxilio. ſuæ Auferat à nobis dominatiõem prauæ cupiditatis, donet omnibus profectum & perſeuerantiam charitatis. Lumbos noſtros ipſe præcingat, lucernas noſtras ardere faciat, ardentesq; cuſtodiat, ut ne frigeſcat noſtra charitas, nec aliqua nobis dominetur iniquitas. Sed Dominus ac redemptor noſter omnibus gratiam tribuat, uniuerſis donum ſanctæ illuminationis ac uirtutis infundat. Nobis donet, ut quod ab illo audiuimus, recte intelligamus, ſicut oportet faciamus, uobiſque faciendum ſermone ſufficienti & congruo prędicemus. Vobis quoq; donet, ut q̃d ab illo per ſeruos eius auditis, & corde intelligatis, & opere faciatis. Hoc ergo diuina miſericordia operetur in omnibus nobis, ut nos quos uoluit eſſe diſpẽſatores, fideles faciat & prudentes. Vos quoq; faciat obedientes & humiles, ut menſuram tritici dominici quam nobis damus, cõmunem uobiſcum ſalubriter atq; utiliter habeamus. Tu autem domine.

DE CONFESSORIBVS.
Matth. xxv.

¶ In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc: Homo quidam peregre proficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua, Et reliq. Homilia beati Gregorij papæ.

LEctio ſancti euangelij, fratres chariſsimi, ſolicite conſiderare nos admonet, ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur, ab autore mundi inde grauius iudicemur. Cũ enim augẽtur dona rationes etiã creſcunt donorum. Tãto ergo eſſe humilior, atq; ad ſeruiendum prõptior quiſq; debet ex munere, quãto ſe obligatiorem eſſe cõſpicit in reddẽda ratiõe. Ecce homo q peregre ꝑficiſcitur, ſeruos uocat, eiſq; ad negociũ talẽta partitur: poſt multũ uero tẽporis poſiturus rationẽ reuertitur, bene operãtes ꝓ apportato lucro remunerat, ſeruũ uero à bono opere torpentẽ dãnat. Quis itaq; iſte homo eſt qui peregre ꝑficiſcitur, niſi redẽptor noſter, qui in ea carne quã aſſumpſerat, abijt in cœlũ? Carnis * enim locus * proprius terra eſt, quæ etiam quaſi ad peregrina ducitur, dũ p redemptorẽ noſtrũ in cœlo collocatur. proprie Sed homo iſte peregre ꝓficiſcens, ſeruis ſuis bona ſua tradidit, q a fidelibus ſuis ſpũalia dona cõceſsit. ¶ *Et uni quidẽ dedit quinque talenta, alij aũt duo, alij uero cõmiſit unũ.* Quinq; etenim ſunt ſenſus corporis, uidelicet uiſus auditus, guſtus, odoratus & tactus. Quinq; igitur talẽtis donũ quinq; ſenſuum, id eſt, exteriorũ ſcientia exprimitur, duobus uero intellectus & opatio deſignatur: unus autẽ talẽti nomine, intellectus tantummodo deſignatur. ¶ *Sed is qui quinque talẽta acceperat, alia quinque lucratus eſt*: quia ſunt nonnulli qui & ſi interna ac myſtica penetrare neſciunt, pro intentione tamẽ ſupernæ patriæ, docẽt recta quæ poſſunt de ipſis exterioribus quæ acceperũt, dũq; ſe à carnis petulantia, à terrenarum rerum ambitu, atq; à uiſibiliũ uoluptate cuſtodiunt, ab his etiã alios admonendo cõpeſcunt. Et ſunt nonnulli qui quaſi duobus talentis ditati, intellectum atq; operationẽ percipiunt, ſubtilia de intentis intelligunt, mira in exterioribus operantur: cumq; intelligendo & operando alijs prædicant, quaſi duplicatum de negocio lucrum reportant. Bene autẽ alia duo, uel alia quinq; in lucrum ueniſſe referuntur, quia dum utriq; ſexui prædicatio impenditur, quaſi accepta talenta geminantur. ¶ *Sed is qui unum talentum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.* Talentum in terra abſcondere, eſt acceptũ ingenium in terrenis rebus implicare, lucrum ſpũale non quærere, cor à terrenis cogitationibus nunquã leuare. Sunt namq; nõnulli qui donum intelligentię perceperunt, ſed tamen ſola quę Hier. 4. carnis ſunt, ſapiunt, de quibus per prophetã dicitũ: Sapientes ſunt ut faciant mala, bene autẽ facere neſcierunt. Sed dñs qui talẽta ſeruis contulit, rationẽ poſiturus redit: qa is qui nunc pie ſpiritualia dona tribuit, diſtricte in iudicio merita exquirit: q d quiſque accepit, cõſiderat, & q̃d lucrum de acceptis reportet, penſat. Seruus qui geminata talẽta retulit, à domino laudatur, atq; ad æternã remunerationẽ intromittitur, cum ei uoce dominica dicitur. ¶ *Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.* Pauca quippe ſunt bona omnia præſentis uitę, quãlibet multa eſſe uideantur cõparatione retributionis æternæ. Sed tunc fidelis ſeruus ſuper multa cõ

ſtituitur, quādo deuicta omni corruptionis moleſtia, de æternis gaudijs in illa ſede cœleſti gloriať. Tunc ad domini ſui gaudium perfecte intromittitur, quādo in æterna illa patria aſſumptus, atq; angelorum cœtibus admixtus, ſic interius gaudet de munere, ut non ſit iā quod exterius doleat de corruptione. Seruus aūt qui operari de talēto noluit, ad dominū cum uerbis excuſationis redit, dicens: ¶ *Domine, ſcio q; homo durus es: metis ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti, & timens abij & abſcōdi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum eſt.* Notandum quod inutilis ſeruus durum dominum uocat, cui tamen ad lucrum deſeruire diſsimulat, & timuiſſe ſe dicit, in lucrum talentum expēdere, qui hoc ſolū timere debuerat, ne hoc ſine lucro ad dominum reportaret. Sunt enim pleriq; intra ſanctā eccleſiam, quorum iſte ſeruus imaginem tenet, qui melioris uitæ uias aggredi metuunt, & tamen iacere in ſui corporis ignauia non pertimeſcūt. Cūque ſe peccatores conſiderant, ſanctitatis uias arripere trepidant, & remanere in ſuis iniquitatibus non formidant. Quorum bene Petrus adhuc in infirmitate poſitus ſpeciē tenet, cū uiſo miraculo piſcium, dixit: Exi à me domine, quia homo peccator

Lucæ.5. ſum. Immo ſi peccatorem te cōſideres, oportet ut à te dñm nō repellas. Sed qui idcirco melioris habitus uias & rectioris uitæ apprehendere arcē nolunt, quia infirmos ſe eſſe cōſpiciunt, quaſi & peccōres ſe fatentur, & dñm repellunt, eumq; in quo ſanctificari debuerant, fugiunt, & uelut in perturbatione conſilium nō habent, dum moriuntur, & uitam timent. Vnde & huic ſeruo protinus reſpondetur: ¶ *Serue male & piger, ſciebas quia meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſpargo. oportuit ergo te dare pecuniam meam nummularijs, & ego ueniens, recepiſſem utiq; quod meū eſt, cum uſura.* Ex uerbis ſuis ſeruus piger conſtringitur, cū dominus dicit: Meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſparſi. Ac ſi aperte dicat: Si iuxta tuam ſententiam, & illud exquiro q̄d ad erogandū nō dedi, quanto magis a te exigo q̄d ad erogandum dedi? Oportuerat ergo te dare pecuniam meam nummularijs, & ego ueniens utiq; recepiſſem quod meum eſt, cum uſura. Pecuniam uero nummularijs dare, eſt eis ſcientiam prædicationis impendere, qui hanc ualeāt & dictis & operibus exercere. Sed ſicut noſtrum periculum aſpicitis, ſi dominicam pecuniam teneamus, ita ueſtrū fratres chariſsimi ſolicite pēſate, quia cū uſuris à uobis exigitur, q̄d audiſtis. In uſura quippe pecunia etiam nō data recipitur. Cū enim hoc reddiť, quod acceptum fuerat, etiam illud ſuper impenditur, quod acceptū non eſt. Pēſate ergo fratres chariſsimi, quia de accepta hac uerbi pecunia uſuras ſoluetis, & curate, ut ex eo q̄d audiſtis, etiā alia ſtudeatis intelligere quæ non audiſtis, quatenus alia ex alijs colligentes, etiā illa diſcatis ex uobiſmetipſis agere, quæ necdum ex prædicatoris ore didiciſtis. Pigrum uero ſeruū quę ſentētia feriat, audiamus. ¶ *Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decē talenta.* Opportunū ualde uidebatur, ut quū à malo ſeruo unum talentū tollitur, ei potius, qui duo quā qui quinq; talēta acceperat, daretur. Illi enim dari debuit, qui minus quā qui plus habuit. Sed ſicut ſuperius diximus, per quinq; talenta quinq; uidelicet

ſenſus * ſenſuū .i. exteriorū ſcientia deſignatur: per duo autem, intellectus & operatio exprimitur. Plus ergo habuit qui duo, quam qui quinq; talenta acceperat: quia qui per quinq; talenta exteriorum adminiſtrationem meruit, ab intellectu internorum adhuc uacuus fuit. Vnum ergo talentum, per quod intellectum ſignificari diximus, illi dari debuit, q bene exteriora quæ acceperat, miniſtrauit. Quod quotidie in ſancta eccleſia agi cernimus, quia plerique dum bene miniſtrant exteriora quæ accipiūt, per adiunctam gratiam ad intellectum quoq; myſticum perducuntur, ut etiam de interna intelligentia polleant, qui exteriora fideliter adminiſtrant. Generalis etiam mox ſententia ſubditur,

* cū dicit: *Omni enim habēti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod uidetur habere, auferetur ab eo.* Habenti nanque dabitur, & abundabit, quia quiſquis charitatem non habet, etiam dona alia percipit. Quiſquis charitatem non habet, etiam dona quæ percepiſſe uidebatur, amittit. Vnde neceſſe eſt fratres mei, ut per omne quod agitis, erga charitatis cuſtodiam uigiletis. Charitas autem ueſtra eſt, & amicum diligere in deo, & inimicum * quæ

diligere propter deum. Quam quiſquis non habet, omne bonum amittit quod habet, talento q̄d acceperat priuatur, & iuxta dominicam ſententiam, in tenebras exteriores mittitur. Per pœnas quippe in exteriores cadet, qui per culpam ſuam ſponte in interiores tenebras cecidit. Illic coactus patitur tenebras ultionis, qui hic libenter ſuſtinuit tenebras uoluptatis. Sciendum uero eſt, quod nullus piger ab hac talenti acceptione ſecurus eſt. Nullus uanq; eſt qui ueraciter dicat: Talētum minime accepi, non eſt unde rationem ponere cogar. Talēti enim nomine, cuilibet pauperi etiam hoc ipſum reputabitur, quod uel minimum accepit. Alius nāque accepit intelligentiam prædicationis, miniſterium debet ex talento. Alius terrenam ſubſtantiam accepit, erogationem talenti debet ex rebus. Alicuius nec intelligentiam internorum, nec rerū affluentiā accepit, ſed tamē didicit artē qua paſcit: ipſa ars ei in talenti acceptionem reputabitur. Alius nihil horum aſſecutus eſt, ſed tamen fortaſſe locū familiaritatis apud diuitem meruit, talentum profectu familiaritatis accepit. Si ergo nihil ei pro indigentibus loquitur, pro talenti retentione damnatur. Habēs igitur intellectum, curet omnino ne taceat. Habens rerum affluentiam, uigilet ne à miſericordiæ largitate torpeſcat. Habens artem qua regitur, magnopere ſtudeat, ut uſum atq; utilitatē illius cum proximo partiatur. Habens alloquendi locum apud diuitem, damnationē pro retento talento timeat, ſi cū ualeat, nō apud eum precibus intercedat. Talentum quippe ab unoquoq; noſtrum uenturus iudex exigit, quantum dedit. Vt ergo de talēti ſui rationibus redeunte domino quiſq; ſecurus ſit, cum timore penſet quotidie quod accepit. Ecce nanque iam iuxta eſt, ut ille qui peregre profectus eſt, redeat. Quaſi peregre quippe abijt, qui ſcilicet de hac terra, in qua natus eſt, longe diſceſſit. Sed profecto reuertitur, ut de talentis rationes ponat, quia ſi à bona actione torpeſcimus, de ipſis donis quæ contulit, nos diſtrictius iudicat. Conſideremus igitur quæ accepimus, atque in erogatione uigilemus. Nulla nos à ſpirituali opere terrena cura impediat, ne ſi in terra talentum abſconditur, talēti dominus ad iracundiam prouocetur. Piger ergo ſeruus cum iam iudex culpas examinat, talentū de terra leuat: quia ſunt pleriq; q tūc ſe à terrenis deſiderijs uel operibus ſubtrahūt, quando iam per animaduerſionem iudicis ad æternum ſupplicium trahuntur. Ante ergo de talenti

Mat.25.

nos

noſtri ponenda ratione uigilemus, ut cum iſ iudex ad iertendum imminet, lucrum nos quod fecimus, excuſet. Tu autem domine.

DE CONFESSORIBVS.

Math. xxv.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hãc: Homo quidam peregre proficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliq. Homilia Haymonis epiſcopi.

IN ſimilitudinibus quas ad ignorantiam noſtram inſtruendam Dominus propoſuit, ſollicite conſiderandum eſt, quia ſic quædam ad noſtram proponuntur admonitionem, ut ſpecialiter ad ipſum Dei & hominum pertineant mediatorem. Quod in huius lectionis ſerie comprobatur, cum dicitur: ¶ *Homo quidam peregre proficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.* Homo enim iſte per ſimilitudinem dominus Ieſus Chriſtus accipiendus eſt, qui cum ſit Deus ante ſecula, homo factus eſt in fine ſeculorũ, de quo ſcriptum eſt: Homo factus eſt in ea, & ip-

Pſal. 86. ſe fundauit eam altiſſimus. Iſte autem homo peregre profectus eſt, quando carnem ſuam quam ex hominibus aſſumpſit aſcendendo in cœlum eleua-

Gene. 3. uit. Ex eo enim tempore quo primo homini dictum eſt: Terra es, & in terram ibis, locus proprius carnis, terra eſt. Sed iſte homo peregre profectus eſt, quia caro quam aſſumpſit, non corruptionem uidit, ſed poſt reſurrectionem in cœlos aſcendit. Huius hominis ſerui, homines ſunt, quos ad ſeruiendum ſibi, ſeque laudandum rationabiles condidit. Huic autem homini ſeruire, ſumma libertas eſt: ab eius ſeruitute recedere, turpiſſima ſeruitus eſt. Huius ſe ſeruum gloriabatur Paulus cum dicebat: Paulus ſeruus Chriſti Ieſu. Et iterũ: Gratias ago deo meo, cui ſeruio à progenitoribus meis. Et Pſalm. Ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Et iterum, Seruus tuus ſum ego. Bona autem hu-

2. Tim. 1 ius hominis, ſpiritualia dona ſunt, id eſt, uirtutes animæ, quæ de eius bonitate ſunt natæ, & illius lar-

Pſal. 115 gitate nobis collatæ, qualis eſt charitas, pax, patiẽ-

Pſal. 118. tia, humilitas, caſtitas, ſobrietas, & his ſimilia. Ergo peregre profecturus, uocatis ſeruis tradidit bona ſua, quia ſpiritualibus ſpiritualia dona conceſſit. Et quia eadẽ dona non oẽs æqualiter accipiunt, ſed ſecundũ dantis diſtributionẽ, alius plus, alius minus proficit, recte dicitur: ¶ *Et uni dedit quinque talenta, alij duo, alij uero unum, unicuique ſecundum propriam uirtutem: & profectus eſt ſtatim.* Sicut talentum apud antiquos uarijs modis librabatur, ita dona ſpiritusſancti diuerſa ſunt iuxta accipientium merita non in ſe, ſed in illis qui ea accipiunt. Nam ab uno domino diuerſa dona ſeruis dantur, iuxta illud quod ait Apoſtolus: Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum in uno ſpiritu, a-

1. Cor. 12 lij operatio uirtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult. In quinque ergo talentis, quinque ſenſus corporis deſignãtur, per quos exterior homo regitur, uiſus uidelicet, auditus, guſtus, odoratus, & tactus: in duobus autẽ intellectus & operatio deſignat. Et uni-

us talenti nomine intellectus ſolũmodo exprimit. Plus ergo accipit cui duo, quam cui quinq; talenta cõmiſſa ſunt: quia ſunt nonnulli qui per exteriores ſenſus opera quæ poſſunt operantur, & tamẽ in intellectu ſpirituali minus proficiunt. Sunt uero & aliqui, q & extrinſecus magna agũt, & interius maiora intelligũt. Sunt etiã aliqui qui unum tantũ talentum accipiunt, quia bona quidem intelligũt, ſed Hier. 4.

operari minime ſtudent, de quibus ſcriptũ eſt: Sapientes ſunt ut faciant mala, bene autẽ facere neſcierunt. Quod autem ſtudioſe multiplicandis bonis operibus inſiſtere debeamus, manifeſtatur cum ſubditur: ¶ *Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo.* Iam ſuperius ꝑ quinq; talenta, quinq; corporis ſenſus: & per duo, intellectũ & operationẽ diximus deſignari. Quinque ergo talenta geminare, eſt per exteriores ſenſus deuotiſſime Deo ſeruire, tribuendo eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo ueſtitum, in carcere poſitum requirendo, infirmum uiſitando, mortuum ſepeliendo, aliaq; pietatis opera implendo. Quaſi enim talenta multiplicando geminãtur, quãdo nõnulli tardiores in ſenſu, per conſuetudinẽ boni operis in intellectu ſpirituali proficiunt. Duo quoque 2. Tim. 2

talenta geminant, qui bene uiuendo & docendo, eccleſiam dei multiplicare non negligunt, illud attendentes quod ad Timotheum ſcribitur: Doctrinam quam accepiſti à me, cõmenda hominibus qui idonei ſunt & alios docere. Taliter accepta talen- Rom. 12

ta ſeruis ſpiritualibus geminare ſuadebat Apoſtolus cum dicebat: Habentes donationes ſecundum gratiam quæ data eſt nobis differentes: ſiue ꝓphetiã ſecundũ rationẽ fidei, ſiue miniſteriũ in miniſtrãdo, ſiue q docet, in doctrina: qui exhortatur in exhortando: qui tribuit, in ſimplicitate: qui pręeſt, in ſollicitudine: qui miſeretur, in hilaritate. ¶ *Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.* Quaſi enim unum talentum in terra abſcondit, qui ingenium quod à deo accepit, in terrenis actibus occupat, ſeſeq; totũ in mũdi amore obligat. Sed ueniet tempus quando ſpirituales de acquiſito lucro gaudeãt, & mundi amatores pro ſuis cupiditatibus erubeſcant. unde & ſubditur: ¶ *Poſt multum uero temporis uenit dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis.* Poſt multum tempus dominus redire dicitur, quia longum ſpatium eſt inter domini aſcenſionem, & ſecũdum eius aduentum. Tunc enim ratio cum ſeruis ponetur, quando diſtricte à nobis exiget dona quę miſericorditer nobis tribuit, qñ aſtabimus ante tri- Ro. 14.

bunal Chriſti, ut Apoſtolus ait, rationẽ ꝓ his quæ geſſimus, reddituri. Felix aũt, qui in illa hora diſcuſſionis talis inuentus fuerit, qualis iſte memoratur, de quo ſubditur: *Et accedẽs qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicẽs: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.* Ex quinq; enim talentis alia quinq; lucratur, qui per quinq; ſenſus corporeos q̃s ſupra diximus, bona quę poteſt, operatur. Sunt enim nõnulli in eccleſia, qui cũ tardiores uideantur ingenio, tamẽ cũ per exterius miniſteriũ fideliter ſeruiũt, eius munere ad ſpũalem intellectum ꝑducuntur, intantum ut etiã aliquando in eccleſiaſticũ magiſterium eligantur. Qualem autem mercedem ſit recepturus, manifeſtatur, cum ſubditur: ¶ *Ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã, intra in gaudium Domini*

tui.

tui. Pauca enim ſunt omnia præſentis uitæ ad comparationem futurorum bonorum, quamuis magna eſſe uideantur. Qui ergo ſuper pauca fidelis fuit, ſuper multa conſtituitur: quia is qui terrenam ſubſtantiam bene diſpenſauit, pro rebus tranſitorijs perpetuam accipiet mercedem, audiens ab ipſo iudice. Venite benedicti patris mei, percipite regnũ Mat.15. quod uobis paratum eſt à conſtitutione mundi. ¶ *Acceßit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo ſuperlucratus ſum.* Similiter alia duo lucratur talẽta, qui à domino duo acceperat, quando is qui intellectum & operationem habet, non ſolum bene uiuendo, ſed etiam bene docendo plurimos ad amorem Dei uocat. Notandum autem quod & is qui de quinque talentis decem, & is qui de duobus quatuor reportauit, æquali uoce collaudantur, cum utrique à Domino dicitur: Euge ſerue bone & fidelis, quod eſt, bene gaude. Et qualiter ſeruus cum domino gaudeat, declaratur, cum ſubinfertur: Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Cui certe dicitur: Intra in gaudium domini tui, quia cum ſanctis, & pro tãtis mercedem accipiet, quãtos bene uiuendo, bene docendo, lucratus eſt. In quibus uerbis intelligimus, quia illi maiorem mercedem ſunt à domino in æterna uita recepturi, qui bene uiuendo (ut diximus) & bene docendo, ad aliorũ eruditionem uel doctrinã ſpiritualiter inuigilant. Quod alibi dominus apertius declarat, cum dicentibus apoſtolis: Domine, ad nos dicis hanc parabo-Lucæ.12 lam, an & ad omnes? Reſpondit: Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuã, ut det illis cibum in tẽpore? Beatus ille ſeruus, quem uenerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amẽ dico uobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Qui enim ſuper omnia bona conſtituitur, duplicem mercedem accipiet, non ſolum quia ſancte uixit, ſed etiã quia digne docuit. Vnde Daniel cum de reſurrectione mortuorum loqueretur, ut oſtenderet magiſtros ſpirituales ſuper omnia bona conſtituendos, ait: Dan.12. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplẽdor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Quam deſiderabilem uocem, & ineffabile gaudium audire deſiderans beatiſsimus pater noſter, cuius hodie feſtiuitatem celebramus, talentum ſibi creditum bene docendo & bene uiuendo ſtuduit erogare, ut geminatum illud domino reportaret, nõ tantum monendo pios, ſed etiam comprimẽdo reprobos. Prou.10. Et ideo quia iuxta ſcripturæ uocem, gaudium patris eſt filius ſapiens, tanta huius excreſcunt merita gaudiorum, quanta incrementa proficiunt ſpiritualium filiorum. Vnde neceſſe eſt ut unuſquiſque noſtrum, fratres chariſsimi, huius beatiſsimi patris noſtri ueſtigia ſequentes, talẽtum quod à deo accepimus, non in terra abſcondamus, ſed cum magno deſiderio erogare ſtudeamus, ut geminatum domino referamus. Et quia alius artẽ legendi, alius cantandi, alius prædicandi, alius pingendi, alius ea quæ ad ornatũ eccleſiæ pertinent, fabricãdi talẽtum accepit, alijs hoc q̃d didicit, ſtudeat erogare. Non solũ in eccleſiaſticis miniſterijs, ſed etiã ſunt tales in hoc populo, qui diuerſas artes habẽt qbus uictitant, alij cementarij, alij lignarij, alij fabri, alij ſectores: & unicuique ars qua paſcitur, pro talẽti cõmendatione reputabitur. & ſi in hoc quod ſcit, alios inſtruit, mercedem in futuro recipiet. Qualiter autem huiuſmodi talentum quod accepit, erogare debeat, dominus oſtendit cum ait: Gratis accepiſtis, gratis date. Mat.10. Vnde neceſſe eſt fratres dilectiſsimi unicuique noſtrum, ut cum ſumma diligentia uigilanter cogitet, quatinus talentum quod accepit, duplicatum domino repræſentet. ſi autẽ ſuæ talẽtum utilitatis prodeſſe alijs non uult, timeat increpationem quã is qui talentũ unum in terra abſcondit, à domino audiuit: Serue male & piger, quare non dediſti pecuniã meam nummularijs, & ego ueniens, recepiſſem utique quod meum eſt, cum uſura? Et implebitur q̃d ſequitur: ¶ *Tollite ab eo talentum, & date illi qui habet decem talenta:* quia quæcunque ſine charitate operatus eſt, bona in conſpectu Dei, non ſunt, quãuis bona coram hominibus uideãtur. Tanto enim quiſque ampliorẽ gloriam cum dño poſſidebit, quanto largius talentum acceptũ pro eius amore erogauerit: q̃d ipſe præſtare dignetur, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit &c.

DE CONFESSORIBVS.
Lucæ.xix.

¶ In illo tpe: Dixit Ieſus diſpulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti. Et reliq. Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

QVoniam diſcipuli ſupra audita domini paſsione uel reſurrectione Hieroſolymis implenda, nõ intelligendo quæ dicebantur, exiſtimantes cõtinuo regnũ dei eſſe uenturum, hanc eorum ignorãtiam illuminãt, oſtendit ſe primo ſui regni fidem toto orbe diſperſurum, ac ſic in fine mũdi iudicem omnium ſeculorum regemque uenturum. Dixit ergo: ¶ *Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti.* Homo nobilis ille eſt, cui ſuperius cæcus clamabat: Fili Dauid, Lucæ 18 miſerere mei, & uenienti Hieroſolymam concine- Iohã.12. bant, Oſanna filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine dñi, rex Iſrael. Longinqua regio, eccleſia eſt ex gentibus, de qua eidem homini nobili qui lo- Pſal 2. quitur, Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, dicitur à patre. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Quæ uidelicet hæreditas ac poſſeſsio, bifaria ratione regio longinqua uocatur: uel quia à finibus terræ clamat ad dominum, uel quia longe eſt à peccatoribus ſalus, & cum deus ubique ſit præſens, longe tamen ab eorum ſenſu qui idola colunt, deus uerus abeſt. Sed qui erant longe, facti ſunt prope in ſanguine Chriſti. ¶ *Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas.* Denarius numerus ad legem pertinet propter decalogum. Vocat igitur paterfamilias decem ſeruos, quia elegit diſcipulos per literam legis imbutos. Dat eis decem mnas, quia dicta legis ſpiritualiter intelligẽda reuelat. Poſt paſ- Luc.24. ſionem quippe reſurrectionemque ſuam aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas. Mna namque, quam Græci minam uocant, centum drachmis appenditur. Et omnis ſcripturæ ſermo, quia uitæ cœleſtis perfectionẽ ſuggerit, quaſi numeri cẽtenarij pondere fulgeſcit. ¶ *Et ait illis: Negociamini dum uenio.* Verba, inquit, legis ac prophetarũ myſtica interpretatione diſcuſſa populis offerte, atque ab eis fidei confeſsionẽ, morumque probitatem recipite, iuxta

quod Pſalmiſta ſuis auditoribus præcipit, dicens:
Pſal.80. Sumite pſalmũ,& date tympanum,hoc eſt,laudem
prædicationis in cordis intentione pcipite, & de-
uotionẽ opis in carnis caſtigatiõe adhibete. Tym-
panũ quippe Dauid,eſt pellis in ligno extenta. Pel
lis uero in ligno extẽta, caro eſt noſtra ad exẽplũ
dominicæ crucis afflicta. ¶ *Ciues autem eius oderant
eum,& miſerunt legationem poſt illum,dicentes: Nolu-
mus hunc regnare ſuper nos.* Ciues impios Iudæos
Iohã.15. dicit,de quibus alibi proteſtatur: Nunc autẽ & ui-
derunt,& oderunt & me,& patrẽ meum. Qui non
ſolum præſentem uſq; ad mortem crucis oderunt,
ſed etiam poſt reſurrectionẽ eius immiſerunt apo
ſtolis perſecutionem,& prædicationẽ regni cœle-
ſtis ſpreuerũt. *Et factum eſt ut rediret accepto regno.*
Significat tempus quãdo in manifeſtiſsima & emi
nentiſsima claritate uenturus eſt, qui eis humilis
Iohã.18 apparuit, cum diceret: Regnum meum non eſt de
hoc mundo. ¶ *Et iuſsit uocari ſeruos quibus dedit pecu
niam,ut ſciret quantum quiſq; negociatus eſſet.* Vt ſci-
ret,inquit, non quod eum quid lateat, cui uerisſi-
me dictũ eſt: Domine, tu omnia ſcis,ſed ſcire dicit,
Iohã.16 id eſt,ſcire omnes faceret. Tunc enim omniũ ope-
ra & cogitationes palam omnibus oſtendunť,quo
modo in Deuteronomio: Tentat,inquit, uos Dñs
Deu.13. deus ueſter,ut ſciat ſi diligitis eum,hoc eſt,ſciri fa
ciat. Nemo ſane arbitretur eos ſolummodo quibus
gratia prædicandi data eſt,non autem & eos qbus
prædicata eſt,ad iudiciũ tũc eſſe uocãdos: ipſi ſunt
enim pecunia,quã boni ſerui acquiſiere mercãdo:
quin etiam ſciat eos quoq; quibus nũquam eſt pręſ
dicatum ibidem eſſe dãnandos, de quibus infra di-
cemus. ¶ *Venit autem primus,dicens: Domine,mna tua
Ephe.4 decem mnas acquiſiuit.* Primus ſeruus, ordo doctorũ
eſt in circuncisionem miſſorum, qui unam mnam
negotiaturus accepit,quia unum dominũ unam fi-
dem,unũ baptiſma, unũ deum prædicare * miſſus
* miſſus eſt. Sed hęc eadem mna,decẽ mnas acquiſiuit,quia
populum ſub lege conſtitutum, ſibimet docendo
ſociauit. *Et ait illi: Euge ſerue bone,quia in modico fui
ſti fidelis,eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates.*
In modico ſeruus eſt fidelis, quia nõ adulterat uer
bum dei,ſed ſicut ex deo, coram deo,in Chriſto lo
1.Cor.13 quitur. Quicquid enim in præſenti percipimus do-
norum, in comparatione futurorum perpaucum
eſt & modicum,quia ex parte cognoſcimus, & ex
parte prophetamus: cum autem uenerit quod per
fectum eſt,euacuabitur quod ex parte eſt. Ciuita-
tes autem decem,ſunt animæ per legis uerbum ad
gratiam euangelij ueniẽtes,quibus iure tũc glorifi
cãdus ille pręponitur, qui eis pecuniã uerbi digne
deo cõmendauerat. Vnde quidam negociator egre
gius ciuitates quibus pręerat,hoc eſt,animas quas
1.Teſ.2. regendas acceperat,alloquens: Quę eſt,ait ſpes no
ſtra,aut gaudium,aut corona glorię? Nõne uos an-
te dominum Ieſum? ¶ *Et alter uenit,dicens: Domine,
mna tua fecit quinq; mnas.* Seruus iſte, cœtus eſt eo-
rum qui præputio euangelizare miſsi ſunt. Cui do
minus ad prædicandum eunti,unam mnam,id eſt,
unam eandemq; fidem,quæ & circũciſioni credita
eſt,præſtiterat. Sed hæc quinq; mnas fecit,quia gẽ
tes corporis ſenſibus ante mancipatas,ad fidei euã
gelicæ gratiam conuertit. ¶ *Et huic ait: Et tu eſto
ſuper quinq; ciuitates,* hoc eſt,ex earum quas imbue-
ras aĩarum fide & cõuerſatione,magnus ſublimiſ-
que fulgeto. De quibus myſtice dicit Eſaias: In die
Eſa.19. illa erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti,loquẽ
tes lingua Chanaan. Quinq; enim ciuitates in ter-
ra Aegypti, quinq; ſunt corporis ſenſus, quibus Matt 5.
in hoc mundo utimur,uidelicet uiſus,auditus, gu- Ephe.5.
ſtus,olfactus,& tactus. Et qui uiderit mulierem Sapiẽ 2.
ad concupiſcendum eam,qui auertit aures ſuas ne Pſal 25
audiat pauperem, qui inebriatur uino in quo eſt
luxuria,qui coronari ſe gaudet roſis antequã mar
ceſcãt,cuius ſanguine plenę ſunt manus,& dextera
repleta eſt muneribus, huius quinq; ciuitates lo-
quunť lingua Aegypti.i. uniuerſi ſenſus faciũt ope
ra tenebrarũ. Aegyptus eñ tenebras ſonat. At qui
obturat aures ſuas ne audiat ſanguinẽ, & claudit Eſaię 33
oculos ſuos ne uideat malũ,& q guſtat & uidet q̃
ſuauis eſt dñs, qui caſtigat corpus ſuũ,& ſeruituti
ſubijcit,qui poteſt dicere cũ Apoſtolo: Chriſti bo-
nus odor ſumus deo,huius ciuitates loquunť lingua
mutata,q̃d interp̃ratur Canaã. Et q eas à tenebris
docendo cõmutauerit,recte quinq; ciuitatibus p̃fi 2.Cor.2
ci memoratur: quia nõ ſuis tantũ,ſed & de audito
rum ſuorum quos ad lucẽ uocauit,profectibus ho-
noratur ¶ *Et alter uenit,dicens: Domine, ecce mna tua
quam habui repoſitam in ſudario. Timui enim te,quia ho
mo auſterus es: tollis quod non poſuiſti,& metis quod non
ſeminaſti.* Seruus qui negociari iuſſus,acceptam do-
mini pecuniam in ſudario repoſuit, oſtendit eos
qui ad prædicandum idonei, prædicationis offici-
um iubente domino per eccleſiam uel ſaltem ſuſci
pere,uel ſuſceptum digne gerere detrectant. Pe-
cuniam quippe in ſudario ligare,eſt percepta dona
ſub ocio lenti torporis abſcondere. Sunt enim ho-
mines hec ſibi peruerſitate blandientes,ut dicãt: Suf-
ficit ut de ſe unuſquiſq; rationem reddat, qd opus
eſt alijs prædicare,ut etiam de ipſis rationẽ redde
re quiſq; cogatur? cum apud dominum etiam illi
ſint inexcuſabiles,quibus lex data nõ eſt,neq; audi
to euãgelio dormierũt,quia per creaturã poterãt
creatorem agnoſcere. Hoc eſt eñ quaſi metere ubi
non ſeminauit,id eſt,eos etiã impietatis reos tene
re,quibus uerbum legis aut euangelij nõ miniſtra-
tum eſt. Hoc autem ueluti periculum iudicij deuitã
tes,pigro lãguore à uerbi miniſtratione conquie-
ſcunt,& hoc eſt quaſi in ſudario ligare q̃d accepe-
runt. *Dicit ei: De ore tuo te iudico ſerue nequam.* Ser-
uus nequam uocatur, quia & piger & deſes eſt ad
exercendum negocium, & procax ac ſuperbus ad
accuſandum domini iudicium. ¶ *Sciebas quod ego
auſterus homo ſum,tollens quod non poſui, & metens q̃
non ſeminaui. Et quare non dediſti pecuniam meam ad
menſam?* Quod putauerat ſe pro excuſatione dixiſ
ſe, in culpam propriam uertitur. Si,inquit,durum
& crudelem eſſe me noueras,& aliena ſectari,ibi-
que metere ubi non ſeuerim, quare iſtiuſmodi co-
gitatio,tibi non incuſsit timorẽ,ut ſcires me mea
diligentius queſiturũ,& dares pecuniã meam ſiue
argentum ad menſam? Vtrunq; enim argyriõ græ
cus ſermo ſignificat. Eloquia dñi,inquit, eloqa ca- Pſal.11.
ſta,argentũ igne examinatũ. Pecunia ergo & argẽ
tum,p̃dicatio euãgelij eſt,& ſermo diuinus,q dari
debuit ad mẽſam,hoc eſt,p̃mptis paratiſq; fideliũ
cordibus intimari. Ad quã uidelicet menſam,i. au-
ditorum mentẽ,non alia quam dominica eſt defe-
renda pecunia,ut oĩs ſermo docẽtis, ſcripturę ſen
ſum ſequatur. Nã quod hic dominus non quamli-
bet pecuniam,ſed ſuã dicit,nummularijs eſſe * de- * fœnerandam
ferendã,exponit Apoſtolus,dicens: Si quis loquiť,
quaſi ſermones dei. ¶ *Et ego ueniens cum uſuris uti-* 1.Pet.4.
que exegiſſem illud. Qui uerbi pecuniã à doctore p-
cipit

cipit emitq; credendo, neceſſe eſt eam cum uſuris
ſoluat operando, ut quod audiu didicit, exequa-
tur & actu. In uſura quippe pecunia etiam non da
ta recipi præcipitur. Vel certe de accepto urbi
fœnore uſuras ſoluit, qui ex eo quod audit, etiam
alia ſtudet intelligere, quæ necdum ex prædicato-
ris ore didicit. ¶*Et aſtantibus dicit: Auferte ab illo
mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei:
Domine, habet decem mnas.* Recte amittit collatam
gratiam, quam prędicando alijs communicare ne-
Apo.2. girxit, ut ei augeatur, qui inde laborauit, iuxta q̃d
angelo Epheſi eccleſiæ dicitur: Et mouebo cande-
labrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitētiam egeris.
Et cum regium chriſma quod ſuperbiendo Saul a-
1. Re.16 miſit. Dauid obediēdo promeruit: Spiritus, inquit,
domini diſceſsit à Saul, & directus eſt in Dauid à
die illa: & deinceps. Quod uero ablata à nequā ſer
uo mna, ei qui decem mnas habebat, dari iuſſa eſt,
myſtice, ut reor, indicat, intrante plenitudine gen
tium omnem Iſrael ſaluum futurum, & tunc abun-
dantiam gratiæ ſpiritualis quam nos modo repē-
ter exercemus, illius populi doctoribus eſſe confe
rendam. ¶*Dico autem uobis, quia omni habēti dabitur,
& abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet
auferetur ab eo.* Hoc ad ſuperiorem ſententiam re-
ſpicit, docens & illum poſſe amittere munus Dei,
qui habens non habet, id eſt, non utitur: & in eo
augeri qui habens habet, hoc eſt, bene utitur. Quæ
gratiarum mutatio, quoniam in hac uita geri ſo-
let, notandum quod illud Domini redeuntis exa-
men, etiam nunc ex parte celebratur, ſed tunc eſt
uniuerſaliter implendum. Quotidie nanq; accepto
a patre regno redit, quia peregrinantis in terra
eccleſiæ ſemper ſtatum conſpicit. Quotidie in tan-
to fidelium ſeruorum numero huic pecuniam ne-
gociaturo commodat, in altero modum conſum-
mati operis examinat. Hunc fideliter prudenterq;
laborantem, amplioris gratiæ munere donat: illū
deſidias molles & marcida luxu ocia ſectantem, &
eo quod dederat, priuat. Verum uniuerſali manife
ſtato iudicio, quod dictu quoq; terribile eſt, multi
qui ad docendum uidebantur idonei, ob negligen-
tiæ ſuæ noxam inter indoctos reputabuntur. At
illi ſimpliciores fratres, & elementorum penitus
ignari, ob conuerſationis tamen eximiæ deuotio-
nem, inter apoſtolicos doctores præmia ſumma
Mat.10. percipient. Qui enim recipit prophetam in nomi-
ne prophetę, mercedem prophetę accipiet. In hoc
autem quod ſequitur. Veruntamen inimicos meos
illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite
huc, & interficite ante me: impietatem Iudæorum
uel omnium reproborum ad Chriſtum conuerti
* ut nolentium ſignificat in die iudicij puniendā: * &
per duos fideles ſeruos utriuſq; populi doctores:
per decem & quinq; mnas, id eſt, credentes po-
puli: per ſeruum nequam, mali catholici: per inimi-
cos qui eum ſuper ſe regnare noluerunt, impieta-
tes eorum qui uerbum fidei aut nunquam audire,
aut male interpretando corrumpere maluerunt:
per meſsionem ruris non ſeminati, eorum etiam
* ſigne- quibus uerbum Dei audire contigit, diſcuſsio * ſi-
tur. gnatur. Quibus quinq; perſonis omne genus hu-
manum quod in die iudicij futurum eſt, exprimi-
tur. Tu autem domine.

DE CONFESSORIBVS.
Lucæ. xij.

¶In illo tpe: Dixit Ieſus diſpulis ſuis: Sint
lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ arden-
tes. Et uos ſimiles hoībus expectātibus do
minum ſuū, quando reuertatur a nuptijs.
Et reliq. Homilia B. Gregorij papæ.

SAncti euangelij fratres chariſsimi, aperta
eſt nobis lectio recitata. Sed ne aliquibus
ipſa eius planities alta fortaſſe uideatur,
eam ſub breuitate tranſcurrimus, quatenus
eius expoſitio ita neſcientibus fiat cogni-
ta, ut tamen ſcientibus non ſit oneroſa. Quia uiris
luxuria in lumbis ſit, fœminis in umbilico, teſtatur
dominus, qui de diabolo ad beatum Iob loquitur,
dicens: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illi- Iob, 40.
us in umbilico uentris eius. A principali igitur ſe-
xu, lumborum nomine luxuria deſignatur, cum do
minus dicit: ¶*Sint lumbi ueſtri præcincti.* Lumbos e-
nim præcingimus, cum carnis luxuriam per conti-
nentiam coartamus. Sed quia minus eſt mala non
agere, niſi etiam quiſq; ſtudeat & bonis operibus
inſudare, protinus additur: ¶*Et lucernæ ardentes in
manibus ueſtris.* Lucernas quippe ardentes in mani-
bus tenemus, cum per bona opera ꝓximis noſtris
lucis exempla monſtramus. De quibus profecto
operibus dominus dicit: Luceat lux ueſtra coram Matt.5.
hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glori
ficent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Duo autē
ſunt quæ iubentur, & lumbos præcingere, & lucer
nas tenere, ut & munditia ſit caſtitatis in corpore,
& lumen ueritatis in operatione. Redēptori enim
noſtro, unum ſine altero nequaquā placere poteſt,
ſi aut is qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamen-
ta non deſerit: aut is qui caſtitate præeminet, nec-
dum ſe per bona opera exercet. Nec caſtitas ergo
magna eſt ſine bono opere, nec bonum opus eſt ali-
quid ſine caſtitate. Sed & ſi utrunq; agitur, reſtat
ut quiſquis ille eſt, ſpe ad ſupernam patriā tendat,
& nequaquam ſe à uitijs pro mundi huius honeſta-
te contineat. Qui & ſi quædam bona aliquādo pro
honeſtate inchoat, in eius tamen intentione nō de
bet permanere, nec per bona opera pręſentis mun
di gloriam quęrere, ſed totam ſpem in redemptio-
ris ſui aduentu conſtituat. Vnde & protinus ſubdi-
tur: ¶*Et uos ſimiles hominibus expectantibus dominum
ſuum, quando reuertatur a nuptijs.* Ad nuptias quippe
Dominus abijt, quia reſurgens à mortuis, aſcen-
dens in cœlum, ſupernam ſibi angelorum multitu-
dinem nouus homo copulauit: Qui tūc reuertitur,
cum nobis iam per iudicium manifeſtatur. Bene au
tem de ſeruis expectantibus ſubditur: ¶*Vt cū uene-
rit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* Venit quippe,
cum ad iudicium properat. Pulſat uero, cum iam
per ægritudinis moleſtias eſſe mortem uicinam de
ſignat. Cui confeſtim aperimus, ſi hunc cum amo-
re ſuſcipimus. Aperire enim iudici pulſanti non
uult, qui exire de corpore trepidat, & uidere eum
quem contempſiſſe ſe meminit, iudicem formidat.
Qui autē de ſua ſpe & operatione ſecurus eſt, pul-
ſanti confeſtim aperit, quia lætus iudicem ſuſtinet:
& cum tēpus propinquæ mortis agnouerit de glo
ria retributionis hilareſcit. Vnde & protinus ſub-
ditur: ¶*Beati ſunt ſerui illi, quos, cum uenerit Domi-
nus, inuenerit uigilantes.* Vigilat, qui ad aſpectū ueri
luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat, qui
ſeruat operando quod credit. Vigilat, qui à ſe tor-
poris & negligentiæ tenebras repellit. Hinc etes-
nim Paulus dicit: Euigilate iuſti, & nolite peccare. 1. Cor. 15
Hinc

Hinc rurſus dicit: Hora eſt iam nos de ſomno ſur
gere. Sed ueniens Dominus, quid uigilantibus ſer
uis exhibeat, audiamus: *Amē dico uobis, quod præcin
get ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit
illis.* Præcingit ſe, id eſt, ad retributionem præpa
rat. Et faciet illos diſcūbere, id eſt, in æterna qete
refoueri. Diſcumbere quippe noſtrum, in regno
Matt. 8. quieſcere eſt. Vnde rurſus Dominus dicit: Venièt
& recumbēt cum Abraham, Iſaac & Iacob. Tran
ſiens autem dominus miniſtrat, quia lucis ſuę illu
ſtratione nos ſatiat. Tranſiens uero dictum eſt, cū
de iudicio ad regnum redit. Vel certe nobis domi
nus poſt iudicium tranſit, quia ab humanitatis for
ma, in diuinitatis ſuæ contemplationem nos eles
uat. Et tranſire eius, eſt in claritatis ſuę ſpeculati
onem nos ducere, cum eum quem in humanitate
in iudicio cernimus, etiam in diuinitate poſt iudi
cium uidemus. Ad iudicium quippe ueniēs, in for
ma ſerui omnibus apparet, quia ſcriptum eſt: Vi
Iohā. 19 debunt in quē traſfixerunt. Sed cum reprobi in ſup
plicium corruunt, iuſti ad claritatis eius gloriam
pertrahūtur, ſicut ſcriptū eſt: Tollatur impius, ne
Iſaię. 26 uideat gloriam dei. Sed quid ſi ſerui in prima uigi
lia negligētes exiſtunt? Prima quippe uigilia, pri
mæ ętatis cuſtodia eſt. Sed neq; ſic deſperandū eſt,
& a bono opere ceſſandū. Nam lōganimitatis ſuæ
patientiam inſinuans Dñs, ſubdit: *Et ſi uenerit in
ſecunda uigilia, & ſi in tertia uigilia uenerit, & ita inue
nerit, beati ſunt ſerui illi.* Prima quippe uigilia, pri
mæuum tempus eſt, id eſt, pueritia. Secunda ado
leſcentia uel iuuentus, quę autoritate ſacri eloquij
Eccēs. 11 unum ſunt, dicente Salomone: Lætare iuuenis in
adoleſcentia tua. Tertia autē ſenectus accipitur.
Qui ergo uigilare in prima uigilia noluit, cuſto
diat uel ſecundam, ut qui conuerti a prauitatibus
ſuis in pueritia neglexerit, ad uias uitæ ſaltem in
tpe iuuentutis euigilet. Et q in ſecunda uigiliā ui
gilare noluit, tertię uigiliæ remedia non amittat:
ut qui in iuuentute ad uias uitæ non euigilat, ſal
tem in ſenectute reſipiſcat. Pēſate fratres chariſ
ſimi, quia concluſit pietas dei duritiam noſtram.
Non eſt iam quod homo excuſationes inueniat.
Deus deſpicitur & expectat, contemni ſe uidet &
reuocat, iniuriā de contēptu ſuo ſuſcipit, & tamen
quandoq; reuertentibus etiā pręmia ꝑmittit. Sed
nemo hanc eius longanimitatem negligat, * qui
*quia tāto diſtrictiorem iuſtitiā in iudicio exiget, q̄nto
longiorem patientiam ante iudiciū prærogauit.
Hinc etenim Paulus dicit: Ignoras quoniam beni
Rom. 2. gnitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum
duritiam autem tuam, & cor impœnitens, theſau
rizas tibi iram in die irę & reuelationis iuſti iudi
Pſalm. 7 cij dei. Hinc Pſal. ait: Deus iudex iuſtus, fortis &
longanimis. Dicturus quippe longanimem, ꝑmi
ſit iuſtum, ut quē uides peccata delinquētium diu
patienter ferre, ſcias hunc quandoq; etiam diſtri
cte iudicare. Hinc ꝑ quendam ſapientem dicitur:
Eccl. 5. Altiſſimus enim eſt patiens redditor. Patiēs enim
redditor dicitur, quia peccata hominū & patitur
& reddit. Nam quos diu ut conuertātur tolerat,
non conuerſos durius damnat. Ad excutiendam
uero mentis noſtræ deſidiam, etiam exteriora das
mna per ſimilitudinem ad medium deducūtur, ut
per hæc animus ad ſui cuſtodiam ſuſcitetur. Nam
dicitur: *Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfami
lias qua hora fur ueniret, uigilaret utiq;, & non ſineret
perfodi domum ſuam.* Ex qua præmiſſa ſimilitudine
etiam exhortatio ſubinfertur qua dicitur: *Et uos
eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis
ueniet.* Neſciente enim patreſamilias, fur domum
perfodit, quia dum a ſui cuſtodia ſpiritus dormit,
improuiſa mors ueniens, carnis noſtræ habitacu
lū irrumpit: & eum quē dominus domus inuenerit
dormientem, necat: quia cum uentura damna ſpi
ritus minime pręuidet, hunc mors ad ſupplicium
neſcientem rapit. Furi autē reſiſteret ſi uigilaret,
quia aduentum iudicis qui occulte animam rapit,
præcauens, ei pœnitendo occurreret, ne impœni
tens periret. Horam uero ultimā dominus noſter
idcirco nobis uoluit eſſe incognitā, ut ſemper poſ
ſit eſſe ſuſpecta, ut dum illam præuidere non poſ
ſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur.
Proinde fratres mei, in conditione mortalitatis ue
ſtræ mentis oculos figite, uenienti uos iudici per
fletus quotidie & lamenta pręparate. Et cū certa
mors maneat omnes, nolite de temporalis uitæ
prouidētia incerta cogitare. Terrenarum rerum
uos cura non aggrauet. Quantiſlibet enim auri & * moli
argenti * monilibus circundetur, quibuſlibet pre bus
cioſis ueſtibus induatur caro, quid eſt aliud quam
caro? Nolite ergo attēdere quid habetis, ſed con
ſiderate qd eſtis. Vultis audire quid eſtis? Prophe
ta indicat, dicēs: Vere fœnum eſt populus. ſi enim Eſa. 40.
fœnum populus nō eſt, ubi ſunt illi qui ea quæ ho
die colimus, uobiſcum tranſacto anno beati N. na
talitia cœlebrauerunt? O quanta & qualia de præ
ſentis uitę prouiſione cogitabant, ſed ſurripiente
mortis articulo, repente in his quæ præuidere no
lebant, inuenti ſunt, & cuncta ſimul tēporalia con
gregata, quæ quaſi ſtabiliter tenere uidebantur,
amiſerunt. Si ergo tranſacta multitudo generis
humani per natiuitatem uiruit in carne, per mor
tem aruit in puluere, ueluti fœnum fuit. Quia igi
tur momentis ſuis horæ fugiunt, agite fratres cha
riſſimi, ut in boni operis mercedē teneantur. Au Eccēs. 9
dite quid ſapiens Salomon dicat: Quodcunq; po
teſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec
opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia erunt a
pud inferos, quo tu properas. Quia ergo & uen
turæ mortis tempus ignoramus, & poſt mortem
operari non poſſumus, ſupereſt ut ante mortem
tempora indulta rapiamus. Sic enim, ſic mors ipſa
cum uenerit, uincitur, ſi priuſquam ueniat, ſemper
timeatur. Tu autem Domine.

DE CONFESSORIBVS
Lucæ, xij.

¶ In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſu
is: Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ
ardentes in manibus ueſtris. Et reliq. Ho
milia Haymonis.

INter cæteras uirtutes quas dominus no
ſter Ieſus Chriſtus diſcipulis tradidit, &
per diſcipulos nobis, maximam & præci
puam caſtitatem oſtēdit, nam cum ſupe
rius ad ſpontaneam paupertatem aman
dam nos incitaſſet, dicens: Facite uobis ſacculos
qui non ueteraſcunt, theſaurū non deficientem in
cœlis, quo fur nō appropiat, nec tinea corrumpit,
continuo de ſeruanda caſtitate adiecit, dicens:
¶ *Sint lumbi ueſtri præcincti.* Quod enim luxuria ui
ris in lumbis ſit, & fœminis in umbilico, dominus
teſtatur cum de diabolo loquitur ad beatum Iob: Iob. 40.
Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in
umbilico uentris eius. Lumborum ergo nomine

him hic

hic luxuria deſignatur, cum dicitur: Sint lumbi ue
ſtri præcincti. Lumbos enim pręcingimus, cum ar
Mar.1. dorem libidinis amore caſtitatis refrenamus. Ta-
liter lumbos præcinctos habebat Iohannes Bapti
ſta, de quo ſcriptum eſt: Quia erat ueſtitus pilis ca
meli, & zona pellicea circa lumbos eius, nec erat
de immundis, qui propter fluxũ ſeminis eijcieban
tur extra caſtra: ſed caſtitatem quam in mente ha
bebat, in ipſo habitu corporis demõſtrabat. Sic &
4 Reg.1 Elias zonam circa lumbos habebat. Qui enim nõ
propter amorem filiorum iunguntur, ſed ꝓpter li
bidinem explendam, lumbos pręcinctos nõ habẽt
ſed potius de illis ſunt qui propter immunditiam
extra caſtra eijciuntur, comparati iumentis inſi
pictibus. Qui uero tollens mẽbra Chriſti, facit ea
Heb. 12. mẽbra meretricis, nequaq̃ lũbos habet ꝑcinctos,
quoniam ſicut uere ait apoſtolus Paulus, ſine pace
& caſtimonia nemo uidebit deum. Quantũ enim
incorruptio carnis deo placeat, ipſe per ꝓphetam
Iſaię.54 teſtatur, dicens: Hæc dicit dominus eunuchis, qui
cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ uolui,
tenuerintq́ fœdus meum, dabo eis in domo mea
& in muris meis locum nominatum, & nomẽ me-
lius à filijs & filiabus, nomen ſempiternũ quod nõ
Apo.14. peribit. Et in Apocalypſi de talibus dicit. Hi ſunt
qui cũ mulieribus non ſunt coinquinati, uirgines
enim ſunt. Quod cũ omnibus fidelibus generaliter
obſeruandum ſit, ſpecialiter tamen miniſtris eccle
ſiaſtici ordinis cuſtodiendum iniungitur, quando
in ueteri lege carnes agni q in figura corporis &
ſanguinis dñici immolatus eſt, non prius comede
re ꝑmiſſi ſunt, q̃ renes accinctos haberẽt, domino
dicente: Sic ergo comedetis illũ, renes ueſtros ac-
cingetis, calceamenta habebitis in pedibus. Item
Exo. 12. Dixit dñs ad Moyſen: Loquere ad Aaron, & ad fi
Leuit.21 lios eius: Homo de ſemine ueſtro in quo fuerit ma
cula, non accedat ad altare. Si gibbus fuerit, ſi lip-
pus, ſi albuginem habens in oculo, ſi impetiginem
in corpore, uel iugẽ ſcabiẽ, ſi cæcus fuerit uel clau
dus, ſi fracto pede, uel torto naſo, ſi fuerit poderó-
ſus, uel hernioſus. Qui eñ ſacra myſteria manibus
tractare, & alijs miniſtrare debent, dignum eſt, ut
ab omni immũda pollutione ſint alieni, ut ſcilicet
1.Re.21. & mẽte ſint caſti, & corpore pudici. Quod in ope
Dauid diſcimus: qui cum ueniſſet ad Achimelech
ſacerdotẽ, non prius panes ſanctificatos accipere
uoluit, q̃ ſe ſuosq́ mũdos a mulieribus teſtaretur,
non uiq; ſolũ alienis, neq; concubinis, ſed etiam à
proprijs uxoribus. Ait enim: Et quidem ſi de mu-
lieribus agitur; cõtinuimus nos ab heri & nudiuſ-
tertius quando egrediebamur, & fuerũt uaſa pue
rorum munda. Quapropter conſideret unuſquiſq;
conſcientiã ſuam, & ſi ſe incontinentẽ ſenſerit in
corpore, abſtineat ſe à ſacra cõmunione, ne forte
ad iudicium accipiat, quod fidelibus datum eſt ad
1.Cor.11. remedium, timens illud quod terrabiliter clamat
Apoſtolus, dicẽs: Quicunq; mãducauerit panẽ, uel
biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis &
ſanguinis dñi. Probet autẽ ſeipſum homo, & ſic de
pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim mandu
cat & bibit indigne, iudiciũ ſibi mãducat & bibit,
non diiudicãs corpus dñi. Vel certe aliter lumbos
pręcingimus, cũ omnia impedimenta mundi poſt
ponimus, ut in uia mandatorũ dei greſſum mentis
firmiter figere ualeamus. Qui enim diſcinctus eſt,
ipſis ſuis ueſtimẽtis impeditur, ne libere ambulet.
Qui uero præcinctus eſt, quaquauerſus liber diſ-
currere poteſt. Præcingitur ad prælium miles, &
circa renes gladium portat, quo aduerſarium ſu-
um percutiat. Et tu ergo qui cupis eſſe miles dei,
præcinge lumbos tuos, id eſt, omnia fluxa & impe
dimenta mundi poſt pone, ut pugnare ualeas non
aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus mun
di rectores tenebrarum harum, cõtra ſpiritualia
nequitiæ in cœleſtibus, ut impleatur in te quod is Eph. 6.
dem Apoſtolus ſubiũgit: State ergo ſuccincti lum
bos ueſtros in ueritate, & induti lorica iuſtitię, &
calceati pedes in præparatione euangelij pacis.
Taliter miles caſtrorũ lumbos præcinxerat, quan Iob. 38.
do audiuit: Accinge ſicut uir lumbos tuos. Vnde &
in laude eccleſiæ dicitur: Accinxit fortitudine lũ- Pro. 31.
bos ſuos, & roborauit brachium ſuum. Quiſquis
autem talis eſt, alijs ad exemplum imitationis ꝓ-
ponendus eſt, quia ſic ait Dominus: Nemo accen-
dit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper Matt. 5.
cãdelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt.
Vnde poſt quam dixit: Sint lumbi ueſtri præcin-
cti, & lucernæ ardẽtes, quid per lucernas niſi ope
ra bona deſignantũ? Lucernas ardentes habere, eſt
bona opera alijs ad imitandum oſtendere, iuxta il
lud quod Dominus alibi ait: Luceat lux ueſtra co
ram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, &
glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Conſi
derandum autem illud eſt, quod duæ ſunt quę pię
cipiuntur, lumbos ſcilicet pręcingere, & lucernas
ardentes habere: quia nec caſtitas prodeſt ſine bo
no opere, nec bonum opus aliquid ualet ſine caſti-
tate. Primum enim pręcipimur lumbos reſtringe
re, & poſt lucernas tenere: quia ille ad aliorum
exempla promouendus eſt, in cuius pectore ſalu-
taria deſideria uigent, & cuius mẽtem carnalis uo
luptas non occupat. Quod in lege præfiguratum
eſt, cum per Moyſen præcipitur ut Leuitę uſq; ad Num. 8.
quinquageſimum annum miniſtrent, poſt annũ ue
ro quinquaſimũ cuſtodes uaſorum fiant, legitimũ
tempus attẽdentes, ſiue ad regendum, ſiue ad offi-
cium prædicationis ſuſcipiendum. Sed quæritur,
quare præcipiat lucernas tenere, cum alibi dicat: Matt. 6.
Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum
& clauſo oſtio ora patrem tuum. Ad qood dicen-
dum, quia illis præcipitur bonũ opus ad exemplũ
aliorum oſtẽdere, qui tam perfecti ſunt, ut qui ab
hominibus laudati non extollantur. Illis autẽ qui
imperfecti ſunt, aut quos fauor humanus extollit,
præcipitur: Tu autem cum oraueris, intra in cubi
culum tuum. & cum facis eleemoſynam, neſciat ſi-
niſtra tua quid faciat dextera tua. Et qa iuxta Io 1.Ioh. 3.
hannis uocẽ, Si cor noſtrũ nõ reprehenderit nos,
fiduciam habemus in die iudicij, quicunq; lumbos
habent ꝑcinctos, lucernas ardẽtes, aduentũ dñi nõ
tam timere debẽt q̃ diligere. Vnde & ſubditur: *Et
uos ſimiles hoĩbus expectantibus dominũ ſuum, quando
reuertatur a nuptijs, ut cum uenerit & pulſauerit, cõfe
ſtim aperiãt ei.* Ad nuptias quippe dñs noſter abijt,
quando aſcendens in cœlum, multitudinem ange
lorum nouus homo ſibi ſociauit. Tũc autem reuer
tetur ad ſeruos ſuos, quando per iudicium manife
ſtari cœperit. Siue aliter: Certe dñs nobis quoti-
die uenit, cum cõſcientias noſtras p ſuã gratiã uiſi
tat, & cor noſtrũ ſuo amore inflammat. Pulſat ue
ro, quãdo p ægritudinis moleſtiam, uicinam mor
tem denũciat. Cui ille ſtatim apit, qui lętus de cor
pore exit, & eius ſpeciẽ quem ſemper deſiderauit
uidere cõcupiſcit. Pulſanti iudici aperire timet, q
eius pręcepta ſe minime obtẽperaſſe cognoſcit, &
uidere eum exiens de corpore trepidat, quem con

temſ

tempſiſſe ſe meminit,& quaſi uidere iudicem me-
tuit,cuius iuſſis ſe obtemperaſſe nõ recognoſcit.
Sicut enim iudicis aduentum in ciuitate eius iuſti
diligunt,fures & latrones timent,ita & aduẽtum
dñi illi timẽt,q eius pceptis minime ſe obtẽperaſ
ſe ſciunt. Soli autem illi diligunt,qui recte ſe uiue
re recolunt, quod illorum eſt facere,qui uitam ſu
am,quantum humana fragilitas patitur, incuipa-
bilem cuſtodiunt, & cor ſuum de terreno amure
in cœleſtis patriæ gaudio ponunt. Talis erat Pau
lus apoſtolus,q de bonis actibus ſecurus dicebat:
2.Ti 4. Ego autem iam delibor,& tempus meæ reſoluti-
onis inſtat. Bonum certamẽ certaui,curſum con-
Phil.1. ſummaui,fidem ſeruaui,de reliquo repoſita eſt mi
Gal.2. hi corona iuſtitiæ. Et iterum, Cupio diſſolui & eſ
ſe cum Chriſtu,multo enim melius. Et rurſus,Vi
uo autem iam nõ ego, uiuit uero in me Chriſtus.
Taliter pulſanti iudici beatus Martinus aperira
paratus erat,quãdo inter ægritudinis moleſtiam
cunſtituius,diſcipulorum fletibus commotus,di-
cebat: Grauis eſt domine pugna laboris qua huc-
uſq certaui:ſed ſi adhuc populo tuo ſum neceſſa-
tius,non recuſo propter eós ſubire laborem, fiat
uolunras tua. Talibus qualis remuneratio præpa
rata ſit,Dominus manifeſtat,cum ſubdit: *Beati ſer
ui illi,quos cum uenerit Dominus,inuenerit uigilantes.*
Vigilare em̃ eſt in bono ope unumquenq ſulicitũ
eſſe. Ille uero bene uigilat,q recte credit & recte
uiuit. Vigilat,q ad aſpectũ ueri luminis aptos te-
net oculus mentis. Vel certe uigilat, qui torporẽ
& negligentiam à ſe excutit, & diuinis mandatis
ardenti animo inhæret. Taliter Paulus Apoſtolus
1.Co.15 uigilare monebat,quibus dicebat: Euigilate iuſti,
Rom 13 & nolite peccare. Et iterum: Hora eſt iam nos de
1.Co.16 ſomno ſurgere. Et rurſus: Vigilate & orate,& ſta
te in fide. Adhuc etiã ipſius remunerationis quali
tas inſinuatur,cum ſubditur: *Amen dico uobis,quod
præcinget ſe,& faciet illos diſcumbere, & transiens mi
niſtrabit illis.* Præcingi uero dei,eſt ad retributio
nem ſe præparare Noſtrum autẽ diſcumbere, eſt
in æterna beatitudine quieſcere, iuxta quod ipſe
alibi ait: Multi uenient ab oriente & occidente,&
Matt.8. recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in re-
gnu cœlorum. Tranſire uero dicitur, cum poſt iu
dicium ad regnum properat. Vel certe Dominus
tranſiens nobis miniſtrabit,cum de forma humani
tatis uſq ad contemplandam claritatem diuinita
tis nos perducet. Omnibus enim in iudicio in for
ma humanitatis apparebit, iuſtis ſcilicet & iniu
ſtis,ſicut ſcriptum eſt: Et uidebit omnis caro ſalu
Lu.3. tare dei noſtri. Sed reprobis iuſto iudicio dãnatis
Iſaiæ.26 iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Tollatur impius ne ui
deat gloriam dei,ſolis electis tranſiet,quos de ui
ſione humanitatis uſq ad cõtemplandam claritas
tem diuinitatis ſublimabit,ut qui modo intuẽtur
tantum hominem,tunc facie ad faciem mereãtur
uidere deũ,qualiter pater in filio, & filius manet
in patre. Sed quia omnibus præſentis uitæ termi-
nus incertus eſt,recte ſubiungitur: *Et ſi uenerit in
ſecunda uigilia,& ſi in tertia uigilia uenerit,& ita inue
nerit, beati ſunt ſerui illi.* Antiqui enim noctem in
quatuor uigilias diuidebant,ita ut unaquæq uigi
lia trinas haberet horas. Varietates namq horas
rũ,diuerſitatem ſignificãt humanæ uocationis. Pri
ma enim uigilia,primæuũ eſt tempus noſtræ æta
tis,id eſt,pueritia. Secũda uigilia adoleſcentia,uel
iuuẽtus,q̃ pene idem ſunt, Salomone dicente: Læ
Eccles.11 tare iuuenis in adoleſcentia tua. Tertia uigilia eſt

ſenectus. Cũ uero dñs nonnullos in pueritia bene
operantes ab hac uita uocat,quaſi ad ſeruos uigi-
lantes in prima uigilia uenit. Cũ uero alios in ado
leſcentia uel in iuuẽtute ab hac uita ducit,quaſi in
ſecũda uigilia uenit. Si quis ergo in prima uigilia
uigilare noluerit,ſaltem in ſecũda uigilet, id eſt,
ſi quis in pueritia à bono opere torpuit,ſaltem in
adoleſcentia uel iuuentute ſomnum torporis à ſe
excutiat,& dũ uirtus corporis uiget,in bono ope
ſe exerceat. Si quis aũt tã negligens & deſidioſus
fuerit inuentus,ut nec in prima,nec in ſecũda uigi
lia uigilauerit,ſaltẽ in tertia,id eſt,in ſenectute iã
reſipiſcat,& tunc uigilare nõ timeat,cũ parũ uigi
laturus eſt. Neq enim ſero conuerſos diuina pie-
tas deſpicit,q p prophetã ait: Viuo ego,dicit dñs, Ezec.33
nolo mortẽ peccatoris,ſed ut conuertaſ & uiuat. Ezec 18
Et iterũ: Peccator quacunq die cõuerſus fuerit &
ingemuerit,ſaluus erit. Sed q̃ ſolet antiquus ho-
ſtis in hac parte tepidos decipere Chriſtianus,ut
qbus ſuadet culpam,longã pmittat & uitã,adhuc
dñs admonẽdo ſimilitudinẽ incerti ſinis ſubdit,di
cens: *Hoc autẽ ſcitote, quoniam ſi ſciret pater familias
qua hora fur ueniret,uigilaret utiq,& non ſineret perſ
fodi domum ſuam.* Iuxta literã ita eſt, quia paterfa
milias theſaurum reconditũ habens in domo,ſi fu
ris aduentum ſciret,uigilias inſtrueret,cuſtodias
adhiberet, infirmiora loca muniret,& ne ſua do-
mus aliqua fraude pfodi poſſet, ſolicitus præcaue
ret. Spiritualiter aũt paterfamilias iſte,noſter eſt
animus,q tunc male ſecurus dormit, quãdo diem
mortis obliuiſcens,à bono opere torpet,& breuiſ
ſimũ tẽpus uitæ præſentis, quaſi longũ ſibi pmit-
tit. Furis aũt aduentus, mors eſt, quæ improuiſa
ſubito dũ non ſperatur ueniẽs,theſaurũ animæ no
ſtræ ad pœnas rapit. Huius ergo furis aduentũ ut
pcauere poſſimus,neceſſe eſt ut diem mortis ſemp
ante oculos habeamus. Multũ enim nos aduerſus
peccatum iuuat, ſi finis uitæ à memoria non rece- Eccl.7.
dat,monente ſcriptura: In omnibus operibus tuis
memorare nouiſſima tua,& in æternum non pec-
cabis. Vnde & dñs admonendo ſubiungit, dicens:
*Et uos eſtote parati,quia qua hora non putatis,filius ho
minis ueniet.* Si autem terminum uitæ noſtræ ſci-
remus,aliud tẽpus fortaſſe uoluptati,& aliud tem
pus pœnitẽtiæ deputaremus. Cum uero omnibus
incerta ſit hora mortis, non debet eſſe conſciẽtia
ſecura a bono opere,quia Dñs omnipotens qui ne
minem uult perire,ſed omnes ad cognitionem ue
ritatis uenire,ideo uoluit nos latere ultimũ diem,
ut dum ignoratur unus,obſeruẽtur omnes. Quod
autem ait,quia qua hora non putatis, filius homĩ
nis ueniet: ſi ad diem iudicij feramus,manifeſtũ eſt
quia incertus eſt omnibus & incognitus,ſicut ipſe
dicit in euãgelio: De die autem illa & hora nemo Mat.13.
ſcit,neq angeli in cœlo, neq filius hominis, niſi
pater ſolus. Et iterum: ſicut fuit in diebus Noe,ſic Mar.24.
erit aduentus filij hominis. Et rurſum: Sicut fulgur Ibidem
egreditur ab oriente, & penetrat in occidentem,
ſic erit aduentus filij hominis. Et poſt ſuam reſur
rectionem quærentibus diſcipulis ait: Non eſt ue Act.1.
ſtrum noſſe tempora & momenta, quæ pater po-
ſuit in ſua poteſtate. Hinc Petrus Apoſtolus dicit:
Dies dñi ſicut fur in nocte ita ueniet. Sed quod 2.Pet.3
tunc generaliter futurum eſt omnibus in reſurre
ctione animarum & corporum,quotidie fit in ſin
gulis animabus. Dum enim non putamus,filius ho
minis uenit,quando ſubita morte præuenti,ipſum
habemus terminum peccandi,quem & uiuẽdi. Et

dum mala non deſerimus, ſed à malis deſerimur,
ſeram agimus pœnitentiam, non attēdentes illud
quod ſcriptum eſt: Ne tardes conuerti ad deum,
neque differas de die in diem, ne ſubito ueniat ira
eius, & in tempore uindictæ diſperdat te.

DE CONFESSORIBVS.

Lucæ. xi.

¶In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſu
is: Nemo accēdit lucernā, & in abſcōdito
ponit, neque ſub modio, ſed ſuper cande-
brū, ut q ingrediūtur lumē uideāt. Et rel.
Homilia uenerabilis Bedæ presbyteri.

DE ſeipſo Dñs hæc loquitur, oſtendens
etſi ſupra dixerit nullum generationi
neqaam, niſi ſignū Ionæ dandū, nequaꝗ
quam tamen lucis ſuæ claritatē fidelis
bus occultandam. Ipſe quippe lucernā
accendit, qui teſtam humanæ naturæ, flamma ſuę
diuinitatis impleuit. Quā profecto lucernam, nec
credentibus abſcōdere, nec modio ſuppōnere, hoc
eſt, ſub menſura legis includere, uel intra unius Iu
dææ gētis terminos uoluit cohibere. *Sed ſupra can
delabrum, inquit, ut qui ingrediuntur, lumen uideant.*
Candelabrum eccleſiā dicit, cui lucernam ſuperpo
ſuit, quia noſtris in frontibus fidem ſuę incarnatis
onis affixit, ut qui eccleſiā fideliter ingredi uolue
rint, lumen ueritatis palam queant intueri. Qua
ſententia Iudæorum quoꝗ proceres cōdemnat, q
ſigna quærentes exterius, apertam lucis ianuā no
luerint intrare credendo. Deniꝗ pręcipit, ne opa
tantūmodo, ſed & cogitationes & ipſas etiā cor
dis intētiones, mūdare & caſtigare meminerint.
Nam ſequitur: *Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus.*
Corpus quidem dicit opera, quæ palā cunctis ap
✱ ipſius parent: oculū uero ✱ ipſam mētis intentionē qua
operatur, & de cuius merito eadē opera, lucis an
tenebrarū ſint opera, diſcernūtur, ſicut ipſe conſe
quēter exponit, dicēs: *Si oculus tuus fuerit ſimplex,
totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fue
rit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.* Si (inquit) pu
ra rectaꝗ intētione, quæ potes agere bona ſtudu
Rom. 8. eris, lucis profecto ſunt opera quæ facis, etiam ſi
coram hominibus, imperfectionis aliquid habere
uideantur, quoniā diligentibus deū, omnia coope
rantur in bonū, his qui ſecundū propoſitū uocati
ſunt ſancti: Si autē peruerſa eſt intentio quæ præ
cedit, prauum eſt omne opus quod ſequitur, quam
uis rectum eſſe uideatur. *Vide ergo ne lumen quod in
te eſt, tenebræ ſiat,* hoc eſt, ne ipſa cordis intētio quę
lumen eſt animæ, uitiorum caligine fuſcetur, ſedu
la diſcretione perpende, iuxta quod alibi præcipi
Prou. 4. tur: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniā ex ipſo
uita procedit. *Si ergo corpus tuum totum lucidū fue
rit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidū
totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Totum
corpus noſtrum, omnia opera noſtra dicit, quia &
Apoſtolus membra noſtra nūcupat, quædam opa
quæ improbat, & mortificanda præcipit, dicens:
Col. 3. Mortificate ergo membra ueſtra quæ ſunt ſuper
terram, fornicationem, immunditiam, libidinem,
& cætera talia. Si igitur ipſe bonum bona inten
tione patraueris, non habens in tua conſciētia ali
quam partem tenebroſæ cogitationis, etiam ſi cō
tigerit aliquem proximorum tua bona actione no
ceri, uerbi gratia, aut de pecunia quā à te indigēs
& petēs acceperat, facere uel pati aliqd mali, aut
de uerbo exhortationis quo errantē corrigere uo
lebas, forte pernicioſius errare, tu tamen pro tuo
ſimplici & lucido corde, & hic & in futuro lucis
gratia donaberis. Tu autem.

DE CONFESSORIBVS

Lucæ. x.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu
is: Qui uos audit, me audit: & qui uos ſper
nit, me ſpernit. Et reliqua. Homilia uene
rabilis Bedæ præsbyteri.

IN ſuperioribus planxit dominus ciuita
tes quæ poſt magna miracula atꝗ uirtu
tes factas in ſe, nō pœnituerūt, peiores ꝗ
gētibus q naturale ſolūmodo ius diſſipa
bant, poſt deſcriptam legis contēptum,
filiū dei quoꝗ conculcare, gratiamꝗ ingrati ſper
nere non timuerūt. Et ne quis putaret hanc incre
pationem illis tātummodo ciuitatibus, uel pſonis
quæ dominū in carne uidentes ſpernebant, & non
in omnibus qui hodie euangelij uerba deſpiciunt,
conuenire, conſequenter adiunxit, dicens: Qui uos
audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit: ut
in audiendo quoꝗ uel ſpernendo euangelij prędi
catore, non uiles iam quaſꝗ perſonas, ſed dominū
ſaluatorē, immo ipſum ſe ſpernere uel audire diſ
ceret. Nā ſequitur: *Qui autem me ſpernit, ſpernit eum
qui miſit me.* Quia proculdubio in diſcipulo magi
ſter auditur, & in filio pater honoratur. Poteſt &
ita intelligi: Qui uos ſpernit, me ſpernit: qui non Mat. 25.
facit miſericordiā uni de fratribus meis minimis,
nec mihi facit, quia & ipſe pro his formā ſerui, &
pauperis habitum ſuſcepi. Qui autem me ſpernit,
nolens credere deum, & filium dei cōculcans, ſper
nit eum qui me miſit, quia ego & pater unum ſu
mus. *Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio,* Ioh. 10.
*dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in
nomine tuo.* Bene quidem confeſſi ſunt deferentes
honorem nomini Chriſti, ſed quia infirma adhuc
fide gaudebant in uirtutibus, uide quid audiant.
¶*Et ait illis: Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo ca
dentem.* Nō modo uideo, ſed prius uidebam quan
do corruit. Quod autem ait, ſicut fulgur, uel præ
cipitem de ſupernis ad ima lapſum ſignificat, uel
quia deiectus adhuc transfigurat ſe in angelum lu
cis. Quia ergo diſcipulos de ſignorum operatio
ne uidit elatos, exemplo eos terret, atꝗ ad humi
litatem reuocat eius qui ✱ primus ſuperbiendo ✱ iam
cecidit: ut qui hunc ob ſuperbiam de cœlo recor
darētur eiectum, multo magis ſe de terra elidos,
ſi ſuperbierint, humiliandos agnoſcant. ¶*Ecce dedi
nobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpio
nes, & ſuper omnem uirtutem inimici, & nihil uobis no
cebit.* Hoc eſt, omne genus immundorū ſpirituum
de obſeſſis corporibus eijciendi, quamuis & ad li
teram rectiſſime poſſet accipi. Siquidem & Pau Actu. 28
lus à uipera inuaſus, nil aduerſi patitur, & Iohan
nes, ut hiſtoria tradit, hauſto ueneno non lęditur.
Hoc ſane inter ſerpentes qui dente, & ſcorpiones
qui cauda nocent, diſtare arbitror, quod ſerpētes
aperte ſæuientes, ſcorpiones clanculo inſidiātes,
uel homines uel dæmones ſignificent. Serpentes,
qui inchoandis uirtutibus uenena prauæ pſuaſio
nis obijciunt: ſcorpiones, qui conſummatas uirtu
tes ad finem uitiare contendunt. *Verūtamen in hoc
nolite gaudere, quia ſpiritus uobis ſubijciūtur.* De ſub
iectione ſpirituū, cū caro ſint, gaudere phibentur:
quia

quia ſpiritus eijcere, ſicut & uirtutes alias ſacere,
interdum non eius eſt meriti qui operatur, ſed in-
uocatio nominis Chriſti hoc agit, ad condemna-
tionem eorum qui inuocāt, uel ob utilitatem eo-
rum qui uident & audiunt, conceditur, ut licet ho
mines deſpiciant ſigna facientes, tamen deum ho-
Act. u. 19 norent, ad cuius inuocationem fiant tanta miracu
la. Nam & in Actibus apoſtolorum filij Sceuæ ui-
debantur eijcere dæmones, & Iudas apoſtolus cū
animo proditoris multa ſigna inter cæteros apo-
ſtolos feciſſe narratur. *Gaudete autem quod nomina
ueſtra ſcripta ſunt in cœlis.* Si ſatanas, inquit, per ſu-
* in cœlis ſedere perbiam * cœli ſedem cum ſocijs amiſit, nō opor
tet uos de illorum humiliatione, ſed de ueſtra ſub
limatione gaudere, quatenus unde illi ruere ſuble
uati, uos humiles aſcendatis. Non autem puerili-
ter ſapiēdum, quaſi deus ad remedium obliuionis
Hier. 17. bonos in cœlis, malos ſcribat in terris, dicēte Hie-
remia: Vniuerſi qui derelinquunt te, cōfundentur:
recedentes a te, in terra ſcribentur. At ſalubriter
intelligendum, quod ſiue cœleſtia ſiue terreſtria
quis opera geſſerit, per hæc quaſi literis annota-
tus, apud dei memoriam ſit æternaliter affixus.
Tu autem Domine.

DE CONFESSORIBVS.
Matthæ. v.

¶In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is: Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanue-
rit, in quo ſalietur? Et reliq. Homilia beati
Auguſtini epiſcopi.

SErmone ſuperiori Dominus exemplo ad-
hortatus eſt, quia uera dicentes ſolent perſe
cutionem pati: nec tamen ideo prophetæ
antiqui tempore perſecutionis à ueritatis
prædicatione defecerunt, rectiſſime itaq; ſe-
quitur: *Vos eſtis ſal terræ*, oſtēdens fatuos eſſe iudi
candos, qui temporaliū bonorū uel copiā ſectan
tes, uel inopiam metuentes, amittunt æterna, quę
nec dari poſſunt ab hōibus, nec auferri. ¶ *Itaq; ſi ſal
infatuatus fuerit, in quo ſalietur?* id eſt, ſi uos p quos
condiendi ſunt quodammodo populi, metu perſe
cutionū temporaliū amiſeritis regna cœlorum, q
erunt homines per quos a uobis error auferatur,
cum uos elegerit deus, p quos errorem auferat cę
terorū? Ergo ad nihilum ualet ſal infatuatus, niſi
ut mittatur foras, & conculcetur ab hōibus. Non
itaq; calcatur ab hominibus q patitur pſecutionē,
ſed q timendo p perſecutionē infatuatur. Calcari
enim non poteſt niſi inferior. Sed inferior non eſt,
q quamuis corpore multa ſuſtineat in terra, corde
tamen in cœlo fixus eſt. ¶ *Vos eſtis lux mundi.* Quo-
modo dixit ſuperius ſal terræ, ſic nunc dicit lux
mundi. Nā neq; ſuperius iſta terra accipienda eſt,
quam pedibus corporeis calcamus, ſed homines q
in terra habitant, uel etiam peccatores, quorum
condiendis & extinguendis putoribus Apoſto-
licum ſalem dñs miſit. Et hic mundū non cœlū &
terram, ſed homines qui ſunt in mūdo, uel diligūt
mundum, oportet intelligi, quibus illuminandis
apoſtoli miſſi ſunt. *Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper
montem conſtituta*, id eſt, fundata ſuper inſignem
magnamque iuſtitiam, quam ſignificat etiam ipſe
mons in quo diſputat Dominus. ¶ *Neque accen-
dunt lucernam, & ponunt eam ſub modio.* Quid pu-
tamus ita eſſe dictum ſub modio, ut occultatio
tantum lucernæ accipienda ſit, tanquam diceret,
nemo accēdat lucernam, & occultet illam? An ali
quid etiam modius ſignificat, ut hoc ſit ponere lu-
cernam ſub modio, ſuperiora facere corporis com
moda, q prędicationē ueritatis ut ideo quiſq; ue-
ritatem nō prędicet, dū timet ne aliquid in rebus
corporalibus & tēporalibus moleſtię patiatur? Et
bene modius dicitur, ſiue ꝓpter retributionē men
ſurę, quia ea quiſq; recipiet quę geſſit in corpore,
ut illic (inquit Apoſtolus) recipiat unuſquiſq; quæ 2. Cor. 5.
geſſit in corpore, & tanq de hoc modio corporis
alio loco dicitur: In qua enim menſura menſi fueri
tis, in ea & remetietur uobis. Siue quoniam tem Matt. 7.
poralia bona quæ corpore peraguntur, certā die-
rum ſignificant menſuram, & inchoantur & tranſ
eunt, quam fortaſſis ſignificat modius: æterna ue
ro & ſpiritualia nullo tali fine coercentur. Non e-
nim ad menſuram dat deus ſpiritū. Sub modio er
go lucernam ponit, quiſquis lucē doctrinæ bonæ
commodis temporalibus obſcurat & tegit. Super Iohā. 3.
candelabrum autem, qui corpus ſuum miniſterio
dei ſubijcit, ut ſuperior ſit prædicatio ueritatis, &
inferior ſit ſeruitus corporis, & per ipſam tamen
corporis ſeruitutem excellentior luceat doctrina
quæ officia corporalia, id eſt, per uocem & lin-
guam, & cęteros corporis motus in bonis opibus
inſinuatur diſcentibus. Super candelabrū ergo po
nit lucernam Apoſtolus, cum dicit: Non ſic pugno 1. Cor. 9.
tanq aërem uerberans, ſed caſtigo corpus meum,
& ſeruituti ſubijcio, ne forte alijs prædicans, ipſe
reprobus efficiar. Quod uero ait: ¶ *Vt luceat omni-
bus qui in domo ſunt*, domū puto dictam habitatio-
nem hominū, id eſt, ipſum mundum, propter id
quod ſuperius ait: Vos eſtis lux mundi. Aut ſi do-
mum quiſquam uelit accipere eccleſiam, neq; hoc
abſurdum eſt. ¶ *Sic luceat (inquit) lux ueſtra coram
hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent
patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.* Si tantummodo dice
ret, ſic luceat lumē ueſtrum coram hominibus, ut
uideant bona facta ueſtra, finem conſtituiſſe uide
retur in laudibus hominum, quas quærunt hypo-
critæ, & qui ambiunt honores, & cupiunt inaniſſi
mam gloriam: contra quos dicitur, Si adhuc homi Gal. 1.
nibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Et per
prophetam, Qui hominibus placent, confuſi ſunt, Pſal. 52.
quoniā deus nihil fecit illos. Et iterum: Deus con Gala. 6.
fringet oſſa hōibus placentiū. Et rurſum Apoſto
lus: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Et ipſe
iterum, Probet autē ſe homo, & tūc in ſemetipſo
gloriam habebit, & non in altero. Non ergo tantū
dixit, ut uideant bona facta ueſtra, ſed addidit, &
glorificēt patrem ueſtrum qui in cœlis eſt: ut hoc
ipſo quod homo per bona opera placeat homini-
bus, non ibi finem cōſtituat ut hominibus placeat,
ſed referat hoc ad laudē dei, & propterea placeat
hominibus, ut in illo glorificetur deus. Hoc enim
laudantibus expedit, ut non hominem, ſed deum
honorent, ſicut in ipſo homine quem portabant,
Dñs oſtendit, ubi admirātes turbæ de paralytico Matt. 9.
ſanato, uirtutes eius (ſicut in euangelio ſcriptum
eſt) timuerunt, & glorificauerunt deum, qui dedit
poteſtatem talem hominibus. Cuius imitator apo Gala. 1.
ſtolus Paulus dicit: Tantum audientes erant, quia
qui aliquando nos perſequebatur, nunc euangeli-
zat fidem quam aliquando uaſtabat: & in me ma-
gnificabant deum. Poſtea ergo quam cohortatus
eſt audientes ut ſe præparent ad omnia ſuſtinen-
da pro ueritate atque iuſtitia, & ut non abſconde-
rent bonum quod accepturi erant, ſed ea bene uo

uolentia diſcerent, ut alios docerent, non ad laudem ſuam, ſed ad gloriam dei bona ſua opera referentes, incipit iam eos informare & docere quod doceant. Tanquam ſi quęrerent dicentes: Ecce uolumus & omnia ſuſtinere pro nomine tuo, & doctrinam tuā non abſcōdere. Sed qd eſt hoc ipſum, quod uetas abſcondi, & pro quo iubes omnia tolerari? Nunqd alia dicturus es contra ea quę in lege ſcripta ſunt? Non, inquit: ¶ *Nolite putare, quoniam ueni ſoluere legem, aut prophetas. Non ueni ſoluere, ſed adimplere.* In hac ſententia duplex ſenſus eſt, ſecundum utrunq; tractādum eſt. Nam qui dicit, non ueni ſoluere legem, ſed adimplere: aut addendo dicit quod minus habet, aut faciendo quod habet. Illud ergo prius cōſideremus, quod primum poſuimus. Nam qui addit quod minus habet, non utiq; ſoluit quod inuenit, ſed magis perficiendo confirmat. Et ideo ſequitur & dicit: ¶ *Amen dico uobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota unū aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.* Dum etenim fiunt etiam illa quæ adduntur ad perfectionem, multo magis fiunt illa quæ præmiſſa ſunt ad inchoationem. Quod autem ait, iota unum aut unus apex nō tranſiet à lege, nihil poteſt aliud intelligi, niſi uehemēs expreſſio perfectionis, quando per literas ſingulas demōſtrata eſt, inter quas literas iota minor eſt cæteris, quia uno ductu fit: apex autem eſt etiam ipſius aliqua in ſummo particula. Quibus uerbis oſtendit, in lege ad effectum etiam minima quęq; perduci. Deniq; ſubiecit: *Qui enim ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum.* Mandata ergo minima ſignificantur per unum iota, & per unum apicem. Qui ergo ſoluerit & docuerit ſic, id eſt, ſecundum id quod ſoluit, non ſecundum id quod inuenit & legit, minimus uocabitur in regno cœlorū, & fortaſſe non erit in regno cœlorum, ubi niſi magni eſſe non poſſunt. *Qui autem fecerit & docuerit ſic.* Qui autem fecerit, hoc eſt, qui autem non ſoluerit & docuerit ſic, ſecundum id quod non ſoluit. Quod uero magnus uocabitur in regno cœlorū, ſequitur, ut etiā ſit in regno cœlorū, quo magni admittūtur. Ad hoc enim pertinet quod ſequitur: *Dico enim uobis, quia niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnū cœlorum,* id eſt, niſi non ſolum illa minima legis præcepta impleueritis, quæ inchoant homines, ſed etiam iſta quæ a me adduntur, q non ueni ſoluere legem, ſed adimplere, non intrabitis in regnum cœlorum. Sed dicis mihi: Si de illis mandatis minimis cum ſuperius loqueretur, dixit minimum uocari in regno cœlorum quiſquis unum eorum ſoluerit, & ſecundum ſuam uoluntatem docuerit: magnum autem quenq; uocari, qui ea fecerit, & ſic docuerit, & ex eo iam in regno cœlorum futurū eſſe, quia magnus eſt: quid opus eſt addi præceptis legis minimis, ſi iam in regno cœlorum poteſt eſſe, quia magnus eſt quiſquis ea fecerit, & ſic docuerit? Quapropter ſic eſt accipienda illa ſententia: Qui autem fecerit, & docuerit ſic, magnus uocabitur in regno cœlorum: id eſt, non ſecundum illa minima, ſed ſecundum ea quæ ego dicturus ſum. Quæ ſunt autem iſta? Vt abundet (inquit) iuſtitia ueſtra ſuper ſcribarū & phariſæorum quia niſi abundauerit iuſtitia ueſtra, non intrabitis in regnū cœlorum. Ergo qui ſoluerit illa minima, & ſic docuerit, minimus uocabitur: qui autē fecerit illa minima, & ſic docuerit, non iam magnus habendus eſt, & idoneus in regno cœlorum, ſed tamen non tam minimus quam ille q ſoluit. Vt autem ſit magnus atq; illi in regno aptus, facere debet & docere ſicut Chriſtus nunc docet, id eſt, ut abundet iuſtitia eius ſuper ſcribarum & phariſęorum, per q̄ intret in regnum dei Amen.

IN NATALI CONFESSORVM

Homilia I. D. Euſebij Emiſſeni.

HOmo iſte Dominus & Saluator noſter intelligitur, qui de hoc mundo ad patrem rediens (hoc eſt enim peregre proficiſci) prius fidelibus ſuis bona ſua largitus eſt. *Et uni dedit quinque talenta, alij uero duo, alij uero unum. Vnicuique ſecundum propriam uirtutem, & profectus eſt ſtatim.* Quinq; enim talenta, quinq; ſunt corporis ſenſus. Duo uero intellectus & operatio. Vnum autem intellectus tantum. Hęc autem & ſi naturaliter ab initio hominibus data ſunt, ea tamen fidelibus ſuis iterū Dominus dedit, & quodammodo innouauit, dum magis interius quam exterius habenda monſtrauit. Habet enim & anima uiſum & auditū, guſtum & odoratum & tactum. Et quidem multo digniores illis qui in corpore ſunt. Senſus enim corporis cum animalibus communes habemus. *Abijt autem qui quinque talēta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Qui autem unum acceperat abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam Domini ſui.* Hæc autem in ſequentibus exponemus. ¶ *Poſt multum uero temporis, uenit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum illis.* Poſt multum uero temporis uenit, quia multum temporis eſt inter primum & ſecundum aduentum Chriſti. Tunc enim cum ſeruis ſuis rationem Dn̄s ponet, quia ut Apoſtolus ait, Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut reddat unuſquiſque rationem de his quæ geſſit ſiue bona ſiue mala fuerint. *Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit quinque illa talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.* Viſum mihi dediſti, operatus ſum in eo, & multos illuminaui. Quę uidi, oſtendi: quæ intellexi, docui: non celaui, non abſcondi ea quæ tu meis oculis reuelare dignatus fuiſti. Habeo igitur hoc talētum multiplicatū. Dediſti mihi & auditum, in hoc quoq; operatus ſum, & multis alijs aures aperui, tuorumq; ſecretorū uerba eos audire & intelligere docui. Hoc enim talētum Dn̄s requirebat cum diceret: Qui habet aures audiēdi audiat. Itemq;, uobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cęteris autem in parabolis, ut uidētes nō uideant, & audientes nō intelligāt. Guſtum quoq; mihi dediſti, quo tuæ dulcedinis ſaporem intelligens dico. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo. Et in hoc quidem operatus ſum, aliosq; mecū ad deguſtandum inuitaui dicēs: guſtate & uidete quam ſuauis eſt Dominus, beatus uir qui ſperat in eo. Sed quid dicam de odoratu, quo fideles tuos inſtrui, qua ratione diſcernere ualeant inter catholicam doctrinam & fœtentem hęreticam prauitatem. Hoc enim ſerui tui illecti te ſequuntur, dicentes: Trahe nos poſt te, & curremus in odorem unguētorū tuorū. Pro hoc & ſancta eccleſia de naſo laudatur ubi dicitur: Naſus tuus ſicut turris libani quę reſpicit contra Damaſcū. At uero & in tactu operatus ſum, & non minus in eo quam in alijs talentis lucratus ſum. Tactus animę fides eſt, hoc enim deus tenetur & tangitur. Quanto enim unuſquiſque

fidelior

fidelior eſt tanto familiarius & propius Deũ tangit Alij enim ipſum, alij eius ueſtimẽti fimbrias tãgunt Hoc aũt talentũ duplicamus, qñ fidem noſtrã alijs ꝓdicamus Sed audiamus qd huic dñs reſpõderit, qui ei quinq; talenta duplicata obtulit. *Euge bone ſerue & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Euge nanq; uox gaudentis eſt. Sed nota q̃d pauca Dñs reputat, quæ in hoc mundo meliora habemus Qua in re illius regni diuitias inæſtimabiles eſſe oſtendit, de quibus Apoſtolus ait: Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. Parua igitur ſunt hæc talenta illis diuitijs comparata, ſiquidem eas quales ſunt per hæc neq; uidere, neq; audire, neq; ad plenum cogitare poſſumus. Quis enim illud cogitare poteſt? Quis illud cogitare ualeat, quod in cor hominis non aſcendit. Intra in gaudiũ domini tui. De hoc enim gaudio Pſalmiſta ait: Beati qui habitant in domo tua dñe, in ſeculum ſeculi laudabũt te. Itẽmq;, unam petij à Dño, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Hæc autẽ de quinq; talentis dicta ſunt, nũc uero de duobus audiamus, per quæ intellectũ & operationẽ ſignificari diximus. Quæ nimirũ & ſi numero ſint pauciora, precio tamen & ſignificatione nõ ſunt inferiora. Qui enim bene intelligit, & quæ intelligit operatur, nihil in uiſu & auditu, nihil in guſtu & odoratu & tactu minus habet. In his enim duobus illa quinq; pleniſsime continentur: quæ quidẽ ſibi mutuo coniuncta ſunt, & ſine altero alterũ nõ ualet. Inutilia enim ſunt & intellectus ſine operatione, & operatio ſine intellectu. Vnde bene dicitur: Intellectus bonus oĩbus facientibus eũ, laudatio eius manet in ſeculũ ſeculi. *Acceſsit igitur & qui duo talẽta acceperat, & ait: Domine duo talẽta tradidiſti mihi, ecce alia duo ſuperlucratus ſum.* Intellectũ & operatiunẽ mihi dediſti. Tu enim das intelligentiam intelligentibus, tu & bonã uoluntatẽ, & bene operandi affectũ tribuis. Vnde Apoſtolus, Neq; uolentis, inquit, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei Nam neq; uolentis eſt uoluntas, neq; currẽtis eſt curſus, ſed miſerentis eſt Dei, qui prius bene agendi uoluntatẽ, deinde bene currendi tribuit facultatem. Duo igitur talẽta mihi dediſti, ecce duo ſuperlucratus ſum Quoniam quid intelligant, & qualiter intelligentes operari debeant, alios docere piger nõ fui. Huic itaq; Dominus reſpondẽs & congaudens non minora bona largitur, quam illi alij modo ſuperius largitus fuerat. Beati iſti ſerui qui Domino ſuo talenta duplicata reddiderunt. beati in quorũ manibus Dñi ſui pecunia nõ eſt minorata: beati qui animi ſplendorem, quem intus habebant, alios quoq; illuminãdo foras oſtẽdebant. Inde eſt enim quod arcã de lignis Sethim fieri iuſsit, & intus & extra de auro puriſsimo deaurari præcepit. Arca enim & tota eccleſia, & unuſquiſq; fidelis intelligi poſsit, in quibus cœleſtis ſapientiæ theſauri reconditi ſunt. Intus enim & extra deauratus eſt, qui ſapientia, qua interius eſt illuminatus, foris quoq; alios illuminare non ceſſat. Qui enim ſibi datã ſapientiã celãt, illi intus & nõ foris deaurati ſunt. Cũ eñ Apoſtolus dicit: Sapientiã loquimur inter pfectos, tunc & intus & foris ſe daturũ eſſe ſignificat. Hoc enim ſignificabat illa lamina aurea, quã põtifex ex dei præcepto in frõte ferebat. Inde eſt etiã q̃d menſam propoſitionis & cãdelabrum aureum, non intra uelum, ſed potius extra Dominus poni iuſsit, quatenus ab omnibus uiderentur, & nulli illuc accedere uolẽti celari potuiſſent. Si enim cibos ſpirituales & ſidei lumen Dñs celare uoluiſſet, nequaquam extra uelum, ſed potius intra menſam & candelabrum poni præcepiſſet Nunc aũt & iã de illo uideamus, qui abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniã Domini ſui. Per quem ſcilicet eos intelligimus, quibus ingenium & intellectum Dominus dedit, quem ipſi in terreno & carneo corde ſuffodiẽtes & abſcondentes, neq; in ſua, neq; in aliorũ ſalute eum expendunt. Tales autem multos uidimus, qui ſi uoluiſſent, multis prodeſſe potuiſſent. Et iſti quidem digne ſatis amiſſo intellectu, quo male uſi fuerãt, dum ſe excuſare poterãt, iudicis irã cõtra ſe prouocãt, dicẽtes: *Domine, ſcio quod homo durus es, metis ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti, & timens abij, & abſcondi talentũ tuũ in terrã ecce habes quod tuũ eſt.* Si enim intellectum habuiſſent, & ſenſum non amiſiſſent, nequaq̃ durum & iniuſtum uocarent, cuius beneuolentiam captabant. Talis igitur excuſatio quam ſit uana & inutilis, omnisq; ingenij & rationis expers, ipſe Dñs oſtendit, dicens: *Serue male & piger, ſciebas quia meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſparſi, oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & ego ueniens recepiſſem utiq; quod meum eſt cum uſuris.* Ac ſi diceret. Non fuit conueniens ut meã pecuniam nummularijs committeres, cum me tam furẽ eſſe cognoueras, ut nõ ſolũ mea, uerum etiã aliena mihi uendicare ualeã? Qua in re nullã te excuſationem habere manifeſtum eſt. Hæc autem pecunia uerba uitæ æternæ ſunt. Nummularij uero quibus ea committitur, ſi tamen in ea negociãtes, ocioſam eſſe non patiuntur Hanc autem cum uſura Dominus recipit, quia multi fideles cum fructu boni operis eam acquirunt. Nuſquam eſt autem ubi dominus non ſeminauerit, nuſquam eſt ubi ſuæ gratiæ ſementẽ non ſparſerit, quia ꝓpter hoc quod in omnem terram exiuit ſonus apoſtolorum omnibus hominibus rationẽ & intellectũ, memoriam & ingenium largitus eſt. Conſtat igitur hũc malum ſeruum aduerſus eum eſſe mentitum. De quo Dñs ſubinferens ait: *Tollite itaq; ab eo talẽtum, & date ei qui habet quinq; talenta.* Per quod intelligere poſſumus ſolos bonos eam beatitudinem poſsidere, quam ſimul cum eis & mali poſſediſſent, ſi in bonitate permanſiſſent. Talentum enim, id eſt, talenti retributionem & meritum ſoli boni habebunt. Vnde & ſubditur: *Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod uidetur habere, ab eo auferetur.* Quicunq; enim hæc talenta duplicata habuerit, ei talentorum meritum dabitur, & omnium diuitiarum plenitudine abundabit. Ei autem qui talentum non habuerit duplicatum ſed ocioſum, & ſine fructu illud eſſe permiſit, & iam id quidem uidetur habere, auferetur ab eo quoniam ſine ratione & intellectu ſtultus & inſipiens apparebit. *Et ii autem inutilis ſeruus eiicitur in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.*

IN NATALI VNIVS CONFESS.

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

HOmo iſte nobilis ipſe eſt qui hæc loquitur, Saluator noſter: qui non ſolum ſecundum diuinitatem, qua & angelorum & hominum creator & Dominus eſt, uerumetiã ſecundũ

humanitatem ex nobili genere ortus eſt. De tribu nanque Iuda & de progenie Dauid natus eſt Dominus: quæ inter alias tribus nobilior, regnū tenuit & principatum. Hic aūt abiit in regionē longinquam, quando cœlos aſcendens ad patrem rediit. Vnde ipſe ait: Exiui à patre & ueni in mundū. Iterū relinquo mundū, & uado ad patrē. Hæc aūt regio longinqua eſt, quia cū multo labore illuc peruenitur. Per multas enim tribulationes, ait Dñs, oportet nos intrare in regnū cœlorū. Ab hac aūt unuſquiſq; tanto lōgius eſt, quāto inter cæteros iniquior eſt. Ad hāc igitur dñs rediit accipere ſibi regnū & reuerti. Tunc enim ſibi dominus regnum accepit, quando eius humanitas ſuper cœlos exaltata eſt, eiq; à patre dictū eſt, Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedum tuorū. Reſtat igitur ut reuertatur, & ad iudicium rediens cū ſeruis ſuis rationē ponat. Prius enim quā illuc aſcenderet, uocatis ſeruis ſuis dedit illis decem minas, quæ alius euangeliſta talenta uocat. Decē ſunt ſerui, decē ſunt & talēta. Noli dicere pauci ſunt, cōſidera prius quid decē ſignificet. Hoc enim numero nullus alius maior eſt: quia oēs numeri in hoc ſolo continētur. Decē igitur aliqñ multos, aliquādo ſignificant oēs. Vocauit igitur decem idem dominus ſeruos ſuos, & dedit illis decem minas, id eſt, omnia talēta ſua, quod alibi dicitur, & dedit illis bona ſua. *Et ait ad illos, negociamini dū uenio.* Bonus negociator beatus Paulus, qui omnibus omnia factus eſt, ut omnes lucri faceret. Quotidie nanq; in eccleſia nundinæ fiunt, quotidie Dei theſaurus in eccleſia uenditur. Theſaurus enim deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. Dei aūt negociatores omnes ſunt ſerui, & nihil aliud niſi ſeruos emunt. Nihil eñi aliud de mūdi diuitiis, niſi ſolos ſeruos eorum Dominus concupiſcit. Vnde & de templo eos eiecit, qui male negociantes, illicita ibi uendebāt & emebāt. Hoc aūt de ſeruis dictū eſt, nunc de ciuibus audiamus. *Ciues aūt eius oderant illū, & miſerunt legationē poſt illum dicentes, nolumus hunc regnare ſuper nos.* Iſti ciues Iudæi ſunt, qui ſuper ſe omnium regem & dominum Chriſtum Ieſum regnare noluerunt, dicētes: Non habemus regem niſi Cæſarem. Et iſti quidem hanc prauam legationem poſt eum miſerunt, quia ex quo ab eis receſsit, in hac mala uolūtate perſeuerant. Quæ uoluntas, quia Chriſtus eã cognoſcit & audit, quaſi quædam legatio in illius ſemper auribus ſonat. *Et factum eſt ut rediret accepto regno, & iuſsit uocari ſeruos, quibus dedit pecuniam, ut ſciret quantum quiſq; negociatus eſſet.* Hoc autem erit in iudicio, quando boni & mali omnes aſtabunt ante tribunal Chriſti, ut unuſquiſq; pro ſe rationem reddat. *Venit autem primus dicens: Domine, mina tua decem minas acquiſiuit.* Tunc enim unum talentum decem acquirit, quando aliqua gratia nobis à Deo conceſſa in multas uirtutes creſcit: aut multos peccatores ad fidem & iuſtitiam conuertit. Et ait illi: *Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habēs ſupra decem ciuitates.* Et hoc quidem alius euangeliſta manifeſtius poſuit dicens. Supra multa te cōſtituam, intra in gaudium Domini tui. Itaq; Beatus ſeruus ille, quem cum uenerit Dominus inuenerit uigilantē. Amen dico uobis ſuper omnia bona quę poſsidet, cōſtituet eum. Hoc eſt igitur ſupra decē ciuitates poteſtatem ei dare quod eſt ſuper oīa quę poſsidet, eum cōſtituere. dixi enim per decē minas omnes ſignificari. Et ſupra omnia quidem quę dominus poſsidet, unuſquiſq; conſtituitur, quia omnia ei obediunt, eiuſq; uoluntatē oīa faciunt. Tāta enim ibi concordia erit, ut unuſquiſq; quaſi maior ueneretur ab oibus, & quaſi minor ueneretur omnes. *Et alius uenit dicēs: Domine mina tua fecit quinq; minas.* Iſte quoq; in talento ſibi credito operatus eſt, ſed non tantum quantum ille, de quo modo diximus, in eo lucratus eſt. Nam & ſi omnes laborent bene, non æqualiter tamen omnes laborant. Vnde Apoſtolus Ego, inquit, plus omnibus laboraui, nō aūt ego, ſed & gratia dei mecū. Qua in re in talento, & in gratia ſibi data, ſe plus cæteris laboraſſe oſtendit. *Et huic ait. Et tu eſto ſupra quinque ciuitates.* Sicut enim nec in labore, ita nec in mercede ęquales ſunt. Qui enim plus laborauerit, plus mercedis accipiet. Stella enim, ut Apoſtolus ait, differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. Quamuis igitur omnes beati erunt, non tamen omnes æquales erunt. Quod quidē in eo ſignificatur, quod alii ſupra decē, alii ſupra quinq; ciuitates conſtitui dicuntur. *Et alius uenit dicens: Domine ecce mina tua, quā habui repoſitam in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es, tollis quod nō poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti.* In ſudario nanque talentum reponit, qui gratiam ſibi datam in hac carne laboribus & fatigationibus tradita torpeſcere ſinit. Mentitur autem ille malus ſeruus dum eum auſterum uocat: de cuius dulcedine Pſalmiſta loquitur, dicens Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem ſtatuit delinquentibus in uia. Talis igitur excuſatio quam uana & inutilis ſit, ipſe Dominus oſtēdit, dicens: *De ore tuo te iudico ſerue nequam. Sciebas, ut ipſe fingis, quod ego auſterus homo ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui. Et quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego ueniens utique cum uſuris exegiſſem illam?* Ac ſi dicat: Nunc fuit conueniens ut meam pecuniam ad menſam nummulariorū committere timeres, cum me tam fortem & potētem eſſe cognoueras, ut nō ſolum mea, uerum & aliena ubiq; mihi uindicare ualeam. Qua in re nullam te habere excuſationem manifeſtum eſt. Hęc autem pecunia uerba uitæ æternæ ſunt, menſa eccleſia, nummularii auditores, quibus omnis iſta pecunia nunciatur & creditur. Hanc autem cum uſura Dominus recipit, quia multos fideles cum fructu boni operis per eam acquirit. Nuſquam autem eſt ubi Dominus non ſeminauit, nuſquam eſt ubi ſuæ gratię ſementem non ſparſerit: quia propter hoc quod in omnem terram exiuit ſonus eorum: omnibus hoībus rationem & intellectum, memoriam & ingenium largitus eſt. Conſtat igitur hunc ſeruum nequam aduerſus eum eſſe mentitū. De quo ipſe ſubinferens ait: *Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet.* Per quod intelligere poſſumus ſolos bonos eam beatitudinem poſsidere, quā ſimul cū eis & mali poſsiderēt, ſi in bonitate perſtitiſſent. *Et dixerunt illi: Domine habet decem minas.* Decem utiq; iā habebat, quibus una ſuperaddita undecim fiunt. Quid eſt q̃d non undecim, ſi decē tantum habere dicitur: niſi hoc q̃d ſuperius diximus, quia ſi decem ſignificant decem q̃d omnes. Secundū q̃ ſignificationem magis fuit decē dixiſſe quā undecim, quia undecim non ſignificāt niſi undecim, decem uero ſignificant omnes. Poteſt autem & ſic intelligi quod dicitur: Domine habet decem minas, ac ſi diceretur: O domine decem quidē minas habet,

satis

ſatis ei ſufficere poſſunt, cur etiam plus dari iubes? Quibus Dominus ait: *Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur & abundabit: ab eo autem qui nõ habet & quod habet auferetur ab eo.* Omnis enim qui fidẽ habet, & dignã fidei operationem, ſicut iſti qui talẽta ſic multiplicauit, dabitur ei eccleſię multitudinis retributio. Ab eo uero qui non habet, etiam hoc q̃d in opinione hominum habet, id eſt, hoc quod uidetur habere, ut alius euãgeliſta ſcribit, auferetur ab eo. *Veruntamen inimicos meos illos qui noluerũt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me.* Miſeri Iudæi, aduerſus quos iſta dicuntur, de quibus ſupra dixerat: Ciues enim eius oderant illum. Iſti enim tunc interficientur, quando dicetur eis: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Tunc & boni audient: Venite benedicti patris mei: percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi.

IN NATALI CONFESS. HOMIlia D. Euſebij Emiſſeni.

QVod enim lumbos præcingere nos Dominus præcipit, caſtitatis gloriam & obſeruãtiam commendat. In lumbis enim luxuria dominatur: Vnde & de diabolo dicitur. Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in umbilico uentris eius. De eccleſia quoq; dicitur: Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuũ. Itemque: Sindonem fecit & uendidit, & cingulum tradidit chananeo. Inde eſt quod ſacerdotes in lege baitens & ſemoralia habere iubentur, ſine quibus ad altare non accedant, neque tabernaculũ ingrediantur. His igitur & ſimilibus comprobatur quantum Deo placeat obſeruãtia caſtitatis. Sequitur: *Et lucernæ ardentes in manibus ueſtris.* Ardent enim lucernæ noſtrę ſi bene circunquaq; fulgeant, aliiſque illuminent, & doctrina & opera noſtra. Vnde & Dominus ait: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uidentes opera ueſtra bona, glorificẽt patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt. Illorum enim lucernæ extinctæ ſunt, qui neq; doctrina, neq; operatione alios illuminant. Debemus autem ſimiles eſſe hominibus Dominum ſuum expectantibus quãdo ad nuptias reuertatur, ne nos imparatos & dormientes inueniat. Dñs enim noſter tunc ad nuptias reuertetur, quando ſponſam ſuam matrem noſtrã, ſanctam uidelicet eccleſiam, omni corruptione liberã, caſtis cõplexibus in æternę fœlicitatis thalamum introducet. Venit aũt & nũc ad nuptias p ſingulos dies, qñ ſanctorum animas, quæ & ipſe illius ſponſæ ſunt, ad ſe uocat, & ſecum in æternæ beatitudinis cubiculũ collocat. Quotidie igitur Saluator noſter nuptias facit: quotidie ad ſe uenientibus ſanctorum animabus delicias ſummi boni & ineffabilis dulcedinis epulas miniſtrat. Siue ergo per ablatiuum dicatur à nuptijs, ſiue per accuſatiuum ad nuptias, non eſt inconueniẽs, quoniam & in cœlo & in terra nuptiæ fiunt. De nuptijs itaq; ad nuptias Dominus uenit, quia & hic & ibi ſpõſam habet. Hæc eſt autem illa ſponſa, de qua ſcriptum eſt: Vna eſt columba mea, ſpõſa mea, immaculata mea. De his autem nuptijs alibi quoq; Dominus ait: Simile eſt regnum cœlorũ homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Ad has autem nuptias prius Iudæi inuitati ſunt: ſed quia non fuerant digni, gentes Dñs uocare præcepit. In his patriarchę & ꝓphetę, in his apoſtoli & doctores, magnas & ineffabiles epulas miniſtrãt. De his aũt nuptijs, totus ille liber ſcriptus eſt, qui Cãticum Canticorum uocatur. In his ipſe Dominus ſponſus eſt & miniſter, qui ait: Non ueni miniſtrari, ſed miniſtrare. Vnde etiã ſubditur: *Beati ſerui illi, quos cum uenerit Dominus inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Ibi eſt & Dauid cum Pſalterio & cithara, & ſchola canticorum ibi recumbit, & reficitur omnis ordo ſanctorum. Beati igitur ſerui illi quos cum uenerit dñs inuenerit uigilantes. De his enim uigilijs Apoſtolus ait: Vigilate iuſti & nolite peccare. Item ꝗ: Vigilate & orate, & ſtate in fide: uiriliter agite & confortamini in Dño, oĩa ueſtra in charitate fiant. Qui enim ſic uigilauerint, beati erũt. Hos faciet Dñs ſecum diſcumbere, & per hos tranſiens miniſtrabit eis. Vnde & diſcipulos conſolans ait: Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tẽtationibus meis, & ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. In eo uero quod ait: Quia præcinget ſe: & quia trãſiens miniſtrabit illis: quo affectu, quo amore, quibus charitatis uiſceribus eos ſuſcipiat, & in gloriam illis præparatam inducat, manifeſtiſsime oſtendit. Non enim hoc ad literã intelligi debet, ſed in exteriori apparatu cordis intentio declaratur. *Et ſi uenerit in ſecunda uigilia, & ſi in tertia uigilia & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.* Tres uigilię tria tempora ſunt, ante legem, ſub lege, & ſub gratia. Quoniam autem in prima uigilia, neq; per legem, neq; per prophetas mundum Dominus uiſitauit, ideo nihil hic de prima uigilia dicitur. In ſecunda autem uigilia non ſolum per leges & prophetas, uerum etiam per ſeipſum mundum uiſitare dignatus eſt. Vnde Apoſtolus ait: Multipharie & multis modis olim Deus patribus loquens in prophetis, nouiſsime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Tertia autem uigilia hæc eſt, in qua nõ ſolum uenire, uerumetiam ſe ſemper adeſſe teſtatur, dicens: Ecce ego ſum uobiſcũ ſum omnibus diebus uſq; ad cõſummationem ſeculi. Sequitur: *Hoc aũt ſcitote, quia ſi ſciret paterfamilias qua hora fur ueniret, uigilaret utiq;, & non ſineret perfodi domum ſuam.* Quia igitur neſcit, quia dormiens negligit, ſæpe domus perfoditur, & quicq̃d in ea melius eſt, fit rapina latronum. Vos aũt eſtote parati, eſtote ſolliciti: & quia illã unam horã neſcitis, omnibus horis uigilate: ne in illa hora incauti & dormientes inueniamini. Et hoc eſt q̃d ait: *Ideo & uos eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hominis ueniet, ait autẽ ei Petrus Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes?* His enim uerbis intelligere poſſumus quædam ſpecialius ad diſcipulos, quædã generalius ad omnes dñm dixiſſe. Qualia ſunt: Nolite cogitare de craſtino: & nolite ſolliciti eſſe animæ ueſtræ quid manducetis, neq; corpori quid induamini. Et multa alia. *Dixit autem Dominus: Quis putas fidelis eſt diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam, ut det illi cibum in tempore tritici menſuram. Beatus ille ſeruus quem cum uenerit dominus inuenerit ita facientem.* Conſtat igitur quod non ſolis Apoſtolis, ſed & cæteris eccleſiæ miniſtris & diſpenſatoribus, epiſcopis & ſacerdotibus iſta dicantur. Hos enim conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam: hos conſtituit ſupra eccleſiam & domum ſuam, ut eam regerent, eam docerent, et neceſſaria miniſtrarent & tritici menſuram pro tẽpore darent. Hoc enim triticum doctrina euangelica intelligitur, quã non ſolum ad menſurã, ſed & ſuo tempore dare oportet. Nõ enim omne tẽpus aptũ eſt

doctrinæ

doctrinæ: nec equaliter omnibus, nec oĩa omnibus prædicare conuenit. Fidelis igitur diſpenſator & prudens diligentiſsime cõſiderare debet, quãdo, & quid, & quantum unicuiq; tribuat. Vnde in lege quibuſdam ſacrificiis ſolis ſacerdotibus, quibuſdã & aliis neſci licitum erat. Locus quoq; & tempora conſtituta erant, in quibus ea offerre licebat. Beatus igitur ille ſeruus, quem cum uenerit dominus, inuenerit ita facientem. Vnde autem beatus ſit, audiamus. *Vere dico uobis, quia ſupra omnia quæ poßidet conſtituet eum.* Supra omnia quidem unuſquiſq; cõſtituitur, quia omnia ei obediunt, eiusq; omnia faciunt uoluntatem. Tanta enim ibi concordia erit, ut unuſquiſque quaſi maior ueneretur ab omnibus, & quaſi minor ueneretur omnes. Nõ eſt igitur inconueniens, ut unuſquiſque ibi ſupra omnia conſtituatur.

HOMILIA.

HAEc autem uerba & alia multa tunc diſcipulis ſuis in monte Dominus loquutus eſt, quando octo beatitudines prædicauit. *Vos,* inquit, *eſtis ſal terræ.* Vos eſtis hominum condimentum, ueſtro exemplo inſtrui, ueſtra ſapientia doceri, ueſtra humilitate & patiẽtia componi cæteri debent. *Quod ſi ſal euanuerit,* ſi prædicator uires amiſerit, ſi epiſcopus luxuriæ & uanitati ſe dederit. *In quo ſalietur. Ad nihilum ualet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Tale enim ſal quia infatuatum eſt, foras mittitur, quoniam falſus prædicator eiusque doctrina, quæ uana ſine ſapore & inutilis eſt, ab eccleſia pellitur. Conculcatur autẽ ab hoĩbus, quia dignus eſt ut ab oĩbus deſpectui habeatur. *Vos eſtis lux mundi.* Quod enim ſol & luna præſtant corpori, hoc Apoſtoli & doctores præſtant animæ. Illi illuminant oculos mentis. Sũt igitur lux mundi, quia maiorẽ & meliorẽ mundi partem illuminant. *Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra mõtem poſita.* Sic enim ſunt apoſtoli & epiſcopi ſupra eccleſiam, ſicuti ciuitas ſupra montem. Nõ poſſunt abſcondi, altius ſedent, oĩm oculi ad eos reſpiciũt. Qui ſi pulchri fuerint, & ſui ordinis decorẽ & honeſtatem tenuerint, uenerantur ab oĩbus, mirantur & laudantur ab oĩbus. *Neq; accẽdunt lucernã, & ponunt eã ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt.* Ad hoc lucerna accenditur ut luceat, ad hoc epiſcopus ordinatur, ut cæteros illuminet. Lucerna enim epiſcopus eſt, lumen gratiæ ſpũs ſancti, ſiue euãgelica prædicatio, candelabrũ eccleſia. Qui ergo ſuper eccleſiæ candelabrũ poſitus eſt, uideat ne gratiã ſpũſſancti, qua illuminatus eſt, ſub modio ponat, uideat ne talentũ ſibi traditum terræ ſuffodiat. Scriptũ eſt enim: *Sapientia occulta, & theſaurus abſcõditus, quæ utilitas in utriſque?* Inde & qui abſcõdit frumẽta, maledicetur in populis. Vnde & Apoſtolus ait: *Si nõ euãgelizauero, uæ mihi erit.* Vnde Ezechieli Dominus dicit: Fili hominis ſpeculatorem poſui te domus Iſrael. Si ergo non annunciaueris iniquo iniquitatẽ ſuã, animam eius de manu tua requiram. Hinc etiã mẽſam propoſitionis & candelabrum aureum, non intra, ſed extra uelum Dominus poni iuſsit, quatenus ab omnibus uiderentur, & nulli abſconderentur, qui uel fidei ſplendore illuminari, uel cibis ſpiritualibus ſatiari deſiderant. Hoc aũt ſignificabãt & tintinabula aurea, quæ inter mala punica poſita erant in ueſte pontificis, ut ſonus audiretur ſemp, & quando ingrediebatur ſanctuarium, & quando egrediebatũ de ſanctuario, & non moreretur. Siue enim ingrediatur ſanctuarium, ſiue egrediatur de ſanctuario, hoc agere debet, quia quandiu in eccleſia eſt, quandiu circa ſe populum cernit, populus ſanctuariũ eſt, ſemper ædificationis uerba eorum auribus ſonare & inſtillare conuenit. Quod quidem ſi epiſcopus fecerit, non morietur. Nõ autem ſermone tantum, ſed & epiſcopus opere lucere debet. Vnde & ſubditur: *Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.* Lux, inquit, eſtis, & ſermone & opere lucere debetis. Magis enim operãdo quam loquendo proficitis, quia maior eſt ſplẽdor operis quam ſermonis. Vnde non ait: ut audientes ueſtrum bonum ſermonem glorificent patrem ueſtrum. Sed quid ait? *Vt uidentes ueſtra bona opera glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Nolite putare quoniam ueni ſoluere legem aut prophetas, non ueni ſoluere, ſed adimplere.* Venerat enim Dominus non tantum ad ſoluendum & exponendum hoc quod lex & prophetæ iubebant, uerum & ad agendum. Venerat præterea Dñs non ad hoc tantum ut legem & prophetas ſolueret & exponeret, ſed ut ea quæ minus habebãt adimpleret. Multis enim modis niſi ipſe ueniſſet, lex & prophetæ adimpleri non poterant. Prædixerant eius natiuitatem, paſsionem, reſurrectionem, aſcenſionem, & uirtutes quas in homine operatus eſt, quæ nequaquam adimpleri poſſent, niſi ipſe ueniſſet. Multum igitur minus habebant lex & prophetæ, ſpiritualem uidelicet intelligentiam, quæ niſi per Chriſtum adimpleri non poterant. Hoc enim Iohannes Apoſtolus & euangeliſta teſtatur: qui cum multum fleret, eo quod nemo inueniri poſſet, qui librum ſeptem ſigillis ſignatum aperiret: dictum eſt ei ne fleret, quia ecce uicit leo de tribu Iuda radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. *Amen dico uobis, donec tranſeat cœlum & terrã, iota unum aut unus apex nõ præteribit a lege, donec oĩa fiant.* Quomodo enim non fiãt, quæ ipſe Dominus uentura eſſe prædixerat? Alioqui mentiretur, qui mentiri non poteſt. Iota autem & apex quæ in literis minima ſunt, quamlibet legis & prophetarum paruiſsimam ſententiam ſignificãt. Sequitur: *Qui ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Qui aũt fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum.* Non ueni, inquit, legẽ ſoluere & exponere, ſed ea quæ lex præcepit agere ueni & adimplere. Quare hoc? Vis audire quare? Quia qui ſcripturas ſolũmodo ſoluit & exponit, & nõ facit quæ ſcripturæ præcipiunt, minimus uocabitur in regno cœlorum. In quo regno cœlorũ? Dicitur enim non ſolum patria cœleſtis, uerum & eccleſia regnũ cœlorum. Sed quomodo ibi minimus uocabitur, qui neque magnus, neq; minimus erit ibi? De eccleſia igitur hoc intelligatur, quæ multis in locis regnũ cœlorum uocatur. In qua ſancti Apoſtoli, martyres, & cõfeſſores, magni ualde uenerãtur & habentur, qui legis mandata & fecerunt & docuerũt. Cæteri uero qui minimi ſunt q̃d attinet dicere, cũ neq; in memoria apud homines habeãtur, neq; in cœlis inter ſanctos connumerẽtur. Et quidẽ multos tales in eccleſia uidemus, pleroſq; fuiſſe non dubitamus, qui bene certe prædicare ſciunt, bene autem facere neſciunt. Iſti igitur non immerito minimi uocãtur & ſunt in regno cœlorum, quoniam & ſi ab aliis magni uideantur, ab illis tamen deſpiciuntur, in quibus cœlorum Dominus regnat & habitat.

Sed

Sed uideamus quid ſignificet: Qui ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis. De quibus iſtis? niſi de his qui in lege continentur, quam ſe non ſoluere, ſed & facere prædixerat. Quomodo autem aliqd mandatum minimum eſſe intelligere poſſumus, quod qui non facit uocatur minimus, & qui facit uocatur magnus? Tale enim mandatum non minimum, ſed maximum eſſe uidetur. Et ego quidem his uerbis ſignificari puto, quod oĩa legis mandata non facientibus minima ſunt, faciẽtibus aũt maxima: quoniam illos minimos, iſtos uero maximos faciunt. Sunt præterea minima in minimis, & magna in magnis, & illi ea habẽt pro minimo, & iſti ea habent pro maximo. Poteſt autẽ & ſic intelligi quod dicitur. Qui ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorũ. Ac ſi diceretur: Qui legis ac Prophetarum mandata etiam quę minima eſſe putantur, ſoluerit, & non cuſtodierit, & uel ſermone, uel paruo exemplo idipſum facere docuerit alios, minimus & uocabitur & habebitur. Vnde non ait minimus erit, ſed minimus uocabitur in regno cœlorum: quia quanuis ibi non ſit, ab his tamen quæ ibi ſunt minimus, & uocari & haberi poteſt. Quæ ſint autẽ legis & prophetarum minima mandata non facile patet, quanuis ea quæ maxima ſunt, Domino reuelante, ſciamus. Sic enim ipſe ait: Diliges Dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua. Hoc eſt maximum & primũ mandatum. Secundũ autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Maxima igitur hæc duo ſunt, & illa decem quæ digito Dei in tabulis lapideis ſcripta ſunt. Ad horum itaq; comparationem, alia omnia uel minora, uel minima intelligi poſſunt. Quæ qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quãto erunt?* Hanc autem ſimilitudinem ad quid attulit Dominus non clare apparet, niſi fortaſſe quia diſcipulis loquebatur, qbus in huius ſermonis exordio dixerat: Vos eſtis ſal terræ, uos eſtis lux mundi. Vt per hoc uidelicet intelligant quales in eccleſiæ corpore epiſcopi & doctores eſſe debeant. Et tale eſt ac ſi diceret: Si oculus eſt lucerna corporis, ita & uos eſtis lucerna eccleſiæ. Qui ſi ſimplex & ſine macula fuerit, totum corpus lucidum erit. Si uero neq̃ & ſine lumine fuerit, totũ corpus tenebroſum erit. Nam neq; manus quo extendãtur, neq; pedes quo ambulent, neq; cætera membra cognoſcent ad quã partem ſe dirigere debeant. Si ergo lumen quod in te eſt tenebræ ſint, & illud in ſe lumine careat, neque ſeipſum illuminare ualeat, ſine quo cætera membra lumen non habent, conſidera modo ipſæ tenebræ quantæ erunt? Tantæ utique quanta & membra. Sicut enim unius lumine omnia illuminãtur, ita unius tenebris omnia excæcantur, neceſſe igitur eſt ut eccleſiæ oculus, neceſſe eſt ut ſacerdos & epiſcopus ſimplex ſit, ſine macula ſit, ſine errore ſit, quatenus de eius uita, de eius doctrina, de eius moribus & ſancta conuerſatione omnia membra illuminentur. Si uero quod abſit, nequam fuerit, ſi hæreticus fuerit, ſi fornicator & adulter fuerit, totum corpus tenebroſum erit Non dixit totum corpus nequam erit, ſed totum corpus tenebroſum erit, quoniam non omnes eius nequitiam imitãtur, quanuis eius tenebris omnes inuoluantur. Omnes enim inuoluuntur tenebris, quando extincta eſt in eis lucerna luminis. Non enim ex tenebris oritur lumen, neque ex mendacio naſcitur ueritas. Si ergo totius corporis lumen uertatur in tenebras, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Hoc autem & de anima intelligi poteſt, cuius oculus eſt intentio & intellectus. Quæ intentio ſi bona fuerit, omnis eius operatio lucida erit. Vnde & quidam ſapiens ait: Non magnopere conſiderandum eſt quid aliquis agat, ſed qua intentione hoc faciat. Vnde & modo ſuperius Dominus dixit: Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas ut appareant hominibus ieiunantes. Iſti autem quia ſtulta & uana intentione hoc faciunt, dicit Dominus, quia receperunt mercedem ſuam. Similiter autem & illi qui omnia opera ſua faciũt, ut uideantur ab hominibus, nullam aliam mercedem habebunt. At uero illis qui bona intentione hoc agunt, præcepit Dominus ut opera ſua coram hominibus faciant. Sic, inquit, luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificẽt patrẽ ueſtrũ q in cœlis eſt. Sola igit̃ intẽtio facit, ut opera noſtra, uel bona, uel mala, Dño appareãt. Homo uidet in faciẽ, Deus autem intuetur corda. Vnde & ipſe ait: Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini Iudicatis quæ neſcitis, cõdemnatis multoties quę ignoratis. Aliter uobis, & aliter mihi uidetur, cognoſcite prius intentionem, & ſic iudicate. Poteſt enim unum fieri & ſimile opus, ut nõ una intentione fiat Palam enim eleemoſynas dare, bona & nõ bona intentione fieri poteſt Si enim ideo das ut ab hominibus uidearis, non eſt bona intẽtio. Si uero ideo das, ut bonum exemplũ aliis tribuas, & Deus inde glorificetur, bona intentio eſt. Sic igitur in omnibus ſola intentio quærenda eſt, quæ ſi bona fuerit, totum corpus uirtutum, totaq; maſſa operationum lucida erit.

DE VIRGINIBVS,

Matth. xiij.

¶ In illo tẽpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, parabolã hanc: Simile eſt regnũ cœlorum theſauro abſcõdito in agro, quẽ qui inuenit homo, abſcõdit, & præ gaudio illius uadit, & uendit uniuerſa quæ habet, & emit agrũ illũ. Et reliqua. Homilia Haymonis.

Virtus & ſapiẽtia dei, dñs Ieſus Chriſtus non ſolũ ad ſuſcipiendã humanã naturã hoĩbus cõpati dignatus eſt, ſed etiã humanę ignorãtię condeſcendens, ſuis ſanctis ſermonibus, rerũ tẽporalium ſimilitudines frequẽter adhibuit, ut ex collatiõe rerũ uiſibiliũ ad inuiſibiliũ amorẽ aĩos audientiũ incitaret. Vnde cũ cœleſtẽ gloriã ſtudioſe amandã doceret, illarũ rerũ ſimilitudinẽ adhibuit, quas homines plurimum diligere ſolent, dicens. ¶ *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcõdito in agro, quem qui inuenit homo abſcondit.* Vbi theſauri nomine ſpiritualiter cœleſtis patriæ amorẽ intelligere debemus, ubi ſunt diuitiæ quæ non deficiunt, theſaurus qui nunquam marceſcit, ubi nos dominus theſaurizare admonet, iuxta quod alibi loqtur, dicens: Theſaurizate uobis theſauros in cœlo, ubi neq; ærugo, neq; tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt. nec furant: & ubi theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuũ. Matt.

Qui

Qui profecto theſaurus tanto magis cumulatur, quanto magis temporalis theſaurus atq; facultas ſtudioſius pro deo expẽditur. Vnde de eo qui theſaurum inuenit, dicit: ¶ *Et præ gaudio illius uadit, & uendit uniuerſa quæ habet, & emit agrũ illum.* Ager in quo theſaurus abſcõditus inuenitur, nos ſumus: ſi tamen in nobis manet cœleſte deſiderium. Quẽ ille uenditis omnibus comparat, qui corpus ſuum per cœleſtis patriæ diſciplinam affligit in ieiunijs, uigilijs & orationibus. Sed & ille agrum cum theſauro inuento datis omnibus emit, qui crucifigens membra ſua cum uitijs & concupiſcentijs, Chriſtũ ſequitur, & quodammodo ſpirituali uenundatione ſeipſum mutat, declinando à malo, & faciendo bonum. Hunc enim theſaurum abſconditũ in agro, cuidam dominus emere perſuadebat, cum dicebat:
Mat. 19. Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & ueni, ſequere me. Illud autem notãdum, quod theſaurus inuentus cuſtoditur ut ſeruetur, quatenus intelligamus quam ſtudioſe in bono opere uanam gloriam cauere debeamus. Sic eſt enim præſens uita, quaſi uia: latrones autem iuxta uiam, immũdi ſunt ſpiritus, qui illis maxime inuident, quos cum ſpirituali theſauro ad cœleſtem patriam tendere cognoſcunt, ſicut per prophetam de eorum
Pſal. 9. capite dicitur: Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Illorum ergo diuitias iſti latrones rapiunt, qui per inanem iactantiam bona ſua opera coram hominibus denudant. Vnde neceſſe eſt, ut cum opus bonum exterius agimus, intentionem Deo placendi ſemper in occulto teneamus, iuxta quod ipſe nos admonet, dicens:
Matt. 6. Cum facis eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et iterum: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum: & clauſo oſtio, ora patrẽ ſuum: & pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi. Ad accendendum autem mentem in amorem cœleſtis deſiderij, alia ſimilitudo datur, cum ſubinfertur: ¶ *Iterum ſimile eſt regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas: inuenta autem una precioſa margarita, abijt & uẽdidit omnia quæ habuit, & emit eam.* Vbi precioſæ margaritæ nomine, dulcedo uel claritas æternæ patriæ intelligitur, quæ precioſior eſt cunctis precioſis rebus, & ſuauior omnibus delectationibus. Negociatores autem ſpiritualiter nos ſumus, qui de terrenis facultatibus cœleſtem gloriam mercari iubemur. Notandum autem quod ait, uendidit omnia quæ habuit, & emit eam: quia ille precioſam margaritam unam, id eſt, cœleſtem patriã datis omnibus emit, qui non ſolum terrenis facultatibus, ſed etiam proprijs renunciat uoluntatibus. Qui uero ſua pauperibus tribuit, ſed adhuc proprijs uoluntatibus ſeruit, precioſam margaritam nondum emit, quia q̃d charius Deo poterat offerre, retinuit. Non enim deus noſtra, ſed nos quærit, qui terrenam ſubſtantiam non niſi propter lucrum animarum dare præ-
*Quia. cepit. * Qui ergo negociatori bonas margaritas quærẽti, boniſq; margaritis ſumus comparati, ſeruare debemus in opere, quod accepimus in nomine. Et ſicut terrenos negociatores non maris perícula ab officio negociandi prohibent, non latronũ inſidiæ terrent, non aſperi caſus itineris uetant, nõ hyemis frigus, non æſtatis calor retinet, tantum ut terrenum lucrum acquirerere poſſint: ita & nos qui ſpirituales ſumus negociatores, ab amore cœleſtis patriæ nulla mundi blandimenta retineant, nulla eius aduerſitas terreat, nec aliqua tribulatio prohibeat, ut precioſam margaritam amantes, cũ Apoſtolo dicere ualeamus, Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an Rom. 8.
perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Certus ſum aũt, q̃a neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; poteſtates, neq; inſtãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum? neq; creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu Dño noſtro. Imitemur & aliud negociatorũ opus. Habent enim hoc proprium hi q negociãdi opibus inſiſtunt, ut ſi in uno negocio dãna incurrerint, ſtudioſius negociãdi operibus inſiſtãt, quouſq; q̃d in una re perdiderunt, in alia acquirant. Ita ergo & nos, ſi in aliquo caſu damnum animæ inciderimus, ſtudioſius incepto bono operi inſiſtamus, ut quod per negligentiam amiſimus, per bonum opus recuperemus: quatenus ad precioſæ margaritæ lucrum peruenire poſsimus, & uocem Domini audire mereamur, dicentis: Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauco
fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in Mat. 25.
gaudium domini tui. Hæc autem margarita tã chara eſt, ut nullis terrenis diuitijs poſsit comparari: tã utilis, ut ſola bona uoluntate poſsit acquiri. Hãc margaritam precioſam multis facultatibus Zachæus comparare ſtuduit, qui cum huius margaritæ largitorem in domo ſuſcepiſſet, præ nimio gau- Luc. 19.
dio dixit: Domine, dimidium bonorum meorũ do pauperibus, & ſi cui aliquid tuli, in quadruplũ reſtituo. Hanc quoq; margaritam uidua illa duobus æris minutis in gazophylacio iactatis comparauit. Cuius precium ipſe teſtis conſcientiæ, dominus ſcilicet, collaudauit, dicens: Amen dico uobis, quia
uidua hæc pauper plus omnibus miſit qui miſe- Ma
runt in gazophilatium. Omnes enim ex eo quod abundauit illis, miſerunt: hæc uero de penuria ſua quod habuit, miſit totum uictum ſuum. Huius margaritæ pulchritudinem, beatiſsima N. cuius hodie feſtiuam celebramus feſtiuitatem, multis diuitijs datis comparauit, quãdo pro eius amore regni poteſtatem derelinquẽs, & thorum regalis matrimonij ſpernens, ad ſpontaneam paupertatem ſe contulit. Vnde ſine dubio quia regis terreni coniugium contempſit, ſponſa effecta eſt regis cœleſtis: & quæ noluit cum terreno rege regnare in mundo, regnat cum Chriſto in cœlo. Et quia ſalutationes & officia refugit regalium miniſtrorum, miniſtrat nunc Chriſto, coniuncta cœtibus angelorum. Et ideo dignum eſt, ut qui temporalem reginam honore debito ueneramur, hanc Deo acceptã reginã deuotis precibus ſupplicemus, ut quia nos ſuo exemplo in nomine Chriſti congregauit, ſuis nos meritis & orationibus in præſenti uita iucundos efficiat, & in futura acceptos reddat. ¶ *Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti.* Pulchre ſagenæ aſsimilatur eccleſia, quia & piſcatori eſt commiſſa, & intra rete fidei quotidie homines capit. Sicut enim piſcatorum eſt, cum ſagena de profundis gurgitibus piſces ad littus trahere, ſic quotidie eccleſia per doctrinam prædicatorum, de turbulentis & amaris gurgitibus mundi, mentes hominum ad ueram lucem retrahere ſtudet. Et quoniam quandiu eſt in præſenti uita, eccleſia cum bonis colligit & malos, recte de eadem ſagena ſubditur. ¶ *Quam, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in uaſa ſua, malos autem foras miſerunt.* Vbi cum

boni

boni & mali nominantur,præſentis temporis ec-
cleſia deſignatur. Boni enim ſoli nuſquam ſunt,ni
ſi in cœlo:mali autem nuſquã ſoli ſunt, niſi in in-
ferno. Hæc autem eccleſia quæ in medio conſiſtit,
utriuſq; patriæ ciues recipit,ſicut per Pſalmiſtam
Pſal. 39. dicitur: Annunciaui & locutus ſum, multiplicati
ſunt ſuper numerum. Vbi conſiderãdum eſt,quia
ſuper numerum electorũ modo in eccleſiam mul-
ti reprobi intrare poſſunt, ſed in regnum cœlorum
non poſſunt. Vnde & bene dicitur: ¶ *Elegerunt bo
nos in uaſa ſua,malos autem foras miſerunt.* In quibus
uerbis manifeſte diſcretio electorum & reprobo
rum in fine ſeculi futura eſſe oſtẽditur. Sicut enim
mare ſeculum, ſic littus maris finẽ ſignificat ſecu-
li. In littore enim ſedentes,elegerunt bonos in ua
ſa ſua,malos autem foras miſerunt:quia in fine ſe-
culi electi aſſumentur ad gloriam, & reprobi ſe-
parabuntur ad pœnam,iuxta quod alibi dominus
Lu. 17. ait in euãgelio: In illa nocte erunt duo in lecto
uno,unus aſſumetur,& unus relinquetur. Vnde &
exponens dominus ſimilitudinem adiunxit: ¶ *Sic
erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli,& ſepara
bunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in camis
num ignis:ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Hoc eſt
Mat. 13. quod dominus alibi in euangelio dicit: Mittet fi-
lius hominis angelos ſuos,& colligent de regno
eius omnia ſcandala. Et item de zizanijs quæ ini
micushomo ſuperſeminauit tritico,interrogatus
ait:Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem,& in tẽ
pore meſſis dicam meſſoribus:Colligite primum
zizania,& alligate ea in faſciculos ad comburen-
dum,triticum autem congregate in horreum me-
Mat. 25. um. Idipſum eſt quod alibi dicitur à domino:Cum
ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,con-
gregabuntur ante eum omnes gentes, & ſepara-
bit eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab
hœdis,&c. In eo autem quod ſubiungitur:Ibi erit
fletus,& ſtridor dentium,manifeſte qualitas pœ-
narũ deſcribitur. Oculi enim præ nimio fumo flu-
ere lachrymas ſolent, dentes uehementi frigore
ſtrideſcere. Cũ uero ait, Ibi erit fletus & ſtridor
dentium,oſtendit quia reprobi in gehenna & fri-
gus intolerabile, & calorem inæſtimabilem ſuſti-
nebunt,iuxta illud quod per beatum Iob dicitur:
Iob. 24. Ad calorem nimium tranſibunt ab aquis niuium,
& uſq; ad inferos peccatũ illius,obliuiſcatur eius
miſericordia,dulcedo illius uermes. Finita autem
ſimilitudine,de eius intellectu ſaluator diſcipulos
requirit,oſtendens pijs magiſtris ut alios poſſint
erudire, aliquãdo interrogare debere. Ait enim:
Intellexiſtis hæc omnia? Illiſq; dicentibus,etiam,
de profectu illorum gloriabatur, dicens: Ideo o-
mnis ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt
homini patrifamilias,qui profert de theſauro ſuo
noua & uetera. Quod ſpecialiter ad apoſtolos p-
tinere,ex eo manifeſtum eſt, quod homini patris
familias comparantur, proferẽti de theſauro ſuo
noua & uetera. Si enim per noua & uetera,uetus
& nouum teſtamentum accipimus, Abraham &
Moyſen,cæteroſq; patres,qui ante domini aduen
tum fuerunt, noua cum ueteribus non protuliſſe
cognoſcimus:quia etſi noua narrauerunt,domini
tamen incarnationem nouam corporalibus ocu-
Lu. 10. lis non uiderunt,ſicut ipſe diſcipulis ſuis ait: Mul
ti reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos
uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis,
& non audierunt. Apoſtoli autem noua & uetera
ſpiritualiter intellexerunt, & noua corporalibus
oculis uiderunt. Quibus ipſe ait: Mandatum no- Ioh 13.
uum do uobis, ut diligatis inuicem. Siue aliter t
Vetera ad pœnam,noua pertinent ad gloriã. Ve-
tuſtum enim erat homini poſt peccatũ ire ad pœ-
nam, cui aliquid nouum per redemptoris aduen-
tum contigit, quando bene operãtibus gloria eſt
repromiſſa. Cum ergo Dominus diſcipulos col-
laudat,dicens: ¶ *Omnis ſcriba doctus in regno cœlo-
rum,ſimilis eſt homini patrifamilias,qui profert de the
ſauro ſuo noua & uetera:* oſtẽdit hunc ordinem do-
ctoribus in prædicatione ſeruandum, ut uetera
proferant de terrore ſupplici,& noua de promiſ-
ſione præmij. Quod & in huius lectionis ſerie ſuo
exemplo Dominus oſtendit, cum in prioribus ſi-
militudinibus incitauit ad præmium,& in ſequẽ-
tibus comminatur ſupplicium, oſtendens, ut di-
ctum eſt, doctoribus, quia ſic bene operantibus
debent promittere gloriam, ut non ceſſent pec-
cantibus comminari pœnam. Quod etiam in lege
figurate oſtendit, quando per Moyſen tale præ-
ceptum dedit,dicens:Non accipies loco pignoris Deu. 24.
ſuperiorem & inferiorem molam, quia appoſuit
tibi animam ſuam. Superior enim & inferior mo-
la,ſpes & timor accipitur. Quaſi enim à debitori-
bus pignus accipimus, cum confeſſionem pecca-
toris accipimus. Cui ſi pœnitenti ſpem non repro
mittimus, ueniam negamus,ſuperiorem molam
tollimus. Si autem peccatori ſecuritatem damus,
inferiorem abſtrahimus. Sed utrunque obſeruan-
dum eſt, ut ſic pœnitentibus promittamus ueni-
am,quatenus in peccato perſeuerantibus commi-
nemur pœnam:ut quos non prouocãt ad bene agẽ
dum præmia promiſſa, ſaltem denunciata terre-
ant ſupplicia. Tu autem.

DE VIRGINIBVS,
Matth. xxv.

¶ In illo tẽpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſu-
is parabolã hanc: Simile eſt regnũ cœlo-
rum decem uirginibus, quæ accipientes
lampades ſuas, exierũt obuiam ſponſo &
ſpõſæ. Et reliqua. Homilia B. Auguſtini
epiſcopi.

QVæ ſint decem uirgines dictæ, quarũ
ſunt quinque prudentes, quinq; ſtul-
tæ,non facile indagari poteſt. Verun-
tamen ſecundum ea quæ continet ip-
ſa lectio,quæ charitati ueſtræ de euã-
gelio,hodie eſt recitata, quantum mihi Dominus
intellectum donare dignatur, non mihi uidetur
iſta parabola uel ſimilitudo ad eas ſolas pertine-
re,quæ propriæ excellentiori ſanctitate uirgines
in eccleſia nominantur, quas etiam uſitatiori uo-
cabulo ſanctimoniales appellare conſueuimus s
ſed (niſi fallor) hæc ſimilitudo ad uniuerſam ec-
cleſiam pertinet, quamuis & ſi illas ſolas intellige-
remus,quæ ſanctimoniales uocãtur, nunquid de-
cem ſunt? Abſit ut tanta uirginum multitudo, ad
tam exiguum numerum reuocetur. Forte autem
dicat aliquis: Quid ſi multæ ſunt nomine, & tam
paucæ ſunt in ueritate,ut uix decem inueniãtur?
Non eſt ita:nã ſi ſolas decẽ uellet intelligi bonas,
non ibi oſtenderet eſſe quinque fatuas. Si enim

multæ ſunt uirgines quę uocantur, & uere decem
uirgines inueniuntur, quare contra quinq; oſtia
domus magnę clauduntur? Intelligamus ergo chas
riſſimi ad omnes nos, id eſt, ad uniuerſam eccleſi-
am iſtam pertinere parabolam, non ſolum ad præ
poſitos, nec ad ſolas plebes, ſed prorſus ad omnes.
Quare ergo quinq;, & quinq; uirgines iſtę? Quinq;
& quinq; uirgines, oēs omnino ſunt animæ Chri
ſtianorum. Sed ut dicamus uobis quod deo inſpi-
rante ſentimus, non qualeſcunq; animæ, ſed tales
animæ quæ habēt catholicam fidem, & habere ui-
dentur opera bona in eccleſia dei, & tamē ex ipſis
quinq; ſunt prudentes, & quinq; fatuæ. Quare er
go appellatæ ſunt quinq;, & quare uirgines, prius
uideamus, ac deinde cætera conſideremus. Omnis
anima in corpore ideo quinario numero cēſetur,
quia quinq; ſenſibus utitur. Nihil eſt enim quod
ſentimus in corpore, niſi ianua quinq; partita, aut
uidendo, aut audiēdo, aut odorādo, aut guſtando,
aut tangēdo. Qui ergo ſe abſtinet ab illicito uiſu,
abſtinet ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab
illicito guſtu, ab illicito tactu, propter ipſam inte
gritatem, uirginis nomen accepit. Sed ſi bonum
eſt abſtinere ab illicitis ſentiēdi motibus, & ideo
unaquæq; anima Chriſtiana nomen uirginis ha-
bet, quare quinq; admittuntur, & quinq; repellun
tur? & uirgines ſunt, & repelluntur? Parum eſt
quia uirgines ſunt, & lampades habent. Virgines
propter abſtinentiam ab illicitis ſenſibus, lampa-
des habentes propter opera bona. De quibus ope
Matt. 5. ribus dominus dicit: Luceant opera ueſtra bona
coram hominibus, ut uideant bona facta ueſtra,
& glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.
Lu. 12. Item diſcipulis dicit: Sint lumbi ueſtri præcincti,
& lucernæ ardentes in manibus ueſtris. In lum bis
accinctis uirginitas, in lucernis ardentibus opera
bona. Non ſolet utique dici uirginitas in coniuga
tis, & tamen ibi etiam eſt fidei uirginitas, quę ex-
hibet pudicitiam cōiugalem. Nam ut nouerit ſan
ctitas ueſtra non importune ſecundum animam,
& ſecundum integritatem fidei, qua etiam fide ab
illicitis abſtinetur, & bona opera fiūt, unamquan
que animam uirginem dici: hoc eſt, tota eccleſia
quæ conſtat ex uirginibus & pueris, & maritatis
fœminis, & uxoratis uiris, uno nomine uirgo eſt
appellata. Vnde hoc probamus? Apoſtolum audi
dicentem, non ſolum ſanctimonialibus, ſed uniuer
2. Co. 11. ſæ prorſus eccleſiæ: Deſpondi uos uni uiro uirgi-
nem caſtam exhibere Chriſto. Et quia huius uir-
ginitatis corruptor diabolus cauendus eſt, conti-
nuo ipſe Apoſtolus cum dixiſſet: Deſpondi uos
uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto, ad-
iunxit & ait: Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam
ſeduxit uerſutia ſua, ſic & ſenſus ueſtri corrum-
pantur a caſtitate quæ eſt in CHRISTO. In cor
pore pauci uirginitatem habent, in corde omnes
habere debent. Si ergo ab illicitis abſtinentia bo
na eſt, unde uirginitas nomen accepit: & ſi opera
bona laudabilia ſunt, quæ ſignificantur lampadi-
bus, quare quinque admittuntur, & quinque ex-
cluduntur? Si & uirgo eſt, & lampadem fert, & ta
men non admittitur, ubi ſe uidet qui nec uirgini-
tatem ab illicitis ſeruat, nec opera bona uolens
habere, in tenebris ambulat? De iſtis ergo fratres
mei, de iſtis potius diſputemus. Qui nō uult uide-
re quod malum eſt, q nō uult audire quod malum
eſt, ab illicitis ſacrificiorū odoribus auertit odora
tum, ab illicitis ſacrificiorum cibis auertit guſtū,
fugit complexum alienæ, frangit panem eſurien-
ti, hoſpitem inducit in domum, ueſtit nudum, cō-
cordat litigioſum, uiſitat ægrotum, ſepelit mor-
tuum: ecce uirgo, ecce habet lampadem. Quid
quærimus amplius? Adhuc quæro. Intentum me fe-
cit euangelium ſanctum. Etiam ipſas uirgines, &
ferentes lāpades, alias dixit prudentes, alias ſtul-
tas. Vnde intuemur, unde diſcernimus? De oleo.
Aliquid magnum ſignificat oleum? Valde ma-
gnum. Putas non charitas eſt? Quærendo dici-
mus, non ſententiam præcipitamus. Vnde mihi
uideatur per oleum charitas ſignificari, dicam uo- 1. Cor. 12
bis. Apoſtolus dicit: Adhuc ſupereminentiorem ui- 1. Cor. 13
am uobis demonſtro. Supereminētiorem uiā quā
demonſtrat? Si linguis hominum loquar & ange
lorum, charitatem autem non habeam, factus
ſum uelut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Ipſa
eſt ſupereminens uia, id eſt, charitas quæ merito
oleum ſignificat. Omnibus enim humoribus ole-
um, ſupereminet. Mitte aquam, & ſuperinfunde
oleum, oleū ſupereminet. Mitte oleum, & ſuperin
funde aquam, oleum ſupereminet. Si ordinem ſer
uaueris, uincit. ſi ordinem mutaueris, uincit. Cha-
ritas nunquam cadit. Quid ergo fratres? Iam di-
ſceptemus de quinq; uirginibus prudentibus, &
quinque fatuis, quæ uoluerunt ire obuiam ſpon- Mat. 25.
ſo. Quid eſt ire obuiam ſponſo? Corde ire, expe-
ctare eius aduentum. Sed ille tardabat. Dum tar-
dat ille, dormierunt omnes. Quid eſt omnes? Et
ſapientes & fatuæ obdormiauerunt & dormie-
runt. Putamus bonus eſt iſte ſomnus? Quid eſt
ſomnus iſte? Ne forte tardante ſponſo, quoniam
abūdat iniquitas, refrigeſcet charitas multorum?
Siccine intellecturi ſumus iſtum ſomnum? Nō mi-
hi placet, dico quare. Quia ſunt ibi prudentes. Et
utique quando dixit Dominus: Quoniam abun-
dabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum,
ſubiecit & ait: Qui autem perſeuerauerit uſque
in finem, hic ſaluus erit. Vbi uultis eſſe iſtas pru-
dentes? Nonne in his quæ perſeuerauerunt uſq;
in finem. Non ob aliud fratres, non ob aliud pror-
ſus admitterentur intro, niſi quia perſeuraue-
runt uſque in finem. Non ergo eis obrepſit frigus
charitatis, non in eis refriguit charitas, ſed fer-
buit uſq; in finem. Quia feruet uſq; in finem, ideo
ſponſi ianuæ patuerunt, ideo dictum eſt eis ut in- Mat. 25.
trarent, ſicut illi optimo ſeruo: Intra in gaudiū do
mini tui. Quid ergo eſt, dormitauerunt oēs? Eſt 1. The. 4
alius ſomnus, quem nemo euadit. Non recordami
ni Apoſtolum dicentē: De dormientibus nolo uos
ignorare fratres, i. de his qui mortui ſunt. Qua-
re enim dormientes uocantur niſi quia ſuo die re-
ſuſcitantur? Ergo dormiunt omnes. Putas quia
prudens eſt, ideo non habet mori? Fatua ſit uir-
go, prudens ſit uirgo, ſomnum mortis omnes pa-
tiuntur. Aliquando autem dicunt ſibi homines:
Ecce iam dies iudicij uenit: tanta mala fiunt, tan-
tæ tribulationes crebreſcunt, ecce omnia quæ
prophetæ dixerunt, pene completa ſunt, iam dies
iudicij inſtat. Qui hoc dicunt, & fideliter dicunt,
tanquam obuiam eunt ſponſo cogitationibus ta-
libus. Sed ecce bellum ſuper bellum, tribulatio ſu-
per tribulationem, terra motus ſuper terra mo-
tum, fames ſuper famem, gens ſuper gentem, &
nondum ſponſus uenit. Cum ergo expectatur ut
ueniat,

ueniat, dormiunt omnes illi qui dicunt, ecce uenit,
& dies iudicij nos inuenit. Cum dicit, dormit: Er
go obſeruet ad ſomnū ſuum, & perſeueret in cha
ritate uſq; ad ſomnū ſuum: expectantē illum inue
niat ſomnus. Putas enim quia dormiūt: Nunquid
Pſal. 40. qui dormit, non adijciet ut reſurgat? Dormierūt
ergo omnes, & de illis prudentibus, & de illis fa-
tuis dictum eſt, dormierunt. ¶ *Ecce media nocte cla
mor factus eſt.* Quid eſt media nocte? Quando non
ſperatur, quando non creditur. Noctem poſuit ꝑ
ignorantia, ne aliquis quaſi computet ſibi & di-
cat, ecce ab Adam tot anni tranſierūt, & compien
tur ſex millia annorum, & continuo, quomodo
quidam tractatores computauerunt, continuo ue
niet dies iudicij. Et ueniunt & tranſeunt compu-
tationes, & adhuc remoratur ſponſi aduentus, &
dormiunt uirgines quæ obuiam ierant. Ecce non
ſperatur, dū dicitur, ſex millia annorū expectaban
tur, & tranſierūt, unde ſcimus iam quādo ueniet?
Media nocte ueniet, quid eſt, media nocte ueniet?
Dū neſcitur, ueniet. Quare dū neſcitur ueniet? Ip-
Act. 1. ſum dñm audi: Non eſt ueſtrum noſſe tēpora, quę
1. Theſ. 5 pater poſuit in ſua poteſtate. Dies dñi, Apoſtolus
ait, tanq̃ fur in nocte ita ueniet. Ergo uigila in no
cte, ne furē patiaris. Nā ſomnus mortis, uelis no-
lis, ueniet, ſed cum factus fuerit clamor media no
1. Co. 15. cte. Quis iſte clamor, niſi de quo Apoſtolus dicit:
In ictu oculi, in nouiſſima tuba? Canet enim tuba,
& mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabi
mur. Denique clamore facto, media nocte q̃ clama
bitur: Ecce ſponſus uenit, quid ſequitur? Surrexe-
Iohan. 5 runt oēs. Quid eſt, ſurrexerunt omnes? Veniet ho
ra (dixit ipſe dñs) quando omnes qui ſunt in mo-
numentis, audiēt, uocem eius, & procedent. Ergo
ad tubam nouiſſimā ſurrexerunt omnes. *Prudētes
autem illæ tulerunt oleum ſecum in uaſis ſuis: ſtultæ ue-
ro illæ non tulerunt oleū ſecum.* Quid eſt, nō tulerunt
2. Cor. 1. oleum ſecum in uaſis ſuis? quid eſt in uaſis ſuis? id
eſt, in cordibus ſuis, unde dicit Apoſtolus: Gloria
noſtra hæc eſt, teſtimoniū conſcientiæ noſtrę. Ibi
oleum, magnum oleū, de dono dei hoc oleum eſt.
Denique homines oleū mittere intro poſſunt, oleū
creare nō poſſunt. Ecce habeo oleum, de dei dono
eſt. Habes oleum, porta tecum. Quid eſt, porta te-
cū? Intus habe, ibi deo place. Etenim ecce iſtę uir
gines ſtultæ quæ non portauerunt oleum ſecum,
abſtinentia ſua qua uirgines appellātur, & bonis
operibus ſuis quando lampades ferre uidētur, ho-
minibus uolunt placere: & ſi hominibus uolūt pla
cere, & ideo omnia iſta laudabilia faciunt oleū ſe-
cum non portant. Tu ergo tecū porta, intus por-
ta, ubi deus uidet: ibi porta teſtimonium conſcien
tiæ tuæ. Qui ambulat ad teſtimonium alienum, o-
leum non portat ſecū. Si ideo abſtines ab illicitis,
& facis opera bona, ut ab hominibus lauderis, nō
eſt intus oleū. Denique cum cœperint homines lau
dare, non deficient lampades. Intēdat itaq; chari-
tas ueſtra. Anteq̃ dormirent illę uirgines, non eſt
dictum, q̄ extinguebantur lampades illarum. Sa
pientium lampades ardebāt de oleo ęterno, de cō
ſcientię ſecuritate, de interiori gloria, de intima
charitate. Ardebant tñ & illarū fatuarum. Quare
tunc ardebant? Quia non deerant laudes hominū.
Poſtea uero q̃ ſurrexerunt, id eſt, in reſurrectione
à mortuis cœperunt aptare lampades ſuas, id eſt,
præparare deo operum ſuorū reddere rationē. Et
quia tunc nemo eſt qui laudet, omnis homo cauſę

ſuę uacat, nemo eſt tunc qui nō de ſe cogitet. Non
ergo erant q oleū uenderent. Cœperunt deficere
lampades, & cōuerterunt ſe fatuæ ad quinq; pru-
dentes: ¶ *Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades
noſtræ extinguuntur. At illæ: Ne forte* (inquiunt) *non
ſufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emi-
te uobis.* Non cōſulentium, ſed irridentium iſta eſt
reſponſio. Quare irridentium? Quia ſapientes e-
rant, quia ſapientia erat in illis. Non enim ſapien-
tes de ſuo erant, ſed illa in illis erat ſapientia, de
qua ſcriptum eſt in quodam libro, quæ dicit con-
temptoribus ſuis, cum uenerint ad mala quæ illis
minata ſunt: Et ego ueſtræ perditioni ſuperride Prou. 1.
bo. Quid mirum eſt, quia ſapientes, irrident fatu-
as? Quid eſt irridere? Ite ad uendentes, & emite
uobis, quę non ſolebatis bene uiuere, niſi quia uos
homines laudabant, quia uobis oleum uendebant.
Quid eſt, uobis oleum uendebant? Laudes uen-
debant. Qui uendunt laudes, niſi adulatores? Quā
to magis non acquieſceretis adulatoribus, & in-
tus oleum portaretis, & propter bonam conſciē-
tiam omnia opera bona faceretis, tunc diceretis:
Emendabit me iuſtus in miſericordia, & arguet Pſal. 40
me: oleum autem peccatoris nō impinguet caput
meum. Melius, inquit, emendet me iuſtus, arguet
me iuſtus, corrigat me iuſtus, colaphizet me iu-
ſtus, quam impinguet caput meum oleum pecca-
toris. Quid eſt oleum peccatoris niſi blandimen-
ta adulatoris? Ite ergo ad uendētes, & emite uo-
bis, hoc enim facere conſueuiſtis, nos autem non
uobis damus. Quare? Ne forte non ſufficiat nobis
& uobis. Quid eſt non ſufficiat? Non deſperatio-
ne dictum eſt, ſed ſobria & pia humanitate. Quā-
uis enim bonus habeat bonam conſcientiam, un-
de ſcit quemadmodum iudicet ille, qui neminem
fallit? Habet bonam conſcientiam, non illum titil-
lant crimina in corde concepta, ſed propter quo-
tidiana quędam uitæ humanæ peccata, licet con- Matt. 6
ſcientia bona ſit, tamen dicit Deo: Dimitte nobis
debita noſtra, quia fecit quod ſequitur, ſicut &
nos dimittimus debitoribus noſtris. Fregit panē
eſurienti ex corde, ueſtiuit nudum ex corde, de
oleo interiori fecit opera bona, & tamen in illo
iudicio trepidat ipſa bona conſcientia. Vide quid
eſt, date nobis de oleo. Audierunt, Ite potius ad
uendentes, quia laudibus humanis bene uiuere cō
ſueuiſtis, uobiſcum oleum non portatis: non autē
damus, ne forte non ſufficiat nobis & uobis. Vix
enim de nobis iudicamus, quāto minus poſſumus
iudicare de uobis? Quid eſt, uix de nobis iudica-
mus? Quia cum rex iuſtus ſederit in throno, quis
gloriabitur caſtum ſe habere cor? Forte tu non in
uenies aliquid in conſcientia tua, & inueniet ille
qui melius uidet, cuius acies diuina penetrat altio
ra. Vidit forte aliquid, inuenit forte aliquid. Quā- Pſal. 142
to melius illi dicis, Ne intres in iudicium cum ſer Matt. 6.
uo tuo? Etiam quanto melius dicis: Dimitte no-
bis debita noſtra, quia & dicitur tibi propter illas
faces, propter illas lampades, eſuriui, & dediſtis Mat. 25.
mihi manducare. Quid ergo? Et illæ non illud
fecerunt. Non fecerunt ante illum. Sed quomodo
fecerunt? Quomodo prohibet Deus qui dixit, Matt. 6.
Cauete facere iuſtitiam ueſtram coram homini-
bus, ut uideamini ab eis, alioquin non habebitis
mercedem apud patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.
Et nolite ſimiles eſſe hypocritis quando oratis.
amant enim ſtare in plateis & orare, ut uideātur

ab hominibus. Amē dico uobis, quod perceperunt
mercedem ſuam. Emerunt oleum, precium dede-
runt, emerūt, nō ſunt fraudati laudibus humanis,
quę quęſierunt laudes hoīm, habuerūt. Iſtæ laudes hu
manæ, in die iudicij non eos adiuuant. Illæ autem
Matt. 5. quomodo fecerunt? Luceant opera ueſtra coram
hominibus, ut uideant bona facta ueſtra, & glori-
ficent patrē ueſtrum qui in cœlis eſt. Non ait uos,
nō enim de tuo habes oleū. Iacta te, & dic: Habeo.
Sed non habes. Quid enim habes quod nō accepi-
ſti? Ergo illæ ſic fecerunt, illæ ſic. Non eſt aūt mi-
1. Cor. 4 randum, cū eunt emere, cū quęrūt à quibus lauden
tur, & non inueniunt: cū quærūt à quibus adiuuen
tur, & non erunt, cum quærunt a quibus conſolen
tur, & non inueniunt, aperta eſt ianua, uenit ſpon
ſus & ſpōſa. Tunc glorificata eſt cum Chriſto ec-
cleſia, ut ſingula membra ad totum ſe colligāt: &
intrauerunt cū eo ad nuptias, & clauſum eſt oſtiū,
& illæ fatuæ poſtea uenerūt. Sed nunquid oleum
emerunt, aut a quibus emerent, inuenerunt? Ideo
clauſas ianuas inuenerunt, pulſare cœperūt, ſed ſe
ro. Dictum eſt, uerum eſt, non fallaciter dictū eſt,
Pulſate, & aperietur uobis. Sed quomodo? Quādo
Matt. 7. tempus eſt miſericordiæ, non qn̄ tempus eſt iudi
cij. Non enim poſſunt confundi iſta tēpora, cū mi-
ſericordiam & iudicium cantet dño ſua eccleſia.
Pſal. 100 Tempus eſt miſericordię, age pœnitentiam. Tem
pore iudicij illam habes agere? erit in uirginibus
illis, contra quas clauſum eſt oſtiū. *Domine domine,*
aperi nobis. Nunquid non pœnitentiā egerūt, quæ
ſecum oleū non portauerunt? Et quid illis ꝓfuit
ſera pœnitentia, qn̄ illas irridebat uera ſapientia?
Clauſum eſt ergo oſtium. Et qd illis dictum eſt?
Non noui uos, ait. Non illas nouit, qui omnia no-
uit? Quid ergo eſt, non noui uos? Improbo uos, re
probo uos, in arte mea non uos agnoſco, ars mea
uitia neſcit. Hoc eſt autē magnum, & neſcit uitia,
& iudicat uitia. Neſcit faciendo, iudicat arguēdo.
Sic ergo nō noui uos. Ierunt ergo, & intrauerunt
quinq; prudentes. Quā multi eſtis fratres mei in
nomine Chriſti, ſint in uobis quinq; prudētes, ſed
nolite quinq; hoīes. Sint in uobis quinq; prudētes,
ad iſtam prudentiā quinarij numeri ptinentes. Ve
niet enim hora: & qn̄ neſcimus ueniet. Media no-
cte ueniet, uigilate. Sic clauſit euangeliū: *Vigilate,*
quia neſcitis diem, neq; horam. Si ergo dormituri ſu
mus, quomodo uigilabimus? Corde uigila, fide ui-
gila, ſpe uigila, charitate uigila, opibus uigila. Et
qn̄ corpore dormieris, ueniet tēpus ut ſurgas. Cū
autē ſurrexeris, prępara lampades, tunc nō extin-
guātur, tūc interiori conſciētiæ oleo uegetentur.
Tūc te ſpōſus ille in corporeis nexibus amplecta-
tur, tūc te introducet in domū ubi nunq̄ dormias,
ubi nunq̄ tua lampas poſſit extingui. Hodie uero
laboramus, & lampades noſtrę inter uētos huius
ſeculi tentationesq; fluctuāt, ſed ardeat in robore
flamma noſtra, ut uentus tentationis augeat ignē
potius quam extinguat. Tu autem Domine.

DE VIRGINIBVS

Matth. xiij.

¶In illo tēpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis
parabolam hanc: Simile eſt regnum cœlo
rum decem uirginibus, quæ accipientes lā
pades ſuas, exierunt obuiā ſpōſo & ſpōſæ.
Et reliqua. Homilia beati Gregorij papæ.

SAEPE uos fratres chariſſimi admoneo,
praua opera fugere, mundi huius inquina-
menta deuitare, ſed hodierna ſancti euan-
gelij lectione compellor dicere, ut & bo-
na quæ agitis, cū magna cautela timeatis,
ne per hoc quod a uobis rectum geritur, fauor &
gratia humana requiratur: ne appetitus laudis ſub-
repat, & quod foris oſtenditur, intus a mercede
uacuetur. Ecce enim redemptoris uoce decē uir
gines, & omnes dicuntur uirgines, & tamen intra
beatitudinis ianuam nō omnes ſunt receptæ, quia
earum quædam dum de uirginitate ſua gloriam
foris expetunt, in uaſis ſuis oleum habere nolue-
runt. Sed prius quærendum nobis eſt, quid ſit re-
gnum cœlorum, aut cur decem uirginibus compa
retur, quæ etiam uirgines prudentes & fatuæ di-
cantur. Dum enim cœlorum regnum conſtet quia
reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis uirgi
nibus cur ſimile eſſe perhibetur? Sed ſciendum uo
bis eſt, quod ſępe in ſacro eloquio regnū cœlorum
pręſentis temporis eccleſia dicitur: de quo alio in
loco dn̄s dicit: Mittet filius hominis angelos ſuos Mat. 13.
& colligent de regno eius omnia ſcandala. Neq;
enim in illo regno beatitudinis, in quo pax ſum-
ma eſt, inueniri ſcandala poterūt quę colligantur.
Et unde rurſum dicitur: Qui ergo ſoluerit unum Matt. 5.
de mādatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines,
minimus uocabitur in regno cœlorum. Qui autem
fecerit & docuerit, hic magnus uocabit in regno
cœlorum. Mandatū quippe ſoluit & docet, quādo
hoc quiſq; uoce prædicat, quod uiuendo non im-
plet. Sed ad regnum ęternæ beatitudinis puenire
non ualet, qui nō uult opere implere quod docet.
Quomodo ergo in eo minimus uocabitur, qui ad
hoc nullo modo intrare permittitur? Quid itaq;
per hanc ſententiam, niſi pręſens eccleſia regnum
cœlorum dicitur? In qua doctor qui mandatū ſol
uerit, minimus uocatur: qa cuius uita deſpicitur,
reſtat ut eius prędicatio contēnatur. In quinq; au
tem ſenſibus corporis unuſquiſq; ſubſiſtit. Gemi-
natus autem quinarius, denarium perficit. Et quia
ex utroq; ſexu, fidelium multitudo colligitur, ſan
cta eccleſia decem uirginibus ſimilis eſſe denuncia
tur. In qua quia mali cum bonis, & reꝓbi cum ele-
ctis cōmixti ſunt, recte ſimilis uirginibus pruden
tibus & fatuis eſſe perhibetur. Sunt nanq; pleriq;
continentes, qui ab exteriori ſe appetitu cuſtodi-
unt, & ſpe ad interiora rapiūtur, carnē macerant,
& toto deſiderio ad ſupernam patriam anhelant,
æterna præmia expetunt, ꝓ laboribus ſuis recipe
re laudes humanas nolunt. Hi nimirum gloriam
ſuam non in ore hominū ponunt, ſed intra conſci-
entiam contegunt. Et ſunt pleriq;, q corpus p ab-
ſtinentiā affligūt, ſed de ipſa ſua abſtinētia huma
nos fauores expetūt: doctrinæ inſeruiūt, indigen
bus multa largiuntur. Sed fatuę profecto ſunt uir
gines, qa ſolam laudis tranſitoriæ retributionem
quærunt. Vnde & aperte dicitur: *Quinque fatuæ ac-*
ceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum, pru-
dentes autem acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lampa-
dibus. Per oleum quippe nitor gloriæ deſignatur.
Vaſcula autē noſtra ſunt corda, in quibus ferimus
cuncta quæ cogitamus. Prudentes ergo oleū in ua
ſis habent, quia nitorē gloriæ intra conſcientiā re
tinēt, Paulo atteſtāte, q ait: Gloria noſtra hęc eſt, 2. Cor. 1.
teſtimoniū conſcientiæ noſtræ. Fatuæ autem uir-
gines oleum ſecum non ſumunt, quia gloriā intra

con-

conſcientiæ non habent, dum hanc ab ore ꝓximorum quærunt. Notandũ uero quod omnes lampades habent, ſed oleum omnes non habẽt, quia plerunq; bona in ſe opera cũ electis & reprobi oſtendunt. Sed ſoli ad ſponſum cum oleo ueniunt, q de his quæ foris egerint, intus gloriã requirunt. Vnde per Pſalmiſtam quoque de ſancta electorũ eccleſia dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus [Pſal 44] *Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt oẽs & dormierunt.* Quia dum uenire iudex ad extremũ iudiciũ differt, electi & reprobi in mortis ſomno ſopiũtur. Dormire etenim mori eſt: ante ſomnum uero dormitare, eſt ante mortem à ſalute langueſcere, quia per pondus ægritudinis, peruenitur ad ſomnum mortis. *Media autẽ nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei.* De aduentu ſponſi clamor in media nocte fit, quia ſic dies iudicij ſurrepit, ut præuideri non ualeat quando uenit. Vnde ſcriptum eſt, Dies domini ſicut fur in nocte [1. Theſ. 5] ita ueniet. Tunc omnes uirgines ſurgũt, qa electi & reprobi a ſomno ſuę mortis excitant. Lãpadea ornant, quia ſua ſecum opera numerant, pro qbus æternam recipere beatitudinẽ expectant. Sed iam padet fatuarum uirginum extinguuntur, quia earũ opera quę clara hominibus foris apparuerant, in aduentu iudicis intus obſcurãtur, & a deo retributionem non inueniunt, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amauerunt. Quid eſt autẽ quod tunc a prudentibus oleũ petunt, niſi quod in aduẽtu iudicis, cum ſe intus uacuas inuenerint, teſtimonium foris quęrunt? Ac ſi a ſua fiducia deceptæ, proximis dicant, quia nos quaſi ſine opere repelli cõſpicitis, dicite de noſtris operibus quod uidiſtis. Sed prudentes uirgines reſpondent, dicentes: *Ne forte non ſufficiat nobis & uobis.* In illo enim die (quod tamen de quibuſdã in pace eccleſiæ quieſcentibus loquor) ſibimetipſi teſtimoniũ uniuſcuiuſque uix ſufficit, quanto minus & ſibi & ꝓximo? Vnde & protinus p increpationem ſubdunt: ¶ *Ite potius ad uendentes, & emite uobis.* Venditores quippe olei, adulatores ſunt. Qui enim accepta qualibet gratia, uanis ſuis laudibus uitorẽ glorię offerunt, quaſi oleum uendunt. De quo profecto oleo pſalmiſta dicit: [Pſa. 140] Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Principale etenim noſtrũ, caput eſt. Appellatione etenim capitis, ea quę principatur corpori mens uocatur. Impinguat ergo caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem ſauor adulantis. ¶ *Sed dum irent emere, uenit ſponſus:* quia cum uitæ ſuæ teſtimonium a proximis quærunt, iudex uenit, q non ſolum operum, ſed & cordium teſtis eſt. ¶ *Quæ autem paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua.* O ſi ſapere in cordis palato poſſit, quid admirationis habeat quod dicitur, uenit ſpõſus: quid dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nuptias: quid amaritudinis, & clauſa eſt ianua? Venit quippe ille, qui in aduentu ſuo elementa concutit, in cuius conſpectu cœlũ & terra contremiſcit. Vnde etiam per prophetã di- [Aggei 2] citur: Adhuc ſemel & ego mouebo non ſolum terram, ſed etiam cœlum. Ad cuius examen omne humanum genus deducitur, coi ad uindictam malorum, remunerationem'q; bonorum, angeli, archangeli, throni, principatus & dominationes obſequũtur. Penſate fratres chariſſimi, ante conſpectũ tanti iudicis qui in illo die terro rerit, quãdo iam in pœna remedium non erit: quæ illa confuſio, cui reatu ſuo exigente, continget in conuentu omniũ angelorum hominum'q; erubeſcere: qui pauor, cũ quem & tranquillum mens humana capere nõ ualet, etiam iratũ uidere. Quem diẽ bene propheta [Soph. 1] intuens, ait: Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtię, dies calamitatis & miſerię, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulę & turbinis, dies tubę & clangoris. Pẽſate ergo fratres chariſſimi, extremi diem iudicij ſuper corda reproborum qua aſperitate propheta uidit amareſcere, quẽ tot appellationibus non ualet explicare: Quanta uero tunc erit electorũ lætitia, qui de eius merentur uiſione gaudere, de cuius conſpectu uident & elemẽta omnia contremiſcere, cũ eo ſimul ad nuptias intrare, qui & in ſponſi nuptijs gaudent, & tamen ipſi ſunt ſponſæ, quia in illo æterni regis thalamo uiſioni noſtræ deus coniungitur, quæ ſcilicet uiſio nunquam iam in perpetuũ ab amoris ſui amplexibus euellitur. Tunc regni ianua lugentibus clauditur, quæ modo quotidie pœnitentibus aperitur. Erit nanq; & tunc pœnitentia, ſed fructuoſa iam non erit, quia nequaq̃ tunc ueniam inuenit qui modo aptum ueniæ tempus perdit. Hinc etenim Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies [2. Cor. 6] ſalutis. Hinc propheta ait: Quærite dñm dũ inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Vnde & [Eſa. 55.] eaſdem fatuas uirgines inuocantes, dñs non audit, quia interclusa regni ianua, is qui nunc per exauditionem ꝓpe eſſe poterat, prope iam nõ erit. Nam ſubditur: *Nouiſsime ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine domine aperi nobis. At ille reſpõdens, ait: Amen dico uobis, neſcio uos.* Ibi iam a dño nõ poteſt mereri quod petit, qui hic noluit audire quod iuſſit: quia qui tempus congruæ pœnitentiæ perdidit, fruſtra ante regni ianuam cũ precibus uenit. Hinc eſt enim quod per Salomonem dñs dicit: Vo- [Prou. 1.] caui, & renuiſtis, extendi manum meam, & nõ fuit qui aſpiceret, deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu ueſtro ridebo, & ſubſannabo cũ uobis id quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tẽpeſtas ingruerit, qñ uenerit ſuper uos tribulatio & anguſtia, tũc inuocabunt me, & non exaudiam, mane conſurgent, & [* aperi] non inuenient me. Ecce * aperiri clamãt, & repulſionis ſuę dolore compulſæ, appellationem dominantis ingeminant, dicentes: Domine, *domine, aperi nobis.* Preces offerunt, ſed neſciuntur, quia tunc ne ſui incognitos dominus deſerit, quos modo ſuos per uitæ meritum non agnoſcit. Vbi apte quoque generalis ad diſcipulos exhortatio ſubinfertur, cum dicitur: ¶ *Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam.* Quia poſt peccata Deus pœnitentiam ſuſcipit, ſi ſciret quiſq; de præſenti ſeculo quo tempore exiret, aliud tempus uoluptatibus, atq; aliud pœnitentiæ aptare potuiſſet. Sed qui pœnitenti ueniam ſpopondit, peccanti diem craſtinum nõ ꝓmiſit. Semper ergo extremũ diẽ debemus metuere, quem nunquam poſſumus præuidere. Ecce hunc ipſum diem de quo loquimur, ad inducias conuerſionis accepimus, & tamen mala quæ fecimus, flere recuſamus. Non ſolum cõmiſſa non plangimus, ſed etiam quæ defleantur, augemus. At ſi nos aliqua ægritudo corripiat, ſi ſigna ægritudinis uicinam mortem denuncient, inducias uiuendi quærimus, ut peccata noſtra defleamus, & eas cum magno æſtu deſideriẽ petimus, quas acceptas modo

pro nihilo habemus. Rem fratres chariſſimi refe-
ro, quam ſi intente uult audire charitas ueſtra, ex
conſideratione illius uehemēter inſtruetur. Qui-
dam uir nobilis in Valeria prouincia nomine Chry-
ſaurius fuit, quem lingua ruſtica populus Chryſe
rium uocabat, uir ualde idoneus, ſed tantum ple-
nus uitijs, quantum rebus: ſuperbia tumidus, car-
nis ſuæ uoluptatibus ſubditus, in acquirendis re-
bus auaritiæ facibus accenſus. Sed cum tot malis
dominus finē ponere decreuiſſet, ſicuti a religioſo
quodam qui nunc ſupereſt propinquo illius didi-
ci, corporis languore percuſſus eſt. Qui ad extre-
mum ueniēs, ea hora qua iam de corpore erat exi
turus, apertis oculis uidit tetros & nigerrimos
ſpiritus coram ſe aſſiſtere, & uehementer immi-
nere, ut ad inferni clauſtra ſe raperent. Cœpit tre
mere, palleſcere, ſudare, & magnis uocibus induci
as petere, filiumq́ ſuum nomine Maximū, quē ipſe
iam monachus monachum uidi, nimijs & turbatis
clamoribus uocare, dicens: Maxime curre, Maxi-
me curre, nunquam tibi aliquid mali feci, in fidem
tuam me ſuſcipe. Turbatus mox Maximus affuit,
lugens & perſtrepens familia conuenit. Eos autē
quos ille inſiſtentes ſibi grauiter tolerabat, ipſi ma
lignos ſpiritus uidere non poterant, ſed eorū præ
ſentiam in confuſione & pallore ac tremore illius
qui trahebatur, uidebant. Pauore autem terræ eo-
rum imaginis, huc illucq́ uertebatur in lectulo.
Iacebat in ſiniſtro latere, aſpectum eorum ferre
non poterat: uertebatur ad parietem, ibi aderāt.
Cumque conſtrictus nimis, relaxari ſe iam poſſe
deſperaret, cœpit magnis uocibus clamare, dicēs:
Inducias uel uſq; mane, inducias uel uſque mane.
Sed cum hæc clamaret, in ipſis ſuis uocibus de ha-
bitaculo ſuæ carnis euulſus eſt. De quo nimirum
conſtat, quia pro nobis iſta, non pro ſe uiderit, ut
eius uiſio nobis proficiat, quos adhuc diuina pa-
tientia longanimiter expectat. Nam illi tetros
ſpiritus ante mortem uidiſſe, & inducias petiſſe,
quid profuit, qui eaſdem inducias quas petijt non
accepit? Nos ergo fratres chariſſimi, nunc ſolicite
iſta cogitemus, ne nobis in uacuum tempora pere
ant, & tunc quæramus ad bene agendum uiuere,
Mat.24. cum iam compellimur de corpore exire. Memen-
tote quid ueritas dicat: Orate, ne fiat fuga ueſtra
hyeme uel ſabbato. Per legis quippe mandatum,
ambulare longius in ſabbato non licet. Hyems
quoque ad ambulandum impedimentum eſt, quia
greſſus ambulantium torpor frigoris aſtringit.
Ait ergo: Orate, ne fiat fuga ueſtra hyeme uel ſab
bato. Ac ſi dicat: Videte ne tunc quæratis peccata
ueſtra fugere, quando iam non licet ambulare. Il-
lud ergo tempus quo fugere non licet, nunc debet
cogitari dum licet. Illa hora eſt exitus noſtri ſem
per intuenda, iſta redemptoris noſtri admonitio
ante mentis oculos ſemper ponenda, qui ait: Vigi
late itaque, quia neſcitis diem neque horam. Tu
autem Domine.

DE VIRGINIBVS,
Sermo B. Ioh. Chryſoſt.

TVNC ſimile eſt regnum cœlorum de
cem uirginibus. Et reliqua. Notandum
quod priorem quidē parabolam de do
ctoribus dicit, hanc autem de populari
bus: tamē etſi ſpiritualem intellectum
habeat parabola, nihil nocet eā interpretari etiam
carnaliter. Tunc ſimile erit, cum diebus ſuis com-
pletis ſolutus fuerit mundus, cum uenerit iudex
omnium occultorum. Modo autē interim omnes
homines nobis inuicem mentimur. Alij fingunt ſe
iuſtos, cum ſint iniqui: alij humiliant ſe ut pecca-
tores, cum ſint ſancti: alij autem turpes actus ſuos
uſq; ad mortem abſcondunt, amplius homines eru
beſcentes, q̃ deum timentes, & ſemper ſunt in uul-
nere, dum pro tempore nolūt apparere uulnerati.
Qui autem deum timet, homines non erubeſcit.
Nec enim peior poteſt eſſe timor terrenus, q̃ pœ-
na cœleſtis. Quibus ſimile erit? decem uirginibus.
Quidam putant hic uirgines dici, de quibus Apo
ſtolus loquitur ut ſint ſanctæ & corpore & ſpiritu. 1.Cor.7
Et ſapiens quidem uirgo eſt, quæ & corpore &
animo uirgo eſt, ut neq; habeat uirū, neq; habere
deſideret. Quid enim, ſi aut parētes eius propter
uotum ſuum in uirginitate eam tenuerūt, cū ipſa
tamen poſt uotum nubere uoluerit? Quid ſi pro ali
qua occaſione quæſita non eſt talis? Hæc ſi non eſt
nupta, uoluntatem tamen nubēdi habuit, corpore
quidem uirgo eſt, animo autē nupta, quia corpus
opere ſordidatur, animus autē uolūtate. Quanuis
frequenter occaſione neceſſitatis carnalis, deus
præſtet hominibus miſericordiam ſpiritualem, ſi
tamen poſtea uoluntas neceſſitati conſentiat, non
ſolum autem ut non concupiſcat, ſed etiam abſti-
neat ſe ab omni re mala, ut neq; faciat, neq; loqua-
tur, neq; cogitet quod diſpliceat deo, quia corpus
fornicatur, quando cum uiro coniungitur: anima
autem, quando diaboli uolūtatibus sociatur. Quæ
hæc non ſeruat, fatua eſt ipſa uirgo. Et uere fatua
eſt, quæ per ſolam uirginitatem corporis putat ſe
deo placere. Ecce enim quemadmodum cum man
ducas & bibis, nō aīa mādūcat, ſed corpus: res enī
incorporalis, corporali cibo non paſcit, ſic cū uir
mulieri, aut mulier uiro coniungitur, non anima
copulatur, ſed corpus. Propterea frequenter fit, ut
nupta ſi alias non peccet, melior ſit quam illa quæ
uirgo eſt, & alias peccat. Quoniam ſi illa non pec-
cat quæ nupta eſt, corpore quidem nupta eſt, ani-
mo autem uirgo eſt. Quæ autem alias peccat, &
uirgo eſt, corpore quidem uirgo eſt, animo autem
fornicaria. Sed ne deſperare faciamus etiam uir-
gines bonas, quia diximus per concupiſcentiam
animas fornicari, ſciendum eſt, quod aliud eſt con
cupiſcere, aliud uelle. Concupiſcere paſſionis eſt,
uelle autem arbitrij. Frequenter enim concupiſci
mus, etiam quod nolumus. Si ergo concupiſcentię
non conſentit uoluntas, concupiſcentia ſola non
damnat, magis autem & glorioſiorem facit uirgi
nitatis coronam. Nunc ueniamus ad ſpiritualem
eius narrationem. Decem uirgines omnes homi-
nes dicit, quorum uita decem ſenſibus ſuſtentatur,
quinq; carnalibus, & quinque ſpiritualibus. Oīm
enim hominum duæ ſunt partes. Aut enim pecca-
tores ſunt, aut iuſti. Peccatores, qui ſecundum
carnales ambulant ſenſus. Iuſti qui ſecundum ſpi-
rituales. Ergo & omne genus peccatorū in quinq;
diuiditur, in omne genus iſtorū in quinque ſecun-
dū numerū ſenſuū, non ſecundū numerū hominū.
Has autē uirgines diuidendas profert Chriſtus,
quando & iuſti ab iniuſtis, & ſancti a peruerſis p
uerbū ſuū diuidendi ſunt, ut quinque quidē ponan
tur ad dexterā iuſti iudicis, hoc eſt, ſapiētes: quę
autē ad ſiniſtram, id eſt, fatuę. Secundū aūt myſte-
rium & Moyſes in duabus tabulis legē ſuſcepit de-

cem

cem uerborum:quinq; quidem mandata in tabula
una,quinq; autem in tabula altera. Sicut ergo ta-
bulæ teſtamenti illius in uno quidem hærebant,
tamen non poterat fieri,ut ambę fierent ad dexte
ram legentis: ſed neceſſe erat ut una quidem cum
quinq; eſſet ad dexteram, altera autem cũ quinq;
alijs eſſet ad ſiniſtram:ſic omnes Chriſtiani in una
tenentur uocatione. Non eſt aũt poſſibile, ut oẽs
ad dexteram fiant ſedentis:ſed neceſſe eſt,ut iuſti
quidem fiant ad dexteram,id eſt,quinq; ſapiẽtes:
iniuſti autem ad ſiniſtram,id eſt,inſipiẽtes. Quidã
putant hãc parabolam ad omnes pertinere, & ad
hæreticos,& ad Iudęos, præterquã ad Gentiles,
qm̃ illi idolorũ cultura corrupti ſunt , & uirgines
dici non poſſunt. Vere autẽ nec ad Iudæos ptinet,
nec ad hæreticos: quia non poſſunt Iudæi dici uir
gines,qui proiecto & crucifixo ſponſo , adulterũ
ſuper ſe diabolum ſuſceperunt. Neq; hęretici uir
gines dici poſſunt,qui & ipſi adulterino ſenſu cor
2.Co.11 rupti ſunt, & uirginitatem ueritatis Chriſti adul
terino ſermone corrumpunt. Sed ad Chriſtianum
tantummodo populum pertinet, de qbus ſcriptũ
eſt:Statui uos uni uiro uirginem caſtam exhibere
Chriſto. Timeo autem ne ſicut ſerpens ſeduxit
Euam aſtutia ſua , ſic corrumpantur ſenſus ueſtri
a caſtitate,quæ eſt in Chriſto Ieſu. Fatuæ aũt uir
gines ſunt,quę fidem quidem Chriſti integrã ha-
bent,opera autẽ iuſtitiæ non habẽt. Iudæi uero &
hæretici neq; fidem habẽt,neq; opera poſſunt ha
bere. Sed & ſi operum oleũ habeant,nihil eis pro-
deſt:quia lampades fidei nõ habẽt,quas accendãt.
Tunc ſimile erit. Bene tunc, quia interim non appa
ret quę prudẽtes ſint,quæ fatuæ: quouſq; tũc mul
tæ fatuæ fient prudentes,& multæ quæ uidentur
prudentes,fatuæ efficientur. *Quæ acceperũt lampa
des ſuas.* Lampas dicitur fides, quia ſicut lampas il
luminat domum in qua eſt,ſic fides illuminat ani-
mam cuius eſt. Accenditur autẽ hæc lampas igne
Luc.12. diuini uerbi. Verbũ eñi dei ignis eſt,ſicut dicit do
Rom.10 minus: Ignem ueni mittere in terram. Item dicen
te Apoſtolo: Fides ex auditu,auditus aũt p uerbũ
dei. Accipiunt autẽ homines hanc lampadẽ, quan
do uenientes ad Chriſtũ,per ſacerdotes accipiunt
traditam ſibi ueritatis doctrinam. Aut,ſicut alius
putat,uerbum dei quod accepimus accedentes ad
Chriſtum,lucerna eſt,ſecundum quod ſcriptũ eſt:
Pſal.118. Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Oleum aũt,
doctrina ſacerdotum,aut cęterarum ſcripturasũ.
Quoniam ſicut lucerna niſi ei ſubminiſtraueris o-
leum,extinguetur : ſic uerbum fidei noſtræ,quod
credẽtes accepimus, niſi aſſiduis nutriatur doctri
nis aut meditationibus ſcripturarum , extingui-
tur,& non ſatis illuminat animam. Aut oleũ dici-
tur opus miſericordię. Quia ſicut oleũ lumen lam
padis fouet,ſic opera bona ſubminiſtrant cõfiden
tiam fidei,& uigorem accendunt. *Et uenerunt ob-
uiam ſponſo & ſponſæ.* Bene ait uenerunt, quando?
ex illa die qua homo credit Chriſto, quaſi de ſei-
pſo egreſſus,& de mũdo hic uidetur obuiam Chri
ſto: quia quotidie Chriſti expectat aduentum. Si
cut enim qui obuiã uadit alicui in uia ſiat,& expe
ctat eum quandiu ueniat: ita qui credit in Chriſtũ
ſic deberet uiuere in hoc ſeculo,quaſi peregrinus:
& non in ſuis,ſed in trãſitu poſitus. Propterea &
Exo.12. Iudæi exituri de Aegypto, expediti & præcincti
agnum iuſſi ſunt mãducare: & ad exeundũ parati,
oſtendentes nobis quomodo quicunq; noſtri agni

euchariſtiã manducant,ita debent ſemper eſſe ex-
pediti,quaſi quotidie exituri de mũdo. Nec mire-
ris quia dixit ire obuiã ſponſo & ſponſæ, cũ eccle
ſia inter nos habeatur ſponſa. Sicut enim Chriſtus
cũ ſit inter nos,tamen uẽturus dicitur, cũ appare-
erit in gloria, ſic & eccleſia quamuis ſit inter nos,
tamen uẽtura dicitur,cũ apparuerit in gloria ſua.
Propterea dicit Apoſtolus: Mortui eñi eſtis,& ui-
ta ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo,cum Col.3.
autẽ Chriſtus apparuerit uita ueſtra,tunc & uos
apparebitis cum ipſo in gloria. *Fatuæ autem acci-
pientes lampades ſuas,non ſumpſerunt oleũ ſecũ.* Sicut
lampas non ex oleo accenditur,ſed ab igne, p oleũ
tamẽ nutritur, & niſi oleum ei ſubminiſtraueris,
extinguitur,ſic & fides non ex operibus nutritur
uel accẽditur,ſed ex uerbo dei,ſicut ait Apoſtolus,
tamen p bona opera nutritur,& niſi ſubminiſtra-
ueris ei opera bona,deficit. Sicut enim non poteſt
in deum ſperare,niſi qui aliqua opa bona facit,ſic
non poteſt credere deo , niſi qui facit aliquid di-
gnũ deo. Inde eſt quod peccatores nõ credũt deo
ſiue cum de gloria ſanctorũ quis eis loquatur,ſiue
de pœna peccatorum. Et dum non credunt futurũ
eſſe quod dicit̃, neq; de bono futuro delectantur,
neq; de malo terrentur. Vere fatui ſunt omnes ho
mines,qui aut ſolum exiſtimãt ſibi poſſe ſufficere
ad ſalutem,quia credunt in Chriſtũ,& Chriſtiani
dicunt̃,& nõ feſtinant ſemetipſos bonis opibus cõ
mendare,nec audiũt Iacobum dicentẽ: Quia fides Iacob.2.
ſine operibus mortua eſt. ¶ *Moram autem faciente
ſponſo,dormitauerunt omnes uirgines, & dormierunt.*
Hoc ſignificat ſermo,quia tardante conſummati-
one,non ſolum peccatores , ſed etiam iuſti & ſpi-
rituales ad negligentiam ſunt reuoluendi. Et reli
cta uirtutis,ad carnalia delectamenta ſunt aliqua Pſal. 11.
tenus tranſituri, ut & illud impleatur quod pphe
ta dicebat: Saluum me fac Domine, quoniam
defecit ſanctus,quoniam diminuti ſunt fideles a fi
lijs hominum. Et hoc eſt quod Chriſtus dicebat. Luc.18.
Putas cum uenerit filius hominis , inueniet fidem
ſuper terram? Nam uigilare, eſt iuſtitiam facere,
dormire autem,eſt negligere eam,ſicut dicit: Vi- Mat 24.
gilate ergo, qa neſcitis qua hora ueniet dominus. & 25.
Et uere non tardat,ſed quantum ad noſtram incõ Mar.13.
ſtantiam tardare uidetur. Nam ſi conſideremus ex
quo Chriſtus in cœlum aſcendit,& quantum uiue
bant homines ante diluuium,& prope tantum ſpa
tium eſt,quanto tempore erat uita uniuſcuiuſque
eorum. Si quis autem oculos habet apertos,intel
ligit,quia myſterium huius uerbi in nobis impletũ
eſt. Omne enim ſtudiũ ſpirituale relinquimus,&
ad carnalia delectamenta tranſimus. Quem enim
inuenies modo,non dicam laicum, ſed aut preſby
terum aut epiſcopum, qui ad perfectum contẽnat
ſeculi bona,credens conſummationem eſſe propin
quam? Vnuſquiſq; enim dicit in corde ſuo,Infideli
tatis ſpiritu præualẽte, Ecce ex quo Chriſtus fuit
in terris,ſemper dicitur,Conſummatio ueniet,&
ecce nondum uenit. Ne forte non præparandi cau
ſa,ſed terrendi iſta ſcripturæ loquuntur? Qui aũt
non uere credit conſummationem eſſe propinq̃,
non ex uerbis quæ dicit aut audit,ſed ex operibus
quæ agit,cognoſcitur. Qui enim uere credit con-
ſummationem eſſe propinq̃, nihil curat de mũdo,
nec in poſterum aliquid ſeruat , qa nec peregre exi-
turus aliquid ſecũ portat in uia,niſi forte panẽ quẽ
neceſſarium habet in uia. ¶ *Media nocte clamor fa-*

Aa 4 ctus

ctus eſt, quaſi clamore præcurrētium & prætuban
tium angelorum. Qui clamor? ¶ *Ecce ſponſus uenit,*
exite obuiam ei. Vnde putas iubet exire? de domi
bus, de ciuitatibus? Non, nec enim eſt ratio: ſed ut
exeant de mundo, exeāt de iniqua carnis natura.
Ex eo quod Apoſtolus ait: In nouiſſima tuba mor
1.Cor.15 tuos ſuſcitandos: datur nobis occaſio æſtimandi,
clamorem illum eſſe, de quo dominus dicit: Ecce
clamor factus eſt. Aeſtimemus clamorem eſſe tu
Apoc. 1. barum præcedentiū, quas Iohannes in reuelatio
4. & 8. ne ſua expoſuit, quarum tubarum clamores ſunt
ipſa ſigna, quę fiunt ab eis. Qui ergo intelligit illa
ſigna clamantia ſeculi finem, ille audit clamorem
tubarum clamātium, quia uenit ſponſus, quarum
uocem non corporis auris audit, ſed animæ intel
lectus. ¶ *Tunc ſurrexerunt omnes uirgines illæ.* Hoc
eſt, cum clamor factus fuerit, non ſolum iuſti, ſed
etiam peccatores, de ſomno negligentię ſurgent.
Tunc incipient timere & feſtinare, tunc credent
quia uere finiendus eſt mundus. Nam quemadmo
dum ſecuritas etiam diligētes homines, negligen
tes facit: ſic timor præſentis periculi etiam negli
gentes homines, exhibet diligētes, ſed nihil eis ꝓ
derit diligentia illa, quā generat timor, non fides.
Tunc intelligent, quia nihil eſt quod uixerunt in
mundo. Tunc incipiēt ſapere, quod nihil eis pro
derit ſapuiſſe. ¶ *Et compoſuerunt lampades ſuas.* Id
eſt, tunc incipient omnes aſpicere & diſcutere fi
dem ſuam: tunc conſiderabunt ſinguli opera ſua,
qui bene fecerunt, qui male, & interrogabunt con
ſcientias ſuas. Quemadmodum enim ſuperuentu
ro ſponſo feſtinat ſe ſpōſa componere, ne forte ex
aliqua parte diſpliceat ſponſo: ita ſinguli ſemeti
pſos iudicabunt apud ſe. Hoc eſt enim pręparare
fides ſuas. Quod ſi ſemper nos ita iudicaremus,
quemadmodum tunc iudicaturi ſumus, nunquam
peccaremus in deum. Sicut ergo uirgo deformis
& debilis ſine cauſa ſe componit, ſic & tunc pecca
tores ſine cauſa ſe præparabunt. Naturalem rem
loquitur. Sicut rex cū tyranno bellum facturus, ſi
uoluerit aſpicere exercitum, & conſiderare arma
illorū, iubet mitti tubam, ut fiant admoniti. Tunc
omnes milites feſtinant arma ſua aſpicere, ubi ſit
gladius eius, ubi lorica ſit poſita, ubi iaceat ſcutū:
& qui ſecuritatis tempore arma ſua ſtuduit im
maculata cuſtodire, paratus & lætus currit ad in
ſpectionem. Et qui tempore ſecuritatis gladium
ſuum ęruginare dimiſerit, aut loricam ſordeſcere,
ſcutum frangi aut rumpi: cum audierit tubam, &
ipſe quidem excitatus timore feſtinat limare gla
dium ſuum, detergere loricam, ligare aut ſtringe
re ſcutum, ſed non poterit celare negligentiam ſu
am: quia urgens neceſſitas non ꝑmittit longi tem
poris opus implere. Sic & domino abſente malus
ſeruus non aſpicit opera ſua, quod facit, quod non
facit, aut quomodo credit, nec cogitat, quia uen
turus eſt Dominus eius, & opera perſecturus, &
fidem: ſed cum uiderit eum uenientem de longe,
tunc aſpicit opera ſua, tunc incipit feſtinare, ſed
nihil ei proderit feſtinatio eius, quia multorum
dierum negligentia non poteſt una hora expleri.
¶ *Fatuæ autem ſapiētibus dixerunt: Date nobis de oleo*
ueſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Extingui
tur lampas hominis, quando fides eius deficit ac
deſperat. Sicut enim qui bene ſibi conſcius eſt, fi
ducialiter & magnanimiter agit: quemadmodum
ſi quis infuſo oleo addat lumen lucernæ: ſic & ille
conſideratione operum bonorum ſuorum ſemet
ipſum confortat, & fidei ſuæ addit audaciam. Qui
autem ſibi male conſcius eſt, ſemper puſillanimis
ac timidus eſt. Et quemadmodum ſubducto oleo
minuitur lumen lucernę, ſic & ille conſideratione
operum ſuorum malorum ſemetipſum confundit,
& infidelitatis ſuę adhuc diffidentiam addit. Ideo
ergo timētes peccatores, ad ſanctos dicturi ſunt:
Date nobis de oleo ueſtro: hoc eſt, uos ſancti, qui
habetis opera larga iuſtitiæ ſufficientia uobis, nō
ſolum ad euadendam pœnā, ſed etiam ad gloriam
conſequēdam, accommodate nobis auxilium ope
rum bonorum ueſtrorum, id eſt, intercedite ꝑ no
bis peccatoribus ad dominum: quia iuſtitia ueſtra
ſufficiens eſt & uos glorificare & nos excuſare.
Reſponderunt autem prudentes, dicentes: Ne forte nec
nobis, nec uobis ſufficiat. Oſtēdit in his uerbis, quod
ita futurum eſt terribile iudicium illud, ut nulla
innocentia ſibi confidat. Et uere quis eſt homo na
tus de muliere, qui credit iuſtum ſe eſſe inuenien
dum in conſpectu illius? de quo beatiſſimus Iob di Iob.25.
cit: Stellæ in conſpectu eius non ſunt mundæ, &
cœlum ſine crimine non eſt. Si ergo impeccabilis
natura ſtellarum & cœli, quātum ad iuſtitiam dei,
inuenitur eſſe peccatrix: quomodo ante eum ho
mo appareat iuſtus, cuius & ſine uoluntate pec
candi natura ipſa peccatum eſt? dicente Apoſtolo: Ro.7.
Ego autem carnalis ſum, uenūdatus ſub peccato,
quod enim operor, non intelligo: non enim quod
uolo, hoc ago: ſed quod uolo, illud ago: & iam nō
ego operor illud, ſed quod habitat in me pecca
tum. Tantus ergo timor tunc erit omnium, etiam
ſanctorum, ut nemo ſperet ſe iuſtum inueniēdum,
ſed adhuc timeat ne forte reus exiſtat. Quis enim
poteſt ad perfectum diiudicare conſcientiam ſu
am, & cognoſcere cor ſuum, cum ſcriptum ſit:
Quia de omni uerbo otioſo reddituri ſumus ra Mat.12.
tionem? Quomodo ergo pro peccatoribus tunc
intercedant ſancti, cum timeant ipſi de ſe? Nam
ſicut tempus miſericordiæ iudicium non ſuſcipit,
ſic & tempus iudicij miſericordiam non recipit.
Ideo in primo aduentu, cum tempus eſſet miſeri
cordiæ, dicentibus Apoſtolis ſuper inhumanita
tem ciuitatis alicuius: Vis dicamus, ut deſcendat
ignis de cœlo? Reſpondit Ieſus: Neſcitis cuius Luc.9.
ſpiritus eſtis. Non enim ueni iudicare mundum,
ſed ſaluare. Oſtendens, quia cum uenerit in ſecun
do aduentu, iudicij tempus ſimiliter locum miſe
ricordiæ non habebit. Vbi autem miſericordia
locum non habet, nec interceſſio ualet. Aut hæc Rom.8.
ideo dicit, quoniam indignæ ſunt paſſiones huius
temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in
nobis. Si ergo maior erit gloria, quæ præparata
eſt ſanctis a deo quam quod unuſquiſque ſancto
rum meretur, quomodo ſufficiat & alijs ad ſalu
tem uniuſcuiuſque opus eorum, cum nec ſibi ſoli
ſufficiat ad gloriam illam iuſto iudicio conſequen
dam? ¶ *Ite potius ad uendentes, & emite nobis.* Ven
ditores operum bonorum uel doctrinæ, ſacerdo
tes ſunt, qui præcepta iuſtitiæ in populo dant,
quaſi precium aliquod accipiētes fidem ipſorum,
qui peccatores per pœnitentiam ſoluunt, precio
confeſſionis eorum placati. Aut certe hoc pre
cium doctrinę accipiunt, quando ſic docentes eos
audierit populus. Populus quidem per obedien
tiam ſuam mercatus eſt ſibi ſalutē: ſacerdotes au
tem qui docuerunt & laborauerunt circa eos, reci

pieat

piens à deo doctrinæ ſuæ labores. Bonum ergo eſt conſilium ſanctorum ad peccatores, ut eant ad ſacerdotes, & fideliter audiant eos: & cum audierint faciant, & habebit uirtutem olei fides eorũ, ſi tamen habuerint tempus. ¶ *Abeuntibus autẽ eis, ecce uenit ſponſus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo, & clauſa eſt ianua.* Oſtenditur nobis per hæc uerba, quod illo in tempore inter anguſtias diuerſorum terrorum uidentes ſe peccatores, anxiabũtur & current huc & illuc ad ſacerdotes, doctrinam & pœnitentiam ſibi quærentes. Alij autem interrogantes quid eos oporteat facere, ſed feſtinante iudicio, & neceſsitatibus alijs ſuper alias uenientibus, cum non ſit docendi licentia, nec tempus faciendæ iuſtitiæ, aut agendæ pœnitentiæ, feſtinatio eorum uacua erit. Hoc enim & in quotidiano uſu uidemus fieri Quotidie enim ſacerdotes clamant in eccleſia: Qui peccauit, pœnitentiam agat: qui non peccauit, permaneat in deo. Neq; ſeducãt nos honores & diuitiæ temporales, quia tempus ueſtrum prope eſt: & ſi conſummatio ueſtra tardauerit, mors ueſtra non tardat, & nemo credit, nemo obaudit: cum autem uenerit ſuper illos mors, feſtinant & anxiãtur, uocant ſacerdotes, pœnitentiam uolunt agere, quando iam pœnitentiæ locus non eſt. Itaq; dum exponunt peccata ſua, dum accipiunt pœnitentiæ tempus, & præcepta iuſtitiæ, capitur anima eorum, & uadũt uacui, magis autem ligati iuſto iudicio Dei: quia non propter odium peccatorum diſplicentes ſibi uolebant pœnitentiam agere, ſed propter mortis timorem. Adhuc enim ſi uiuere potuiſſent, non ſibi diſplicuiſſent. Alius autem uenditores olei, id eſt, boni operis, pauperes dicit. Hortantur ergo prudẽtes uirgines fatuas, ut eãt ad pauperes, ſi patitur eas tẽpus, ut faciẽtes eis bona iuſtitiæ, miſericordiã conſequant̃ ab eis: quoniam per miſericordias facias in eos, olei. i. miſericordiæ merces acquiritur. Illæ autẽ dũ uadunt uolẽtes tunc aliq̃d boni facere, propter quod poſsint cũ fiducia occurrere Chriſto, uẽturus eſt Chriſtus repẽte, & nihil eis proderit anxietas illa tunc incipientibus bene agere, cum tempus bene agendi concluditur. ¶ *Nouiſsime autẽ uenerunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis.* Nihil prodeſt ex neceſsitate repetita confeſsio eius, q ex uoluntate nec ſemel cõfeſſus eſt. Nam uoluntaria confeſsio, & modica ſufficit deo: ex neceſsitate autem, neq; magna. ¶ *At ille reſpondens ait: Amen dico uobis, neſcio uos qui eſtis.* Signa ſpiritus mei in uobis non uideo. Sicut enim q immundũ ſpiritum habet, bona opera facere nõ poteſt, ſic qui ſpiritũ ſanctũ habet, opera nõ facit mala. Quare igitur uos opera non facitis bona, ſed mala? Imaginem meam non cognoſco in uobis. Imago autẽ mea, eſt fugere malum, & ſequi bonũ: uos autẽ econtra fugiſtis bonũ, & operati eſtis malum. Nõ poteſtis meorũ militum præmia accipere, qui tyranni uexilla portatis. Non poſſum meos dicere, in quibus meũ nihil cognoſco.

IN NATALI VIRGINIS VNIVS

Homilia D. Euſebij Emiſſeni.

REgnũ cœlorũ hoc in loco cœleſtẽ patriã dicit: quæ merito theſauro in agro abſcõdito cõparatur, quoniam eius diuitiæ nondũ omnibus manifeſte apparẽt. Inuenitur tamẽ, & ſi nõ ad plenũ: quoniam ſanctorũ prædicatiõe, qualis quãtaue ſit, magna ex parte declaratur. Hũc autẽ theſaurum ipſo dño prędicante, ſancti apoſtoli inuenerũt, & pręgaudio illius uenditis omnibus, eũ emerunt. Si uis, inquit Dominus, perfectus eſſe, uade, uende uniuerſa quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me, & habebis theſaurũ in cœlo. Sic igitur ager iſte cũ theſauro ſuo perfectiſsime diuiditur. Hunc autẽ theſaurum ille abſcondit, qui cognito qualis ſit, corde retinet, mente diligit, eiuſque nullo modo obliuiſcitur. Illud enim abſcondimus, quod carũ habemus, & amittere timemus. *Iterum ſimile eſt regnum cœlorũ homini negociatori, quærenti bonas margaritas, inuenta autem una precioſa margarita, abijt & uendidit uniuerſa quæ habuit, & emit eam.* Hęc autem ſimilitudo, cũ ea quę ſuperius dicta eſt, pene idem ſignificat. Patet hoc quod regnum cœlorum, non cœleſtis patria, ſicut ibi, ſed ſancta eccleſia intelligitur. Quod uero ibi theſaurus dicitur, hic margarita uocatur. Simile igitur eſt regnum cœlorum, id eſt, ſancta eccleſia, homini negociatori: quoniã ſicut ille unius margaritæ deſiderio omnia uendidit, & emit eam: ita & iſta pro amore cœleſtis patriæ & æternæ fœlicitatis, non ſolum ea quæ habuit, uendidit, uerum & ſeipſam ſeruituti ſubiugauit, ut emere & poſsidere ualeat. Callidus enim negociator eſt, qui ex his quę diu poſsidere non poteſt, tale aliquid emit, quod nunquã amittere timeat, & in quo uniuerſa poſsidet. Poſſumus autem per hunc negociatorem Dominum noſtrum & ſaluatorẽ intelligere, qui inuenta una precioſa margarita, per quam ſanctã Eccleſiam, non habẽtem maculam aut rugam intelligimus, omnia quæ habuit uendidit, id eſt, ſeipſum uendi, & occidi permiſit, & emit eam. Sic enim Apoſtolus ait: Empti enim eſtis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore ueſtro *Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congregãti. Quam cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in uaſa, malos autem foras miſerunt.* Merito enim regnum cœlorum, id eſt, ſancta eccleſia, ſagenæ ſimilis dicitur, quia & piſcatoribus commiſſa eſt, & in aquis baptiſmatis quotidie innumerabiles piſces concludit & capit, de quibus ipſe dominus ſuis diſcipulis ait: Venite poſt me, & faciã uos fieri piſcatores hominum. Hanc autem ſagenã tunc in mare Dominus miſit, quando eiſdem diſcipulis præcepit, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Mare enim uocatur mundus iſte, de quo Pſalmiſta: Hoc mare magnum, inquit, & ſpatioſum, illic reptilia quorum non eſt numerus. Congregauit autem hęc ſagena ex omni genere piſcium, quando ſancta eccleſia ad fidem uocauit, & in ſinu ſuo collegit ex omni genere hominum. Ibi enim ſimul Iudæi & Gręci, Latini & Barbari, diuites & pauperes, ſapientes & inſipientes, frumentum & zizania, granũ & palea, iuſti ſimul & peccatores. Nondum autẽ impleta eſt, adhuc piſces ingrediũtur, adhuc homines baptizantur, implebitur uero quando plenitudo gentium in ea introierit. Tũc igitur eam educentes, & ſecus littus ſedentes, bonos piſces eligent, malos autem foras proijcient. Littus nanq; maris, finis eſt ſeculi. Hoc autem ipſe Dominus exponens ait: *Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Caminus iſte inferaus

eſt,

per Sichem, qui humerus interpretatur, niſi hæ-
retici intelligunt, qui quaſi uiri fortes quoſcunq;
decipere poſſunt, in ſuum gregem ferre conãtur?
Bene autem Sichem filius Emor eſſe dicitur, quo-
niam Emor aſinus interpretatur. Hic igitur hu-
merus & hic aſinus multos ferunt in perditionẽ
æternam. Bene autem hæretici aſini, & filij aſini
dicuntur, quia ſanum & rationabilem intellectũ
non habent, magisq; in magna & clamoſa uoce, q̃
in aliqua ratione confidunt. Egreditur autem Di-
na ad uidendum mulieres regionis illius, quando
ſimplices & fatui uiri ab eccleſia ſeparãtur, quos
hæreticorum & philoſophorum dogmata audire
delectat. Mox igitur capiuntur & decipiuntur:
& in hæreticorum gregem transferuntur. Vnde
fit ut anima deo deſponſata, ſcortum diaboli eſſe
incipiat. Talis igitur fuit Dina, tales & uirgines
fatuæ, quæ per eas ſignificãtur. Sed non talis filia
Iepte, quæ ſicut uirgo prudentiſſima duobus mẽ-
ſibus uirginitatem ſuam fleuiſſe narratur. Nota
eſt hiſtoria: Iepte enim cõtra hoſtes pugnaturus,
cum hoſtium exercitum conſpexiſſet, uotum uo-
uit Dño, quia ſi ei de inimicis uictoriã daret, quic-
quid ei domum redeunti primũ occurreret, ei im-
molaret. Cõmiſit igitur & uicit, eiq; domum re-
uertenti, filia eius unica cum choris & timpanis
prima occurrit. Cui ipſe ait: Heu filia mi, decepi-
ſti me & decepta es. Aperui enim labia mea Do-
mino, & aliter eſſe non poterit. Ad quem ipſa: Si,
inquit, labia tua Domino aperuiſti, fac in me ſicut
promiſiſti. Sed unum eſt quod poſtulo, ut me per-
mittas flere uirginitatem meam duobus mẽſibus,
cum ſodalibus meis. Sed quid per Iepte niſi uiros
fideles, & catholicos intelligimus? Iſti quidẽ con-
tra ſuos pugnant inimicos, quando uitia & mali-
gnos ſpiritus, carnis uoluptates & cõcupiſcenti-
as ſuperant. Quid uero per unicam eius filiam niſi
anima deſignatur, quæ quidẽ de tali uictoria plus
omnibus gratulatur? Hæc autem melior eſt, & ad
Dei imaginem & ſimilitudinẽ facta eſt, digna uti-
que quæ Deo offeratur. Plangit itaq; uirginitatẽ
ſuam, quia multum dolet quod plus non labora-
uit, quod nõ maiorem fructum Domino obtulit,
& quod plures boni operis filios non genuerit. Vir-
ginitas enim hoc in loco pro ſterilitate ponitur,
quoniam quę uirgo eſt, ſterilem quoq; eſſe neceſ-
ſe eſt. Steriles enim in opprobrium erant in Iſra-
e. Conſidera igitur quam prudens uirgo iſta fue-
rit, quæ non de morte, ſed de ſterilitate potius la-
mentatur. Iepte quoq; prudentia laudabilis eſt,
qui ne uotum frangeret filiam interfecit. Qui eñ
amat animam ſuã, perdet eam. De uoto aũt Pſal-
miſta ait: Vouete, & reddite Domino Deo ueſtro
omnes qui in circuitu eius offertis munera. Dedi-
mus itaq; formam atq; exemplum, quæ uirgines
fatuæ ſint & quæ prudentes. *Sed quinq; fatuæ acce-
ptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum. Pruden-
tes uero acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lãpadibus.*
Quaſi enim ſine oleo ſunt fatuarum lãpades, quia
& ſi ad tempus earum opera lucere uideantur, ſi-
mul tamen cũ eis extinguũtur, quoniam poſt hãc
uitam nullum lumẽ eis miniſtrãt. At uero pruden-
tium lampades, quoniã ſyncero pietatis & miſe-
ricordiæ oleo nutriunt, tunc clarius lucent, qñ de
his tenebris ad uitã trãsferuntur. Ideoq; Apoſto-
lus ait: Nolite itaq; ante tẽpus iudicare, quo ad uſ-
que ueniat Dominus, qui & illuminabit abſcõdi-
ta tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordiũ, &
tunc laus erit unicuiq; à Deo. Tunc enim quæ lam-
pades habent oleum, & quę nõ habent, omnibus
reuelabitur. Tũc fiet ſermo qui ſcriptus eſt de ec-
cleſia, date ei de fructu manuũ ſuarum, & laudent
eam in portis opera eius. *Moram aũt faciente ſpon-
ſo dormitauerũt omnes & dormierunt.* Moratur eñ
ſpõſus & uenire retardat donec ad iudiciũ domi-
nus ueniat. Tanta igitur eſt hæc mora, quantum
eſt & huius ſeculi ſpatiũ. Interea aũt omnes dor-
mitant & dormiunt, quia per multos languores,
tãdem ſomno mortis oculos claudunt. Quaſi enim
ante ſomnum dormitare, eſt ante mortẽ lãgueſce-
re & ægrotare. *Media aũt nocte clamor factus eſt,
ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei.* De hoc enim cla-
more Apoſtolus ait: Clanget enim tuba, & mor-
tui reſurgent incorrupti. Hic autem clamor me-
dia nocte fiet, quia cunctis ignorãtibus dies Do-
mini, ſicut fur in nocte, ita ueniet. In nocte enim
fit quod in tenebris ignorãtiæ fit. *Tunc ſurrexe-
runt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lãpades ſuas.*
Vt aũt Apoſtolus ait, omnes quidem reſurgemus,
ſed non omnes immutabimur. Lãpades autem or-
nant, dum opera ſua ſecum retractant, & dignæ
reſponſionis uerba inuenire interius cogitãt. Quę
poſtquã fatuæ inuenire nõ poſſunt, mendicare in-
cipiunt, & de ſuo teſtimonio diffidẽtes, aliorum
pro ſe teſtimonia flagitant. Et hoc quidẽ ait: *Fa-
tuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo ue-
ſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.* Oleum fatuę
quærunt, quoniam miſericordia indigent. Et tale
eſt ac ſi dicerent, quia opera noſtra lucere defici-
unt, illuminate eas uos teſtimonio ueſtro. *Reſpon-
derunt ſapientes, dicentes: Ne forte nõ ſufficiat nobis,
ite potius ad uendẽtes & emite uobis.* Nõ uobis, inqui-
unt, oleum quæratis, neq; nos mentiri admonea-
tis, ite potius ad uenditores, ite ad adulatores,
qui uili precio laudis & fauoris omnia bona ue-
ſtra uobis ſurripuerunt, quoniã ideo cuncta age-
batis, ut uideremini ab eis. Nos enim de nobis ip-
ſis nondum ad plenum ſecuræ ſumus, nedum de
uobis teſtimonium demus. Vnde beatus Petrus
Apoſtolus ait: Et ſi iuſtus uix ſaluabitur, impius
& peccator ubi parebunt? *Dum autem irent eme-
re, uenit ſponſus, & quæ paratæ erant intrauerunt cum
eo ad nuptias. & clauſa eſt ianua.* Dum emere, inqui-
unt, irent, id eſt, dum ad ea quæ in hoc ſeculo ege-
rant, mente redirent, dum opera ſua qua intenti-
one ea feciſſent, ſecum tractarent, dum ſe pro eis
laudis mercedem iam ſuſcepiſſe recogitarent, ue-
nit ſponſus. Emere enim tunc nihil aliud erit niſi
emptionis & uenditionis modum cogitare. *Noſ-
uiſsime autem ueniunt, & reliquæ uirgines dicentes:
Domine, Domine aperi nobis. At ille reſpondens ait:
Amen dico uobis neſcio uos.* Deus enim q omnia ſcit,
fatuas uirgines ſe neſcire dicit, quoniam eorum
nomina non ſunt ſcripta in libro uitæ. Neſcire nã-
que Dei reprobrare eſt. Vigilate itaque, quia ne-
ſcitis diem neq; horam.

IN DEDICATIONE ECCLE- ſiæ Homilia D. Euſebij Emiſeni.

EX quo tempore primus homo deſcendit ab
Hieruſalem in Hiericho, incidit in latrones.
Oẽs per Hierico ambulamus, quicunq; hunc
mundũ inhabitamus. Hiericho namq; interp̃tatur
Luna, cuius tãta mutabilitas eſt, ut nunquã in eo-
dem ſtatu permaneat. Vnde & nõ immerito hunc

muns

mundum ſignificat, cuius mutabilitas perpetua eſt, & niſi mutationibus ſtare non poteſt. Vt e-nim de cœlo & tempore, de diebus & menſibus & anno taceamus, quæ ſemper uoluuntur & in ſe replicantur, neque aer, neque ipſi homines ſuam perpetuam ſeruant figuram. Quorum omnium mutationes quis unquam per ſingula enarrare ualeat? Merito ergo mundum iſtum Luna ſignificat, quia ad illius ſimilitudinem tantis ſemper mutationibus uariatur. Hanc autem mutabilitatē Dominus & ſaluator noſter ſecundum humanitatem ſuſcipere dignatus eſt, ut hominem à latronibus uulneratum ſanaret, & mundum à morte perpetua liberaret. Vnde & merito per Hierico ambulaſſe dicitur, quia cum ſit immutabilis ſecūdum diuinitatem, noſtras tamen mutationes in carne ſua ſuſcepit. Eſuriuit enim atq; ſitiuit, & ſup puteum fatigatus ſedit. *Et ecce uir nomine Zachæus*, qui digne ſatis iuſtificandus interpretatur, quoniam à Deo uocatus & iuſtificatus eſt. Hic autem erat non ſolum Publicanus, ueruntamen iam Publicanorum princeps: erat inſuper & diues, quem difficile eſt intrare in regnū cœlorum. Difficile utiq;, & apud homines impoſsibile, ſed quæ impoſsibilia ſunt apud homines, poſsibilia ſunt apud deum. Et quamuis talis eſſet, quærebat tamen uidere Ieſum. Quærebat quidem, ſed uidere non poterat. Sed quare non poterat? *præ turba, & quia ſtatura puſillus erat.* Hæc enim duo ualde impediunt hominem, ne uidere ualeat Ieſum. Mala turba quæ à tanto talique bono hominē deturbat. Turba iſta uitiorum eſt, qua qui circūdatus fuerit, Chriſtum uidere non poteſt. Statura uero puſillus eſt, qui ad ſcientiæ ætatem & perfectionem nondum peruenit. Vnde Apoſtolus nos admonet dicens: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Et iterum: Tanquam paruulus in Chriſto lac uobis potum dedi, nō eſcam. Nondum enim poteratis, ſed necdum quidem poteſtis, adhuc enim carnales eſtis. Qui igitur uult uidere Ieſum, exeat de turba, fugiat uitia & peccata, uitet malorum conſortia, erigat & extendat ſe, creſcat in fide & ſciētia, & proficiat in omni bonitate. Hoc ſignificat Zachæus, quando præcurrens aſcendit in arborem Sicomorum. In arborem quidē aſcendit, quatenus inde uideret, quem præuidere non poterat. Hæc arbor fides eſt ad quam multi uenientes, & in eā aſcendentes, quamuis ſtatura paruuli fuiſſent, & nondum in ſcientia multum creuiſſent, inde tamē Ieſum uidere & cognoſcere meruerunt. Vnde & hic dicitur: *Quia inde erat tranſiturus.* Hac enim uia & iuxta hanc fidei arborem tranſit Ieſus. Inde uidetur & uidet, inde cognoſcitur & cognoſcit. Eos enim dominus reſpicere & ad ſe uocare dignatur, qui in hanc arborem aſcendunt, cuius fructus ſanguineus eſt, per quem martyres ſignificantur, qui fidei arbori adhærentes, propter fidei conſtantiā, ꝓprio ſanguine cruentati ſunt. Tales itaq; fructus fert Sicomorus, talia poma fert arbor fidei, quæ tam firmiter ei inhærent, ut potius occidi & proprio ſanguine cruentari, quam à ſua arbore, id eſt, à Chriſti fide ualeant ſeparari. Inde igitur Dominus tranſiens, ſuſpiciens uidit Zachæum, & dixit ad eum: *Zachæe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Hodie, inquit, me quærere cœpiſti, hodie in domo tua oportet me manere. Verum eſt igitur quod per Prophetam dicitur, quia peccator quacunq; hora conuerſus fuerit, & ingemuerit, uita uiuet, & non morietur. Quod enim tunc in Zachæo factum eſt, quotidie in alijs peccatoribus fieri non dubium eſt, ſi ex corde conuertantur, ſi Chriſtum quærant, & fidē teneant. Sequitur: *Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens.* Iam enim igne fidei interius ardebat, qui ſic exterius obedientiam & obſequium exhibebat. Multum iam fide creuerat, & ſi ſtatura puſillus erat. *Et cum uiderent omnes, murmurabant, dicentes: quod ad hominem peccatorem diuertiſſet.* Omnes enim ſciebant Zachæum eſſe peccatorē, utpote Publicanorum principē. Sed iſte peccator multo melior erat, quā alij qui murmurabant, & ſe iuſtos eſſe fingebāt. Hoc autem ſequētia manifeſtāt, dum dicitur: *Stās autem Zachæus dixit ad dominum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Hac enim una uoce, omnes ilico à murmuratione ceſſauerunt, iam ſubitam Publicani pœnitentiam & conuerſionē admirantes. Et fortaſſe nemo ibi erat, qui hanc tantam profeſsionem, etiā coactus facere uoluiſſet. Diues enim erat ualde, quem ipſe euangeliſta diuitem fuiſſe teſtatur: & tamē omnium bonorum ſuorum medietatem ſe pauperibus dare promiſit, & in quadruplum reddere, ſi quid aliquem defraudauit. Vide ergo à quāta perfectione cœpit, qui tunc primum Chriſtum Dominum uiderat, & prædicantem audierat. Verum eſt utiq; quod homines uident in facie, Deus autē corda intuetur. Qualem dominus hunc, & quam iuſtum poſt modicum futurum uidebat, quem iā peccatorem homines iudicabant. *Ait Ieſus ad eum: quia hodie ſalus domui facta eſt huic, eo quod ipſe filius ſit Abrahæ.* Hodie, inquit, Domui huic ſalus facta eſt, & omni ægritudine, omni morbo, omni uitiorum contagione fugata, ſanata eſt, & tota interius & exterius ſanctificata eſt: eo q̄d ipſe qui huius domus habitator eſt, iam non publicanus ſit, ſed filius Abrahæ. Abrahæ nanq; filij ſunt quicunque Abraham imitantur, & Abrahę opera faciūt. Et Abraham quidem angelos, Zachæus uero angelorum Dominum hoſpitio ſuſcepit. Illis enim diebus quibus Abraham circuncisus eſt, cum ſtaret ad ilicem Mambre, uidit tres uiros uenientes ad ſe, quibus occurrens adorauit & dixit: Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, tranſite & requieſcite in loco iſto. Illis uero acquieſcentibus tulit Abraham butyrum & lac, & uitulum quem coxerat, & poſuit coram eis. Poſtquam autem cōſederunt, dicunt quod reuerſo anno, eodem tempore habebit Sara filium. Poſtquam autem Abraham circuncisus eſt, poſtquam ut Apoſtolus ait, accepit ſignaculum iuſtitiæ fidei, quod enim Sicomorus Zachæo, hoc circuncisio præſtitit Abrahę. Poſtquam itaque hoc fecit, Chriſtum inde adorare & hoſpitio ſuſcipere meruit. Neque enim magis Zachæus fidem & amorem ſuum, arborē aſcēdendo oſtendere potuit, quam Abraham ſeipſum circuncidendo, & carnem propriam uulnerando. Si igitur utriuſq; fides reuelata eſt, alterius par arborem, alterius per circuncisionem (quia impoſsibile eſt ſine fide placere Deo) quicunq; es qui Ieſum uidere deſideras, imitare Zachæum, imitare & Abraham: creſce in fide ſicut illi, qui ut poſsis, clama & dic: Domine auge nobis fidem, Abrahā enim non ſolum in fide creuit, uerum etiā quodammodo

modo ipſius fidei ſolium fuit. Quod enim ante id temporis omnibus incognitum fuerat, ipſe diuinitus inſpiratus in trinitate Deum uidit, & in unitate adorauit. Non quod trinitatem ipſam uiderit, quæ utiq; inuiſibilis eſt, ſed quia per hoc quod uiderat, in trinitate & unitate Deum cognoſcere meruit. Vnde cum tres uiderit, non tamen niſi unum Deum adorat. De hoc enim in euangelio Dominus ait: Abraham pater ueſter exultauit ut uideret diem meũ, uidit & gauiſus eſt. Probauit igitur Abraham, probauit & Zachæus quanta ſit uirtus fidei, quanta ſit & uirtus hoſpitalitatis. Beatus quoq; Iob de ſeipſo ait, quia non comedit buccellam ſolus, ſed oſtium ſuum uiatori patuit. Ideo etiam illi duo diſcipuli qui Dominum & ſaluatorem noſtrũ in ſpecie peregrini in ſuum hoſpitium coegerũt, quem per totum diem non cognouerant, tandem in hoſpitio, in fractione panis cognoſcere meruerunt. Nunquam enim ſic cognoſcitur Ieſus ſicut in panis fractione, nunquam ſic oſtenditur Dñs, ſicut in ſanctarum expoſitione ſcripturarũ. Hoc enim pane reficitur anima. De hoc pane ipſe Dominus ait: Nõ in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Hic aũt panis tunc frangitur, quãdo ſcriptura ſacra exponitur, quando euangelia diligentiſſime inueſtigantur. Hinc enim eſt quod Dominus Moyſi ait: Sume tibi aromata, ſtacten, onicha, galbanem boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia: faciesq; thymiama cõpoſitum opere unguentarij, miſtum diligenter & purum. Cumq; in tenuiſſimum puluerẽ uniuerſa contuderis, pones ex eo coram teſtimonio tabernaculi. Quid enim per has quatuor ſpecies odoriferas, quarum uirtute naturali uulnera curantur & ſanantur, niſi quatuor euangeliorum libros intelligimus, quorum uirtute admirabili omnes languores ſanant, omnia uitia curantur, & omnes infirmitates pelluntur? Hæc aũt quatuor æqualis ponderis ſunt, quoniam unius eiuſdemq; ueritatis ſunt & authoritatis. Miſcentur autem omnia ſimul, ut quod in uno euãgelio non habetur, in alio reperiatur, atque dum in quibuſdam inter ſe uiciſſim concordant, in nullo autem diſcordant, ſuauiorẽ reddunt odorem. Et hæc quidem quando ordine, ratione, & ſecundum eam ueritatem qua ſcripta ſunt, populis exponũtur, tunc nimirum fit ex eis thymiama compoſitum opere unguentarij, miſtum diligenter & purum. Huius autẽ compoſitionis peritiſſimus unguentarius Apoſtolus fuit, qui ſicut ſapiens architectus fundamentum poſuit, & inter perfectos ſapientiam loquens, omnibus omnia factus eſt, ut omnes lucrifaceret. Hoc etiam thymiamate redoiens, ipſe dicebat: Gratias ago Domino meo, qui dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris, & in odorem notitiæ ſuę manifeſtat per nos in omni loco in ijs qui ſalui fiunt, & in ijs qui pereunt. Alijs enim ſumus odor uitæ ad uitam, alijs odor mortis ad mortem. Tunc autem in tenuiſſimum puluerem uniuerſa contundimus, quando euangeliorum ſententias ſubtiliter indagãtes, & frequenti ruminatione frangentes ad ſpiritualẽ intelligentiam redigimus. Sicut enim aromata, quando teruntur, ſuauius redolent: ita ſacra ſcriptura, quanto plus ruminatur & frangitur, tanto ſuauiorem parit odorem. Ponimus autem ex hoc thymiamate coram tabernaculo teſtimonij, quando euangeliorum uerba eccleſiæ nunciamus. Panem itaq; frangimus, & in tenuiſſimum puluerẽ aromata contundimus, quando ſacras ſcripturas diligenter exponimus. In tali igitur fractione cognoſcitur Ieſus. Sic enim diſcipuli cognouerunt in fractione panis. Propter quod & Abraham in hoſpitium eum ſuſcepit, & cibos ei appoſuit, quatenus in commeſtione & ciborũ fractione plenius eum cognoſcere poſſet. Angeli enim quando uolunt ex aere corpus aſſumunt, quo uideri & tangi & loqui & manducare & bibere poſſunt. Sicut enim uerum corpus eſt aer, ita & corpora quæ ſumunt ex aere. His autem ad tempus induuntur, quæ cum ſe expoliauerunt, mox in eundem aerẽ reſoluuntur. Angelus tamen Raphael ad Thobiã loquens ait: Pax uobis, nolite timere. Etenim cũ eſſem uobiſcum uidebat manducare & bibere, ſed ego cibo inuiſibili & potu, qui ab hominibus uideri non poteſt, utor. Secundum igitur hanc ſententiam, & cæteros angelos manducare & bibere intelligant, quibuſcunq; impoſsibile eſſe uidetur, ut angeli manducent & bibant. Moyſes tamen eos commediſſe teſtatur. Sequitur: Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat: Non enim uenit uocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam. Quia non indigent qui ſani ſunt medico, ſed male habentes.

HOMILIA D. EVSEBII. EMISSENI de Pœnitentia Niniuitarum.

DVm ſacro uolumine Ionæ Prophetæ geſta replicantur, forſitan aliquis ſecum cogitat & dicit: Triduo & Niniue ſubuertetur, ſubuertetur plane, cum calcatis deterioribus ſtudijs ad meliora conuertetur: ſubuertitur inquam, dum purpura in cilicium, affluentia in ieiunium, lætitia mutatur in fletum. Vbi ſunt qui negant remedia pœnitentiæ, qui eam uel accipiendam, uel cõmonionem poſt labores emeritos munerandam eſſe non credunt? Primo loco hic intelligamus, quam ſit accepta Deo ſatisfactionis oblatio, ad cuius medicinam ut confugere populus diſceret, cœleſtis illa prouidentia offenſæ ſuæ nuncium deſtinauit. Dicit Nouatianus, pœnitentiam agere debeo, non accipere. Non ita eſt. Nam Deus erudiendis peccatoribus per Prophetam adiutoria procurat. Neminem ſibi per ſe ſufficere poſſe confirmat. Errant itaq; qui inter dantem & accipientem uelut corporale interuenire arbitrantur officium. Quid eſt enim dare, niſi remedia demõſtrare peccatis? Quid eſt accipere, niſi obedire præceptis, lachrymis & ieiunijs interpellare miſerationis auditum? Quam fœlix abſtinentia, cuius prædicanda deuotio in illa plebe fœliciſſima diuino ſemel quidem eſt approbata iudicio, ſed quotidiano multiplicatur & celebratur exemplo. Specialem quondam prætulit fidem, nunc generalẽ operatur ſalutem. Nam quoties per lectionem profectus eius auditur, fructus illius dilatatur. Quam fœlix abſtinentia quæ actione temporaria fuit, & nunc utilitate perpetua eſt? Tunc uni ciuitati profuiſſe memoratur, nunc uagitus infantium, pecorum balatus, armentorum mugitus, uno in loco ſub dierum paucitate ſonuerunt. nũc miſeris omnem terram clamoribus replent, & uſq; in finem ſeculi perſonabunt. inter fideles quiſq; non dubitet hoſtias precum, holocauſta uotorũ, ſacrificia lachry-

lachrymarum ad diuinum familiariter aſcendere
poſſe conſpectum. Ecce ad aurem Domini gemi-
tus etiam brutorum animalium peruenerunt qui-
dem, dum fide hominum militant, cœlum cum
ſupplicatione hominum penetrarunt. Videamus
ſi eos contra hæreticam perſuaſionem poſt pœni-
tentiæ opus in communionem recipit propitiata
maieſtas? Quod utiq; tunc dicimus impletum, quā-
do ſicut lectio docet, Miſertus eſt (inquit) Domi-
nus ſuper malitiā quam locutus eſt ut faceret eis.
& item: Ego non parcam Niniuæ ciuitati ma-
gnæ? Tunc eis abſq; dubio communicauit, quan-
do imminentem cœlitus iram remouit: gratia fu-
it communicantis, indulgentia remittentis. Tūc
eis cōmunicauit, quādo eorum uota ſuſcepit. Re-
miſſio illa, reconciliatio & communicatio fuit.
Cum ergo ad Prophetam ita Dominus dicat: pu-
taſne bene iraſceris tu? Non tibi uidetur quod er-
rorem Nouatianorum Dominus arguat in Pro-
pheta utiq; Iona, qui inclinatum pœnitentia po-
pulum cum uideat humiliari, nequaquam optat
abſolui? & ideo impugnator occultus aperte be-
neficium negat, cuius interdicit officium. abſque
dubio rebus ipſis eam ſuſcipiendam non eſſe pro-
nunciat, quā perpetua obligatione ſubtracta ab-
ſolutionis fine condemnat. Ergo Niniuæ ꝓ pœ-
nitentia atq; abſtinentia iræ deſuper imminentis
ſuſpenderūt ruinam, & paruuli ac pecora pariter
abſtinentes, egreſſam à Domino plagam, atq; ſen-
tentiam iam cadentem (ut ſic dixerim) retorſe-
runt. Tam manifeſtū iudicantes afflictionis reme-
dium, ut ſibi etiā animaliū crederent profuturum
eſſe ieiunium. Secūdum hæc ualde ad clementiam
diuina ſeueritas inuitatur, quādo uidet aliquē fœ-
das peccatorū notas, & ueteres maculas intimis
animæ uiſceribus impreſſas, ſatiſſactionis lachry-
mis & pœnitentię remedijs abluentem, quando ui-
det aliquem delicta ſua præoccupato iudice uo-
luntaria diſtrictione & animaduerſione damnan-
tem, & tanquam inimicum dico, quia nullus nobis
tam occultus inimicus eſt, quam caro noſtra. Quę
dum improbis cupiditatibus fatigat animum, in
æternam utriuſq; hominis pœnam, Dei armat of-
fenſam: & ſpiritus generoſitatē ſeruituti exterio-
ris addicit dominante peccato. Cui utiq; tantam
uim noſtro uitio miniſtramus, ut animam mori fa-
ciat, quam nō poteſt facere mortalem. Beatus qui
hic mala ſua deflere, qui hic debita ſua feſtinat ex-
oluere, & innocentiam, quam iam non poteſt re-
parare per baptiſmum, recuperare ſtudeat ꝑ ſum-
mum pœnitētię fructum. Qui placiturus eſt Deo,
ipſe ſibi diſplicet, ipſe ſibi quodammodo ſub pri-
uatæ cognitionis ſententia & teſtis & accuſator
& iudex eſt. Ad tales merito ipſe Dominus loqui-
tur: Non iudicabo bis in idipſum, id eſt, quod tu
in te ſeuerus agnoſcis, ego propicius ignoſcam,
quod tu triſtis accuſas, ego lætus abſoluam, quod
tu recordaris in publicum, ego obliuiſcar in æter-
num. Et quia per pœnitentiam tuam præueniſti
ſententiam meam, recondam gladium meum, ac
me tibi ad remunerationum tempora reſeruabo.
Ergo chariſſimi, unuſquiſq; reſpiciens ſe, arguat
intra ſe geſta improba, & ante ſe conſtituat pec-
cata ſua, pronūcians cum propheta, Et delictum
meum contra me eſt ſemper. Ante uos ſit, ut con-
tra uos eſſe non poſſit. Ita illud conuerſatio ob-
liuiſcatur, ut compunctio recordetur. Ita illud
reatus confeſſionis oſtendat, ut uirtus ſatiſfacti-
onis abſcondat. Ita uiuat in conſcientia, ut mo-
riatur in uita.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

705

-4-4 bl-

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA
1973